R-4532

BIBLIA. Latín

[Biblia sacra: tomus III]. —

[S.l.: s.n., s.a.]. — 15, 651, 46 p.,

[illegible]^{8}, A-Z^{8}, 2A-2R^{8}, 2S^{6}, A-C^{6}, D^{5};

fol.

Ejemp. falto de port. — En cen-

[redacted]

sura figura la fecha de 1616.

— Texto a dos col. — Numero-

sos errores de pág. — Enc. piel

con hierros dorados en el lomo.

I. Tit.

LAVRENTII BEYERLINCK

ARCHIPRESBYTERI ET CANONICI

ECCLESIÆ CATHEDRALIS

AC LIBRORVM CENSORIS

In Ciuitate Antverpiensi

IN

NOVVM TESTAMENTVM

VARIARVM TRANSLATIONVM

Ad Christianum Lectorem

PRÆFATIO.



HABES *hic Lector extremam* Sacrorum Bibliorum *plurium Translationum partem, pari sedulitate ac Typorum elegantia quâ priores, adornatam.* Nouum *scilicet* IESV CHRISTI Testamentum, *hoc est, Libros omnes quibus post Filij Dei aduentum res diuinæ diuina authoritate traduntur, quosque in authoritatem vt loquitur* B. Augustinus, *siue librorum sacrorum Canonem Ecclesia mater nostra, quam certissimo testimonio* columnam & firmamentum veritatis, *Gentium Doctor definit; iam olim recepit, atque continuatâ Apostolorum, Episcoporum, Conciliorumq; concessione roborati ad nos peruenerunt. Quamuis paucos aliquot ex his, nouorum dogmatum exorti nuper Tympanotrabæ Catholico Canone proscribant quasi Apocryphos, seu nulla testificationis luce declaratos, eò quod ementitâ ipsorum deliria eorumdem authoritas refellat, & Apostolici germinis fructus quibus Ecclesiæ torcularia redundant, plenis manibus ad nos transmittant.* Quia enim *vt de illis scripsit Apostolus*; charitatem veritatis non receperunt, vt salui fierent, ideo illis Deus operationem erroris mittit, (*non imperando, sed vires Dæmoni relaxando, vt in mille errores, iam peruersos agere valeat:*) vt credant mendacio. *Integrum igitur ac nulla sui parte mutilum Testamentum damus: neque enim eo improbitatis deuenimus, vt cum excucullato* Luthero *de quattuor Euange-*

In Prolog. noui Testam.

liorum fide dubitemus, aut epistolam Iacobi stramineam, Apocalypsim veritatis ambiguæ pronuntiemus, sed vniuersis eius libris fidem adhibemus, quod vniuersos Ecclesiæ authoritas commendet. Atque hos iterum non vnicâ dumtaxat translatione in lucem emittimus, sed præter eam quam Vulgatam appellant, & alteram à Guidone Fabricio ex Syriaco fonte collectam, ac Latinè redditam, binas insuper adiecimus, Benedicti Ariæ Montani vnam, & Desiderij Erasmi alteram. Excipio secundam Apostolorum Principis Epistolam, secundam etiam ac tertiam dilecti Christo Discipuli, atque illius Apocalypsim, & Epistolam Iudæ. Hæc enim Syrorum antiquæ translationi deesse, idiomatis huius facundia excellens Guido Fabricius aduertit, quamuis eadem à Syris probari, & Sacrorum Librorum Catalogo adseri affirmet, atque à Maronitis Romam non ita pridem delata, ad nostras etiam manus deuenerint. In his ergo duplici versione contenti fuimus, Vulgatâ, & Erasmianâ. neque enim Typorum ordo, aut dispositionis totius Operis elegantia, tertiam quæ Ariæ Montani est admittebat, quod paginæ bimembres locum tertio non relinquerent. Præter has autem quattuor versiones nullas alias nobis visas: sic vt mirari satis nequeam, Eruditum quemdam in Præfatione quam non absimili Operi præfixit, audentius asserere, plures translationes in Nouum Testamentum à se adferri potuisse, puta Sanctis Pagnini, Vatabli, quorum tamen omnis labor circa Vetus Testamentum fuit; aliorumq; : verum hac ratione omissas, quod modicum inter se dissiderent, atque de rebus nihili altercarentur.

Et hæc ipsa profectò consilij nostri principalis est ratio. Nempe resecandis Hæresum indies exsurgentium capitib. nihil æquè duximus oportunum, quàm si Diuinarum Scripturarum, quæ sunt velut litteræ è cælo ad nos delatæ; quarum testimonia ceu ouilis innocentiæ vestimentum circumferunt, vt lupinam rabiem contegant, sæculi nostri Nouatores; mysteria, ab aliis & aliis, qui moribus & ingenio præcellentes, ætate dispares, ordine diuersi, loco disiuncti, conformi sententia & sensu verbis dumtaxat distincto proponantur, ac doctrinæ in Ecclesia Catholica (hæc enim illius velut tessera habetur & nota) vnitas euidenti sigillo obsignetur. Ad quod vel maximum momentum sunt habituræ Versiones istæ, atque inter eas Erasmiana, quod virum illum velut primùm Pseudo-reformationi vexillum sustulisse aduersarij glorientur, & à suis partibus stetisse contendant.

Alia insuper consilij nostri ratio ex Versionum quas hic concinnauimus commendatione eruitur. Siquidem Vulgata ordine & dignitate

prima,

prima, è Græco ſermone, quo vniuerſum Nouum Teſtamentum *ab origine, paucis illius libris exceptis, conſcriptum conſtat, in Latinum tranſlata eſt, quam perſpicacis ingenij, & linguarum peritia æternum celebrandus* Hieronymus, *ab erroribus qui temporum decurſu, & ſcriptorum imperitiâ irrepſerant, vindicauit. Ante hunc ſanè innumerabiles propè extitiſſe verſiones Latinas, locupletem teſtem habemus magnam illam Eccleſiæ facem* Auguſtinum: *qui,* vt cuique primis fidei temporibus in manus venit Græcus codex, & aliquantulum facultatis ſibimet vtriuſque linguæ habere videbatur, auſum fuiſſe *aſſerit* interpretari. *Quinimò vt verba ipſius* Hieronymi *vſurpem*, tot erant exemplaria, quot codices. *Fuiſſe nihilominus vnam præ aliis longè celebriorem, quæ etiam veteris & authenticæ Editionis nomen obtinebat, quam* Italam *Magnus* Auguſtinus *appellabat, atque aliis ob verborum tenacitatem ac ſententiarum perſpicuitatem præferebat, authores habemus* Gregorium, *& prænominatum* Hieronymum, *qui eamdem Editionem, verba eius ſunt*; Græcæ fidei reddidit, atque ita calamo temperauit, vt ijs tantum quæ ſenſum mutare videbantur correctis, reliqua manere paſſus fuerit. *eique laboris huius pro Eccleſiæ honore ac veritate ſuſcepti gratia, felicitatem apprecatur* Auguſtinus. *Fuit autem* Hieronymus, *ad quem tanquam ad oraculum ex omnibus Chriſtiani orbis partibus quæſtiones diuinæ Scripturæ mittebantur enodandæ, cum propter ſingularem doctrinam, ac linguæ non modò Latinæ & Græcæ, ſed inſuper Hebraicæ & Chaldaicæ conſummatam ac ſtabilem intelligentiam: tùm quòd peculiare ſancti Spiritus in ſcribendo patrocinium accepiſſe exiſtimaretur, vt qui in re tanti ponderis atque eſt diuinorum myſteriorum ſolida interpretatio, Eccleſiæ ſuæ nunquam ſit defuturus. Suffecerit vnicum illud* D. Auguſtini *Elogium, quo eum ſcriptorum omnium monimenta inoffenſo pede oberraſſe confitetur. vnde minus erit mirandum, è tam diuite eruditi pectoris penu, tanti etiam pretij theſaurum prodijſſe. Sed neque prætereundum,* Hieronymo *vita functo, verſionem ab eo emendatam nomen & laudem apud omnes inueniſſe. Hæc legi cepta in Eccleſiis, proponi in concionibus, adduci in Academiis, allegari in Conciliis, adhiberi in difficultatibus. Verum proch dolor! in ea nunc tempora incidimus, quibus noui aliquot homines ſacras litteras Patrum authoritate firmatas pro nihilo ducunt, ac nata caliginoſo cerebro ſomnia, quæ interni Spiritus quem omnes ex æquo ſibi affingunt, dictamine inſpirata comminiſcuntur, rudi populo ita obtrudunt, vt etiam apud pruden-*

Lib. 2. de doct. Christ. cap. 11.

Præfat. in Ioſue.

In fine lib. de viris illuſtribus.

tiores locum inueniant. Quasi annis mille Christi Ecclesia germanam Scripturæ interpretationem nescierit, & tum demum eam fuerit consecuta, quando excucullati impostores, veratro ebrij, superbiæ, ambitionis, & incestuosæ libidinis Spiritu obsessi, Dei verbum litteris consignatum, lacerarunt, ac hostiliter dissidentium inter se opinionum & Religionum, illud tanquam idoneam Regulam, normamque oportunam pronuntiarunt: cùm tamen idonea credendi regula haberi vllo modo nequeat, quæ æquè contrariis dogmatibus accommodatur. Exhinc tota illa hæresum & nouitiorum dogmatum colluuies in orbem irrepsit, atque eheu!

Hoc fonte deriuata clades
In Patriam, populumque fluxit.

Nimirum fit in hac libertate spiritus, quod apud Philosophos, & veteres Ethnicos olim euenisse, posteritati consecratum reperimus. Siquidem Augustino *teste,* Socratici *ab ipso Socrate*, quod cuique placuit sumpserunt: & vbi cuique visum est, ibi finem boni constituerunt. *De hæreticis verè ac solidè Tertullianus.* Idem licuit Valentinianis quod Valentino, idem Marcionitis quod Marcioni, de arbitrio suo fidem innouare. Martinus Lutherus, *qui gloriatur se nactum spiritum insignem, contemptorem tam fraudis quam furoris Papistici, nempe dum impuri cupidinis secutus vexillum, incestuosis cum sanctimoniali se nuptiis polluit; interpretatus est Scripturas priuato suo Spiritu, vt libuit. Idem fecit* Zvvinglius, *fecit* Oſiander, *fecit* Rothmannus *Anabaptistarum Coriphæus, & singuli à magistro suo in eis exponendis variantes, singulares hæresum opiniones, ceu monstra prius ignota orbi, vel certè olim demersa, pepererunt. Haud aliter* Ioannes Caluinus, *peculiari Scripturas interpretandi munere cuius symbolum erat liliatum stigma characteris instar scapulis impressum, donatus, veræ Religionis imaginem ementito illo interioris Spiritus fuco deturpauit. cuius vestigia ceteri eiusdem etiam farinæ pertinaci gressu sectantur, & suam quique imaginationem germanum Scripturæ sensum arbitrantur, auribus ad omnem nouitatem prurientibus. Venio ad* Editionem Syriacam, *eique authoritatem defero, licet cùm superiore longè imparem: vt quæ minus certum Authorem recognoscat, cùm illius* Marcum Euangeliſtam *quidam, cuius tamen nulli istius sæculi Scriptores meminerunt: alij alium è veteribus affirment. Certè* Nouum Testamentum *partim Hebraico, partim è Græco fonte, Syriaco idiomate redditum asseruit* Moses Barcepha *Syrus: hodieque illud ipsum,*

Lib. 8. de Ciuit. Dei cap. 3. & lib. 18. c. 41.

In lib. de præscript.

Lib. de Paradiso p. 1. pa. 307.

tam hoc, quàm Hebraico charactere concinnatum luce donauit Albertus Vidmanſtadius Ferdinandi Imp. *ſemper Auguſti Cancellarius, Viennæ in Auſtria, anno reparatæ ſalutis M. D. LV. à* Mardemo *ſacerdote Meſopotamiæ, quem hunc ob finem in Europam cum poteſtate relegarat* Ignatius Patriarcha *Antiochenus, plurimùm ſolicitatus, quæ verſio vt mox charactere Hebræo, egregiis illis ac verè Regiis Bibliis, quæ* Chriſtophoro Plantino *Architypographo immortale nomen pepererunt; adjceretur,* Guido Fabricius *abditarum rerum abſolutâ cognitione ſtupendus adlaborauit.*

Etiam Benedicti Ariæ Montani *hiſpalenſis, longo rerum vſu comparata eruditio, Tranſlationi illius pondus addit. Quippe à* Philippo II. *Hiſpaniarum Rege Catholico, Regiorum Bibliorum correctioni deſtinatus, vt erat iudicio acri, ingenio perſpicaci, ſcrutatus ſubtili mentis acie Hebræorum, Chaldæorum, atque Græcorum fontes, Noui Teſtamenti myſteria Latino ſermone eſt interpretatus.*

Neque Deſiderij Eraſmi *patria Roterodami Tranſlationi quid quam ad ſeriam commendationem deeſt: vtinam reliqua illius opera hanc cenſuram admitterent! niſi quod is luxuriantem ingenij facunditatem, intra humaniorum litterarum terminos, quod Litterionibus proprium etiam hoc æuo; cohibere neglexerit, ita vt ſubinde diſſolutâ potius, quàm vrbanâ dicendi libertate rebus etiam diuinis illuſiſſe videatur. Nihilominus perpetuis eruditæ laudis honoribus extollendum eum cenſuit eloquentiſſimus Nocerinorum Antiſtes* Paulus Iouius. *Certè præſens Tranſlatio omne punctum ſemper & apud omnes tulit, ita vt nihil in ea repurgandum deprehenderit ſupremus Senatus Generalis Inquiſitionis in Regno Hiſpaniarum. quin cum reliquos primæ Claſſis Authores ab Eccleſia vetitos cenſuræ ex integro ſubijciat, hanc* Eraſmi *verſionem omnium manibus verſari permittit ſub nomine* Authoris Damnati, *iuxta Regulas generales ſuper librorum prohibitione per S. Synodi Tridentinæ interpretes conceptas, & typis nè quem laterent expreſſas. Neque aliter conſulti deſuper cenſuerunt, eximij viri M. N.* Iacobus Ianſſonius, Guilielmus Fabricius, Ioannes Paludanus, Guilielmus Marcerus, *S. Theologiæ in almâ Grudiorum Palæſtra Profeſſores; qui has Tranſlationes quas tuo & Reip. commodo direximus* Lector Chriſtiane, *admodum vtiles, atque cum cautione per Appendicem expurgandorum librorum præſcripta, typis exprimendas lucéque donandas, proprij nominis inſigni notâ declararunt. En laboris huius cauſas. ex quo-ſi*

In Elog. virorum Illuſt.

aliquis ad te fructus redundet, qui certè non exiguus, sed varius esse potest; Omnipotenti Deo bonorum omnium largitori gratiam & gloriam: nobis verò orationum tuarum apud illum subsidia aliquando impartire.

CENSVRA.

ATtentis rationibus in Præfatione per nos allegatis, & visa etiam Doctorum ibidem nominatorum censurâ, Præsens Testamentum è quattuor Translationibus congestum, magno Reipub. Christianæ bono euulgari posse ac debere iudicaui, Kal. Februarij, cIↃ. IↃc. xvi.

LAVR. BEVERLINCK.

PRÆFATIO

S. HIERONYMI IN EVANGELISTAS AD DAMASVM.

NOVVM opus me facere cogis ex veteri: vt post exemplaria Scripturarum toto orbe dispersa, quasi quidam arbiter sedeam: & quia inter se variant, quæ sint illa quæ cum Græca consentiant veritate, decernam. Pius labor, sed periculosa præsumptio, iudicare de cæteris, ipsum ab omnibus iudicandum: senis mutare linguam, & canescentem iam mundum ad initia retrahere paruulorum. Quis enim doctus pariter, vel indoctus, cum in manus volumen assumpserit, & à saliua, quam semel imbibit, viderit discrepare, quod lectitat; non statim erumpat in vocem, me falsarium, me clamitans esse sacrilegum, qui audeam aliquid in veteribus libris addere, mutare, corrigere? Aduersus quam inuidiam duplex causa me consolatur: quod & tu qui summus sacerdos es, fieri iubes: & verum non esse quod variat, etiam maledicorum testimonio comprobatur. Si enim Latinis exemplaribus fides est adhibenda respondeant quibus tot enim sunt exemplaria pene quot codices. Sin autem veritas est quærenda de pluribus: cur non ad Græcam originem reuertentes, ea quæ vel à vitiosis interpretibus malè reddita: vel à præsumptoribus imperitis emendata peruersiùs: vel à librarijs dormitantibus, aut addita sunt, aut mutata, corrigimus? Neque verò ego de veteri disputo testamento: quod à Septuaginta senioribus in Græcam linguam versum, tertio gradu ad nos vsque peruenit. Non quæro quid Aquila, quid Symmachus sapiant, quare Theodotion inter nouos, & veteres medius incedat. Sit illa vera interpretatio, quam Apostoli probauerunt. De nouo nunc loquor testamento: quod Græcum esse, non dubium est, excepto Apostolo Matthæo, qui primus in Iudæa euangelium CHRISTI Hebraicis litteris edidit. Hoc certè cum in nostro sermone discordat, & in diuersos riuulorum

tra-

tramites ducit: vno de fonte quærendum est. Prætermitto eos codices quos à Luciano, & Hesychio nuncupatos, paucorum hominum asserit peruersa contentio: quibus vtique nec in toto veteri instrumento post Septuaginta interpres emendare quid licuit, nec in Nouo profuit emendasse: cum multarum gentium linguis scriptura ante translata, doceat falsa esse quæ addita sunt. Igitur hæc præsens præfatiuncula pollicetur quattuor tantum Euangelia, quorum ordo est iste, Matthæus, Marcus, Lucas, Ioannes: codicum Græcorum emendata collatione, sed veterum, quæ ne multum à lectionis Latinæ consuetudine discreparent, ita calamo temperauimus, vt his tantum quæ sensum videbantur mutare correctis, reliqua manere pateremur vt fuerant. Canones quoque quos Eusebius Cæsariensis episcopus Alexandrinus secutus Ammonium, in decem numeros ordinauit, sicut in Græco habentur, expressimus. Quòd si quis de curiosis voluerit nosse quæ in Euangelijs, vel eadem, vel vicina, vel sola sint, eorum distinctione cognoscet. Magnus siquidem hic in nostris codicibus error inoleuit, dum quod in eadem re alius Euangelista plus dixit, in alio quia minus putauerunt, addiderunt. Vel dum eumdem sensum alius aliter expressit, ille qui vnum è quattuor primum legerat, ad eius exemplum cæteros quoque existimauerit emendandos. Vnde accidit, vt apud nos mixta sint omnia, & in Marco plura Lucæ, atque Matthæi. Rursum in Matthæo plura Ioannis, & Marci, & in cæteris reliquorum, quæ alijs propria sunt, inueniantur. Cum itaque canones legeris, qui subiecti sunt, confusionis errore sublato, & similia omnium scies, & singulis sua quæque restitues. In canone primo concordant quattuor, Matthæus, Marcus, Lucas, Ioannes. In secũdo tres, Matthæus, Marcus, Lucas. In tertio tres, Matthæus, Lucas, Ioannes. In quarto tres, Matthæus, Marcus, Ioannes. In quinto duo, Matthæus. Lucas. In sexto duo, Matthæus, Marcus. In septimo duo, Matthæus, Ioannes. In octauo duo, Lucas, Marcus. In nono duo, Lucas, Ioannes. In decimo propria quique quæ non habentur in alijs, ediderunt Singulis vero Euangelijs ab vno incipiens vsque ad finem librorum, dispar numerus accrescit. Hic nigro colore descriptus, sub se habet alium ex minio discolorem numerum, qui ad decem vsque procedens, indicat prior numerus in quo sit canone requirendus. Cum ergo aperto codice, verbi gratia, illud siue illud capitulum scire volueris cuius canonis sit, statim ex subiecto numero doceberis, & recurrens ad principia, in quibus canonum est distincta congeries, eodemque statim canone ex titulo frontis inuento, illum quem quærebas numerum, eiusdem Euangelistæ, qui & ipse ex inscriptione signatur, inuenies, atque vicino cæterorum tramitibus inspectis, quos numeros è regione habeant, annotabis, & cum scieris recurres ad volumina singulorum, & sine mora repertis numeris quos ante signaueras, reperies, & loca in quibus, vel eadem, vel vicina dixerunt. Sciendum tamen, ne quis ignarum ex similitudine numerorum error inuoluat, quod sicubi in subnotatione canonum distinctorum in canone quolibet tres

Euangeliſtæ bis, ter vel quater, aut etiam ampliùs eumdem numerum per ordinem habuerint annotatum, & quartus è contrario, diſcrepantes, quod id tres illi in eo loco ſemel dixerint, quartus toties in corpore voluminis ſui ponat, quoties diuerſi numeri in eius canone poſiti ſtant contra prædictorum numerorum continuatas ſimilitudines. Item ſi in vno quolibet eorum, aut etiam duobus idem in canone numerus bis, ter, & quater, aut eo ampliùs reperiatur in ordine collocatus, & diſpares inueniantur in cæteris: dubium non erit, quin id quod illius illorúmve canonis numerus bis terque repetitum ab his in volumine ſemel dictum eſſe oſtendit, alter alterius eorum toties vno, atque eodem ſenſu loquantur, quoties prætulerint in numerorum annotatione diſtantiam. Et hoc in omnium nouem canonum collatione ſeruabitur. Cæterum in decimo (quoniam propria ſingulorum tantummodo continentur) non poteſt contra id comparatio eſſe quod ſolum eſt. Opto vt in Chriſto valeas, & memineris mei Papa beatiſſime.

EIVSDEM EX CATALOGO SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM.

PAVLVS Apoſtolus, qui ante Saulus, extra numerum duodecim Apoſtolorum, de tribu Beniamin, & oppido Iudææ Giſchalis fuit, quo à Romanis capto, cum parentibus ſuis Tarſum Ciliciæ commigrauit, à quibus ob ſtudia legis miſſus Ieroſolymam, à Gamaliel viro doctiſſimo cuius Lucas meminit, eruditus eſt. Cum autem interfuiſſet neci martyris Stephani, & acceptis à pontifice templi epiſtolis, ad perſequendos eos, qui Chriſto crediderant, Damaſcum pergeret, reuelatione compulſus ad fidem, quæ in Actibus Apoſtolorum ſcribitur, in vas electionis de perſecutore tranſlatus eſt. Cumque primùm ad prædicationem eius Sergius Paulus Proconſul Cypri credidiſſet, ab eo, quod eum Chriſti fidei ſubegerat, ſortitus eſt nomen Paulus: & iuncto ſibi Barnaba, multis vrbibus peragratis, reuertenſque Ieroſolymam, à Petro, Iacoboque & Ioanne, Gentium Apoſtolus ordinatur. Et quia in Actibus Apoſtolorum pleniſſimè de eius conuerſatione ſcriptum eſt, hoc tantum dicam, quod poſt paſſionem Domini viceſimo quinto anno, id eſt ſecundo Neronis, eo tempore quo Feſtus procurator Iudææ ſucceſſit Felici, Romam vinctus mittitur, & biennium in libera manens cuſtodia, aduerſus Iudæos de aduentu Chriſti quotidie diſputauit.

Sciendum autem in prima satisfactione, (necdum Neronis imperio roborato, nec in tanta erumpente scelera, quanta de eo narrant historiæ) Paulum, à Nerone dimissum, vt Euangelium Christi in Occidentis quoque partibus prædicaret, sicut ipse scribit in secunda epistola ad Timotheum (eo tempore quo & passus est, de vinculis dictat epistolam,) In prima mea satisfactione nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt: non eis imputetur. Dominus autem mihi affuit, & confortauit me, vt per me prædicatio compleretur, & audirent omnes Gentes: & liberatus sum de ore leonis. Manifestissimè leonem propter crudelitatem, Neronem significans. Et in sequentibus, Liberatus sum de ore leonis. Et statim, Liberauit me Dominus ab omni opere malo, & saluauit me in regnum suum cœleste, quod scilicet præsens sibi sentiret imminere martyrium. Nam & in eadem epistola præmiserat, Ego enim iam immolor, & tempus resolutionis meæ instat. Hic ergo decimoquarto Neronis anno, eodem die, quo Petrus Romæ pro Christo capite truncatus, sepultusque est in via Ostiensi, anno post passionem Domini trigesimoseptimo. Scripsit autem nouem ad septem Ecclesias epistolas, ad Romanos vnam, ad Corinthios duas, ad Galatas vnam, ad Ephesios vnam, ad Philippenses vnam, ad Colossenses vnam, ad Thessalonicenses duas. Præterea ad discipulos suos, Timotheo duas, Tito vnam, Philemoni vnam. Epistola autem quæ fertur ad Hebræos, non eius creditur, propter styli sermonisque distantiam: sed vel Barnabæ iuxta Tertullianum, vel Lucæ Euangelistæ iuxta quosdam: vel Clementis Romanæ postea Ecclesiæ Episcopi, quem aiunt sententias Pauli proprio ordinasse, & ornasse sermone: vel certè quia Paulus scribebat ad Hebræos, & propter inuidiam sui apud eos nominis, titulum in principio salutationis amputauerat, scripserat vt Hebræus Hebræis Hebraicè id est suo eloquio disertissimè, vt ea quæ eloquenter scripta fuerant in Hebræo, eloquentiùs verterentur in Græcum, & hanc causam esse, quod cæteris Pauli epistolis discrepare videatur. Legunt quidam, & ad Laodicenses, sed ab omnibus explodituꝛ.

EIVSDEM EX CATALOGO SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM.

IACOBVS, qui appellatur frater Domini, cognomento Iustus, vt nonnulli existimant, Ioseph, ex alia vxore; vt autem mihi videtur, Mariæ sororis matris Domini, cuius Ioannes in libro suo meminit, filius, post passionem Domini, statim ab Apostolis Ierosolymorum Episcopus ordinatus, vnam tantum scripsit epistolam, quæ de septem catholicis est: quæ & ipsa ab alio quodam sub nomine eius edita asseritur. licet paulatim tempore procedente obtinuerit auctoritatem. Egesippus vicinus Apostolicorum temporum, in quinto commentariorum libro de Iacobo narrans, ait, Suscepit ecclesiam Ierosolymæ, post Apostolos frater Domini Iacobus, cognomento Iustus. multi siquidem Iacobi vocabantur. Hic de vtero matris sanctus fuit, vinum & siceram non bibit, carnem nullam comedit, numquam attonsus est, nec vnctus vnguento, nec vsus balneo. huic soli licitum erat ingredi Sancta sanctorum: siquidem vestibus laneis non vtebatur, sed lineis: soluſque ingrediebatur templum: & fixis genibus, pro populo deprecabatur, in tantum vt camelorum duritiem traxisse eius genua crederentur. Dicit & alia multa, quæ enumerare longum est. Sed & Iosephus in vigesimo libro Antiquitatum refert, & Clemens in septimo ὑποτυπώσεων, mortuo Festo, qui Iudæam regebat, missum à Nerone esse successorem eius Albinum: qui cum necdum ad prouinciam peruenisset, Ananus, inquit, pontifex adolescens, Anani filius, de genere sacerdotali, accepta occasione ἀναρχίας, concilium congregauit, & compellens publicè Iacobum, vt Christum Dei filium denegaret, contradicentem lapidari iussit. qui cum præcipitatus de pinna templi, confractis cruribus adhuc semiuiuus tendens ad cælum manus diceret, Domine ignosce eis: quod enim faciunt, nesciunt: fullonis fuste quo vnda vestimenta extorqueri solent, in cerebro percussus interijt. Tradit item Iosephus tantæ eum sanctitatis fuisse, & celebritatis in populo, vt propter eius necem, creditum sit subuersam esse Ierosolymam. Hic est de quo Paulus Apostolus scribit ad Galatas, Alium autem Apostolorum vidi neminem, nisi Iacobum fratrem Domini. Et Apostolorum super hoc crebrius acta testantur. Euangelium quoque quod appellatur secundum Hebræos, & à me nuper in Græcum, Latinumque sermonem translatum est, quo & Origenes sæpe vtitur, post resurrectionem Saluatoris refert: Dominus autem cum dedisset sindonem seruo sacerdotis, iuit ad Iacobum, & apparuit ei. Iurauerat enim Iacobus se non comesturum panem ab illa hora, qua biberat calicem Domini, donec videret eum resurgentem à mortuis. Rursusque post paululum, Afferte, ait Dominus, mensam Gal. 1.

ſam, & panem. Statimque additur, Tulit panem, & benedixit, ac fregit, & dedit Iacobo Iuſto, & dixit ei, Frater mi, comede panem tuum, quia reſurrexit Filius hominis è dormientibus. Triginta itaque annos Ieroſolymis rexit Eccleſiam, id eſt vſque ad ſeptimum Neronis annum, & iuxta templum, vbi & præcipitatus fuerat, ſepultus eſt. Titulum vſque ad obſidionem Titi, & vltimam Hadriani nouiſſimum habuit. Quidam è noſtris in Monte Oliueti eum conditum putant: ſed falſa eorum opinio eſt.

EIVSDEM EX CATALOGO SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM.

SIMON Petrus filius Ionæ, priuinciæ Galilææ, vico Bethſaida, frater Andreæ Apoſtoli, & princeps Apoſtolorum, poſt epiſcopatum Antiochenſis eccleſiæ, & prædicationem diſperſionis eorum, qui de circumciſione crediderant, in Ponto, Galatia, Cappadocia, Aſia, & Bithynia, ſecundo Claudij anno ad expugnandum Simonem Magum Romam pergit, ibique vigintiquinque annis cathedram ſacerdotalem tenuit, vſque ad vltimum annum Neronis, id eſt decimumquartum. A quo & affixus cruci, martyrio coronatus eſt, capite ad terram verſo, & in ſublime pedibus eleuatis, aſſerens ſe indignum, vt ſic crucifigeretur, vt Dominus ſuus. Scripſit duas epiſtolas, quæ catholicæ nominantur: quarum ſecunda, à pleriſque eius eſſe negatur, propter ſtyli cum priore diſſonantiam. Sed & Euangelium iuxta Marcum, qui auditor eius, & interpres fuit, huius dicitur. Libri autem è quibus vnus actorum eius inſcribitur, alius Euangelij, tertius prædicationis, quartus Apocalypſis, quintus iudicij, inter apocryphas ſcripturas reputantur. Sepultus Romæ in Vaticano iuxta viam triumphalem, totius vrbis veneratione celebratur.

EIVSDEM EX CATALOGO SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM.

IVDAS frater Iacobi paruam quidem, quæ de ſeptem catholicis eſt, epiſtolam reliquit. Et quia de libro Enoch, qui apochryphus eſt, in ea aſſumit teſtimonium, à pleriſque reiicitur: tamen auctoritatem vetuſtate iam, & vſu meruit, & inter ſanctas ſcripturas computatur.



ARGVMENTVM IN EVANGELIVM SECVNDVM MATTHÆVM.

MATTHÆVS ex Iudæa ſicut in ordine primus ponitur, ita Euangelium in Iudæa primus ſcripſit, cuius vocatio ad Dominum ex publicanis actibus fuit; duorum in generatione Chriſti principia præſumens; vnius cuius prima circunciſio in carne; alterius, cuius ſecundum cor electio fuit. Ex vtriſque enim patribus Chriſtus. Sicque quaterdenario numero triformiter poſito principium à credendi fide in electionis tempus porrigens, & ex electione vſque in tranſmigrationis diem dirigens, atque à tranſmigrationis die vſque in Chriſtum definiens, decurſam aduentus Domini oſtendit generationem; vt numero ſatisfaciens & tempori, & ſe quid eſſet oſtenderet, & Dei in ſe opus monſtrans, etiam in his, quorum genus poſuit, Chriſti operantis à principio teſtimonium non negaret. Quarum omnium rerum tempus, ordo, numerus, diſpoſitio vel ratio, quod fidei neceſſarium eſt, Deus Chriſtus eſt, qui factus eſt ex muliere, factus ſub lege, natus ex virgine, paſſus in carne, omnia in cruce fixit, vt triumphans ea in ſemetipſo reſurgens in corpore, & patris nomen in patribus filio, & filij nomen patri reſtituens in filiis, ſine principio, ſine fine; oſtendens vnum ſecum Patre eſſe quia vnus eſt. In quo Euangelio vtile eſt deſiderantibus Deum ſic prima vel media vel perfecta cognoſcere, vt & vocationem Apoſtoli, & opus Euangelij, & dilectionem Dei in carne naſcentis per vniuerſa legentes intelligant, atque id in eo in quo reprehenſi ſunt & apprehendere appetunt, recognoſcant. Nobis enim in hoc ſtudio argumenti fuit, & fidem factæ rei tradere, & operantis Dei intelligendam diligenter eſſe diſpoſitionem à quærentibus non tacere.

SANCTI IESV CHRISTI EVANGELII SECVNDVM MATTHÆVM,

Vulgat. Editio.

CAPVT PRIMVM.

* Luc. 3. 23.

LIBER generationis Iesu Christi, filij * Dauid, filij Abraham.

* Gen. 21.3.

* Abraham genuit Isaac. * Isaac autem genuit Iacob. * Iacob autem genuit Iudam & fratres eius.

* Gen. 25. 26.

* Iudas autem genuit Phares, & Zaram de Thamar. * Phares autem genuit Hesron. Hesron autem genuit Aram.

* Gen. 29. 35: * Gen. 38. 29. 1. Par. 2. 5. * 1. Pa. 2. 5 Rut. 4. 18. * Nu. 7. 12.

Aram autem genuit Aminadab. * Aminadab autem genuit Naasson. Naasson autē genuit Salmon. Salmon autem genuit Booz de Rachab. Booz autem genuit Obed ex Ruth. Obed autem genuit Iesse. * Iesse autem genuit Dauid regem.

* 1. Reg. 16. Rut. 4. 18 * 2. Reg. 12. 24. * 3. Reg. 11. 41. * 3. Reg. 14. 31. 3. Reg. 15. 9. * 2. Par. 27. 9. * Par. 28. 27. * 2. Par. 32. 33. * 2. Par. 33. 20. 25. * 2. Par. 36. 1. 2.

* Dauid autem rex genuit Salomonem ex ea, quæ fuit Uriæ.

* Salomon autem genuit Roboam. * Roboam autem genuit Abiam. * Abias autem genuit Asa.

Asa autem genuit Iosaphat. Iosaphat autem genuit Ioram. Ioram autem genuit Oziam.

* Ozias autem genuit Ioatham. Ioatham autem genuit Achaz. Achaz autem genuit Ezechiam.

Ezechias autem genuit Manassen. * Manasses autem genuit Amon. Amon autem genuit Iosiam.

* Iosias autem genuit Iechoniam, & fratres eius in transmigratione Babylonis.

Et post transmigrationem Babylonis: Iechonias genuit Salathiel. Salathiel autem genuit Zorobabel.

Zorobabel autem genuit Abiud. Abiud autem genuit Eliacim. Eliacim autem genuit Azor.

Azor autem genuit Sadoc. Sadoc autem genuit Achim. Achim autem genuit Eliud.

Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Mathan. Mathan autem genuit Iacob.

Iacob autem genuit Ioseph virum Mariæ, de qua natus est IESVS, qui vocatur Christus.

Omnes itaque generationes ab Abraham vsque ad Dauid, generationes quatuordecim: & à Dauid vsque ad transmigrationem Babylonis, generationes quatuordecim: & à transmigratione Babylonis vsque ad Christum, generationes quatuordecim.

* Luc. 2. 27.

Christi autem generatio sic erat: * Cum esset desponsata mater eius Maria Ioseph, antequam conuenirent, inuenta est in vtero habens, de Spiritu sancto.

Ioseph autem vir eius cum esset iustus: & nollet eam traducere: voluit occulte dimittere eam.

Hæc autem eo cogitante, ecce Angelus Domini apparuit in somnis ei, dicens: Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam: quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est.

* Luc. 1. 31 Act. 4. 12.

Pariet autem filium: * & vocabis nomen eius IESVM: ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.

Hoc autem totum factum est, vt adimpleretur quod dictū est à Domino per Prophetam dicentem.

* Isa. 7. 14.

* Ecce virgo in vtero habebit, & pariet filium: & vocabunt nomen eius Emmanuel, quod est interpretatum, Nobiscum Deus. •

SANCTI IESV CHRISTI EVANGELII SECVNDVM MATTHÆVM,

Transl. ex Syriac.

CAPVT PRIMVM.

1 *LIBER generationis Ieschua Meschicho, filij Dauid, filij Abrohom.* Dominica ante Nativitatem.

2 *Abrohom genuit Ischok, Ischok genuit Iaakoub, Iaakoub genuit Ithoudo, & fratres eius.*

3 *Ithoudo genuit Parez, & Zarach de Thamor. Parez genuit Chesroun, Chesroun genuit Orom.*

4 *Orom genuit Aminodob, Aminodob genuit Nachsoun, Nachsoun genuit Salmoun.*

5 *Salmoun genuit Booz de Rochob; Booz genuit Oubid de Reouth; Oubid genuit Ischai; Ischai genuit Dauid regem;*

6 *Dauid genuit Schelemoun ex vxore Ourijo;*

7 *Schelemoun genuit Rechebam; Rechebam genuit Abio; Abio genuit Oso;*

8 *Oso genuit Iohouschophot. Iohouschophot genuit Iourom; Iourom genuit Ouzio;*

9 *Ouzio genuit Iouthom; Iouthom genuit Ochoz; Ochoz genuit Chezakio;*

10 *Chezakio genuit Menasche; Menasche genuit Amoun; Amoun genuit Iouschio;*

11 *Iouschio genuit Ioucanio & fratres eius in exilio Babylonico.*

12 *Post exilium autem Babylonicum Ioucanio genuit Schelathiel; Schelathiel genuit Zourbobel;*

13 *Zourbobel genuit Abioud; Abioud genuit Eliokim; Eliokim genuit Ozeur;*

14 *Ozeur genuit Zodouk; Zodouk genuit Achin; Achin genuit Elioud;*

15 *Elioud genuit Eliozar; Eliozar genuit Matan; Matan genuit Iaakoub;*

16 *Iaakoub genuit Iausepb virum Mariam, de qua natus est IESCHVA, qui vocatur Meschicho.*

17 *Hæ sunt ergo cunctæ generationes ab Abrohom vsque ad Dauid, generationes quattuordecim. à Dauid vsque ad exilium Babylonicum, generationes quattuordecim. ab exilio Babylonico adusque Meschicho, generationes quattuordecim.*

* Reuelatio ipsius Iausepb.

18 *Generatio autem Ieschua Meschicho fuit huiusmodi. Quum desponsata esset Mariam mater eius ipsi Iausepb, priusquam societatem inirent, inuenta est in vtero habens de Spiritu sanctitatis.*

19 *Iausepb autem maritus eius quum iustus esset, noluit eam traducere, sed cogitabat clam eam derelinquere.*

20 *Quum autem hæc illi venissent in mentem, apparuit ei Angelus Domini in somno, & ait illi: Iausepb fili Dauid, ne timeas accipere Mariam vxorem tuam; quod enim genitum est in ea, ex Spiritu sancto est.*

21 *Pariet autem filium, & vocabis nomen eius IESCHVA: quippe qui seruaturus sit populum suum à peccatis ipsorum.*

22 *Id autem omne factum est, vt adimpleretur id quod dictum est à Domino per Prophetam.*

23 *Ecce virgo vterum feret, & pariet filium, & vocabunt nomen eius Amanuil, quod exponitur, Nobiscum Deus noster.*

SANCTI IESV CHRISTI EVANGELII SECVNDVM MATTHÆVM,

Transl. B. Ariæ Mont.

CAPVT PRIMVM.

LIBER generationis Ieſu Chriſti, Filij Dauid, filij Abraham.
Abraham genuit Iſaac. Iſaac autem genuit Iacob. Iacob autem genuit Iudam & fratres eius.
Iudas autem genuit Phares,& Zaram de Thamar. Phares autem genuit Eſron. Eſron autem genuit Aram.
Aram autem genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naaſſon. Naaſſon autem genuit Salmon.
Salmon autem genuit Booz de Rachab. Booz autem genuit Obed ex Ruth. Obed autem genuit Ieſſe. Ieſſe autem genuit Dauid regem.
Dauid autem rex genuit Salomonem ex Vriæ.

Salomon autem genuit Roboam. Roboam autem genuit Abiam. Abia autem genuit Aſa.
Aſa autem genuit Ioſaphat. Ioſaphat autem genuit Ioram. Ioram autem genuit Oziam.
Ozias autem genuit Ioatham. Ioatham autem genuit Achaz. Achaz autem genuit Ezeciam.
Ezecias autem genuit Manaſſen. Manaſſes autem genuit Amon. Amon autem genuit Ioſiam.
Ioſias autem genuit Iechoniam & fratres eius, in tranſmigratione Babylonis.
Poſt autem tranſmigrationē Babylonis, Iechonias genuit Salathiel. Salathiel autem genuit Zorobabel.
Zorobabel autem genuit Abiud. Abiud autem genuit Eliacim. Eliacim autem genuit Azor.
Azor autem genuit Sadoc. Sadoc autem genuit Achim. Achim autem genuit Eliud.
Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Matthan. Matthan autem genuit Iacob.
Iacob autem genuit Ioſeph virum Mariæ, de qua natus eſt Ieſus, dictus Chriſtus.
Omnes itaque generationes ab Abraham vſque ad Dauid, generationes quatuordecim: & à Dauid vſque ad tranſmigrationem Babylonis, generationes quatuordecim: & à tranſmigratione Babylonis vſque ad Chriſtum generationes quatuordecim.
At Ieſu Chriſti generatio ſic erat: Deſponſata enim matre eius Maria Ioſeph. ante conuenire ipſos, inuenta eſt in vtero habens de Spiritu ſancto.

Ioſeph autē vir eius, iuſtus exiſtens, & nō volens eam exemplū facere, voluit occultè dimittere eam.
Hæc autem eo cogitante, ecce angelus Domini per ſomnium apparuit ei, dicens, Ioſeph fili Dauid ne timeas accipere Mariam coniugem tuam, nam in ea genitum, de Spiritu eſt ſancto.
Pariet autem filium, & vocabis nomen eius IESVM: Ipſe enim ſaluabit populum ſuum à peccatis eorum.
Hoc autem totum factum eſt vt adimpleretur dictum à Domino per Prophetam, dicentem.
Ecce virgo in vtero habebit, & pariet filium, & vocabunt nomen eius Emmanuel, quod eſt interpretatum, Nobiſcum Deus.

SANCTI IESV CHRISTI EVANGELII SECVNDVM MATTHÆVM,

Transl. Eraſm. Roterod.

CAPVT PRIMVM.

LIBER generationis Ieſu Chriſti filij Dauid, filij Abraham.
Abraham genuit Iſaac. Iſaac autem genuit Iacob. Iacob autem genuit Iudam, & fratres eius.
Iudas autem genuit Phares, & Zaram è Thamar. Phares autem genuit Eſrom. Eſrom autem genuit Aram.

Aram autem genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naaſſon. Naaſſon autem genuit Salmon.
Salmon autem genuit Booz, è Rhachab. Booz autem genuit Obed, è Ruth. Obed autem genuit Ieſſe. Ieſſe autem genuit Dauid regem.
Dauid autem rex genuit Salomonem, ex ea quæ fuerat vxor Vriæ.
Solomon autem genuit Roboam. Roboam autem genuit Abia. Abia autem genuit Aſa.
Aſa autem genuit Ioſaphat. Ioſaphat autem genuit Ioram. Ioram autem genuit Hoziam.
Hozias autem genuit Ioatham. Ioatham autem genuit Achaz. Achaz autem genuit Ezeciam.
Ezecias autem genuit Manaſſes. Manaſſes autem genuit Amon. Amon autem genuit Ioſiam.
Ioſias autem genuit Iechoniam, & fratres eius in exilio Babylonico.
Porrò poſt exilium Babylonicum, Iechonias genuit Salathiel. Salathiel autem genuit Zorobabel.
Zorobabel autem genuit Abiud. Abiud autem genuit Eliacim. Eliacim autem genuit Azor.
Azor autem genuit Sadoc. Sadoc autem genuit Achin. Achin autem genuit Eliud.
Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Matthan. Matthan autem genuit Iacob.
Iacob autem genuit Ioſeph, maritum Mariæ, ex qua genitus fuit Ieſus, ille qui dicitur Chriſtus.
Vniuerſa itaque generationes ab Abraham vſque ad Dauid, generationes quatuordecim & à Dauid vſque ad demigrationem Babylonicam generationes quatuordecim, & à demigratione Babylonica vſque ad Chriſtum generationes quatuordecim.
Ieſu verò Chriſti natiuitas ſic habet, Cum enim mater eius Maria deſponſa eſſet Ioſeph, priuſquam congreſſi ſuiſſent, deprehenſa eſt grauida è ſpiritu ſancto.

Porrò Ioſeph maritus eius, quoniam erat iuſtus, & nolebat illam infamare, voluit clanculum ab ea diuertere.
Hæc autem cum is in animo verſaret, ecce angelus Domini in ſomnis viſus eſt illi dicens, Ioſeph fili Dauid, ne metuas adiungere tibi Mariam vxorem tuam. Nam quod in illa conceptum eſt, à ſpiritu ſancto profectum eſt.
Pariet autem filium, & vocabis nomen eius IESVM. Is enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis ſuis.

Porrò totum hoc factum eſt, vt perficeretur id quod dictum fuerat à Domino per prophetam ita loquentem.
Ecce virgo erit prægnans, & pariet filium, & vocabunt nomen eius Emmanuel, quod ſi quis interpretetur, ſonat, nobiſcum Deus.

Vulgat. Editio.

Exurgens autem Ioſeph à ſomno, fecit ſicut præcepit ei Angelus Domini, & accepit coniugem ſuam.

Et nõ cognoſcebat eam donec peperit filium ſuum primogenitum: & vocauit nomen eius Ieſum.

CAP. II.

* Luc.2.7 CVm ergo natus eſſet Ieſus in Bethlehem Iuda in diebus Herodis regis, ecce Magi ab Oriente venerunt Ieroſolymam:

Dicentes: Vbi eſt qui natus eſt rex Iudæorum? vidimus enim ſtellam eius in oriente, & venimus adorare eum.

Audiens autem Herodes rex, turbatus eſt, & omnis Ieroſolyma cum illo.

Et congregans omnes principes ſacerdotum, & Scribas populi, ſciſcitabatur ab eis vbi Chriſtus naſceretur.

At illi dixerunt ei: In Bethlehem Iudæ: Sic enim ſcriptum eſt per prophetam.

* Mic.5.2 Ioã.7.42. * Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda: ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Iſrael.

Tunc Herodes clam vocatis Magis diligenter didicit ab eis tempus ſtellæ, quæ apparuit eis.

Et mittens illos in Bethlehem, dixit. Ite, & interrogate diligenter de puero: & cum inueneritis, renunciate mihi, vt & ego veniens adorem eum.

Qui cum audiſſent regem, abierunt, & ecce ſtella, quam viderant in Oriente, antecedebat eos, vſque dum veniens ſtaret ſupra, vbi erat puer.

Videntes autem ſtellam gauiſi ſunt gaudio magno valde.

Et intrantes domum, inuenerunt puerum cum Maria matre eius, & procidentes adorauerunt eum: * Pſa.71. 10. & apertis theſauris ſuis obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham.

Et reſponſo accepto in ſomnis ne redirent ad Herodem, per aliam viam reuerſi ſunt in regionem ſuam.

Qui cum receſſiſſent, ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis Ioſeph, dicens: Surge, & accipe puerum, & matrem eius, & fuge in Ægyptum, & eſto ibi vſque dum dicam tibi. Futurum eſt enim vt Herodes quærat puerum ad perdendum eum.

Qui conſurgens accepit puerum, & matrem eius, nocte, & receſſit in Ægyptum.

Et erat ibi vſque ad obitum Herodis: vt adimpleretur quod dictum eſt à Domino per Prophetam dicentem: * Oſee 11.1. * Ex Ægypto vocaui filium meum.

Tunc Herodes videns quoniam illuſus eſſet à Magis, iratus eſt valde, & mittens occidit omnes pueros, qui erant in Bethlehem, & in omnibus finibus eius à bimatu & infra ſecundum tempus, quod exquiſierat à Magis.

Tunc adimpletum eſt quod dictum eſt per Ieremiam prophetam dicentem.

* Ier.31. 15. * Vox in Rama audita eſt ploratus, & vlulatus multus. Rachel plorans filios ſuos, & noluit conſolari, quia non ſunt.

Defuncto autem Herode, ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis Ioſeph in Ægypto,

Dicens: Surge, & accipe puerum, & matrem eius, & vade in terram Iſrael: defuncti ſunt enim, qui quærebant animam pueri.

Qui conſurgens, accepit puerum, & matrem eius, & venit in terram Iſrael:

Audiens autem quod Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre ſuo, timuit illo ire: & admonitus in ſomnis, receſſit in partes Galilææ.

Tranſl. ex Syriac.

24 *Quum igitur ſurrexiſſet Ioſeph à ſomno ſuo, egit ſicuti præceperat illi Angelus Domini, & accepit vxorem ſuam,*

25 *Neque cognouit eam donec peperit filium ſuum primogenitum, & vocauit illa nomen eius Ieſchua.*

CAP. II.

1 *QVum autem natus eſſet Ieſchua in Bethlechem quæ eſt Iihoudæa in diebus Heroudis regis, aduenerunt Magi ab Oriente ad Ouriſchlem.* Aduerſus Narrationem

2 *Et inquiunt: Vbi natus eſt ille rex Iihoudæorum? vidimus enim ſtellam eius in Oriente, venimuſq; vt adoremus eum.*

3 *Quæ quum audiſſet rex Heroudes perterritus eſt, totaque Ouriſchlem cum eo.*

4 *Et congregatis omnibus principibus ſacerdotum, & ſcribis populi, percontatus eſt ab eis vbi Meſchicho naſceretur.*

5 *Illi autem dixerunt: In Bethlechem quæ eſt Iihoudæa: Sic enim ſcriptum eſt per Prophetam.*

6 *Tu quoque Iihoudaica Bethlechem, nequaquam minima es inter reges Iihoudæa: ex te enim prodibit rex qui paſcet populum meum Iſroiel.*

7 *Tum Heroudes clàm vocauit Magos, & exquiſiuit ab eis quonam tempore ſtella eis apparuiſſet.*

8 *Eoſque dimittens Bethlechem, ait illis. Exquirite diligenter ſuper puerulo: poſtquam autẽ inueneritis eum, venite, renuntiate mihi, vt & ego proficiſcar illum adoraturus.*

9 *Illi autem his à rege auditis abiere, & ecce ſtella quam viderãt in Oriente, præcedebat eos, donec venit, ſtetitque ſuper locum vbi erat puer illo.*

10 *Quum autem vidiſſent ſtellam, gauiſi ſunt gaudio magno admodum,*

11 *Domumq; ingreſſi contemplati ſunt puerulum cum Mariam matre eius, & procidentes adorarunt eum: ſuoſq; theſauros aperuere, & obtulerunt ei oblationes, aurum, myrram, & thus.*

12 *Et viſus eſt eis in ſomnio, ne reuerterentur ad Heroudem, itaque per aliam viam profecti ſunt in regionem ſuam.*

13 *Quum autem abiiſſent, apparuit Angelus Domini in ſomnio ipſi Iauſeph, & ait illi: Surge, accipe puerulum, & matrem eius, & in Ægyptum fugito, & illic eſto vſquedum dixero tibi. Futurum eſt enim vt Heroudes quærat puerum vt illum perdat.* * Ad Matutinum Infanticidij.

14 *Iauſeph itaque ſurgens accepit puerum, & matrem eius noctu, fugaque in Ægyptum contendit.*

15 *Et fuit illic aduſque mortem Heroudis: vt adimpleretur quod dictum eſt à Domino per prophetam dicentem: Ex Ægypto vocaui filium meum.*

16 *Tum Heroudes quum videret ſe à Magis illuſum eſſe, vehementer excanduit, miſitque qui interficerent omnes pueros Bethlechmitas, finitimoſque omnes à nato duos annos, & infra, ſecundum tempus quod ex Magis exquiſierat.*

17 *Tunc impletum eſt id quod dictum eſt per Irmeio prophetam, dicentem,*

18 *Vox audita eſt in Rometho fletus, & lamentum multum: Rochel plorans ſuper filios ſuos, renuitque vllam accipere conſolationem, eo quòd non ſunt.*

19 *Quum autem obiiſſet rex Heroudes, viſus eſt Angelus Domini in ſomnio ipſi Iauſeph in Ægypto.* *Ad oblationem Infanticidij.

20 *Et ait illi: Surge, aſſume puerum, & matrem eius, & proficiſcere in terram Iſroiel: etenim mortui ſunt illi, qui quærebant animam pueri.*

21 *Cùm itaque ſurrexiſſet Iauſeph, aſſumpſit puerum, & matrem eius, & venit in terram Iſroiel.*

22 *Quum autem audiuiſſet Archelaum in Iihoudæa regem eſſe loco Heroudis patris ſui, timuit illuc proficiſci: & viſum eſt ei in ſomnio eundum eſſe in regionem Galilææ.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Excitatus autem Ioseph è somno, fecit sicut præcepit ei angelus Domini: & accepit coniugem suam.

Et non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum, & vocauit nomen eius Iesum.

CAP. II.

AT Iesu nato in Bethlehem Iudæ in diebus Herodis regis, ecce Magi ab Orientibus accesserunt in Hierosolymam.

Dicentes vbi est natus rex Iudæorum; vidimus enim eius stellam in Oriente, & venimus adorare eum.

Audiens autem Herodes rex, turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo.

Et congregans omnes principes Sacerdotum, & Scribas populi, sciscitabatur ab eis vbi Christus nasceretur.

At illi dixerunt ei: In Bethlehem Iudæ. sic enim scriptum est per Prophetam.

Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquam minima es in ducibus Iuda: ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israel.

Tunc Herodes clàm vocans Magos, perquisiuit ab eis tempus apparentis stellæ.

Et mittens eos in Bethlehem, dixit, Euntes diligenter explorate de puero: Quum autem inueneritis, renunciate mihi, vt ego veniens adorem eum.

Illi autem audientes regem profecti sunt, & ecce stella quam viderant in Oriente, antecedebat eos, vsque dum veniens staret suprà vbi erat puer.

Videntes autem stellam, gauisi sunt gaudium magnum valde.

Et venientes in domum, inuenerũt puerum cum Maria matre eius. Et procidentes adorauerunt eum: & aperientes thesauros suos, obtulerunt ei munera, aurum, & thus, & myrrham.

Et responsi secundum somnium, non reflectere ad Herodem, per aliam viam recesserunt in regionem suam.

Recessis autem ipsis, ecce angelus Domini apparet per somnium Ioseph, dicens: Excitatus accipe puerum & matrem eius, & fuge in Ægyptum: & esto ibi vsquedum dicam tibi. Futurus est enim Herodes quærere puerum ad perdendum eum.

Is autem excitatus accepit puerum & matrem eius nocte, & secessit in Ægyptum.

Et erat ibi vsque ad obitum Herodis, vt adimpleretur dictum à Domino per Prophetam dicentem, Ex Ægypto vocaui filium meum.

Tunc Herodes videns quoniam illusus esset à Magis, iratus est valdè: & mittens occidit omnes pueros qui in Bethlehem, & in omnibus finibus eius, à bimatu & infrà, secundum tempus quod perquisiuit à Magis.

Tunc adimpletum est dictum per Ieremiam Prophetam, dicèntem:

Vox in Rama audita est, ploratus, & vlulatus & eiulatus multus, Rachel plorans natos suos, & noluit consolari, quia non sunt.

Defuncto autem Herode, ecce Angelus Domini secundum somnium apparet Ioseph in Ægypto,

Dicens: Excitatus accipe puerum, & matrem eius, & vade in terram Israel. mortui sunt enim quærentes animam pueri.

Ille autem excitatus accepit puerum & matrem eius, & venit in terram Israel.

Audiẽs autem quòd Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre suo, timuit illò ire. Responsus autem secundum somnium, secessit in partes Galilææ.

Transl. Erasm. Roterod.

Excitatus autem Ioseph à somno, fecit vt iniunxerat sibi angelus Domini, & adiunxit sibi vxorem suam:

Et non cognouit eam, donec peperisset filium suum primogenitum, & appellauit nomen eius Iesum.

CAP. II.

CVm autem natus esset Iesus in Bethlehem ciuitate Iudææ, temporibus Herodis regis, Ecce magi ab oriente accesserunt Hierosolyma.

Dicentes, Vbi est ille, qui natus est rex Iudæorum? vidimus enim illius stellam in oriente, & accessimus, vt adoremus eum.

Auditis autem his Herodes rex, turbatus est, & tota Hierosolymorum vrbs cum illo.

Et conuocatis omnibus pontificibus, & scribis populi, perconctatus est eos, vbi Christus nasceretur.

At illi dixerunt ei, In Bethlehem Iudææ. Sic enim scriptum est per prophetam.

Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquam minima es inter principes Iuda. Ex te enim mihi prodituras est dux, qui gubernaturus est populum meum Israel.

Tum Herodes clam accersitis magis, accurate perquisiuit ab illis, quo tempore stella apparuisset.

Et iussis ire in Bethlehem, dixit, profecti illuc, accurate inquirite de puero: Vbi vero inueneritis renunciate mihi, vt & ego veniam & adorem illum.

At illi audito rege, profecti sunt, & ecce stella quam viderant in oriente, præcedebat illos, donec progressa, staret supra locum in quo erat puer.

Cum autem vidissent stellam, gauisi sunt gaudio magno valde.

Et ingressi domum, inuenerunt puerum, cum Maria matre eius, & prostrati adorauerunt illum, & apertis thesauris suis, obtulerunt illi munera, aurum, & thus, & myrrham.

Et oraculo admoniti, in somnis, ne reuerterentur ad Herodem, per aliam viam reuersi sunt in regionem suam.

Digressis autem illis, ecce angelus Domini apparet in somnis Ioseph, dicens: Surge & assume puerum ac matrem illius, & fuge in Ægyptum, & esto illic donec dixero tibi. Futurum est enim, vt Herodes quærat puerum ad perdendum eum.

Ille vero excitatus, assumpsit puerum & matrem eius nocte, & secessit in Ægyptum.

Et fuit illic vsque ad obitum Herodis, vt perficeretur quod dictum fuerat à Domino per prophetam dicentem. Ex Ægypto vocaui filium meum.

Tum Herodes vbi vidit sibi illusum fuisse à magis, indignatus est vehementer, ac missis satellitibus interfecit omnes pueros, qui erant Bethlehem, & in omnibus finibus Bethleemiticis, quotquot essent bimuli aut minores, iuxta tempus, quod exacte cognouerat ex magis.

Tunc perfectum est, quod dictum fuerat ab Hieremia propheta, cum ait:

Vox in Rhama audita est, lamentatio, ploratus, & fletus multus, Rachel plorans filios suos, & noluit consolationem admittere, propterea quod non sint.

Caterum defuncto Herode, ecce angelus Domini in somnis apparet Ioseph in Ægypto.

Dicens, Surge & assume puerum & matrem eius, & vade in terram Israel. Defuncti sunt enim, qui quærebant animam pueri.

At ille surgens assumpsit puerum & matrem illius, & venit in terram Israel.

Verum cum audisset Archelaum regnare in Iudæa, loco Herodis patris sui, timuit illuc abire, sed oraculo admonitus in somnis, secessit in partes Galilææ.

Vulgat. Editio.

Et veniens habitauit in ciuitate, quæ vocatur Nazareth: vt adimpleretur quod dictum est per Prophetas: Quoniam Nazaræus vocabitur.

CAP. III.

IN diebus autem illis venit Ioannes Baptista prædicans in deserto Iudææ.

Et dicens: * Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum cœlorum.

Hic est enim, qui dictus est per Isaiam prophetam dicentem: * Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini: rectas facite semitas eius.

Ipse autem Ioannes habebat vestimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos: esca autem eius erat locustæ, & mel syluestre.

* Tunc exibat ad eum Hierosolyma, & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem.

Et baptizabantur ab eo in Iordane, confitentes peccata sua.

Videns autem multos Pharisæorum, & Sadducæorum venientes ad baptismum suum, dixit eis: Progenies viperarum, quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira?

Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ.

Et ne velitis dicere intra vos: * Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis quoniam potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.

Iam enim securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.

* Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam: qui autem post me venturus est, fortior me est, cuius non sum dignus calceamenta portare: ipse vos baptizabit in Spiritu sancto, & igni.

Cuius ventilabrum in manu sua: & permundabit aream suam: & congregabit triticum suum in horreum, paleas autem comburet igni inextinguibili.

* Tunc venit Iesus à Galilæa in Iordanem ad Ioannem, vt baptizaretur ab eo.

Ioannes autem prohibebat eum, dicens: Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me?

Respondens autem Iesus, dixit ei: Sine modo: sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Tunc dimisit eum.

Baptizatus autē Iesus, confestim ascendit de aqua. & ecce aperti sunt ei cæli: & vidit spiritum Dei descendentem sicut columbam, & venientem super se.

* Et ecce vox de cœlis, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.

CAP. IIII.

TVnc Iesus ductus est in desertum à Spiritu, vt tentaretur à diabolo.

Et cum ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esuriit.

Et accedens tentator dixit eis: Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant.

Qui respondens dixit: Scriptum est: * Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.

Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem, & statuit eum super pinnaculum templi.

Et dixit ei: Si filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim: * Quia angelis suis mandauit de te, & in manibus tollent te ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

Ait illi Iesus: Rursum scriptum est: * Non tentabis Dominum Deum tuum.

Transl. ex Syriac.

Quò cùm peruenisset, habitauit in ciuitate quæ vocatur Nozerath, vt impleretur, id quod dictum est per prophetam: Fore vt Nazarenus vocaretur.

CAP. III.

ILlis autem ipsis diebus venit Iouchanon Baptista, & prædicauit in deserto Iihoudæa. Festo Epiphaniæ.

Et dicebat: Pœnitentiam agite: appropinquauit regnum cœlorum.

Is enim est, qui dictus est per Eschaio prophetam: Vox clamantis in deserto: Parate vias Domini: & adæquate semitas eius.

Ipse autem Iouchanon habebat vestimentum suum è pilis camelorum, zonamq; pelliceam circum lumbos suos: & cibus eius erant locustæ, & mel agreste.

Tunc exiuit ad eum Ouirschlem, & tota Iihoudæa, totaque regio ambiens Iourdenon.

Et baptizabantur ab eo in Iourdenon flumine, postquam peccata sua fuerant confessi.

Quum autem videret multos è Perisshais, & Zadoukais venientes, vt baptizarentur, ait illis: Generatio viperarum, quis vobis indicauit, vt fugeretis ab ira ventura?

Facite igitur fructus dignos pœnitentiæ.

Neque cogiteris, & dicatis in animabus vestris: Est nobis pater Abrohom. Etenim dico vobis, Deum posse ex lapidibus istis suscitare filios ipsi Abrohom.

Ecce autem posita est securis ad radicem arborum. Omnis igitur arbor, quæ bonos fructus non facit, exciditur, & in ignem cadit.

Ego quidem baptizo vos aqua ad pœnitentiam: ille verò qui post me venit, fortior me est, cuius non sum dignus ferre calceamenta: ipse baptizaturus est vos in Spiritu sanctitatis, & igne.

Cuius ventilabrum in manu ipsius, & repurgat aream suam: & triticum cogit in horrea sua: paleamque comburit igni inextinguibili.

Tunc venit Ieschua è Galilæa in Iordenon ad Iouchanon, vt baptizaretur ab eo.

Ipse autem Iouchanon prohibebat eum, & dicebat: Ego quidem necesse habeo baptizari à te, & tu venis ad me?

At ipsemet Ieschua respondens, ait illi: Sine nunc: sic enim decet nos, adimplere omnem rectitudinem. Et tunc omisit eum.

Quum autem baptizatus fuisset Ieschua: statim ascendit ex aqua. & aperti sunt ei cœli: & suspexit spiritum Dei descendentē sicut columbam, & venientē super ipsum

Et ecce vox è cœlis dicens: Hic est filius meus dilectissimus, in quo mihi complacui.

CAP. IIII.

TVnc Ieschua subductus est à spiritu sanctitatis in desertum vt tentaretur ab accusatore, id est diabolo. Dominica intrinitus ieiunij, & ad obseruationē Quadragesimæ.

Et ieiunauit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea verò esuriit.

Et accedens tentator ille dixit ei: Si filius Dei es, dic vt isti lapides panis fiant.

At ille respondit, & ait: Scriptum est. Non tantummodo pane viuit homo, sed omni verbo quod procedit ex ore Dei.

Tunc transtulit eum accusator ille super sacrosanctam ciuitatem, & statuit eum super pinnaculum templi.

Et ait illi: Si filius Dei es, deorsum te dede præcipitem. Scriptum est enim: Angelis suis præcipiet de te, manibus suis te sublenent, ne offendas ad lapidem pedem tuum.

At illi Ieschua: Rursus scriptum est: Non tentabis Dominum Deum tuum.

Transl. B. Ariæ Mont.

Et veniens commigrauit in ciuitatem dictam Nazareth : vt impleretur dictum per Prophetas, Quòd Nazaræus vocabitur.

CAP. III.

IN autem diebus illis accedit Ioannes Baptista prædicans in deserto Iudææ.

Et dicens : Pœnitemini : appropinquauit enim regnum cœlorum.

Hic enim est pronunciatus ab Esaia Propheta, dicente : Vox clamantis in deserto : Expedite viam Domini, rectas facite semitas eius.

Ipse autem Ioannes habebat indumentum suum è pilis cameli, & zonam pelliceam circa lumbum suum: esca autem eius erat locustæ,& mel siluestre.

Tunc exibat ad eum Hierosolyma, & omnis Iudæa,& omnis circum vicinia Iordanis.

Et baptizabantur in Iordane ab eo, confitentes peccata sua.

Videns autem multos Pharisæorum, & Sadducæorum venientes ad baptismum suum, dixit eis: Genimina viperarum, quis demonstrauit vobis fugere à futura ira?

Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ.

Et ne arbitremini dicere in vobismetipsis : Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis,quoniá potest Deus de lapidibus istis suscitare natos Abrahæ.

Iam enim & securis ad radicem arborum adiacet. Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum exciditur,& in ignem iacitur.

Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam, qui autem post me veniens, fortior me est: cuius non sum idoneus calceamenta portare, ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igni.

Cuius ventilabrum in manu sua,& permundabit aream suam, & congregabit triticum suum in horreum,ac paleam comburet igni inextinguibili.

Tunc accedit Iesus à Galilæa in Iordanem ad Ioannem, baptizari ab eo.

At Ioannes prohibebat eum, dicens: Ego vsum habeo à te baptizari,& tu venis ad me?

Respondens autem Iesus, dixit ad eum, Sine interim : sic enim decens est nobis implere omnem iustificationem. Tunc dimittit eum.

Et baptizatus Iesus ascendit statim de aqua.Et ecce aperti sunt ei cæli, & vidit spiritum Dei descendentem sicut columbam,& venientem super eum.

Et ecce vox de cœlis, dicens : Hic est Filius meus dilectus, in quo complacui.

CAP. IIII.

TVnc Iesus actus est in desertum à Spiritu, tentari à diabolo.

Et ieiunans dies quadraginta, & noctes quadraginta,postremum esuriit.

Et accedens ei tentator,dixit : Si Filius es Dei, dic vt lapides isti panes fiant.

Ille autem respondens, dixit : Scriptum est, Non in pane solo viuet homo, sed in omni verbo exeunte per os Dei.

Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem,& statuit eum super pinnaculum templi.

Et dixit ei : Si filius es Dei, deiice teipsum deorsum. Scriptum est enim, Quia angelis suis mandabit de te, & in manibus tollent te, ne forte impingas ad lapidem pedem tuum.

Ait illi Iesus: Rursum scriptum est : Non tentabis Dominum Deum tuum.

Transl. Erasm. Roterod.

Ac profectus habitauit in ciuitate quæ vocatur Nazareth, vt impleretur, quod dictum fuerat per prophetas, Nazaræus vocabitur.

CAP. III.

IN diebus illis, accedit Ioannes Baptista, prædicans in deserto Iudææ,

Dicens q̃, Pœnitentiam agite vitæ prioris in propinquo est enim regnum cœlorum.

Nam hic est ille, de quo dixit Propheta Hesaias, qui ait. Vox clamantis in deserto, parate viam Domini, rectas facite semitas eius.

Ipse vero Ioannes habebat indumentum suum è pilis camelorum, & zonam pelliceam circum lumbos suos. Porrò cibus illius erant locustæ, & mel syluestre.

Tunc egressa est ad illum Hierosolyma, & tota Iudæa, totaque regio vndique finitima Iordani.

Et baptizabantur in Iordane ab illo, confitentes peccata sua.

Cum vidisset autem multos ex Pharisæis & Sadducæis, venientes ad baptismum suum, dixit illis. Progenies viperarum, quis vobis submonstrauit, vt fugeretis à ventura ira?

Facite igitur fructus, qui deceant pœnitentiam.

Et ne sitis hac mente, vt dicatis intra vosmetipsos patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quod possit Deus facere, vt ex lapidibus his, filij surgant Abrahamo.

Iam vero & securis ad radicem arborum posita est. Omnis igitur arbor quæ non facit fructum bonum excidituir, & in ignem mittitur.

Ego quidem baptizo vos aqua ad pœnitentiam. At ille qui post me venturus est, fortior me est, cuius non sum idoneus vt calceamenta portem. Ipse vos baptizabit Spiritu sancto & igni.

Cuius ventilabrum in manu ipsius, & repurgabit aream suam, & congregabit triticum suum in horreum, paleam autem exuret igni inextinguibili.

Tunc accedit Iesus à Galilæa ad Iordanem ad Ioannem, vt baptizaretur ab illo.

At Ioannes prohibebat illum dicens, Mihi opus est, vt abs te baptizer, & tu venis ad me?

Respondens autem Iesus dixit ad illum, omitte nunc. Sic enim decet nos, vt compleamus omnem iustitiam. Tunc omittit illum.

Et baptizatus Iesus, ascendit protinus ab aqua, & ecce aperti sunt illi cæli, & vidit spiritum Dei descendentem tanquam columbam, & venientem super ipsum.

Et ecce vox de cœlis dicens, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacitum est.

CAP. IIII.

TVnc Iesus subductus fuit in desertum à spiritu, vt tentaretur à diabolo.

Et cum ieiunasset dies quadraginta, ac noctes quadraginta, tandem esurijt.

Et cum accessisset ad eum ille qui tentat, dixit, Si filius es Dei, iube vt lapides hi panes fiant.

At ille respondens, dixit : Scriptum est. Non solo pane victurus est homo, sed omni verbo quod egreditur per os Dei:

Tunc assumit illum diabolus in sanctam ciuitatem, & statuit eum super pinnaculum templi,

Dicitq̃ illi, Si filius es Dei, præcipita te deorsum. Nam scriptum est, Angelis suis mandaturus est de te, ac manibus tollent te, ne quando impingas in lapidem pedem tuum.

Dixit illi Iesus, rursum scriptum est, Non tentabis Dominum Deum tuum.

Vulgat. Editio.

Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde: & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum.

Et dixit ei: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me.

Tunc dicit ei Iesus: Vade Satana: Scriptum est enim: * Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies.

Tunc reliquit eum diabolus: & ecce angeli accesserunt, & ministrabant ei.

Cum autem audisset Iesus quod Ioannes traditus esset, * secessit in Galilæam.

Et relicta ciuitate Nazareth, venit, & habitauit in Capharnaum maritima, in finibus Zabulon, & Nephthalim.

Vt adimpleretur quod dictum est per Isaiam Prophetam.

* Terra Zabulon, & terra Nephthalim, via maris trans Iordanem Galilææ gentium.

Populus, qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam: & sedentibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis.

Exinde cæpit Iesus prædicare & dicere: Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum cœlorum.

Ambulans autem Iesus iuxta mare Galilææ, * vidit duos fratres Simonem, qui vocatur Petrus, & Andream fratrem eius, mittentes rete in mare, (erant enim piscatores.)

Et ait illis: Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum.

At illi continuo relictis retibus secuti sunt eum.

Et procedens inde, vidit alios duos fratres, Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem eius in naui cum Zebedæo patre eorum, reficientes retia sua: & vocauit eos.

Illi autem statim relictis retibus, & patre, secuti sunt eum.

Et circuibat Iesus totam Galilæam, docens in synagogis eorum, & prædicans euangelium regni: & sanans omnem languorem, & omnem infirmitatem in populo.

Et abiit opinio eius in totam Syriam, & obtulerunt ei omnes male habentes, variis languoribus, & tormentis comprehensos, & qui dæmonia habebant, & lunaticos, & paralyticos, & curauit eos.

* Et secutæ sunt eum turbæ multæ de Galilæa, & Decapoli, & de Hierosolymis, & de Iudæa, & de trans Iordanem.

CAP. V.

VIdens autem Iesus turbas, ascendit in montem, & cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius.

Et aperiens os suum docebat eos dicens.

Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum cælorum.

Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terram.

Beati, qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur.

Beati, qui esuriunt, & sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur.

Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur.

Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt.

Beati pacifici: quoniam filij Dei vocabuntur.

Transl. ex Syriac.

Iterum transtulit eum accusator in montem admodum sublimem: eique ostendit omnia regna mundi, & omnem eorum gloriam.

Et ait illi: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me.

Tum dixit ei Ieschua: Abi tibi inimice: Scriptum est enim: Dominum Deum tuum adorabis, illumque ipsum solummodo coles.

Tunc omisit eum accusator: & ecce angeli accesserunt, illique ministrauere.

* *Quum autem auditione accepisset Ieschua Iouchanon coniectum fuisse in carcerem, reuersus est in Galilæam.* Dominica post Epiphaniã.

Relictaque Nozérath venit, & habitauit in Capharnachum iuxta mare in finibus Zeboulon, & Naphtholi.

Vt impleretur quod dictum est per Eschaio prophetam, dicentem.

Terra Zebouloun, terra Naphtholi, via maris trans Iourdenon, Galilæa gentium.

Populus, qui sedebat in tenebris lucem magnam conspicatus est: & iis qui habitabant in regione, & vmbra mortis, lux est exorta.

Inde tepit Ieschua prædicare, & dicere: Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum cœlorum.

Quumque iter faceret iuxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Schemeoun, qui vocatur Kipho, & Andream fratrem eius, in mare retia proijcientes, (erant enim piscatores.)

Et ait illis Ieschua: Venite post me, & faciam vos esse piscatores hominum.

Illi autem confestim retia sua dimittentes, post eum iuere.

Et quum illinc discederet, vidit duos alios fratres, Iaakoub filium Zabdai, & Iouchanon fratrem eius in nauicula cum Zabdai ipsorum patre, resarcientes retia sua, & vocauit eos Ieschua.

Illi autem statim reliquerunt nauiculam, & patrem suum, ac sequuti sunt eum.

Et perlustrabat Ieschua vniuersam Galilæam, docebatque in synagogis eorum, & prædicabat Euangelium regni: atque sanabat omnem dolorem, omnemque languorem in populo.

Et audita est fama eius in tota Syria, & offerebantur ei omnes qui pessimè affecti erant infirmitatibus variis, quique cruciatibus constringebantur, nec non dæmoniaci, & lunatici, & paralytici, eosque sanauit.

Et sequebantur eum turbæ multæ à Galilæa; ac Decapoli, & ab Ourischlem, & à Iihoudæa, & regionibus sitis vltra Iourdenon.

CAP. V.

QVum autem vidisset Ieschua turbas, ascendit in montem, quumque consedisset, accesserunt ad eum discipuli eius. * Apostolorum & Patrum.

Et aperuit os suum eosque docuit, inquiens.

Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum cœlorum.

Beati mites: quippe qui hæreditatis iure possessuri sunt terram.

Beati lugentes: quippe qui consolationem accepturi sunt.

Beati illi, qui esuriunt, & sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur.

Beati misericordes: quoniam super eos futura sunt misericordia.

Beati illi qui mundi sunt corde: quippe qui visuri sunt Deum.

Beati pacifici: quippe qui filij Dei vocabuntur.

Beati

Beati

Transl. B. Ariæ Mont.

Iterum assumit eum diabolus in montem excelsum valdè, & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum.

Et dicit ei. Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me.

Tunc dicit ei Iesus, Abi post me Satana. scriptum est enim, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies.

Tunc dimittit eum diabolus, & ecce angeli accesserunt, & ministrabant ei.

Audiens autem Iesus quòd Ioannes traditus esset secessit in Galilæam.

Et relinquens Nazareth, veniens commigrauit in Capharnaum maritimam, in finibus Zabulon & Nephthalim.

Vt adimpleretur pronunciatum per Esaiam Prophetam dicentem.

Terra Zabulon & terra Nephthali, viam maris vltra Iordanem, Galilæa gentium.

Populus sedens in tenebris, vidit lucem magnam: & sedentibus in regione & vmbra mortis, lux orta est eis.

Ex tunc cœpit Iesus prædicare, & dicere pœnitemini: appropinquauit enim regnum cælorum.

Circumambulans autem Iesus iuxta mare Galilææ, vidit duos fratres; Simonem dictum Petrum, & Andream fratrem eius, mittentes verriculum in mare: (erant enim piscatores.)

Et ait illis: Venite post me, & faciam vos piscatores hominum.

Illi autem continuo dimittentes retia, secuti sunt eum.

Et procedens indè, vidit alios duos fratres, Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem eius in naui cum Zebedæo patre eorum, resarcientes retia sua: & vocauit eos.

Illi autem statim dimittentes nauiculam & patrem suum, secuti sunt eum.

Et circuibat totam Galilæam Iesus, docens in synagogis eorum, & prædicans Euangelium regni: & sanans omnem morbum, & omnem infirmitatem in populo.

Et abiit auditio eius in totam Syriam. & obtulerunt ei omnes malè habentes variis morbis & torminibus comprehensos, & dæmoniacos & lunaticos, & paralyticos: & curauit eos.

Et secutæ sunt eum turbæ multæ de Galilæa, & Decapoli, & Hierosolymis, & Iudæa, & trans Iordanem.

CAP. V.

Videns autem turbas, ascendit in montem: & sedente eo, aduenerunt illi discipuli eius.

Et aperiens os suum, docebat eos, dicens.

Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum.

Beati lugentes, quoniam ipsi consolabuntur.

Beati mites, quoniam ipsi hæreditabunt terram.

Beati esurientes & sitientes iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.

Beati misericordes, quoniam ipsi misericordia afficientur.

Beati mundi corde, quoniam ipsi Deum videbunt.

Beati pacifici, quoniam ipsi filij Dei vocabuntur.

Transl. Erasm. Roterod.

8 *Rursum assumit illum diabolus in montem excelsum valde, & commonstrat ei omnia regna mundi, & gloriam illorum.*

9 *Et dicit illi: Hæc omnia tibi dabo, si prostratus adoraueris me.*

10 *Tunc dicit illi Iesus. Abi Satana. Scriptum est enim, Dominum Deum tuum adorabis, & illum solum coles.*

11 *Tunc omittit illum diabolus. Et ecce angeli accedebant, ac ministrabant ei.*

12 *Cum audisset autem Iesus, quod Ioannes traditus esset, secessit in Galilæam.*

13 *Et relicta Nazareth, profectus habitauit in Capernaum, quæ est ciuitas maritima, in finibus Zabulon & Nephthalim,*

14 *Vt impleretur, quod dictum fuerat per Esaiam Prophetam dicentem:*

15 *Terra Zabulon & Neptalim iuxta viam maris, vltrà Iordanem, Galilæa gentium.*

16 *Populus qui sedebat in tenebris & vmbra mortis, vidit lucem magnam, & qui sedebant in regione & vmbra mortis, lux orta est eis.*

17 *Ex eo tempore cœpit Iesus prædicare, & dicere, Resipiscite, instat enim regnum cælorum.*

18 *Ambulans autem Iesus iuxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Simonem qui vocabatur Petrus, & Andream fratrem eius, iacientes rete in mare (Nam erant piscatores.)*

19 *Et dicit illis: Sequamini me, & faciam vos piscatores hominum.*

20 *At illi relictis illico retibus, secuti sunt illum.*

21 *Et progressus illinc, vidit alios duos fratres, Iacobum filium Zebedæi, & Ioannem fratrem eius in naui, cum Zebedæo patre suo, sarcientes retia sua, & vocauit eos.*

22 *At illi protinus relicta naui & patre suo, secuti sunt eum.*

23 *Et circumibat totam Galilæam Iesus, docens in synagogis illorum ac prædicans euangelium regni, & sanans omnem morbum, & omnem languorem in populo.*

24 *Et dimanauit fama illius in totam Syriam. Et adduxerunt ad illum omnes malè affectos, variis morbis ac torminibus contractos, & damoniacos, & lunaticos, & paralyticos, sanauitque illos.*

25 *Et secuta sunt eum turbæ multæ, à Galilæa ac Decapoli, & Hierosolymis, & Iudæa, & à regionibus trans Iordanem sitis.*

CAP. V.

1 *Cvm vidisset autem turbas, ascendit in montem, & cum consedisset, accesserunt ad illum discipuli eius.*

2 *Et postquàm aperuisset os suum, docebat illos, dicens.*

3 *Beati pauperes spiritu, quoniam illorum est regnum cælorum.*

4 *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolationem accipient.*

5 *Beati mites, quoniam ipsi hæreditatem accipient terræ.*

6 *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.*

7 *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.*

8 *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.*

9 *Beati pacifici, quoniam ij filij Dei vocabuntur.*

Vulgat. Editio.

* Beati, qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam: quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.

Beati eſtis cum maledixerint vobis, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduerſum vos mentientes, propter me.

Gaudete, & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis: ſic enim perſecuti ſunt prophetas, qui fuerunt ante vos.

Vos eſtis ſal terræ. * Quod ſal euanuerit, in quo ſalietur? ad nihilum valet vltra, niſi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus.

Vos eſtis lux mundi. Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita.

*Neque accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum vt luceat omnibus, qui in domo ſunt.

Sic luceat lux veſtra coram hominibus: vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum, qui in cœlis eſt.

Nolite putare quoniam veni ſoluere legem, aut prophetas: non veni ſoluere, ſed adimplere.

* Amen quippe dico vobis, donec tranſeat cœlum & terra, iota vnum aut vnus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant.

* Qui ergo ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines, minimus vocabitur in regno cœlorum: qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum.

Dico enim vobis, quia niſi abundauerit iuſtitia veſtra * plus quam Scribarum, & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cœlorum.

Auditis quia dictum eſt antiquis: * Non occides: qui autem occiderit, reus erit iudicio.

Ego autem dico vobis: quia omnis, qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri ſuo, raca, reus erit concilio. Qui autem dixerit, fatuo reus erit gehennæ ignis.

Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduerſum te.

Relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo: & tunc veniens offeres munus tuum.

* Eſto conſentiens aduerſario tuo cito dum es in via cum eo: ne forte tradat te aduerſarius iudici, & iudex tradat te miniſtro: & in carcerem mittaris.

Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas nouiſſimum quadrantem.

Auditis quia dictū eſt antiquis: * Nō mœchaberis.

Ego autem dico vobis: quia omnis, qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo.

* Quod ſi oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue eum, & proijce abs te: expedit enim tibi vt pereat vnum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum mittatur in gehennam.

Et ſi dextera manus tua ſcandalizat te, abſcinde eam, & proijce abs te: expedit enim tibi vt pereat vnum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum eat in gehennam.

Dictum eſt autem: * Quicumque dimiſerit vxorem ſuam, det ei libellum repudii.

Ego autem dico vobis: Quia omnis, qui dimiſerit vxorem ſuam, excepta fornicationis cauſa, facit eam mœchari: & qui dimiſſam duxerit, adulterat.

Iterum auditis, ſquia dictum eſt antiquis: * Non periurabis: reddes autem Domino iuramenta tua.

Ego autem dico vobis, non iurare omnino, neque per cœlum, quia thronus Dei eſt.

Tranſl. ex Syriac.

10 *Beati illi, qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam: quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.*

11 *Beati vos, quum exprobauerint vobis, voſque perſequti fuerint & dixerint omne verbum malum, aduerſus vos propter me in mendacio.*

12 *Tunc gaudete, & exultate, quoniam merces veſtra multa eſt in cœlis: ſic enim perſecuti ſunt prophetas, qui vos præceſſerunt.*

13 *Vos eſtis ſal terræ. Quod ſi ſal inſatuatum fuerit, quo ſalietur? ad nullum venit vſum, niſi vt proijciatur foras, & conculcetur ab hominibus.*

14 *Vos eſtis lux mundi. Impoſſibile eſt vt abſcondatur ciuitas, quæ ſuper montem ædificata eſt.*

15 *Neque lumen lucernæ admouent, vt ponant eam ſubter modium, ſed ſuper candelabrum, & luceat iis omnibus, qui ſunt in ædibus.*

16 *Ita luceat lux veſtra coram hominibus: vt videant bona opera veſtra, euehantq; laudibus patrem veſtrum, qui in cœlis eſt.*

17 *Ne putetis me veniſſe vt ſoluam legem, aut prophetas: non vt ſoluam, ſed vt adimpleam.*

18 *Amin enim dico vobis ego, donec tranſierint cœli, & terra, ioud vnum, vnæſue apex non præteribit à lege, donec omnia fiant.*

19 *Quiſquis igitur ſoluerit vnum ex mandatis hiſce minimis, & ita docuerit homines, minimus vocabitur in regno cœlorum: quiſquis autem fecerit & docuerit: iſte magnus vocabitur in regno cœlorum.*

20 *Ego enim dico vobis, niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam Scribarum, & Periſchæorum, non intrabitis in regnum cœlorum.*

21 * *Auditis dictum fuiſſe antiquis: Non occides: & quiſquis occiderit, reus erit iudicij.*

22 *Ego verò dico vobis: quicumque iraſcetur fratri ſuo temerè, reus eſt iudicij. Et quicumque dixerit fratri ſuo, raka, reus eſt conſeſſus. Et quiſquis dixerit, fatue: reus erit gehennæ ignis.*

23 *Igitur ſi obtuleris munus tuum ſuper altare, & illic recordatus fueris fratrem tuum retinere contra te inimicitiam aliquam.*

24 *Dimitte illic oblationem tuam ſuper altare, & abi: primùm redi in gratiam cum fratre tuo: & tum veni offer oblationem tuam.*

25 *Eſto deſiderabilis cum aduerſario tuo citò dum adhuc cum illo es in via: ne fortè aduerſarius tuus tradat te iudici, & iudex tradat te exactori, & incidas in domum vinctorum.*

26 *Amin enim ego dico tibi, te illinc non egreſſurum donec reddideris oſtauum* numulum *vltimum.*

27 *Auditis dictum fuiſſe: Non mœchaberis.*

28 *Ego verò dico vobis: quiſquis aſpexerit mulierem vt eam concupiſcat, illicò adulterauit eam in corde ſuo.*

29 *Si autem oculus tuus dexter offendiculo tibi fuerit, erue eum, & proijce abs te: præſtat enim tibi vt pereat vnum membrum tuum, quàm totum corpus tuum cadat in gehennam.*

30 *Quòd ſi manus tua dextera offendiculo tibi fuerit, amputa, & abiice eam abs te: ſatius enim tibi fuerit vt pereat vnum ex membris tuis, quàm totum corpus tuum incidat in gehennam.*

31 *Dictum eſt: Quicumque dimiſerit vxorem ſuam, det ei libellum repudii.*

32 *Ego verò dico vobis: Quiſquis dimiſerit vxorem ſuam præter quàm ratione fornicationis, facit eam mœchari: & qui duxerit dimiſſam, adulterium committit.*

33 *Rurſum auditis dictum fuiſſe antiquis: Non mentieris in iuramento tuo, ſed perſolues Domino iuramentum tuū.*

34 *Ego verò dico vobis non iurabis omnino, non per cœlum, quia thronus Dei eſt.*

* Matuciniſii. Feriæ Septimanæ præcedent. Ieiunium.

* 1. Pet. 2. 20. & 3. 14. & 4. 14.
* Mat. 9. 50. Lu. 14. 34.
* Mar. 4. 21. Lu. 8. 16. & 11. 33.
* 1. Pet. 2. 12.
* Luc. 16. 17.
* Ia. 2. 10.
* Lu. 11. 39.
* Exod. 20. 13.
* Lu. 12. 58.
* Exo. 20. 14.
* Iuſ. 18. 9. Mar. 9. 46.
Deut. 24. 1. & 30. 7. 1. Reg. 24. 4. 16. 18. 1. Cor. 7. 10. 11. 39. 2. Cor. 7. 12. 13. 1. 1. Tim. 1. 10. 6. 3. 1. Iac. 5. 12.

Transl. B. Ariæ Mont.

Beati perſequutione affecti propter iuſtitiam: quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.

Beati eſtis, quum maledixerint vos & perſequuti fuerint, & dixerint omne malum verbum aduerſum vos mentientes, propter me.

Gaudete,& exultate,quoniam merces veſtra multa in cœlis: ſic enim perſequuti ſunt Prophetas illos ante vos.

Vos eſtis ſal terræ; ſi autem ſal inſatuatum ſit, in quo ſalietur? ad nihilum valet vltra,ſi non eiici foras,& conculcari ab hominibus.

Vos eſtis lux mundi: non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita.

Neque accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum & lucet omnibus in domo.

Sic luceat lux veſtra coram hominibus: vt videant veſtra pulchra opera, & glorificent patrem veſtrum,qui in cœlis.

Ne putetis quoniam veni diſſoluere Legem aut propheras,: non veni diſſoluere,ſed adimplere.

Amen quippe dico vobis,donec prætereat cœlum & terra, iota vnum aut vnus apex non præteribit à lege,donec omnia fiant.

Qui ergo ſoluerit vnum mandatorum iſtorum minimorum,& docuerit ſic homines,minimus vocabitur in regno cœlorum: qui autem fecerit & docuerit,hic magnus vocabitur in regno cœlorum.

Dico enim vobis, quod ſi non abundauerit iuſtitia veſtra plus Scribarum, & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cœlorum.

Audiſtis quia pronunciatum eſt antiquis: Non occides:qui autem occiderit,obnoxius erit iudicio.

Ego aut dico vobis quia omnis iraſcens fratri ſuo immerito,obnoxius erit iudicio. Qui autem dixerit fratri ſuo Raca,obnoxius erit conſeſſui. Qui autem dixerit Fatue,obnoxius erit in gehennam ignis.

Si ergo offers munus tuum ad altare,& ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduerſum te.

Relinque ibi munus tuum ante altare, & vade, prius reconciliare fratri tuo: & tunc veniens offer munus tuum.

Eſto beneſentiens aduerſario tuo cito dum es in via cum eo: ne forte te tradat aduerſarius iudici, & iudex te tradat miniſtro:& in cuſtodiam coniiciaris.

Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas nouiſsimum quadrantem.

Audiſtis quia pronunciatum eſt antiquis: Non mœchaberis.

Ego autem dico vobis: quia omnis conſpiciens mulierem ad concupiſcendum eam, iam mæchatus eſt eam in corde ſuo.

Si autem oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue eum, & proiice abs te: confert enim tibi vt pereat vnum membrorum tuorum, & non totum corpus tuum coniiciatur in gehennam.

Et ſi dextera tua manus ſcandalizat te, abſcinde eam, & proiice abs te: confert enim tibi vt pereat vnum membrorum tuorum, & non totum corpus tuum coniiciatur in gehennam.

Pronunciatum eſt autem: quod quicumque abſoluerit vxorem ſuam,det ei repudium.

Ego autem dico vobis:Quia quicumque abſoluerit vxorem ſuã, excepta ratione fornicationis, facit eam mæchari:& qui abſolutam duxerit,adulterat.

Iterum audiſtis, quia pronunciatum eſt antiquis: Nõ periurabis: reddes autẽ Domino iuramenta tua.

Ego autem dico vobis,non iurare omnino,neque in cælo,quia thronus eſt Dei.

Transl. Eraſm. Roterod.

Beati, qui perſecutionem patiun. ur propter iuſtitiam: quoniam illorum eſt regnum cœlo um.

Beati eſtis,cum probra iecerint in vos,& inſectati fuerint & dixerint omn. malum verbum aduerſus vos mentientes propter me.

Gaudete, & exultate, quoniam merces veſtra multa eſt in cœlis: ſic enim p.rſecuti fuerunt prophetas,qui fuerunt ante vos.

Vos eſtis ſal terra. Quod ſi ſal infatuatus fuerit, quo ſalietur? ad nihil valet vltra,niſi vt proijciatur foras,& conculcetur ab hominibus.

Vos eſtis lux mundi. Non poteſt oppidum abſcondi ſupra montem ſitum.

Neque accendunt lucernam, & ponunt illam ſubter modium, ſed ſuper candelabrum, & lucet omnibus, qui ſunt in domo.

Sic luceat lux veſtra coram hominibus: vt videant veſtra bona opera, glorificent & patrem veſtrum, qui eſt in cœlis.

Ne exiſtimetis, quod venerim ad deſtruendam legem aut prophetas,imo non veni vt deſtruam,ſed vt compleam.

Amen quippe dico vobis,donec prætereat cœlum & terra,iota vnum,aut vnus apex non prætierit ex lege,quoad omnia facta fuerint.

Quiſquis igitur ſoluerit vnum ex mandatis hiſce minimis, & docuerit ſic homines, minimus vocabitur in regno cœlorum:quiſquis autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum.

Dico enim vobis, niſi abundauerit veſtra iuſtitia, pluſquam Scribarum,& Phariſæorum,non poſſitis ingredi in regnum cœlorum.

Audiſtis quod dictum ſit veteribus,Non occides. Quiſquis autem occiderit,obnoxius erit iudicio.

At ego dico vobis:quod quiſquis iraſcitur fratri ſuo temerè,obnoxius erit iudicio: Quicumque verò dixerit fratri ſuo,rhaca, obnoxius erit concilio. Quiſquis autem dixerit,fatue,obnoxius erit gehennæ incendio.

Itaque ſi obtuleris munus tuum ad aram, & illic recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid aduerſum te.

Relinque illic munus tuum coram altari, & abi, prius reconcilieris fratri tuo, & tuum veniens offer munus tuum.

Habeto beneuolentiam cum aduerſario tuo citò dum es in via cum illo, ne quando te tradat aduerſarius iudici, & iudex te tradat miniſtro,& in carcerem conijciaris.

Amen dico tibi, non exibis illinc, donec perſolueris extremum quadrantem.

Audiſtis quod dictum fuerit antiquis, non committes adulterium.

At ego dico vobis: quod quicumque aſpexerit vxorem alterius, ad concupiſcendum eam, iam adulterium cum ea commiſit in corde ſuo.

Quod ſi oculus tuus dexter obſtaculo tibi fuerit, erue illum, & abijce abs te. Expedit enim tibi vt pereat vnum membrorum tuorum, ac non totum corpus tuum conijciatur in gehennam.

Et ſi dextera tua manus obſtiterit tibi,amputa eam,& proijce abs te. expedit enim tibi, vt pereat vnum membrorum tuorum ac non totum corpus tuum conijciatur in gehennam.

Dictum eſt autem: Quicumque repudiauerit vxorem ſuam,det illi libellum diuortij.

At ego dico vobis, Quod quiſquis repudiauerit vxorem ſuam, niſi cauſa ſtupri, efficit vt illa ſit adultera, & quicunque repudiatam duxerit,adulterium committit.

Rurſum audiſtis, quod dictum fuerit antiquis, non periurabis,ſed perſolues Domino ea quæ iuraueris.

At ego dico vobis, ne iuretis omnino, neque per cœlum, quia thronus Dei eſt.

Vulgat. Editio.

Neque per terram, quia scabellum est pedum eius: neque per Ierosolymam, quia ciuitas est magni regis.

Neque per caput tuum iuraueris, quia non potes vnum capillum album facere, aut nigrum.

* Sit autem sermo vester est, est: non, non: quod autem his abundantius est, à malo est.

Audistis quia dictum est. * Oculum pro oculo, & dentem pro dente.

Ego autem dico vobis, non resistere malo: * sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram.

* Et ei, qui vult tecum iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium.

Et quicumque te angariauerit mille passus, vade cum illo & alia duo.

* Qui petit à te, da ei: & volenti mutuari à te, ne auertaris.

Audistis quia dictum est: * Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum.

Ego autem dico vobis: * Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos: * & orate pro persequentibus & calumniantibus vos.

Vt sitis filij patris vestri, qui in cœlis est: qui solem suum oriri facit super bonos, & malos: & pluit super iustos & iniustos.

Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? nonne & publicani hoc faciunt?

Et si salutaueritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis? nonne & ethnici hoc faciunt?

Estote ergo vos perfecti, sicut & pater vester cœlestis perfectus est.

CAP. VI.

ATtendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum, qui in cœlis est.

Cum ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in synagogis, & in vicis, vt honorificentur ab hominibus: Amen dico vobis, receperunt mercedem suam.

Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua.

Vt sit eleemosyna tua in abscondito, & pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.

Et cum oratis, non eritis sicut hypocritæ, qui amant in synagogis, & in angulis platearum stantes, orare, vt videantur ab hominibus: amen dico vobis, receperunt mercedem suam.

Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio, ora patrem tuum in abscondito: & pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi.

Orantes autem, nolite multũ loqui, sicut ethnici. putant enim quod in multiloquio suo exaudiantur.

Nolite ergo assimilari eis: scit enim pater vester, quid opus sit vobis, antequam petatis eum.

Sic ergo vos orabitis: * Pater noster, qui es in cœlis: sanctificetur nomen tuum.

Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in cœlo, & in terra.

Panem nostrũ supersubstantialẽ da nobis hodie.

Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos à malo. Amen.

Transl. ex Syriac.

Neque per terram, quia scabellum est subter pedes eius: nec etiam per Ourischlem, quia ciuitas est summi regis.

Nec etiam per caput tuum iurabis, quia non potes facere in eo, vel particulam vnius pili nigri vel albi,

Sed erit sermo vester, est, est: & non, non: id quod supra hæc abundat, à malo est.

Audistis dictum fuisse: Oculum pro oculo, & dentem pro dente.

Ego verò dico vobis, ne insurgatis contra malum: sed quisquis percusserit te supra maxillam tuam dexteram, obuerte ei, & alteram.

Et ei, qui voluerit litigare tecum, & auferre tunicam tuam, dimitte ei & pallium tuum.

Quisquis traxerit te ad miliare vnum, abi cum eo duo.

Petenti abs te dato: & volentem mutuari abs te, ne prohibeas.

Audistis dictum fuisse: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum.

Ego verò dico vobis: Diligite inimicos vestros, & bene precemini ei qui imprecatur vobis: ac benefacite ei, qui odio vos prosequitur, & orate pro iis, qui vexant vos cum violentia, & persequuntur vos.

Vt sitis filij patris vestri, qui in cœlis est: qui facit oriri solem suum super probos, & improbos: & facit descendere pluuiam suam super aquos, & iniquos.

Etenim si dilexeritis eos, qui diligunt vos, quænam vos manet merces? nonne & publicani idem faciunt?

Et si postulaueritis pacem fratrum vestrorum tantummodo? quid vos amplius facitis? nonne & publicani itidem faciunt?

Vos igitur estote perfecti, sicut pater vester, qui est in cœlis, perfectus est.

CAP. VI.

Mantilinis quartæ Feriæ Septuagesimæ præcedẽt. ieiuniũ.

ATtendite autem in eleemosyna vestra ne erogetis eam coram hominibus, vt spectemini ab eis: alioqui nulla vobis futura est merces apud patrem vestrum qui est in cœlis.

Quum igitur facturus es eleemosynam, ne proclamaueris cornu coram te vti faciunt acceptores vultus Hypocritæ *in synagogis, & plateis, vt celebrentur ab hominibus: equidem ego dico vobis, receperunt mercedem suam.*

Quum vero tu erogas eleemosynam, nesciat sinistra tua quid agat dextera tua.

Vt sit eleemosyna tua in abscondito, & pater tuus qui videt in abscondito, ipse rependet tibi in propatulo.

Et quum oras, ne sis sicut acceptores vultus Hypocritæ, *qui amant stare in synagogis, & in angulis platearum ad fundendum preces vt spectentur ab hominibus: equidem ego dico vobis, receperunt mercedem suam.*

Tu verò quum oras introito in cubiculum tuum, clauso ostio tuo ora patrem tuum, qui est in abscondito & pater tuus, qui videt in abscondito, rependet tibi in propatulo.

Quumq; preces funditis ne sitis mussitantes vt Hypocritæ, putant enim in multiloquio se exauditum iri.

Ne igitur illis assimilemini: etenim pater vester nouit quid requiratur vobis, antequam petatis ab eo.

Vos ita orate: Pater noster qui es in cœlis: sanctificetur nomen tuum.

Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, vt in cœlo, & in terra.

Da nobis panem indigentiæ nostræ hodie.

Et remitte nobis debita nostra, sicut nos etiam remittimus debitoribus nostris.

Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos à malo. Quia tuum est regnum, & potentia, & gloria in sæcula sæculorum.

Si enim

Transl. B. Ariæ Mont.

Neque in terra, quia scabellum est pedum eius: neque in Hierosolyma, quia ciuitas est magni regis.

Neque in capite tuo iuraueris, quia non potes vnum capillum album aut nigrum facere.

Sit autem sermo vester, Etiam, etiam: non, non: quod autem abundans his, à malo est.

Audistis quia pronunciatum est, Oculum pro oculo & dentem pro dente.

Ego autem dico vobis, non obsistere malo: sed quicumque te percusserit in dexteram tuam maxillam, verte illi & aliam.

Et volenti tibi iudicium parari, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium.

Et quicumque te angariauerit milliare vnum, vade cum illo duo.

Petenti te, da: & volentem à te mutuare, ne auertaris.

Audistis quia pronunciatum est, Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum.

Ego autē dico vobis, Diligite inimicos vestros, benedicite maledicētes vos: bene facite odiētibus vos: & orate pro infestantibus vos, & infectantibus vos.

Vt sitis filij Patris vestri qui in cælis, quia solem suum producit super malos & bonos, & pluit super iustos & iniustos.

Si enim dilexeritis diligentes vos, quam mercedem habetis? nonne & publicani idem faciunt?

Et si salutaueritis amicos vestros tantum, quid abundans facitis? nonne & ethnici sic faciunt?

Estote ergo perfecti, sicut Pater vester, qui in cælis, perfectus est.

CAP. VI.

Attendite misericordiam vestram non facere ante homines ad spectari eis: si autem non mercedem non habetis apud Patrem vestrum qui in cælis.

Quum ergo facis eleemosynam, ne tuba clanxeris ante te, sicut hypocritæ faciunt in synagogis & in vicis, vt glorificentur ab hominibus. Amen dico vobis, excipiunt mercedem suam.

Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextra tua.

Vt sit tua eleemosyna in secreto: & Pater tuus videns in secreto, ipse reddet tibi in manifesto.

Et quum adores non eris sicut hypocritæ, qui amant in synagogis, & in angulis platearum stantes orare, vt appareant hominibus: amen dico vobis, quod excipiunt mercedem suam.

Tu autem quum adores, intra in cubiculum tuum, & claudens ostium tuum, adora Patrem tuum qui in secreto: & Pater tuus conspiciens in secreto, reddet tibi in apparenti.

Orātes aūt ne inania loquamini, sicut ethnici: arbitrātur enim q̄ in multiloquio suo exaudientur.

Ne igitur assimulemini eis: nouit enim Pater vester quorum vsum habetis, ante vos petere eum.

Sic ergo adorate vos: Pater noster qui in cælis, sanctificetur nomen tuum.

Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in cælo, & in terra.

Panē nostrū supersubstantialem da nobis hodie.

Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

Et ne inferas nos in tentationem, sed libera nos à malo. Quoniam tuum est regnum, & potentia, & gloria, in secula. Amen.

Transl. Erasm. Roterod.

Neque per terram, quia subsellium est pedum illius, neque per Hierosolyma, quoniam ciuitas est magni regis.

Neque per caput tuum iurabis, propterea quod non potes vnum pilum album, aut nigrum facere.

Sed erit sermo vester, est, est, non, non. Porrò quod vltra hæc adiungitur, ex malo proficiscitur.

Audistis quod dictum fuerit, oculum pro oculo, & dentem pro dente.

At ego dico vobis, ne resistatis malo, sed quisquis impegerit alapam in dexteram tuam maxillam, obuerte illi & alteram.

Et ei qui te velit in ius trahere, ac tunicam tuam tollere, permitte illi & pallium.

Et qui te adegerit ad miliarium vnum, abito cum illo duo.

Petenti abs te dato, & cupientem mutuum accipere, ne auerseris.

Audistis quod dictum sit, Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum.

At ego dico vobis, Diligite inimicos vestros, bene precemini deuouentibus vos, benefacite iis, qui vos odio prosequuntur, orate pro iis, qui lædunt & infectantur vos.

Vt sitis filij patris vestri, qui est in cœlis, quia solem suum exoriri sinit, super malos ac bonos, & pluuiam mittit super iustos & iniustos.

Nam si dilexeritis eos, qui diligunt vos quod præmium habetis? Nonne & publicani idem faciunt?

Et si complexi fueritis fratres vestros tantum, quid eximium facitis? Nonne & publicani sic faciunt?

Eritis igitur vos perfecti, quemadmodum pater vester qui est in cœlis, perfectus est.

CAP. VI.

Attendite ne eleemosynam vestram præsteris coram hominibus, quo spectamini ab illis. Alioqui præmium non habetis apud patrem vestrum, qui est in cœlis.

Itaque cum præstas eleemosynam, ne tubis canatur ante te, quemadmodum hypocritæ faciunt in conciliabulis, & in vicis, vt glorificentur ab hominibus. Amen dico vobis habent mercedem suam.

Ceterum tu cum præstabis eleemosynam, ne sciat sinistra tua, quod facit dextera tua.

Vt sit tua eleemosyna in occulto, & pater tuus qui videt in occulto, ipse reddet tibi in propatulo.

Et cum oraueris, non eris quemadmodum hypocritæ. Nam illi solent in conciliabulis & in angulis platearum, stantes orare, quo conspicui sint hominibus. Amen dico vobis, quod habent mercedem suam.

Tu vero cum oras, introito in cubiculum tuum, & occluso ostio tuo, ora patrem tuum qui est in occulto, & pater tuus qui videt in occulto persoluet tibi in propatulo.

Verum orantes, ne sitis multiloqui, sicut ethnici. Putant enim fore, vt ob multiloquium suum exaudientur.

Ne igitur efficiamini similes illorum. Nouit enim pater vester quibus rebus opus sit vobis, priusquā petatis ab illo.

Ad hunc ergo modum ōrate vos, Pater noster, qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum.

Veniat regnum tuum, fiat voluntas tua, quemadmodum in cœlo, sic etiam in terra.

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.

Et remitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus debitoribus nostris.

Et ne inducas nos in tentationem. Sed libera nos à malo, quia tuum est regnum, & potentia & gloria, in secula seculorum. Amen.

Vulgat. Editio.

* Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum: dimittet & vobis pater vester cælestis delicta vestra. 14

Si autem non dimiseritis hominibus: nec pater vester dimittet vobis peccata vestra. 15

Cum autem ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes: exterminant enim facies suas, vt appareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis, quia receperunt mercedem suam. 16

Tu autem, cum ieiunas, unge caput tuum, & faciem tuam lava, 17

Ne videaris hominibus ieiunans, sed patri tuo, qui est in abscondito: & pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi. 18

Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra: vbi ærugo, & tinea demolitur: & vbi fures effodiunt, & furantur. 19

* Thesaurizate autem vobis thesauros in cælo: vbi neque ærugo, neque tinea demolitur, & vbi fures non effodiunt, nec furantur. 20

Vbi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. 21

* Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex: totum corpus tuum lucidum erit. 22

Si autem oculus tuus fuerit nequam: totum corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumen quod in te est, tenebræ sunt: ipsæ tenebræ quantæ erunt? 23

* Nemo potest duobus dominis seruire: aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget: aut vnum sustinebit, & alterum contemnet. Non potestis Deo seruire, & mammonæ. 24

* Ideo dico vobis, ne solliciti sitis animæ vestræ quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini. Nonne anima plus est quam esca: & corpus plus quam vestimentum? 25

Respicite volatilia cæli, quoniam non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea: & pater vester cælestis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis? 26

Quis autem vestrum cogitans potest adiicere ad staturam suam cubitum vnum? 27

Et de vestimento quid solliciti estis? Considerate lilia agri quomodo crescunt: non laborant, neque nent. 28

Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut vnum ex istis. 29

Si autem fœnum agri, quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit, quanto magis vos modicæ fidei? 30

Nolite ergo solliciti esse, dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? 31

Hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater vester, quia his omnibus indigetis. 32

Quærite ergo primum regnum Dei, & iustitiam eius: & hæc omnia adiicientur vobis. 33

Nolite ergo solliciti esse in crastinum. Crastinus enim dies solicitus erit sibiipsi. sufficit diei malitia sua. 34

CAP. VII.

NOlite iudicare, vt non iudicemini. 1

In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini: * & in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. 2

Quid autem vides festucam in oculo fratris tui: & trabem in oculo tuo non vides? 3

Aut quomodo dicis fratri tuo. Sine, eiiciam festucam de oculo tuo: & ecce trabs est in oculo tuo? 4

Transl. ex Syriac.

Si enim remiseritis hominibus errata ipsorum, remittet etiam vobis pater vester, qui est in cœlis. 14

Sin autem non remiseritis hominibus, nec etiam pater vester remissurus est vobis errata vestra. 15

* *Quum autem ieiunatis ne sitis ærati sicut accepteres vultus* * Hypocritæ, *detorquent enim vultus suos vt appareant hominibus ieiunantes: equidem ego dico vobis, receperunt mercedem suam.* 16

Tu verò quum ieiunas, ablue vultum tuum, & unge caput tuum. 17

Vt ne appareas hominibus tu ipse ieiunans, sed patri tuo qui est in abscondito: & pater tuus, qui videt in abscondito, ipse rependet tibi. 18

Ne reponatis vobis thesauros in terra: loco vbi tinea, & arugo corrumpunt: & vbi fures perfodiunt, & furantur. 19

Sed reponite vobis thesauros in cœlis: vbi nec tinea, nec arugo corrumpunt, & vbi fures non perfodiunt, neque furantur. 20

Vbi enim est thesaurus vester, illic est etiam cor vestrum. 21

Lucerna corporis est oculus. Si oculus tuus igitur fuerit simplex: etiam totum corpus tuum lucidum erit. 22

Sin autem oculus tuus fuerit malus: totum corpus tuum tenebricosum erit. Si ergo lumen quod est in te, tenebræ sunt, tenebræ tuæ quantæ futuræ sunt? 23

Nemo potest duobus Dominis seruire: aut enim vnum odio prosequetur, & alterum diliget: aut vnum honorabit, & alterum contemnet. Non potestis Deo seruire, & Mammonæ, diuitiis. 24

* *Propterea ego dico vobis, ne solliciti sitis animæ vestræ quid esuri sitis, & quid bibituri; nec corpori vestro quæ re sitis induendi. Nonne anima plus est quam alimentum, & corpus* plus quàm *vestimentum?* 25

Aduertite ad volucres cæli, quæ nec serunt nec metunt, neque colligunt in horrea: & pater vester qui est in cœlis alit eas. Nonne vos estis eis præstantiores? 26

Quis est autem ex vobis qui sollicitus possit addere ad staturam suam cubitum vnum? 27

Ac de vestimento quid anxij estis? Considerate lilia agri quomodo crescant, quæ neque laborant: neque nent. 28

Ego verò dico vobis, nec Schelemoun quidem in tota gloria sua sic amictum fuisse vt vnum ex eis. 29

Quòd si gramen agri, quod hodie extat, & cras cadit in clibanum, Deus ita vestit: nonne vos multo magis modicæ fidei? 30

Ne igitur anxij sitis, neuè dicatis: Quid edemus? quidue bibemus? quoue operiemur? 31

Hæc enim omnia gentes huius mundi quærunt sibi: pater autem vester qui in cœlis est, nouit quòd & vobis requiruntur hæc omnia. 32

Sed quærite primò regnum Dei, & iustitiam eius: & hæc omnia adijcientur vobis. 33

Ne sitis igitur anxij de crastino. Nam crastinus dies curam habebit sui ipsius. sufficit diei malum suum. 34

CAP. VII.

NE iudicaueritis, vt ne iudicemini. 1

Quo enim iudicio vos iudicaueritis, iudicabimini: & qua mensura vos metimini, mensurabitur vobis. 2

Quid autem intueris festucam, quæ est in oculo fratris tui: trabem autem quæ in oculo tuo est, non animaduertis? 3

Aut quomodo dicis fratri tuo: Sine educam festucam de oculo tuo: & ecce trabes in oculo tuo? 4

Transl. B. Ariæ Mont.

Si enim dimiseritis hominibus lapsus eorum, dimittet & vobis Pater vester cælestis.
Si autem non dimiseritis hominibus lapsus ipsorum, nec Pater vester dimittet lapsus vestros.
Quum autem ieiunatis, ne fiatis sicut hypocritæ, obtristati. obscurant enim facies suas, vt appareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis, quia recipiunt mercedem suam.
Tu autem ieiunans, vnge tuum caput, & faciem tuam laua.
Vt ne appareas hominibus ieiunans, sed Patri tuo qui in secreto: & Pater tuus videns in secreto, reddet tibi in manifesto.
Ne thesaurizate vobis thesauros in terra, vbi ærugo & tinea exterminat, & vbi fures perfodiunt, & furantur.
Thesaurizate autem vobis thesauros in cælo: vbi neque ærugo, neque tinea exterminat, & vbi fures non effodiunt, nec furantur.
Vbi enim est thesaurus vester, ibi erit & cor vestrum.
Lucerna corporis est oculus si igitur oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit.

Si autem oculus tuus malus fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit, si ergo lumen quod in te, tenebræ sunt, tenebræ quantæ?
Nemo potest duobus dominis seruire: aut enim vnum oderit, & alterum diliget: aut vnum amplexabitur, & alterum despiciet non potestis Deo seruire & mammonæ.
Propter hoc dico vobis ne anxiemini animæ vestræ, quid manducetis, & quid bibatis: neque corpori vestro, quid induamini nonne anima plus est esca, & corpus indumento?
Inspicite in volatilia cæli, quoniam non seminant, neque metunt, neque congregant in horrea, & Pater vester cælestis pascit illa nonne vos magis excellitis illis?
Quis autem ex vobis anxiatus potest adiicere ad staturam suam cubitum vnum?
Et circa vestimentum quid anxiamini? Obseruate lilia agri quomodo augentur: non fatigantur, neque nent.
Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua amictus est sicut vnum istorum.
Si autem fœnum agri hodie existens, & cras in clibanum iniectum, Deus sic circumornat non multò magis vos exiguæ fidei?
Ne igitur anxiemini, dicētes: Quid māducabimus, aut quid bibemus, aut quid circumamiciemur?
Omnia enim hæc gentes inquirunt. Nouit enim Pater vester cælestis quòd opus habetis horum omnium.
Quærite autem primum regnum Dei, & iustificationem eius, & hæc omnia adponentur vobis.
Ne igitur anxiemini in cras: nam cras curabit sua ipsius. sufficiens diei malitia sua.

CAP. VII.

NE iudicate, vt non iudicemini.
In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini: & in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis.
Quid autem intueris festucā quæ in oculo fratris tui, at in tuo oculo trabem non animaduerteris?
Aut quomodo dicis fratri tuo: Sine, eiiciam festucam de oculo tuo, & ecce trabs in oculo tuo?

Hypo-

Transl. Erasm. Roterod.

Proinde, si remiseritis hominibus errata sua, remittet & vobis pater vester cælestis.
Quod si non remiseritis hominibus errata sua, nec pater vester remittet errata vestra.
Porrò cum ieiunaueritis, ne sitis veluti hypocritæ tetrici. Obscurant enim facies suas, quo perspicuum sit hominibus ipsos ieiunare. Amen dico vobis, habent mercedem suam.
Tu vero cum ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua.
Ne conspicuum sit hominibus te ieiunare, sed patri tuo, qui est in occulto, & pater tuus qui videt in abdito, reddet tibi in propatulo.
Ne reponatis vobis thesauros in terra, vbi ærugo & tinea corrumpit, & vbi fures perfodiunt ac furantur.
Sed recondite vobis thesauros in cælo, vbi neque ærugo, neque tinea corrumpit, & vbi fures non perfodiunt, neque furantur.
Nam vbi fuerit thesaurus vester, illic erit & cor vestrum.
Lucerna corporis est oculus. Si igitur oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit.

Quod si oculus tuus malus fuerit totum corpus tuum tenebrosum erit. Ergo si lumen quod est in te, tenebræ sunt ipsæ tenebræ quantæ?
Nemo potest duobus Dominis seruire. Aut enim hunc habebit odio, & alterum diliget, aut huic adhærebit, & alterum negliget. Non potestis Deo seruire & mammonæ.
Propterea dico vobis, ne sitis solliciti vitæ vestræ, quid esturi sitis, aut bibituri, neque corpori vestro, quibus indumentis vsuri. Nonne anima pluris est, quam cibus, & corpus pluris quam indimentum?
Vertite oculos ad volatilia cæli, quia non serunt neque metunt, neque conuehunt in horrea, & pater vester cælestis alit illa. Nonne vos longe præcellitis illa?
Quis autem ex vobis sollicite cogitando, potest addere ad staturam suam cubitum vnum?
Ac de indumento quid solliciti estis? Cognoscite lilia agri, quomodo crescant. Non laborant, neque nent.
At tamen dico vobis, ne Solomonem quidem in vniuersa gloria sua sic amictum fuisse, vt vnum ex his.
Quod si gramen agri, quod hodie cum sit, cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit, an non multo magis vobis id faciet, ô parum fidentes.
Ne sitis igitur solliciti dicentes, Quid edemus aut quid bibemus, aut quibus operiemur?
Nam omnia ista gentes exquirunt. Nouit enim pater vester cælestis quod opus habeatis his omnibus.
Quin potius quærite primum regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis.
Ne sitis igitur solliciti in crastinum. nam crastinus dies curam habebit sui ipsius. Sufficit sua diei afflictio.

CAP. VII.

NOlite condemnare, ne condemnemini.
Quo enim iudicio iudicatis, eo iudicabitur de vobis, & qua mensura metimini ea mentientur vobis alij.
Cur autem vides festucam quæ est in oculo fratris tui: trabem autem quæ in oculo tuo est, non animaduertis?
Aut quomodo dicis fratri tuo, sine, eximam festucam ex oculo tuo, & ecce trabes in oculo tuo?

Hypo-

Vulgat. Editio.

- Hypocrita eiice primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis eiicere festucam de oculo fratris tui.

Nolite dare sanctum canibus: neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis, & conuersi dirumpant vos.

* Petite & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis.

Omnis enim, qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur.

Aut quis est ex vobis homo, quem si petierit filius suus panem, numquid lapidem porriget ei?

Aut si piscem petierit, numquid serpentem porriget ei?

Si ergo vos, cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris: quanto magis pater vester, qui in cælis est, dabit bona petentibus se?

* Omnia ergo quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Hæc est enim lex, & Prophetæ.

* Intrate per angustam portam: quia lata porta, & spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam.

Quam angusta porta, & arcta via est, quæ ducit ad vitam: & pauci sunt, qui inueniunt eam.

* Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.

A fructibus eorum cognoscetis eos. Numquid colligunt de spinis vuas, aut de tribulis ficus.

Sic omnis arbor bona fructus bonos facit: mala autem arbor malos fructus facit.

Non potest arbor bona malos fructus facere: neq; arbor mala bonos fructus facere.

* Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.

Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos.

* Non omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum: sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cœlis est, ipse intrabit in regnum cælorum.

Multi dicent mihi in illa die: Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & * in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus?

Et tunc confitebor illis: Quia nunquam noui vos: discedite à me, qui operamini iniquitatem.

* Omnis ego, qui audit verba mea hæc, & facit ea assimilabitur viro sapienti, qui ædificauit domum suam supra petram.

Et descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam: & non cecidit: fundata enim erat super petram.

Et omnis, qui audit verba mea hæc, & non facit ea, similis erit viro stulto, qui ædificauit domum suam super arenam.

Et descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna.

Et factum est: cum consummasset Iesus verba hæc admirabantur turbæ super doctrina eius.

* Erat enim docens eos sicut potestatem habens, & non sicut Scribæ eorum, & Pharisæi.

CAP. VIII.

CVm autem descendisset de monte, secutæ sunt eum turbæ multæ.

* Et ecce leprosus veniens adorabat eum, dicens: Domine, si vis, potes me mundare.

Transl. ex Syriac.

Acceptor vultus, (personatè) eiecito primùm trabem de oculo tuo, & tunc perspicies ad eiiciendam festucam de oculo fratris tui.

Ne dederitis sanctum canibus: nec proiecerit is margaritas vestras ante sues, ne fortè conculcent eas pedibus suis, & conuersi dilacerent vos.

Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis.

Quisquis enim petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & ei qui pulsat aperietur.

Sed quis est vir ex vobis, qui, si ab eo filius eius petat panem, lapidem porrigat ei?

Et si piscem petierit, num colubrum porriget ei?

Quòd si ergo vos, qui mali estis, nostis munera bona dare filiis vestris: quanto magis pater vester qui in cælis est, dabit bona iis qui rogauerint eum?

Quæcumque igitur volueritis vt faciant vobis homines, ita & vos facite eis. Hoc enim est Lex & Prophetæ.

Introite per angustam portam: quoniam lata est porta, & spaciosa via, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt illi qui abeunt per eam. * Matutinis Parasceues Sabbathi præcedétis Iciunium.

Quàm parua est porta, & stricta via, quæ ducit ad vitam: & pauci sunt illi, qui inueniunt eam.

Cauete à pseudoprophetis, qui veniunt ad vos cum vestimentis ouium, intus autem ipsi sunt lupi rapaces.

Sed à fructibus eorum cognoscetis eos. Num colliguntur ex spinis vua, aut ex tribulis ficus.

Ita omnis arbor bona, fructus bonos facit: arbor autem mala, fructus malos facit.

Impossibile est arborem bonam fructus malos facere, aut arborem malam fructus bonos facere.

Omnis arbor quæ non facit fructus bonos, exciditur & in ignem cædit.

Itaque à fructibus eorum cognoscetis eos.

Non quisquis dicit mihi, Domine mi, Domine mi, intraturus est in regnum cœlorum: sed is qui facit voluntatem Patris mei, qui in cœlis est.

Multi dicturi sunt mihi in illo die: Domine mi, Domine mi, numquid in nomine tuo nos prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas edidimus?

Tunc autem profitebor eis: Numquam noui vos: discedite à me operarij iniquitatis.

Quisquis igitur audit hos sermones meos, eosque exequitur, assimilatur viro sapienti, qui quidem extruxit domum suam super petram.

Et descendit pluuia, venerunt & flumina, ac flauerunt venti, & irruerunt in ipsam domum illam, neque cecidit: quippe cuius fundamenta super petram iacta fuerant.

Et quisquis audit hos sermones meos, nec eos exequitur, assimilatur viro stulto qui extruxit domum suam super arenam.

Et descendit pluuia, venerunt & flumina, ac flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, atque corruit, & fuit ruina eius magna.

Et factum est: quum absoluisset Ieschua hos sermones vt obstupescerent turbæ super doctrina ipsius.

Docebat enim eos, vt potestatem habens, non autem vt Scriba ipsorum, & Perischai.

CAP. VIII.

QVum autem descendisset è monte, circumdederunt eum turbæ multæ.

Et ecce leprosus vnus veniens adorauit eum, & ait: Domine mi, si volueris, potes me mundare. * Lectio ad vesperam Dominicæ secundæ Iciunij.

Transl. B. Ariæ Mont.

Hypocrita,eiice primùm trabem de oculo tuo: & tunc intueberis eiicere festucam de oculo fratris tui.

Ne detis sanctũ canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne fortè conculcent eas in pedibus suis,& conuersi dirumpant vos.

Petite, & dabitur vobis: quærite,& inuenietis: pulsate, & aperietur vobis.

Omnis enim petens accipit: & quærens inuenit:& pulsanti aperietur.

Aut quis est ex vobis homo,quem si petierit filius suus panem nunquid lapidem indet ei.

Aut & si piscem petierit,nunquid serpentem indet ei.

Si ergo vos mali existentes,nostis data bona dare filijs vestris quanto magis Pater vester qui in cælis,dabit bona petentibus se.

Omnia ergo quæcunque vultis vt faciant vobis homines,ita & vos facite illis,Sic enim est Lex & Prophetæ.

Intrate per angustam portam;quia lata porta & spatiosa via ducens ad perditionem,& multi sunt ingredientes per eam.

Quàm angusta porta & stricta via ducens ad vitam,& pauci sunt qui inuenientes eam.

Attendite vero à falsis prophetis,qui veniunt ad vos in indumentis ouium,intrinsecus autem sunt lupi rapaces.

A fructibus eorum agnoscetis eos. Numquid colligunt à spinis vuam,aut de tribulis ficus.

Sic omnis arbor bona, fructus bonos facit: at carriosa arbor,fructus malos facit.

Non potest arbor bona, fructus malos facere, neque arbor carriosa fructus pulchros facere.

Omnis arbor non faciens fructum pulchrum, excinditur,& in ignem injcitur.

Itaque ex fructibus eorum agnoscetis eos.

Non omnis dicens mihi,Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum:sed faciens voluntatem Patris mei qui in cælis.

Multi dicent mihi in illa die:Domine, Domine, nonne tuo nomine prophetauimus,& tuo nomine dæmonia eiecimus, & tuo nomine efficientias multas fecimus.

Et tunc confitebor illis, Quod nunquam noui vos:abscodite à me omnes operantes iniquitatem.

Omnis ergo quicumque audit mea verba hæc, & facit ea, assimilabo illum viro prudenti, qui ædificauit domum suam .super petram.

Et descendit pluuia,& venerunt flumina, & flauerunt venti,& procubuerunt domui illi, & non cecidit.fundata erat enim super petram.

Et omnis audiens mea verba hæc, & non faciẽs ea,assimilabitur viro stulto,qui ædificauit domum suam super arenam.

Et descendit pluuia,& venerunt flumina,& flauerunt venti,& prorucrunt domui illi, & cecidit & fuit casus illius magnus.

Et factum est, quum consummasset Iesus sermones hos, stupebant turbæ super doctrina eius.

Erat enim docens eos vt auctoritatem habens, & non sicut Scribæ.

CAP. VIII.

Descendente autem eo de monte,sequutæ sunt eum turbæ multæ.

Et ecce leprosus veniens adorabat eum, dicens: Domine,si velis,efficax es me mundare.

Transl. Erasm. Rotterod.

5 *Hypocrita,ejce prius trabem ex oculo tuo, & tum perspicies, vt eximas festucam ex oculo fratris tui.*

6 *Ne detis quod sanctum est canibus,ne proieceritis margaritas vestras ante porcos,ne quando hi conculcent eas pedibus suis, & illi versi in vos lacerent vos.*

7 *Petite & dabitur vobis,quærite & inuenietis, pulsate, & aperietur vobis.*

8 *Quisquis enim petit,accipit,& quicumque quærit inuenit,& pulsanti aperietur.*

9 *An quisquam est vestrum homo, qui si filius eius petierit panem,lapidem daturus sit illi.*

10 *Aut si piscem petierit,num serpentem porriget illi,*

11 *Si vos igitur cum sitis mali, nostis dona bona dare filijs vestris,quanto magis pater vester,qui est in cælis dabit bona,si postuletis ab ipso.*

12 *Omnia igitur quæcunque volueritis, vt faciant vobis homines,sic & vos facite illis. Hæc enim est lex & prophetæ.*

13 *Introite per arctam portam,quoniam lata est porta,& spatiosa via,quæ abducit in exitium,multique sunt, qui ingrediuntur per illam.*

14 *Quoniam angusta est porta, & stricta via, quæ abducit ad vitam,& pauci sunt,qui inueniunt illam.*

15 *Cauete vero vobis à pseudoprophetis, qui veniunt ad vos,in vestitu ouium,sed intrinsecus sunt lupi rapaces.*

16 *A fructibus ipsorum agnoscetis eos. Nunquid colligunt de spinis vuam,aut de tribulis ficus.*

17 *Sic omnis arbor bona,fructus bonos facit. Putris autem arbor,fructus malos facit.*

18 *Non potest arbor bona, fructus malos facere. neque arbor putris,fructus bonos facere.*

19 *Omnis arbor,quæ non facit fructum bonum,exciditur, & in ignem conjcitur,*

20 *Igitur ex fructibus ipsorum agnoscetis eos.*

21 *Non quisquis dicit mihi Domine,Domine,introibit in regnum cœlorum,sed qui fecerit voluntatem patris mei, qui in cælis est.*

22 *Multi dicent mihi in illo die,Domine,Domine, nonne per nomen tuum prophetauimus,& per nomen tuum dæmonia eiecimus? & per nomen tuum multas virtutes præstitimus?*

23 *Ac tum confitebor illis,numquam noui vos. Discedite à me,qui operamini iniquitatem.*

24 *Omnis igitur qui audit ex me sermones hos, & facit eos,adjimilabo illum viro prudenti, qui ædificauit domum suam super petram.*

25 *Et descendit hymber. & venerunt flumina,& flauerunt venti,& irruerunt in domum illam, & non est prostrata. Fundata enim fuerat super petram.*

26 *Et omnis qui audit à me sermones hos,& non facit eos, adsimilabitur viro fatuo,qui ædificauit domum suam super arenam.*

27 *Et descendit hymber, & venerunt flumina,& flauerũt venti,& impegerunt in domum illam, & deiecta est, & fuit ruina illius magna.*

28 *Et factum est,vt,cum finisset Iesus sermones hos,obstupuerint turbæ super doctrina illius.*

29 *Docebat enim eos velut habens autoritatem,& non sicuti scribæ.*

CAP. VIII.

1 *Cum descendisset autem de monte, secutæ sunt eum turbæ multæ.*

2 *Et ecce leprosus accedens, adorauit eum dicens, Domine,si velis potes me mundare.*

Vulgat. Editio.

Et extendens Iesus manum, tetigit eum dicens. Volo. Mundare. Et confestim mundata est lepra eius.

*Leu.14. 3. Luc.5.1. Et ait illi Iesus: Vide, nemini dixeris: sed vade, * ostende te sacerdoti, & offer munus, quod præcepit Moyses, in testimonium illis.

Cum autem introisset Capharnaum, accessit ad eum Centurio, rogans eum.

Et dicens: Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur.

*Luc.7.6 Et ait illi Iesus: Ego veniam, & curabo eum.

Et respondens Centurio, ait: * Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus.

Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, & dico huic: Vade, & vadit: & alij, Veni, & venit: & seruo meo, Fac hoc, & facit.

Audiens autem Iesus miratus est, & sequentibus se dixit: Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israel.

Mal.1.11 Dico autem vobis, quod multi * ab Oriente, & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Iacob in regno cælorum.

Filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & stridor dentium.

Et dixit Iesus Centurioni: Vade, & sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer in illa hora.

Et cum venisset Iesus in domum Petri, vidit socrum eius iacentem, & febricitantem.

Et tetigit manum eius, & dimisit eam febris, & surrexit, & ministrabat eis.

*Mar.1. 32. * Vespere autem facto, obtulerunt ei multos dæmonia habentes: & eijciebat spiritus verbo: & omnes male habentes curauit.

*Isa.53.4 1.Per.2. 24. Vt adimpleretur quod dictum est per * Isaiam prophetam, dicentem: Ipse infirmitates nostras accepit: & ægrotationes nostras portauit.

Videns autem Iesus turbas multas circum se, iussit ire trans fretum.

Et accedens vnus scriba, ait illi Magister, sequar te, quocumque ieris.

*Eu.9.39 Et dicit ei Iesus: * Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos: filius autem hominis non habet vbi caput reclinet.

Alius autem de discipulis eius ait illi: Domine, permitte me primū ire & sepelire patrem meum.

Iesus autem ait illi: Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos.

Et ascendente eo in nauiculam, secuti sunt eum discipuli eius.

*Mar.4. 37. Luc.8.23 Et ecce motus magnus factus est in mari ita vt nauicula operiretur fluctibus, ipse vero dormiebat.

Et accesserūt ad eū discipuli eius, & suscitauerunt eum, dicentes: Domine, salua nos, perimus.

Et dicit eis Iesus: Quid timidi estis, modicæ fidei. Tunc surgens, imperauit ventis, & mari, & facta est tranquillitas magna.

Porro homines mirati sunt, dicentes: Qualis est hic quia venti & mare obediunt ei.

*Mar.5.1 Lu.8.22. * Et cum venissent trans frerum in regionem Gerasenorum, occurrerunt ei duo habētes dæmonia, de monumentis exeuntes, sæui nimis, ita vt nemo posset transire per viam illam.

Et ecce clamauerunt, dicentes: Quid nobis, & tibi, Iesu fili Dei? Venisti huc ante tempus torquere nos.

Transl. ex Syriac.

3 *Et extendens manum suam Ieschua, admouit ei, & ait: Volo ego. Mundus esto. Et in illa ipsa hora mundata est lepra eius.*

4 *Et ait illi Ieschua: Vide ne vlli dixeris: sed abi, ostende temetipsum sacerdotibus, & offer oblationem sicuti præcepit Mouseh, vt sit eis testimonio.*

5 *Quum autem ingressus fuisset Ieschua Capharnachum, accessit ad eum Centurio quidam, & rogauit eum.*

6 *Inquiens Domine mi puer meus iacet domi, & paralyticus est, & male cruciatur.*

7 *Ait illi Ieschua: Ego iturus sum, & sanabo eum.*

8 *Respondit ille Centurio, & ait. Domine mi, non sum dignus, vt ingredieris sub tugurium meum sed tantum dic verbum, & sanabitur puer meus.*

9 *Nam & ego sum homo sub potestate constitutus, & habeo sub manu mea milites, & dico huic: Ito, itque: & alteri, Veni, veniqueque: & seruo meo, Hoc age, & agit.*

10 *Quod quum audisset Ieschua miratus est, & ait secum eum vos: Amin ego dico vobis, ne in Israel quidem inueni talem fidem.*

11 *Ego vero dico vobis, multi venturi sunt ab Oriente, & ab Occidente, sessurique cum Abrohom, & Ischok, & Iakoub in regno cælorum.*

12 *Filij vero regni extrudentur in tenebras exteriores: illic erit fletus & stridor dentium.*

13 *Proinde ait Ieschua Centurioni illi: Abi, vt credidisti, fiat tibi. Et sanitati restitutus est puer eius in illa ipsa hora.*

* Lectio ad Obsecrationem Septimanæ præcedentis Ieiunii.

14 * *Quumque venisset Ieschua in ædes Schemeoun vidit socrum eius iacentem ac febre correptam.*

15 *Et tetigit manum eius, & reliquit eam febris, surrexit q; ac ministrauit eis.*

16 *Quum autem esset vespera, obtulerunt coram eo dæmoniacos multos: & fecit exire dæmonia eorum verbo: eosque omnes qui male affecti erant sanauit.*

17 *Vt impleretur id quod dictum est per Eschaio prophetam, dicentem: Ipse accipiet dolores nostros, & infirmitates nostras sustinebit.*

18 *Quum autem vidisset Ieschua turbas multas quæ circuibant se iussit eas abire in vlteriorem ripam.*

19 *Et accessit quidam Scriba, & dixit ei: Præceptor mi, ibo post te quocumque ieris.*

20 *Ait illi Ieschua: vulpes habent lustra, & volucres cæli nidos, filius autem hominis non habet vbi reclinet caput suum.*

21 *Alius autem ex discipulis eius, dixit ei: Domine mi, permitte mihi primùm ire sepultum patrem meum.*

22 *Ieschua verò dixit ei: Veni post me, & relinque mortuos sepelientes mortuos suos.*

23 *Et quum Ieschua conscendisset nauem, conscenderunt cum eo discipuli eius.*

* Ad vesperam Dominicæ tertiæ Ieiunij.

24 *Et ecce commotio magna facta est in mari vsque adeo vt nauis operietur fluctibus, ipse autem Ieschua dormiebat.*

25 *Et accesserunt discipuli eius, qui excitarunt eum, & dixerunt ei: Domine noster, libera nos, perimus.*

26 *Ait illis Ieschua. Quid timidi estis modicæ fidei? Tunc surrexit, & cohibuit ventum ac mare, & facta est tranquillitas magna.*

27 *Homines verò mirati sunt, dicentes: Quis est iste, cui venti & mare obediunt.*

28 *Quumque venisset Ieschua ad vlteriorem ripam in regionem Godaraorum, occurrerunt ei duo dæmoniaci exeuntes de domo sepulchrorum mali admodum ita vt nemo posset transire per illam viam.*

29 *Et acclamarunt, dicentes: Quid nobis & tibi Ieschua fili Dei? veniisti huc ante tempus cruciatum nos.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Et extendens manum, tetigit eum Iesus, dicens: Volo. mundare. Et confestim mundata est est eius lepra.

Et ait illi Iesus: Vide, nemini dixeris: sed abi, teipsum ostende Sacerdoti, & offer munus, quod attribuit Moyses, in testimonium illis.

Introeunte autem ipso in Capharnaum, accessit ad eum Centurio, appellans eum.

Et dicens: Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, vehementer diseruciatus.

Et ait illi Iesus: Ego veniens curabo eum.

Et respondens Centurio, ait: Domine non sum idoneus vt meum sub tectum intres: sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus.

Etenim ego homo sum sub auctoritatem habens sub meipsum milites, & dico huic: Vade, & vadit: & alij, Veni, & venit: & seruo meo, fac hoc, & facit.

Audiens: aũt Iesus miratus est: & ait sequẽtibus: Amen dico vobis, neque in Israel tantam fidem inueni.

Dico autem vobis, quod multi ab oriente, & occidentibus venient, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Iacob in regno cælorum.

Filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & fremitus dentium.

Et dixit Iesus Centurioni: Abi: & sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer eius in hora illa.

Et ingressus Iesus in domum Petri, vidit socrum eius iacentem, & febricitantem.

Et tetigit manum eius, & dimisit eam febris, & surrexit, & ministrabat ei.

Vespere autem facto, obtulerunt ei dæmoniacos multos, & ejciebat spiritus verbo: & omnes male habentes sanabat.

Vt adimpleretur dictum per Isaiam prophetam, dicentem: Ipse infirmitates nostras accepit, & ægrotationes portauit.

Videns autem Iesus multas turbas circum se, iussit abire in vlterius.

Et accedens vnus scriba, ait illi: Magister, sequar te, quocunque ieris.

Et dicit ei Iesus: Vulpes foueas habent, & volucres cœli vmbracula: filius autem hominis non habet vbi caput reclinet.

Alius autem discipulorum eius ait illi: Domine, permitte mihi primũ abire & sepelire patrẽ meũ.

At Iesus ait illi: Sequere me, & dimitte mortuos sepelire suos mortuos.

Et ascendente eo in nauiculam, sequuti sunt eum discipuli eius.

Et ecce motus magnus factus est in mari ita vt nauiculã operiri sub fluctibus, ipse vero dormiebat.

Et accedentes discipuli eius, suscitauerunt eum, dicentes: Domine, salua nos, perimus.

Et dicit eis: Quid timidi estis, exiguæ fidei? Tunc surgens, imperauit ventis, & mari, & facta est tranquillitas magna.

At homines mirati sunt, dicentes: Qualis est hic quia venti & mare obediunt ei?

Et venienti ipsi in vlterius in regionem Gergesenorum, occurrerũt ei duo dæmoniaci, de monumentis exeuntes, sæui nimis, ita vt non valere quemquam transire per viam illam.

Et ecce clamauerunt, dicentes: Quid nobis & tibi, Iesu fili Dei? Veniti huc ante tempus torquere nos?

Transl. Erasm. Rotterod.

3 *Protensaq; manu, tetigit Iesus illum, dicens, Volo, mundus esto. ac protinus mundata fuit illius lepra.*

4 *Et dicit illi Iesus, Vide ne cui dixeris, sed abi ostende teipsum sacerdoti, & offer munus quod iussit offerri Moyses in testimonium ipsis.*

5 *Porro cum ingressus fuisset Iesus Capernaum, adijt eum centurio, obsecrans eum,*

6 *Et dicens, Domine, famulus meus decumbit domi paralyticus, ac grauiter discruciatur.*

7 *Et dicit illi Iesus, Ego cum venero medebor illi.*

8 *Et respondẽs centurio, dixit, Domine, non sum idoneus, vt tectum meum subeas: imo tantum dic verbum, & sanabitur famulus meus.*

9 *Nam & ego sum homo alterius potestati subditus, & habeo sub me milites, & dico huic, vade, & vadit, & alteri, veni, & venit: & seruo meo, fac hoc, & facit.*

10 *Hæc autem cum audisset Iesus, admiratus est, & ait sequentibus se, Amen ego dico vobis, ne in Israel quidem tantum fidei reperi.*

11 *Dico autem vobis, quod multi ab oriente & occidente venturi sunt, & accumbent cum Abraham & Isaac & Iacob, in regno cœlorum.*

12 *Filij vero regni eijcientur in tenebras extremas, illic erit ploratus, & stridor dentium.*

13 *Et dixit Iesus centurioni, Abi, & quemadmodum credis, ita fiat tibi. & sanatus est famulus eius in hora illa.*

14 *Et cum venisset Iesus in domum Petri, vidit socrum illius in lecto decumbentem, & febricitantem.*

15 *Tetigit & manum illius, & reliquit illam febris, & surrexit, ac ministrauit illis.*

16 *Cum autem appetisset vespera, adduxerunt illi dæmoniacos multos, & eiecit spiritus verbo. omnesq; male habentes sanauit.*

17 *Vt impleretur quod dictum erat per Esaiam prophetam, cum ait, Hic infirmitates nostras suscepit, & morbos portauit.*

18 *Cum vidisset autem Iesus turbas multas, circum sese, iussit, vt abirent in vlteriorem ripam.*

19 *Et cum adisset vnus scriba dixit ei, Præceptor, sequar te quocunque abieris.*

20 *Et dicit illi Iesus, Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos, at filius hominis non habet, vbi caput reclinet.*

21 *Alius aũt de numero discipulorũ suorũ dixit ei, Domine permitte mihi prius, vt abeam, & sepeliam patrẽ meũ.*

22 *At Iesus dixit illi, Sequere me, & sine vt mortui sepeliant mortuos suos.*

23 *Et cum esset ingressus nauim, secuti sunt eum discipuli sui.*

24 *Et ecce motus magnus factus est in mari, adeo vt nauis operiretur à fluctibus, ipse vero dormiebat.*

25 *Et accedentes discipuli, excitauerunt illum dicentes, Domine serua nos perimus.*

26 *Et dicit illis, Quid timidi estis exigua præditi fiducia? Tunc excitatus, increpauit ventos & mare, & facta est tranquillitas magna.*

27 *Homines vero admirabantur dicentes. Qualis est hic, quia venti quoque & mare obediunt illi.*

28 *Et cum venisset ad vlteriorem ripam, in regionem Gergesenorum, occurrerunt ei duo dæmoniaci, è monumentis egressi, erant autem sæui supra modum, adeo vt nemo posset transire per viam illam.*

29 *Et ecce vociferabantur dicentes, Quid rei nobis tecum est Iesu fili Dei? venisti huc ad cruciandum nos ante tempus?*

Vulgat. Editio.

* Erat autem non longè ab illis grex multorum porcorum pascens.

Dæmones autem rogabant eum dicentes: Si eijcis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum.

Et ait illis: Ite. At illi exeuntes abierunt in porcos, & ecce impetu abijt totus grex per præceps in mare: & mortui sunt in aquis.

Pastores autem fugerunt: & venientes in ciuitatem, nunciauerunt omnia, & de eis, qui dæmonia habuerant.

Et ecce tota ciuitas exijt obuiam Iesu: * & viso eo rogabant, vt transiret à finibus eorum.

CAP. IX.

ET ascendens in nauiculam, transfretauit, & venit in ciuitatem suam.

Et ecce offerebant ei paralyticum iacentē in lecto. Et videns Iesus fidem illorum, dixit paralytico: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.

Et ecce quidam de Scribis dixerunt intra se: Hic blasphemat.

Et cum vidisset Iesus cogitationes eorum, dixit: Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris?

Quid est facilius dicere: Dimittuntur tibi peccata tua: an dicere: Surge, & ambula?

Vt aūt sciatis, quia filius hominis habet potestatē in terra dimittendi peccata, tunc ait Paralytico: Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuā.

Et surrexit, & abiit in domum suam.

Vidētes aūt turbæ timuerunt, & glorificauerunt Deum, qui dedit potestatem talem hominibus.

* Et, cum transiret inde Iesus, vidit hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine. Et ait illi: Sequere me. Et surgens, secutus est eum.

Et factum est discumbente eo in domo, ecce multi publicani, & peccatores venientes discumbebant cum Iesu, & discipulis eius.

Et videntes Pharisæi, dicebant discipulis eius: Quare cum publicanis, & peccatoribus manducat Magister vester.

At Iesus audiens, ait: Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus.

Euntes autem, discite quid est: * Misericordiam volo, & non sacrificium. Non enim veni vocare iustos, * sed peccatores.

Tunc accesserunt ad eum discipuli Ioannis, dicentes: * Quare nos, & Pharisæi ieiunamus frequenter: discipuli autem tui non ieiunant.

Et ait illis Iesus: Nunquid possunt filij sponsi lugere, quamdiu cum illis est sponsus? Venient autem dies cum auferetur ab eis sponsus: & tunc ieiunabunt.

Nemo autem immittit commissuram panni rudis in vestimentum vetus: tollit enim plenitudinem eius à vestimento: & peior scissura fit.

Neque mittunt vinum nouum in vtres veteres: alioquin rumpuntur vtres, & vinum effunditur, & vtres pereunt. Sed vinum nouum in vtres nouos mittunt: & ambo conseruantur.

* Hæc illo loquente ad eos, ecce princeps vnus accessit, & adorabat eum, dicens. Domine, filia mea modo defuncta est: sed veni, impone manum tuam super eam, & viuet.

Et surgens Iesus, sequebatur eum, & discipuli eius.

* Et ecce mulier, quæ sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, accessit retro, & tetigit fimbriam vestimenti eius.

Transl. ex Syriac.

Erat autem procul ab eis grex porcorum multorum pascens.

Ipsi vero dæmones petebant ab eo, dicentes: Si eijcis nos, permitte nobis abire in gregem porcorum.

Dixit eis Ieschua: Abite. Et statim exeuntes ingressi sunt porcos, & totus ille grex rectè contendit in rupem, & corruerunt in mare: ac mortui sunt in aquis.

Illi autem qui pastores agebant: fugientes sese receperunt in vrbem, ac renuntiarunt quicquid acciderat, deque ipsis dæmoniacis.

Exijt itaque tota ciuitas in occursum Ieschua: quumque aspexissent eum, petierunt ab eo, vt ex finibus ipsorum excederet.

CAP. IX.

ET conscendit nauem, traiecitq; & venit in ciuitatem suam.

Et obtulerunt ei paralyticum decumbentem in lecto. Viditq; Ieschua fidem eorum, & ait paralytico illi: Bono sis animo fili mi, remittuntur tibi peccata tua.

Quidam vero è Scribis dicebant in anima sua: Iste blasphemat.

Ieschua autem sciens cogitationes eorum, dixit eis: Quid cogitatis mala in corde vestro?

Vtrum enim facilius est, dicere: Remittuntur tibi peccata tua: an dicere: Surge, & ambula?

Vt autem cognoscatis, filium hominis habere potestatem in terra remittendi peccata, (dixit paralytico illi:) Surge, tolle lectum tuum, & abi domum tuam.

Surgens itaque abijt domum suam.

Quæ quum vidissent turbæ illæ timuerunt, Deumque laudibus euexere, qui dedisset talem potestatē hominibus.

** Quumq; Ieschua prætergrederetur illinc, vidit virum sedentem in ædibus telonariorum nomine Mathai. Et ait illi: Veni post me. Surgens itaque iuit post eum.*

Et quum accumberent domi venerunt publicani, & peccatores multi, & accubuerunt cum Ieschua, & cum discipulis eius.

Quæ quum vidissent Perischai, dixerunt discipulis ipsius: Quare cum publicanis flagitiosisque edit Magister vester.

Quod quum audisset Ieschua, dixit eis: Non indigent sani medico, sed ij qui malè affecti sunt.

Ite, discite quid sit: Misericordiam volo, & non sacrificium. Non enim veni vt vocarem iustos, sed peccatores.

Tunc accesserunt ad eum discipuli Iouchanon, & inquiunt. Quare nos, & Perischai multum ieiunamus, & discipuli tui non ieiunant.

Dixit eis Ieschua: Numquid possunt filij thalami ieiunare quamdiu cum eis est sponsus? Venient autem dies quum tolletur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt.

Nemo immittit frustum panni nouum in vestimentum attritum vetustate, ne quid detrahat supplementum ex illo vestimento: fiatque scissura maior.

Neque iniiciunt vinum recens in vtres veteres: ne rumpantur vtres, vinumque effundatur, & vtres pereāt. Sed iniiciunt vinum recens in nouos vtres, & ambo conseruantur.

** Quum autem hæc loqueretur cum eis, veniens princeps quidam, appropinquauit & adorauit eum, inquiens: Filia mea nunc moriua est: sed veni, impone manum tuam super eam, & viuet.*

Surgens itaque Ieschua ac discipuli eius, abierunt post eum.

Et ecce mulier, quæ profluuio sanguinis laborabat à duodecim annis, venit à tergo illius, tetigitque fimbriam vestimenti eius.

* Mar. 5. 11. Luc. 8. 32

Mar. 5. 17 Luc. 8. 37

Mar. 2. 3 Luc. 5. 18

* Mar. 2. 14. Luc. 5. 27

* Feria 5 Oct. mana. Cādelarū.

* Osee. 6. 6 Inf. 12. 7.

* 1. Tim. 1. 27.

* Mar. 2. 18. Luc. 5. 33

* Mar. 5. 22. Luc. 8. 41

* Cōmemoratione Defūctorum.

* Mar. 5. 24. Luc. 8. 43

Transl. B. Ariæ Mont.

Erat autem longè ab illis grex porcorum multorum pascens.

Verũ dæmones appellabãt eum, dicẽtes: Si eiicis nos permitte nobis abire in gregem porcorum.

Et ait illis, Abite. Illi autẽ exeuntes, abierunt in gregẽ porcorum. Et ecce irruit totus grex porcorũ per præceps in mare, & mortui sunt in aquis.

Pastores autem fugerunt, & venientes in ciuitatem, nuntiauerunt omnia, & illa quæ dæmoniacorum.

Et ecce tota ciuitas exiit in occursum Iesu. Et videntes eum, appellabant vt transiret à finibus eorum.

CAP. IX.

ET ascendẽns in nauiculam, traiecit & venit in propriam ciuitatem.

Et ecce offerebant ei paralyticum in lecto iacentem, & videns Iesus fidem illorum, dixit Paralytico: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.

Et ecce quidam Scribarum dixerunt in seipsis: Hic blasphemat.

Et videns Iesus cogitationes eorum, dixit, Vt quia vos cogitatis mala in cordibus vestris.

Quid enim est facilius, dicere: Dimittuntur tua peccata: an dicere: Erigere, & ambula.

Vt aũt sciatis quod auctoritatem habet Filius hominis in terra remittere peccata: tunc ait paralytico: Erectus tolle tuũ lectũ, & abi in domũ tuã.

Et erectus abiit in domum suam.

Videntes autẽ turbæ, timuerunt, & glorificauerunt Deum, dantem auctoritatem talẽ hominibus.

Et præteriens Iesus inde, vidit hominẽ sedentem in telonio, Matthæum dictum: & ait illi: Sequere me, & surgens sequutus est eum.

Et factum est eo discumbente in domo, & ecce multi publicani & peccatores venientes, discumbebant cum Iesu, & Discipulis eius.

Et videntes Pharisæi, dicebant discipulis eius: Quare cum publicanis & peccatoribus manducat Magister vester.

At Iesus audiens, ait illis: Non vsum habent valentes medico, sed malè habentes.

Euntes autem discite quid est, Misericordiam volo, & non sacrificium, Non enim veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam.

Tunc adierunt eum discipuli Ioannis, dicentes: Quare nos & Pharisæi ieiunamus frequenter discipuli autem tui non ieiunant.

Et ait illis Iesus, Nunquid possunt filij sponsi lugere quamdiu cum illis est sponsus? Venient autem dies, quum auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt.

Nemo autem inijciet iniectionem panni rudis in vestimentum vetus: aufert enim plenitudinem eius à vestimento, & peior sciissura fit.

Neque mittunt vinum nouum in vtres veteres: si autem minus, rumpuntur vtres, & vinum effluit, & vtres pereunt, sed mittunt vinum nouum in vtres nouos, & ambo conseruantur.

Hæc illo loquente eis, ecce princeps vnus veniens, adorabat eum, dicens: Quod filia mea modo defuncta est: sed veniens impone manum tuam super eam, & viuet.

Et surgens Iesus, sequebatur eum, & discipuli eius.

Et ecce mulier sanguiflua duodecim annis, accedens retro, tetigit fimbriam vestimenti eius.

Transl. Erasm. Rotterod.

30 *Erat autem procul ab illis grex porcorum multorum pascens.*

31 *Dæmones vero rogabant eum dicentes, Si eiicis nos permitte nobis, vt demigremus in gregem porcorum.*

32 *Et ait illis, Abite. Illi vero egressi abierunt in gregem porcorum. Et ecce ferebatur totus grex porcorum per præceps in mare, & perierunt in aquis.*

33 *Porrò qui pascebant, aufugerunt, & digressi in ciuitatem, renunciauerunt omnia, & quid actidisset dæmoniacis.*

34 *Et ecce tota ciuitas exiuit, in occursum Iesu. Et cum vidissent illum rogabant, vt decederet è finibus ipsorum.*

CAP. IX.

1 *ET ingressus nauem, traiecit ac venit in suam ciuitatem.*

2 *Et ecce adduxerunt illi paralyticum in lecto decũbentem. Cumque vidisset Iesus fidem illorum, dixit paralytico, Bono animo esto fili, remittuntur tibi peccata tua.*

3 *Et ecce quidam è scribis dicebant intra sese, Hic blasphemat.*

4 *Et cum vidisset Iesus cogitationes illorum, dixit, quare vos cogitatis mala in cordibus vestris.*

5 *Virum enim est facilius dicere, remittuntur tibi peccata, an dicere, surge & ambula.*

6 *Vt aũt sciatis, quod potestatẽ habeat filius hominis in terra remittẽdi peccata, tũc dicit paralytico, Surge, tolle tuũ ũtum, & abi in domum tuam.*

7 *Et ille surrexit, abiitque domum suam.*

8 *Turbæ verò quæ viderant, admiratæ sunt & glorificauerunt Deum, qui dedisset potestatem talem hominibus.*

9 *Et præteriens Iesus illinc, vidit hominem desidentem ad telonium Matthæum nomine, dicitq; ei, Sequere me. Atque is surgens secutus est eum.*

10 *Et factum est, vt Iesus accumberet in illius ædibus. Et ecce multi publicani & peccatores, qui venerant, simul accubuerunt cum Iesu, & discipulis illius.*

11 *Cumque id vidissent pharisæi, dixerunt discipulis eius, cur cum publicanis & peccatoribus sumit cibum præceptor vester.*

12 *At Iesus vbi audiuit, dixit illis, Non opus habent, hi qui validi sunt medico, sed qui male habent.*

13 *Quin potius ite & discite, quid sit illud, misericordiam volo, & non sacrificium. Non enim veni ad vocandum iustos, sed peccatores ad pœnitentiam.*

14 *Tunc adeunt eum discipuli Ioannis dicentes, Quam ob causam, nos & pharisæi ieiunamus plerumque, discipuli vero tui non ieiunant.*

15 *Et dixit illis Iesus, Num possunt filij sponsi, lugere, quamdiu cum illis est sponsus? Venient autem dies, cum tolletur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt.*

16 *Nullus immittit assumentum panni rudis in veste veteri. Aufert enim supplementum illius à vestimento, & peior ruptura fit.*

17 *Neque mittunt vinum nouum, in vtres veteres, alioqui rumpuntur vtres, & vinum effunditur, & vtres pereunt. Sed mittunt vinum nouum in vtres nouos, & vtraque simul seruantur.*

18 *Hæc cum illis loqueretur, ecce primas quidam venit, & adorauit eum, dicens, Filia mea modo defuncta est, sed veni, & impone manum tuam super illam, ac viuet.*

19 *Et surgens Iesus secutus est eum, ac discipuli illius.*

20 *Et ecce mulier quæ sanguinis profluuio laborauerat duodecim annos, accedens à tergo, tetigit fimbriam vestimenti illius.*

Vulgat. Editio.

Dicebat enim intra se: Si tetigero tantum vestimentum eius: salua ero.

At Iesus conuersus, videns eam, dixit: Confide filia, fides tua te saluam fecit. Et salua facta est mulier ex illa hora.

Et cum venisset Iesus in domum principis, & vidisset tibicines & turbam tumultuantem, dicebat.

Recedite: non est enim mortua puella, sed dormit. Et deridebant eum.

Et cum ejecta esset turba: intrauit, & tenuit manum eius. Et surrexit puella.

Et exijt fama hæc in vniuersam terram illam.

Et transeunte inde Iesu, secuti sunt eum duo cæci, clamantes, & dicentes: Miserere nostri, fili Dauid.

Cum autem venisset domum, accesserunt ad eum cæci. Et dicit eis Iesus: Creditis quia hoc possum facere, vobis? Dicunt ei: Vtique, Domine.

Tunc tetigit oculos eorum, dicens: Secundum fidem vestram fiat vobis.

Et aperti sunt oculi eorum: & comminatus est illis Iesus, dicens: Videte nequis sciat.

Illi autem exeuntes, diffamauerunt eum in tota terra illa.

* Inf. 12. Lu. 11. 14. Egressis autem illis, * ecce obtulerunt ei hominem mutum, dæmonium habentem.

Et ejecto dæmonio, locutus est mutus, & miratæ sunt turbæ, dicentes: Nũquã apparuit sic in Israel.

Pharisæi autem dicebant: In principe dæmoniorum ejicit dæmones.

* Mar. 6. * Et circuibat Iesus omnes ciuitates, & castella: docens in synagogis eorum, & prædicans euangelium regni, & curans omnem languorem, & omnem infirmitatem.

Videns autem turbas, misertus est eis: quia erãt vexati, & iacentes sicut oues non habentes pastorem.

* Io. 4. 2. Tunc dicit discipulis suis: * Messis quidem multa, operarij autem pauci.

Rogate ergo Dominum messis, vt mittat operarios in messem suam.

CAP. X.

* Mar. 3. 13. Luc. 6. 13 & 9. 1. & 10. 1. ET conuocatis duodecim discipulis suis, dedit illis potestatem spirituum immundorum, vt ejicerent eos, & curarent omnem languorem, & omnem infirmitatem.

Duodecim autem Apostolorum nomina sunt hæc. Primus: Simon, qui dicitur Petrus, & Andreas frater eius.

Iacobus Zebedæi, & Ioannes frater eius, Philippus, & Bartholomæus, Thomas, & Matthæus publicanus, Iacobus Alphæi, & Thaddæus.

Simon Chananæus, & Iudas Iscariotes, qui & tradidit eum.

Hos duodecim misit Iesus: præcipiens eis, dicens: in viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis.

* Mar. 6. 8 Lu. 6. 3. & Io. 4 Act. 13. 46. Sed potius ite * ad oues, quæ perierũt domus Israel.

Euntes autem prædicate, dicentes: Quia appropinquauit regnum cœlorum.

Infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mũdate, dæmones ejicite: gratis accepistis, gratis date.

Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris.

Non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam: dignus enim est operarius cibo suo.

Transl. ex Syriac.

21 *Dicebat enim in anima sua (apud se) Si solùm tetigero vestimentum eius, sanabor ego.*

22 *Ieschua autem conuersus respexit eam, & dixit ei: Bono sis animo, filia mea, fides tua seruauit te. Et sanata est ishac mulier ex illa hora.*

23 *Venitq; Ieschua in domum principis illius, ac videns tibicines turbasq; tumultum edentes, ait illis.*

24 *Recedite vos, puella enim mortua non est, sed dormit. Et subsannabant eum.*

25 *Quumq; ejecisset turbas: ingressus, apprehendit eam, manu eius. Et surrexit puella.*

26 *Et exijt hæc fama in vniuersam illam terram.*

27 * *Quumque prætergrederetur illuc Ieschua, sese adiunxerunt ei duo cæci, clamentes, ac dicentes: Miserere nostri fili Dauid.*

28 *Et quum domum venisset: accesserunt ad eum cæci illi. Dixit eis Ieschua: Creditis me posse hoc agere? dicunt ei: Etiam Domine noster.*

29 *Tunc tetigit oculos eorum, & ait: Vti credidistis fiat vobis.*

30 *Et statim aperti sunt oculi eorum, & prohibuit eis Ieschua, dicens: Videte nemo resciscat.*

31 *Illi autem egressi, famam eius sparserunt in vniuersam illam terram.*

32 *Quumque exijsset Ieschua, obtulerunt ei mutum in quo erat dæmonium.*

33 *Et ejecto dæmonio, locutus est mutus, & mirata sunt turbæ, dicẽtes: Numquã apparuit tale quicquã in Israel.*

34 *Pharischæi verò dicebant: Per principem dæmoniorum ejicit dæmonia.*

35 *Et perlustrabat Ieschua vrbes omnes, & vicos: & docebat in synagogis eorum, atque prædicabat Euangelium regni, & sanabat omnes languores, omnesque dolores.*

36 * *Quum autem videret Ieschua turbas, misertus est earum, quòd essent fatigatæ ac dispersæ tanquam oues non habentes pastorem.*

37 *Et ait discipulis suis: Messis multa, & operarii pauci.*

38 *Petite igitur à Domino messis, vt emittat operarios in messem suam.*

CAP. X.

1 *ET vocauit duodecim discipulos suos, ac dedit eis potestatem contra spiritus inquinatos, vt ejicerent eos, sanarentq; quemlibet dolorem, & infirmitatem.*

2 *Ipsorum autem duodecim Apostolorum nomina sunt hæc; Primus eorum; Schemeoun qui vocatur Kipho, & Andreas frater eius.*

3 *Iaakoub filius Zabdai, & Iouchanon frater eius, nec non Philippus, & Bar-Thoulmai, & Thoumo, & Mathai publicanus, & Iaakoub filius Chalphai, & Labbi cognominatus Thaddi.*

4 *Et Schemeoun Zelotes, & Iehudo Scarioutо is, qui prodidit eum.*

5 *Hos duodecim misit Ieschua: ac præcepit eis, dicens: In viam prophanorum (Gentium) ne proficiscamini, nec in vrbes Samaritanorum ingrediamini.*

6 *Ite potius ad oues, quæ perierunt ex domo Israel.*

7 *Quumque proficiscimini, prædicate ac dicite: Appropinquauit regnum cœlorum.*

8 *Infirmos sanate, & leprosos mundate, mortuos suscitate, dæmoniaq; ejicite: gratis accepistis, gratis date.*

9 *Ne comparaueritis aurum, nec argentum, neque æs in marsupiis vestris.*

10 *Neque peram ad iter, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam: dignus enim est operarius cibo suo.*

* Feria 2. hebdomadæ quintæ Iesuanj.

* Cõmemoratio ne Apostolorum Sãctorũ.

Transl. B. Ariæ Mont.

Dicebat enim in ſeipſa: Si tantùm tetigero veſtimentum eius, ſeruabor.

At Ieſus conuerſus,& videns eam,dixit: Confide filia,fides tua ſeruauit te. Et ſeruata eſt mulier ab hora illa.

Et veniens Ieſus in domum Principis,& videns tibicines,& turbam tumultuantem, dicit illis.

Recedite: non enim mortua eſt puella, ſed dormit. Et deridebant eum.

Quum verò eiecta eſſet turba, ingreſſus apprehendit manum eius,& ſurrexit puella.

Et exijt fama hæc in vniuerſam terram illam.

Et tranſeunte inde Ieſu,ſequuti ſunt eum duo cæci, clamantes, & dicentes: Miſerere noſtri fili Dauid.

Venienti autem in domum,acceſſerunt ad eum cæci,Et dicit eis Ieſus,Creditis quod poſſum hoc facere? Dicunt ei: Vtique Domine.

Tunc tetigit oculos eorum, dicens: Secundùm fidem veſtram fiat vobis.

Et aperti ſunt eorum oculi: & comminatus eſt illis Ieſus,dicens: Videte ne quis ſciat.

Illi autem exeuntes diffamauerunt eum in tota terra illa.

Illis autem egreſſis,ecce obtulerunt ei hominem mutum dæmoniacum.

Et eiecto dæmonio,loquutus eſt mutus: & miratæ ſunt turbæ,dicentes,nunquã apparuit ſic in Iſrael.

Phariſæi autem dicebant,In principe dæmoniorum eijcit dæmones.

Et circumibat Ieſus ciuitates omnes & caſtella, docens in ſynagogis eorum,& prædicans Euangelium regni,& curans omnem languorem, & omnem infirmitatem in populo.

Videns autem turbas,miſertus eſt eis,quia erant vexati,& diſperſi ſicut oues non habentes paſtorem.

Tunc dicit diſcipulis ſuis: Meſſis quidem multa,operarij autem pauci.

Supplicate ergo domino meſſis,vt emittat operarios in meſſem ſuam.

CAP. X.

ET aduocans duodecim diſcipulos ſuos. dedit illis poteſtatem ſpirituum immundorum, vt eijcere eos, & curare omnem languorem, & omnem infirmitatem.

Duodecim autem Apoſtolorum nomina ſunt hæc: Primus,Simon dictus Petrus, & Andreas frater eius.

Iacobus Zebedæi,& Ioãnes frater eius Philippus & Bartholomæus: Thomas & Matthæus publicanus, Iacobus Alphæi, & Lebbæus ſuper vocatus Thaddæus.

Simon Cananites,& Iudas Iſcariotes, qui & tradens eum.

Hos duodecim legauit Ieſus, denuncians eis, dicens,In viam gentium ne abieritis,& in ciuitatem Samaritanorum ne intraueritis.

Ite autem magis ad oues perditas domus Iſrael.

Euntes autem prædicate,dicentes, Quia appropinquauit regnum cælorum.

Infirmos curate: leproſos mundate,mortuos ſuſcitate,dæmones eijcite. gratis accepiſtis,gratis date.

Ne poſſideatis aurum, neque argentum, neque æs in zonis veſtris.

Non peram in viam,neque duas tunicas, neque calceamenta,neque virgam: dignus enim operarius alimento ſuo eſt.

Transl. Eraſm. Roterod.

21 *Dixerat enim intra ſeſe. Si tantum tetigero veſtimentum illius,ero ſalua.*

22 *At Ieſus conuerſus,vt vidit illam, dixit, Confide filia, fides tua te ſaluam fecit. Et ſalua facta fuit mulier à tempore illo.*

23 *Et cum veniſſet Ieſus in ædes primatis, vidiſſetq; tibicines,& turbam tumultuantem,dicit illis.*

24 *Secedite, non enim mortua eſt adoleſcentula, ſed dormit. Et deridebant illum:*

25 *Cum autem fuiſſet eiecta turba, introgreſſus tenuit manum illius,& ſurrexit adoleſcentula.*

26 *Et emanauit rumor hic in totam terram illam.*

27 *Et cum diſcederet illinc Ieſus, ſecuti ſunt illum duo cæci,clamantes,ac dicentes,Miſerere noſtri fili Dauid.*

28 *At cum veniſſet in ædes,adierunt illum cæci, & dicit illis Ieſus,Creditis me hoc poſſe facere? Dicunt illi, Credimus Domine.*

29 *Tunc tetigit oculos illorum dicens,Iuxta fidem veſtram fiat vobis.*

30 *Et aperti ſunt illorum oculi. Et interminatus eſt illis Ieſus,dicens,Videte ne quis ſciat.*

31 *At illi cum abiſſent,diuulgarunt famam illius in tota terra illa.*

23 *Illis autem egredientibus, ecce adduxerunt illi hominem mutum dæmoniacum.*

33 *Et eiecto dæmonio,locutus eſt mutus. Et admirata ſunt turbæ,dicentes,Numquam apparuit ſic in Iſrael.*

34 *At phariſæi dicebant, Per principem dæmoniorum eijcit dæmonia.*

35 *Et circumibat Ieſus ciuitates omnes ac vicos, docens in ſynagogis illorum,& prædicans euangelium regni, & ſanans omnem morbum & omnem languorem in populo.*

36 *Cum vidiſſet autem turbas,affectu miſericordiæ tactus eſt erga illos,quod eſſent deſtituti,ac diſperſi velut oues, non habentes paſtorem.*

37 *Tunc dicit diſcipulis ſuis, Ipſa quidem meſſis copioſa, cæterum operarij pauci.*

38 *Rogate igitur Dominum meſſis,vt extrudat operarios in meſſem ſuam.*

CAP. X.

1 *ET acceſſitis duodecim diſcipulis ſuis, dedit eis poteſtatem aduerſus ſpiritus immundos,vt eiicerent eos, & ſanarent quemuis morbum,& quemuis languorem.*

2 *Porrò duodecim apoſtolorum nomina ſunt hæc. Primus Simon qui vocatur Petrus. Et Andreas frater eius.*

3 *Iacobus filius Zebedæi. Et Ioannes frater eius. Philippus,& Bartholomæus,Thomas & Matthæus,qui fuerat publicanus. Iacobus filius Alphæi. Et Lebbæus, cognomento Thaddæus.*

4 *Simon Cananeus, & Iudas Iſcariotes,qui & prodidit illum.*

5 *Hos numero duodecim, emiſit Ieſus, quibus præceperat dicens,In viam gentium ne abieritis,& in ciuitatem Samaritanorum ne ingrediamini.*

6 *Sed ite potius ad oues perditas domus Iſrael.*

7 *Profecti autem prædicate dicentes. Appropinquauit regnum cœlorum.*

8 *Infirmos ſanate,leproſos mundate, mortuos ſuſcitate dæmonia eiicite. gratuito accepiſtis,gratuito date.*

9 *Ne poſſideatis aurum, neque argentum, neque æs in crumenis veſtris.*

10 *Neque peram ad iter,neque binas tunicas,neque calciamenta,neque virgam, Nam dignus eſt operarius cibo ſuo.*

Vulgat. Editio.

In quamcumque autem ciuitatem, aut castellum intraueritis, interrogate, quis in ea dignus sit: & ibi manete donec exeatis.

Intrantes autem in domum, salutate eam, dicentes: Pax huic domui.

Et si quidem fuerit domus illa digna, veniet pax vestra super eam: si autem non fuerit digna, pax vestra reuertetur ad vos.

Et quicumque non receperit vos, neque audierit sermones vestros: exeuntes foras de domo, vel ciuitate, excutite puluerem de pedibus vestris.

Amē dico vobis: Tolerabilius erit terræ Sodomorū, & Gomorrhæorū in die iudicij, quā illi ciuitati.

* Luc.10 3. * Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ.

*Lu.12, 11. Cauete autem ab hominibus. * Tradent enim vos in conciliis, & in synagogis suis flagellabunt vos.

Et ad præsides, & ad reges ducemini propter me in testimonium illis, & gentibus.

Cum autem tradent vos, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini.

Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.

Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium: & insurgent filii in parentes, & morte eos afficient.

Et eritis odio omnibus propter nomen meum: qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.

Cum autem persequentur vos in ciuitate ista, fugite in aliam. Amen dico vobis, non consummabitis ciuitates Israel, donec veniat Filius hominis.

* Luc.6. 40. Ioan.13. 16.& 15. 20. * Non est discipulus super magistrum, nec seruus super dominum suum.

Sufficit discipulo, vt sit sicut magister eius: & seruo, sicut Dominus eius. Si Patrem familias Beelzebub vocauerunt: quanto magis domesticos eius.

* Mar.4. 22. Luc.8.17 & 12.2. Ne ergo timueritis eos: *Nihil enim est opertum, quod non reuelabitur: & occultum, quod non scietur.

Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate super tecta.

* Act.27. 36. Et nolite timere eos, qui occidūt corpus, animā autem non possunt occidere: sed potius timete eū, qui potest & animā, & corpus perdere in gehennā.

2.Reg.14 11. * Nonne duo passeres asse væneunt: & vnus ex illis non cadet super terram sine Patre vestro.

Vestri aūt capilli capitis omnes numerati sunt.

Nolite ergo timere: multis passeribus meliores estis vos.

* Mar.8. 38. Luc.9.26 & 12.8 2.Ti.2.12 * Omnis ergo, qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in cœlis est.

Qui autē negauerit me corā hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, qui in cælis est.

Nolite arbitrari quia pacem venerim mittere in terram: non veni pacem mittere, sed gladium.

* Luc.12. 31. * Mic.7 6. Veni enim separare * hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrum suam.

Et inimici hominis, domestici eius.

* Luc.14 26. * Qui amat patrem, aut matrem plus quam me, non est me dignus: & qui amat filium, aut filiam super me, non est me dignus.

Transl. ex Syria.

In quamcumque verò vrbem aut ciuitatem introieritis, petite quisnam in ea dignus sit: & illic estote vsquedum exeatis.

Et quum ingrediemini domum, postulate pacem domus.

Quòd si domus illa digna fuerit, pax vestra ad eam perueniet: si autem indigna fuerit, pax vestra super vos reuertetur.

Quisquis autem non receperit vos, neque audierit sermones vestros: quum exieritis ex domo, aut ex ciuitate illa, excutite puluerem ex pedibus vestris.

Equidem ego dico vobis; terram Sedoum & Omorro futuram tranquilliorem in die iudicij, vrbe illa.

* Commemratione Martyrū, Sactorū. ** En ego mitto vos tanquam oues inter lupos: estote igitur prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ.*

Cauete autem ab hominibus, tradent enim vos in domum iudiciorum (prætoria) *& in synagogis suis flagellabunt vos.*

Et coram præsidibus, ac regibus sistent vos propter me, in testimonium tum ipsorum, tum gentium.

Quum autem tradiderint vos, ne solliciti fueritis quomodo quidve loquamini: dabitur enim vobis in illa ipsa hora quid loquamini,

Non estis enim qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri loquitur in vobis.

Tradet autem frater fratrem proprium ad mortem, & pater filium suum: & insurgent liberi in parentes suos, eosq; ad mortem adigent.

Et eritis exosi cuilibet homini propter nomen meum: ille verò qui perseuerauerit vsq; ad finem, ipse seruabitur.

Quum autem persequentur vos in hac vrbe, fugite vos in aliam. Amin enim dico vobis, nequaquam absolueritis ipsas vniuersas ciuitates domus Israel, vsquedum venerit Filius hominis.

Non est discipulus præstantior magistro suo, neque seruus domino suo.

Sufficit discipulo vt sit sicut magister ipsius, & seruo sicut dominus suus. Si semel Dominum domus vocauerunt Beelzeboub: quanto magis filios domus ipsius.

Ne igitur expauescatis ab eis. Nihil est enim opertum quod non reueletur, nihilq; absconditum quod non cognoscatur.

Id quod dico vobis in tenebris, dicite in luce: & quod in aures vestras auditis, prædicate super tecta.

Nec expauescatis ab ijs qui corpus interimunt, animam autem non possunt interimere: sed timete potius ab eo, qui potest animam & corpus perdere in gehennam.

Nonne duo passerculi assario veneunt, & vnus ex eis sine Patre vestro non cadit super terram.

Quinetiam pili capitis vestri omnes numerati sunt.

Ne igitur timueritis: multis passerculis præstantiores estis.

Quisquis ergo confitebitur me coram hominibus, ego quoque confitebor eum coram Patre meo qui in cælis est.

Qui verò abnegauerit me coram hominibus, ego quoque abnegabo eum coram Patre meo qui est in cælis.

* Lectio defunctorum. ** Ne existimetis me venisse vt mittam pacem in terram; non veni vt mittam pacem, sed gladium.*

Veni enim vt faciam dissidere virum aduersus patrem suum, filiamque aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrum suam.

Et inimicos habebit vir filios domus ipsius (domesticos suos.)

Qui amat patrem aut matrem plusquam me, non est me dignus: quiq; amat filium aut filiam plus quàm me, non est me dignus.

Transl. B. Ariæ Mont.		Transl. Erasm. Roterod.
In quamcumque autem ciuitatem aut castellum intraueritis, interrogate quis in ea dignus sit: & ibi manete donec exeatis.	11	*Sed in quancumque ciuitatem, aut vicum fueritis ingressi, exquirite quis in ea sit dignus, atque illic manete donec exeatis.*
Intrantes autem in domum, salutate eam, dicentes: Pax domui huic.	12	*Cum autem intrabitis domum, salutate illam.*
Et si quidem fuerit domus digna, ingrediatur pax vestra super eam: si autem non fuerit digna, pax vestra ad vos conuertatur.	13	*Et siquidem fuerit domus digna, veniat pax vestra super illam. Sin minus fuerit digna, pax vestra ad vos reuertatur.*
Et qui non receperit vos, neque audierit sermones vestros, exeuntes domo vel ciuitate illa, excutite puluerem pedum vestrorum.	14	*Et quicumque non exceperit vos, neque audierit sermones vestros, exeuntes ex ædibus, aut ciuitate illa, excutite puluerem pedum vestrorum.*
Amẽ dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorũ & Gomorrhæorũ in die iudicii, quam ciuitati illi.	15	*Amen dico vobis, Tolerabilius erit terræ Sodomorum, & Gomorrhorum in die iudicij, quam ciuitati illi.*
Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ.	16	*Ecce ego emitto vos, velut oues in medio luporum. Estote igitur prudentes, veluti serpentes, & simplices sicut columbæ.*
Cauete autem ab hominibus. Tradent enim vos in consessus, & in synagogis suis flagellabunt vos.	17	*Cauete autem ab illis hominibus, tradent enim vos in concilia, & in conciliabulis suis flagris cædent vos.*
Et ad præsides autem & reges agemini propter me, in testimonium illis & gentibus.	18	*Quin & ad principes ac reges ducemini, propter me, in testimonium ipsis ac gentibus.*
Quum autem tradent vos, ne anxiemini quomodo, aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquemini.	19	*At cum tradiderint vos, ne sitis solliciti, quomodo, aut quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini.*
Non enim vos estis loquentes; sed spiritus Patris vestri loquens in vobis.	20	*Non enim vos estis illi loquentes, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis.*
Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium: & insurgent nati in parentes, & morte afficient eos.	21	*Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium, & insurgent filij aduersus parentes, & morte afficient eos.*
Et eritis inuisi ab omnibus propter nomen meum. Verum permanens in finem, hic seruabitur.	22	*Et eritis odio habiti ab omnibus, propter nomen meum. Verum qui sustinuerit vsque ad finem, hic saluus fiet.*
Quum autem insequentur vos in ciuitate ista, fugite in aliam. Amen enim dico vobis, non finietis ciuitates Israel, donec veniat Filius hominis.	23	*Cum autem persecuti vos fuerint in ciuitate hac, fugite in aliam. Amen dico vobis, Non perambulaueritis omnes ciuitates Israheliticas, quin iam venerit filius hominis.*
Non est discipulus super magistrum, nec seruus super dominum suum.	24	*Non est discipulus supra præceptorem, neque seruus supra dominum suum.*
Sufficit discipulo vt sit sicut magister eius, & seruus sicut Dominus eius. Si patrẽ familiàs Beelzebub vocauerunt quanto magis domesticos eius.	25	*Sufficit discipulo vt sit sicut præceptor ipsius, & vt seruus sit sicut Dominus ipsius. Si ipsum patremfamilias vocauerunt Beelzebul, quanto magis domesticos illius.*
Ne ergo timueritis eos. Nihil enim est occultum, quod non reuelabitur, & abditũ, quod non scietur.	26	*Ne igitur metuatis eos, Nihil enim est tectum, quod non sit retegendum, & nihil occultum, quin futurum sit vt sciatur.*
Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aurem auditis, prædicate super domos.	27	*Quod dico vobis in tenebris, dicite in luce. Et quod in aurem auditis, prædicate in tectis.*
Et ne timeatis ab occidentibus corpus: at animam non valentium occidere: timete autẽ magis potentẽ & animam & corpus perdere in gehenna.	28	*Et ne metuatis vobis ab his qui occidũt corpus, animam autem non possunt occidere. Sed metuite magis illum, qui potest, & animam, & corpus perdere in gehenna.*
Nonne duo passeres asse væneunt? & vnus ex illis non cadet super terram sine Patre vestro.	29	*Nonne duo passerculi minuto asse veneunt? & vnus ex illis non cadet in terram, sine patre vestro.*
Vestri aũt & capilli capitis omnes numerati sũt.	30	*Vestri vero etiam pili capitis omnes numerati sunt.*
Ne ergo timeatis: multis passeribus præstatis vos.	31	*Ne igitur metuatis, vos pluris estis, quam multi passerculi.*
Omnis ergo qui confitebitur in me coram hominibus, confitebor & ego in eo coram Patre meo qui in cælis.	32	*Omnis igitur qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego illum coram patre meo, qui est in cœlis.*
Qui autem negauerit me coram hominibus, negabo eum & ego coram Patre meo qui in cælis.	33	*Porrò quisquis negauerit me coram hominibus, negabo eum & ego coram patre meo, qui est in cœlis.*
Ne arbitremini quod veni iacere pacem in terram: non veni iacere pacem, sed gladium.	34	*Ne arbitremini, quod venerim ad mittendum pacem in terram. Non veni vt mitterem pacem, sed gladium.*
Veni enim diuidere hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrum suam.	35	*Nam veni vt dissidere faciam hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, & sponsam aduersus socrum suam.*
Et inimici hominis, domestici eius.	36	*Et inimici homines erunt, ij qui sunt domestici ipsius.*
Diligens patrem aut matrem super me, non est me dignus: & amans filium aut filiam super me, non est me dignus.	37	*Qui amauerit patrem, aut matrem supra me, non est me dignus, & qui amauerit filium, aut filiam supra me, non est me dignus.*

Vulgat. Editio.

* Et qui non accipit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus.

Qui inuenit animam suam, perdet illam: & qui *perdiderit animam suam propter me: inueniet eam.

Qui recipit vos, me recipit: & qui me recipit, recipit eum, qui me misit.

Qui recipit prophetã in nomine prophetę, mercedem prophetæ accipiet: & qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet.

* Et quicũque potũ dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli: amen dico vobis, non perdet mercedem suam.

* Mar. 8. 34. Inf. 16. 24. Luc. 9. 23. & 14. 27.
* Ioan. 12. 25.
* Luc. 10. 16. Ios. 13. 20. Mar. 9. 41.

CAP. XI.

ET factum est, cum consummasset Iesus, præcipiens duodecim discipulis suis, transiit inde vt doceret & prædicaret in ciuitatibus eorum.

* Ioannes autem cum audisset in vinculis opera Christi, mittens duos de discipulis suis.

Ait illi: Tu es, qui venturus es, an alium expectamus.

Et respondens Iesus ait illis: Euntes renunciate Ioanni quæ audistis, & vidistis.

* Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur.

Et beatus est, qui nõ fuerit scandalizatus in me.

* Illis autem abeuntibus, cœpit Iesus dicere ad turbas de Ioanne: Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam.

Sed quid existis videre? hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt.

Sed quid existis videre? prophetam? Etiam dico vobis, & plus quam prophetam.

Hic est enim, de quo scriptum est: * Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.

Amen dico vobis: non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista: qui autem minor est in regno cælorum, maior est illo.

A diebus autem Ioannis Baptistæ vsque nunc, regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.

Omnes enim prophetæ, & lex vsque ad Ioannem prophetauerunt.

Et si vultis recipere, * ipse est Elias, qui venturus est. Qui habet aures audiendi, audiat.

Cui autem similem æstimabo generationẽ istã.

Similis est pueris sedentibus in foro: qui clamantes coæqualibus.

Dicunt: Cecinimus vobis, & non saltastis: lamentauimus, & non planxistis.

Venit enim Ioannes neque manducans, neque bibens, & dicunt: Dæmonium habet.

Venit filius hominis manducans, & bibens, & dicunt: Ecce homo vorax, & potator vini, publicanorum, & peccatorum amicus. Et iustificata est sapientia à filijs suis.

Tunc cœpit exprobrare ciuitates, in quibus factæ sunt plurimæ virtutes eius, quia non egissent pœnitentiam.

* Væ tibi Corozain, væ tibi Bethsaida: quia, si in Tyro, & Sidone factæ essent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio, & cinere pœnitentiam egissent.

Verumtamen dico vobis Tyro, & Sidoni remissius erit in die iudicij, quàm vobis.

* Luc. 7. 18.
* Isai. 35. 5. & 61. 1.
* Luc. 7. 24.
* Mal. 3. 1. Marc. 1. 2. Luc. 7. 27.
* Mal. 4. 5.
* Luc. 10. 13.

Transl. ex Syriac.

Et quicumque non baiulat crucem suam & venit post me, non est me dignus.

Qui inuenerit animam suam, perdet eam: & qui perdiderit animam suam propter me, inueniet eam.

Qui recipit vos, me recipit: & qui recipit me, eum qui me misit, recipit.

Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipit: quiq; recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipit.

Et quicumque propinauerit vni ex his paruulis calicem frigidæ tantùm in nomine discipuli: amin ego dico vobis non perdiderit mercedem suam.

CAP. XI.

ET factum est quum finem fecisset Ieschua, præcipiendi duodecim discipulis suis, discessit illinc vt doceret & prædicaret in vrbibus eorum.

Ad oblationem imputationis capitis Iouchanon.

Iouchanon autem in domo vinctorum (carcere) cum audisset opera Meschicho, misit per discipulos suos.

Et dixit ei. Tune is es, qui venturus erat, an alios expectamus.

Respondit Ieschua & ait illis: Ite renunciate ipsi Iouchanon ea quæ audistis & videtis.

Cæci vident, & claudi ambulant, leprosiq; mundantur, & surdi audiunt, & mortui resurgunt, & pauperibus euangelizatur.

Ac demùm felix ille qui non impegerit in me.

Quum autem abiissent, cœpit Ieschua verba facere ad turbas super Iouchanon: Quid existis in desertum visuri? arundinem à vento agitatam.

Sin minus, quid visuri existis? virum vestimentis mollibus indutum? ecce ij qui mollibus vestiuntur, in aulis regum degunt.

Sin minus, quid visuri existis? prophetam? Certè dico vobis, & propheta præstantiorem.

Ipse enim est de quo scriptum est: Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui parabit viam coram te.

Verè ego dico vobis: non surrexit inter natos mulierum maior Iouchanon Baptista: minimus autem in regno cælorum maior est eo.

A diebus porrò Iouchanon Baptistæ, nunc vsque, regnum cælorum cum violentia accipitur, & violenti rapiunt illud.

Nam cuncti prophetæ, lexq; vsque ad Iouchanon vaticinati sunt.

Et si vultis, recipite: quia is est Iliio qui venturus erat. Qui habet aures ad audiendum, audiat.

* Secunda Feria Septimanæ tertiæ Ieiunij.

** Sed cuinam assimilabo generationem hanc.*

Similis est pueris: qui sedent in platea, & clamant ad socios suos.

Et inquiunt, Cecinimus vobis, nec saltauistis, & lamentati sumus vobis, nec planxistis.

Venit enim Iouchanon nec edens nec bibens, & aiunt, Dæmonium habet.

Venit filius hominis edens & bibens, & aiunt, Ecce homo edax & bibax vini, amicusq; publicanorum ac flagitiosorum. Et iustificata est sapientia à seruis suis.

Tunc cœpit Ieschua exprobrare vrbibus illis in quibus editæ fuerant virtutes ipsius quàm plurimæ, neque pœnitentiam egerant.

Et dicebat, Væ tibi Courazin, væ tibi Bethzaiodo: quoniam si in Tzour aut in Tzaidon editæ fuissent virtutes illæ, quæ in vobis editæ fuerunt, iam olim in ciliciis & cinere pœnitentiam egissent.

Verùm ego dico vobis, Tzour & Tzaidon tranquilliores futuras in die iudicii, quàm vos.

Transl. B. Ariæ Mont.

Et qui non capit crucem ſuam, & ſequitur poſt me, non eſt me dignus.

Inueniens animam ſuã perdet illam: & perdens animam ſuam propter me, inueniet eam.

Suſcipiens vos, me ſuſcipit: & qui me ſuſcipiens, ſuſcipit mittentem me.

Recipiens Prophetam in nomen Prophetæ, mercedem Prophetæ capiet: & recipiens iuſtum in nomen iuſti, mercedem iuſti capiet.

Et quicumque potauerit vnum minimorum iſtorum poculum frigidæ tantùm, in nomen diſcipuli, Amen dico vobis, non perdet mercedẽ ſuã.

CAP. XI.

ET factum eſt quum finiſſet Ieſus conſtituens duodecim diſcipulis ſuis, tranſijt indè docere & prædicare in ciuitatibus eorum.

At Ioannes audiens in carcere opera Chriſti, mittens duos diſcipulorum ſuorum.

ait illi: Tu es veniens, an alium expectamus.

Et reſpondens Ieſus, ait illis: Euntes renunciate Ioanni quæ auditis & videtis.

Cæci vident, & claudi circumambulant, leproſi mundantur, & ſurdi audiunt, mortui reſurgunt, & pauperes euangelizantur.

Et beatus eſt qui non fuerit ſcãdalizatus in me.

His autem euntibus, cœpit Ieſus dicere turbis de Ioanne: Quid exiſtis in deſertum ſpectare? arundinem à vento agitatam.

Sed quid exiſtis videre? hominem in mollibus veſtimentis circumamictum? Ecce mollia ferentes in domibus regum ſunt.

Sed quid exiſtis videre? Prophetam? Vtique, dico vobis, & abundantius Propheta.

Hic enim eſt de quo ſcriptum eſt: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.

Amen dico vobis, non excitatus eſt in natis mulierum maior Ioanne Baptiſta. Verum minor in regno cælorum, maior illo eſt.

A vero diebus Ioannis Baptiſtæ vſque nunc, regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.

Omnes enim Prophetæ & lex vſque ad Ioannem prophetauerunt.

Et ſi vultis recipere, ipſe eſt Elias futurus venire. Habens aures audire, audiat.

Cui autem aſſimilabo generationem iſtam? Similis eſt pueris in foro ſedentibus, & acclamantibus ſociis ſuis.

Et dicentibus, Tibia ſonuimus vobis, & non ſaltaſtis: lamentauimus vobis, & non planxiſtis.

Venit enim Ioannes neque manducans neque bibens: & dicunt, Dæmonium habet.

Venit Filius hominis manducans & bibens, & dicunt, Ecce homo edax & vinipotator, publicanorum amicus & peccatorum. & iuſtificata eſt ſapientia à filiis ipſius.

Tunc cœpit exprobrare ciuitates, in quibus factæ ſunt plurimæ efficaciates eius, quia non pœnituiſſent.

Væ tibi: Chorazin. Væ tibi Bethſaida, quia ſi in Tyro & Sidone factæ eſſent efficacitates factæ in vobis, olim in ſacco & cinere pœnituiſſent.

Cæterum dico vobis: Tyro & Sidoni temiſſius erit in die iudicii, quàm vobis.

Transl. Eraſm. Roterod.

Et qui non accipit crucem ſuam ac ſequitur me, non eſt me dignus. 38

Qui inuenerit animam ſuam, perdituruſ eſt eam, & qui perdiderit animam ſuam mea cauſa, inueniet eam. 39

Qui recipit vos, me recipit, & qui me recipit, recipit eum qui miſit me. 40

Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet. Et qui recipit iuſtum in nomine iuſti, mercedem iuſti accipiet. 41

Et quicumque ad bibendum dederit vni ex puſillis his poculum aquæ frigidæ tantum nomine diſcipuli, Amen dico vobis, non perdituruſ eſt mercedem ſuam. 42

CAP. XI.

ET factum eſt cum finem feciſſet Ieſus mandandi duodecim diſcipulis ſuis, progreſſus eſt illinc, vt doceret & prædicaret in ciuitatibus illorum. 1

Ioannes autem cum audiſſet in carcere facta Chriſti, miſſis duobus diſcipulis ſuis. 2

Dixit illi, tu es ille, qui venturus eſt, an alterum expectamus. 3

Et reſpondens Ieſus dixit illis. Ite & renunciate Ioanni ea quæ auditis & videtis. 4

Cæci viſum recipiunt, & claudi ambulant, leproſi mundantur, & ſurdi audiunt, mortui excitantur, & pauperes lætum accipiunt euangelij nuncium. 5

Et beatus eſt quiſquis non fuerit offenſus per me. 6

Euntibus autem illis, cœpit Ieſus dicere turbis de Ioanne. Quid exiſtis in deſertum vt videretis? Num arundinem quæ agitatur à vento. 7

Age, quid exiſtis vt videretis? Num hominem mollibus veſtibus amictum? Ecce qui mollia geſtant, in domibus regum ſunt. 8

At quid exiſtis videre? Num prophetam? Certe dico vobis, & excellentiorem propheta. 9

Hic eſt enim de quo ſcriptum eſt, Ecce ego mitto nuncium meum ante faciem tuam, qui præparaturus eſt viam tuam ante te. 10

Amen dico vobis, non exortus fuit inter eos, qui naſcũtur è mulieribus maior Ioanne Baptiſta. Attamen is qui minor eſt in regno cœlorum, maior illo eſt. 11

Porro à diebus Ioannis Baptiſtæ, vſque ad hunc diem, regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. 12

Nam omnes prophetæ, & ipſa lex, vſque ad Ioannem prophetauerunt. 13

Et ſi vultis recipere, ipſe eſt Helias ille, qui venturus erat. Qui habet aures ad audiendum audiat. 14

Sed cui aſſimilabo generationem hanc? Similis eſt pueris, qui ſedent in foris, & acclamant ſodalibus ſuis. 15

Ac dicunt: Tibia cecinimus vobis, & non ſaltaſtis, lugubria cecinimus vobis, & non planxiſtis. 16

Venit enim Ioannes, nec edens nec bibens, & aiunt, Dæmonium habet. 17

Venit filius hominis edens ac bibens, & dicunt, En hominem comedonem, & vini potorem, publicanis amicum, ac peccatoribus. & iuſtificata eſt ſapientia à filijs ſuis. 18

Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus, in quibus edita fuerant plurima virtutes ipſius, quod ſcelerum eas non pœnituiſſet. 19

Væ tibi Chorazin: Væ tibi Bethſaidan, quoniam ſi in vrbe Tyri, aut Sidonis facta fuiſſent virtutes quæ factæ ſunt in vobis, olim in ſacco & cinere, pœnituiſſent. 20

Attamen dico vobis, Tyro & Sidoni, tolerabilius erit in die iudicij quam vobis. 21

Vulgat. Editio.

Et tu Capharnaum, numquid vsque in cælum exaltaberis? vsque in infernum descendes, quia, si in Sodomis factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in te, forte mansissent vsque in hanc diem.

Verumtamen dico vobis, quia terræ Sodomorum remittius erit in die iudicii, quam tibi.

In illo tempore respondens Iesus dixit: Confiteor tibi, Pater, Domine cæli & terræ: quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.

Ita Pater; quoniam sic fuit placitum ante te.

a Io.6.44 & 7.28. & 8.19. & 10.15. Omnia mihi tradita sunt à Patre meo. * Et nemo nouit Filium, nisi Pater: neque Patrem quis nouit, nisi Filius, & cui voluerit filius reuelare.

a Ier.6.16 Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.

* Tollite iugum meum super vos, & discite à me quia mitis sum, & humilis corde: & inuenietis requiem animabus vestris.

a 2.Io.5.3 * Iugum enim meũ suaue est, & onus meũ leue.

CAP. XII.

Mar.2.23 Luc.6.1 IN illo tempore abiit Iesus per sata sabbato: discipuli autem eius esurientes cœperunt vellere spicas, & manducare.

Pharisæi autem videntes, dixerunt ei: Ecce discipuli tui faciunt quod non licet facere sabbathis.

a 1.Reg.21.4 At ille dixit eis: Non legistis * quid fecerit Dauid, quando esuriit, & qui cum eo erant,

Quomodo intrauit in domũ Dei, & panes propositionis comedit, quos nõ licebat ei edere, neq; his qui cum eo erant, * nisi solis sacerdotibus.

a Nu.28.9 a Leu.24.8. Aut nõ legistis in lege * quia sabbatis sacerdotes in templo sabbatum violant, & sine crimine sunt.

Dico autem vobis, quia templo maior est hic.

a Osee 6.6. Si autem sciretis, quid est. * Misericordiam volo, & non sacrificium: numquam condemnassetis innocentes.

Dominus enim est filius hominis etiam sabbati.

Et cum inde transisset, venit in synagogam eorum.

Et ecce homo manum habens aridam, & interrogabant eum, dicentes: Si licet sabbatis curare? vt accusarent eum.

a Mat.3.1 Luc.6.6 Deu.22.4 Ipse autem dixit illis: * Quis erit ex vobis homo, qui habeat ouem vnam, & si ceciderit hæc sabbatis in foueam, nonne tenebit, & leuabit eam.

Quanto magis melior est homo oue? itaque licet sabbatis benefacere.

Tunc ait homini: Extende manum tuam. Et extendit, & restituta est sanitati sicut altera.

Exeuntes autem Pharisæi, consilium faciebant aduersus eum quomodo perderent eum.

Iesus autem sciens recessit inde: & secuti sunt eum multi, & curauit eos omnes.

Et præcepit eis ne manifestum eum facerent.

Vt adimpleretur quod dictum est per Isaiam prophetam, dicentem.

a Isa.42.1 * Ecce puer meus, quẽ elegi, dilectus meus, in quo bene complacuit animæ meæ: ponam spiritum super eum, & iudicium gentibus nunciabit.

Non contendet, neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis vocem eius.

Arundinem quassatam non confringet, & linum fumigans non extinguet, donec eiiciat ad victoriam iudicium.

Et in nomine eius gentes sperabunt.

Transl. ex Syria.

Tuq; Capharnachum, qua ad cœlos vsque es suecta, vsque ad inferos deprimeris: quoniam si in Sedom edita fuissent virtutes illæ, quæ in te edita sunt, stetisset vsque ad hodiernum diem.

Verùm ego dico tibi, terram Sedom tranquilliorem futuram in die iudicij, quàm tu.

** In illo tempore respondit Ieschua, & ait: Confiteor tibi Pater mi dominator cœli & terræ quòd absconderis hæc à sapientibus & prudentibus, eaq; reuelaueris pueruli.* **Ad vesperam conuenit cæ Sedie post Epiphaniam.

Etiam pater mi: quoniam talis fuit voluntas corã te.

Omnia tradita sunt mihi à patre meo. Et nemo nouit Filium nisi Pater: nemo quoque patrem nouit, nisi Filius, & cui voluerit filius reuelare.

Venite ad me ò vos omnes qui defessi estis, & baiulantes onera, & ego præbebo vobis requiem.

Baiulate iugum meum super vos, & discite à me quòd mitis sim, & humilis in corde meo: & inuenietis requiem animabus vestris.

Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue est.

CAP. XII.

IN illo tempore iter faciebat Ieschua in Sabbatho per sata, & discipuli eius esuriebant, cœperuntque vellere spicas, & edere.

Perischei verò cùm aspexissent eos, dicunt ei, Ecce discipuli tui id faciunt quod illicitum est factu in sabbatho.

Ipse verò dixit eis: Legistis ne quid fecit Dauid quum esuyt, & ij qui cum eo erant.

Quomodo sit ingressus ædem Dei, & panem mensæ Domini comedit, quem non erat ei licitum comedere, nec ijs qui cum eo erant, nisi sacerdotibus tantùm.

Aut non legistis in lege, sacerdotes in templo profanare ipsum sabbathum, nulloq; teneri crimine.

Ego verò dico vobis maiorem templo hic esse.

Quòd si noniissetis quid est: Misericordiam volo, & non sacrificium: non condamnassetis eos quum insontes sint.

Dominus enim sabbathi est filius hominis.

** Et discessit illinc Ieschua, venitque in synagogam eorum.* **Feria prima Septimanæ tertiæ Ieiunij.

Erátque homo vnus illic, cuius manus aruerat, & interrogauerunt eum, dicentes: Licet ne in sabbatho sanare? vt accusarent eum.

Ipse verò dixit eis, Quis est vir ex vobis qui hãbeat ouem vnam; & si ceciderit in foueam die sabbathi, non prehendat & erigat eam.

Quantum autem oue præstantior est homo? Quare licet in sabbatho bene agere.

Tunc dixit illi homini: Extende manum tuam. Et extendit manum suam, & restituta est sicut socia sua.

Et quum exissent Perischei, consilium inierunt aduersus eum, vt perderent eum.

Ieschua autem sciens, secessit illinc, & abierunt post eum turbæ multæ easque omnes sanitati restituit.

Et inhibuit eis, ne ipsum reuelarent.

Vt impleretur quod dictum est per Eschaio prophetam, dicentem.

Ecce seruus meus in quo mihi complacui, dilectus meus in quo acquieuit anima mea: spiritum meum ponam super eum, & iudicium gentibus prædicabit.

Non litigabit, neque clamabit, nemo audiet vocem eius in platea.

Arundinem quassatam non conteret, lucernam propè extinguendam non extinguet: vsquedum proferat iudicium ad victoriam.

Et in eius nomine gentes sperabunt.

Transl. B. Ariæ Mont.

Et tu Capharnaum:quæ vsque cælum altepofita,vsque infernum demitteris.quia si in Sodomis factæ fuissent efficacitates factæ in te, mansissent vsque hodie.

Cæterum dico vobis, quod terræ Sodomorum remissius erit in Die iudicij,quàm tibi.

In illo tempore respondens Iesus, dixit: Confiteor tibi,Pater,Domine cæli & terræ,quia abscondisti hæc à sapientibus & intelligentibus, & reuelasti ea imbecillis.

Ita Pater,quoniam sic fuit placitum ante te.

Omnia mihi tradita sunt à Patre meo.Et nemo agnoscit Filium,nisi Pater: neq; Patrē quis agnoscit,nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare.

Venite ad me omnes laborantes, & onerati, & ego recreabo vos.

Tollite iugum meum super vos,& discite à me, quia mitis sum & humilis corde: & inuenietis requiem animabus vestris.

Nam iugum meū blandū, & onus meū leue est.

CAP. XII.

IN illo tempore abiit Iesus Sabbatis per sata: at discipuli eius esurierunt, & cœperunt vellere spicas,& manducare.

Verùm Pharisæi videntes,dixerunt ei: Ecce discipuli tui faciunt quod non licet facere in Sabbato.

Ille verò dixit eis. Non legistis quid fecerit Dauid quando esuriit ipse & qui cum eo.

Quomodo intrauit in domū Dei, & panes propositionis comedit,quos non licitum erat ei edere, neque his qui cum eo,nisi Sacerdotibus solis.

Aut non legistis in Lege,quia Sabbatis Sacerdotes in sacro Sabbatum violant,& inculpati sunt.

Dico autem vobis,quòd sacro maior est hic.

Si autem scirctis quid est, Misericordiam volo, & non sacrificium,numquam condemnassetis inculpatos.

Dominus enim est Sabbati Filius hominis.

Et transiens indè,venit in synagogam eorum.

Et ecce homo erat manum habens aridam: & interrogabant eum,dicentes,Si licet Sabbatis curare? vt accusarent eum.

Ipse autem dixit illis, Quis erit ex vobis homo qui habebit ouem vnam: & si ceciderit hæc Sabbatis in foueam, nonne apprehendet eā & eriget?

Quanto igitur præstat homo oue? Itaqne licet Sabbatis bene facere.

Tunc ait homini exsiccatam habenti manum: Extende manum tuam,& extendit:& restituta est sana,sicut altera.

At Pharisæi consilium capiebant aduersus eum, exeuntes vt eum perderent.

At Iesus cognoscēs,recessit indè:& sequutæ sunt eum turbæ multæ,& curauit eos omnes.

Et increpauit eos, vt ne manifestū eū facerent.

Vt adimpleretur pronunciatum per Esaiam Prophetam,dicentem.

Ecce puer meus, quem elegi: dilectus meus, in quo delectata est anima mea. Ponam Spiritum meum super eum,& iudiciū gentibus annūciabit.

Non contendet, neque clamabit neque audiet aliquis in plateis vocem eius.

Calamum contritum non confringet, & linum fumigans non extinguet, donec eijciat in victoriam iudicium.

Et nomini eius gentes sperabunt.

Transl. Erasm. Roterod.

Et tu Capernaum, quæ es vsque ad cœlum exaltata, vsque ad inferos detraheris,quoniam si in Sodomis editæ fuissent virtutes,quæ editæ sunt in te, mansissent vsque ad hodiernum die.

Verumtamen dico vobis,quod Sodomis tolerabilius erit in die iudicij,quam tibi.

In illo tempore respondens Iesus dixit,Gratias ago tibi pater Domine cœli & terra, quod abscondcris hæc à sapientibus,& prudentibus,& reuelaris ea paruulis.

Certe pater,sic fuit bona voluntas apud te.

Omnia mihi tradita sunt à patre meo, & nemo nouit filium,nisi pater, neque patrem quisquam nouit, nisi filius,& cuicunque voluerit filius reuelare.

Venite ad me omnes,qui laboratis, & onerati estis, & ego refocillabo vos.

Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quod mitis sim,& humilis corde,& inuenietis requiem animabus vestris.

Iugum enim meum commodū est,& onus meū leue est.

CAP. XII.

IN illo tempore,ibat Iesus sabbatis per segetes.Discipuli vero illius esuriebant,& cœperunt vellere spicas, & comedere.

At pharisæi cum vidissent,dixerunt illi,Ecce discipuli tui faciunt,quod non licet facere in sabbato.

Ille vero dixit eis,Non legistis quid fecerit Dauid,cum esuriret ipse,& ij qui erant cum illo?

Quomodo ingressus sit in domum Dei, & panes propositionis ederit, quos ipsi non licebat edere, neque ijs qui cum illo erant,nisi sacerdotibus solis.

Aut non legistis in lege, quod sabbatis sacerdotes in templo sabbatum prophanant, & crimine vacant?

Dico autem vobis,quod templo maior est hoc in loco.

Quod si scirctis, quid sit misericordiam volo, & non sacrificium,nequaquam condemnassetis insontes.

Nam Dominus est & sabbati,filius hominis.

At progressus illinc,venit in synagogam illorum.

Et ecce homo erat,manum habens aridam, & interrogabant illum,dicentes,Licet ne sabbatis curare? vt accusarent eum.

At ille dixit eis. Quis erit ex vobis homo, qui habebit ouem vnam,& si ea ciciderit sabbatis in foueam, nonne apprehendet illam & eriget?

Quanto igitur præstantior est homo oue? Licet igitur sabbatis beneficio afficere.

Tunc dicit homini. Extende manum tuam, & is extendit,ac restituta est sanitati,sicut altera.

Porrò pharisæi egressi, cœperunt consilium aduersus eum,quomodo illum perderent.

At Iesus vbi nouisset,secessit illinc, secutæq; sunt eum turbæ multæ,& sanauit eos omnes.

Et interminatus est illis,ne se facerent manifestum.

Vt compleretur quod dictum erat per Esaiam prophetam,qui ait.

Ecce filius meus,quem elegi,dilectus meus, in quo sibi bene complacuit anima mea.Ponam spiritum meum super illum,& iudicium gentibus annuntiabit.

Non contendet, neque clamabit, neque audiet quisquam in plateis vocem eius.

Arundinem comminutam, non confringet, & linum fumigans non extinguet, donec eiiciat ad victoriam iudicium,

Et in nomine illius gentes sperabunt.

Vulgat. Editio.

Tunc abiens Jesus sabbatis fieri, discipuli autem ejus esurierunt, & cœperunt vellere spicas, & manducare.

Pharisæi autem videntes dixerunt ei: Ecce discipuli tui faciunt quod non licet facere sabbatis.

Ipse autem dixit eis: Non legistis quid fecerit David, quando esuriit ipse, & qui cum illo erant?

Quomodo intravit in domum Dei, & panes propositionis manducavit, quos non licebat ei manducare, neque his qui cum illo erant, nisi solis sacerdotibus?

Aut non legistis in lege, quia sabbatis sacerdotes in templo sabbatum violant, & sine crimine sunt?

Dico autem vobis, quia templo major hic est.

Si autem scissetis quid est: Misericordiam volo, & non sacrificium; nunquam condemnassetis innocentes.

Dominus enim est filius hominis etiam sabbati.

Et cum inde transisset, venit in synagogam eorum.

Et ecce homo manum habens aridam: & interrogaverunt eum, dicentes: Si licet sabbatis curare? ut accusarent eum.

Qui respondens dixit eis: Quis erit ex vobis homo, qui habeat ovem unam, & si hæc cadat sabbatis in foveam, nonne tenebit & levabit eam?

Quanto magis melior est homo ove? Itaque licet sabbatis benefacere.

Tunc ait homini: Extende manum tuam. Et extendit, & restituta est sanitati sicut altera.

Exeuntes autem Pharisæi fecerunt consilium adversus eum, quemadmodum eum perderent.

Jesus autem sciens secessit inde, & secuti sunt eum multi, & curavit eos omnes.

Et comminatus est eis ne manifestum eum facerent:

Ut adimpleretur quod dictum est per Isaiam prophetam dicentem:

Ecce puer meus quem elegi, dilectus meus in quo bene complacuit sibi anima mea: ponam spiritum meum super eum, & judicium gentibus annuntiabit.

Non contendet neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis vocem ejus.

Arundinem quassatam non conteret, & linum fumigans non extinguet, donec eiciat in victoriam judicium.

Et in nomine ejus gentes sperabunt.

Tunc oblatus est ei dæmonium habens, cæcus & mutus: & curavit eum, ita ut cæcus loqueretur & videret.

Et stupebant omnes turbæ, & dicebant: Numquid hic est filius David?

Pharisæi autem audientes dixerunt: Hic non ejicit dæmonia, nisi in Beelzebub principe dæmoniorum.

Jesus autem cogitationes eorum dixit eis: Omne regnum divisum contra se desolabitur, & omnis civitas vel domus divisa contra se non stabit.

Et si Satanas Satanam ejicit, adversus semetipsum divisus est: quomodo ergo stabit regnum ejus?

Et si ego in Beelzebub ejicio dæmonia, filii vestri in quo ejiciunt? Ideo ipsi judices vestri erunt.

Si autem in spiritu Dei ejicio dæmonia, profecto pervenit in vos regnum Dei.

Aut quomodo potest quisquam intrare in domum fortis, & vasa ejus diripere, nisi prius fortem ligaverit, & tunc domum illius diripiet?

Qui non est mecum, contra me est: & qui non colligit mecum, spargit.

Ideo dico vobis: Omne peccatum & blasphemia dimittetur hominibus: blasphemia autem Spiritus non remittetur hominibus.

Et quicumque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur ei neque in hoc sæculo neque in futuro.

Aut facite arborem bonam, & fructum ejus bonum: aut facite arborem malam, & fructum ejus malum: de fructu enim arbor cognoscitur.

Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali? ex abundantia enim cordis os loquitur.

Bonus homo de bono thesauro profert bona: & malus homo de malo thesauro profert mala.

Dico autem vobis quoniam omne verbum otiosum quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die judicii.

Ex verbis enim tuis justificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis.

Tunc responderunt ei quidam de Scribis & Pharisæis, dicentes: Magister, volumus a te signum videre.

Qui respondens ait illis: Generatio mala & adulterina signum quærit: & signum non dabitur ei, nisi signum Jonæ prophetæ.

Sicut enim fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus: sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus.

Viri Ninivitæ surgent in judicio cum generatione ista, & condemnabunt eam: quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Jonæ. Et ecce plus quam Jonas hic.

Regina austri surget in judicio cum generatione ista, & condemnabit eam: quia venit a finibus terræ audire sapientiam Salomonis. Et ecce plus Salomone hic.

Cum autem immundus spiritus exierit de homine, ambulat per loca arida, quærens requiem, & non invenit.

Tunc dicit: Revertar in domum meam unde exivi. Et cum venerit, invenit eam vacantem, scopis mundatam, & ornatam.

Tunc vadit, & assumit septem alios spiritus secum nequiores se, & ingressi habitant ibi. Et fiunt novissima hominis illius pejora prioribus. Sic erit & generationi huic pessimæ.

Textus Syriac.

Transl. B. Ariæ Mont.

22 Tunc allatus est ei dæmoniacus, cœcus & mutus: & curauit eum, ita vt cœcum & mutum & loqui & videre.

23 Et stupebant omnes turbæ, & dicebant: Numquid hic est ille Christus filius Dauid.

24 At Pharisæi audientes, dixerunt, Hic non eijcit hic dæmones, si non in Beelzebub principe dæmoniorum.

25 Sciens autem Iesus cogitationes eorum, dixit eis: omne regnum diuisum contra se, desolabitur: & omnis ciuitas vel domus diuisa contra se, non stabit.

26 Et si satanas satanam eiicit, in seipsum diuisus erit: quomodo ergo stabit regnum eius.

27 Et si ego in Beelzebub eiicio dæmones, filii vestri in quo eijciunt? propter hoc ipsi vestri erunt iudices.

28 Si autem ego in spiritu Dei eiicio dæmones, igitur peruenit in vos regnum Dei.

29 Aut quomodo potest quisquam intrare in domũ fortis, & vasa eius diripere, si non primum alligauerit fortem, & tunc domum illius diripiet.

30 Non existens mecum, contra me est: & qui non congregat mecum, spargit.

31 Propter hoc dico vobis: Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus: verum Spiritus blasphemia, non remittetur hominibus.

32 Et quicumque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur ei neque in hunc seculo, neque in futuro.

33 Aut facite arborem pulchram, & fructum eius pulchrum: aut facite arborem carriosam, & fructũ eius carriosum: ex enim fructu arbor agnoscitur.

34 Progenies viperarum, quomodo potestis, bona loqui mali existentes? ex enim abundantia cordis os loquitur.

35 Bonus homo de bono thesauro eiicit bona: & malus homo de malo thesauro eiicit mala.

36 Dico autem vobis, quod omne verbum otiosum quod loquuti fuerint homines, reddent de eo rationem in die iudicii.

37 Ex enim verbis tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis.

38 Tunc responderunt quidam Scribarum & Pharisæorum, dicentes: Magister, volumus à te signum videre.

39 Ille autem respondens ait illis: Generatio mala & adultera signum appetit: & signum non dabitur ei, si non signum Ionæ Prophetæ.

40 Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tres dies & tres noctes: sic erit Filius hominis in corde terræ tres dies & tres noctes.

41 Viri Niniuitæ resurgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam: quia pœnituerunt in prædicationem Ionæ: & ecce plus Iona hic.

42 Regina Austri excitabitur in iudicio cum generatione ista, & condemnabit eam: quia venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis: & ecce plus Salomon hic.

43 Quum autem immundus spiritus exierit ab homine, ambuiat per inaquosa loca, quærens requiem, & non inuenit.

44 Tũc dicit: Reuertar in domũ meã vnde exiui. Et veniẽs inuenit vacãtẽ, scopis purgatã, & ornatam.

45 Tunc vadit, & assumit cum se septem alios spiritus nequiores seipso, & intrantes habitant ibi: & fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Sic erit & generationi huic nequam.

Transl. Erasm. Roterod.

22 Tunc adductus est ad eum, qui dæmonio agitabatur cæcus ac mutus, & sanauit illum, ita vt cæcus ac mutus, & loqueretur & cerneret.

23 Et obstupuerunt omnes turbæ, dicebantq;, Num hic est ille filius Dauid.

24 At pharisæi cum audissent, dicebant, Hic non ejcit dæmonia, nisi præsidio Beelzebul principis dæmoniorum.

25 Iesus autem cum sciret cogitationes illorum, dixit illis, Omne regnum diuisum aduersus sese desolatur, & omnis ciuitas, aut domus diuisa aduersus seipsam, non stabit.

26 Et si satanas satanam ejcit, aduersus seipsum diuisus est. Quomodo igitur stabit regnum illius.

27 Et si ego præsidio Beelzebul ejcio dæmonia, filij vestri cuius præsidio ejiciunt? Propterea ipsi iudicabunt de vobis.

28 Quod si spiritu Dei ego ejicio dæmonia, ergo peruenit ad vos regnum Dei.

29 Alioqui quomodo potest aliquis intrare domum potentis, & vasa illius diripere, nisi prius vinxerit potentem, & & tunc domum illius diripiet.

30 Qui non est mecum, aduersum me est, & qui non congregat mecum, spargit.

31 Propterea dico vobis, Omne peccatum, & conuicium remittetur hominibus, at conuicium in spiritum, non remittetur hominibus.

32 Et quicunque dixerit verbum aduersus filium hominis, remittetur illi. Qui autem dixerit aduersus spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in præsenti seculo, neque in futuro.

33 Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum, aut facite arborem vitiosam, & fructum illius vitiosum. Nam è fructu arbor agnoscitur.

34 Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali? Siquidem ex abundantia cordis os loquitur.

35 Bonus homo è bono thesauro cordis, expromit bona, & malus homo ex malo thesauro depromit mala.

36 Sed dico vobis, quod de quocunque verbo ocioso, quod locuti fuerint homines, reddituri sunt rationem in die iudicii.

37 Nam ex dictis tuis iustificaberis, & ex dictis tuis condemnaberis.

38 Tunc interrogauerunt eum quidam è scribis ac pharisæis dicentes, Præceptor, volumus ex te signum videre.

39 At ille respondens dixit illis, Generatio praua & adultera signum quærit, & signum non dabitur illi, nisi signum Ionæ prophetæ.

40 Quemadmodum enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, ac tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ, tribus diebus & tribus noctibus.

41 Viri Niniuitæ surgent in iudicio, cum generatione hac, & condemnabunt eam, quod ipsi respuerint ad prædicationem Ionæ. Et ecce plusquàm Ionas est hoc loco.

42 Regina Austri surget in iudicio cum generatione hac, & condemnabit eam, quod venerit à finibus terræ, ad audiendam sapientiam Solomonis. Et ecce plusquam Solomon est in hoc loco.

43 Cum autem immundus spiritus exierit ab homine, perambulat per arentia loca, quærens requiem, & non inuenit.

44 Tũc dicit, reuertar in domũ meã vnde exiui, & cum venerit, reperit eã vacantẽ, & scopis purgatã, atque ornatã.

45 Tunc abit, & adiungit sibi septem alios spiritus scelleratiores se, & ingressus inhabitat illic, & fiunt postrema hominis illius, peiora primis. Sic erit & generationi huic peruersæ.

Vulgat. Editio.

* Adhuc eo loquente ad turbas, ecce mater eius, & fratres ſtabant foris, quærentes loqui ei.

Dixit autem ei quidam: Ecce mater tua, & fratres tui foris ſtant quærentes te.

At ipſe reſpondens dicenti ſibi, ait: Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei.

Et extendens manum in diſcipulos ſuos, dixit: Ecce mater mea & fratres mei.

Quicũq; enim fecerit volũtatẽ Patris mei, qui in cœlis eſt, ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt.

* Mar. 3. 31. Lu. 8. 19.

CAP. XIII.

IN illo die exiens Ieſus de domo, ſedebat ſecus mare.

* Et congregatæ ſunt ad eum turbæ multæ, ita vt in nauiculam aſcendens ſederet: & omnis turba ſtabat in littore.

Et locutus eſt eis multa in parabolis, dicens: Ecce exiit qui ſeminat ſeminare.

Et dum ſeminat, quædam ceciderunt ſecus viam, & venerunt volucres cœli, & comederũt ea.

Alia autem ceciderunt in petroſa, vbi non habebant terram multam: & continuo exorta ſunt, quia non habebant altitudinem terræ.

Sole autem orto æſtuauerunt: & quia non habebant radicem, aruerunt.

Alia autem ceciderunt in ſpinas: & creuerunt ſpinæ, & ſuffocauerunt ea.

Alia autem ceciderunt in terram bonam: & dabant fructum, aliud centeſimum, aliud ſexageſimum, aliud trigeſimum.

Qui habet aures audiendi, audiat.

Et accedentes diſcipuli dixerunt ei: Quare in parabolis loqueris eis.

Qui reſpondẽs, ait illis: Quia vobis datũ eſt noſſe myſteria regni cœlorum: illis autem non eſt datũ.

* Qui enim habet, dabitur ei, & abundabit: qui autem non habet, & quod habet auferetur ab eo.

Ideo in parabolis loquor eis: quia videntes non vident, & audientes non audiunt, neque intelligunt.

Et adimpletur In eis prophetia Iſaiæ dicentis: * Auditu audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non videbitis.

Incraſſatum eſt enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos ſuos clauſerunt: ne quando videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur, & ſanem eos.

Veſtri autem beati oculi quia vident, & aures veſtræ quia audiunt.

* Amen quippe dico vobis, quia multi prophetæ, & iuſti cupierunt videre quæ videtis, & non viderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt.

Vos ergo audite parabolam ſeminantis.

Omnis, qui audit verbum regni, & non intelligit, venit Malus, & rapit quod ſeminatum eſt in corde eius: hic eſt qui ſecus viam ſeminatus eſt.

Qui aũt ſuper petroſa ſeminatus eſt hic eſt, qui verbũ audit, & continuo cum gaudio accipit illud.

Non habet autem in ſe radicem, ſed eſt temporalis: facta autem tribulatione & perſecutione propter verbum, continuo ſcandalizatur.

Qui autem ſeminatus eſt in ſpinis, hic eſt, qui verbũ audit, & ſolicitudo ſæculi iſtius, & fallacia diuitiarũ ſuffocat verbum, & ſine fructu efficitur.

Qui vero in terram bonam ſeminatus eſt, hic eſt qui audit verbum, & intelligit, & fructum affert, & facit aliud quidem centeſimum, aliud autem ſexageſimum, aliud vero trigeſimum.

* Iſa. 6. 9. Mar. 4. 12. Luc. 8. 10. Io. 12. 40. Act. 28. 26. Ro. 11. 8. Luc. 8. 11.

* Inf. 25. 29.

* Mar. 4. 1. Luc. 8. 4.

4 Luc. 10. 24.

Tranſl. ex Syriac.

Quum autem ipſe verba faceret ad turbas, venerunt mater & frater eius ſtantes foris, & quærẽtes eũ alloqui. 46

Dixit autem ei homo quidam: Ecce mater tua & fratres tui ſtant foris, & quærunt te alloqui. 47

Ipſe verò reſpondit, & ait illi qui hoc ei renunciauerat: Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei. 48

Et protendit manum ſuam ad diſcipulos ſuos, & ait: Ecce mater mea, & ecce fratres mei. 49

Quiſquis enim exequitur voluntatem patris mei, qui in cœlis eſt, is eſt frater meus, & ſoror mea, & mater mea. 50

CAP. XIII.

ILlo verò die egreſſus eſt Ieſchua domo, ſeditque iuxta littus maris. 1

Feriaquinta Septimanæ ſecundæ Iunij.

Et congregatæ ſunt ad eum turbæ multæ, ita vt conſcenderit ſederitque in naui: totaq; turba ſtabat ſupra littus maris. 2

Et multa ad eos collocutus eſt in parabolis, dicens: Ecce exiit ſeminator ad ſeminandum. 3

Quumq; ſeminaret, contigit vt ſemen ceciderit iuxta viam, & venit auis & deuorauit illud. 4

Aliudq; cecidit ſuper petram vbi non erat multum glebæ, & eodem momento apparuit, propterea quòd non erat profunda terra. 5

Quum autem exortus eſſet Sol, affectum eſt calore, & quia illud non habebat radicem, exaruit. 6

Aliud verò cecidit inter ſpinas, & aſcenderunt ſpinæ, & ſuffocarunt illud. 7

Aliud denique cecidit in terram bonam, & edidit fructus, aliud centonos, & aliud ſexagenos, aliud tricenos. 8

Qui habet aures ad audiendum, audiat. 9

Et acceſſerunt diſcipuli eius & dixerunt ei: Quare in parabolis colloqueris eis. 10

Ipſe verò reſpondit, & ait illis: Quia vobis datum eſt noſſe arcana regni cœlorum; illis verò non datum eſt. 11

Nam qui habet, dabitur ei, & abundabit ſibi: qui verò non habet, & id etiam quod habet, tolletur ab eo. 12

Propterea in parabolis colloquor eis: quippe qui videant & non videant, audiantq; & non audiant, nec intelligant. 13

Et completur in eis prophetia Eſchaio, dicentis: Auditu quidem audietis, nec intelligetis, & videndo videbitis, neque cognoſcetis. 14

Etenim nube offuſum eſt cor populi huius, & auribus ſuis grauiter audiunt, & oculos ſuos occluſerunt, nequando videant oculis, & audiant auribus, intelligantque corde, vt conuertantur & ſanem eos. 15

Veſtri verò felices ſunt oculi, quòd cernant: & aures veſtræ quòd audiant. 16

Amin enim dico vobis: Multi quidem prophetæ, & iuſti perquàm deſiderarunt videre id quod videtis, neque viderunt, & audire id quod auditis, nec audierunt. 17

Vos igitur audite parabolam ſeminis. 18

Quiſquis audit ſermonem regni, nec intelligit eum, venit Malus, & rapit verbum quod ſatum eſt in corde ipſius, illud eſt quod iuxta viam ſeminatur. 19

Illud verò quod ſuper petram ſatum eſt, is eſt, qui audit ſermonem, & eodem momento cũ gaudio excipit eum. 20

Verùm non agit radicem in ipſum, ſed temporarius eſt, quumque fuerit oppreſſio aut perſecutio propter ſermonem, ſtatim offenditur. 21

Illud autem quod inter ſpinas ſatum eſt, is eſt, qui ſermonem audit: ſed ſollicitudo mundi huius, & fallacia diuitiarum ſuffocant ipſum ſermonem, & infructuoſus fit. 22

Illud autem quod ſuper terram bonam ſatum eſt, is eſt, qui audit ſermonem meum, & intelligit, & edit fructus, profertque alius centenos, & alius ſexagenos, alius denique tricenos. 23

Transl.B.Ariæ Mont.

Adhuc autem eo loquente turbis, ecce mater & 46
fratres eius ſtabant foris,quærentes ei loqui.

Dixit autem quidam ei: Ecce mater tua & fratres 47
tui foris ſtant,quærentes tibi loqui.

At ipſe:reſpondens ait dicenti ſibi, Quæ eſt mater 48
mea,& qui ſunt fratres mei?

Et extendens manum ſuam in diſcipulos ſuos 49
dixit: Ecce mater mea & fratres mei.

Quicumque enim fecerit voluntatem Patris mei 50
qui in cœlis,ipſe meus frater,& ſoror,& mater eſt.

CAP. XIII.

IN verò die illo exiens Ieſus de domo, ſedebat ſe- 1
cundum mare.

Et congregatæ ſunt ad eum turbæ multæ, ita vt 2
ipſum in nauiculam aſcendentem ſedere: & omnis
turba in littore ſtabat.

Et loquutus eſt eis multa in parabolis, dicens:Ec- 3
ce exiit ſeminator ſeminare.

Et in ſeminare ipſum,hæc quidem ceciderunt ſe- 4
cus viam,& venerunt volucres,& comederunt ea.

Alia autem ceciderunt in petroſa, vbi non habe- 5
bant terram multam: & continuò exorta ſunt,pro-
pter non habere altitudinem terræ.

Sole autem orto,æſtuaherunt: & propter non ha- 6
bere radicem,exaruerunt.

Alia autem ceciderunt in ſpinas, & inſurrexerunt 7
ſpinæ,& ſuffocauerunt ea.

Alia autem ceciderunt in terram bonam, & da- 8
bant fructum, hoc centum, hoc autem ſexaginta,
hoc autem triginta.

Habens aures audire,audiat. 9

Et accedentes diſcipuli,dixerunt ei: Quare in pa- 10
rabolis loqueris eis?

Ille autem reſpondens ait illis: Quia vobis datum 11
eſt noſſe myſteria regni cœlorum: illis autem non
eſt datum.

Quiſquis enim habet,dabitur ei,& abundabit,qui 12
autem non habet,& quod habet auferetur ab eo.

Propter hoc in parabolis eis loquor, quod vidētes 13
nō vident,& audientes nō audiūt, neque intelligūt:

Et readimpletur eis prophetia Eſaiæ, dicens: Au- 14
ditu audietis, &,non intelligetis:& intuentes intue-
bimini,& non videbitis,

Incraſſatum eſt enim cor populi huius,& auribus 15
grauiter audierunt, & oculos ſuos clauſerunt: ne-
quando videant oculis, & auribus audiant, & corde
intelligant,& conuertantur,& ſanem eos.

Veſtri autem beati oculi,quia intuentur, & aures 16
veſtræ,quia audiunt.

Amen quippe dico vobis, quia multi Prophetæ & 17
iuſti cupierunt intueri quæ intuemini, & non vide-
runt,& audire quæ auditis,& non audierunt.

Vos ergo audite parabolam ſeminantis. 18

Omnis audientis verbum regni, & non intelli- 19
gentis, venit malus, & rapit ſeminatum in corde
eius:hic eſt qui ſecus viam ſeminatus.

Qui autē ſuper petroſa ſeminatus,hic eſt qui ver- 20
bum audiens,& continuò cum gaudio ſumens illud:

Non habet autem radicem in ſeipſo, ſed tempo- 21
ralis eſt: facta autem tribulatione aut perſequutione
propter verbum,ſtatim ſcandalizatur.

Qui autem in ſpinas ſeminatus, hic eſt qui ver- 22
bum audiens,& anxietas ſeculi iſtius,& deceptio di-
uitiarum ſuffocat verbum,& infructuoſus fit.

Qui verò in terram pulchram ſeminatus, hic eſt 23
qui verbum audiens & intelligens: quique fructum
fert,& facit, hoc quidem centum, hoc autem ſexa-
ginta,hoc verò triginta.

Transl. Eraſm. Roterod.

Cum autem adhuc loqueretur turbis, ecce mater & 46
fratres eius ſtabant foris, quærentes ei loqui.

Dixit autem illi quidam,Ecce mater tua,& fratres tui 47
foris ſtant querentes tibi loqui.

At ille reſpondens dixit ei,qui ſibi renunciauerat, Quæ 48
eſt mater mea,aut qui ſunt fratres mei?

Et protenſa manu ſua in diſcipulos ſuos,dixit. Ecce ma- 49
ter mea,& fratres mei.

Quiſquis enim fecerit voluntatem patris mei, qui eſt 50
in cœlis,ipſe meus frater & ſoror & mater eſt.

CAP. XIII.

IN die verò illo, egreſſus Ieſus è domo, ſedit iuxta 1
mare,

Et congregatæ ſunt ad illum turbæ multæ, adeo vt ipſe 2
nauim ingreſſus federet, & vniuerſa turba in littore
ſtabat.

Ac dicebat illis multa per ſimilitudines, dicens: Ecce 3
exijt qui ſeminabat ad ſeminandum.

Et cum ſeminaret,alia quidem ceciderunt iuxta viam, 4
& venerunt volucres,ac deuorauerunt ea.

Alia verò ceciderunt in loca ſaxoſa, vbi non habebant 5
multum terræ, & protinus exorta ſunt, propterea quod
non haberent profunditatem terræ.

Cum autem exortus eſſet ſol, exuſta ſunt, & quia non 6
habebant radicem,exaruerunt.

Alia rurſus ceciderunt in ſpinas, & inſurrexerunt ſpi- 7
næ,& ſuffocauerunt ea.

Alia vero ceciderunt in terram bonam, & dederunt 8
fructum,aliud quidem centuplum, aliud vero ſexagecu-
plum,aliud vero trigecuplum.

Qui habet aures ad audiendum,audiat. 9

Et adeuntes diſcipuli dixerunt,illi. Quare per para- 10
bolas loqueris illis?

At ille reſpondens dixit eis:Vobis datum eſt noſſe myſte- 11
ria regni cœlorum,illis autem non eſt datum.

Quiſquis enim habet dabitur illi, & reddetur abun- 12
dantior. Quiſquis autem non habet,etiam illud quod ha-
bet tolletur ab eo.

Propterea per parabolas loquor illis, quia videntes non 13
vident,& audientes non audiunt,nec intelligunt,

Et completur in illis prophetia Eſaiæ,quæ dicit, Auri- 14
bus audietis, & non intelligetis, & videntes videbitis, &
non cernetis.

Incraſſatum eſt enim cor populi huius,& auribus gra- 15
uiter audierunt,& oculos ſuos occluſerunt,ne quando vi-
derent oculis,& auribus audirent, & corde intelligerent,
& conuertantur,& ſanem illos.

Veſtri verò beati ſunt oculi,quia vident, & aures veſtræ, 16
quia audiunt.

Amen dico vobis, quod multi prophetæ & iuſti deſide- 17
rauerunt videre quæ videtis, & non viderunt, & audire
quæ auditis,& non audierunt.

Vos igitur audite parabolam ſeminantis. 18

Cum quis audit ſermonem regni, & non intelligit, 19
venit ille malus, & rapit id quod ſeminatum eſt in corde
illius: hic eſt qui iuxta viam ſeminatus fuit.

At qui in petricoſa ſemen iactum exceperat,hic eſt, qui 20
verbum audit,ac protinus cum gaudio accipit illud,

Verum non habet radicem in ſemetipſo,ſed temporarius 21
eſt. Porrò cum inciderit afflictio, aut perſecutio propter
ſermonem,continuò offenditur.

At qui in ſpinas ſemen exceperat, hic eſt,qui verbum 22
audit,& cura ſeculi huius, deceptioque diuitiarum ſuf-
focat ſermonem,& infrugifer redditur.

Caterum qui in terram bonam excepit ſemen, hic eſt, 23
qui ſermonem audit & intelligit, qui denique fructum
quoque reddit ac facit,alius quidem centuplum,alius ve-
rò ſexagecuplum,alius verò trigecuplum.

Vulgat. Editio.

* Aliam parabolam propoſuit illis,dicens: Simile factum eſt regnum cœlorum homini, qui ſeminauit bonum ſemen in agro ſuo.

Cum aũt dormirẽt homines,venit inimicus eius, & ſuperſeminauit zizania in medio tritici,& abijt.

Cum autem creuiſſet herba, & fructum feciſſet, tunc apparuerunt & zizania.

Accedentes autem ſerui patrisfamilias, dixerunt ei: Domine,nonne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania?

Et ait illis:Inimicus homo hoc fecit: Serui autem dixerunt ei,Vis,imus,& colligimus ea?

Et ait:Non,ne forte colligentes zizania, eradicetis ſimul cum eis & triticum.

Sinite vtraque creſcere vſq; ad meſſem,& in tempore meſſis dicam meſſoribus: colligite primum zizania, & alligate ea in faſciculos ad comburendum, triticum autem congregate in horreum meum.

* Aliam parabolam propoſuit eis dicens:Simile eſt regnum cœlorum grano ſinapis, quod accipiens homo ſeminauit in agro ſuo.

Quod minimum quidem eſt omnibus ſeminibus: cum autem creuerit,maius eſt omnibus oleribus, & fit arbor:ita vt volucres cœli veniant,& habitent in ramis eius.

Aliã parabolam locutus eſt eis.*Simile eſt regnum cœlorũ fermento, quod acceptum mulier abſcondit in farinę ſatis tribus,donec fermentatum eſt totum.

Hæc omnia locutus eſt Ieſus in parabolis ad turbas:& ſine parabolis non loquebatur eis:

Vt impleretur quod dictum erat per Prophetam dicentem: * Aperiam in parabolis os meum, eructabo abſcondita à conſtitutione mundi.

Tunc,dimiſſis turbis,venit in domum: & acceſſerunt ad eum diſcipuli eius, dicentes: Ediſſere nobis parabolam zizaniorum agri.

Qui reſpondens ait illis: Qui ſeminat bonum ſemen,eſt Filius hominis.

Ager autem, eſt mundus. Bonum vero ſemen,hi ſunt filij regni. Zizania autem,filij ſunt nequam.

Inimicus autem, qui ſeminauit ea, eſt Diabolus. * Meſſis vero,conſummatio ſæculi eſt. Meſſores autem Angeli ſunt.

Sicut ergo colliguntur zizania, & igni comburuntur:ſic erit in conſummatione ſæculi.

Mittet Filius hominis Angelos ſuos, & colligent de regno eius omnia ſcandala, & eos, qui faciunt iniquitatem:

Et mittent eos in caminum ignis.Ibi erit fletus,& ſtridor dentium.

* Tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno Patris eorum. Qui habet aures audiendi,audiat.

Simile erit regnum cœlorum theſauro abſcondito in agro: quem qui inuenit homo, abſcondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit vniuerſa quæ habet,& emit agrum illum.

Iterum ſimile eſt regnum cœlorum homini negotiatori, quærenti bonas margaritas.

Inuenta autem vna pretioſa margarita, abijt, & vendidit omnia quæ habuit,& emit eam.

Iterum ſimile eſt regnum cœlorum ſagenæ miſſæ in mare,& ex omni genere piſcium congreganti.

Quam cum impleta eſſet,educentes,& ſecus littus ſedentes,elegerunt bonos in vaſa, malos autem foras miſerunt.

Sic erit in conſummatione ſæculi: exibunt Angeli,& ſeparabunt malos de medio iuſtorum.

Et mittent eos in caminum ignis:ibi erit fletus,& ſtridor dentium.

Tranſl.ex Syriac.

* Aliam parabolam ænigmatice propoſuit eis, inquiens: Simile eſt regnum cœlorum viro ſeminanti ſemen, bonum in agro ſuo.

Et quum dormirent homines,venit hoſtis eius:& ſeminauit zizania inter triticum, & abijt.

Quum autem germinaſſet herba, & edidiſſet fructus, tunc apparuerunt etiam zizania.

Et acceſſerunt ſerui patrisfamilias & dixerunt ei: Domine noſter, nonne ſemen bonum ſeminaſti in agro tuo, vnde habet zizania?

Ipſe autem ait illis: Homo inimicus hoc egit: Cui ſubdunt ſerui ipſius: Vis vt eamus & colligamus ea?

At ille dixit eis: Ne fortè,dum colletturi eſtis zizania, eradicetis cum eis etiam triticum.

Sinite creſcant vtraque ſimul vſque ad meſſem,& tempore meſſis dicam ego meſſoribus: Colligite primùm zizania,& ligate ea in faſciculos vt comburantur, triticum verò illa colligite in horrea mea.

Aliam parabolam ænigmaticè propoſuit eis dicens: Simile eſt regnum cœlorum grano ſinapis, quod acceptum homo ſeminat in agro ſuo.

Et hoc quidem minimum eſt omnium ſeminum: quum autem excreuerit maximum eſt omnium olerum, & fit arbor: ita vt veniat volatile cœli nidificatum in ramis eius.

Aliam parabolam dixit eis: Simile eſt regnum cœlorum fermento, quod acceptum mulier abdidit in tribus ſatis farinæ,vſque dum totum fermentetur.

Hæc omnia locutus eſt Ieſchua in parabolis ad turbas: nec abſque parabolis colloquebatur eis.

Vt adimpleretur id quod dictum eſt per prophetam dicentem: Aperiam os meum in parabolis eructabo abſcondita quæ fuerunt ante conſtitutionem mundi.

Tunc dimiſit Ieſchua turbas,venitq; domum: & adierunt eum diſcipuli eius, & dicunt ei: Explica nobis parabolam illam zizaniorum & agri.

Ipſe verò reſpondit & ait illis: Is qui ſeminat ſemen bonum,eſt Filius hominis,

Et ager eſt mundus. Semen verò bonum ſunt filij regni. Zizania verò ſunt filij illius mali.

Inimicus autem qui ſeminauit ea, eſt ille Satanas: Meſſis verò eſt ipſa conſummatio mundi. Meſſores autem Angeli.

Sicut itaque colliguntur zizania,& comburuntur igni ſic erit in conſummatione mundi huius.

Mittet Filius hominis Angelos ſuos,& colligent ex ipſius regno omnia ſcandala,omneſq; agentes iniquitatem.

Et proijcient eos in fornacem ignis: Illic erit fletus & ſtridor dentium.

Tunc iuſti ſplendeſcent vt Sol in regno patris ſui. Qui habet aures ad audiendum,audiat.

Rurſus ſimile eſt regnum cœlorum theſauro,qui abſconditus eſt in agro,quem inuentum vir abdit, & præ gaudio abit,vendit quæcumque habet,& emit agrum illum.

Rurſus ſimile eſt regnum cœlorum viro negotiatori,qui quærebat margaritas optimas.

Quum autem inueniſſet margaritam vnam pracioſiſſimi precij,abijt,vendidit quæcumque habebat,ac ſibi comparauit eam.

Rurſus ſimile eſt regnum cœlorum ſagenæ iactæ in mare,& ex omni genere congenti.

Quæ quum eſt impleta,ſubducunt eam ad littora maris, & ſedentes colligunt, quæque bona ſunt proijciunt in vaſa;quæ verò mala,abijciunt foras.

Sic erit in conſummatione mundi: egredientur Angeli, & ſecernent flagitioſos à iuſtis.

Et proijcient eos in fornacem ignis: illic erit fletus & ſtridor dentium.

* Adoration̄ Dominic. ex ſacerdotum.

* Mar. 4. 30. Luc. 13. 18.

* Luc. 13. 21.

* Pſa. 77. 2. Mar. 4. 33

* Apoc. 14. 15.

* Sap. 3. 7 Dan. 12. 3.

Vulgat. Editio.

Aliam parabolam proposuit illis, dicens: Assimilatum est regnum cœlorum homini seminanti pulchrum semen in agro suo.

In verò dormire homines, venit eius inimicus, & seminauit zizania in medio tritici, & abijt.

Quum autem creuit herba, & fructum fecit, tunc apparuerunt & zizania.

Accedentes autem serui patrisfamilias, dixerunt ei: Domine, nonne pulchrum semen seminasti in tuo agro? Vnde ergo habet zizania?

Ille verò ait illis: Inimicus homo hoc fecit. At serui dixerunt ei: Vis igitur abeuntes colligam⁹ ea?

Ille verò ait: Non: ne fortè colligentes zizania, eradicetis simul eis triticum.

Sinite crescere vtraque vsque ad messem: & in tempore messis dicam messoribus: Colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos, ad comburendũ ea: at triticũ congregate in horreũ meum.

Aliam parabolam proposuit eis, dicens: Simile est regnum cœlorum grano sinapis, quod accipiens homo seminauit in agro suo.

Quod minus quidem est omnium seminum: quum autem creuerit, maius omnibus oleribus est, & fit arbor, ita vt venire volucres cœli, & vmbracula facere in ramis eius.

Alĩa parabolã loquut⁹ est eis: Simile est regnũ cœlorũ fermẽto, ꝙ accipiẽs mulier abscõdit in farinæ satis tribus, vsquequo fermentatum est totum.

Hæc omnia loquutus est Iesus in parabolis turbis: & sine parabola non loquebatur eis:

Vt impleretur pronunciatum per Prophetam, dicentem: Aperiam in parabolis os meum, eructabo abscondita à constitutione mundi.

Tunc dimittens turbas, venit in domum Iesus & accesserunt ad eum discipuli eius, dicentes: Explica nobis parabolam zizaniorum agri.

Ille verò respondens ait illis: Seminans pulchrum semen, est Filius hominis.

At ager est mundus. Verum pulchrum semen hi sunt filij regni. At zizania sunt filij mali.

At inimicus seminans ea, est diabolus. At messis, consummatio seculi est. At messores, angeli sunt.

Sicut ergo colliguntur zizania, & igni comburuntur: sic erit in consummatione seculi.

Mittet Filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, & facientes iniquitatem.

Et mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus & fremitus dentium.

Tunc iusti fulgebunt sicut Sol in regno Patris eorum. Habens aures audire, audiat.

Iterum simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro: quem inueniens homo abscondit, & præ gaudio illius vadit, & vniuersa quæ habet vendit & emit agrum illum.

Iterum simile est regnum cœlorum homini negotiatori, quærenti bonas margaritas:

Qui inueniens vnam pretiosam margaritam, abiens vendidit omnia quæ habuit, & emit eam.

Iterum simile est regnum cœlorum sagenæ iactæ in mare, & ex omni genere cogenti.

Quam, quum impleta esset, producentes super littus & sedentes, collegerunt pulchra in receptacula at vitiosa foras eiecerunt.

Sic erit in consummatione seculi: exibunt angeli, & segregabunt malos de medio iustorum:

Et proijcient eos in caminum ignis; ibi erit fletus & fremitus dentium.

Transl. ex Syriac.

24 *Aliam parabolam proposuit eis, dicens: Assimilatum est regnum cœlorum homini seminanti bonum semen in agro suo.*

25 *Sed dormientibus hominibus venit illius inimicus, & seminauit zizania inter triticum, abijtque.*

26 *Cum autem germinasset herba, & fructum fecisset, tunc apparuerunt & zizania.*

27 *Accedentes autem serui patrisfamilias, dixerunt illi, Domine, nonne bonum semen seminabas in tuo agro? vnde igitur habet zizania?*

28 *Ille verò dixit illis, Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt illi, Vis igitur abeamus & colligamus ea?*

29 *At ille dixit. Non, ne dum colligitis zizania, eradicetis simul cum illis & triticum.*

30 *Sinite pariter crescere vtraque vsque ad messem, & in tempore messis dicam messoribus: Colligite primum zizania, & colligate in fasciculos ad comburendum ea: triticum verò congregate in horreum meum.*

31 *Aliam parabolam proposuit eis, dicens: Simile est regnum cœlorum grano sinapis, quod acceptum homo seminauit in agro suo.*

32 *Quod minimum est omnium seminum. Caterum vbi excreuerit maximum est inter holera, & fit arbor, adeo vt veniant volucres cœli, & nidulentur in ramis illius.*

33 *Aliam parabolam dixit illis: Simile est regnum cœlorum fermento, quod acceptum mulier abscondidit in farinæ satis tribus, donec fermentaretur totum.*

34 *Hæc omnia locutus est Iesus per parabolas ad turbas, & sine parabola nihil locutus est illis.*

35 *Vt compleretur quod dictum fuerat per prophetam qui ait: Aperiam in parabolis os meum, eructabo abscondita à constitutione mundi.*

36 *Tunc dimissis turbis, venit in domum Iesus, & accesserunt ad illum discipuli eius, dicentes: Dissere nobis parabolam zizaniorum agri.*

37 *At ille respondens, dixit illis: Qui seminat bonum semen, est filius hominis.*

38 *Ager autem est mundus. Porrò bonum semen, ij sunt filij regni. Zizania verò sunt filij illius mali.*

39 *Inimicus autem qui seminat ea, est diabolus. Messis verò consummatio seculi est. Messores autem angeli sunt.*

40 *Sicut igitur colliguntur zizania, & igni comburuntur, sic erit in consummatione seculi huius.*

41 *Mittet filius hominis angelos suos, & colligent è regno illius omnia offendicula, & eos qui patrant iniquitatẽ.*

42 *Ac mittent illos in caminum ignis. Ibi erit ploratus stridorque dentium.*

43 *Tunc iusti fulgebunt vt sol in regno patris sui. Qui habet aures ad audiendum, audiat.*

44 *Rursum, simile est regnum cœlorum thesauro absconso in agro, quem repertum homo abscondit: & præ gaudio quod habet super eo abit, & omnia quæcumque habet vendit, ac mercatur agrum illum.*

45 *Rursum simile est regnum cœlorum homini negociatori, quærenti pulchras margaritas.*

46 *Qui cum inuenerit vnam pretiosam margaritam, abiens vendidit omnia quæ possidebat, & mercatus est illam.*

47 *Rursum, simile est regnum est regnum cœlorum verriculo iacto in mare, & ex omni genere contrahenti.*

48 *Quod cum impletum fuisset subduxerunt in littus & sedentes collegerunt qua bona sunt in vasa, qua verò mala foras abiecerunt.*

49 *Sic futurum est in consummatione seculi. Venient angeli, & segregabunt malos de medio iustorum.*

50 *Et mittent eos in caminum ignis. Illic erit ploratus & stridor dentium.*

Vulgat. Editio.

Intellexistis hæc omnia? Dicunt ei: Etiam. 51

Ait illis: Ideo omnis scriba doctus in regno cœlorum, similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua & vetera. 52

Et factum est, cum cõsummasset Iesus parabolas istas, transiit inde. 53

Et veniens in patriam suam, docebat eos in synagogis eorum, ita vt mirarentur, & dicerent: Vnde huic sapientia hæc, & virtutes? 54

* Nonne hic est fabri filius? Nonne mater eius dicitur Maria, & fratres eius, Iacobus, & Ioseph, & Simon, & Iudas: 55

Et sorores eius, nõne omnes apud nos sunt? Vnde ergo huic omnia ista? 56

Et scandalizabantur in eo. Iesus autem dixit eis: Non est prophera sine honore nisi in patria sua, & in domo sua. 57

Et non fecit ibi virtutes multas propter incredulitatem illorum. 58

* Mar. 6.1 Lu. 4.16. Io. 6.42.

CAP. XIIII.

IN illo tẽpore audiuit Herodes tetrarcha famam Iesu: 1

Et ait pueris suis: Hic est Ioannes Baptista: ipse surrexit à mortuis, & ideo virtutes operantur in eo. 2

* Herodes enim tenuit Ioannem, & alligauit eum: & posuit in carcerem propter Herodiadem vxorem fratris sui. 3

Dicebat enim illi Ioannes: Non licet tibi habere eam. 4

Et volens illum occidere, timuit populum: * quia sicut prophetam eum habebant. 5

Die autem natalis Herodis saltauit filia Herodiadis in medio, & placuit Herodi. 6

Vnde cum iuramento pollicitus est ei dare quodcunque postulasset ab eo, 7

At illa præmonita à matre sua Da mihi, inquit, hic in disco caput Ioannis Baptistæ. 8

Et contristatus est rex: propter iuramentum autem, & eos, qui pariter recumbebant, iussit dari. 9

Misitque & decollauit Ioannem in carcere. 10

Et allatum est caput eius in disco, & datum est puellæ, & attulit matri suæ, 11

Et accedẽtes discipuli eius, tulerũt corpus eius, & sepelierunt illud: & venientes nunciauerunt Iesu. 12

* Quod cum audisset Iesus, secessit inde in nauicula in locum desertum seorsum, & cũ audissent turbæ, secutæ sunt eum pedestres de ciuitatibus. 13

Et exiens vidit turbam multam, & misertus est eis, & curauit languidos eorum. 14

Vespere autem facto, accesserunt ad eum discipuli eius, dicentes: Desertus est locus, & hora iam præterijt: dimitte turbas, vt eũtes in castella, emant sibi escas. 15

Iesus autẽ dixit eis: Non habent necesse ire: date illis vos manducare. 16

Responderunt ei: Non habemus hic nisi quinque panes, & duos pisces. 17

Qui ait eis: Afferte mihi illos huc. 18

Et cum iussisset turbam discumbere super fœnum acceptis quinque panibus, & duobus piscibus aspiciens in cælum benedixit, & fregit, & dedit discipulis panes, discipuli autem turbis. 19

Et manducauerũt oẽs, & saturati sunt. Et tulerũt reliquias, duodecim cophinos fragmẽtorũ plenos. 20

* Mar. 6. 17. Lu. 3. 19.

* Inf. 22. 26.

* Luc. 9. 10. Mar. 6. 32 Io. 6. 9.

Transl. ex Syriac.

Ait illis Ieschua: Intelligitis hæc omnia? Dicunt ei, Etiam domine noster. 51

Ait illis: Propterea omnis scriba qui edoctus est ad regnum cœlorum, similis est viro patrifamilias, qui depromit è thesauro suo noua & vetera. 52

* *Et factum est quum absoluisset Ieschua parabolas istas, vt discesserit illinc:* 53

Et vbi venisses in prouinciam suam, docuit eos in synagogis eorum, ita vt obstupescerent, dicerentque: Vnde huic sapientia ista & virtutes? 54

Nonne iste est filius fabri? Nonne mater eius vocatur Mariam, & fratrem eius Iaakoub & Iousi, & Schemeun & Iihoudo? 55

Et sorores eius omnes, nonne apud nos sunt? Vnde huic ipsi ista omnia? 56

Et offendebantur in eo. Ipse vero Ieschua ait illis: Non est propheta despectus, nisi in prouincia sua & domo sua, 57

Neque edidit illic virtutes multas propter incredulitatem eorum. 58

* Ad Vesperam purificationis cœlestis Iouchanon.

CAP. XIIII.

ILlo vero tempore audiuit Heroudes Tetrarcha famam Ieschua. 1

Et dixit seruis suis: Iste est Iouchanon Baptista, ipse surrexit è domo mortuorum, propterea virtutes operantur in eo. 2

Is autem Heroudes prehenderat Iouchanon vinctumq; coniecerat in carcerem propter Heroudiadem vxorem Philippi fratris sui. 3

Dicebat enim ei Iouchanon: Non licet tibi eam habere vxorem. 4

Et volebat eum interficere, sed timebat à populo: quippe qui vt prophetam habebant eum. 5

Quũ autẽ esset domus natiuitatis Heroudis (id est,) *quũ agerentur natalitia Herodis: saltauit filia Heroudiadis eorum assessoribus, & placuit Heroudi,* 6

Propterea iure iurando spopondit ei, se daturum ei quicquid petiisset. 7

Ipsa verò propterea quod edocta fuerat à matre sua, dixit: Da mihi hic in paropside caput Iouchanon Baptistæ. 8

Et agrè tulit rex: sed propter iusiurandum & assessores, præcepit ei dari. 9

Misitque qui amputaret caput Iouchanon Baptistæ in domo vinctorum. 10

Et allatum est caput eius in paropside, & datum est puellæ, illudque obtulit matri suæ. 11

Quumq; accessissent discipuli eius sustulerunt truncũ eius, eumq; sepelierunt: ac venientes renunciarũt Ieschua. 12

Ieschua verò quum hoc audisset, discessit illinc nauicula in locum desertum ipse solus. quod quum audissent cœtus, abierunt post eum per aridam ab vrbibus. 13

Et egressus Ieschua vidit turbas multas, & misertus est earum ac sanauit infirmos earum. 14

* *Quum autem esset vespera, accesserunt ad eum discipuli eius, & dixerunt ei: Locus est desertus, & tempus præterijt: dimitte cœtus hominum, vt adeant villas, emãtq; sibi cibum.* 15

Ipse verò dixit eis: Non opus est illos abire, vos date illis ad comedendum. 16

Ipsi verò dicunt ei: Nõ habemus hic nisi quinque placentas, & duos pisces. 17

Dixit eis Ieschua: Afferte mihi ea huc. 18

Et præcepit turbis vt discumberent humi, acceptisq; illis quinque panes & duos pisces, & suspexit in cœlum benedixitq; & fregit, ac dedit discipulis suis ipsi verò, discipuli apposuerunt turbis. 19

Et comederunt omnes & expleti sunt, & sustulerunt reliquias fragmentorum duodecim cophinos plenos. 20

* Oblatio quotidiana.

Transl. B. Ariæ Mont.

Dicit illis Iesus : Intellexistis hæc omnia? Dicunt ei, vtique Domine.

Is autem dixit illis, propter hoc omnis Scriba doctus in regnum cælorum, similis est homini patrifamilias, qui eiicit de thesauro suo noua & vetera.

Et factum est : quũ consummasset Iesus parabolas istas, transiit inde.

Et veniens in patriam suam, docebat eos in synagoga eorum, ita vt abstupefieri ipsos, & dicere: Vnde huic sapientia hæc, & efficacitates?

Nonne hic est fabri filius? Nonne mater eius dicitur Maria, & fratres eius Iacobus, & Ioses, & Simon, & Iudas?

Et sorores eius, nonne omnes apud nos sunt? Vnde ergo huic ista omnia?

Et scandalizabantur in eo. At Iesus dixit eis: non est Propheta inhonoratus si non in patria sua, & in domo sua.

Et non fecit ibi efficacias multas, propter incredulitatem illorum.

CAP. XIIII.

In illo tempore audiuit Herodes Tetrarcha famam Iesu:

Et ait pueris suis : Hic est Ioannes Baptista : ipse surrexit à mortuis, & propter hoc efficaciæ operantur in eo.

Nam Herodes apprehendens Iohannem vinxit eum, & posuit in custodia, propter Herodiadem vxorem Philippi fratris sui,

Dicebat enim illi Ioãnes : Non licet tibi habere eam.

Et volens illum occidere timuit turbam : quia sicut Prophetam eum habebant.

Natalitiis autem agendis Herodis, saltauit filia Herodiadis in medio: & placuit Herodi.

Vnde cum iuramento spopondit ei dare quæcũque postulasset.

Illa vero præinstructa à matre sua: Da mihi, inquit, hic in disco caput Ioannis Baptistæ.

Et contristatus est rex : propter vero iuramenta, & simul accumbentes, iussit dari.

Et mittens decapitauit Ioannem in custodia.

Et allatum est caput eius in disco, & datum est puellæ: & attulit matri suæ.

Et accedentes discipuli eius, tulerunt corpus, & sepelierunt illud. & venientes nunciauerunt Iesu.

Et audiens Iesus secessit inde in nauicula in desertum locum priuatim: & audientes turbæ secutæ sunt eum pedibus de ciuitatibus.

Et exiens Iesus vidit multam turbam, & visceribus affectus est erga eos, & curauit ægrotos eorum

Vespere autem facto, accesserunt ad eum discipuli eius, dicentes, Solitarius est locus, & hora iam præteriit: absolue turbas vt abeuntes in vicos mercentur sibi escas.

At Iesus dixit eis : Non vsum habent abire: date illis vos manducare.

Illi autem dicunt ei : Non habemus hic si non quinque panes, & duos pisces.

Ille autem ait: Afferte mihi illos huc.

Et iubens turbas discumbere super fœna, accipiens quinque panes, & duos pisces suspiciens in cælum benedixit : & frangens dedit discipulis panes: at discipuli turbis.

Et manducauerunt omnes, & saturati sunt, & tulerunt redundans fragmentorum duodecim cophinos plenos.

Transl. Eraſm. Rotterod.

51 *Dicit illis Ieſus : Intellexiſtis hæc omnia? Dicunt illi : Etiam Domine.*

52 *At ille dixit illis : Propterea omnis Scriba doctus ad regnum cælorum ſimilis eſt homini patrifamilias, qui depromit è theſauro ſuo noua & vetera.*

53 *Et factum eſt, vt cum finiſſet Ieſus ſermones hos, migraderetur illinc.*

54 *Et cum veniſſet in patriam ſuam, docuit in ſynagoga illorum, ita vt ſtuperent ac dicerent : Vnde huic ſapientia hæc & virtutes?*

55 *Nonne hic eſt ille fabri filius? Nonne mater eius vocatur Mariam, & fratres eius Iacobus & Ioſes & Simon & Iudas?*

56 *Et ſorores illius nonne omnes apud nos ſunt? Vnde igitur huic hæc omnia?*

57 *Et offendebantur ſuper eo. Ieſus autem dixit illis : Non eſt propheta expers honoris, niſi in patria ſua, & domo ſua.*

58 *Et non edidit illic virtutes multas propter incredulitatem illorum.*

CAP. XIV.

1 *In illo tempore audiuit Herodes tetrarcha famam Ieſu.*

2 *Et dixit famulis ſuis : Hic eſt Ioannes Baptiſta, is ſurrexit à mortuis, & ideo virtutes agunt in illo.*

3 *Nam Herodes cœperat Ioannem & vinxerat, ac poſuerat in carcere propter Herodiadem vxorem Philippi fratris ſui.*

4 *Dicebat enim illi Ioannes : Non licet tibi habere eam.*

5 *Et cum vellet eum occidere, metuebat multitudinem, propterea quod ilium ceu prophetam habebant,*

6 *Cum autem celebraretur natalis Herodis, ſaltabat filia Herodiadis in medio, & placuit Herodi.*

7 *Vnde cum iureiurando pollicitus eſt, ſe daturum illi quicquid peteret.*

8 *At illa prius inſtructa à matre ſua : Da mihi, inquit, hic in patina caput Ioannis Baptiſta.*

9 *Et indoluit rex : attamen propter iuſiurandum, & eos, qui ſimul accumbebant iuſſit ei dari.*

10 *Et miſſis carnificib. amputauit caput Ioannis in carcere.*

11 *Et allatum eſt caput eius in patina, datumq; eſt puella, atque illa obtulit matri ſuæ.*

12 *Et acceſſerunt diſcipuli eius, & ſuſtulerunt corpus, ac ſepelierunt illud : abieruntq; & renunciarunt Ieſu.*

13 *Id cum audiſſet Ieſus, receſſit illinc in naui ad deſertum locum ſeorſim. Et cum audiſſent turbæ, ſecutæ ſunt illum itinere pedeſtri relictis vrbibus.*

14 *Et egreſſus Ieſus vidit multã turbã : & tactus eſt affectu miſericordiæ erga illos, ſanauitq; ex illis qui male valebãt.*

15 *Porrò cùm appetiſſet veſpera adierunt eum diſcipuli ipſius, dicentes, Deſertus eſt locus, & hora iam præteriit, Dimitte turbas, vt abeant in vicos, & emant ſibi cibaria.*

16 *At Ieſus dixit illis, Non eſt illis neceſſe vt abeant, date illis vos quod edant.*

17 *At illi dicunt ei, Non habemus hic niſi quinque panes, & duos piſces.*

18 *Ille verò dixit, Afferte mihi illos huc.*

19 *Et iuſſis turbis diſcumbere ſuper gramina, ſumptiſq; quinque panibus, ac duobus piſcibus, ſublatis in cœlũ oculis, benedixit, & cum fregiſſet, dedit diſcipulis panes, diſcipuli verò turbis.*

20 *Et comederunt omnes, & ſaturati ſunt, & ſuſtulerunt quod ſuperfuerat de fragmentis, duodecim cophinos plenos.*

Vulgat. Editio.

Manducantium autem fuit numerus, quinque millia virorum, exceptis mulieribus & paruulis.

* Et ſtatim compulit Ieſus diſcipulos aſcendere in nauiculam, & præcedere eum trans fretum, donec dimitteret turbas.

Et dimiſſa turba, *aſcendit in montem ſolus orare. Veſpere autem facto ſolus erat ibi.

Nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus: erat enim contrarius ventus.

Quarta autem vigilia noctis, venit ad eos ambulans ſuper mare.

Et videntes eum ſuper mare ambulantem, turbati ſunt, dicentes: Quia phantaſma eſt. Et præ timore clamauerunt.

Statimque Ieſus locutus eſt eis, dicens: Habete fiduciam: ego ſum, nolite timere.

Reſpondens autem Petrus dixit: Domine, ſi tu es, iube me ad te venire ſuper aquas.

At ipſe ait: veni. Et deſcendens Petrus de nauicula, ambulabat ſuper aquam vt veniret ad Ieſum.

Videſ vero ventum validum, timuit; & cum cæpiſſet mergi, clamauit, dicens: Domine, ſaluum me fac.

Et continuo Ieſus extendens manum, apprehendit eum; & ait illi: Modicæ fidei, quare dubitaſti?

Et cum aſcendiſſent in nauiculã, ceſſauit ventus.

Qui autem in nauicula erant, venerunt, & adorauerunt eum, dicentes: Vere filius Dei es.

*Et cũ transfretaſſent, venerunt in terrã Geneſar.

Et cum cognouiſſent eum viri loci illius, miſerunt in vniuerſam regionem illam, & obtulerunt ei omnes male habentes:

Et rogabant eum vt vel fimbriã veſtimenti eius tangerent. Et quicunque tetigerũt, ſalui facti ſunt.

CAP. XV.

TVnc acceſſerũt ad eum ab Hieroſolymis Scribæ & Phariſæi, dicentes.

Quare diſcipuli tui transgrediuntur traditionem ſeniorum? non enim lauant manus ſuas cum panem manducant.

Ipſe autem reſpondens ait illis: Quare & vos tranſgredimini mandatum Dei propter traditionem veſtram? Nam Deus dixit:

*Honora patrem & matrem. & * Qui maledixerit patri, vel matri morte moriatur.

Vos autem dicitis: Quicunque dixerit patri vel matri: Munus quodcũque eſt ex me, tibi proderit.

Et non honorificabit patrem ſuum, aut matrem ſuam. Et irritum feciſtis mandatum Dei propter traditionem veſtram.

Hypocritæ, bene prophetauit de vobis Iſaias dicens:

* Populus hic labiis me honorat: cor autem eorum longe eſt à me.

Sine cauſa autem colunt me, docentes doctrinas, & mandata hominum.

Et conuocatis ad ſe turbis, dixit eis: Audite, & intelligite.

Non quod intrat in os, coinquinat hominem: ſed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem.

Tunc accedentes diſcipuli eius, dixerunt ei: Scis quia Phariſæi audito verbo hoc ſcandalizati ſunt.

At ille reſpondens ait: * Omnis plantatio quam non plantauit Pater meus cœleſtis, eradicabitur.

Sinite illos: * cæci ſunt, & duces cœcorũ. cæc9 aũt ſi cæco ducatum præſtet, ambo in foueam cadunt.

Tranſl. ex Syriac.

Illi verò homines qui comederant fuere quinquies mille, exceptis mulieribus & pueris.

Et ſtatim coegit diſcipulos ſuos conſcendere nauim, & præire ſibi in vlteriorem ripam, dum ipſe dimitteret turbas.

Quumque dimiſiſſet turbas, aſcendit in montem ſolus vt oraret. * *Quum autem ingruiſſent tenebræ, ſolus erat illic.*

Cæterũm nauis iam receſſerat à terra ſtadijs multis, quum agitata eſt plurimum à fluctibus ventus enim erat ei è regione.

Quarta autẽ noctis vigilia venit ad eos Ieſchua quum ambularet ſuper aquas.

Et viderunt eum diſcipuli eius ambulantem ſuper aquas, atque conturbati ſunt, & dicebant: Eſt viſio mendax (id eſt ſpectrum:) *ac præ timore ſuo clamarunt.*

Ipſe verò Ieſchua eodem momento collocutus eſt eis, inquiens: Bono eſtote animo: ego ſum, ne timeatis.

Et reſpondens Kipho dixit ei: Domine mi, ſi tu es, iube me venire ad te ſuper aquas.

Ieſchua verò dixit ei: veni. Et deſcendit Kipho è nauicula & ambulauit ſuper aquas vt audiret Ieſchua.

Sed cùm vidiſſet ventum vehementem timuit: cœpitq; demergi: & attollens vocem ſuam, dixit: Domine mi libera me.

Et in ipſius horæ puncto porrigit manum ſuam Dominus noſter, & prehendens eum; dixit ei: O exigux fide præditę, quare dubitaſti?

Quumq; conſcendiſſent nauim, conquieuit ventus.

Et venerunt ij qui in naui erant, eumq; adorantes dixerunt: Verè filius Dei es.

Et nauigarunt, veneruntq; in terram Geneſar.

Et quum agnouiſſent eum viri regionis illius, miſerunt in omnes vicos circumiacentes, & obtulerunt ei eos omnes qui malè, malè, (inquam,) affecti erant.

Et rogabant eũ vt tangerent vel fimbriam tantũ veſtimenti eius. Et ij qui tetigerunt, ſanitati ſunt reſtituti.

CAP. XV

TVnc adierunt Ieſchua Periſchai, & Scribæ ab Curiſchlem, & inquiunt:

Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditionem ſeniorum, nec abluunt manus ſuas quum edunt panem?

Reſpondit Ieſchua & ait illis: Quare vos tranſgredimini mandatum Dei propter traditionem veſtram? Deus enim ait.

Honorá patrem tuum & matrem tuam: & Qui maledixerit patri ſuo aut matri ſuæ, morte moriatur.

Vos autem dicitis: Quiſquis dixerit patri aut matri: Oblatio mea eſt id quod tibi proderit ex me:

Nec honorauerit patrem ſuum aut matrem ſuam. Et abrogaſtis ſermonẽ Dei propter traditionem veſtram.

Acceptores vultus (hypocritæ) *bene vaticinatus eſt ſuper vos Eſchaio propheta, inquiens.*

Populus hic labiis ſuis ipſe honorat me; cor autem eorum valde elongatum eſt à me.

Et fruſtra me reuerentur, quum doceant doctrinas, quæ ſunt præcepta hominum.

Porrò conuocauit turbas, & dixit eis: Audite & intelligite.

Nihil eſt quod intret per os polluens hominem: ſed quod prodit ab ore, illud ipſum inquinat hominem.

Tunc acceſſerunt diſcipuli eius, & dicunt ei: Noſti Periſchæos qui audierunt hunc ſermonem offenſos fuiſſe.

Ipſe verò reſpondit, & ait illis: Omnis illa plantatio quã non plantauerit Pater meus qui in cœlis eſt, euelletur.

Omittite eos, cæci ſunt duces cæcorũ: ſed ſi cæcus cæcum ducat, ambo in foueam cadunt.

Mar. 6. 44. Ioa. 6. 10. 6. 17.

* Ad Veſperã feriæ tertiæ hebdomadæ ſecundæ poſt Reſurrectionem.

Mat. 7. 1.

Dominica poſt Pentecoſten.

* Exo. 12. 22. Deu. 5. 16 Eph. 6. 2. * Exo. 21. 16. Leu. 20. 9 Pro. 20. 20

* Iſa. 29. 13. Mar. 7. 6.

* Io. 15. 2.

* Lu. 6. 39 Mat. 7. 17

* Mar. 6. 56.

Transl. B. Ariæ Mont.

At edentes fuerunt viri fere quinque millia præter mulieres & pueros.

Et statim compulit Iesus discipulos suos ascendere in nauiculam,& præcedere eum in vlteriora, vsque absolueret turbas.

Et absoluens turbas, ascendit in montem priuatim orare, Vespere autem facto,solus erat ibi:

Verum nauicula iam medium maris erat,vexata à fluctibus : erat enim contrarius ventus.

Quarta autem vigilia noctis,abiit ad eos Iesus circumambulans super mare.

Et videntes eũ discipuli super mare circumambulantem, turbati sunt, dicentes:Quod phantasma est & præ timore clamauerunt,

Statim autem loquutus est eis Iesus,decens:Confidite: ego sum:ne metuatis.

Respondens autem ei Petrus dixit:Domine, si tu es iube me ad te venire super aquas.

Ipse vero ait: Veni & descendens de nauicula Petrus ambulabat super aquam venire ad Iesum.

Intuitus vero ventum validum, timuit & incipiens demergi,clamauit dicens Domine,serua me.

Et continuo Iesus extendens manum excepit eũ, & ait illi Exiguæ fidei,ad quid dubitasti?

Et ascendentibus illis in nauigium,quieuit ventus.

Qui autem in nauigio venientes adorauerunt eum dicentes:Verè Dei Filius es.

Et transfretãtes venerunt in terram Gẽesareth.

Et cognoscentes eum viri loci illius miserunt in vniuersam circum viciniam illam:& attulerunt ei omnes malè habentes.

Et appellabant eum,vt vel solum tangerent fimbriam vestimenti eius. Et quicumque tetigerunt, perseruati sunt.

CAP. XV.

Tunc accedunt Iesu ab Hierosolymis Scribæ & Pharisæi, dicentes:

Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum? non enim lauant manus suas, quum panem manducant.

Ipse autem respondens ait illis.Quare & vos transgredimini mandatum Dei,propter traditionem vestram? Nam Deus mandauit dicens:

Honora patrem & matrem: &,Maledicens patri vel matri, morte finiatur.

Vos autem dicitis:Quicumque dixerit patri vel matri,Munus quod si ex me iuueris.

Et non honorificabit patrem suum aut matrem suam:&irritum fecistis mãdatum Dei propter traditionem vestram.

Hypocritæ pulchre prophetauit de vobis Esaias dicens:

Appropinquat mihi populus hic ore suo,& labiis me honorat:at cor eorum longe abest à me.

Frustra autẽ colunt me docentes doctrinas, mãdata hominum.

Et aduocãs turbã, dixit eis:Audite & intelligite:

Non intrans in os communem facit hominem sed egressum ex ore hoc cõmunem facit hominẽ.

Tunc accedentes discipuli eius, dixerunt ei:Scis quod Pharisæi audientes sermonẽ scãdalizati sũt?

Ille autem respondens ait: Omnis plantatio quã non plantauit Pater meus cælestis,eradicabitur.

Sinite illos: duces sunt cæci cæcorum.cæcus autem cæcum si per viam ducat,ambo in foueam incident.

Transl. Erasm. Roterod.

Porrò qui comederant fuere viri fermè quinquies mille prater mulieres ac pueros.

Et statim compulit Iesus discipulos suos, vt conscenderent nauim, & praecederent se in ripam vlteriorem, donec dimisisset turbas.

Ac dimissis turbis,ascendit in montem solus ad orandum. Cum autem aduenisset vespera solus erat illic.

Caterum nauis iam in medio maris erat, & afflictabatur ab vndis,nam ventus erat aduersus.

Quarta autem noctis vigilia abiit ad illos Iesus ambulans super mare.

Et vbi vidissent eum discipuli super mare ambulãtem, turbati sunt,dicentes,Spectrum est,ac pra metu exclamauerunt.

Sed statim locutus est illis Iesus, dicens. Eono animo este,Ego sum ne terreamini.

Respondens autem illi Petrus, dixit,Domine,si tu es,iubeto me ad te venire super aquas.

At ille dixit,veni. Et cum descendisset è naui Petrus ambulabat super aquas,vt iret ad Iesum.

Caterum cum videret ventum validum,territus est, & cum cœpisset demergi, clamauit, dicens Domine serua me.

Continuo autem Iesus extenta manu,apprehendit eum, & dixit illi ,Exigua fiducia pradite,cur hasitabas?

Et cum essent ingressi nauim,conquieuit ventus?

Porrò qui erant in naui,accesserunt & adorauerũt eum, dicentes,Verè Dei filius es.

Et cum traiecissent, venerunt in terram Gennezareth.

Et cum agnouissent illum viri loci illius,emiserunt nuncios in totam vndique finitimam regionem illam, & obtulerunt illi omnes malè habentes.

Et obsecrabant eum,vt tantum tangerent fimbriam vestimenti ipsius , & quotquot tetigissent, salui facti sunt.

CAP. XV.

Tvnc accedunt ad Iesum,qui ab Hierosolymis venerãt scribæ & Pharisæi dicentes,

Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum? Non enim abluunt manus suas , cum edunt panem.

At ille respondens dixit eis, Quare & vos trangredimini praceptum Dei propter traditionẽ vestram? Nam Deus pracepit,dicens.

Honora patrem & matrem , & qui maledixerit patri aut matri,morte moriatur.

Vos autem dicitis , Quicunq; dixerit patri aut matri quicquid doni à me profecturum erat,id in tuum vertitur commodum.

Et non honorabit patrem suum,aut matrem suam : & irritum feciſtis praceptum Dei propter traditionem vestram.

Hypocrita rectè de vobis pradixit Esaias,dicens,

Appropinquat mihi populus hic ore suo,& labijs me honorat,caterum cor eorum procul abest à me.

Sed frustrà me colunt,docentes doctrinas, pracepta hominum.

Et aduocatis ad se turbis,dixit eis,Audite & intelligite.

Non quod ingreditur in os,impurat hominem , sed quod egreditur ex ore, hoc impurum reddit hominem.

Tunc accedentes discipuli,dixerunt illi:Nosti Pharisæos, audito sermone isto offensos fuisse.

At ille respondens ait;Omnis plantatio,quam non plantauit pater meus cœlestis eradicabitur.

Omittite illos , duces sunt cæci cæcorum. Porrò si cæcus cæco dux fuerit,ambo in foueam cadent.

Vulgat. Editio.

Respondens autem Petrus dixit ei: Edissere nobis parabolam istam.

At ille dixit: Adhuc & vos sine intellectu estis?

Non intelligitis quia omne, quod in os intrat, in ventrem vadit, & in secessum emittitur?

Quæ autem procedunt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominem:

De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ.

Hæc sunt, quæ coinquinant hominem. Non lotis autem manib. manducare, nõ coinquinat hominẽ.

Et egressus inde Iesus secessit in partes Tyri, & Sidonis.

* Mar. 7. 25. * Et ecce mulier Chananæa à finibus illis egressa clamauit, dicens ei: Miserere mei Domine fili Dauid: filia mea male à dæmonio vexatur.

Qui non respondit ei verbum. Et accedentes discipuli eius rogabant eum dicentes: Dimitte eam, quia clamat post nos.

Ipse autem respondens ait: Non sum missus nisi * Iu. 10. 6 Ro. 15. 8. ad oues, quæ perierunt domus Israel.

At illa venit, & adorauit eum, dicens: Domine adiuua me.

Qui respondens ait: Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus.

At illa dixit: Etiam Domine: nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum.

Tunc respondens Iesus, ait illi: O mulier magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eius ex illa hora.

Et cũ transisset inde Iesus, venit secus Mare Galilææ: & ascendens in montem, sedebat ibi.

* Isa. 35. 5 * Et accesserunt ad eum turbæ multæ, habentes secũ mutos, cæcos, claudos, debiles, & alios multos: & proiecerunt eos ad pedes eius, & curauit eos.

Ita vt turbæ mirarentur videntes mutos loquẽtes, claudos ambulantes, cæcos videntes: & magnificabant Deum Israel.

Mar. 8. 1. * Iesus autem, conuocatis discipulis suis, dixit: Misereor turbæ, quia triduo iam perseuerant mecum, & non habent quod manducent: & dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in via.

Et dicunt ei discipuli: Vnde ergo nobis in deserto, panes tantos, vt saturemus turbam tantam?

Et ait illis Iesus: Quot habetis panes? At illi dixerunt septem, & paucos piscículos.

Et præcepit turbæ, vt discumberent super terrã.

Et accipiens septem panes, & pisces & gratias agens, fregit, & dedit discipulis suis, & discipuli dederunt populo.

Et comederunt omnes, & saturati sunt. Et quod superfuit de fragmẽtis, tulerũt septẽ sportas plenas.

Erant autem qui manducauerũt, quattuor millia hominum extra paruulos, & mulieres.

Et dimissa turba, ascendit in nauiculam: & venit in fines Megedan.

CAP. XVI.

Mar. 8. 11. Lu. 11. 54. ET accesserunt ad eum Pharisæi, & Sadducæi tẽtantes: & rogauerũt eum vt signum de cœlo ostenderet eis.

At ille respondens, ait illis: Facto Vespere dicitis: Serenum erit, rubicundum est enim cœlum.

Et mane: Hodie tempestas, rutilat enim triste cœlum.

Transl. ex Syriac.

15 *Respondit autem Schemeoun Kipho, & dixit ei, Domine mi, interpretare nobis parabolam hanc.*

16 *Ipse verò dixit eis: Adhuc & vos non intelligitis?*

17 *Nostis, ne id quod intrat per os, in ventrem abire, & inde per expurgationem eiici foras?*

18 *Id autem quod ab ore prodit, à corde manat, illudq; inquinat ipsum hominem.*

19 *Nam à corde ipso manant cogitationes malæ, adulteriũ, cædes, scortatio, furtum, testimonium falsum, blasphemia.*

20 *Hæc sunt, quæ inquinant hominem, Sed si homo comederit illotis manibus, non inquinatur.*

21 * *Et egressus est illinc Ieschua venitq; in fines Tzour & Tzaidon.* * Ad vesperã, Dominicæ quartæ Ieiunij.

22 *Et ecce mulier Cananithes à finibus illis exit, clamans ac dicens: Miserere super me Domine mi, fili Dauid, filia mea malè vexatur à dæmonio.*

23 *Ipse verò ne verbum quidem respondit. Et accesserunt discipuli eius rogantes eum & dicentes: Dimitte eam, quæ clamat post nos.*

24 *Ipse verò respondit & ait illis: Non sum missus nisi ad oues quæ aberrarunt à domo Israel.*

25 *Illa autem veniens adorauit eum, dicens: Domine mi, adiuua me.*

26 *Dixit ei Ieschua: Non decorum est accipere panem liberorum, & obiicere canibus.*

27 *Illa verò dixit: Etiam Domine mi: quinimò canes edunt de micis, quæ cadunt à mensis dominorum suorum, & viuunt.*

28 *Tunc dixit ei Ieschua: O mulier, magna est fides tua: fiat tibi vt vis. Et sanata est filia eius ex illa hora.*

29 *Et discessit illinc Ieschua, venitq; iuxta crepidinẽ maris Galilææ: & conscendit montem, sedítque illic.*

30 *Et audierunt eum turbæ quamplurimæ, habentes secum claudos, & cæcos, mutosque, ac mancos, & alios multos: atque obiecerunt eos ad pedes ipsius Ieschua, & sanauit eos.*

31 *Ita vt obstupescerent turbæ illæ quum viderent mutos loquentes, mancos sanitati restitutos, claudos ambulantes, cæcosq; videntes: & laudibus euexere Deum Israel.*

Oblatio quotidiana. 32 * *Ipse verò Ieschua vocauit discipulos suos, & ait illis: Ego misericordia commouetur erga turbam hãc, quippe qui iam triduum expectant apud me, nihilq; habẽt, quod edãt: dimittere autem eos ieiunos nolo, ne fortè præ lassitudine deficiant in via.*

33 *Dicunt discipuli eius: Vndenam haberemus in deserto panem ad explendam totam turbam?*

34 *Dicit eis Ieschua: Quot panes habetis? Dicunt ei: Septem & modicum piscium minutorum.*

35 *Et præcepit turbis vt discumberent humi.*

36 *Accepitq; illos septẽ panes & pisces, & laudauit (Deũ,) fregitq; ac dedit discipulis suis, discipuli verò dederunt turbis.*

37 *Et comederunt omnes, & saturati sunt, sustulerunt q; reliquias fragmentorum plenas septem sportas.*

38 *Illi autem qui comederant, fuere quatuor mille viri præter mulieres & pueros.*

39 *Quum autem dimisisset turbas, conscendit nauim: venitq; in fines Magedon.*

CAP. XVI.

ET accesserunt Perischæi & Zadoukæi, tentantes eum ac rogantes eum vt signum è cœlo ipsis ostenderet.

2 *Ipse verò respondit, & ait illis: Quum fuerit vespera dicitis: Serenitas erit, rubet enim cœlum.*

3 *Manè verò dicitis: Hodie tempestas erit, rubet enim cœlum triste.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Respondens autem Petrus dixit ei: Explica nobis parabolam istam.
At Iesus dixit: Adhuc & vos inintelligētes estis?
Nondum consideratis quod omne ingrediens in ventrem cedit, & in secessum eiicitur?
At exeuntia de ore, de corde prodeunt, & illa communem faciunt hominem.
De enim corde exeunt ratiocinationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia blasphemiæ,
Hæc sunt communem facientia hominem. Verum illoris manibus manducare, non communem facit hominem.
Et egressus inde Iesus, secessit in partes Tyri & Sidonis.
Et ecce mulier quædam Chananæa à finibus illis egressa clamauit ei, dicens: Miserere mei Domine fili Dauid: filia mea malè dæmonizatur.
Ille autem non respondit ei verbum. Et accedētes discipuli eius rogabant eum, dicentes: Absolue eam quia clamat post nos.
Ipse autem respondens, ait: Non legatus sum si non ad oues perditas domus Israel.
Illa autem veniens adorabat eum, dicens: Domine, succurre mihi.
Qui vero respondens, ait: Non est pulchrum sumere panem filiorum, & iacere catellis.
Illa autem ait, vtique Domine etenim catelli edunt de micis cadentibus de mensa dominorum suorum.
Tunc respondens Iesus, ait illis: O mulier, magna tua fides: fiat tibi sicut vis. & sanata est filia eius ab hora illa.
Et transiens inde Iesus venit iuxta mare Galelææ & ascendens in montem, sedebat ibi.
Et adierunt eum turbæ multæ, habentes cum seipsis mutos, cæcos, claudos, mancos, & alios multos: & proiecerunt eos ad pedes Iesu, & curauit eos.
Ita vt turbas mirari aspiciētes mutos loquentes debiles sanos, claudos ambulantes. & cæcos aspicientes, & glorificabant Deum Israel.
At Iesus aduocans discipulos suos, ait: Visceribus commoueor super turbam: quia iam dies tres admanent mihi, & non habent quid manducent: & absoluere eos ieiunos, non volo, nequādo deficiant in via.
Et dicunt ei discipuli eius: Vnde nobis in deserto panes tot vt saturare turbam tantam?
Et ait illis Iesus: Quod panes habetis? illi autem dixerunt: Septem, & paucos piscículos.
Et præcepit turbis recumbere super terram.
Et accipiens septem panes & pisces, gratias agens fregit, & dedit discipulis suis, at discipuli turbæ:
Et comederunt omnes, & saturati sunt. Et tulerunt reliquias fragmentorum, septem sportas plenas.
At vescentes erant quatuor mille homines, præter mulieres & pueros.
Et absoluens turbas ascendit in nauigium, & venit in fines Magdala.

CAP. XVI.

ET accedētes Pharisæi & sadducæi tentantes, rogauerunt eum signum de cælo ostendere eis.
Is autē respondens, ait illis: Vespere facto, dicitis: Serenitas: rubet enim cœlum.
Et manè, Hodie tempestas: rubet enim triste cœlum:

Transl. Erasm. Rotterod.

Respondens autem Petrus, dixit ei, Dissere nobis parabolam istam.
Iesus autem dixit: Adhuc & vos intelligentia caretis?
Nondum intelligitis, quod quicquid ingreditur in os, in aluum abit, & in secessum ejicitur?
At ea quæ proficiscuntur ex ore, ex ipso corde egrediuntur, & illa impurum reddunt hominem.
Nam ex corde exeunt cogitationes malæ, cædes, adulteria, stupra, furta, falsa testimonia, conuicia.
Hæc sunt quæ impurum reddunt hominem. Caterum illotis manibus capere cibum, non inquinat hominem.
Et digressus illinc Iesus, secessit in partes Tyri & Sidonis.
Et ecce mulier Chananæa, quæ à finibus illis venerat, clamabat ad illum, dicens, Miserere mei Domine fili Dauid. Filia mea miserè à dæmonio agitatur.
Ille vero non respondit ei quicquam. Et accedentes discipuli eius, rogabant illum, dicentes, Amitte illam, nam clamat post nos,
At ille respondens, dixit, Non sum missus, nisi ad oues perditas domus Israelitica.
Illa verò venit & adorauit eum dicens, Domine succurre mihi.
At ille respondens dixit, Nō est honestum sumere panem filiorum, & objicere catellis.
Hæc autem respondit, Certe Domine, Etenim catelli edūt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum.
Tunc respondens Iesus dixit illi. O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut vis. Et sanata fuit filia eius ex eo tempore.
Et progressus illinc Iesus, venit iuxta mare Galilææ, & conscenso monte, sedebat illic.
Et accesserunt ad eum turbæ multæ, ducentes secum claudos, cæcos, mutos, mutilos, & alios multos, & abiecerunt eos ad pedes Iesu, & sanauit eos.
Adeo vt turbæ mirata sint, cum viderent mutos loqui, mutilos esse sanos, claudos ambulare, cæcos videre, & glorificabant Deum Israel.
Iesus autem vocatis ad se discipulis suis dixit, Miseret me turbæ, propterea quod iam triduum perseuerant apud me, & non habent, quod edant, & dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in via.
Et dicunt ei discipuli eius, Vnde nobis in solitudine panes tam multi, vt saturemus turbam tantam?
Et dicit illis Iesus, Quot panes habetis? At illi dicunt, Septem & paucos piscículos.
Et iussit turbas discumbere in terra.
Et sumpsit septem panes, ac pisces, & postquam gratias egisset, fregit, dedit q; discipulis suis. Discipuli verò turbæ,
Comederunt q; omnes & saturati sunt, & sustulerunt, quod supererat fragmentorum septem sportulas plenas.
At ij qui comederant, erant quater mille viri, præter mulieres & pueros.
Et dimissis turbis, conscendit nauim, venit q; in fines Magdala.

CAP. XVI.

ET aggressi Pharisæi vnà cum Sadducæis tentantes rogabant eum, vt signum è cœlo ostenderet sibi.
At ille respondens dixit eis, Cum cœperit esse vespera, dicitis, serenitas erit, nam rubet cœlum.
Et mane hodie tempestas, rubet enim cœlum triste.

Vulgat. Editio.

Faciē ergo cœli diudicare noſtis: ſigna autem temporum non poteſtis ſcire * Generatio mala & adultera ſignum quærit: & ſignum non dabitur ei, * niſi ſignum Ionæ prophetæ. Et relictis illis, abijt.

Et cum veniſſent diſcipuli eius trās fretum, obliti ſunt panes accipere.

Qui dixit illis *: Intuemini, & cauete à fermēto Phariſæorum, & Sadducæorum.

At illi cogitabant intra ſe dicentes: Quia panes non accepimus.

Sciens autem Ieſus, dixit: Quid cogitatis intra vos modicæ fidei, quia panes non habetis?

Nondū intelligitis, neque recordamini * quinque panum in quinque millia hominum, & quot cophinos ſumpſiſtis?

Neque * ſeptem panum in quatuor millia hominum, & quod ſportas ſumpſiſtis?

Quare non intelligitis quia nō de pane dixi vobis: Cauete à fermēto Phariſæorū & Sadducæorū?

Tūc intellexerūt, quia nō dixerit cauēdū à fermēto panū, ſed à doctrina Phariſæorū, & Sadducæorū.

* Venit autem Ieſus in partes Cæſareæ Philippi, & interrogabat diſcipulos ſuos, dicens: Quem dicunt homines eſſe, filium hominis?

At illi dixerunt: Alij Ioannem Baptiſtam, alij autē Eliam, alij vero Hieremiam, aut vnum ex Prophetis.

Dicit illis Ieſus: Vos autem quem me eſſe dicitis?

Reſpondens Simon Petrus, dixit: * Tu es Chriſtus filius Dei viui.

Reſpondens autem Ieſus dixit ei: Beatus es Simon Bar Iona: quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed Pater meus qui in cælis eſt.

* Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam: & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam.

* Et tibi dabo claues regni cælorū. Et quodcūque ligaueris ſuper terrā, erit ligatum & in cælis: quodcūque ſolueris ſuper terram, erit ſolutū & in cælis.

Tunc præcepit diſcipulis ſuis, vt nemini dicerēt quia ipſe eſſet Ieſus Chriſtus.

Exinde cœpit Ieſus oſtendere diſcipulis ſuis, quia oporteret eum ire Hieroſolymam, & multa pati à Senioribus, & ſcribis & principibus Sacerdotū, & occidi, & tertia die reſurgere.

Et aſſumens eum Petrus, cœpit increpare illum, dicens: Abſit à te Domine: non erit tibi hoc.

Qui conuerſus, dixit Petro *: Vade poſt me Satana ſcandalum es mihi: quia non ſapis ea quæ Dei ſunt, ſed ea quæ hominum.

Tūc Ieſus dixit diſcipulis ſuis, * Si quis vult poſt me venire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.

* Qui enim voluerit animam ſuam ſaluam facere, perdet eam: qui autem perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam.

Quid enim prodeſt homini ſi mundum vniuerſū lucretur, at animæ vero ſuæ detrimentū patiatur? Aut quā dabit homo cōmutationē pro anima ſua?

Filius enim hominis venturus eſt in gloria Patris ſui cum angelis ſuis: * & tunc reddet vnicuique ſecundum opera eius.

Amen dico vobis*, ſunt quidam de hic ſtantibus qui non guſtabunt mortem, donec videant Filium hominis venientem in regno ſuo.

CAP. XVII.

ET poſt dies ſex aſſumit Ieſus Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius, & duxit illos in montem excelſum ſeorſum.

Tranſl. ex Syriac.

Acceptores vultus, faciem quidem cœli noſtis ſcrutari; ſigna verò tēporis huius non noſtis diſcernere: Generatio mala & adultera ſignum quærit, nec ſignum dabitur ei, niſi ſignum Iaunon prophetæ. Et reliquit eos & abijt.

Quum autē veniſſent diſcipuli eius, in vlteriorē ipſam ripam, obliti fuerant ſumere ſecum panem.

Ipſe vero dixit eis, Videte, cauete à fermento Periſchæorum & Zadoukæorum.

Illi autem cogitabant apud ſe: Et dicebant ſe panem non ſumpſiſſe.

Ieſchua verò id ſciens, dixit eis: Quid cogitatis apud vos ó modicæ fidei prædicti, quod panem non ſumpſiſtis?

Nōdum intelligitis nec in memoriā reuocatis illos quinque panes, (hominum) quinque millia, & quot cophinos ſuſtuliſtis?

Neque illos ſeptem panes, (hominum) quatuor millia, & quot ſportas ſuſtuliſtis?

Quomodo vos non intellexiſtis, me, non de pane dixiſſe vobis, ſed vt cauereti à fermento Periſchæorum & Zadoukæorum?

Tūc intellexerunt, eū non dixiſſe, vt cauerent à fermento panis, ſed à doctrina Periſchæorum, & Zadoukæorum.

Quum autem veniſſet Ieſchua in regionem Cæſareæ Philippi, interrogauit diſcipulos ſuos, inquiens: Quid dicunt de me homines, me eſſe filium hominis?

Ipſi vero dixerunt: Sunt qui dicunt Iouchanon Baptiſtam, alij vero Iliju, alij deniq; Ermio, aut vnum ex Prophetis.

Dixit eis: Vos autem quem me dicitis eſſe?

Reſpōdit Schemeoun Kipho, & ait: Tu es Meſchicho filius Dei viui.

Reſpondit Ieſchua & dicit ei: Felix es, Schemeoun Bere de Iaune (fili columbæ.) ſiquidem caro & ſanguis non reuelauit tibi ſed Pater meus, qui in cœlis eſt.

Quinetiam ego dico tibi: Tu es Kipho (petra,) & ſuper hanc petram adificabo Eccleſiam meā, & porta inferorum non præualebunt ei.

Tibi dabo claues regni cœlorum, & quicquid ligaueris in terra, erit ligatum in cœlis. Et quod ſolueris in terra erit ſolutum in cœlis.

Tūc præcepit diſcipulis ſuis, vt nemini dicerent ipſum eſſe Meſchicho.

Et ex eo tempore cœpit Ieſchua indicare diſcipulis ſuis ſe profecturum Ouriſchlem & multa paſſurum à Senioribus, & à Principibus Sacerdotum, Scribiſq;, necnon interfectum iri, atque tertio die ſurrecturum.

Etprehendens eum Kipho, cœpit eum obiurgare, inquiēs: Propitius eſto tibi Domine mi: quominus hoc tibi cōtingat.

Ipſe vero conuerſus ait Kipho: Abi retrorſum à me Satana, offendiculo es mihi, quippe qui non ſapias quæ Dei ſunt, ſed quæ ſunt hominis.

Tunc dixit Ieſchua diſcipulis ſuis: Quiſquis voluerit venire poſt me, abneget animam ſuam, & baiulet crucem ſuam, & veniat poſt me.

Quiſquis enim voluerit ſeruare animam ſuam, perdet eam: & quiſquis perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam.

Quid enim lucratur homo ſi mundum vniuerſum poſſideat, & anima eius detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo permutationem animæ ſuæ?

Futurum eſt enim vt veniat filius hominis in gloria patris ſui cum Angelis ſuis ſanctis: & tunc rependet vnicuique ſecundum eius opera.

Amen ego dico vobis: ſunt quidam hic aſtantes, qui nō guſtabunt mortem donec viderint filium hominis venientem in regnum ſuum.

CAP. XVII.

ET poſt ſex dies, accepit Ieſchua Kipho & Iaakoub, & Iouchanon fratrem eius, & adduxit eos in montem excelſum ſolos.

* Sir. 12. 39.
* Ionæ 2.
* Mar. 8. 14. Lu. 12. 1.
* Sir. 14. 17. Ioan. 6. 9.
* Sir. 15. 34.
*Mar. 8. 27. Lu. 9. 18.
* Io. 6. 69
* Io. 1. 42
* Iſa. 22. 24. Io. 20. 23.
* Mar. 33. 8.
* Sir. 10. 38. Lu. 9. 23. & 14. 17. & 17. 33. * Io. 12. 25.
* Act. 17. 31. Rom. 2. 6. *Mar. 9. 1 Lu. 9. 27.
Mar. 9. 2. Lu. 9. 28.
* Cōmemoratio ne Apoſtolorum SS.
* Dominica ſecunda poſt Pentecoſten.
* Ad Veſperā feſto tabernaculorū.

Transl. B. Ariæ Mont.

Hypocritæ, illam quidem faciem cæli noſtis diiudicare? at ſigna temporum non poteſtis; Generatio mala & adultera ſignum inquirit: & ſignum nō dabitur ei, ſi non ſignum Ionæ Prophetæ. & relinquens eos, abiit,

Et venientes diſcipuli eius in vlterius littus, obliti ſunt panes ſumere,

At Ieſus dixit illis: Intuemini & attendite à fermento Phariſæorum & Sadducæorum.

Illi vero ratiocinabantur in ſeipſis, dicentes. Quia panes non accepimus.

Sciens autē Ieſus, dixit illis: Quid ratiocinamini in vobisipſis, exiguæ fidei, quia panes nō ſumpſiſtis?

Nondum intelligitis neq; recordamini quinque panes quinque milliū, & quot cophinos ſumpſiſtis?

Neque ſeptem panes quatuor millium, & quot ſportas ſumpſiſtis?

Quomodo nō intelligitis quia nō dè pane dixi vobis attendere à fermēto Phariſæorū & Sadducæorū?

Tunc intellexerunt, quia non dixerit attendere à fermento panis, ſed à doctrina Phariſæorum & Sadducæorum.

Veniens autem Ieſus in partes Cæſareæ Philippi, interrogabat diſcipulos ſuos, dicens: Quem me dicunt homines eſſe, filium hominis?

Illi vero dixerunt, Hi quidem Ioannem Baptiſtam, alij autem Eliam, alij vero Hieremiam, aut vnū Prophetarum.

Dicit illis: Vos autem quem me dicitis eſſe?

Reſpondens autem Simon Petrus, dixit: Tu es Chriſtus filius Dei viui.

Et reſpondens Ieſus dixit ei: Beatus es Simon Bar Iona quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed Pater meus qui in cælis.

Et ego autem tibi dico, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo meam eccleſiam: & portæ inferi non præualebunt ei.

Et dabo tibi claues regni cælorum. Et quodcūque ligaueris ſuper terrā, erit ligatum in cælis: & quodcumque ſolueris ſuper terram, erit ſolutū in cælis.

Tunc præcepit diſcipulis ſuis, vt nemini dicerēt quia ipſe eſſet Ieſus Chriſtus.

Extunc cœpit Ieſus oſtendere diſcipulis ſuis, quia oporteret eum abire in Hieroſolymam, & multa pati à Senioribus, & principibus Sacerdotum, & ſcribis & occidi, & tertia die excitari.

Et aſſumens eum Petrus, cœpit increpare illum, dicens: Clemens tibi Domine: non erit tibi hoc.

Is vero conuerſus, dixit Petro Vade poſt me Satana ſcandalum mihi es: quia non ſapis ea quæ Dei ſed ea quæ hominum.

Tunc Ieſus dixit diſcipulis ſuis, Si quis vult poſt me venire, abneget ſemet ipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.

Qui enim voluerit animam ſuam ſeruare perdet eam: qui autem perdiderit animam ſuam propter me, inueniet eam.

Quid enim iuuatur homo ſi mundum vniuerſum lucretur, at animam ſuam mulctetur? Aut quam dabit homo permutationem animæ ſuæ?

Futurum eſt enim Filius hominis venire in gloria Patris ſui cum angelis ſuis: & tunc reddet vnicuique ſecundum actionem eius.

Amen dico vobis, ſunt quidam hic ſtantium, qui non guſtabunt mortem, donec videant Filium hominis venientem in regno ſuo.

CAP. XVII.

ET poſt dies ſex aſſumit Ieſus Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius, & ducit illos in montem excelſum priuatè.

Tranſl. Eraſm. Rotterod.

4 *Hypocritæ, faciem cœli ſcitis diiudicare, ſigna vero temporum non poteſtis? Natio prauа, & adultera, ſignum requirit, & ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ prophetæ. Et relictis illis abiit.*

5 *Et cum veniſſent diſcipuli eius in vlteriorem ipſum ripam, per obliuionem non ſumpſerant panes.*

6 *Ieſus autem dixit illis, Videte & cauete à fermento phariſæorum ac ſadducæorum.*

7 *At illi reputabant intra ſeſe, dicentes, Panes non ſumpſimus.*

8 *Quod vbi cognouit Ieſus, dixit illis, Quid cogitatis intra veſipſos, ô parum fidentes, quod panes non ſumpſeritis?*

9 *Nōdū intelligitis, neq; memoriatenetis, quinq; illos panes, cū homines eſſēt quinquies mille, & quot cophinos ſuſtuleritis?*

10 *Neque ſeptem illos panes, cū homines eſſent quater mille, & quot ſportas acceperitis?*

11 *Qui fit, vt non intelligatis, me non de pane dixiſſe vobis illud, vt caueretis à fermento phariſæorū & ſadducæorū?*

12 *Tunc intellexerunt, quid non iuſſiſſet cauere à fermento panis, ſed à doctrina phariſæorum, & ſadducæorum.*

13 *Cum veniſſet autem Ieſus in partes Caſareæ eius quæ cognominatur Philippi, interrogauit diſcipulos ſuos dicens, Quem me dicunt homines eſſe filium illum hominis?*

14 *Illi verò dicebant, Alij quidem Ioannem Baptiſtam, alij verò Heliam, alij verò Hieremiam, aut vnū de numero prophetarum.*

15 *Dicit illis, At vos quem me dicitis eſſe?*

16 *Reſpondens autem Simon Petrus, dixit, Tu es Chriſtus ille filius Dei viuentis.*

17 *Et reſpondens Ieſus dixit illi, Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed pater meus qui eſt in cœlis.*

18 *At ego viciſſim tibi dico quod tu es Petrus, & ſuper hāc petram ædificabo meam eccleſiam, & portæ inferorum non valebunt aduerſus illam.*

19 *Et dabo tibi claues regni cœlorum, & quicquid alligaueris in terra, erit ligatum in cœlis, & quicquid ſolueris in terra, erit ſolutum in cœlis.*

20 *Tunc edixit diſcipulis ſuis, ne cui dicerent quod ipſe eſſet Ieſus Chriſtus.*

21 *Ex eo tempore cœpit Ieſus indicare diſcipulis ſuis, quod oporteret ipſum abire Hieroſolymam, ac multa pati à ſenioribus & principibus ſacerdotum, & ſcribis, & occidi, & tertio die reſuſcitari.*

22 *Et cum abduxiſſet eum Petrus, cœpit illum increpare dicens, Propitius tibi ſis Domine, nequaquam erit tibi hoc.*

23 *At ille conuerſus dixit Petro, Abi poſt me Satana, obſtaculo es mihi, quia non ſapis ea quæ ſunt Dei, ſed ea quæ ſunt hominum.*

24 *Tunc Ieſus dixit diſcipulis ſuis, Si quis vult poſt me venire abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam ac ſequatur me.*

25 *Qui enim voluerit animam ſuam ſeruare, perdit eam. Rurſus qui perdiderit animam ſuam mea cauſa, inueniet eam.*

26 *Quid enim prodeſt homini, ſi totum mundum lucratus fuerit, animæ verò ſuæ iacturam fecerit? Aut quid dabit homo cuius permutatione redimat animam ſuam.*

27 *Futurum eſt enim, vt filius hominis veniat in gloria patris ſui, cum angelis ſuis, & tunc reddet vnicuique iuxta facta ipſius.*

Amen dico vobis, ſunt quidam hic ſtantes, qui non guſtabunt mortem, donec viderint filium hominis venientem in regno ſuo.

CAP. XVII.

1 *ET poſt dies ſex, aſſumit Ieſus Petrum ac Iacobum & Ioannem fratrem eius, & ſubducit illos in montem excelſum ſeorſum.*

Vulgat. Editio.

Et transfiguratus est ante eos. Et resplenduit facies eius sicut sol: vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix.

Et ecce apparuerunt illis Moyses, & Elias cum eo loquentes.

Respondens autem Petrus, dixit ad Iesum: Domine: bonū est nos hic esse: si vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, Moysi vnum, & Eliæ vnū.

Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obūbrauit eos. * Et ecce vox de nube, dicēs hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cōplacui: ipsum audite.

* 2. Pet. 1. 17. Sup. 3. 17.

Et audientes discipuli ceciderūt in faciem suam, & timuerunt valde.

Et accessit Iesus, & tetigit eos: dixitque eis: Surgite, & nolite timere.

Leuantes autem oculos suos, neminē viderunt, nisi sōlum Iesum.

Et descendentibus illis de monte, præcepit eis Iesus, dicens: Nemini dixeritis visionem, donec Filius hominis à mortuis resurgat.

* Mar. 9. 12. Mal. 4. 5.

Et interrogauerūt eū discipuli, dicētes: * Quid ergo Scribæ dicūt quod Eliā oporteat primū venire?

At ille respondens, ait eis: Elias quidem venturus est, & restituet omnia.

Dico autem vobis, * quia Elias iam venit, & non cognouerunt eum, * sed fecerunt in eo quæcunque voluerunt. Sic & Filius hominis passurus est ab eis.

* Sa. 11. 14. * Sa. 14. 9

Tunc intellexerunt discipuli, quia de Ioanne Baptista dixisset eis.

* Et cum venisset ad turbam, accessit ad eū homo genibus prouolutus ante eum, dicens: Domine, miserere filio meo, quia lunaticus est, & male patitur: nam sæpe cadit in ignem, & crebrò in aquam.

* Mar. 9. 17. Lu. 9. 39.

Et obtuli eum discipulis tuis, & non potuerunt curare eum.

Respondens autem Iesus, ait: O generatio incredula, & peruersa, quousque ero vobiscum? vsquequo patiar vos? Afferte huc illum ad me.

Et increpauit illum Iesus, & exiit ab eo dæmonium, & curatus est puer ex illa hora.

Tunc accesserunt discipuli ad Iesum secreto, & dixerunt: Quare nos non potuimus eiicere illum?

Dixit illis Iesus: Propter incredulitatem vestram. * Amen quippe dico vobis, si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic: Transi hinc illuc, & transibit, & nihil impossibile erit vobis.

* Lu. 17. 6

Hoc autem genus non eiicitur nisi per orationem, & ieiunium.

Conuersantibus autem eis in Galilæa, dixit illis Iesus: * Filius hominis tradēdus est in manū hōinū.

* Mar. 9. 31. Lu. 9. 44. Inf. 20. 18

Et occident eum, & tertia die resurget. Et contristati sunt vehementer.

Et cum venissent Capharnaum, accesserunt qui didrachma accipiebant, ad Petrum, & dixerunt ei: Magister vester non soluit didrachma?

Ait: Etiam. Et cum intrasset in domum, præuenit eum Iesus, dicens: Quid tibi videtur Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributum, vel censum? à filiis suis, an ab alienis?

Et ille dixit illi: Ab alienis. Dixit illi Iesus: Ergo liberi sunt filij.

Vt aūt nō scādalizem, eos, vade ad mare & mitte hamū: & eū piscē, qui primus ascēderit, tolle: & aperto ore eius, inuenies stater ē illū sumes, da eis, p me, & te.

CAP. XVIII.

Mar. 9. 34. Lu. 9. 46. Inf. 19. 14.

IN illa hora accesserunt discipuli ad Iesum, dicētes: Quis putas maior est in regno cœlorum?

Transl. ex Syriac.

Et transformatus est Ieschua coram eis. Et splenduit facies eius vt sol: vestimenta verò ipsius facta sunt candida vt lux.

Et apparuerunt eis Mouschе & Ilijo, quum loquerentur cum eo.

Respondit autem Kipho & dixit Ieschua: Domine mi, bonum est nos hic esse: & si vis, faciemus hic tria tabernacula, vnum tibi, vnumq; Mouschе, & vnum Ilijo.

Et adhuc eo loquente, ecce nubes lucida operuit eos.

Et vox facta est de nube, dicens: Hic est filius meus dilectissimus, in quo mihi complacui: ipsum audite.

Quod quum audissent discipuli, procidерunt in facies suas, & timuerunt valde.

Et accessit ad eos Ieschua, & tetigit eos: inquiens: Surgite, ne timeatis.

Sustulerunt q; oculos suos, & neminem viderunt, nisi Ieschua solum.

Quumq; descenderent de monte, præcepit eis Ieschua, eisq; dixit: Coram nemine dixeritis visionem hanc, donec surrexerit Filius hominis à mortuis.

Et interrogauerunt eum discipuli sui, & dicūt ei: Quid igitur Scribæ dicunt, quod Ilijo oporteat prius venire?

Respondit Ieschua & dixit eis: Ilijo venturus est prius, vt omnia restituat.

Ego verò dico vobis, iam venit Ilijo, neque nouerunt eum, & fecerunt in eum quicquid voluerunt. Ità & filius hominis vim passurus est ab eis.

Tunc intellexerunt discipuli eum de Iouchanon Baptista ipsis verba fecisse.

Quumq; venissent ad turbam, accessit ad eum homo, & procidens super genua sua, dixit ei: Domine mi, miserere mei & filij mei, quippe qui lunaticus sit & malè afficiatur: sæpissimè enim in ignem cadit, & sæpissimè in aquam.

* Feria secunda hebdomadis tertiæ Iulij.

Eumq; obtuli discipulis tuis, nec potuerunt eum sanare.

Respondit Ieschua, & ait: O vos generatio infidelis & peruersa, quousque tandem ero vobiscū? & quousque tandem tolerabo vos? Adducite eum mihi huc.

Et increpauit eum Ieschua, & exijt ab illo dæmonium, & sanitati restitutus est puer ex illa hora.

Tunc adierunt discipuli Ieschua priuatim, & dixerunt ei: Quare nos non potuimus eum sanare?

Dixit eis Ieschua: Propter incredulitatem vestram. Amin enim dico vobis, Si fuisset in vobis fides instar grani sinapis, diceretis monti huic: Decede hinc, & decederet, & nihil præualeret vobis.

Hoc verò genus (dæmoniorum) non egreditur, nisi ieiunio & oratione.

Quū autē conuersarētur in Galilæa, dixit eis Ieschua: futurum est vt filius hominis tradatur in manus hominū.

* Feria tertia Septimanæ tertiæ ieiunij.

Et interficient eum, die verò tertio resurget. Et tristitia affecti sunt valdè.

Quumq; venissent in Capharnacum accesserunt ad Kipho, ij qui accipiunt binas zuzim (binas drachmas) argenti capitatim, & dixerunt ei: Magister vester nō tradit duas drachmas suas.

Dicit eis: Etiam. Et cum ingressus fuisset Kipho domum, præoccupauit eum Ieschua, & ait illi: Quid tibi videtur Schemeoun? Reges terræ à quo accipiunt tributum, aut pecuniam capitatim? à filiis suis, an ab extraneis?

Dicit ei Schemeoun: Ab extraneis. Ait illi Ieschua: Ergo liberi sunt filij.

Ne autē simus illis scandalo, abi ad mare, & injice hamum: & eius piscis, qui primus ascenderit aperi os, & inuenies statērem: ipsum accipe & offer pro me & pro te.

CAP. XVIII.

Feria prima tertiæ hebdomadis post Pentecosten.

EA ipsa hora accesserunt discipuli ad Ieschua, & inquiunt: Quisnam est maximus in regno cœlorum?

Transl. B. Ariæ Mont.

Et transfiguratus est ante eos: & resplenduit facies eius sicut Sol, at vestimenta eius facta sunt candida vt lux. 2

Et ecce apparuerunt illis Moyses & Elias, cum eo colloquentes. 3

Respondens autem Petrus, dixit Iesu: Domine, pulchrum est nos hic esse: si vis, faciamus hic tria vmbracula, tibi vnū, & Moysi vnum, & vnū Eliæ. 4

Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbrauit eos. Et ecce vox de nube, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo bene acquieui: ipsum audite. 5

Et audientes discipuli, ceciderunt in faciē suam, & timuerunt valde. 6

Et accedens Iesus tetigit eos, & ait: Surgite: & ne metuite. 7

Leuantes autem oculos suos, neminem viderunt, si non Iesum solum. 8

Et descendentibus illis de monte, præcepit illis Iesus, dicens: Nemini dixeritis visionem, donec filius hominis à mortuis resurgat. 9

Et interrogauerunt eum discipuli eius, dicentes: Quid ergo Scribæ dicunt, quod Eliam oporteat venire primum. 10

* At Iesus respondens, ait eis: Elias quidem venit primum, & instaurabit omnia. 11

Dico autem vobis: quia Elias iam venit, & non cognouerunt eum: sed fecerunt in eo quæcumque voluerūt. Sic & filius hōnis futurus est pati ab eis. 12

Tunc intellexerunt discipuli, quia de Ioanne Baptista dixit eis. 13

Et venientibus eis ad turbam accessit ad eum homo genupetens ipsum. Et dicens: Domine, miserere meo filio, quia lunaticus est & malè patitur: sæpe enim cadit in ignem, & crebrò in aquam: 14

Et attuli eum discipulis tuis, & non potuerunt eum curare. 15

Respondēs autem Iesus, ait: O generatio incredula & peruersa vsque quando ero cum vobis vsque quando tolerabo vos? Ferte mihi illum huc. 16

Et increpauit illum Iesus: & exiit ab eo dæmonium: & curatus est puer ex hora illa. 17

Tunc accedentes discipuli Iesu priuatim, dixerunt Propter quid nos nō potuimus eiicere illum. 18

At Iesus dixit illis: Propter incredulitatem vestram. Amen quippe dico vobis, si habueritis fidem sicut granū sinapis denunciabitis monti huic Transi hinc illuc, & trāsibit: & nihil impossibile erit vobis. 19

Hoc autem genus non eiicitur, si nonin oratione & ieiunio, 20

Versantibus autem eis in Galilæa, dixit illis Iesus: Futurus est Filius hominis tradi in manus hominū. 21

Et occident eum, & tertia die excitabitur, Et cōtristati sunt vehementer. 22

Venientibus autē illis in Capernaum, accesserunt didrachma sumentes Petro, & dixerunt: magister vester non soluit didrachma? 23

Ait Etiam, Et quum intrasset in domum præuenit eum Iesus, dicens, Quid tibi videtur, Simon? reges terræ à quibus accipiunt tributa vel censum? à filiis suis, an ab alienis? 24

Dicit ei Petrus: Ab alienis. Dixit illi Iesus Ergo liberi sunt filij. 25

Vt autem non scandalizetis eos, Vadens ad mare, mitte hamum: & ascendentem primum piscem tolle: & aperiens os eius, inuenies staterem: illum sumens, eis da pro me & te. 26

CAP. XVIII.

ET In illa hora accesserunt discipuli Iesu dicentes: Quis nam maior est in regno cælorum? 1

Transl. Erasm. Rotterod.

Transformatus q̄ est coram illis, & splenduit facies eius sicut sol. Vestimenta autem illius facta sunt alba, sicut lumen. 2

Et ecce conspecti sunt illis Moses & Helias cum illo colloquentes. 3

Respondens autem Petrus, dixit Iesu. Domine bonum est nos hic esse. Si vis faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, & Mosi vnum, Heliæ vnum. 4

Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbrauit illos. Et ecce vox è nube quæ diceret, Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacitum est, ipsum audite. 5

Et cum hæc audissent discipuli, prociderunt in faciem suam, & territi sunt vehementer. 6

Et accedens Iesus tetigit illos dixit q̄ Surgite & ne timeatis. 7

Vbi vero sustulissent oculos suos neminem videbant, nisi Iesum solum. 8

Et cum descenderent de monte, præcepit illis Iesus dicens. Ne cui dixeritis visionē, donec filius hominis à mortuis resurgat. 9

Et interrogauerunt eum discipuli sui, dicentes, Cur igitur scribæ dicunt, quod Heliam oporteat venire prius. 10

Iesus autem respondens dixit illis, Helias quidem veniet prius, & restituet omnia. 11

Cæterū dico vobis, Heliam iam venisse, & non agnouerunt eum: sed fecerunt in eo quæcunque voluerunt. Sic & filius hominis passurus est ab illis. 12

Tunc intellexerunt discipuli, quod de Ioanne Baptista dixisset ipsis. 13

Et cum venissent ad turbam, accessit ad eum homo quidam flectens genua illi, dicens q̄, Domine miserere filij mei, quoniam lunaticus est, & misere affligitur. Nam sæpe cadit in ignem, & sæpe in aquam. 14

Et obtuli eum discipulis tuis, nec potuerunt eū sanare. 15

Respondens autem Iesus dixit, O natio incredula, & distorta, quousque tandem ero vobiscum? Vsquequo patiar vos? Adducite illum huc. 16

Et increpauit illud Iesus, & exijt ab eo dæmonium, & sanatus est puer à tempore illo. 17

Tunc accedentes discipuli ad Iesum seorsum dixerunt, Quare nos non potuimus eijcere illud. 18

Iesus autem dixit illis, propter incredulitatem vestram. Amen quippe dico vobis, si habeatis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, demigra hinc illuc, & demigrabit, neque quicquam impossibile erit vobis. 19

Sed hoc genus non egreditur, nisi per deprecationem & ieiunium. 20

Cùm autem versarentur in Galilæa, dixit illis Iesus: Futurū est vt filius hominis tradatur in manus hominum. 21

Et occident eum ac tertio die resurget. & mœrore affecti sunt vehementer. 22

Cum autem venissent in oppidum Capernaum, accesserunt, qui didrachma solent accipere ad Petrum, dixerunt q̄: præceptor vester num soluit didrachma? 23

Dicit, etiam, Et cum ingressus fuisset in domum, præuenit illum Iesus, dicens: Quid tibi videtur Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributa aut censum? à filiis suis, an ab alienis? 24

Dicit illi Petrus: Ab alienis. Ait illi Iesus: Ergo liberi sunt filij. 25

Verum ne simus illis offendiculo, profectus ad mare mitte hamum, & eum piscem qui prodierit primus, tolle: & aperto ore illius inuenies staterem: acceptum eum da illis pro me & te. 26

CAP. XVIII.

IN illo tempore accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes: Quis maximus est in regno cœlorum. 1

Vulgat. Editio.

Et aduocans Iesus paruulum, statuit eum in medio eorum.

Et dixit: Amen dico vobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum.

Quicumque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic est maior in regno cœlorum.

Et qui susceperit vnum paruulum talem in nomine meo, me suscipit.

*Qui autem scandalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris,

Væ mundo à scandalis, Necesse est enim vt veniant scandala: verumtamen væ homini illi, per quem scandalum venit.

* Si autem manus tua, vel pes tuus scandalizat te: abscinde eum. & proiice abs te: bonum tibi est ad vitam ingredi debilem, vel claudum, quam duas manus, vel duos pedes habentem mitti in ignem æternum.

Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum. & proiice abs te: bonum tibi est cum vno oculo in vitam intrare, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis.

Videte ne contemnatis vnum ex his pusillis: dico enim vobis, *quia Angeli eorum in cœlis semper vident faciem Patris mei qui in cœlis est.

* Venit enim filius hominis saluare quod perierat.

Quod vobis videtur? si fuerint alicui centũ oues, & errauerit vna ex eis: nõne relinquit nonaginta nouẽ in mõtibus, & vadit quærere eã, quæ errauit?

Et si contigerit vt inueniat eam: Amen dico vobis quia gaudet super eam magis quam nonagintanouem, quæ non errauerunt.

Sic non est voluntas ante Patrem vestrum, qui in cœlis est, vt pereat vnus de pusillis istis.

* Si autem peccauerit in te frater tuus vade, & corripe eum inter te, & ipsum solum: si te audierit, lucratus eris fratrem tuum.

Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum, vel duos, * vt in ore duorum, vel trium testium stet omne verbum.

Quod si non audierit eos: dic ecclesiæ: si autem ecclesiam non audierit: sit tibi sicut * ethnicus, & publicanus.

* Amen dico vobis, quæcumque alligaueritis super terram erunt ligata & in cœlo: & quæcumque solueritis super terram, erunt soluta & in cœlo.

Iterum dico vobis si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quamcumque petierint, fiet illis à Patre meo qui in cœlis est.

Vbi enim sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.

Tunc accedens Petrus ad eum, dixit: * Domine quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei vsque septies?

Dicit illi Iesus: Non dico tibi vsque septies: sed vsque septuagies septies.

Ideo assimulatum est regnum cœlorum homini regi qui voluit rationem ponere cum seruis suis.

Et cum cœpisset rationem ponere, oblatus est ei vnus, qui debebat ei decem millia talenta.

Cum autem non haberet, vnde redderet, iussit eum dominus eius venundari, & vxorem eius, & filios, & omnia, quæ habebat, & reddi.

Procidens autem seruus ille, orabat eum, dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.

Misertus autem dominus serui illius, dimisit eum, & debitum dimisit ei.

Transl. ex Syriac.

2 *Et vocauit Ieschua puerulum, eumque statuit inter ipsos.*

3 *Et ait: Amin ego dico vobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut pueruli, non intrabitis in regnum cœlorum.*

4 *Quisquis ergo deprimit seipsum sicut iste puerulus, is erit maximus in regno cœlorum.*

5 *Et quisquis excepit quasi puerulum hunc in nomine meo, is me excipit.*

6 *Quisquis autem offendiculo fuerit vni ex istis minimis, qui credunt in me, satius ei fuerit vt suspenderetur mola asinaria in collo eius, ac demergeretur in profundis maris.*

7 *Væ mundo à scandalis: Necesse est enim vt veniant scandala: væ autem homini per quem venient scandala.*

8 *Si verò manus tua aut pes tuus offendiculo tibi fuerit, amputa eum, & abijce abs te: bonum enim tibi est vt ingrediaris ad vitam quum fueris claudus, aut mancus, non autem quum habueris duas manus, duosve pedes ruas in ignem æternum.*

9 *Quòd si oculus tuus tibi fuerit offendiculo, effode eum, & abijce abs te: bonum enim tibi est vt cum vno oculo ingrediaris ad vitam, non autem quum habueris duos oculos, cadas in gehennam ignis.*

10 *Videte ne dispiciatis vnum ex istis pusillis, ego enim dico vobis, Angeli eorum in omni tempore vident faciem Patris mei, qui in cœlis est.*

11 *Venit enim filius hominis vt seruet quicquid perierat.*

12 *Quid vobis videtur? si fuerint homini centum oues, & errauerit vna ex eis: nonne relinquit nonagintanouem in monte & profectus quærit eam quæ aberrat?*

13 *Quod si inuenerit eam: Amen ego dico vobis, maiori ob eam afficietur gaudio, quàm ob nonagintanouem, quæ non aberrarunt.*

14 *Ita non est voluntas coram Patre vestro, qui in cœlis est, vt pereat vnus ex istis pusillis.*

15 * *Si verò errauerit in te frater tuus, ito, argue eum inter te, & ipsum solum: si te audierit, lucratus es fratrem tuum.*

16 *Sin verò non audierit, assume tecum vnum, duosve, vt in ore duorum aut trium testium constet omne verbum.*

17 *Sin verò nec eos quoque audierit: dic ecclesiæ: quòd si nec ecclesiam ipsam audierit: sit tibi tamquam publicanus & tamquam ethnicus.*

18 *Equidem ego dico vobis quicquid ligaueritis in terra, erit legatum in cœlis; & quicquid solueritis in terra, erit solutum in cœlis.*

19 *Rursum ego dico vobis, si duo ex vobis vnanimes fuerint in terra, quicquid voluerint petere, fiet eis ab ipso Patre meo qui in cœlis est,*

20 *Vbi enim duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, illic sum inter eos.*

21 *Tunc accessit ad eum Kipho, & dixit ei: Domine mi, quoties si errauerit in me frater meus, remittam ei? vsque septies?*

22 *Ait illi Ieschua: Non dico tibi, vsque septies, sed vsque septuagesies septies.*

23 * *Propterea assimilatum est regnum cœlorum viro regi, volenti recipere rationem à seruis suis.*

24 *Et quum incepisset recipere, obtulerunt ei quemdam debitorem decies mille talentorum.*

25 *Quumque is non haberet vnde solueret, iussit eum dominus eius venundari, vxoremq; ac filios eius, quicquid denique habebat, vt solueret.*

26 *Et procidens seruus ille adorabat eũ, inquiens: Domini mi, longanimis esto erga me, & omnia tibi rependam.*

27 *Et misertus est dominus serui illius, ac dimisit eum, debitumq; ipsius remisit ei.*

1. Cor. 14. 20.

* Mat. 9. 4. Luc. 17. 1

* Sup. 5. 30. Mar. 9. 43

* Psal. 33. 8.

* Luc. 19. 10. Luc. 15. 4

* Lit. 17. 3 Leu. 19. 17. Eccl. 19. 13. Iac. 5. 19.

* Deu. 19. 15. 2. Cor. 13. 1. Hebr. 10. 28. Ioã. 8. 17.

* 2. Thes. 3. 14. 1. Cor. 5. 9 Ioa. 20. 23

* Luc. 17. 4.

* Festa Petri Quarta Primitiæ Pentecostes.

* In Sabbathi secundi Ieiunij.

Transl. B. Ariæ Mont.

Et aduocans Iesus puerulum, statuit eum in medio eorum.

Et dixit, Amen dico vobis, si non conuersi fueritis & efficiamini sicut pueruli, nequaquam intrabitis in regnum cœlorum.

Quicumque ergo humiliauerit seipsum vt puerulus iste, hic est maior in regno cœlorum.

Et qui susceperit puerulum talem vnum in nomine meo, me susciput:

Qui autem scandalizauerit vnum paruulorũ horum credentium in me, confert ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in pelago maris.

Væ mundo à scandalis. Necesse enim est venire scandala: verumtamen væ homini illi per quem scandalum venit.

Si autem manus tua, vel pes tuus scandalizat te, abscinde ea, & iace abs te: pulchrum tibi est ingredi ad vitam claudum, vel mancum, quàm duas manus vel duos pedes habentem, iaci in ignem æternum.

Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & iace abs te: pulchrum tibi est vnoculum in vitam intrare, quàm duos oculos habentem iaci in gehennam ignis.

Attendite ne despiciatis vnum paruulorum horum: dico enim vobis, quia Angeli eorum in cœlis per omne aspiciunt faciem Patris mei qui in cœlis.

Venit enim Filius hominis saluare perditum.

Quid vobis videtur? si fuerint alicui homini centum oues, & errauerit vna ex eis, nonne relinquens nonaginta nouem in montibus, vadens quærit errantem?

Et si fiat inuenire eam, amen dico vobis, quia gaudet super eam magis, quàm super nonagintanouem non aberrantibus.

Sic non est voluntas ante Patrem vestrum qui in cœlis, vt pereat vnus paruulorum horum.

Si autem peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipsum solum. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum.

Si autem non audierit, assume cum te adhuc vnum vel duos, vt in ore duorum testium vel trium stet omne verbum.

Si autem neglexerit eos, dic ecclesiæ: si autem & ecclesiam neglexerit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus.

Amen dico vobis, quæcumque alligaueritis super terram, erunt ligata in cœlo: & quæcumque solueritis super terram, erunt soluta in cœlo.

Iterum dico vobis, quia si duo vestrum consenserint super terram de omni re quamcumque petierint, fiet illis à Patre meo qui in cœlis.

Vbi enim sunt duo vel tres coacti in meo nomine, ibi sum in medio eorum.

Tunc accedens ad eum Petrus, dixit: Domine, quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? vsque septies?

Dixit illi Iesus: Non dico tibi, vsque septies, sed vsque septuagies septem.

Propter hoc assimulatũ est regnũ cœlorũ homini regi, qui voluit conferre rationem cum seruis suis.

Incipiente verò ipso conferre, oblatus est ei vnus debitor decies mille talentorum.

Non habente autem illo reddere, iussit eum dominus eius vænundari, & vxorem eius, & filios, & omnia quæ habebat, & reddi.

Procidens autem seruus, adorabat eũ, dicens: Domine, longanimis esto erga me, & omnia tibi reddã.

Commotus visceribus autem dominus serui illius, absoluit eum, & mutuum dimisit ei.

Transl. Erasm. Roterod.

2 *Et accersitum ad se puellum Iesus, statuit in medio illorum, & dixit:*

3 *Amen dico vobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut pueri, non ingredietis in regnum cœlorum.*

4 *Quisquis igitur humiliauerit semetipsum, sicut est puellus iste, hic est ille maximus in regno cœlorum.*

5 *Et qui receperit vnum puellum talem in nomine meo, me recipit.*

6 *Qui autem offenderit vnum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei, vt suspendatur mola asinaria in collum eius, ac demergatur in profundum maris.*

7 *Væ mundo ab offendiculis. Necesse est enim vt veniant offendicula. Verumtamen væ homini, per quem offendiculum venit.*

8 *Quod si manus tua, vel pes tuus obstaculo est tibi, abcide eum, & proijce abs te. Bonum est tibi ad vitam ingredi claudum, aut mutilum, potius quam duas manus vel duos pedes habentem, mitti in ignem æternum.*

9 *Et si oculus tuus offendit te, erue eum, & proijce abs te. Bonum est tibi, vt luscus intres in vitam, potius quam vt duos oculos habens mittaris in gehennam ignis.*

10 *Videte ne contemnatis vnum ex his pusillis. Dico enim vobis: quod Angeli eorum in cœlis semper vident faciem patris mei, qui in cœlis est.*

11 *Venit enim Filius hominis seruare quod perierat.*

12 *Quid vobis videtur? si fuerint alicui homini centum oues, & errauerit vna ex eis, nonne relictis nonagintanouem in montibus, vadit & quærit eam quæ errauerat?*

13 *Et si contigerit vt inueniat eam, amen dico vobis, gaudet super ea magis quàm super nonagintanouem quæ non errauerunt.*

14 *Sic non est voluntas coram patre vestro qui in cœlis est, vt pereat vnus de pusillis istis.*

15 *Porrò si peccauerit in te frater tuus, vade & argue eum inter te & ipsum solum,*

16 *Si audierit, lucratus es fratrem tuum: sin verò te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum aut duos, vt in ore duorum aut trium testium consistat omne verbum.*

17 *Quod si non audierit eos, dic ecclesiæ. Quod si ecclesiam non audierit, sit tibi veluti ethnicus & publicanus.*

18 *Amen dico vobis, quæcumque alligaueritis super terram, erunt ligata in cœlo, & quæcumque solueritis super terram, erunt soluta in cœlo.*

19 *Rursum dico vobis, quod si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quamcumque petierint, fiet illis à patre meo qui in cœlis est.*

20 *Vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.*

21 *Tunc accedens Petrus ad eum, dixit: Domine, quoties peccabit in me frater meus, & remittam ei? Num vsque septies?*

22 *Dicit illi Iesus: Non dico tibi vsque septies, sed vsque septuagies septies.*

23 *Ideo assimulatum est regnum cœlorum homini regi, qui voluit conferre rationem cum seruis suis.*

24 *Et cum cœpisset conferre, oblatus est ei vnus qui debebat ei decem millia talentorum.*

25 *Cæterum cum is non esset soluendo, iussit eum dominus venundari, & vxorem eius, & liberos, & omnia quæ habebat, ac fieri solutionem.*

26 *Procidens autem seruus ille adorabat eum, dicens: Domine, esto patiens erga me, & omnia tibi reddam.*

27 *Misertus autem dominus serui illius, absoluit eum, & æs alienum remisit ei.*

Vulgata Editio.

Egressus autem seruus ille inuenit vnum de conseruis suis, qui debebat ei centum denarios: & tenens suffocabat eum, dicens: Redde quod debes.

Et procidens conseruus eius, rogabat eum, dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.

Ille autem noluit: sed abiit, & misit eum in carcerem donec redderet debitum.

Videntes autem conserui eius, quæ fiebant, contristati valde: & venerunt, & narrauerunt domino suo omnia, quæ facta fuerant.

Tunc vocauit illum dominus suus: & ait illi: Serue nequam, omne debitum dimisi tibi quoniam rogasti me:

Nonne ergo oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum?

Et iratus dominus eius tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet vniuersum debitum.

Sic & pater meus cœlestis faciet vobis si nō remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris.

CAP. XIX.

ET factum est, cum consummasset Iesus sermones istos, migranit à Galilæa, & * venit in finem Iudææ, trans Iordanem,

Et secutæ sunt eum turbæ multæ, & curauit eos ibi.

* Et accesserunt ad eum Pharisæi tentantes eum, & dicentes: Si licet homini dimittere vxorem suam, quacumque ex causa?

Qui respondens, ait eis: Non legistis, quia * qui fecit hominem ab initio, masculum, & feminam fecit eos? & dixit:

* Propter hoc dimittet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna.

Itaque iam non duo, sed vna caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet.

Dicunt illi: * Quid ergo Moyses mandauit dare libellum repudij, & dimittere?

Ait illis: Quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras: ab initio autem non fuit sic.

* Dico autem vobis, quia quicumque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur: & qui dimissam duxerit, mœchatur.

Dicunt ei discipuli eius: Si ita est causa hominis cum vxore, non expedit nubere.

Qui dixit illis: Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est.

Sunt enim eunuchi, qui de matris vtero sic nati sunt: & sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus: & sunt eunuchi, qui se ipsos castrauerunt propter regnum cælorum. Qui potest capere capiat.

* Tunc oblati sunt ei paruuli, vt manus eis imponeret, & oraret: Discipuli autem increpabant eos.

Iesus vero ait eis: * Sinite paruulos, & nolite eos prohibere ad me venire: talium est enim regnum cælorum.

Et cum imposuisset eis manus, abiit inde.

* Et ecce vnus accedens, ait illi: Magister bone, quid boni faciam vt habeam vitam æternam?

Qui dixit ei: Quid interrogas de bono? Vnus est bonus Deus. Si autem vis ad vitam ingredi, serua mandata.

Dicit illi: Quæ? Iesus autem dixit: * Non homicidium facies: Non adulterabis: Non facies furtum: Non falsum testimonium dices:

Honora patrem tuum, & matrem tuam, & diliges proximum tuum sicut teipsum.

Transl. ex Syriac.

Exiit autem seruus ille; & inuenit vnum ex conseruis suis, qui debebat ei centum denarios: & prehensum eum suffocabat, & dicebat ei: Da mihi quod mihi debes.

Et procidens conseruus ille ad pedes eius, rogabat eum, dicens: Longanimis esto erga me, & omnia tibi rependam.

Ille verò noluit, sed abiit; coniecit eum in carcerem, quousque redderet quod sibi debebat.

Quum autem vidissent conserui eorum, quod factum fuerat, ægrè tulerunt admodum: & venientes renunciarunt domino suo, quicquid factum fuerat.

Tunc aduocauit eum dominus ipsius: & dixit ei: Serue nequam, totum illud debitum remiseram tibi, vt qui me deprecatus fuisses:

Nonne oportuit & te misericordia commoueri erga conseruum tuum: sicut ego commotus fueram erga te?

Proinde excanduit dominus eius, eumque tradidit tortoribus, quousque persolueret quicquid ipsi debebat.

Ita faciet vobis Pater meus qui in cœlis est, nisi remiseritis suo quisque fratri ex corde vestro errata eius.

CAP. XIX.

Matutinis Dominicæ post fest. Crucis.

ET factum est, quum absoluisset Ieschua hos sermones, contulit se à Galilæa, & venit in fines Iboudeæ, vltra Iourdenon.

Veneruntque post eum cœtus multi, & sanauit eos illic.

Et audierunt eum Perischæi, ac tentabant eum, dicentes: Licet ne homini dimittere vxorem suam ex qualibet occasione?

Ipse verò respondit, & dixit eis: Nonne legistis quòd is qui fecit à principio masculum & fœminam, fecerit eos? & dixit:

Propterea relinquet vir patrem suum, matremque suam, & adiunget sese vxori suæ, eruntque ambo vna caro.

Itaque non sunt duo, sed vnum corpus. Quod ergo Deus coniunxit homo ne disiungat.

Dicunt ei: Quare igitur Mousche præcepit dare libellum repudij, & eam dimittere?

Ait illis: Mousche propter duritiam cordis vestri concessit vobis dimittere vxores vestras: verum tamen à principio non ita fuit.

Dico autem vobis, quisquis dimiserit vxorem suam non adulteram, & duxerit aliam, mœchatur: quique dimissam duxerit, mœchatur.

Dicunt ei discipuli eius: Si tale est negotium inter virum & vxorem suam, præstat non ducere vxorem.

Ipse verò dixit eis: Non quilibet sufficienter capit hunc sermonem, sed cui datum est.

Sunt enim eunuchi, qui ab vtero matris suæ ita geniti sunt: sunt & eunuchi, qui ab hominibus facti sunt spadones: denique sunt eunuchi qui fecere seipsos eunuchos propter regnum cælorū. Qui potest sufficienter capere, capiat.

Tunc obtulerunt ei paruulos, vt manum suam eis imponeret, & oraret. Et obiurgabant eos discipuli eius.

Ipse verò Ieschua dixit eis: Sinite puerulos venientes ad me, neque prohibeatis eos: eorum enim qui sunt sicut isti, est regnum cœlorum.

Et imposuit eis manum suam, & abiit illinc.

* Commemoratio. ne patris Authonij & SS. sociorum eius.

** Et venit quidam accedens, & dixit ei: Doctor bone, quid boni faciam vt habeam vitam æternam?*

Ipse verò dixit ei: Quid vocas me bonum? Non est bonus, nisi vnus Deus. Si verò vis ad vitam ingredi, serua mandata.

Dicit ei: Quanam? At ipse Ieschua, dixit ei: Non occides: Neque mœchaberis: Neque furaberis: Neque testaberis testimonium falsum:

Et Honora patrem tuum, matremque tuam; & diliges proximum tuum vt animam tuam (teipsum.)

Transl. B. Ariæ Mont.

Egressus autem seruus ille, inuenit vnum conser uorum suorum, qui debebat ei centum denarios: & apprehendens eum suffocabat, dicens: Redde mihi siquid debes.

Procidens ergo conseruus eius ad pedes eius rogabat eum, dicens: Longanimis esto in me, & omnia reddam tibi.

Ille autem noluit: sed abiens coniecit eum in custodiam, donec redderet debitum.

Videntes autem conserui eius facta contristati sunt valde: & venientes declarauerunt Domino suo omnia facta.

Tunc aduocans illum Dominus suus, dicit illi, Serue nequam, omne debitum illud dimisi tibi: quoniam aduocasti me.

Nonne oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum.

Et iratus Dominus eius, tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet vniuersum debitum ei.

Sic & Pater meus cælestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisq; fratri suo de cordibus vestris lapsus eorum.

CAP. XIX.

ET factum est quum cōsummasset Iesus sermones istos, transtulit se à Galilæa, & venit in fines Iudææ trans Iordanem.

Et sequutæ sunt eum turbæ multæ, & curauit eos ibi.

Et accesserunt ad eum Pharisæi tentantes eum, & dicentes ei: Si licet homini absoluere vxorem suam iuxta omnem causam.

Qui vero respondens ait eis? Non legistis, quia faciens ab initio, masculum & fœminam fecit eos.

Et dixit, Propter hoc dimittet homo patrē & matrē & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in vnā carnē.

Itaque nō amplius sunt duo, sed caro vna: Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet.

Dicunt illi: Quid ergo Moyses mandauit dare libellum discessionis, & absoluere eam?

Ait illis: Quod Moyses ad duritiē cordis vestri, permisit vobis absoluere vxores vestras: ab initio autem non factum est ita.

Dico autem vobis: Quia quicunque absoluerit vxorem suam, non super fornicatione, & duxerit aliā, mœchatur: & dimissam ducens mœchatur.

Dicunt ei discipuli eius: Si ita est causa hominis cum vxore, non confert nubere.

Ille vero dixit illis: Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est.

Sunt enim eunuchi, qui de vtero matris nati sunt sic: & sunt eunuchi qui castrati sunt ab hominibus: & sunt eunuchi qui castrauerūt seipsos propter regnū cælorū. potens capere capiat.

Tunc oblati sunt ei pueruli, vt manus imponeret eis, & oraret. At discipuli increpabant eos.

At Iesus ait: Sinite puerulos, & ne prohibete eos venire ad me: nam talium est regnum cœlorum.

Et imponens eis manus, abiit inde.

Et ecce vnus accedens, ait illi: Magister bone, quid boni faciam, vt habeam vitam æternam.

Ipse vero dixit ei: Quid me dicis bonum? nemo bonus, si non vnus Deus. Si autem vis ingredi ad vitam, serua mandata.

Dicit illi, Quæ? At Iesus dixit hoc. Non occides, Non adulterabis, Non furaberis, Non falso testaberis.

Honora patrem tuum & matrem tuam: & dililiges proximum tuum sicut teipsum.

Transl. Erasm. Roterod.

28 *Egressus vero seruus ille, inuenit vnum de conseruis suis, qui debebat sibi centum denarios, & iniecta in eum manu, obtorto collo trahebat, dicens: Solue quod debes.*

29 *Et procidens conseruus eius, rogabat eum, dicens: Esto patiens erga me, & omnia reddam tibi.*

30 *At ille nolebat, sed abijt & coniecit eum in carcerem, donec redderet debitum.*

31 *Porrò cum vidissent conserui eius, quæ fiebant, indoluerunt valde, & venerunt, aperuerunt́q; Domino suo omnia quæ facta fuerant.*

32 *Tunc accersiuit illum Dominus suus, & ait illi: Serue sceleste, totum debitum illud remisi tibi cum obsecrasses me.*

33 *Nonne oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus eram?*

34 *Et iratus Dominus eius, tradidit eum tortoribus quoadusque redderet totum quod debebatur sibi.*

35 *Sic & pater meus cœlestis faciet vobis si non remiseritis suo quisque fratri ex cordibus vestris delicta illorum?*

CAP. XIX.

1 *ET factum est, cum consummasset Iesus sermones hos, demigrauit à Galilæa, & venit in fines Iudææ trans Iordanem.*

2 *Et secutæ sunt eum turbæ multæ, & sanauit eos ibi.*

3 *Et accesserunt ad eum Pharisæi tentantes eum, & dicentes ei: Licet ne homini diuortium facere cum vxore sua qualibet ex causa.*

4 *Qui respondens ait eis: An non legistis, quod is qui fecit ab initio masculum & fœminam fecit eos? Et dixit:*

5 *Propterea deseret homo patrem & matrem, & adglutinabitur vxori suæ, & erunt duo in carnem vnam.*

6 *Itaq; iam non sunt duo, sed vna caro. Quod ergo Deus copulauit, homo ne separet.*

7 *Dicunt illi: Cur ergo Moyses iussit dare libellum repudij, & dimittere eam?*

8 *Ait illis: Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis repudiare vxores vestras, caterum ab initio nō fuit sic:*

9 *Dico autem vobis, quod quicunque repudiauerit vxorē suam, nisi ob stuprum, & aliam duxerit, is committit adulterium. Et qui repudiatā duxerit, is adulteriū cōmittit.*

10 *Dicunt ei discipuli eius: Si ad istum modum habet causa hominis cū vxore, nō expedit contrahere matrimoniū.*

11 *Qui dixit illis: Non omnes capaces sunt huius dicti, sed ij quibus datum est.*

12 *Sunt enim eunuchi, qui de matris vtero sic nati sunt: & sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus: & sunt eunuchi, qui seipsos castrauerunt propter regnum cælorū. Qui potest capere capiat.*

Tunc oblati sunt ei pueli, vt manus eis imponeret & oraret. Discipuli autem increpabant eos.

14 *Iesus vero ait eis: Sinite puellos, & ne prohibeatis eos ad me venire, talium est enim regnum cœlorum.*

15 *Et cum imposuisset eis manus, abijt illinc.*

16 *Et ecce vnus accedens, ait illi: Magister bone, quid boni faciam, vt habeam vitam æternam.*

17 *Qui dixit ei: Cur me vocas bonum? Nullus est bonus, nisi vnus, nempe Deus. Quod si vis ad vitam ingredi, serua mandata.*

18 *Dicit illi: Quæ? Iesus autem dixit: Non facies homicidium. Non committes adulterium. Non facies furtū. Non falsum dices testimonium.*

19 *Honora patrem & matrem. & diliges proximum tuum, vt teipsum.*

Vulgat. Editio.

Dicit illi adoleſcens: Omnia hæc cuſtodiui à iuuentute mea, quid adhuc mihi deeſt?

Ait illi Ieſus: Si vis perfectus eſſe, vade, vẽde quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo, & veni, ſequere me.

Cum audiſſet autem adoleſcens, ad verbum abiit triſtis, erat enim habens multas poſſeſſiones.

Ieſus autem dixit diſcipulis ſuis: Amẽ dico vobis, quia diues difficile intrabit in regnum cœlorũ.

Et iterum dico vobis: Facilius eſt camelum per foramen acus trãſire, quàm diuitem intrare in regnum cœlorum.

Auditis autem his, diſcipuli mirabantur valde dicentes: Quis ergo poterit ſaluus eſſe?

Aſpiciens autem Ieſus, dixit illis: Apud homines hoc impoſſibile eſt, apud Deum autem omnia poſſibilia ſunt.

Tunc reſpondens Petrus, dixit ei: Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te: quid ergo erit nobis?

Ieſus autem dixit illis: Amen dico vobis, quod vos, qui ſecuti eſtis me, in regeneratione cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis, & vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael.

Et omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit.

* Inf. 20. 16. Mar. 10. 31. Luc. 13. 30. & 18. *Multi autem erunt primi nouiſſimi, & nouiſſimi primi.

CAP. XX.

Simile eſt regnum cœlorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam ſuam.

Conuentione autem facta cum operariis ex denario diurno, miſit eos in vineam ſuam.

Et egreſſus circa horam tertiam, vidit alios ſtantes in foro otioſos.

Et dixit illis: Ite & vos in vineam meam, & quod iuſtum fuerit dabo vobis.

Illi autem abierunt: Iterum autem exiit circa ſextam & nonam horam, & fecit ſimiliter.

Circa vndecimã vero exiit, & inuenit alios ſtãtes, & dicit illis: Quid hic ſtatis tota die otioſi?

Dicunt ei: Quia nemo nos conduxit: Dicit illis: Ite & vos in vineam meam.

Cum ſero autem factum eſſet, dicit dominus vineæ procuratori ſuo: Voca operarios, & redde illis mercedẽ incipiens à nouiſſimis vſque ad primos.

Cum veniſſent ergo qui circa vndecimam horam venerant, acceperunt ſingulos denarios.

Venientes autem & primi, arbitrati ſunt quod plus eſſent accepturi: acceperunt autem & ipſi ſingulos denarios.

Et accipientes murmurabant aduerſus patremfamilias,

Dicentes: Hi nouiſſimi vna hora fecerunt, & pares illos nobis feciſti, qui portauimus pondus diei, & æſtus.

At ille reſpondens vni eorum, dixit: Amice non facio tibi iniuriam: nonne ex denario conueniſti mecum?

Tolle quod tuum eſt, & vade: volo autem & huic nouiſſimo dare ſicut & tibi.

Tranſl. ex Syriac.

20 *Dicit ei ille adoleſcens: Hæc omnia obſeruaui à pueritia mea, in quo defectuoſus ſum?*

21 *Dixit ei Ieſchua: Si vis perfectus eſſe, ito, vende poſſeſſionem tuam, & eroga pauperibus, & futurus eſt tibi theſaurus in cœlis, veniq; poſt me.*

22 *Audiens autem ille adoleſcens hunc ſermonem, abijt ægrè ferens, habebat enim poſſeſſionem multam.*

23 *Ieſchua vero ait diſcipulis ſuis: Amin ego dico vobis, difficile eſt diuiti ingredi regnum cœlorum.*

24 *Rurſus verò dico vobis: Facilius eſt camelum ingredi per foramen acus, quam diuitem ingredi regnum Dei.*

25 *Diſcipuli autem quum hæc audiſſent, obſtupuerunt vehementer, & inquiunt: Quis igitur poteſt ſeruari?*

26 *Intuitus eſt eos Ieſchua, & dixit eis: Apud homines hoc eſt impoſſibile, apud Deum verò nihil non poſſibile eſt.*

27 * *Tunc reſpondit Kipho, & dixit ei: Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te, quid igitur nobis futurum eſt?* * Matutinis feſt. Petri & Pauli.

28 *Dicit eis Ieſchua: Amin ego dico vobis: Quod vos qui veniſtis poſt me, in ſeculo nouo quũ ſedebit filius hominis ſuper thronum gloriæ ſuæ, ſedebitis, & vos ſuper duodecim ſedes & iudicabitis duodecim tribus Iſroel.*

29 *Et quiſquis reliquerit domos, aut fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut liberos, aut latifundia propter nomen meum, vnum in centum (centuplum) accipiet, & vitam æternam hæreditate poſſidebit.*

30 *Multi autem primi erunt nouiſſimi, & nouiſſimi primi.*

CAP. XX.

1 *Simile enim eſt regnum cœlorum viro Domino domus, qui exiit ſummo diluculo ad condu;cendos operarios pro vinea ſua.* Lectio Pauli à poſtoli.

2 *Pactus autem cum operariis denario in diem, miſit eos in vineam ſuam.*

3 *Et exijt hora tertia, videnſq; alios ſtantes in platea, & otioſos.*

4 *Dixit eis: Ite & vos in vineam, & quodcunque oportuerit dabo vobis.*

5 *Illi autem abierunt: Et egreſſus rurſum ſextam, & nonam hora fecit itidem.*

6 *Et circa vndecimam horam exijt, & inuenit alios ſtantes, & otioſos, ac dixit eis: Quid ſtatis totum diem etiam otioſi?*

7 *Dicunt ei: Quia nemo nos conduxit: Quibus ſubdit: Ite & vos in vineam & quodcunque oportuerit, accipietis.*

8 *Quum autem eſſet veſpera, ait Dominus vineæ præfecto domus ſuæ: Voca operarios, & da eis mercedem eorum & incipe à nouiſſimis ad primos vſque.*

9 *Quumq; veniſſent illi vndecimæ horæ, acceperunt ſinguli denarium.*

10 *Et quum veniſſent primi ſperabant ſe plus reportaturos: acceperunt autem ſinguli denarium ipſi quoque.*

11 *Et quum accepiſſent, obmurmurabant aduerſus patremfamilias.*

12 *Dicentes: Iſti nouiſſimi vnam horam operati ſunt, & adæquaſti eos nobiſcum, qui pertulimus pondus diei, & æſtum.*

13 *Ipſe verò reſpondit, & ait vni ex eis: Mi ſocie, iniquus non ſum in te: nonne denario pactus es mecum?*

14 *Accipe quod tuum eſt, & abi: volo autem huic nouiſſimo dare vt & tibi.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Dicit illi adolescens: Omnia hæc custodiui à iuuentute mea, quid adhuc deficio.

Ait illi Iesus: Si vis perfectus esse, vade, vēde tuā substantiam, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo, & veni, sequere me.

Audiens autem adolescens, verbum abiit tristis: erat enim habens possessiones multas.

At Iesus dixit discipulis suis: Amē dico vobis, quia difficile diues intrabit in regnum cœlorum.

Iterum autem dico vobis: Facilius est camelum per foramē acus trāsire, quàm diuitem in regnum Dei intrare.

Audiētes autem discipuli eius mirabantur valde, dicentes: Quis ergo poterit seruari?

Aspiciens autem Iesus, dixit illis: Apud homines hoc impossibile est, apud autem Deum omnia possibilia sunt.

Tunc respondens Petrus, dixit ei: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis?

At Iesus dixit illis: Amen dico vobis, quod vos, sequuti me, in regeneratione quum sederit filius hominis in throno gloriæ suæ, sedebitis, & vos super duodecim thronos, iudicantes duodecim tribus Israel.

Et omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut natos, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.

*Multi autem erunt primi nouissimi, & nouissimi primi.

CAP. XX.

Simile enim est regnum cœlorum homini patrifamilias, qui exijt cum diluculo conducere operarios in vineam suam.

Conueniens autem cum operariis ex denario diem misit eos in vineam suam.

Et egressus circa horam tertiam, vidit alios stantes in foro otiosos.

Et dixit illis: Abite & vos in vineam & quod fuerit iustum dabo vobis.

Illi autem abierunt: Iterum exiens circa sextam & nonam horam, fecit similiter.

Circa vero vndecimā horam exiēs, inuenit alios stātes otiosos, & dicit illis: Quid hic statis totā diem otiosi?

Dicunt ei: Quia nemo nos mercede conduxit: Dicit eis: Ite & vos in vineam, & quod fuerit iustum sumetis?

Vespere autem facto dicit dominus vineæ procuratori suo: Voca opērarios, & redde illis mercedē, incipiens à nouissimis vsque ad primos.

Et venientes qui circa vndecimam horam, acceperunt singuli denarium.

Venientes autem primi, arbitrati sunt quod plus essent accepturi: & acceperunt & ipsi singuli denarium.

Et accipientes murmurabant aduersus patremfamilias,

Dicentes, quod hi nouissimi vnā horā fecerunt, & pares nobis illos fecisti, portātibus pondus diei, & æstus,

Ille vero respondens dixit vni eorum: Amice nō facio tibi iniuriam: nonne denario conuenisti mecum?

Tolle quod tuum, & abi: volo autem huic nouissimo dare sicut & tibi.

Transl. Erasm. Rotterod.

20 *Dicit illi adolescens: Omnia hæc seruaui à iuuentute mea, quid adhuc mihi deest?*

21 *Ait illi Iesus: Si vis perfectus esse, vade, vende quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo, & veni sequere me.*

22 *Cum audisset autem adolescens, eum sermonem abijt, tristis. Erat enim habens possessiones multas.*

23 *Iesus autem dixit discipulis suis: Amen dico vobis: diues difficile intrabit in regnum cœlorum.*

24 *Et iterum dico vobis: Facilius est camelum per foramen acus transire, quàm diuitem in regnum Dei ingredi.*

25 *Auditis autem his discipuli expauerunt valde, dicentes: Quis ergo potest saluus fieri?*

26 *Intuitus autem illos Iesus, dixit illis: Apud homines hoc impossibile est, apud Deum autem omnia possibilia sunt.*

27 *Tunc respondens Petrus, dixit ei: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: Quid ergo erit nobis?*

28 *Iesus autem dixit illis: Amen dico vobis, quod vos, qui secuti estis me in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim: iudicantes duodecim tribus Israel,*

29 *Et omnis qui reliquerit domos, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, centuplū accipiet, & vitæ æternæ sortietur hæreditatem.*

30 *Multi autem primi erunt nouissimi, & nouissimi primi.*

CAP. XX.

1 *NAm simile est regnum cœlorum homini patrifamilias, qui exiit primo statim diluculo ad conducendos operarios in vineam suam.*

2 *Conuentione autem facta cum operariis in singulos dies denario, misit eos in vineam suam.*

3 *Et egressus circiter horam tertiam, vidit alios stantes in foro ociosos.*

4 *Et dixit illis: Ite & vos in vineam, & quodcumque iustum fuerit dabo vobis.*

5 *Illi autem abierunt: Rursum autem exiit, circiter sextam & nonam horam, & fecit similiter.*

6 *Circa vndecimam exijt, & inuenit alios stantes, ac dicit illis: Cur hic statis totum diem ociosi?*

7 *Dicunt ei: Quia nemo nos conduxit: Dicit illis: Abite & vos in vineam & quicquid fuerit iustum, accipietis.*

8 *Cum autem vespera facta esset, dicit Dominus vineæ, procuratori suo: Voca operarios, & redde illis mercedem, incipiens à postremis vsque ad primos.*

9 *Et cum venissent qui circa vndecimam horam venerant, acceperunt singuli denarium.*

10 *Venientes autem primi arbitrati sunt, quod plus essent accepturi, & acceperunt ipsi quoque singuli denarium.*

11 *Et cum accepissent, murmurabant aduersus patremfamilias.*

12 *Dicentes: Hi nouissimi vnam horam fuerunt in opere, & illos pares nobis fecisti, qui portauimus pondus diei, & æstum.*

13 *At ille respondens vni eorum dixit: Amice, non facio tibi iniuriam. Nonne denario pactus es mecum?*

14 *Tolle quod tuum est, & abi: volo autem huic nouissimo dare sicut & tibi.*

Vulgat. Editio.

Aut non licet mihi quod volo facere? an oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum?
*Sic erunt nouissimi, primi: & primi, nouissimi. Multi enim sunt vocati, pauci verò electi.
*Et ascendens Iesus Ierosolymam, assumpsit duodecim discipulos secreto, & ait illis:

Ecce ascendimus Ierosolymam, & Filius hominis tradetur principibus Sacerdotum, & Scribis, & condemnabunt eum morte:
Et tradent eum Gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum: & tertia die resurget.

*Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi, cum filiis suis, adorans & petens aliquid ab eo.
Qui dixit ei: Quid vis? Ait illi: Dic vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad sinistram in regno tuo.
Respondens autem Iesus dixit: Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Dicunt ei: Possumus.

Ait illis: calicem quidem meum bibetis, sedere autem ad dexteram meam, vel sinistram non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à Patre meo.
*Et audientes decem, indignati sunt de duobus fratribus.
*Iesus autem vocauit eos ad se, & ait: Scitis quia principes Gentium dominantur eorum: & qui maiores sunt potestatem exercent in eos.
Non ita erit inter vos: sed quicumque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister:
Et qui voluerit inter vos primus esse: erit vester seruus.
*Sicut Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam redemptionem pro multis.
*Ergo egredientibus illis ab Iericho, secuta est eum turba multa.
Et ecce duo cæci sedentes secus viam audierũt, quod Iesus transiret: & clamauerunt, dicentes: Domine miserere nostri filij Dauid.
Turba autẽ increpabat eos vt tacerent. At Illi magis clamabant, dicentes: Domine miserere nostri filij Dauid.
Et stetit Iesus, & vocauit eos, & ait: Quid vultis vt faciam vobis?
Dicunt illi: Domine, vt aperiantur oculi nostri.
Misertus autem eorum Iesus, tetigit oculos eorum: & confestim viderunt, & secuti sunt eum.

CAP. XXI.

ET quum appropinquassent Ierosolymis, & venissent Bethphage ad montem Oliueti, tunc Iesus misit duos discipulos:
Dicens eis: Ite in castellum, quod contra vos est, & statim inuenietis asinam alligatam, & pullũ cum ea: soluite & adducite mihi:
Et si quis vobis aliquid dixerit, dicite quia dominus his opus habet: & confestim dimittet eos.
Hoc autem totum factum est, vt adimpleretur quod dictum est per Prophetam, dicentem:
*Dicite filiæ Sion: Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam, & pullum filium subiugalis.
Euntes autem discipuli, fecerunt sicut præcepit illis Iesus.

Transl. ex Syriac.

Nonne mihi licet quod volo facere de ijs, quæ ad me pertinent? an oculus tuus malus est, quia ego bonus sum?
Sic erunt nouissimi primi, & primi nouissimi: multi sunt vocati, & pauci electi.
** Ascensurus autem erat Ieschua ad Ouirschlem, & assumpsit discipulos suos inter se, & ipsos, (priuatim.) in via, & dixit eis,*
Ecce ascendimus ad Ouirschlem, & filius hominis tradendus est principibus Sacerdotum, & Scribarum, & addicent eum morti.
Tradentq; eum gentibus, & illudent ei, & flagellis cædent eum, ac suffigent eum cruci, tertia vero die resurget.

Tunc adijt eum mater filiorum Zabdai ipsa & filij eius, & adorauit eum, & petebat ab eo aliquid.
Ipse vero dixit ei: Quid vis? Ait ei: Dic vt sedeant hi duo filij mei, vnus à dextera tua, & alter à sinistra tua in regno tuo.
Respondit Ieschua, & ait eis: Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? aut baptismate quo ego baptizor, baptizabimini? Dicũt ei: Possumus.

Quibus subdit: Calicem meum bibetis: & baptismate quo ego baptizor, baptizabimini: vt sedeatis autem à dextera mea, aut à sinistra mea, non meum est vt dem, nisi ijs, quibus paratum est à patre meo.
Quæ quum audissent decem, indignati sunt aduersus illos duos fratres.
Et aduocauit eos Ieschua, & dixit eis: Scitis principes gentium Dominos earum esse: ac magnates earum potestatem exercere in eas?
Verum non ita erit inter vos: sed qui voluerit inter vos maximus fieri, sit vobis minister:
Et qui voluerit inter vos esse primus, fiat vobis seruus,

Sicut filius hominis non venit, vt sibi ministraretur, sed vt ministraret, daretq; animam suam redemptionem pro multis.
** Quumq; exiret Ieschua ex Hierichou, veniebat post eum turba multa.*
Et ecce duo cæci sedebant iuxta viam, qui quum audissent: Ieschua præterire, ediderunt vocem dicentes: Miserere nostri Domine mi, fili Dauid.
Turba autem obiurgabant eos vt tacerent. Illi vero magis attollebant vocem suam dicentes: Domine noster miserere nostri fili Dauid.
Et subdistitit Ieschua, & aduocauit eos inquiens: Quid vultis faciam vobis?
Dicunt ei Domine noster, vt aperiantur oculi nostri.
Et misericordia commotus est erga eos, tetigitq; oculos eorum: & eo momento aperti sunt oculi eorum, & abiere post eum.

CAP. XXI.

ET quum appropinquasset Ouirschlem, venissetq; Beth-Pege iuxta verticem montis Oliuarum: misit Ieschua duos ex discipulis suis:
Et dixit eis. Ite in vicum istum qui vobis est è regione, & statim inuenietis asinam vinctam, & pullum cum ea soluite, & adducite mihi.
Et si quis dixerit vobis quidpiam, dicite ei, quia Domino nostro requiruntur: & confestim huc dimittet eos.
Hoc autem totum factum est, vt impleretur id quod dictum est per Prophetam dicentem:
Dicite filiæ Tzehioum: Ecce rex tuus venit tibi humilis, & insidens asinæ, ac pullo filio asinæ.

Profecti sunt itaq; discipuli, fecerunt, sicut præceperat eis Ieschua.

*Mar. 19. 30. Mar. 10. 31. * Lu. 13. 30. Mat. 20. 1. Lu. 18. 31.
*Mar. 10. 33.
* Mar. 10. 41. *Lu. 22. 25.
*Phil. 2. 7
*Mar. 10. 46. Lu. 18. 35.
*Isa. 62. 11. Zach. 9. 9. Io. 12. 15.
Mar. 11. 1. Lu. 19. 29.
* Feria prima 5. Dominicæ post Pentecosten.
*Adoblationem Septimanæ quintæ Ieiunij.
Ad Vesperã Dominicæ Hosanna.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Aut non licet mihi facere quod volo in meis? an oculus tuus malus est, quia ego bonus sum?
Sic erunt nouissimi, primi: & primi, nouissimi. Multi enim sunt vocati, pauci verò electi.
Et ascendens Iesus in Hierosolymam, assumpsit duodecim discipulos priuatim in via, & ait illis:

Ecce ascendimus in Hierosolymam, & Filius hominis tradetur principibus Sacerdotum & Scribis, & condemnabunt eum morte:
Et tradent eum Gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum: & tertia die resurget.
Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi, cum filiis suis, adorans & petens aliquid ab eo.
Ille vero dixit ei: Quid vis? Ait illi: Dic vt sedant hi duo filij mei, vnus à dexteris tuis, & vnus à finistris in regno tuo.
Respondens autem Iesus dixit: Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem quem ego futurus sum bibere? & baptisma quo ego baptizor baptizari? Dicunt ei: Possumus.

Et ait illis: Quidem calicem meum bibetis, & baptisma quo ego baptizor baptizabimini, at sedere à dexteris meis & à finistris meis, non est meum dare, sed quibus paratum est à Patre meo.
Et audientes decem, indignati sunt de duobus fratribus.
Verũ Iesus aduocans eos ait: Scitis quia principes Gentium dominantur eorum, & magni potestatem exercent eorum.
Non ita vero erit in vobis: sed quicumque voluerit in vobis magnus fieri, sit vester minister:
Et qui voluerit in vobis esse primus: sit vester seruus.
Sicut Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam pretium redemptionis pro multis.
Et egrdientibus illis ab Iericho, sequuta est eum turba multa.
Et ecce duo cæci sedentes secus viam audientes quod Iesus præterierit, clamauerunt, dicentes: miserere nostri Domine filij Dauid.
At turba increpabat eos vt tacerent. Illi vero magis clamabant, dicentes: Miserere nostri Domine filij Dauid.
Et stans Iesus, vocauit eos, & ait: Quid vultis faciam vobis?
Dicunt illi: Domine, vt aperiantur nostri oculi.
Visceribus commotus autem Iesus tetigit oculos eorum. & confestim respexerunt eorum oculi: & sequuti sunt eum.

CAP. XXI.

ET quum appropinquassent in Hierosolymam, & venissent in Bethphage ad montem Oliuarũ, tunc Iesus misit duos discipulos.
Dicens eis: Ite in vicum qui aduersum vos: & statim inuenietis asinam alligatam, & pullum cũ ea, soluentes adducite mihi.
Et si quis vobis dixerit aliquid, dicite quia dominus eorum vsum habet: statim autẽ dimittet eos.
Hoc autem totum factum est, vt adimpleretur effatum per Prophetam, dicentem:
Dicite filiæ Sion: Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, & insidens super asinam, & pullum filium subiugalis.
Euntes autem discipuli, & facientes sicut præordinauit illis Iesus.

Transl. Erasm. Roterod.

An non licet mihi, quod volo facere in rebus meis? an oculus tuus malus est, quod ego bonus sim? 15
Sic nouissimi erunt primi, & primi nouissimi. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi. 16
Et ascendens Iesus Hierosolyma assumpsit duodecim discipulos suos solos in via, & ait illis: 17

Ecce conscendimus Hierosolyma, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum ac scribis, & condemnabunt eum morte. 18
Et tradent eum gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum: & tertia die resurget. 19
Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi, cum filiis suis adorans, & petens aliquid ab eo. 20
At ille dixit ei: Quid vis? Ait illi, Dic vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & alter ad sinistram in regno tuo. 21
Respondens autem Iesus, dixit, Nescitis quid petitis. potestis bibere poculum quod ego bibiturus sum, & baptismate quo ego baptizor, baptizari? Dicunt ei: Possumus. 22

Et ait illis: meum quidem poculum bibetis & batismate quo ego baptizor, baptizabimini: sedere autem ad dexteram meam & sinistram meam non est meum dare, sed iis continget quibus paratum est à patre meo. 23
Et cum audissent decem indignati sunt de duobus fratribus. 24
Iesus autem vocauit eos ad se, & ait, Scitis, quod principes gentium dominentur illis, & qui magni sunt potestatem exerceant in eas: 25
Non ita erit inter vos, sed quicunque voluerit inter vos magnus fieri, sit vester minister. 26
Et qui voluerit inter vos primus esse, sit vester seruus. 27

Sicut Filius hominis non venit vt sibi ministraretur, sed vt ipse ministraret, vtq; daret animam suam redemptionem pro multis. 28
Et egredientibus illis ab Hiericho, secuta est eum turba multa. 29
Et ecce duo caci sedentes secus viam, cum audissent, quod Iesus transiret, clamauerunt dicentes: Domine miserere nostri fili Dauid. 30
Turba autem increpabat eos, vt tacerent. At illi magis clamabant, dicentes: Miserere nostri Domine fili Dauid. 31

Et stetit Iesus & vocauit eos, & ait, Quid vultis vt faciam vobis? 32
Dicunt illi: Domine, vt aperiantur oculi nostri. 33
Misertus autem eorum Iesus, tetigit oculos eorum, & confestim visum receperunt oculi illorum, & secuti sunt eum. 34

CAP. XXI.

ET cum appropinquassent Hierosolymis, & venissent Bethphage ad montem Oliuarum, tũc Iesus misit duos discipulos, 1
Dicens eis: Ite in castellum quod contra vos est, & statim inuenietis asinam alligatam, & pullum cum ea, soluite & adducite mihi. 2
Et si quis vobis aliquid dixerit, dicite: Dominus his opus habet, & confestim demittet eos. 4
Hoc autem totum factum est, vt adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentem, 5
Dicite filiæ Sion: Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam & pullum filium subiugalis. 6

Euntes autem discipuli, fecerunt sicut præcepit illis Iesus. 7

Vulgat. Editio.

Et adduxerunt asinam, & pullum: & imposuerunt super eos vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt.

Plurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via: alij autem cædebant ramos de arboribus, & sternebant in via:

Turbæ autem, quæ præcedebant, & quæ sequebantur, clamabant, dicentes: * Hosanna filio Dauid: benedictus, qui venit in nomine Domini: Hosanna in altissimis. * Ps. 117. 26. Mar. 11. 9. Lu. 19. 38.

Et cum intrasset Ierosolymam, commota est vniuersa ciuitas, dicens: Quis est hic?

Populi autem dicebant: Hic est Iesus propheta à Nazareth Galilææ.

* Et intrauit Iesus in templum Dei: & eiiciebat omnes vendentes, & ementes in templo, & mensas nummulariorũ & cathedras vendentium columbas euertit. * Ioã. 2. 14.

Et dixit eis: Scriptũ est *: Domus mea, domus orationis vocabitur: vos autem illam fecistis speluncam latronum. * Deu. 14. 25. Is. 56. 7. Ier. 7. 11.

Et accesserunt ad eum cæci & claudi in templo, & sanauit eos.

Videntes autem principes Sacerdotum & Scribæ mirabilia quæ fecit, & pueros clamãtes in templo, & dicentes: Hosanna filio Dauid, indignati sunt:

Et dixerunt ei: Audis quid isti dicunt? Iesus autem dixit eis: Vtique nunquam legistis: * Quia ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem? * Ps. 8. 3.

Et relictis illis, abijt foras extra Ciuitatem in Bethaniam: ibique mansit.

Mane autem reuertens in ciuitatem, esurijt.

Et vidẽs fici arborem vnam secus viam venit ad eam: & nihil inuenit in ea, nisi folia tantum: & ait illi: Nunquam ex te fructus nascatur in sempiternum: & aresacta est continuo ficulnea.

* Et videntes discipuli, mirati sunt, dicẽtes: Quomodo continuo aruit? * Mat. 11. 13.

Respondens autem Iesus, ait eis: Amen dico vobis, si habueritis fidem, & non hæsitaueritis, nõ solum de ficulnea facietis, sed etsi monti huic dixeritis: Tollere, & iacta te in mare, fiet. * Mat. 17. 20.

*Et omnia quæcunque petieritis in oratione credentes accipietis.

Et cum venisset in templũ, accesserunt ad eum docentem principes Sacerdotum, & seniores populi dicentes: * In qua potestate hæc facis? & quis tibi dedit hanc potestatem? * Sup. c. 7. 1. Io. 3. 22.

Respondens Iesus, dixit eis: Interrogabo vos & ego vnum sermonem: quem si dixeritis mihi, & ego vobis dicam in qua auctoritate hæc facio.

Baptismus Ioannis vnde erat? è cœlo, an ex hominibus? At illi cogitabant inter se dicentes: Si dixerimus è cœlo; dicet nobis, Quare ergo non credidistis illi?

Si autem dixerimus ex hominib. timemus turbam. * omnes enim habent Ioannem ficut prophetam. * Sup. 14. 5.

Et respondentes Iesu, dixerunt: Nescimus. Ait illis & ipse: Nec ego dico vobis in qua potestate hæc facio.

Quid autẽ vobis videtur? Homo quidam habebat duos filios: & accedens ad primum, dixit: Fili, vade hodie operare in vinea mea.

Ille autem respondens, ait: Nolo. Postea autem, pœnitentia motus abijt.

Accedens autem ad alterum, dixit similiter. At ille respondens, ait: Eo Domine, & non iuit.

Transl. ex Syriac.

7 *Et adduxerunt asinam, & pullũ, & imposuerunt pullo vestimenta sua, & equitauit super eum Ieschua.*

8 *Plurima autem turba sternebant pallia sua in via: alij vero cadebant ramos ex arboribus, & projciebant in via.*

9 *Caterum turba illa, quæ præcedebant eum, quæque eum sequebantur, clamabant dicentes: Ouschano filio Dauid: benedictus ille qui venit in nomine Domini: Ouschano in excelsis.*

10 *Quumq; fuisset ingressus Quirschlem, commota est vniuersa ciuitas, dicebantq;: Quis hic est?*

11 *Turbæ vero dicebant: Hic est Ieschua propheta ille ex Notzrath Galileæ.*

12 *Et introiuit Ieschua in templum Dei, eiecitq; eos omnes qui emebant & vendebant in templo, & subuertit mensas trapezitarum, sedesq; eorum qui venundabant columbas.*

13 *Et ait illis: Scriptum est, Domus mea, domus orationis vocabitur. vos autem fecistis eam speluncam latronũ.*

14 *Et adierunt eum in templo cæci & claudi, & sanauit eos.*

15 *Quum autem vidissent principes sacerdotum, & Perischæ miranda, quæ fecerat, & pueruli qui clamabant in templo, & dicebant: Ouschano filio Dauid, indignati sunt.*

16 *Et dicunt ei: Audis qui dicant isti? dixit eis Ieschua, etiam nunquam legistis, Ex ore puerulorum, & infantium direxisti laudem?*

17 ** Porrò dereliquit eos, exiitq; extra ciuitatem in Beth-Anio, & pernoctauit illic.* * Lectio feriæ 5. hebdomadis quæ ex feria.

18 *Mane vero cum reuersus fuisset in ciuitatem, esurijt,*

19 *Vidensq; ficum vnam in via, venit ad eam, nihilq; in ea reperit nisi folia tantum: & dixit ei, Non erunt in te amplius fructus in æternum. Et statim aruit ficus illa.*

20 *Quod cum vidissent discipuli, mirati sunt dicentes: Quomodo in momento exaruit ficus?*

21 *Respondit Ieschua, & ait illis: Amin dico vobis, si fuerit in vobis fides, neque dubitaueritis, non solum hoc de ficu facietis, verumetiam si monti huic dixeritis: Tollitor & cade in mare, fiet.*

22 *Et quicquid petieritis oratione, & credideritis, accipietis.*

23 *Et quum veniisset Ieschua in templum, adierunt eum principes sacerdotum, & seniores populi quum doceret, & dicunt ei: Quanam auctoritate ista facis? Et quis dedit tibi potestatem hanc?*

24 *Respondit Ieschua, & dixit eis: Interrogabo vos, & ego verbum vnum, & si dixeritis mihi, ego quoque dicam vobis, quanam potestate ista faciam.*

25 *Baptisma Iouchanõ vnde erat? è cœlo, an ex hominibus? Illi vero cogitabant in animabus suis, dicentes:*

26 *Si dixerimus è cœlo, dicet nobis, Quare fidem ei nõ adhibuistis? Sin dixerimus, ab hominibus, timemus à turbis. omnes enim vt prophetam habebant ipsum Iouchanon.*

27 *Et responderunt ei, dicentes: Nescimus. Ait illis, Ieschua, Nec ego dicam vobis quanam potestate ista faciam.*

28 *Quid autem vobis videtur? Vir quidam habebat filios duos, & accedens ad priorem dixit ei: Fili mi, abi, hodie cole vineam.* Statio secunda secundæ noctis Pasionis.

29 *Is autem respondit, & ait: Nolo. Postea vero respuit, & abijt.*

30 *Et accedens ad alterum, dixit ei itidem. Is vero respondit, & ait: Ego Domine mi abeo: nec abijt,*

Transl. B. Ariæ Mont.

Adduxerunt asinam, & pullum: & imposuerunt super eos vestimenta sua, & insedit desuper eos.

At plurima turba strauerunt sua vestimenta in via: alij autem cædebant ramos de arboribus, & sternebant in via.

At turbæ præcedentes, & sequentes clamabant, dicentes: Hosanna filio Dauid: benedictus, veniẽs in nomine Domini: Hosanna in altissimis.

Et intrante eo in Hierosolymam, commota est vniuersa ciuitas dicens: Quis est hic?

At turba dicebant: Hic est Iesus propheta qui à Nazareth Galilææ.

Et intrauit Iesus in templum Dei: & eiiciebat omnes vendentes, & mercãtes in templo, & mẽsas nummulariorũ euertit, & cathedras vendentium columbas.

Et dixit eis: Scriptum est: Domus mea, domus orationis vocabitur: vos autem illam fecistis speluncam latronum.

Et accesserunt ad eum cæci & claudi in templo, & sanauit eos.

Videntes autem principes Sacerdotum & Scribæ mirabilia quæ fecit, & pueros clamãtes in templo, & dicentes: Hosanna filio Dauid, indignati sunt:

Et dixerunt ei: Audis quid isti dicunt? At Iesus dicit eis: Vtique nunquam legistis, Quia ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem?

Et relinquens ipsos abijt extra ciuitatẽ in Bethaniam, & diuersatus est ibi.

Mane autem reuertens in ciuitatem, esurijt.

Et vidẽs ficum vnam secus viam venit ad eam: & nihil inuenit in ea, si non folia tantum: & ait illi: Nunquam ex te fructus fiat in sæculum: & arefacta est continuo ficulnea.

Et videntes discipuli, mirati sunt, dicẽtes: Quomodo continuo aruit ficus?

Respondens autem Iesus, ait eis: Amen dico vobis, si habueritis fidem, & non hæsitaueritis, nõ solum quod ficus facietis, sed etiã monti huic dixeritis: Tollere, & iactare in mare, fiet.

Et omnia quæcunque petieritis in oratione credentes accipietis.

Et venienti ipsi in templum, accesserunt ei docenti principes Sacerdotum, & seniores populi dicentes: In qua auctoritate hæc facis? & quis tibi dedit auctoritatem hanc?

Respondens autẽ Iesus, dixit eis: Interrogabo vos & ego sermonẽ vnum: quem si dixeritis mihi, & ego vobis dicam in qua auctoritate hæc facio.

Baptismus Ioannis vnde erat, è cœlo, an ex hominibus? Illi autem ratiocinabantur apud seipsos dicentes: Si dixerimus è cœlo: dicet nobis, Quare ergo non credidistis illi?

Si autem dixerimus ex hominib. timemus turbam. omnes enim habent Ioannem sicut prophetã.

Et respondentes Iesu, dixerunt: Nescimus. Ait illis & ipse: Nec ego dico vobis in qua auctoritate facio.

Quid autẽ vobis videtur? Homo quidam habebat natos duos: & accedens primo dixit: Fili vade hodie operare in vinea mea.

Ille autem respondens, ait: Nolo. Postea autem pœnitentia affectus abijt.

Et accedens alteri, dixit similiter. Ille vero respondens, ait: Ego Domine, & non abijt.

Transl. Erasm. Rotterod.

6 *Et adduxerunt asinam & pullum, & imposuerunt super eos vestimenta sua, & eum super illa collocarunt.*

7 *Plurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via. Alij vero cædebant ramos de arboribus, & sternebant in via.*

8 *Porrò turbæ quæ præcedebant & quæ sequebantur clamabant, dicentes: Hosanna filio Dauid. Benedictus qui venit in nomine Domini, hosanna in altissimis.*

9 *Et cum intrasset Hierosolyma, commota est vniuersa ciuitas, dicens: Quis est hic?*

10 *Turba autem dicebant: Hic est Iesus ille propheta à Nazareth Galilææ.*

11 *Et intrauit Iesus in templum Dei, & eiiciebat omnes vendentes & ementes in templo, mensasque nummulariorum, & cathedras vendentium columbas euertit.*

12 *Et dixit eis: Scriptum est, domus mea, domus deprecationis vocabitur. At vos fecistis illam speluncam latronum.*

13 *Et accesserunt ad eum cæci & claudi in templo, & sanauit eos.*

14 *Cum vidissent principes sacerdotum, & scribæ mirabilia quæ fecerat, & pueros clamantes in templo, & dicẽtes: Hosanna filio Dauid, indignati sunt.*

15 *Et dixerunt ei: Audis quid isti dicunt? Iesus autem dicit eis: Quid ni: Nunquam legistis, Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem?*

16 *Et relictis illis, exijt è ciuitate in Bethaniam, & diuersatus ejs illic.*

17 *Mane autem reuertens in ciuitatem, esurijt.*

18 *Et cum vidisset fici arborem vnam in via, venit ad eã, & nihil inuenit in ea, nisi folia tantum: Et ait illi: Ne post hac ex te fructus nascatur in æternum, & arefacta est continuo ficus.*

19 *Et eo viso discipuli mirati sunt, dicentes: Quomodo continuo exaruit ficus?*

20 *Respondens autem Iesus, ait eis: Amen dico vobis, si habueritis fidem, & non hæsitaueritis, non solum hoc quod accidit ficui facietis, verumetiam si monti huic dixeritis, tollere, & projce te in mare, fiet.*

21 *Et omnia quæcunque petieritis in deprecatione credentes, accipietis.*

22 *Et cum venisset in templum, accesserunt ad eum docentem principes sacerdotum & seniores populi dicentes: Qua auctoritate hæc facis? & quis tibi dedit istam auctoritatem?*

23 *Respondens autem Iesus, dixit eis: Interrogabo vos & ego quiddam: quod si dixeritis mihi, & ego vobis dicam, qua auctoritate hæc faciam.*

24 *Baptismus Ioannis vnde erat? è cœlo an ex hominib. At illi cogitabant apud se dicentes: Si dixerimus è cœlo, dicet nobis, Quare ergo non credidistis illi?*

25

26 *Sin autem dixerimus ex hominibus, timemus turbam, omnes enim habent Ioannem vt prophetam.*

27 *Et respondentes Iesu dixerunt, Nescimus. Ait illis & ipse. Nec ego dico vobis qua auctoritate hæc faciam.*

28 *Quid autem vobis videtur? Homo habebat duos filios, & accedens ad priorem dixit; Fili vade hodie operare in vinea mea.*

29 *Ille autem respondens ait: Nolo: postea vero pœnitẽtia motus, abiit.*

30 *Accedens autem ad alterum, dixit, similiter. At ille respondens ait: Ego Domine, & non abijt.*

Vulgat. Editio.

Quis ex duobus fecit voluntatem patris? Dicunt ei: Primus. Dicit illis Iesus: Amen dico vobis, quia publicani, & meretrices præcedent vos in regnum Dei.

Venit enim ad vos Ioannes in via iustitiæ, & non credidistis ei; publicani autem, & meretrices crediderunt ei: vos autem videntes, nec pœnitentiam habuistis postea, vt crederetis ei.

* Mar.12.1. Luc.20.9. Isa.5. Ier.2.21. Aliam parabolam audite: *Homo erat paterfamilias, qui plantauit vineam, & sepem circumdedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis, & peregre profectus est.

Cum autem tempus fructuũ appropinquasset, misit seruos suos ad agricolas, vt acciperent fructus eius.

Et agricolæ, apprehensis seruis eius alium ceciderunt, alium occiderunt, alium vero lapidauerunt.

Iterũ misit alios seruos plures prioribus, & fecerunt illis similiter.

Nouissime autem misit ad eos filium suum, dicens: Verebuntur filium meum.

Agricolæ autem videntes filium, dixerunt intra se: *Hic est hæres, venite, occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius. *Inf.26.3 & 27.1. Ioã.12.53

Et apprehensum eum eiecerunt extra vineam, & occiderunt.

Cum ergo venerit dominus vineæ, quid faciet agricolis illis?

Aiunt illi: Malos male perdet: & vineam suam locabit aliis agricolis, qui reddant ei fructum temporibus suis.

Dicit illis Iesus: Numquam legistis in Scripturis: *Lapidẽ, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli? A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris: *Psal.117.22. Act.4.11. Ro.9.33. 1.Pet.2.7

Ideo dico vobis, quia auferetur à vobis regnum Dei: & dabitur genti facienti fructus eius.

Et qui ceciderit super lapidem istum, confringetur: super quem vero ceciderit, conteret eum.

Et cũ audissent principes Sacerdotum, & Pharisæi parabolas eius, cognouerũt quod de ipsis diceret.

Et quærentes eũ tenere, timuerunt turbas: quoniam sicut prophetam eum habebant.

CAP. XXII.

Et respondens Iesus, dixit iterum in parabolis eis, dicens

Simile factum est regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo.

Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias, & nolebant venire.

Iterum misit alios seruos, dicens: Dicite inuitatis: Ecce prandium meum paraui, tauri mei, & altilia occisa sũt, & omnia parata: venite ad nuptias.

Illi autem neglexerunt: & abierunt, alius in villam suam, alius vero ad negotiationem suam:

Reliqui vero tenuerunt seruos eius, & contumeliis affectos occiderunt.

Rex autem cum audisset, iratus est: & missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum succendit.

Tunc ait seruis suis: Nuptiæ quidem paratæ sunt sed qui inuitati erant, non fuerunt digni.

Ite ergo ad exitus viarum, & quoscumque inueneritis, vocate ad nuptias.

Et egressi serui eius in vias, congregauerunt omnes, quos inuenerunt malos & bonos: & impletæ sunt nuptiæ discumbentium.

Transl. ex Syriac.

Vter ex istis duobus exercitus est voluntatem patris sui? Dicunt ei: Prior ille. Ait illis Ieschua: Amin ego dico vobis, publicanos, & meretrices præcessuros vobis in regnum Dei.

Venit enim ad vos Iouchanon in via rectitudinis, neque credidistis ei, publicani vero, & meretrices crediderunt ei: vos autem nequidẽ quum hæc videretis, respuistis postea, vt credeteis ei.

Audite aliam parabolam: Fuit vir quidam Dominus domus, qui plantauit vineam, & vndequaque obuallauit eam maceria, fodit q; in ea torcular, & extruxit in ea turrim, & locauit eam agricolis, ac peregrè perfectus est.

Quum autem appropinquasset tempus fructuum, misit seruos suos ad agricolas, vt ad se mitterent de fructibus vineæ suæ.

Et prehenderunt agricolæ seruos eius, & alium quidem percussserunt, alium lapidibus obruerunt, alium denique trucidarunt.

Et rursum misit seruos alios plures prioribus, & itidem fecerunt eis.

Nouissimè autem misit ad eos filium suum, quum diceret: Iam erubescent propter filium meum.

Agricolæ vero cum viderunt ipsum filium dixerunt inter se: Hic est hæres, venite trucidemus eum, & obtinebimus hæreditatem eius.

Comprehensum itaque eiecerunt eum extra vineam, & interfecerunt.

Quum venerit igitur dominus vineæ, quid facturus est agricolis istis?

Dicunt ei: Malè malè (inquam) perdet eos, vineamque elocabit alijs agricolis, illi quidem reddent ei fructus in tempore suo.

Dixit illis Ieschua: Nunquã legistis in Scriptura: Quæ lapidem reprobauerant ædificantes, is factus est in caput anguli? Ab ipso Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris?

Propterea dico vobis, ablatum iri à vobis regnum Dei: & datum iri Genti edituræ fructus.

Et quisquis ceciderit super hunc lapidem, confringetur: super quemcunque verò ille ceciderit dissipabit eum.

Et quum audissent principes Sacerdotum, & Perischai parabolas eius, cognouerunt eum de seipsis loqui.

Et quærebant eum prehendere, sed timuerunt à turba: quia tamquam Prophetam habebat eum.

CAP. XXII.

Et respondit iterum Ieschua in parabolis inquiens:

Missio-nis præ-cedens no-tio secun-dam pas-sionis.

Assimilatur regnum cœlorum viro regi, qui fecit conuiuium filio suo.

Et misit seruos suos qui conuocarent inuitatos ad conuiuium, nec voluerunt venire.

Et rursum misit seruos alios inquiens: Dicite inuitatis: Ecce conuiuiũ meum paratũ est, tauri mei, & altilia mea mactata sunt, cunctaque parata sunt; venite ad conuiuium.

Illi autem spreuerunt: & abiere, alius quidem in villam suam, alius verò ad mercaturam suam.

Reliqui autem comprehenderunt seruos eius, & opprobrio affecerunt, ac trucidarunt.

Quod cùm audisset rex, exarduit: missisque exercitibus suis perdidit homicidas illos, & ciuitatem eorum concremauit.

Tunc dixit seruis suis: Conuiuium paratum est, illique qui inuitati fuerant, non erant digni.

Ite ergo ad exitus viarum, & quemcumque inueneritis, vocate ad conuiuium.

Et egressi serui illi in vias, congregauerunt quoscumque repererunt malos, & bonos: & impleta est domus conuiuij discumbentibus.

Transl. B. Ariæ Mont.

Quis ex duobus fecit voluntatem patris? Dicũt ei, Primus. Dicit illis Iesus: Amen dico vobis, quod publicani & meretrices præeunt vobis in regnum Dei.

Venit enim ad vos Ioannes in via iustitiæ, & non credidistis ei: At publicani & meretrices crediderunt ei. vos autem videntes non pœnituistis postea ad credendum ei.

Aliam parabolam audite: Homo quidam erat paterfamilias, qui plantauit vineam, & sepem ei circumposuit, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim, & locauit eã agricolis, & peregrè profectꝰ est

Quum autem appropinquasset tempus fructuũ, legauit seruos suos ad agricolas accipere fructus eius.

Et accipientes agricolæ seruos eius, hunc quidẽ ceciderunt, hunc vero occiderunt, illum vero lapidauerunt.

Rursum legauit alios seruos plures prioribus: & fecerunt illis similiter.

Posterius autem misit ad eos filium suum, dicens: Verebuntur filium meum.

At Agricolæ videntes filium, dixerunt in seipsis: Hic est hæres: venite, occidamus eum & obtineamus hæreditatem eius.

Et sumentes eiecerunt eum extra vineam, & occiderunt.

Quum ergo venerit dominus vineæ, quid faciet agricolis illis?

Aiunt illi: Malos malè perdet ipsos, & vineam locabit aliis agricolis, qui reddent ei fructus in tẽporibus suis.

Dicit illis Iesus: Nunquam legistis in Scripturis: lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli? A Domino factũ est istud: & est mirabile in oculis nostris.

Propter hoc dico vobis, quod tolletur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius.

Et cadens super lapidem istum, conquassabitur: super quem vero ceciderit, comminuet eum.

Et audientes principes Sacerdotũ & Pharisæi parabolas eius, cognouerunt quod de ipsis diceret.

Et quærentes eum prehendere, timuerũt turbas: quoniam sicut prophetam eum habebant.

CAP. XXII.

ET respondens Iesus, iterum dixit eis in parabolis, dicens:

Simile factum est regnum cœlorum homini regi qui fecit nuptias filio suo:

Et misit seruos suos vocare vocatos ad nuptias: & nolebant venire.

Iterum misit alios seruos, dicens: Dicite vocatis: Ecce prandium meum paraui, tauri mei & altilia occisa, & omnia expedita, venite ad nuptias.

Illi autẽ negligẽtes abierunt, ille quidem in proprium agrum, ille vero ad mercaturam suam:

At reliqui prehendentes seruos eius, contumeliis affecerunt, & occiderunt.

Audiens autem rex ille, iratus est: & mittens exercitus suos, perdidit homicidas illos, & ciuitatẽ illorum incendit.

Tunc ait seruis suis: Quidem nuptiæ expeditæ sunt: qui autem vocati, non fuerunt digni.

Ite ergo ad compita viarum, & quoscunque inueneritis, vocate ad nuptias.

Et egressi serui illi in vias, congregauerunt omnes quos inuenerunt, malosque & bonos: & impletæ sunt nuptiæ discumbentium.

Transl. Erasm. Roterod.

Vter è duobus fecit quod voluit pater? Et dicunt ei, prior. Dicit illis Iesus, Amen dico vobis, quod publicani & meretrices præcedunt vos in regnum Dei.

Venit enim ad vos Ioannes per viam iustitiæ, & non credidistis ei, publicani autem & meretrices crediderunt ei. Vos autem cum vidissetis non fuistis commoti pœnitentia postea, vt crederetis ei.

Aliam parabolam audite. Homo quidam erat paterfamilias, qui plantauit vineam, & sepem circumdedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis, ac peregrè profectus est.

Cum autem tempus fructuum appropinquasset, misit seruos suos ad agricolas, vt acciperent fructus ipsius.

Et agricolæ apprehensis seruis eius, alium ceciderunt, alium occiderunt, alium vero lapidauerunt.

Iterum misit alios seruos plures prioribus, & fecerunt illis similiter.

Nouissime autem misit ad eos filium suum, dicens: reuerebuntur filium meum.

Agricolæ autem viso filio, dixerunt intra se. Hic est hæres, venite occidamus eum, & occupemus hæreditatem eius.

Et apprehensum eum, eiecerunt ex vinea, & occiderunt.

Cum ergo venerit Dominus vineæ, quid faciet agricolis illis?

Aiunt illi. Mali cum sint, malè perdet illos, & vineam suam locabit aliis agricolis, qui reddent ei fructum temporibus suis.

Dicit illis Iesus, nunquam legistis in scripturis, Lapidem, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. à domino factum est hoc, & est mirabile in oculis nostris?

Ideo dico vobis, auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius.

Et qui ceciderit super lapidem istum, confringetur: super quem vero ceciderit, conteret eum.

Et cum audissent principes sacerdotum ac pharisæi parabolas eius, cognouerunt, quod de se diceret.

Et quærentes illi manus iniicere timuerũt turbas, quoniam tanquam prophetam eum habebant.

CAP. XXII.

ET respondens Iesus, iterum dixit eis per parabolas, & ait:

Simile factum est regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo.

Et emisit seruos suos, vt vocarent inuitatos ad nuptias, & nolebant venire.

Rursus emisit alios seruos, dicens: Dicite inuitatis: Ecce prandium meum paraui, tauri mei & altilia mactata sunt, & omnia parata, venite ad nuptias.

Illi autem neglexerunt, & abierunt, alius in villam suam, alius vero ad negotiationem suam.

Reliqui vero tenuerunt seruos eius, & contumeliis affectos occiderunt.

Rex autem cum audisset, iratus est, & missis exercitibus suis perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum succendit.

Tunc ait seruis suis: Nuptiæ quidem paratæ sunt, sed qui inuitati erant non fuerunt digni.

Ite ergo ad exitus viarum, & quotcunque inueneritis, vocate ad nuptias.

Et egressi serui eius in vias, congregauerunt omnes quotquot inuenerunt, malos pariter ac bonos, & impletæ sunt nuptiæ discumbentibus.

Vulgat. Editio.

Intrauit autem rex vt videret discumbentes, & vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali.

Et ait illi: Amice, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit:

* Sup. 8. 12. & 13. 42. Inf. 25. 30 Tunc dixit rex ministris: * Ligatis manibus, & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & stridor dentium.

Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.

* Mar. 12. 13. Lu. 20. 20 * Tunc abeuntes Pharisæi, consilium inierunt vt caperent eum in sermone.

Mittunt ei discipulos suos cum Herodianis dicentes: Magister, scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo: non enim respicis personam hominum:

Dic ergo nobis quid tibi videtur, licet censum dare Cæsari, an non?

Cognita autem Iesus nequitia eorum, ait: Quid me tentatis hypocritæ?

Ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium.

Et ait illis Iesus: Cuius est imago hæc, & superscriptio?

* Ro. 13. 7 Dicunt ei: Cæsaris. Tunc ait illis: * Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo.

Et audientes mirati sunt, & relicto eo abierunt.

In illo die accesserunt ad eum Sadducæi, qui dicunt non esse resurrectionem: & interrogauerunt eum,

* Mar. 12. 19. Lu. 20. 28 Ac. 23. 6. Deu. 25. 5 Dicentes: Magister, Moyses dixit: * Si quis mortuus fuerit non habens filium, vt ducat frater eius vxorem illius, & suscitet semen fratri suo.

Erant autem apud nos septem fratres, & primus vxore ducta, defunctus est: & non habēs semen, reliquit vxorem suam fratri suo.

Similiter secūdus, & tertius vsque ad septimum.

Nouissime autem omniū & mulier defuncta est.

In resurrectione ergo cuius erit de septem vxor? omnes enim habuerunt eam.

Respondens autem Iesus, ait illis: Erratis, nescientes Scripturas, neque virtutem Dei.

In resurrectione enim neque nubent, neque nubentur: sed erunt sicut Angeli Dei in cœlo.

De resurrectione autem mortuorum non legistis quod dictum est à Deo dicente vobis:

* Exo. 3. 6 Ego sum Deus Abrahā, & Deus Isaac, & Deus Iacob? Non est Deus mortuorum, sed viuentium.

Et audiētes turbæ, mirabantur in doctrina eius.

* Mar. 12. 28. Lu. 20. 27 * Pharisæi autem audientes quod silentium imposuisset Sadducæis, conuenerunt in vnum:

Et interrogauit eum vnus ex eis legis doctor, tentans eum:

* Deu. 6. 5 Magister, quod est mandatum magnum in Lege?

Ait illi Iesus: * Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua:

Hoc est maximum, & primum mandatum.

* Le. 19. 18. Mar. 12. 31. Lu. 10. 41 Secundum autem simile est huic: * Diliges proximum tuum, sicut teipsum.

In his duobus mandatis vniuersa lex pendet, & prophetæ.

Congregatis autem Pharisæis, interrogauit eos Iesus,

Dicens: Quid vobis videtur de Christo? cuius filius est? Dicunt ei: Dauid.

Transl. ex Syriac.

Ingressus autem rex vt spectaret discumbentes, intuitus est illic hominem non indutum vestimentis conuiualibus.

Et dixit ei: Socie mi, quomodo huc ingressus es, cum non habeas vestimenta conuiualia? Ille vero obmutuit.

Tunc ait rex ministris: Ligate manus, ac pedes eius, eumq; eijcite in tenebras exteriores; illic erit fletus, & stridor dentium.

Multi siquidem vocati sunt, pauci vero electi.

Ad Vesperā feria 3. Septimanæ Pasfionis. * *Tunc abeuntes Perischæi, consilium inierunt quomodo aucuparentur eum in sermone.*

Mittuntq; ad eum discipulos suos cum domesticis Herodis, & dicunt ei: Doctor, nouimus te esse veracem, viamq; Dei in veritate docere, ac nullius sustinere curam, nec enim es acceptor facierum hominum, (nec enim delectum personarum habes.)

Dic nobis igitur, vt tibi videtur, licet dare pecuniam, capitatim Cæsari, necne?

Ieschua vero cognoscens malitiam eorum, ait: Quid me tentatis acceptores vultus (Hypocritæ,)

Ostendite mihi denarium argenti capitis (census.) *Illi autem obtulerunt ei denarium.*

Et ait illi Ieschua: Cuius est imago ista, & inscriptio?

Dicunt, Cæsaris. Dixit eis: Date ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ Dei, Deo.

Quod cum audissent mirati sunt, & reliquerunt eum, atq; abiere.

Lectio Defunctorum. * *In die illo accesserunt Zadoukæi, & dicunt ei, nulla est viuificatio mortuorum: & interrogauerunt eum,*

Dicentes ei: Doctor, Mousche dixit nobis: Si quispiam moriatur, quum non habeat liberos, accipiat frater eius vxorem ipsius, & suscitet semen fratri suo.

Fuerunt autem apud nos fratres septem: primus duxit vxorem, & mortuus est: quumq; non habuisset liberos, reliquit vxorem fratri suo.

Itidem quoque secundus, & tertius, & vsque ad septem illos.

Post omnes autem mortua est, & mulier.

In resurrectione ergo cuius nam ex istis septem futura est vxor? omnes enim duxerunt eam.

Respondit Ieschua, & dixit eis: Erratis, nescientes scripturas, neque virtutem Dei.

Nam in resurrectione mortuorum, neque ducunt vxores, nec mulieres habent viros; sed sunt instar angelorum Dei in cœlis.

De resurrectione vero mortuorum, non legistis id quod dictum est vobis à Deo dicente:

Ego sum Deus Abrohom, Deus Ischok, Deus Iaakoub. nec est Deus mortuorum, sed viuentium.

Quod cum audissent turbæ, admirabantur ob doctrinam eius.

Matutinis feria 3. Septimanæ Pasfionis. * *Perischæi vero cum audissent eum imposuisse silentium Zadoukæis, congregati sunt simul.*

Et interrogauit eum vnus ex eis peritus Legis, cum tentaret eum,

Doctor, quodnam est præceptum maximū in Lege?

Ieschua autem dixit ei: Diliges Dominū Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota virtute tua, & ex tota mente tua.

Istud est præceptum maximum & primum.

Et secundum simile est ei: Diliges proximum tuum sicut animam tuam. (teipsum.)

Ab istis duobus præceptis pendent lex & Prophetæ.

Quum autem congregati fuissent Perischæi, interrogauit eos Ieschua,

Inquiēs: Quid dicitis de Meschicho, cuius est filius? Dicunt ei: Filius est Dauidis.

Transl. B. Ariæ Mont.

Ingressus autem rex spectare discumbentes, vidit ibi hominem non vestitum indumentum nuptiarum.

Et ait illi: Amice, quomodo intrasti huc, non habens vestem nuptialem? Ille vero ore occlusus est.

Tunc dixit rex ministris: Ligantes eius manus & pedes, tollite eum & eiicite in tenebras exteriores: ibi erit fletus & fremitus dentium.

Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.

Tunc abeuntes Pharisæi, consilium sumpserũt vt eum illaquearent in sermone.

Et mittunt ei discipulos suos cum Herodianis, dicentes: Magister, scimus quia verax es, & viam Dei in veritate docẽs: & non est cura tibi de aliquo: non enim respicis in faciem hominum:

Dic ergo nobis quid tibi videtur, licet dare censum Cæsari, an non?

Cognoscens autem Iesus nequitiam eorum, ait: Quid me tentatis hypocritæ?

Ostendite mihi numisma census. Illi vero obtulerunt ei denarium.

Et ait illis: Cuius imago hæc, & superscriptio?

Dicunt ei: Cæsaris. Tunc ait illis: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ Dei, Deo.

Et audientes mirati sunt, & relinquentes eum abierunt.

In illo die accesserunt ad eum Sadducæi, dicentes non esse resurrectionem: & interrogauerunt eum,

Dicentes: Magister, Moyses dixit: Si quis mortuus fuerit non habens genitos ob affinitatẽ ducet frater eius vxorẽ illius, & suscitabit semẽ fratri suo.

Erant autem apud nos septem fratres, & primus vxore ducta, obiit: & non habẽs semen, reliquit vxorem suam fratri suo.

Similiter secũdus, & tertius vsque ad septem.

Postremũ autem omnium defuncta est, & mulier.

In ergo resurrectione cuius septem erit vxor? omnes enim habuerunt eam.

Respondens autem Iesus, ait illis: Erratis, nescientes Scripturas, neque efficaciam Dei.

In enim resurrectione neque nubent, neq; dantur nuptui, sed ficut Angeli Dei in cœlo sunt.

De autem resurrectione mortuorum, non legistis effatum vobis à Deo dicente:

Ego sum Deus Abrahã, & Deus Isaac, & Deus Iacob? Non est Deus mortuorum, sed viuentium.

Et audientes turbæ, percellebantur in doctrina eius.

At Pharisæi audientes quod occcluſit os Sadducæis coacti sunt in idipsum.

Et interrogauit eum vnus ex eis legis doctor, tentans eum, & dicens:

Magister, quod mandatum magnum in Lege?

At Iesus ait illi: Diliges Dominum Deum tuum in toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota cogitatione tua.

Hoc est primum & magnum mandatum.

Secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuum, ficut teipsum.

In his duobus mandatis vniuersa lex & prophetæ pendent.

Coactis autem Pharisæis, interrogauit eos Iesus,

Dicens: Quid vobis videtur de Christo? cuius filius est? Dicunt ei, Dauid.

Transl. Erasm. Rotterod.

11 *Ingressus autem rex, vt videret discumbentes, vbi vidit illic hominem non vestitum veste nuptiali,*

12 *Ait illi: Amice, quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit.*

13 *Tunc dixit rex ministris: Ligatis pedibus & manibus eius, mittite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus, & stridor dentium.*

14 *Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.*

15 *Tunc abeuntes pharisæi consilium cœperunt, vt illaquearent eum in sermone.*

16 *Et ad illum emittunt discipulos suos cum Herodianis, dicentes: Magister, scimus, quod verax sis, & viam dei in veritate doceas, neque cures quenquam, Non enim respicis personam hominum.*

17 *Dic ergo nobis, quid tibi videtur? Licet censum dari Cæsari, an non?*

18 *Cognita autem Iesus malicia eorum, ait: Quid me tentatis hypocritæ?*

19 *Ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium.*

20 *Et ait illis: Cuius est imago hæc, & inscriptio?*

21 *Dicunt ei: Cæsaris. Tunc ait illis: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo.*

22 *Et his auditis, mirati sunt, & omisso eo abierunt.*

23 *In illo die accesserunt ad eum Sadducæi, qui dicunt non esse resurrectionem, & interrogauerunt eum,*

24 *Dicentes: Magister, Moyses dixit, si quis mortuus fuerit, non habens filium, vt ducat frater eius vxorem illius, & suscitet semen fratri suo.*

25 *Erant autem apud nos septem fratres, & primus vxore ducta defunctus est, ac non habens semen, reliquit vxorem suam fratri suo,*

26 *Similiter secundus & tertius vsque ad septimum.*

27 *Nouissime autem omnium defuncta est & mulier.*

28 *In resurrectione ergo cuius è septem illis erit vxor? Omnes enim habuerunt eam.*

29 *Respondens autẽ Iesus, ait illis: Erratis, nescientes scripturas neque virtutem dei.*

30 *In resurrectione enim neque matrimonium contrahunt, neque elocantur, sed sunt sicut angeli dei in cœlo.*

31 *De resurrectione vero mortuorum, non legistis quod vobis dictum est à Deo, qui ait,*

32 *Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob: Deus non est Deus mortuorum, sed viuentium.*

33 *Et cum audissent turbæ, stupuerunt de doctrina eius.*

34 *Pharisæi autem cum audissent, quod obturasset os Sadducæis, conuenerunt in vnum.*

35 *Et interrogauit eum vnus ex eis legis Doctor quispiam tentans eum, & dicens:*

36 *Magister quod est mandatum magnum in lege?*

37 *Ait illi Iesus: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua.*

38 *Hoc est primum & magnum mandatum.*

39 *Secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuum sicut teipsum.*

40 *In his duobus mandatis, tota lex & prophetæ pendent.*

41 *Congregatis autem Pharisæis, interrogauit eos Iesus,*

42 *Dicens: Quid vobis videtur de Christo? cuius filius est? Dicunt ei, Dauid.*

Vulgat. Editio.

Ait illi: Quomodo ergo Dauid in ſpiritu vocat eum Dominum, dicens:

*Pſ.109. 1. *Dixit Dñs, Domino meo: ſede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellũ pedum tuorũ.

Si ergo Dauid vocat eum Dominum, quomodo filius eius eſt?

Et nemo poterat ei reſpõdere verbũ: neque auſus fuit quiſquã ex illa die eum amplius interrogare.

CAP. XXIII.

TVnc Ieſus locutus eſt ad turbas, & ad diſcipulos ſuos,

*Eſd.8.4 Dicens: Super cathedram Moyſi ſederunt *Scribæ, & Phariſæi.

Omnia ergo quæcumque dixerint vobis, ſeruate, & facite: ſecundum opera vero eorum nolite facere: dicunt enim, & non faciunt.

*Lu.11. 46. Act.15.10 Deu.6.8. Nu.15.38 *Alligant enim onera grauia, & importabilia, & imponunt in humeros hominum: digito autem ſuo nolunt ea mouere.

Omnia vero opera ſua faciunt vt videantur ab hominibus: * dilatant enim philacteria ſua, & magnificant fimbrias.

*Marc.12 38. Lu.11.43 & 20.46 Amant autem primos recubitus in cœnis, & primas cãthedras in ſynagogis,

Et ſalutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi.

*Iac.3.1 * Vos autem nolite vocari Rabbi: vnus eſt enim Magiſter veſter, omnes autem vos fratres eſtis.

*Mal.1.6 * Et Patrem nolite vocari vobis ſuper terram: vnus eſt enim Pater veſter, qui in cælis eſt.

Nec vocemini magiſtri: quia Magiſter veſter vnus eſt, Chriſtus.

Qui maior eſt veſtrum, erit miniſter veſter.

*Lu.14. 11. & 18.14. * Qui autem ſe exaltauerit, humiliabitur: & qui ſe humiliauerit, exaltabitur.

Væ autem vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ: quia clauditis regnum cælorum ante homines: vos enim non intratis, nec introeuntes ſinitis intrare.

*May.12. 40. Lu.20.47. Væ vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ: *quia comeditis domos viduarum, orationes longas orantes: propter hoc amplius accipietis iudicium.

Væ vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ: quia circuitis mare, & aridam, vt faciatis vnum proſelytũ: & cum fuerit factus, facitis eum filium gehennæ duplo quam vos.

Væ vobis duces cæci, qui dicitis: Quicumque iurauerit per templum, nihil eſt: qui autem iurauerit in auro templi, debet.

Stulti, & cæci: Quid enim maius eſt aurum, an templum, quod ſanctificat aurum?

Et quicumque iurauit in altari, nihil eſt: quicunque autem iurauerit in dono, quod eſt ſuper illud, debet.

Cæci: Quid enim maius eſt, donum, an altare, quod ſanctificat donum?

Qui ergo iurat in altari, iurat in eo, & in omnibus, quæ ſuper illud ſunt.

Et quicumque iurauerit in templo, iurat in illo, & in eo qui habitat in ipſo:

Et qui iurat in cælo iurat in throno Dei, & in eo qui ſedet ſuper eum.

*Lu.11. 42. * Væ vobis Scribæ, & Phariſæi hyppocritæ: qui decimatis mentam, & anethum, & cyminum, & reliquiſtis, quæ grauiora ſunt legis, iudicium, & miſericordiam, & fidem: hæc oportuit facere, & illa non omittere.

Tranſl. ex Syriac.

43 *Dicit eis: Quomodo ergo per ſpiritum vocat eum Dominum? Ait enim:*

44 *Dixit Dominus Domino meo: ſede à dextera mea, vſq; dum ponam hoſtes tuos ſubter pedes tuos.*

45 *Si ergo Dauid vocat eum Dominum, quomodo filius eius eſt?*

46 *Et nemo poterat ei reddere rationem: nemoq; auſus eſt amplius ab illo die interrogare eum.*

CAP. XXIII.

1 *TVnc Ieſchua collocutus eſt turbis, & diſcipulis ſuis,*

2 *Et dixit eis: Super cathedram Mouſchæ ſederunt Scribæ, & Periſchæi.*

3 *Quicquid igitur dicent vobis, vt ſeruetis, ſeruate, ac peragite: ſed iuxta opera eorum ne feceritis; dicunt enim & non faciunt.*

4 *Ligantq; onera grauia, & imponunt humeris hominum: ipſi vero ne ſuo (quidem) digito volunt ea tangere.*

5 *Et omnia opera ſua faciunt vt ſpectẽtur ab hominibus: dilatant enim phylacteria ſua, & producunt fimbrias palliorum ſuorum:*

6 *Et amant primos accubitus in cœnis, & primos conſeſſus in Synagogis.*

7 *Et ſalutationem in plateis, & vocari ab hominibus Rabbi.*

8 *Vos autem ne vocemini Rabbi, vnus eſt enim magiſter veſter, vos autem omnes fratres eſtis.*

9 *Nec patrem vocetis vobis in terra: vnus enim eſt pater veſter, qui eſt in cœlis.*

10 *Neque vocemini rectores, quoniam vnus eſt Rector veſter Meſchiche.*

11 *Qui autem maximus eſt inter vos ſiat vobis miniſter.*

12 *Quicunque enim efferet ſeipſum, deprimetur: & qui ſeipſum depreſſerit, efferetur.*

13 *Væ vobis Scribæ, & Periſchæi acceptores vultus (Hypocritæ) quippe qui exedatis domos viduarũ, ea occaſione quod producitis orationes veſtras: propterea ſubituri eſtis iudicium ſupremum.* * Ad ſtationem præcedentem noctem tertiam paſſionis.

14 *Væ vobis Scribæ, & Periſchæi acceptores vultus (Hypocritæ) quippe qui claudatis regnum cœlorũ coram hominibus. vos enim non introitis, nec eos qui introeunt ſinitis introire.*

15 *Væ vobis Scribæ, & Periſchæi acceptores vultus: quippe qui perluſtretis mare, & aridam, vt faciatis vnum proſelytum: & quum factus eſt, facitis eum filium gehennæ duplo ſuper vos.*

16 *Væ vobis duces cæci, quippe qui dicetis: Quiſquis iurat per templum, nihil eſt: quiſquis autem iurat per aurum templi, reus eſt.*

17 *Stulti, & cæci, vtrum enim maius eſt aurum, aut tẽplum, quod conſecrat ipſum aurum?*

18 *Et quiſquis iurat per altare, nihil eſt: quicunque vero iurat per oblationem quæ eſt ſuper ipſum, reus eſt.*

19 *Stolidi, & obcæcati, vtrum enim maius eſt oblatio an altare, quod conſecrat oblationem?*

20 *Qui ergo iurat per altare, iurat per ipſum, ac per omnia, quæ ſuper eo ſunt.*

21 *Et qui iurat per templum, iurat per ipſum, & per eũ, qui habitat in eo.*

22 *Quiq; iurat per cœlos, iurat per thronum Dei, & per eum, qui ſedet ſuper ipſum.*

23 *Væ vobis Scribæ, & Periſchæi acceptores vultus, quippe qui decimatis mentham, & anethum, atq; cuminum; & omittatis grauiora legis, iudicium, & miſericordiam, atq; fidem: hæc autem oportet vt faciatis, & illa non omittatis.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Ait illis: Quomodo ergo Dauid in spiritu Dominum eum vocat, dicens:
Dixit Dñs, Domino meo: sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellũ pedum tuorũ?
Si ergo Dauid vocat eum Dominum, quomodo filius eius est?
Et nemo poterat ei respõdere verbũ: neque ausus fuit quisquã ex illa die interrogare eum amplius.

CAP. XXIII.

Tunc Iesus locutus est turbis, & ad discipulis suis,
Dicens: Super Moysi cathedram sederunt Scribæ, & Pharisæi.
Omnia ergo quæcumque dixerint vobis seruare seruate, & facite: secundum vero opera eorum ne facite: dicunt enim, & non faciunt.
Alligant enim onera grauia, & importabilia, & imponunt in humeros hominum: at digito ipsorum non volunt mouere ea.
Omnia vero opera sua faciunt ad spectari hominibus. dilatant vero phylacteria sua, & magnificant fimbrias vestimentorum suorum.
Amantque primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis.
Et salutationes in foris, & vocari ab hominibus Rabbi, Rabbi.
* Vos autem ne vocemini Rabbi: vnus enim est vester doctor Christus, omnes autẽ vos fratres estis.
Et Patrem ne vocetis vestrum super terram: vnus est enim Pater vester, qui in cælis.
Nec vocemini doctores: vnus enim vester est doctor, Christus.
Qui vero maior vestrum, erit vester minister.
* Qui autem exaltauerit seipsum humiliabitur; & qui humiliauerit seipsum, exaltabitur.
Væ autem vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ: quia comeditis domos Viduarum, & prætextu prolixa orantes: propter hoc accipietis abundantius iudicium.
Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ: quia claditis regnum cælorum ante homines: vos enim non intratis, nec introeuntes finitis intrare.

Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ: quia circuitis mare, & aridam, facere vnum proselytum: & quum fuerit factus, facitis eum filium gehennæ dupliciorem vobis.
Væ vobis duces cæci, dicentes: Quicumque iurauerit in templo, nihil est: qui autem iurauerit in auro templi, debet.
Stulti, & cæci: Quid enim maius est aurum, aut templum sanctificans aurum?
Et quicumque iurauit in altari, nihil est: quicunque autem iurauerit in dono, quod super illud, debet.
Stulti & cæci: Quid enim maius? donum, an altare, sanctificans donum?
Ergo iurans in altari, iurat in eo, & in omnibus, quæ super illud.
Et iurans in templo, iurat in illo, & in habitante illud.
Et iurans in cælo, iurat in throno Dei, & in sedente super eum.
Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hyppocritæ: quia decimatis mentam, & anethum, & cyminum, & reliquistis grauiora legis, iudicium, & misericordiam, & fidem. hæc oportuit facere, & illa non omittere.

Transl. Erasm. Roterod.

Ait illis: Quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eum Dominum, dicens:
Dixit Dominus Domino meo. sede à dextris meis: Donec ponam inimicos tuos subsellium pedum tuorum.
Si ergo Dauid vocat eum Dominum, quomodo filius eius est?
Et nemo poterat ei respondere quicquam, neque ausus fuit quisquam ex eo die eum amplius interrogare.

CAP. XXIII.

Tunc Iesus locutus est ad turbas, & ad discipulos suos.
Dicens: In cathedra Moysi sedent scribæ & pharisæi:
Omnia ergo quæcunque iusserint vos seruare, seruate, & facite: secundum opera vero eorum nolite facere, Dicunt enim, & non faciunt.
Colligant enim onera grænia difficiliaque portatu, & imponunt in humeros hominum, cæterum digito suo nolunt ea mouere.
Omnia vero opera sua faciunt, in hoc vt spectentur ab hominib. Dilatant autem phylacteria sua, & magnificant fimbrias palliorum suorum.
Amantque primos accubitus in cœnis, & primo sedere loco in conciliis.
Et salutationes in foro, & vocari ab hominibus rabbi.
Vos autem nolite vocari rabbi: vnus est enim magister vester, nempe Christus: omnes autem vos fratres estis.
Et patrem nolite vocare vobis in terra, vnus est enim pater vester qui in cœlis est.
Nec vocemini magistri. vnus enim vester est magister, nempe Christus.
Qui maximus est vestrum, erit minister vester.
Qui autem se exaltauerit, humiliabitur: & qui se humiliauerit, exaltabitur.
Væ autẽ vobis Scribæ & pharisæi hypocritæ, quia claditis regnum cœlorum ante homines: vos enim non intratis, nec aduenientes finitis intrare.
Væ vobis Scribæ & pharisæi hypocritæ, quia comeditis domos viduarum, idque prætextu prolixæ precationis, propter hoc grauius puniemini.
Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, quia circumitis mare & aridam, vt faciatis vnum proselytum: & cum fuerit factus, facitis eum filium gehennæ duplo magis quam vos estis.
Væ vobis duces cæci; quia dicitis: quicumque iurauerit per templum, nihil est: qui autem iurauerit per aurum templi, reus est.
Stulti & cæci, vtrum enim maius est, aurum, an templum quod sanctificat aurum?
Et quicumque iurauerit per altare, nihil est: quicumque autem iurauerit per donum quod est super illud, reus est.
Stulti ac cæci, vtrum enim maius est, donum an altare quod sanctificat donum?
Qui ergo iurauerit per altare: iurat per ipsum & per omnia quæ super illud sunt.
Et qui iurauerit per templum, iurat per illud & per eum qui habitat in ipso.
Et qui iurauerit per cœlum, iurat per thronum dei & per eum qui sedet super illum.
Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, quia decimatis menthum & anethum & cyminum, & reliquistis quæ grauiora sunt legis, iudicium & misericordiam ac fidem. Hæc oportuit facere, & illa non omittere.

Vulgat. Editio.

Duces cæci, excolantes culicem, camelum autem glutientes. 24

Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ: quia mundatis quod deforis est calicis, & paropsidis: intus autem pleni estis rapina & immunditia. 25

Pharisæe cæce, munda prius quod intus est calicis, & paropsidis: vt fiat id quod deforis est mundum. 26

Væ vobis Scribæ & Pharisæi Hypocritæ: quia similes estis sepulchris dealbatis, quæ à foris parent hominibus speciosa: intus verò plena sunt ossibus mortuorum & omni spurcitia. 27

Sic & vos à foris quidem paretis hominibus iusti: intus autem pleni estis hypocrisi & iniquitate. 28

Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ qui ædificatis sepulchra Prophetarum, & ornatis monumenta iustorum: 29

Et dicitis: Si fuissemus in diebus patrum nostrorum, non essemus socij eorum in sanguine Prophetarum. 30

Itaque testimonio estis vobismetipsis, quia filij estis eorum, qui Prophetas occiderunt. 31

Et vos implete mensuram patrum vestrorum. 32

* Sup. 3. 7 * Serpentes, genimina viperarũ, quomodo fugietis à iudicio gehennæ? 33

Ideo ecce ego mitto ad vos Prophetas & sapientes, & scribas: & ex illis occidetis, & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in synagogis vestris, & persequemini de ciuitate in ciuitatem: 34

Vt veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram, * à sanguine Abel iusti vsque ad sanguinem * Zachariæ filij Barachiæ, quem occidistis inter templum & altare. 35

* Gen. 48 Hebr. 11. 4 * 2. Par. 24. 22. Lu. 13. 34

Amen dico vobis venient hæc omnia super generationem istam. 36

Hierusalem, Hierusalẽ quæ occidis Prophetas: & lapidas eos, qui ad te missi sunt quoties volui cõgregare filios tuos quemadmodum gallina cõgregat pullos suos sub alas, & noluisti? 37

Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. 38

Dico enim vobis: Non me videbitis à modo, donec dicatis: Benedictus qui venit in nomine Domini. 39

CAP. XXIIII.

ET egressus Iesus de tẽplo, ibat, & accesserũt discipuli eius, vt ostenderẽt ei ædificationes tẽpli. 1

Ipse autem respondens Iesus dixit illis: Videtis hæc omnia? Amen dico vobis, non relinquetur hic lapis super lapidem qui non destruatur. 2

* Lu. 19. 44. * Sedẽte autem eo super montem Oliueti, accesserunt ad eum discipuli secreto dicentes, Dic nobis, quando hæc erunt? & quod signum aduentus tui, & consummationis seculi? 3

*Eph. 5. 6 Col. 2. 32. * Et respondens Iesus dixit eis: Videte ne quis vos seducat: 4

Multi enim venient in nomine meo, dicentes Ego sum Christus: & multos seducent. 5

Audituri enim estis prælia, & opiniones præliorum. Videte ne turbemini: oportet enim hæc fieri, sed nondum est finis. 6

Consurget enim gens in gentem, & regnum in regnum: & erunt pestilentiæ, & fames, & terræmotus per loca. 7

Transl. ex Syriac.

Duces cæci qui excolatis culices, & deglutitis camelos. 24

Væ vobis scribæ & Perischæi acceptores vultus, (personati) quippe qui emundetis exteriorem partem calicis & quæ sunt ansæ: intus autem plena sunt rapina & iniquitate. 25

Perischæi obcæcati, emundate primum quod est intra calicem & paropsidẽ: vt & id quod extra est mundum fiat. 26

Væ vobis scribæ & Perischæi acceptores vultus, quippe qui similes sitis sepulchris dealbatis, quæ extra quidẽ videntur pulcherrima: intus vero plena sunt ossibus mortuorum, omniq; immunditia. 27

Sic & vos, extra quidem videmini hominibus tanquam iusti, intus autem pleni estis iniquitate, & acceptione facierum. (hypocrisi) 28

* *Væ vobis scribæ & Pereschæi acceptores vultus, quippe qui extruatis sepulchra prophetarum, ac præparetis monumenta iustorum.* 29 * Ministerium feriæ nocte quinta hebdomadis Paschatis Dominique Stephani.

Et dicitis: Si fuissemus in diebus patrum nostrorum, nequaquam fuissemus eis socij in sanguine prophetarum. 30

Itaq; testimonium perhibetis contra vosmetipsos, quippe qui filij sitis eorum qui interfecerunt prophetas. 31

Vos quoque commplete mensuram patrum vestrorum. 32

Serpentes, progentes viperarum quomodo effugietis à iudicio gehennæ? 33

Propterea ecce ego mitto ad vos prophetas & sapientes, & scribas, & ex ijs interfecturi estis, & in crucem acturi, & ex ijs flagellis cæsuri estis in synagogis vestris, & persequemini eos à ciuitate in ciuitatem. 34

Vt veniat super vos omnis sanguis iustorum, qui effusus est super terram à sanguine Hobel iusti vsq; ad sanguinem Zacharie filij Barakie, quem trucidastis inter templum & altare. 35

Amen ego dico vobis, venient hæc omnia super generationem istam. 36

Ourischlem, Ourischlem, trucidans prophetas, & lapidibus obruens eos qui ad eam mittuntur, quoties volui congregare filios tuos: sicut congregat gallina pullos suos sub alas suas, nec voluistis. 37

Ecce relinquitur vobis domus vestra deserta. 38

Ego enim dico vobis, Non videbitis me ab hoc tempore, vsq; dum dicatis: Benedictus ille qui venit in nomine Domini. 39

CAP. XXIV.

ET exiit Ieschua à templo vt abiret. Et accessere discipuli eius, ostendentes ei ædificium templi. 1 Ad Vesperũ festo Crucis.

Ipse vero dixit eis: Ecce nõne videtis hæc omnia? Amen ego dico vobis: non relinquetur hic lapis super lapidem, qui non destruatur. 2

Et quum sederet Ieschua super montem oliuarum, accesserunt discipuli eius, & aiunt inter se & eum: (seorsim, *Dic nobis, quando hæc fient, & quod erit signum aduentus tui, & consummationis mundi?* 3

Respondit Ieschua, & dixit eis: Cauete, ne quis vos inducat in errorem. 4

Multi siquidem venturi sunt in nomine meo, dicturiq;: Ego sum Meschicho; multosq; in errorem inducent. 5

Futurum est autem vt audiatis prælia, & rumorẽ bellorum, Videte ne turbemini: Oportet enim vt hæc omnia fiant, sed necdum finis, 6

Insurget enim gens cõtra gentem, & regnum cõtra regnum erunt; & fames, & pestilentiæ, & terræmotus in singulis locis, 7

Transl. B. Ariæ Mont.

Duces cæci, excolantes culicem, ac camelum glutientes,

Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ: quia mundatis quod deforis poculi & patinæ, intus autem plena ſunt ex rapina & iniuſtitia.

Phariſæe cæce, munda prius quod intus poculi, & patinæ vt fiat & quod deforis ipſorum mundū.

Væ vobis Scribæ & Phariſæi Hypocritæ: quia adſimilamini ſepulchris dealbatis, quæ à foris quidē apparent ſpecioſa: intus verò plena ſunt oſſibus mortuorum, & omni immunditia.

Sic & vos à foris quidem paretis hominibus iuſti: intus autem pleni eſtis hypocriſi & iniquitate.

Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ quia ædificatis ſepulchra Prophetarum, & ornatis monumenta iuſtorum:

Et dicitis: quod ſi fuiſſemus in diebus patrum noſtrorum, non eſſemus communicatores eorum in ſanguine Prophetarum.

Itaque teſtamini vobismetipſis, quia filij eſtis occidentium Prophetas.

Et vos implete menſuram patrum veſtrorum.

Serpentes, genimina viperarū, quomodo fugietis à iudicio gehennæ?

Propter hoc ecce ego mitto ad vos Propheras, & ſapientes, & ſcribas: & ex illis occidetis, & crucifigetis, & ex illis flagellabitis in ſynagogis veſtris, & perſequemini de ciuitate in ciuitatem:

Vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus, effuſus ſuper terram, à ſanguine Abel iuſti vſque ad ſanguinem Zachariæ filij Barachiæ, quem occidiſtis inter templum & altare.

Amen dico vobis quod venient hæc omnia ſuper generationem iſtam.

Hieruſalem Hieruſalē occidens Propheras: & lapidans legatos ad ipſam, quoties volui ſuper congregare filios tuos quemadmodum congregat gallina pullos ſuos ſub alas, & non voluiſtis?

Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta.

Dico enim vobis: Non me videbitis à nunc, donec dicatis: Benedictus veniens in nomine Domini.

CAP. XXIIII.

ET egreſſus Ieſus ibat de templo, & acceſſerunt diſcipuli eius oſtendere ei ædificationes templi.

At Ieſus dixit illis, Non intuemini hæc omnia? Amen dico vobis, non relinquetur hic lapis ſuper lapidem qui non diſſoluetur. Sedētes autem eo ſuper montem Oliuarum acceſſerunt ad eum diſcipuli priuatim dicentes, Dic nobis, quando hæc erunt? & quod ſignum tuæ præſentiæ & cōſummationis ſeculi?

Et reſpondens Ieſus dixit eis: Videte ne quis vos ſeducat:

Multi enim venient in nomine meo, dicentes Ego ſum Chriſtus: & multos ſeducent.

Futuri eſtis autem audire bella & auditiones bellorum. Videte ne turbemini: oportet enim omnia fieri. ſed nondum eſt finis.

Excitabitur enim gens in gentem, & regnum in regnum: & erunt fames, & peſtilentiæ, & terræmotus ſecundum loca.

Transl. Eraſm. Rotterod.

Duces cæci excolantes culicem, camelum autem glutientes.

Væ vobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ, qui a purgatis exteriorem poculi patinæq́ partem: cæterum intus plena ſunt rapina & intemperantia.

Phariſæe cæce, purga prius quod eſt intra poculum & patinam, vt & exteriores horum partes puræ reddantur.

Væ vobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ, quia ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, quæ foris quidem apparent ſpecioſa, intus vero plena ſunt oſſibus mortuorum, omniq́ ſpurcitia.

Sic & vos, foris quidem apparetis hominibus iuſti, intus autem pleni eſtis fictione & iniquitate.

Væ vobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ, quia ædificatis ſepulchra prophetarum, & ornatis monumenta iuſtorum.

Et dicitis: Si fuiſſemus in diebus patrum noſtrorum, non fuiſſemus ſocij eorum in ſanguine prophetarum.

Itaq́ teſtimonio eſtis vobiſmetipſis, quod filij ſitis eorū, qui prophetas occiderunt.

Vos quoque implete menſuram patrum veſtrorum.

Serpentes, progenies viperarum quomodo effugietis iudicium gehennæ?

Ideo ecce ego mitto ad vos prophetas & ſapientes & ſcribas, & illorum aliquot occidetis crucifigetiſq́, & illorum nonnullos flagellabitis in ſynagogis veſtris, & perſequemini de ciuitate in ciuitatem.

Vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus, qui effuſus eſt ſuper terram à ſanguine Abel iuſti vſq́ ad ſanguinem Zachariæ filij Barachiæ, quem occidiſtis inter templum & altare.

Amen dico vobis, venient hæc omnia ſuper generationem iſtam.

Hieruſalem, Hieruſalem quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te miſſi ſunt: quoties volui congregare filios tuos: quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſtis.

Ecce relinquitur vobis domus veſtra deſerta.

Dico enim vobis, haudquaquam me videbitis poſthac, donec dicatis: Benedictus qui venit in nomine Domini.

CAP. XXIV.

ET egreſſus Ieſus diſcedebat à templo: Et acceſſerunt diſcipuli eius, vt oſtenderent ei ſtructuras templi.

Ieſus autem, dixit illis: Nonne videtis hæc omnia? Amen dico vobis: non relinquetur hic lapis ſuper lapidem, qui non deſtruetur.

Sedente autem eo in monte oliuarum, acceſſerunt ad eū diſcipuli ſecretò, dicentes: Dic nobis, quando hæc erunt: & quod ſignum aduentus tui, & conſummationis ſæculi?

Et reſpondens dixit eis: Videte, ne quis vos ſeducat.

Multi enim venient in nomine meo, dicentes: Ego ſum Chriſtus, multoſq́ ſeducent.

Audituri autem eſtis bella, & rumores bellorum, videte ne turbemini: Oportet enim omnia fieri, ſed nondum eſt finis.

Conſurget enim gens cōtra gentem, & regnum cōtra regnum & erunt peſtilentiæ, & fames, & terræmotus ſingulis locis.

Vulgat. Editio.		Transl. ex Syriac.
Hæc autem omnia initia sunt dolorum.	8	*Hæc autem omnia principium sunt dolorum.*
*Ioā. 15. 20. 16. 2. Sup. 10. 17. Lu. 21. 12 * Tunc tradēt vos in tribulationem, & occident vos: & eritis odio omnibus gentibus, propter nomen meum.	9	*Tunc tradent vos oppressioni, & interficient vos, eritisque exosi omnibus gentibus propter nomen meum.*
Et tunc scandalizabuntur multi: & inuicem tradent, & odio habebunt inuicem.	10	*Tunc impingent multi, & odio prosequetur alius aliū, & alius alium prodet.*
Et multi pseudoprophetæ surgent, & & seducent multos.	11	*Et multi pseudoprophetæ surgent, multosque inducent in errorem,*
Et quoniam abundauit iniquitas, refrigescet charitas multorum.	12	*Ac propter multitudinem iniquitatis, elanguescet charitas multorum.*
Qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.	13	*Qui autem sustinuerit ad finem vsque, is saluus erit.*
Et prædicabitur hoc Euangelium regni in vniuerso orbe, in testimonium omnibus gentibus: & tunc veniet consummatio.	14	*Et prædicabitur hoc Euangeliū regni in vniuerso mundo in testimonium omnium gentium: & tunc veniet consummatio.*
Cum ergo videritis abominationem desolationis quæ dicta est * à Daniele propheta, stantē in loco sancto, qui legit, intelligat. *Mar. 13. 14. Lu. 21. 20 Dā. 9. 27.	15	*Quum autem videritis portentum immundum vastationis, quod dictum est per Daniel Prophetam, stans in loco sancto (is qui legit, intelligat:)*
Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes:	16	*Tunc illi qui in Iehoudæa fuerint, fugiant in montem:*
Et qui in tecto, non descendat tollere aliquid de domo sua.	17	*Et is qui fuerit in tecto, non descendat vt sumat quæ sunt in ædibus suis.*
Et qui in agro, non reuertatur tollere tunicam suam.	18	*Et qui in agro fuerit, non reuertatur retrò vt accipiat vestimentum suum.*
Væ autem prægnantibus, & nutrientib. in illis diebus.	19	*Væ autem prægnantibus, & iis quæ nutrices futuræ sunt in illis diebus.*
Orate autem vt non fiat fuga vestra in hieme * vel sabbato. *Act. 1. 12	20	*Orate verò ne fiat fuga vestra hyeme, neque sabbato.*
Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vsque modo, neque fiet.	21	*Erit enim tunc oppressio magna, qualis non fuit ab initio mundi, nunc vsque, nec erit.*
Et nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua ōis caro: sed propter electos breuiabūtur dies illi.	22	*Et nisi decurtati fuissent dies illi, non viueret omnis caro: verum propter electos decurtabuntur dies illi,*
* Tūc si quis vobis dixerit: Ecce hic est Christus, aut illic: nolite credere. *Matt. 13 21. Lu. 17. 23	23	*Tunc si quispiam dixerit vobis: Ecce hic est Meschicho, aut hic: ne credite.*
Surgent enim pseudochristi, & pseudoprophetæ: & dabunt signa magna, & prodigia: ita vt in errorem inducantur (si fieri potest) etiam electi.	24	*Surgent enim pseudochristi, & pseudoprophetæ: edēque signa magnifica, adeo vt inducant in errorem (si fieri possit) etiam electos.*
Ecce prædixi vobis.	25	*Ecce prædixi vobis.*
Si ergo dixerint vobis: Ecce in deserto est, nolite exire: ecce in penetralibus, nolite credere.	26	*Si ergo dixerint vobis: Ecce in deserto est, ne exieritis: aut ecce in cubiculo est ne fidem adhibueritis.*
Sicut enim fulgur exit ab Oriente, & paret vsque in Occidentem: ita erit & aduentus Filij hominis.	27	*Quemadmodum fulgur exit ab Oriente, & videtur in Occidentem vsque: ita futurus est aduentus Filij hominis,*
*Lu. 17. 36. *Mar. 13. 24. * Vbicumque fuerit corpus, illic cōgregabuntur & aquilæ.	28	*Vbicunque verò erit cadauer, ibi congregabūtur aquilæ.*
* Statim autē post tribulationem dierum illorū sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cœlo, & virtutes cœlorum commouebuntur: *Lu. 21. 25. Esa. 13. 10 Ioel. 3. 15 Apo. 6. 13.	29	*Statim autem post oppressionem dierum illorum sol obtenebrescet, & luna non ostendet splendorem suum, & stellæ cadent è cælis, virtutes cœlorum commouebuntur.*
Et tunc parebit signum Filij hominis in cœlo: & tunc plangent omnes tribus terræ: & videbunt Filium hominis venientem in nubibus cœli cum virtute multa, & maiestate.	30	*Tuncque appayebit signum Filij hominis in cælis: & tunc plangent omnes generationes terræ: & conspicient Filium hominis venientem super nubes cœlorum cum virtute, & gloria multa.*
*Et mittet Angelos suos cū tuba, & voce magna: & congregabunt electos eius à quattuor ventis, à summis cœlorum vsque ad terminos eorum. * 1. Cor. 15.	31	*Et mittet Angelos suos cum clangore magno & congregabunt electos eius à quattuor ventis, ab extremo cœlorum vsque ad extremum eorum.*
Ab arbore autem fici discite parabolam: cū iam ramus eius tener fuerit, & folia nata, scitis quia prope est æstas.	32	*A ficu autem discite parabolam: cuius quum iam rami tenerescunt, & pullulant folia, scitis aduentare æstatem.*
Ita & vos cum videritis hæc omnia, scitote quia prope est in ianuis.	33	*Sic & vos quum videritis hæc omnia, scitote eam peruenisse ad portam.*
Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia hæc fiant.	34	*Amin ego dico vobis, nequaquam præterierit generatio ista, vsque dum hæc omnia fiant.*
*Cœlum, & terra transibunt, verba autem mea nō præteribunt. Mar. 13. 31.	35	*Cœlum & terra præteribunt, at sermones mei nequaquā præteribunt.*
De die autem illa, & hora nemo scit, neque angeli cœlorum, nisi solus Pater.	36	* *De die autem illo, & de hora illa nemo nouit, ne Angeli quidem cœlorum, sed pater tantum.* * Lectio defunctorum.
*Sicut autem in diebus Noe, ita erit & aduentus Filij hominis. * Lu. 17. 26. Gen. 7. 5.	37	*Sicut autem diebus Nouach, ita futurus est aduētus Filij hominis.*
Sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes & bibentes, nubentes & nuptui tradentes,	38	*Sicut enim qui erant ante diluuium edebant & bibebant, & ducebant vxores, dabantque viru,*

Transl. B. Ariæ Mont.		Transl. Erasm. Rotērod.
Omnia autem hæc initium dolorum.	8	*Hæc autem omnia initia sunt dolorum.*
Tunc tradent vos in tribulationem, & occident vos: & eritis odio habiti ab omnibus gentibus, propter nomen meum.	9	*Tunc tradent vos in afflictionem, & occident vos, & eritis inuisi cunctis gentibus propter nomen meum.*
Et tunc offendentur multi: & inuicem tradent, & odio habebunt inuicem.	10	*Et tunc offendiculum patientur multi, & alius alium inuicem tradent, seq; odio habebunt inuicem.*
Et multi pseudoprophetæ excitabuntur, & seducent multos.	11	*Et multi pseudoprophetæ surgent, ac seducent multos.*
Et propter multiplicari iniquitatem, refrigescet charitas multorum.	12	*Et quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum.*
Qui autem permanens in finem, hic seruabitur.	13	*Qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.*
Et prædicabitur hoc Euangelium regni in vniuersa habitata, in testimonium omnibus gentibus: & tunc veniet finis.	14	*Et prædicabitur hoc euangelium regni in vniuerso orbe, in testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet consummatio.*
Quum ergo videritis abominationem desolationis, effatam à Daniele propheta, stantem in loco sancto, (legens intelligat.)	15	*Cum ergo videritis abominationem desolationis, quæ dicta est à Daniele propheta, stantem in loco sancto: qui legit, intelligat.*
Tunc qui in Iudæa, fugiant ad montes.	16	*Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes:*
Qui super domum, non descendat tollere quæ de æde sua:	17	*Qui in tecto, non descendat, vt tollat quicquam de domo sua:*
Et qui in agro, non reuertatur retro tollere vestem suam.	18	*Et qui in agro, non reuertatur vt tollat vestes suas.*
Væ autem in vtero habentibus, & lactantibus in illis diebus.	19	*Væ autem prægnantibus, & lactantibus in illis diebus.*
Orate autem vt non fiat fuga vestra hyeme, neque in Sabbato:	20	*Orate autem, vt non fiat fuga vestra hyeme, neque sabbato.*
Erit enim tunc tribulatio magna, qualis nō fuit ab initio mundi vsque modò, neque non fiet.	21	*Erit enim tunc afflictio magna, qualis non fuit ab initio mundi ad hoc vsque tempus, neque fiet.*
Et si nō cōtracti fuissent dies illi, nō fuisset seruata omnis caro: ppter autē electos cōtrahentur dies illi.	22	*Et nisi decurtati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro: sed propter electos decurtabuntur dies illi.*
Tunc si quis vobis dixerit: Ecce hic Christus, aut illic: ne credatis.	23	*Tunc si quis vobis dixerit, ecce hic Christus, aut illic, nolite credere.*
Excitabuntur enim pseudochristi & pseudoprophetæ: & dabunt signa magna & prodigia, ita vt seducere, si possibile, & electos.	24	*Surgent enim pseudochristi & pseudoprophetæ, & dabunt signa magna & prodigia, ita vt in errorem inducantur, si fieri possit, etiam electi.*
Ecce prædixi vobis.	25	*Ecce, prædixi vobis.*
Si ergo dixerint vobis: Ecce in deserto est, ne exeatis: ecce in conclauibus, ne credatis.	26	*Si ergo dixerint vobis, ecce in deserto est, nolite exire: ecce, in penetralibus, nolite credere.*
Sicut enim fulgur exit ab Orientibus, & apparet vsque Occidentes: ita erit & præsentia filii hominis.	27	*Sicut enim fulgur exit ab oriente, & apparet vsque in occidentem, ita erit & aduentus filij hominis.*
Vbicumque enim fuerit cadauer, illuc congregabuntur aquilæ.	28	*Vbicunque enim fuerit cadauer, illic congregabuntur & aquilæ.*
Statim autem post tribulationem dierum illorum, Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cælo, & efficaciæ cælorum concutientur.	29	*Statim autem post afflictionem dierum illorum sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cœlo, & virtutes cœlorum commouebuntur.*
Et tunc parebit signum filij hominis in cælo: & tunc plangent omnes tribus terræ, & videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli cum efficacia & gloria multa.	30	*Et tunc apparebit signum filij hominis in cœlo, & tunc plangent omnes tribus terræ, & videbunt filium hominis, venientem in nubibus cœli, cum virtute & gloria multa.*
Et legabit angelos suos cum tuba & voce magna: & congregabunt electos eius à quatuor ventis, à summis cælorum vsque extrema eorum.	31	*Et mittet angelos suos cum tuba voce magna, & congregabunt electos eius à quatuor ventis, à summis cœlorum vsque ad terminos eorum.*
A verò ficu discite parabolam: quum iam ramus eius fuerit tener, & folia germinauerint, scitis quia prope æstas;	32	*Ab arbore autem fici discite similitudinem; cum iam ramus eius tener fuerit, & folia fuerint enata, scitis quod prope sit æstas.*
Ita & vos, quum videritis hæc omnia, scitote quia prope est in ianuis.	33	*Ita & vos, cum videritis hæc omnia, scitote, quod prope sit in foribus.*
Amen dico vobis, non præteribit generatio hæc, donec omnia ista fiant.	34	*Amen dico vobis, non præteribit ætas hæc, donec omnia ista fiant.*
Cælum & terra præteribunt: verùm verba mea non præteribunt.	35	*Cœlum & terra præteribunt, verba autem mea non præteribunt.*
De autem die illa & hora nemo scit, neque angeli cælorum, si non Pater meus solus.	36	*Cæterum de die illo & hora nemo scit, ne angeli quidem cœlorum, nisi pater meus solus.*
Sicut autem dies Noe, ita erit & aduentus Filij hominis.	37	*Sed sicut erant dies Noe, ità erit & aduentus filij hominis.*
Sicut enim erant in diebus ante diluuium, comedentes & bibentes, nubentes & nuptui tradentes,	38	*Sicut enim erāt in diebus, qui præcesserūt diluuiū, edentes & bibētes, contrahētes matrimoniū, & nuptum dātes,*

Vulgata Editio.

vsque ad eum diem, quo intrauit Noe in arcam:
Et non cognouerunt donec venit diluuium, & tulit omnes:ita erit & aduentus Filii hominis.
Tunc duo erunt in agro:vnus assumetur,& vnus relinquetur.
Duæ molentes in mola:vna assumetur,& vna relinquetur.
Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit.
Illud autem scitote, * quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur venturus esset; vigilaret vtique, & non sineret perfodi domum suam.
Ideo & vos estote parati: quia qua nescitis hora Filius hominis venturus est.
Quis,putas, est fidelis seruus, & prudens, quem constituit dominus suus super familiam suam, vt det illis cibum in tempore?
* Beatus ille seruus,quem cum venerit dominus eius,inuenerit sic facientem.
Amen dico vobis, quoniam super omnia bona sua constituet eum.
Si autem dixerit malus seruus ille in corde suo: moram facit dominus meus venire:
Et cæperit percutere conseruos suos, manducet autem,& bibat cum ebriosis:
Veniet dominus serui illius in die, qua non sperat,hora,qua ignorat:
Et diuidet eum, partemque eius ponet cum hypocritis. * Illic erit fletus,& stridor dentium.

* 1.Thes. 4.17. Matt. 13. 32. Luc. 12. 39.
* Apoc. 16.15.
* Sup.13. 42. Inf.25.30

CAP. XXV.

TVne simile erit regnum cælorum decem virginibus: quæ accipientes lampades suas exierunt obuiam sponso,& sponsæ.
Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes:
Sed quinque fatuæ, acceptis lampadibus, non sumpserunt oleum secum:
Prudentes vero acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus.
Moram autem faciente sponso, dormitauerunt omnes & dormierunt.
Media autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit,exite obuiam ei.
Tunc surrexerunt omnes virgines illæ, & ornauerunt lampades suas.
Fatuæ autem sapientibus dixerunt:Date nobis de oleo vestro:quia lampades nostræ extinguuntur.
Responderunt prudentes,dicentes: Ne forte non sufficiat nobis, & vobis, ite potius ad vendentes, & emite vobis.
Dum autem irent emere, venit sponsus: & quæ parata erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, & clausa est ianua.
Nouissime vero veniunt & reliquæ virgines, dicentes:Domine,Domine,aperi nobis.
At ille respondens, ait: Amen dico vobis nescio vos.
* Vigilate itaque,quia nescitis diem,neq; horam.
* Sicut enim homo peregrè proficiscens, vocauit seruos suos,& tradidit illis bona sua:
Et vni dedit quinque talenta,alij autem duo,alij vero vnum, vnicuique secundum propriam virtutem,& profectus est statim.
Abiit autem qui quinque talenta acceperat, & operatus est in eis,& lucratus est alia quinque.
Similiter & qui duo acceperat, lucratus est alia duo.

* Mat.13. 33.
* Luc.19. 12.

Transl. ex Syriac.

ad hunc vsq; diem quo ingressus est Nouach in arcam:
Neque cognouerunt donec venissent diluuium, & abstuliisset omnes:sic futurus est aduentus Filij hominis.
Tunc duo erunt in villa, vnus assumetur,& alter relinquetur.
Duæ molentes in pistrino, vna assumetur, & altera relinquetur.
Vigilate ergo, quia nescitis qua hora venturus est Dominus vester.
Hoc autem scitote, si sciret dominus domus quanam vigilia fur venturus sit, vigilaret, nec sineret perfodi domum suam.
Propterea & vos estote parati: nam qua hora non putatis,venturus est Filius hominis.
* *Quis igitur est seruus fidelis, & sapiens quem constituit dominus suus super filios domus suæ,vt det eis cibum in tempore suo?*
Felix ille seruus,quem quum veniet dominus eius, inuenerit ita facientem.
Amin ego dico vobis, constituet eum super omnia quæ habet.
Sin autem dixerit seruus ille nequam in corde suo, dominus meus tardat aduentum:
Cœperit q; percutere conseruos suos, & comederit, ac potauerit cum temulentis:
Veniet dominus serui illius, quo die non expectat, & qua hora non nouit.
Et separabit eum, ponetque partem eius cum acceptoribus vultus(hypocritis.)*illic erit fletus & stridor dentium.*

* Oblatio Domin. ex Sacerdotum.

CAP. XXV.

TVne assimilabitur regnum cœlorum decem virginibus illis, quæ sumpserunt lampades suas, & exierunt in occursum sponsi & sponsæ.
Quinque autem ex eis sapientes erant, & quinque fatuæ.
Et illæ fatuæ sumpserant quidem lampades suas, sed non assumpserant secum oleum.
Hæ verò sapientes sumpserant oleum in vasis cum lampadibus suis.
Quum autem tardaret sponsus, dormitarunt omnes, somnoque se dedere.
Et media nocte factus est clamor, Ecce, sponsus venit, exite in occursum eius.
Tunc surrexerunt omnes illæ virgines, & præparauerunt lampades suas.
Dixerunt autem illæ fatuæ sapientibus, Date nobis ex oleo vestro,ecce enim lampades nostræ extinctæ sunt.
Responderunt hæ sapientes & dicunt: Ne fortè non sufficiat nobis & vobis, ite potius ad eos qui venundant, & emite vobis.
Quum autem proficiscerentur emptum,venit sponsus: & hæ quæ paratæ erant introierunt cum eo in domum chori(ad nuptias:) *clausaq; est ianua.*
Postremò verò venerunt,& illæ virgines aliæ,dicentes: Domine noster,Domine noster, aperi nobis.
Is verò respondit,& ait eis: Amin ego dico vobis,non noui vos.
Vigilate ergo,quia nescitis diem illum neque horam.
* *Sicut enim vir qui peregrè profectus est, vocauit famulos suos,& tradidit eis possessionem suam:*
Et vni quidem dedit quinque talenta,alij autem duo, alij denique vnum; vnicuique secundum facultatem ipsius; & peregrè profectus est illico.
Profectus autem ille qui quinque talenta acceperat, negotiatus est ex eis,& lucratus est quinque alia.
Et itidem is qui duo negotiando lucratus est duo alia.

Statio in ecclesia decem virginum sepulturæ Patricij,& Mallerum fundatæ.

* Dominica Sacerdotij.

Transl. B. Ariæ Mont.

vsque quo die intrauit Noe in arcam:
Et non cognouerunt donec venit diluuium, & tulit omnes:ita erit & præsentia Filij hominis. 39
Tunc duo erunt in agro:vnus assumitur,& vnus relinquitur. 40
Duæ molentes in mola:vna assumetur,& vna relinquetur. 41
Vigilate ergo; quia nescitis quâ hora Dominus vester venit. 42
Illud autem scitote,quoniam si sciret paterfamilias qua custodia fur venit, vigilaret vtique, & non sineret perfodi domum suam. 43
Propter hoc & vos estote parati, quia qua hora non putatis,Filius hominis venturus est. 44
Quis putas est fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus suus super familiam suam, ad dandum illis cibum in tempore? 45
Beatus seruus ille, quem veniens dominus eius, inuenerit facientem sic. 46
Amen dico vobis, quoniam super omnibus substantijs suis constituet eum. 47
Si autem dixerit malus seruus ille in corde suo: Tardat dominus meus venire: 48
Et cœperit percutere conseruos, edere autem & bibere cum ebriosis: 49
Veniet dominus serui illius in die qua non expectat,& in hora qua non scit: 50
Et diuidet eum, & partem eius cum hypocritis ponet:illic erit fletus,& stridor dentium. 51

CAP. XXV.

TVnc similabitur regnum cælorum decem virginibus: quæ accipientes lampadas suas,exierunt in occursum sponsi. 1
Quinque autem erant ex eis prudentes, & quinque fatuæ. 2
Quæ fatuæ sumentes lampadas suas, non sumpserunt secum oleum. 3
Verum prudentes acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus suis. 4
Tardante autem sponso, dormitauerunt omnes, & dormierunt. 5
Media autem nocte,clamor factus est: Ecce sponsus venit:exite in occursum eius. 6
Tunc surrexerunt omnes virgines illæ: & ornauerunt lampadas suas. 7
At fatuæ sapientibus dixerunt: Date nobis de oleo vestro,quia lampades nostræ extinguuntur. 8
Respondentes autem prudentes,dicentes:Ne forte non sufficiat nobis, & vobis: ite autem potius ad vendentes,& emite vobisipsis. 9
Abeuntibus autem illis mercari,venit sponsus:& expeditæ intrauerunt cum eo ad nuptias, & clausa est ianua. 10
Posterius verò veniunt & reliquæ virgines, dicentes:Domine,Domine,aperi nobis. 11
Ille verò respondens, ait: Amen dico vobis,non noui vos. 12
Vigilate itaque:quia nescitis diē neq; horā,in qua (Filius hominis veniet. 13
Sicut enim homo peregrè proficiscens, vocauit proprios seruos,& tradidit illis substantias suas: 14
Et huic quidem dedit quinque talenta,illi autem duo,illi verò vnum: vnicuique secundùm propriam facultatem:& peregrè profectus est statim. 15
Profectus autem quinque talenta accipiens, operatus est in eis,& fecit alia quinque talenta. 16
Similiter & qui duo, lucratus est & ipse alia duo. 17

Transl. Erasm. Roterod.

vsque ad eum diem quo intrauit Noe in arcam:
Et non cognouerunt, donec venisset diluuium, & sustulisset vniuersos: ita erit & aduentus filij hominis. 39
Tunc duo erunt in agro, vnus assumitur, & alter relinquitur. 40
Duæ molentes in mola, vna assumitur, & altera relinquitur. 41
Vigilate ergo, quia nescitis qua hora dominus vester venturus sit. 42
Illud autem scitote, si scisset paterfamilias, qua hora fur venturus fuisset, vigilasset vtique, & non sinuisset perfodi domum suam. 43
Ideo & vos estote parati: quia qua hora non putatis, ea filius hominis venturus est. 44
Quisnam est fidelis seruus & prudens, quem præfecit dominus famulitio suo, vt det illis cibum in tempore? 45
Beatus seruus ille, quem cum venerit dominus eius, inuenerit sic facientem: 46
Amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum. 47
Quod si dixerit seruus ille malus in corde suo, cunctatur dominus meus venire, 48
Cœperitq; percutere conseruos, imò edere & bibere cum ebriis, 49
Veniet dominus serui illius in die, quo non expectat, & hora qua ignorat, 50
Et dissecabit eum, partemq; eius ponet cum hypocritis, illic erit ploratus & stridor dentium. 51

CAP. XXV.

TVnc simile fiet regnum cœlorum decem virginibus, quæ sumptis lampadibus suis, exierunt in occursum sponso. 1
Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes. 2
Quæ erant fatuæ acceptis lampadibus suis, non sumpserant oleum secum. 3
Prudentes vero sumpserant oleum in vasis suis vnà cum lampadibus. 4
Tardante vero sponso, dormitauerunt omnes, ac dormierunt. 5
Porrò medio noctis clamor factus est: ecce sponsus venit, exite obuiam ei. 6
Tunc surrexerunt omnes virgines illæ, & apparauerunt lampades suas. 7
Fatuæ autem prudentibus dixerunt: Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguuntur. 8
At respondentes prudentes, dicentes: Nequaquam, ne non sufficiat nobis & vobis: sed ite potius ad eos, qui vendunt, & emite vobisipsis. 9
Porrò dum irent emptum, venit sponsus: & quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, clausaq; est ianua. 10
Postea vero veniunt & reliquæ virgines, dicentes: Domine, domine, aperi nobis. 11
At ille respondens ait: Amen dico vobis, non noui vos. 12
(hominis veniet. 13
Vigilate itaque, quia nescitis diē neq; horā, in quā filius
Sicut enim homo quidam peregre proficiscens, vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua. 14
Et huic quidem dedit quinque talenta, alij autem duo, alij vero vnum: vnicuique secundum propriam facultatem, & profectus est statim. 15
Abijt autem qui quinque talenta acceperat, & negociatus est per ea, & confecit altera quinque talenta. 16
Similiter & qui duo acceperat, lucratus est & ipse altera duo. 17

Vulgata Editio.

Qui autem vnum acceperat, abiens fodit in terram,& abscondit pecuniam domini sui.

Post multum vero temporis venit dominus seruorum illorum,& posuit rationem cum eis.

Et accedens qui quinque talẽta acceperat,obtulit alia quinque talenta, dicens: Domine, quinque talenta tradidisti mihi,ecce alia quinque superlucratus sum.

Ait illi dominus eius:Euge serue bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam,intra in gaudium Domini tui.

Accessit autẽ & qui duo talenta acceperat,& ait: Domine,duo talẽta tradidisti mihi, ecce alia duo lucratus sum.

Ait illi dominus eius:Euge serue bone,& fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam,intra in gaudium Domini tui.

Accedens autem,& qui vnum talentũ acceperat, ait:domine,scio quia homo durus es, metis vbi nõ seminasti,& congregas vbi non sparsisti:

Et timens abij, & abscondi talentum tuum in terra:ecce habes quod tuum est.

Respondens autem dominus eius,dixit ei: Serue male,& piger,sciebas quia meto vbi non semino,& congrego vbi non sparsi:

Oportuit ergo te committere pecuniam meam numulariis,& veniens ego recepissem vtique quod meum est cum vsura.

Tollite itaque ab eo talentum; & date ei,qui habet decem talenta.

* Omni enim habẽti dabitur,& abũdabit:ei autẽ, q nõ habet,& quod videtur habere,auferetur ab eo.

Et inutilem seruum eijcite in tenebras exteriores:illic erit fletus,& stridor dentium.

Cum autem venerit Filius hominis in maiestate sua,& omnes Angeli cum eo,tunc sedebit super sedem maiestatis suæ:

Et congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos ab inuicem,sicut pastor segregat oues ab hœdis:

Et statuet oues quidem à dextris suis hædos autem à sinistris.

Tunc dicet rex his,qui à dextris eius erũt:Venite benedicti Patris mei,possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi.

* Esurijui enim,& dedistis mihi manducare:sitiui, & dedistis mihi bibere: hospes eram, & collegistis me:

Nudus,& cooperuistis me:* infirmus,& visitastis me:in carcere eram,& venistis ad me.

Tunc respondebunt ei iusti, dicentes: Domine, quando te vidimus esurientem, & pauimus te: sitientem,& dedimus tibi potum?

Quando autem te vidimus hospitem & collegimus te:aut nudum,& cooperuimus te?

Aut quando te vidimus infirmum:aut in carcere,& venimus ad te?

Et respondens rex, dicet illis: Amen dico vobis, quandiu fecistis vni ex his fratribus meis minimis,mihi fecistis.

Tunc dicet & his, qui à sinistris erunt: * Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo,& Angelis eius.

Esurijui enim, & non dedistis mihi manducare: sitiui,& non dedistis mihi potum:

Hospes eram,& non collegistis me:nudus, & non cooperuistis me: infirmus, & in carcere,& non visitastis me.

Transl. ex Syriac.

Is autem qui acceperat vnum, profectus fodit in terram,& abdidit argentum domini sui.

Post autem multum temporis venit dominus seruorum illorum,& recepit ab eis rationem.

Et accessit is qui acceperat quinque talenta, obtulit quinque alia,& ait: Domine mi quinque talenta dedisti mihi, ecce quinque alia negotiando lucratus sum supra ea,

Dixit ei dominus eius: Bene est, serue bone, & fidelis, in modico fidelis fuisti, super multa te constituam, intra in gaudium Domini tui.

Et accessit is qui duo talenta, & ait: Domine mi, duo talenta dedisti mihi, ecce alia duo negotiando lucratus sum supra ea.

Dixit ei dominus eius: Bene est, serue bone & fidelis, in modico fuisti super multa constituam te: intra in gaudium Domini tui.

Accessit autem, & is qui acceperat vnum talentum, & ait: domine mi, noueram te esse virum durum, neque metere vbi non seminasti, & colligere vnde non sparsisti.

Ac timui, & abiens abscondi talentum tuum in terram: ecce habes quod tuum est.

Respondit dominus eius, & dixit ei: Serue nequam ac piger, noueras me metere vbi non seminaui, & colligere vnde non sparsi.

Oportuit te committere pecuniam meam mensæ, & ego veniissem ac repetissem quod meum est cum fœnore.

Tollite ergo ab eo talentum, & date ei qui habet decem talenta.

(Ei enim qui habet, dabitur, & adijcietur ei: is vero qui non habet, id etiam quod habet auferetur ab eo.)

Et seruum inutilem ejicite in tenebras exteriores: illic erit fletus, & stridor dentium.

** Quum venerit autem Filius hominis in gloria sua, & omnes Angeli eius sancti cum eo, tunc sedebit super thronum gloriæ suæ.*

Et congregabuntur coram eo omnes gentes, & separabit eas vnam ab altera, sicut pastor separat oues ab hœdis:

Et statuet oues à dextera sua, & hœdos à sinistra sua.

Tunc dicet rex ijs qui erunt à dextera sua: Venite benedicti Patris mei, possidete regnum quod paratum est vobis à constitutione mundi.

Esurijui enim, & dedisti mihi quod manducarem; sitiui, & propinastis mihi: hospes eram, & excepistis me.

Nudus eram, & operuisti me: infirmus eram, & visitastis me: in domo vinctorum eram, & venistis ad me.

Tunc dicent ei iusti illi: Domine noster, quando vidimus te esurientem & cibauimus te? aut sitientem, & propinauimus tibi?

Et quando vidimus te hospitem, & excepimus te? aut nudum, & operuimus te?

Et quando vidimus te infirmum: aut in domo vinctorum, & venimus ad te?

Et respondens rex dicet eis: Amen ego dico vobis, quotiescunque feciſtis vni ex istis fratribus meis paruulis, mihi ipsi feciſtis.

Tunc dicet & ijs qui erunt à sinistra sua: Abite à me maledicti in ignem illum æternum, qui paratus est criminatori (diabolo) & Angelis eius.

Esurijui enim, nec dedistis mihi quod manducarem: & sitiui, nec propinastis mihi:

Et hospes eram, nec excepistis me: & nudus eram, nec operuistis me: & infirmus eram, & in domo vinctorum eram, neque visitastis me.

* ap. 13. 12. Marc. 4. 25. Luc. 8. 18 & 19. 26.

* Isa. 58. 7. Ezec. 18. 7.

* Eccli. 7. 38.

* Pſ. 5. 9. Sup. 7. 23. Luc. 13. 27.

Transl. B. Ariæ Mont.

Verùm vnum accipiens, abiens fodit in terra, & abscondit pecuniam domini sui. 18

Post verò tempus multum venit dominus seruorum illorum,& confert rationem cum eis. 19

Et accedens quinque talenta accipiens, attulit alia quinque talenta, dicens: Domine, quinque talenta mihi tradidisti: ecce alia quinque talenta lucratus sum super illis. 20

Ait verò illi dominus eius,Bene,serue bone & fidelis, super pauca fuisti fidelis,super multa te constituam:ingredere in gaudium domini tui. 21

Accedens autem & qui duo talenta accipiens, dixit: Domine, duo talenta mihi tradidisti: ecce alia duo talenta lucratus sum super illis. 22

Ait illi dominus eius: Bene,serue bone & fidelis, super pauca fuisti fidelis, super multa te cõstituam: ingredere in gaudium domini tui. 23

Accedens autem & vnum talentum sumens, ait: Domine, scio te quia durus es homo, metens vbi non seminasti,& congregans vnde non sparsisti: 24

Et timore perculsus abiens, abscondi talentum tuum in terra:ecce habes tuum. 25

Respondens autem dominus eius, dixit ei: Male serue & piger,sciebas quia meto vbi non seminaui, & congrego vnde non sparsi. 26

Oportuit ergo te iacere argentum meum mensariis, & veniens ego recepissem vtique meum cum vsura. 27

Tollite itaque ab eo talentum,& date habenti decem talenta. 28

Nam habenti omni dabitur,& augebitur: à verò nõ habente,& quod videtur habere,auferetur ab eo. 29

Et inutilem seruum eiicite in tenebras exteriores:illic erit fletus & fremitus dentium. 30

Quum autem venerit Filius hominis in gloria sua, & omnis sancti angeli cum eo,tunc sedebit super throno gloriæ suæ: 31

Et cogentur ante eum omnes gentes, & separabit eos ab inuicem, sicut pastor segregat oues ab hœdis. 32

Et statuet quidem oues à dextris suis,at hœdos à sinistris. 33

Tunc dicet rex his qui à dextris eius: Venite benedicti Patris mei,possidete paratum vobis regnum à fundamento mundi. 34

Esuriui enim,& dedistis mihi manducare: sitiui, & potastis me:hospes eram,& collegistis me: 35

Nudus, & amiciuistis me: ægrotaui,& visitastis me:in carcere eram,& venistis ad me. 36

Tunc respondebunt ei iusti, dicentes: Domine, quando te vidimus esurientem, & aluimus? vel sitientem,& potauimus? 37

Quando autem te vidimus hospitem, & collegimus? aut nudum & amiciuimus? 38

Quando verò te vidimus infirmum, aut in carcere,& venimus ad te? 39

Et respondens rex dicet illis: Amen dico vobis, quatenus fecistis vni horum fratrum meorum minimorum,mihi fecistis. 40

Tunc dicet & his qui à sinistris:Ite à me maledicti in ignem æternum, præparatum diabolo & angelis eius. 41

Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare: sitiui,& non poastis me: 42

Hospes eram,& non collegistis me:nudus,& non amiciuistis me: infirmus, & in carcere,& non visitastis me. 43

Transl. Erasm. Roterod.

Qui autem vnum acceperat, abiens fodit in terram, & abscondit pecuniam domini sui. 18

Post multum vero temporis venit dominus seruorum illorum,& ponit rationem cum eis. 19

Et accedens is qui quinque talenta acceperat, attulit altera quinque talenta, dicens: Domine,quinque talenta tradidisti mihi,ecce altera quinque talenta lucratus sum per ea. 20

Ait illi dominus eius: Euge serue bone & fidelis,super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: intra in gaudium domini tui. 21

Accedens autem & qui duo talenta acceperat,ait:Domine, duo talenta tradidisti mihi, ecce alia duo lucratus sum per ea. 22

Ait illi Dominus eius: Euge serue bone & fidelis,super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: intra in gaudium domini tui. 23

Accedens autem & qui vnum talentum acceperat,ait: Domine,noueram te quod homo durus sis, metens vbi non seminasti & inde congregans vbi non sparsisti: 24

Ac territus abij, abscondiq; talentum tuum in terra: Ecce habes quod tuum est. 25

Respondens autem dominus eius, dixit ei: Serue male & piger, sciebas quod metam vbi non seminaui, & congregem illinc vbi non sparsi: 26

Oportuit ergo te committere pecuniam meam mensariis,& veniens ego recepissem vtique quod meum est cum vsura. 27

Tollite itaque ab eo talentum,& date ei qui habet decem talenta. 28

Omni enim habenti dabitur,& abundabit. Qui vero non habet,etiam id quod habet auferetur ab eo. 29

Et inutilem seruum eijcite in tenebras exteriores: illic erit fletus & stridor dentium. 30

Cum autem venerit filius hominis in gloria sua, & omnes sancti angeli cum eo, tunc sedebit super sedem gloria sua, 31

Et congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos, alteros ab alteris, sicut pastor segregat oues ab hœdis: 32

Et statuet oues quidem à dextris suis, hœdos autem à sinistris. 33

Tunc dicet rex his qui à dextris sibi erunt: Venite benedicti patris mei,possidete regnum paratum vobis ab exordio mundi. 34

Esuriui enim,& dedistis mihi edere. Sitiui,& dedistis mihi bibere.Hospes eram,& collegistis me. 35

Nudus,& operuistis me. Infirmus,& visitastis me. In carcere eram,& venistis ad me. 36

Tunc respondebunt ei iusti, dicentes: Domine,quando te vidimus esurientem,& pauimus:aut sitientem, & dedimus tibi potum? 37

Quando autem te vidimus hospitem, & collegimus te:aut nudum,& cooperuimus te: 38

Aut quando te vidimus infirmum aut in carcere, & venimus ad te? 39

Et respondens rex dicet illis: Amen dico vobis, quatenus fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. 40

Tunc dicet & his qui à sinistris erunt: Discedite à me maledicti in ignem aternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. 41

Esuriui enim, & non dedistis mihi cibum Sitiui, & non dedistis mihi potum. 42

Hospes eram,& non collegistis me. Nudus,& non operuistis me. Infirmus & in carcere eram, & non visitastis me. 43

Vulgata Editio.

Tunc respondebunt ei & ipsi, dicentes: Domine, quando te vidimus esurientem, aut sitientem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, & non ministrauimus tibi?

Tunc respondebit illis dicens: Amen dico vobis: Quamdiu non feciſtis vni de minoribus his, nec mihi feciſtis.

* Et ibunt hi in supplicium æternum: iusti autem in vitam æternam.

CAP. XXVI.

ET factum est: cum consummasset Iesus sermones hos omnes, dixit discipulis suis.

* Scitis quia post biduum Pascha fiet, & Filius hominis tradetur vt crucifigatur.

Tunc congregati sunt Principes sacerdotum & seniores populi in atrium Principis sacerdotum, qui dicebatur Caiphas:

Et consilium fecerunt vt Iesum dolo tenerent, & occiderent.

Dicebant autem: Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo.

* Cum autem Iesus esset in Bethania in domo Simonis leprosi:

Accesit ad eum mulier habens alabastrum vnguenti pretiosi, & effudit super caput ipsius recumbentis.

Videntes autem discipuli, indignati sunt dicentes: Vt quid perditio hæc?

Potuit.n. istud venũdari multo, & dari pauperib.

Sciens autem Iesus, ait illis: Quid molesti estis huic mulieri? opus enim bonum operata est in me.

Nam semper pauperes habetis vobiscum: me autem non semper habetis.

Mittens enim hæc, vnguentum hoc in corpus meum: ad sepeliendum me fecit.

Amen dico vobis: vbicumque prædicatum fuerit hoc euangelium in toto mundo, dicetur & quod hæc fecit in memoriam eius.

* Tunc abiit vnus de duodecim, qui dicebatur Iudas Iscariotes, ad Principes sacerdotum:

Et ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? At illi constituerunt ei triginta argenteos.

Et exinde quærebat opportunitatem, vt eum traderet.

* Prima autem die Azymorum accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes: Vbi vis paremus tibi comedere Pascha?

At Iesus dixit: Ite in ciuitatem ad quendam, & dicite ei: Magister dicit: Tempus meum prope est, apud te facio Pascha cum discipulis meis.

Et fecerunt discipuli sicut constituit illis Iesus, & parauerunt Pascha.

* Vespere autem facto, discumbebat cum duodecim discipulis suis.

Et edentibus illis, dixit: Amen dico vobis, quia vnus vestrum me traditurus est.

Et contristati valde, cœperũt singuli dicere: Numquid ego sum Domine?

At ipse respondens, ait: Qui intingit mecum manum in paropside, hic me tradet.

Filius quidem hominis vadit, * sicut scriptum est de illo: væ autẽ homini illi, per quẽ Filius hominis tradetur: bonũ erat ei, si natus nõ fuisset homo ille.

Respondens autem Iudas, qui tradidit eum dixit: Numquid ego sum Rabbi? Ait illi: Tu dixisti.

* Cænantibus autem eis, accepit Iesus panem, & benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis, & ait:

* Ioan. 5. 29. Dan. 12. 2

* Mar. 14. 1. Luc. 22. 1.

* Ioã. 11. 2. & 12. 3. Mar. 14. 3

* Marc. 14. 10. Luc. 22. 3.

Marc. 14. 12. Luc. 22. 7

* Pſa. 40. 10.

* 1. Cor. 11. 24.

Transl. ex Syriac.

Tunc respondebunt, & illi, ac dicent: Domine noster, quando vidimus te esuricntem, aut sitientem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum, aut in domo vinctorum, nec ministrauimus tibi?

Tunc respondebit & dicet eis: Amin ego dico vobis: Quotiescumque non feciſtis vni ex istis paruulis, nec mihi feciſtis.

Et abibunt isti in cruciatum æternum, iusti verò in vitam æternam.

CAP. XXVI.

ET factum est cùm absoluisset Ieschua hos omnes sermones, vt dixerit discipulis suis.

Scitis post duos dies fore Pezcho, Filiumq; hominis traditum iri vt cruci suffigatur.

Tunc congregati sunt Principes sacerdotum, & scribæ, ac seniores populi in atrium Summi sacerdotis qui vocabatur Kaiopho.

Et consilium inierũt aduersus Ieschua, vt dolo comprehenderent eum, ac interficerent.

Dicebant autem: Non in festo, ne fiat tumultus in populo.

Quumque Ieschua esset in Beth-Anio, in ædibus Schemeoun leprosi:

Accesserat ad eum mulier habens secum alabastrum vnguenti suauissimi magni pretij, & effuderat super caput ipsius Ieschua, cùm discumberet.

Viderunt autem discipuli eius, & displicuit eis, & inquiunt: Quorsum perditio hæc?

Potuit enim istud venundari magno, & dari egenis.

Ieschua verò sciens, dixit eis: Quid fatigatis hanc mulierem? opus bonum operata est erga me.

Nam in omni tempore egenos habebitis vobiscum: me verò non omni tempore habebitis.

Id autem quod iecit, nempe aroma istud super corpus meum: tanquam ad sepeliendum me fecit.

Equidem ego dico vobis: vbicumque prædicabitur hoc Euangelium meum in vniuerso mundo, recitabitur, & id quod hæc fecit in memoriam ipsius.

Tunc abijt vnus ex duodecim, qui vocabatur Iihoudo Scarionto ad Principes sacerdotum,

Et ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego traditurus sum eum vobis? Illi autem constituerunt ei triginta argenteos.

Et ex eo tempore quærebat sibi oportunitatem prodendi eum.

** Die verò primâ Azymorum adierunt discipuli Ieschua, & dixerunt ei: Vbi vis paremus tibi ad manducandum Pezcho?*

Is autem dixit ei: Proficiscimini in ciuitatem ad quempiam, & dicite ei: Magister noster inquit: Tempus meum aduenit, apud te facio Pezcho cum discipulis meis.

Et discipuli eius egerunt sicuti præceperat eis Ieschua, & parauerunt Pezcho.

Quumque esset vespera, discumbebat cum duodecim discipulis suis.

Et quum ederent, ait: Amin ego dico vobis, vnus ex vobis prodit me.

Et ægrè fuit eis vehementer, cœperunt que dicere ei singuli ex eis: Nunquid ego sum, Domine mi?

Is autem respondit, & ait: Ille qui intingit manum suam mecum in patino, me proditurus est.

Et Filius hominis abit, vt scriptum est de eo: væ autem homini illi per quem Filius hominis proditur: præstaret homini illi si natus non fuisset.

Respondit Iihoudo proditor, & ait: Numquid ego sum Rabbi? Dicit ei Ieschua: Tu dixisti.

Quum autem ederent, accepit Ieschua panem, & benedixit, fregitque, ac dedit discipulis suis, & ait:

Dicquinta Secretorũ, Kin consecratione chrismatis.

Dicquinta hebdomadis Secretorum.

Transl. B. Ariæ Mont.

Tunc respondebunt ei & ipsi, dicentes: Domine, 44
quando te vidimus esurientem, aut sitientem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, & non ministruimus tibi?

Tunc respondebit illis, dicens: Amen dico vobis: 45
quatenus non feciſtis vni horum minimorum, nec mihi feciſtis.

Et ibunt hi in supplicium æternum: at iusti in 46
vitam æternam.

CAP. XXVI.

ET factum est, quum consummasset Iesus om- 1
nes sermones hos, dixit discipulis suis:

Scitis quia post duos dies Pascha fit, & Filius ho- 2
minis traditur ad crucifigi.

Tunc congregati sunt principes Sacerdotum & 3
Scribæ, & seniores populi in atrium principis Sacerdotum, dicti Caiphas:

Et consultauerunt vt Iesum dolo apprehende- 4
rent: & occiderent.

Dicebant autem: Non in festo, vt ne tumultus 5
fiat in populo.

At Iesu existente in Bethania, in domo Simonis 6
leprosi,

Accessit ad eum mulier alabastrum vnguenti ha- 7
bens pretiosi, & effudit super caput ipsius recumbentis.

Videntes autem discipuli eius, indignati sunt, di- 8
centes: Ad quid perditio hæc? (pauperibus.

Potuit. n. istud vnguentū vænūdari multo, & dari 9

Sciens autem Iesus, ait illis: Quid molestias exhi- 10
betis mulieri? opus enim bonum operata est in me.

Semper enim pauperes habetis cum vobis, me 11
autem non semper habetis.

Iaciens enim hæc vnguentum hoc in corpus 12
meum, ad sepeliendum me fecit.

Amen dico vobis, vbicumque prædicatum fuerit 13
euangelium hoc in toto mundo, dicetur & quod fecit hæc in memoriam eius.

Tunc vadens vnus duodecim, dictus Iudas Isca- 14
riotes, ad principes Sacerdotum,

Ait: Quid vultis mihi dare, & ego vobis tra- 15
dam eum? Illi verò constituerunt ei triginta argenteos.

Et ex inde quærebat opportunitatem vt eum 16
traderet.

At prima Azymorum accesserunt discipuli Iesu, 17
dicentes ei: Vbi vis paremus tibi comedere Pascha?

Ille autem dixit, Ite in ciuitatem ad quendam, & 18
dicite ei: Magister dicit: Tempus meum prope est, apud te facio Pascha cum discipulis meis.

Et fecerunt discipuli sicut coordinauerat illis Ie- 19
sus: & parauerunt Pascha.

Vespere autem facto, discumbebat cum duode- 20
cim.

Et edentibus illis, dixit: Amen dico vobis, quia 21
vnus ex vobis traditurus est me.

Et contristati valdè, cœperunt dicere ei vnus- 22
quisque eorum, Numquid ego sum, Domine?

Is verò respondens, ait: Intingens cum me in ca- 23
tino manum, hic me tradet.

Quidem filius hominis vadit, sicut scriptū est de 24
illo. Væ autē homini illi, per quem Filius hominis tradetur: bonū erat ei, si nō natus fuisset homo ille.

Respondens autem Iudas, qui tradens eum, dixit, 25
Nunquid ego sum, Rabbi? Ait illi: Tu dixisti.

Edentibus autem eis, accipiens Iesus panem, & 26
benedicens, fregit, & dedit discipulis, & ait:

Transl. Erasm. Roterod.

Tunc respondebunt ei & ipsi dicentes: Domine, quando te vidimus esurientem, aut sitientem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, & non ministrauimus tibi?

Tunc respondebit illis, dicens: Amen dico vobis, quatenus non feciſtis vni de minimis his, nec mihi feciſtis.

Et ibunt hi in supplicium æternum, iusti vero in vitam æternam.

CAP. XXVI.

ET factum est cum consummasset Iesus sermones hos, omnes, dixit discipulis suis.

Scitis quod post biduum pascha fit, & filius, hominis traditur vt crucifigatur.

Tunc congregati sunt principes sacerdotum & scribæ & seniores populi in atrium principis sacerdotum, qui dicebatur Caipha:

Et consilium inierunt, vt Iesum dolo caperent, & occiderent.

Dicebant autem: Non in die festo, ne tumultus fiat in populo.

Cum autem Iesus esset in Bethania in domo Simonis leprosi,

Accessit ad eum mulier, habens alabastrum vnguenti precioſi, & effudit super caput ipsius recumbentis.

Videntes autem discipuli indignati sunt, dicentes: Ad quod perditio hæc? (pauperibus.

Po. uit enim istud vnguentū venundari magno & dari

Eo autem cognito, Iesus ait illis: Quid molesti estis mulieri? Opus enim bonum operata est erga me.

Nam semper pauperes habetis vobiscum, me vero non semper habetis.

Quod enim hæc vnguentum hoc misit super corpus meum, ad sepeliendum me fecit.

Amen dico vobis, vbicunque prædicatum fuerit hoc euangelium in toto mundo, hoc quoque quod hæc fecit narrabitur in memoriam ipsius.

Tunc abijt vnus de duodecim, qui dicebatur Iudas Iscariotes, ad principes sacerdotum,

Et ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego vobis tradam illum? At illi constituerunt ei triginta argenteos.

Et ex eo tempore quærebat oportunitatem vt eum traderet.

Caterum primo die azymorum accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes ei: Vbi vis paremus tibi ad edendum pascha?

At ille dixit: Ite in ciuitatem ad quendam, & dicite ei: Magister dicit: Tempus meum prope est, apud te facio pascha cum discipulis meis.

Et fecerunt discipuli sicut constituit illis Iesus, & parauerunt pascha.

Vespere autem facto, discumbebat cum duodecim:

Et edentibus illis dixit: Amen dico vobis, quòd vnus vestrum me proditurus est.

Et mœsti redditi vehementer, cœperunt singuli dicere ei: Num ego sum domine?

At ipse respondens ait: Qui intinxit mecum manum in catino, hic me proditurus est.

Filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de illo: Væ autem homini illi per quem filius hominis proditur: bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille.

Respondens autem Iudas qui tradidit eum, dixit: Num ego sum rabbi? Ait illi: Tu dixisti.

Vescentibus autem eis, accepit Iesus panem, & cum egisset gratias, fregit, deditq; discipulis, & ait:

Vulgat. Editio.

Accipite,& comedite:hoc est corpus meum.

Et accipiens calicem gratias egit : & dedit illis, 27
dicens:Bibite ex hoc omnes.

Hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui 28
pro multis effundetur in remissionem peccatorũ.

Dico autem vobis:non bibam amodo de hoc ge- 29
nimine vitis vsque in diem illum, cum illud bi-
bam vobiscum nouum in regno Patris mei.

Et hymno dicto,exierunt in montem Oliueti. 30

*Mar.14. 27. Io.16.32. Zac.13.7. Mar.16.7

Tunc dicit illie Iesus : * Omnes vos scandalum 31
patiemini in me, in ista nocte. Scriptum est enim.
Percutiam pastorem,& dispergentur oues gregis.

Postquam autem resurrexero, præcedam vos in 32
Galilæam.

Respondens autẽ Petrus, ait illi:Et si omnes scan- 33
dalizati fuerint in te, ego numquam scãdalizabor.

Ait illi Iesus : Amen dico tibi,quia in hac nocte 34
antequam Gallus cantet,ter me negabis.

* Ioã.13. 38. Marc.14. 31. Luc. 22. 33.

Ait illi Petrus:* Etiam si oportuerit me mori te- 35
cum, non te negabo. Similiter & omnes discipuli
dixerunt.

Tunc venit Iesus cum illis in villam, quæ dici- 36
tur Gethsemani,& dixit discipulis suis : Sedete hic
donec vadam illuc,& orem.

Et assumpto Petro,& duobus filijs Zebedæi,cœpit 37
contristari & mæstus esse.

Tunc ait illis : Tristis est anima mea vsque ad 38
mortem:sustinete hic,& vigilate mecum.

Et progressus pusillum,procidit in faciem suam, 39
orans,& dicens : Pater mi,si possibile est,transeat à
me calix iste:Verumtamen non sicut ego volo, sed
sicut tu.

Et vent ad discipulos suos, & inuenit eos dor- 40
mientes,& dicit Petro :Sic,non potuistis vna hora
vigilare mecum?

Vigilate, & orate vt non intretis in tentatio- 41
nem.Spiritus quidem promptus est,caro autem in-
firma.

Iterum secundo abiit,& orauit,dicens: Pater mi, 42
si non potest hic calix transire nisi bibam illum,fiat
voluntas tua.

Et venit iterum,& inuenit eos dormientes:erant 43
enim oculi eorum grauati.

Et relictis illis,iterum abijt,& orauit tertio,eun- 44
dem sermonem dicens:

Tunc venit ad discipulos suos,& dicit illis :Dor- 45
mite iam & requiescite:ecce appropinquauit hora
& Filius hominis tradetur in manus peccatorum.

Surgite eamus : ecce appropinquauit qui me 46
tradet.

*Mar.14. 43. Luc. 22. 47. Ioa.18.3.

¶ * Adhuc eo loquente, ecce Iudas vnus de duode- 47
cim venit, & cum eo turba multa cum gladiis, &
fustibus, missi à Principibus sacerdotum, & Senio-
ribus populi.

Qui autem tradidit eum, dedit illis signum, di- 48
cens : Quemcumque osculatus fuero, ipse est, te-
nete eum.

Et confestim accedens ad Iesum,dixit : Aue Rab- 49
bi:Et osculatus est eum.

Dixitque illi Iesus : Amice,ad quid venisti? Tunc 50
accesserunt, & manus iniecerunt in Iesum, & te-
nuerunt eum.

Et ecce vnus ex his,qui erant cum Iesu,extẽdens 51
manum,exemit gladiũ suum,& percutiens seruum
Principis sacerdotum amputauit auriculam eius.

*Gẽ.9.6. Apoc.13. 13.

Tunc ait illi Iesus : Conuerte gladium tuum in 52
locum suum. * Omnes enim qui acceperint gla-
dium,gladio peribunt.

Transl. ex Syriac.

Accipite,comedite:hoc est corpus meum.

Et accepit calicem,atque gratias egit : & dedit eis,di-
xitque:Accipite,bibite ex eo vos omnes.

Hic est sanguis meus fœderis noui, qui pro multis ef-
funditur in remissionem peccatorum.

Ego dico vobis:non bibam ab hoc tempore ex hoc geni-
mine vitis, vsque ad diem,quo bibam illud vobiscum no-
uum in regno Dei.

Et dixerunt hymnodiam,exieruntque in montem Oli-
uarum.

** Ad nodem parasceues Cmcifixionis.*

** Tunc ait illis Ieschua : Vos omnes offendemini in me*
hac nocte. Scriptum est enim.Percutiam pastorem, & dis-
pergentur oues gregis ipsius.

Postquam autem surrexero præcessuros sum vos in Ga-
lilæam.

Respondit Kipho, & dixit ei : Etiam si omnis homo of-
fendatur in te,ego nunquam offendar in te.

Dixit ei Ieschua : Amin ego dico tibi, hac nocte ante-
quam cantauerit gallus,tribus vicibus abnegabis me.

Dixit ei Kipho : Si sit mihi moriendum tecum, non
abnegabo te. Et itidem etiam omnes discipuli dixe-
runt.

Tunc venit cum eis Ieschua in locum qui vocatur
Ghedsimon, & ait discipulis suis : Sedete hic vsque dum
abiero orarum.

Et assumpsit Kipho, & duos filios Zabdæi,cœpitq; com-
moueri,ac vehementer angi.

Et ait illis : Ægritudo inest anima mea vsque ad mor-
tem;expectate me hic,& vigilate mecum.

Et recessit paululum, & procidit in faciem suam,
processque fudit, & ait : Pater mi, si possibile est, præ-
tereat me calix iste : Verumtamen non vt ego volo, sed
vt tu.

Venitque ad discipulos suos, & reperit dormientes,
& ait Kipho : Itane,non potuistis vna hora vigilare me-
cum?

Experiscimini, & orate, ne intretis in tentationem.
Spiritus quidem promptus est,corpus verò infirmum.

Rursus abiens secundò preces fudit, & ait : Pater mi,
si non potest iste calix præterire quin bibam eum, fiat vo-
luntas tua.

Veniensq; iterum reperit eos dormientes : oculi enim
eorum grauati erant.

Et reliquit eos, & abijt, rursus orauit tertia vice,eun-
demque sermonem iterit.

Tunc venit ad discipulos suos, & dit illis:Dormite ad-
huc,& requiescite:ecce appropinquat hora, & Filius ho-
minis traditur in manus peccatorum.

Surgite,eamus:ecce appropinquat ille qui prodit me.

Et adhuc ipso loquente, ecce Iihoudo proditor, vnus
ex duodecim venit, & turba cum eo multa cum ensibus,
ac fustibus à Principibus sacerdotum, & Senioribus po-
puli.

Dederat autem eis signum Iihoudo ille proditor, di-
cens : Quemcumque osculatus fuero, hic est, ipsum pre-
hendite.

Et confestim accessit ad Ieschua, & ait : Pax Rabbi:
Eumque deosculatus est.

Ipse verò Ieschua dixit ei:Ob id venisti socie mi? Tunc
accesserunt, iniecerunt q; manus suas in Ieschua, & pre-
henderunt eum.

Et ecce vnus ex ijs, qui cum Ieschua erant extendit
manum suam, distinxitq; gladium, ac percussit seruum
Summi sacerdotis, & abstulit auriculam eius.

Tunc dixit ei Ieschua : Conuerte gladium in locum
suum. Ii enim omnes, qui acceperint gladios, gladiis mo-
rientur.

Transl. B. Ariæ Mont.

Accipite,comedite:Hoc est corpus meum.

Et accipiens calicem,& gratiis actis,dedit illis,dicens:Bibite ex hoc omnes:

Hic enim est sanguis meus qui noui testamenti, qui pro multis effusus in remissionē peccatorum.

Dico autem vobis, quòd non bibam à modo de hoc genimine vitis, vsque in diem illum, quum illud bibam cum vobis nouum in regno Patris mei.

Et hymno dicto, exierunt in montem Oliuarum.

Tunc dicit illis Iesus: Omnes vos offendemini in me in nocte ista.Scriptum est enim, Percutiam pastorem,& dispergentur oues gregis.

Post autem excitari me, præcedam vos in Galilæam.

Respondens autem Petrus, ait illi: Si & omnes scādalizari fuerint in te,ego nunquā scandalizabor.

Ait illi Iesus: Amen dico tibi, quia in hac nocte, ante gallum vociferari,ter abnegabis me.

Ait illi Petrus: Etiam si oportuerit me cum te mori,non te negabo. Similiter verò & omnes discipuli dixerunt.

Tunc venit cum illis Iesus in villam dictam Gethsemani,& dicit discipulis:Sedete hîc,vsquequo vadens orem illic.

Et assumens Petrum,& duos filios Zebedæi,cœpit contristari & grauissimè angi.

Tunc ait illis:Vndique tristis est anima mea vsq; ad mortem.Manete hic,& vigilate cum me.

Et progressus pusillum, procidit in faciem suam, orans, & dicens: Pater mi, si possibile est,transeat à me calix iste. verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu.

Et venit ad discipulos,& inuenit eos dormientes: & dicit Petro: Sic non potuistis vna hora vigilare cum me?

Vigilate, & orate,vt non intretis in tentationem. Quidem spiritus promptus,verùm caro infirma.

Iterum ex secundo abiens, orauit, dicens: Pater mi,si non potest hic calix transire à me,si non illum bibam,fiat voluntas tua.

Et veniens inuenit eos rursus dormientes: erant enim eorum oculi grauati.

Et relinquens illos, abiens iterum, orauit ex tertio,eundem sermonem dicens.

Tunc venit ad discipulos suos,& dicit illis: Dormite cæterū,& requiescite:ecce appropinquauit hora,& Filius hominis tradetur in manus peccatorū.

Excitamini, eamus: ecce appropinquauit tradens me.

Et adhuc eo loquente, ecce Iudas vnus duodecim venit, & cum eo turba multa cum gladiis & lignis, à principibus Sacerdotum & senioribus populi.

At tradens eum, dedit illis signum, dicens: Quemcumque osculatus fuero, ipse est: prehendite eum.

Et confestim accedens ad Iesum, dixit: Gaude Rabbi.Et osculatus est eum.

At Iesus ait illi: Amice, in quo ades? Tunc accedentes iniecerunt manus in Iesum, & prehenderunt eum.

Et ecce vnus eorum cum Iesu, extendens manum,exemit gladium suum: & percutiens seruum principis Sacerdotum,amputauit eius auriculam.

Tunc ait illi Iesus: Conuerte tuum gladium in locum suum: omnes enim accipientes gladium, in gladio morientur.

Transl. Erasm. Roterod.

Accipite,comedite:hoc est corpus meum.

Et accepto poculo,gratijs actis,dedit illis,dicens: Bibite ex hoc omnes:

Hic est enim sanguis meus qui est noui testamenti, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum.

Dico autem vobis, non bibam posthac ex hoc fructu vitis vsque in diem illum,cum illud bibam vobiscum nouum in regno patris mei.

Et cum hymnum cecinissent,exierunt in montem oliuarum.

Tunc dicit illis Iesus: Omnes vos offendiculum patiemini mea causa in nocte hac.Scriptum est enim: Percutiam pastorem,& dispergentur oues gregis.

Postquam autem resurrexero, præcedam vos in Galilæam.

Respōdens aūt Petrus,ait illi:Et si omnes offendiculū passi fuerint tua causa,ego tamē nunquam offendiculū patiar.

Ait illi Iesus: Amen dico tibi,quod in hac nocte antequam gallus cantet,ter me negabis.

Ait illi Petrus:Etiam si oportuerit me mori tecum,non te negabo.Similiter & omnes discipuli dixerunt.

Tunc venit Iesus cum illis in villam,quæ dicitur Gethsemane,& dixit discipulis: Sedete hic donec vadam & orem illic.

Et assumpto Petro & duobus filijs Zebedai,cœpit affici dolore & mœstitudine.

Tunc ait illis Iesus: Mœsta est anima mea vsque ad mortem:manete hic & vigilate mecum.

Et progressus pusillum,procidit in faciem suam, orans ac dicens: Pater mi,si possibile est, transeat à me calix iste:veruntamen non sicut ego volo,sed sicut tu.

Et venit ad discipulos,& reperit eos dormientes,& dicit Petro,Adeo non potuistis vna hora vigilare mecum?

Vigilate & orate,vt ne intretis in tentationem.Spiritus quidem promptus est,at caro infirma.

Rursus altera vice abijt, & orauit,dicens:Pater mi, si non potest hoc poculum transire à me,nisi bibam illud, fiat voluntas tua.

Et venit,& reperit eos iterum dormientes. Erant enim oculi eorum grauati.

Et relictis illis,iterum abijt,& orauit tertio, eundem sermonem dicens.

Tunc venit ad discipulos suos,& dicit illis: Dormite iam & requiescite,ecce appropinquauit hora, & filius hominis traditur in manus peccatorum.

Surgite eamus,ecce appropinquauit qui me tradit.

Adhuc eo loquente,ecce Iudas vnus de numero duodecim venit, & cum eo turba multa cum gladijs & fustibus,missi à principibus sacerdotum,& senioribus populi.

Is vero qui prodebat eum dedit illis signum, dicens: Quemcumque osculatus fuero, ipse est,tenete eum.

Et confestim accedens ad Iesum,dixit: Aue rabbi. Et osculatus est eum.

Dixitque illi Iesus: Amice,ad quid ades?Tunc accesserunt, & manus iniecerunt in Iesum, & ceperunt eum.

Et ecce vnus ex his,qui erant cum Iesu,extendens manum,exemit gladium suum,& percutiens seruum principis sacerdotum,amputauit auriculam eius.

Tunc ait illi Iesus:Conuerte gladium tuum in locum suum. Omnes enim qui acceperint gladium, gladio perihunt.

Vulgat. Editio.

An putas, quia nō possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones angelorum.

* Isa. 53. 10. Quomodo ergo implebuntur Scripturæ, quia sic oportet fieri?

In illa hora dixit Iesus turbis: Tamquā ad latronem existis cum gladijs, & fustibus comprehendere me: quotidie apud vos sedebam docens in templo, & non me tenuistis.

* Thren. 4. 20. Hoc autem totum factum est, * vt adimplerentur Scripturæ prophetarum. Tunc discipuli omnes,

*Mar. 14. 53. Luc. 22. * relicto eo fugerunt.

54. Io. 18. 24. At illi tenentes Iesum, duxerunt ad Caiphā principem sacerdotum, vbi scribæ & seniores conuenerant.

Petrus autem sequebatur eum à longe, vsque in atrium Principis sacerdotum. Et ingressus intro, sedebat cum ministris, vt videret finem.

Principes autem sacerdotum, & omne concilium quærebant falsum testimonium contra Iesum, vt eum morti traderent:

Et nō inuenerunt, cum multi falsi testes accessissent. Nouissime autem venerunt duo falsi testes,

* Ioan. 2. 19. Et dixerunt: Hic dixit: * Possum destruere templum Dei, & post triduum reædificare illud.

Et surgens Princeps sacerdotum, ait illi: Nihil respondes ad ea, quæ isti aduersum te testificantur? Iesus autem tacebat. Et Princeps sacerdotum ait illi: Adiuro te per Deum viuum, vt dicas nobis si tu es Christus filius Dei?

Dicit illi Iesus: Tu dixisti: verumtamē dico vobis,

* Sup. 16. 14. 1. Thes. 4. 14. Ro. 14. 12 * amodo videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cœli.

Tunc Princeps sacerdotū scidit vestimenta sua, dicens: Blasphemauit: quid adhuc egemus testibus? ecce nunc audistis blasphemiam:

Quid vobis videtur? At illi respondentes dixerunt: Reus est mortis.

* Isa. 50. 6. Marc. 14. 65. * Tunc expuerunt in faciem eius, & colaphis eū ceciderunt, alij autem palmas in faciē eius dederūt,

Dicentes: Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit?

* Luc. 22. 55. Io. 18. 25. * Petrus vero sedebat foris in atrio: & accessit ad eum vna ancilla, dicens: Et tu cum Iesu Galilæo eras.

At ille negauit coram omnibus, dicens: Nescio quid dicis.

Exeunte autem illo ianuam, vidit eum alia ancilla, & ait his, qui erant ibi: Et hic erat cum Iesu Nazareno.

Et iterum negauit cum iuramento: Quia non noui hominem.

Et post pnsillum accesserunt qui stabant, & dixerunt Petro: Vere & tu ex illis es: nam & loquela tua manifestum te facit.

Tunc cœpit detestari, & iurare quia non nouisset hominem. Et continuo gallus cantauit:

Et recordatus est Petrus verbi Iesu, quod dixerat: Prius quàm gallus canter, ter me negabis. Et egressus foras, fleuit amare.

CAP. XXVII.

MAne autem facto, consilium inierunt omnes principes sacerdotum, & seniores populi aduersus Iesum, vt eum morti traderent.

*Mar. 15. 16. Luc. 23. Io. 18. 28. Et vinctum adduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato præsidi.

Tunc videns Iudas, qui eum tradidit, quòd damnatus esset: penitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus sacerdotum, & senioribus,

Transl. ex Syriac.

53 *An putas me non posse petere à patre meo, vt nunc sistat plusquam duodecim legiones angelorum?*

54 *Quomodo igitur implerentur Scriptura, quum sic oportet fieri?*

55 *In illa hora dixit Ieschua turbis: Tamquam aduersus sicarium existis cum gladijs, & fustibus, vt comprehendatis me: quotidie apud vos in templo sedebam, & docebam, neque comprehendistis me.*

56 *Hoc autem factum est, vt implerentur Scripturæ prophetarum. Tunc discipuli omnes reliquerunt eum, & aufugerunt.*

57 *Illi autem qui prehenderunt Ieschua, abduxerunt eum ad Kaipho summum sacerdotem, vbi Scribæ & seniores congregati erant.*

58 *Schemeoun autem Kipho ibat post eum procul vsque ad atrium Summi sacerdotis. Et ingressus intro sedebat cum ministris, vt videret finem.*

59 *Principes autem sacerdotum, & seniores, omnisque Synagoga, quærebant aduersus Ieschua testes, vt eum morti addicerent.*

60 *Nec inuenerunt, & venerunt multi testes falsi. Postremò verò accesserunt duo,*

61 *Et inquiunt: Iste dixit: Possum dissoluere templum Dei, & triduo ædificare ipsum.*

62 *Et surrexit Summus sacerdos, & ait ei: Ne verbum quidē respondes? quid isti testificantur contra te? Ieschua verò tacebat. Et subdens Summus sacerdos dixit ei: Adiuro te per Deum viuum, vt dicas nobis si tu es Meschicho filius Dei.*

63

64 *Ait illi Ieschua. Tu dixisti: ego dico vobis, ab hoc tempore videbitis filium hominis sedentem à dextera potentiæ, & venientem super nubes cœlorum.*

65 *Tunc Summus sacerdos scidit vestimenta sua, & ait: En blasphemauit: quid amplius exquiruntur nobis testes? ecce nunc audistis blasphemiam eius.*

66 *Quid vultis? Responderunt & aiunt: Reus est mortis.*

67 *Tunc expuerunt in faciem eius, & infligebant ei colaphos, alij verò percutiebant eum,*

68 *Dicentes: Vaticinare nobis Meschicho quis te percusserit:*

69 *Kipho autem sedebat extrà in atrio: & accessit ad eum ancilla quædam, & ait illi: Tu quoque eras cum Ieschua Nazareno.*

70 *Is autem negauit coram omnibus, & dixit ei: Nescio quid dicas.*

71 *Et quum exisset in vestibulum, vidit eum alia mulier, & ait illis, qui illic aderant: Erat & iste cum Ieschua Nazareno.*

72 *Et rursus negauit cum iureiurando: Non noui hominem illum.*

73 *Paulo post autem accesserunt ij qui adstabant, & dixerunt Kipho: Sanè & tu ex ipsis es: nam & locutio tua tete demonstrat.*

74 *Tunc cœpit seipsum deuouere, ac iurare, non noui illum hominem. Et in illa ipsa hora cantauit gallus.*

75 *Et recordatus est Kipho sermonis Ieschua, qui dixerat ei: Antequam cantet gallus tribus vicibus, abnegabis me. Et egressus foras fleuit amarè.*

CAP. XXVII.

1 *QVum autem esset diluculum, consilium iniere aduersus Ieschua principes sacerdotum, & seniores populi, vt eum morti addicerent.* Matutinis Feria sexta Passionis.

2 *Et vincierunt eum, eumque adduxere, ac tradiderunt Pilato præfecto.*

3 *Tunc Iihoudo proditor, quum videret damnatum iri Ieschua: pœnituit, & profectus retulit illos triginta argenteos ad principes sacerdotum & seniores.*

Transl. B. Ariæ Mont.

An putas quia non possum nunc aduocare Patrem meum, & exhibebit mihi plus quàm duodecim legiones angelorum? 53

Quomodo ergo implebuntur Scripturæ, quia sic oportet fieri? 54

In illa hora dixit Iesus turbis: Tanquam ad latronem existis cum gladiis & lignis, comprehendere me. quotidie apud vos sedebam docens in templo: & non prehendistis me. 55

Hoc autem totum factum est, vt adimplerentur Scripturæ Prophetarum. Tunc discipuli omnes relicto eo fugerunt. 56

Illi verò tenentes Iesum, abduxerūt ad Caipham principem Sacerdotum, vbi Scribæ & seniores conuenerant. 57

At Petrus sequebatur eum à longè, vsque aulam principis Sacerdotum. & ingressus intrò, sedebat cum ministris, videre finem. 58

At principes Sacerdotum, & seniores, & consessus omnis quærebant falsum testimonium contra Iesum, vt eum morte afficerent: 59

Et nō inuenerūt. & multis falsis testib. accedētib. nō inuenerūt. Postremò aūt aduenientes duo falsi testes, 60

Dixerunt: Hic effatus est: Possum dissoluere templum Dei, & per tres dies reædificare illud. 61

Et surgens princeps Sacerdotum, ait illi: Nihil respondes? quid isti te contra testificantur? 62

At Iesus tacebat. Et respondens princeps Sacerdotum, ait illi: Adiuro te per Deum viuum, vt nobis dicas si tu es Christus filius Dei. 63

Dicit illi Iesus, Tu dixisti. verumtamen dico vobis, à modò videbitis filium hominis sedentem à dextris efficacitatis, & venientem in nubibus cæli. 64

Tunc princeps Sacerdotū disrupit vestimenta sua, dicens, quòd blasphemauit: quid adhuc vsum habemus testium? Ecce nunc audistis blasphemiam eius. 65

Quid vobis videtur? Illi verò respondentes dixerunt, Reus mortis est. 66

Tunc insputrunt in faciem eius, & colophizauerunt eum. alij autem percusserunt, Dicentes: 67

Propheriza nobis Christe, quis est percutiens te? 68

At Petrus foris sedebat in atrio: & accessit ad eum vna ancilla, dicens: Et tu eras cum Iesu Galilæo. 69

Ille verò negauit coram omnibus, dicens: Nescio quid dicis. 70

Exeuntem autem illum in vestibulum, vidit eum alia: & ait his qui ibi: Et hic erat cum Iesu Nazareno. 71

Et iterum negauit cum iuramento, quia non noui hominem. 72

Post paulùm autem accedentes stantes, dixerunt Petro: Verè & tu ex illis es: etenim loquutio tua manifestum te facit. 73

Tunc cœpit deuouere & iurare, quia nō noui hominem. & continuò gallus vociferatus est. 74

Et recordatus est Petrus verbi Iesu dicentis ei: Quòd ante gallum vociferari, ter abnegabis me. Et egressus foras, fleuit amare. 75

CAP. XXVII.

MAnè autem facto, consilium sumpserunt omnes principes Sacerdotum & seniores populi aduersus Iesum, vt eum morti traderent. 1

Et ligantes eum, abduxerunt, & tradiderunt eum Pontio Pilato præsidi. 2

Tunc videns Iudas qui tradens fuit eum, quòd damnatus esset, pœnitens, retulit triginta argenteos principibus Sacerdotum & senioribus, 3

Transl. Eraſm. Roterod.

An putas quod non possim nunc rogare patrem meum, & exhibebit mihi plus quàm duodecim legiones angelorum? 53

Quomodo ergo implebuntur scripturæ, quod sic oportet fieri. 54

In illa hora dixit Iesus turbis: Tanquam ad latronem existis cum gladiis & fustibus ad comprehendendum me: quotidie apud vos sedebam docens in templo, & non me capistis? 55

Hoc autem totum factum est vt compleantur scripturæ prophetarum. Tunc discipuli omnes relicto eo fugerunt. 56

At illi comprehensum Iesum duxerunt ad Caipham principem sacerdotum, vbi scribæ & seniores conuenerant. 57

Petrus autem sequebatur eum procul vsque ad atrium principis sacerdotum. Et ingressus intro, sedebat cum ministris, vt videret finem. 58

Principes autem sacerdotum & seniores, & totum concilium quærebant falsum testimonium contra Iesum, vt morti eum traderent, 59

Et nō inueniebāt e iā cum multi falsi testes accessissent, nō inueniebant. Nouissime autem venerūt duo falsi testes, 60

Et dixerunt: Hic dixit, Possum destruere templum Dei, & in triduo ædificare illud. 61

Et surgens princeps sacerdotum, ait illi: Nihil respondes? Cur isti aduersum te testimonium dicunt? 62

Iesus autem tacebat. Et respondens princeps sacerdotum, ait illi: Adiuro te per Deum viuentem, vt dicas nobis, an tu sis Christus filius Dei. 63

Dicit illi Iesus: Tu dixisti. Verumtamen dico vobis, amodo videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis, & venientem in nubibus cæli. 64

Tunc princeps sacerdotum discidit vestimenta sua, dicens: Proloquutus est blasphemiam: quid insuper egemus testibus? Ecce nunc audistis blasphemiam eius: 65

Quid vobis videtur? At illi respondentes dixerunt: Reus est mortis. 66

Tunc exspuerunt in faciem eius, & colaphis eum cæciderunt. alij autem palmas in faciem eius dederunt 67

Dicentes: Vaticinare nobis Christe, quis est qui te percussit? 68

Petrus vero sedebat foris in atrio, & accessit ad eum vna ancillula dicens: Et tu cum Iesu Galilæo eras. 69

At ille negauit coram omnibus, dicens: Nescio quid dicas. 70

Cum autem exisset in vestibulum, vidit eum altera ancilla & ait his qui erant ibi: Et hic erat cum Iesu Nazareno. 71

Et iterum negauit cum iureiurando: Non noui hominem. 72

Et post pusillum accesserunt qui stabant, & dixerunt Petro: Vere & tu ex illis es, nam & loquela tua te manifestum facit. 73

Tunc cœpit execrari & iurare, quod non nosset hominem. Et continuo gallus cantauit. 74

Et recordatus est Petrus verbi Iesu, qui dixerat ei: Priusquam gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras, fleuit amare. 75

CAP. XXVII.

MAne autem facto, consilium inierunt omnes principes sacerdotum & seniores populi aduersus Iesum, vt eum morti traderent. 1

Et vinctum eum adduxerunt & tradiderunt Pontio Pilato præsidi. 2

Tunc videns Iudas, qui eum prodiderat, quod damnatus esset, pœnitentia ductus retulit triginta argenteos principibus sacerdotum & senioribus, 3

Vulgata Editio.

Dicens: Peccaui, tradens sanguinem iustum. At illi dixerunt: Quid ad nos? tu videris.

* Act.1. 18. Et proiectis argenteis in templo, recessit: * & abiens laqueo se suspendit.

Principes autem sacerdotum, acceptis argenteis, dixerunt: Non licet eos mittere in corbonam: quia pretium sanguinis est.

Consilio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli, in sepulturam peregrinorum.

* Act.1. 19. * Propter hoc vocatus est ager ille, Haceldama, hoc est, ager sanguinis, vsque in hodiernum diem.

* Zac.11. 12. Tunc impletu est quod dictum est per Ieremiam prophetam, dicentem: * Et acceperunt triginta argenteos pretium appretiati, quem appretiauerunt à filiis Israel:

Et dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus.

* Mat.15. 2. * Luc.23. 3. Ioa.18.28 Iesus autem stetit ante Præsidem, * & interrogauit eum Præses, dicens: * Tu es Rex Iudæorum? Dicit illi Iesus: Tu dicis.

Et cum accusaretur à principibus sacerdotum, & senioribus, nihil respondit.

Tunc dicit illi Pilatus: Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia?

Et non respondit ei ad vllum verbum, ita vt miraretur Præses vehementer.

Per diem autem sollemnem consueuerat Præses populo dimittere vnum vinctum, quem voluissent.

Habebat autem tunc vinctum insignem, qui dicebatur Barabbas.

Congregatis ergo illis, dixit Pilatus: Quem vultis dimittam vobis: Barabbam, an Iesum, qui dicitur Christus?

Sciebat enim quod per inuidiam tradidissent eum.

Sedente autem illo pro tribunali, misit ad eum vxor eius, dicens: Nihil tibi, & iusto illi: multa enim passa sum hodie per visum propter eum.

* Mar.15. 11. Luc.23. 18 Io.18.40. Act.3.14. * Principes autem sacerdotum, & seniores persuaserunt populis vt peterent Barabbam, Iesum vero perderent.

Respondens autem Præses, ait illis: Quem vultis vobis de duobus dimitti? At illi dixerũt: Barabbam.

Dicit illis Pilatus: Quid igitur faciam de Iesu, qui dicitur Christus?

Dicunt omnes: Crucifigatur. Ait illis Præses: Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant dicentes: Crucifigatur.

Videns autem Pilatus quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret: accepta aqua, lauit manus coram populo, dicens: Innocens ego sum à sanguine iusti huius: vos videritis.

Et respondens vniuersus populus, dixit: Sanguis eius super nos, & super filios nostros.

Tunc dimisit illis Barabbam: Iesum autem flagellatum tradidit eis vt crucifigeretur.

* Mat.15. 16. Io.19.18 Ps.21.17. Tũc milites Præsidis suscipientes Iesum in prætoriũ, * congregauerunt ad eũ vniuersam cohortem:

Et exuentes eum, chlamydem coccineam circumdederunt ei,

Et plectentes coronam de spinis, posuerunt super caput eius, & arundinem in dextera eius. Et genuflexo ante eum, illudebant ei, dicentes: Aue rex Iudæorum.

Et expuentes in eum, acceperunt arundinem, & percutiebant caput eius.

Et postquam illuserunt ei, exuerunt eum chlamyde, & induerunt eum vestimentis eius, & duxerunt eum vt crucifigerent.

Transl. ex Syriac.

4 *Et ait: Peccaui, quippe qui prodiderim sanguinem iustum. At illi dixerunt ei: Quid ad nos? tu noueris.*

5 *Et proiecit illos argenteos in templum, & discessit: abiensque strangulauit se.*

6 *Principes verò sacerdotum tulerunt illud argentum, & aiunt: Non licet mittere ipsum in domum oblationis, quoniam pretium sanguinis est.*

7 *Et consilium inierunt, emeruntq; ex eo agrum figuli, ad monumentum peregrinorum.*

8 *Propterea dictus est ager ille, ager sanguinis, ad hunc vsque diem.*

9 *Tunc impletum est quod dictum fuerat per Prophetam, dicentem: Et accepi triginta argenteos pretium illius honorandi, de quo pacti sunt à filiis Israel.*

Dicit Haceldema, quæ interpretatur ager sanguinis est dictio syriaca & ipsamet habetur in originali proprij idiomatis ex quo hoc euangelij in latinũ transfertur.

10 *Et dedi eos pro agro figuli, vti præceperat mihi Dominus.*

11 *Ipse verò Ieschua stetit coram Præfecto, & interrogauit eum Præfectus, & dixit ei: Es tu rex ille Iihoudæorum? Ait illi Ieschua: Tu dixisti.*

12 *Quumq; accusarent eum principes sacerdotum, & seniores, ne verbum quidem ipse respondit.*

13 *Tunc dixit Pilatus: Non audis quàm multa testificentur contra te?*

14 *Neque reddidit ei rationem, ne verbum quidem vllum, & hac de re admirationi fuit valdè.*

15 *Porrò in omni festo consueuerat Præfectus dimittere vinctum vnum populo, quem ipsi voluissent.*

16 *Detinebatur autem ab eis vinctus famosus, qui vocabatur Bar-Abba.*

17 *Quumque fuissent congregati, dixit eis Pilatus: Vtrum vultis dimittam vobis? Bar-Abba, an Ieschua, qui vocatur Meschicho?*

18 *Nouerat enim Pilatus quòd per inuidiam tradidissent eum.*

19 *Quum autem sederet Præfectus pro tribunali suo, misit ad eum vxor ipsius, qui diceret ei, Nihil tibi rei sit cum illo iusto. multa enim passa sum in somno meo hodie propter eum.*

20 *Principes autem sacerdotum & seniores persuaserunt turbis, dimittendum illis esse Bar-Abba, Ieschua verò perdendum.*

21 *Subdens q; Præfectus, ait illis: Vtrum vultis dimittam vobis è duobus illis? Ipsi verò dixerunt: Bar-Abba.*

22 *Dixit eis Pilatus: Ipsi verò Ieschua, qui vocatur Melschicho, quid faciam?*

23 *Dicunt omnes: Crucifigatur. Ait illis Pilatus: Enimuerò quid mali fecit? Illi verò magis clamabant & dicebant: Crucifigatur.*

24 *Pilatus autem quum videret se nihil proficere, sed magis tumultum fieri: accipiens aquam abluit manus suas in conspectu turbæ, & ait: Innoxius sum à sanguine istius iusti: vos noueritis.*

25 *Et respondit omnis populus, & ait: Sanguis eius super nos, & super filios nostros.*

* Lectio ad tertiã horam. 26 ** Tunc soluit eis Bar-Abba: ac flagellis cadit Ieschua, eumque tradidit vt crucifigeretur.*

27 *Tunc milites Præfecti duxerunt Ieschua in prætorium, & congregarunt aduersus eum vniuersam cohortem.*

28 *Et exuerunt eum, ac induerunt eum chlamyde coccinea.*

29 *Et contexuerunt coronam spineam, & imposuere capiti eius, & arundinem in dextera eius: Et genuflectentes sese super genua sua coram eo, illudebant ei, dicentes: Pax, rex Iihoudæorum.*

30 *Et expuerunt in faciem eius, ceperuntque arundinem, ac percutiebant eum super caput ipsius.*

31 *Quumque illusissent ei, exuerunt eum chlamyde, induerunt que vestimentis suis, & adduxerunt eum vt crucifigeretur.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Dicens: Peccaui tradens sanguinem innoxium. Illi verò dixerunt: Quid ad nos? tu videris.

Et proijciens argenteos in templo, recessit: & abiens se strangulauit.

At Principes Sacerdotum accipientes argenteos, dixerunt: Non licet immere eos in corbanam: quia pretium sanguinis est.

Consilium autem sumentes, mercati sunt ex illis agrum figuli, in sepulturam peregrinis.

Quapropter vocatus est ager ille Ager sanguinis, vsque hodie.

Tunc impletum est effatum per Ieremiam Prophetam, dicentem: Et acceperunt triginta argenteos pretium appretiati, quem appretiauerunt à filiis Israël.

Et dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus.

At Iesus stetit ante præsidem: & interrogauit eum præses, dicens: Tu es rex Iudæorum? At Iesus dixit illi: Tu dicis.

Et in accusari ipsum à principibus Sacerdotum & senioribus, nihil respondit.

Tunc dicit illi Pilatus: Non audis quanta te contra testantur?

Et non respondit ei ad vllum verbum, ita vt mirari præsidem vehementer.

Per autem diem solennem consueuerat præses absoluere vnum vinctum turbæ, quem voluissent.

Habebant autem tunc vinctum insignem, dictum Barabbam.

Coactis ergo illis, dixit illis Pilatus: Quem vultis absoluam vobis? Barabbam, an Iesum dictum Christum?

Sciebat enim quòd per inuidiam tradidissent eum.

Sedente autem illo super tribunali, misit ad eum vxor eius, dicens: Nihil tibi & iusto illi: multa enim passa sum hodie per somnum propter eum.

At principes Sacerdotum & seniores persuaserunt turbis, vt peterent Barabbam, at Iesum perderent.

Respondens autē præses, ait illis: Quem vultis de duob. absoluam vobis? Illi verò dixerūt: Barabbam.

Dicit ergo illis Pilatus: Quid igitur faciam Iesum dictum Christum? dicunt ei omnes: Crucifigatur.

At præses ait: Quid enim mali fecit? Illi autem abundè clamabant, dicentes: Crucifigatur.

Videns autem Pilatus quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret, sumens aquam lauit manus coram turba, dicens: Innocens sum à sanguine iusti huius: vos videritis.

Et respondens vniuersus populus, dixit: Sanguis eius super nos, & super natos nostros.

Tunc absoluit illis Barabbam: At Iesum flagillans, tradidit vt crucifigeretur.

Tunc milites præsidis assumentes Iesum in prætorium coegerunt ad cum vniuersam cohortem.

Et exuentes eum, circumdederunt ei chlamydem coccineam:

Et plectentes coronam de spinis, imposuerunt super caput eius, & arundinem in dextera eius: & genu flectentes ante eum, illudebant ei, dicentes: Gaude rex Iudæorum.

Et inspuentes in eum, acceperunt arundinem, & percutiebant in caput eius.

Et postquam illuserunt ei, exuerunt eum chlamydem: & induerunt eum vestimentis eius, & abduxerunt eum ad crucifigendum.

Transl. Erasm. Roterod.

4 *Dicens Peccaui, prodens sanguinem innoxium. At illi dixerunt: quid ad nos? tu videris.*

5 *Et proiectis argenteis in templo, recessit, & abiens laqueo se suspendit.*

6 *Principes autem sacerdotum acceptis argentēis, dixerunt: Non licet eos mittere in corbonam, quia precium sanguinis est.*

7 *Consilio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli, in sepulturam peregrinorum.*

8 *Quapropter vocatus est ager ille, ager sanguinis, vsq; in hodiernum diem.*

9 *Tunc impletum est quod dictum est per Hieremiam prophetam dicentem: Et acceperunt triginta argenteos, precium æstimati, quem æstimatum emerunt à filiis Israel:*

10 *Et dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi dominus.*

11 *Iesus autem stetit ante præsidem, & interrogauit eum præses, dicens: Tu es rex Iudaeorum? Dixit illi Iesus: Tu dicis:*

12 *Et cum accusaretur à principibus sacerdotum & senioribus, nihil respondit.*

13 *Tunc dicit illi Pilatus: Non audis quàm multa aduersum te dicunt testimonia?*

14 *Et non respondit ei ad vllum verbum, ita vt miraretur præses vehementer.*

15 *In festo autem consueuerat præses turbæ dimittere vnum vinctum quem voluissent.*

16 *Habebat autem tunc vinctum insignem, qui dicebatur Barabbas.*

17 *Congregatis ergo illis, dixit Pilatus: Vtrum vultis dimittam vobis Barabbam an Iesum, qui dicitur Christus?*

18 *Sciebat enim quod propter inuidiam tradidissent eum.*

19 *Sedente autem illo pro tribunali, misit ad eum vxor eius, dicens: Nihil tibi cum iusto illo, multa enim passa sum hodie in somnis propter eum.*

20 *Principes autem sacerdotum & seniores persuaserunt turbis, vt peterent Barabbam, Iesum vero perderent:*

21 *Respondens autem præses ait illis: Vtrum vultis vobis è duobus dimittam? At illi dixerunt, Barabbam.*

22 *Dixit illis Pilatus: Quid igitur faciam Iesu, qui dicitur Christus?*

23 *Dicunt ei omnes, Crucifigatur. Præses autem ait: Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant, dicentes Crucifigatur.*

24 *Videns autem Pilatus quod nihil proficeret, sed magis tumultus fieret, accepta aqua, abluit manus coram populo, dicens: Innocens ego sum à sanguine huius iusti, vos videritis.*

25 *Et respondens vniuersus populus, dixit: Sanguis eius super nos & super filios nostros.*

26 *Tunc dimisit illis Barabbam, Iesum autem flagellatum tradidit vt crucifigeretur.*

27 *Tunc milites præsidis suscipientes Iesum in prætorio, congregauerunt ad eum vniuersam cohortem.*

28 *Et cum exuissent eum, circundederunt ei chlamydem coccineam.*

29 *Et coronam de spinis contextam imposuerunt super caput eius, & harundinem in dexteram eius: & genu flexo ante eum, illudebant ei, dicentes: Aue rex Iudaeorum.*

30 *Et cum expuissent in eum, acceperunt harundinem & percutiebant caput eius.*

31 *Et post quam illusissent ei, exuerunt eum chlamyde, & induerunt eum vestimentis suis, & abduxerunt eum vt crucifigerent.*

Vulgata Editio.

* Mar 15. 21. Luc. 23. 26.
* Exeuntes autem inuenerunt hominem Cyrenæum, nomine Simonem: hunc angariauerunt vt tolleret crucem eius.

* Mar. 15. 22. Luc. 23. 33. Io. 19. 17.
* Et venerunt in locum, qui dicitur Golgotha, quod est Caluariæ locus.

Et dederunt ei vinum bibere cum felle mistum: & cum gustasset, noluit bibere.

Postquam autem crucifixerunt eum, diuiserunt vestimenta eius, sortem mittentes: vt impleretur quod dictum est per Prophetam dicentem: * Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem,

* Marc. 15. 24. * Luc. 23. 34. Io. 19. 18.
Et sedentes seruabant eum.

Et imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptam: HIC EST IESVS REX IVDÆORVM.

Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones: vnus à dextris, & vnus à sinistris.

Prætereuntes autem blasphemabant eum mouentes capita sua,

* Io. 2. 19
Et dicentes: * Vah qui destruis templum Dei, & in triduo illud reædificas: salua temetipsum: si filius Dei es, descende de cruce.

Similiter & principes sacerdotum illudentes cum Scribis, & Senioribus dicebant:

Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere: * si rex Israel est, descendat nunc de cruce, & credimus ei:

* Sap. 2. 18.
* Confidit in Deo: liberet nunc, si vult eum: dixit enim: Quia filius Dei sum.

* Psl. 21. 9.
Idipsum autem & latrones, qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei.

A sexta autem hora tenebræ factæ sunt super vniuersam terram, vsque ad horam nonam.

Act. 2. 1.
Et circa horam nonam clamauit Iesus voce magna, dicens: * Eli Eli lamma sabacthani? hoc est: Deus meus, Deus meus vt quid dereliquisti me?

Quidam autem illic stantes, & audientes, dicebant: Eliam vocat iste.

Et continuo currens vnus ex eis acceptam spongiam impleuit aceto, & imposuit arundini, & dabat ei bibere.

Ceteri vero dicebant: Sine, videamus an veniat Elias liberans eum.

Iesus autem iterum clamans voce magna, emisit spiritum.

* 2. Par. 3. 14.
* Et ecce velum templi scissum est in duas partes à summo vsque deorsum, & terra mota est, & petræ scissæ sunt,

Et monumenta aperta sunt: & multa corpora Sanctorum, qui dormierant, surrexerunt.

Et exeuntes de monumentis post resurrectionem eius, venerunt in sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis.

Centurio autem, & qui cum eo erant, custodientes Iesum, viso terræmotu & his, quæ fiebant, timuerunt valde, dicentes: Vere Filius Dei erat iste.

Erant autem ibi mulieres multæ à longe, quæ secutæ erant Iesum à Galilæa, ministrantes ei:

Inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Ioseph mater, & mater filiorum Zebedæi.

* Mar. 15. 42. Luc. 23. 50. Io. 19. 38.
* Cum autem sero factum esset, venit quidam homo ab Arimathæa, nomine Ioseph, qui & ipse discipulus erat Iesu.

Hic accessit ad Pilatum, & petijt corpus Iesu. Tunc Pilatus iussit reddi corpus.

Et accepto corpore, Ioseph inuoluit illud in sindone munda,

Et posuit illud in monumento suo nouo, quod excciderat in petra. Et aduoluit saxum magnum ad ostium monumenti, & abijt.

Transl. ex Syriac.

32 *Et quum exissent, inuenerunt virum Kourinæum nomine Schemeona: hunc angariarunt vt baiularet crucem eius.*

33 *Venerunt q; in locum qui vocatur Gogulitho, cuius interpretatio est Cranium.* Golgotha est dictio Syriaca.

34 *Et dederunt ei acetum libendum mistum cum felle: & gustauit, noluitque bibere.*

35 *Quum & crucefixissent eum, partiti sunt vestimenta eius sorte: vt impleretur id quod dictum est per Prophetam: Partiti sunt vestimenta mea inter se, & super vestem meam iecerunt sortem.*

36 *Et sedebant ac custodiebant eum illic.*

37 *Et imposuerunt super caput eius occasionem mortis eius in scriptura: HIC EST IESCHVA REX ILLE ITHOVDÆORVM,*

38 * *Porrò crucifixi sunt cum eo duo latrones, vnus à dextera eius, & alter à sinistra eius.* * Ad sexta hora.

39 *Illi autem qui transibant blasphemabant aduersus eum, & mouebant capita sua,*

40 *Dicentes: Destructor templi, & ædificans ipsum triduo, libera animam tuam (teipsum:) si filius Dei es, & descende de cruce.*

41 *Itidem & Principes Sacerdotum illudebant ei cum Scribis, & Senioribus, ac Perischæis, & dicebant:*

42 *Alios seruauit, seipsum non potest seruare: si rex est Israel, descendat nunc de cruce, vt videamus, & credamus in eum.*

43 *Confidit in Deo: redimat eum nunc, si vult eum: dixit enim: Filius Dei sum.*

44 *Itidem & sicarij illi, qui erant crucifixi cum eo, exprobrabant ei.*

45 * *A sexta autem hora facta sunt tenebræ super vniuersam terram vsque ad horam nonam.* * Ad nonã horã.

46 *Et circiter horam nonam exclamauit Ieschua alta voce, & ait:* * *Deus, Deus, quare dereliquisti me?* * Hæc verba Idiomate Syriaco sunt quædicta fuere a Christo Domino.

47 *Homines autem ex iis qui abstabant illic quum audissent, dicebant: iste Iliio vocauit.*

48 *Et in illa ipsa hora excurrit vnus ex eis, & accepit spongiam, eamque impleuit aceto, & circumposuit arundini, & propinauit ei.*

49 *Reliqui verò dicebant: Sinite, videamus an veniat Iliio vt redimat eum.*

50 *Ipse verò Ieschua rursum exclamauit alta voce, & emisit spiritum suum.*

51 *Et statim superfities ianuæ (velum) templi scissa est in duas partes à summo vsque ad imum, terraque commota est, & petræ scissæ.*

52 *Et monumenta aperta sunt: & cadauera multa Sanctorum, qui obdormierant, surrexerunt.*

53 *Et exierunt ac post resurrectionem suam ingressi sunt ciuitatem sanctam, & apparuerunt multis.*

54 *Cẽturio autem, & qui cũ eo seruabant Ieschua, quum vidissent terræmotum, & ea qua facta fuerant, timuerunt vehementer, & dixerunt: Verè iste erat filius Dei.*

55 *Erant autem illic mulieres multæ prospicientes eminus, illæ venerant post Ieschua à Galilæa, & ministrauerant ei.*

56 *Quarum vna erat Mariam Magdelvitho, & Mariam mater Iaakoub & Iausi, ac mater filiorum Zabdai.*

57 * *Quũ autem esset vespera, venit vir dines à Rometho nomine Iauseph, qui & ipse discipulus fuerat Ieschua.* * Ad Vesperam Sabbathi Annunciationis.

58 *Is adijt Pilatum, petijtque corpus Ieschua. Et præcepit Pilatus vt daretur ei corpus illud.*

59 *Et accepit Iauseph corpus, & inuoluit illud linteo lini mundi.*

60 *Illudque posuit in monumento suo nouo, quod exciderat in petra: & aduoluerunt saxum ingens, ac posuerunt super ostium monumenti, & abierunt.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Exeuntes autem, inuenerunt hominem Cyrenæum, nomine Simonem: hunc angariauerunt, vt tolleret crucem eius.

Et venientes in locum dictum Golgotha, qui est dictus Caluariæ locus.

Dederunt ei bibere acetum cum felle mixtum. & gustans noluit bibere.

Crucifigentes verò eum, diuiserunt vestimenta eius, iacientes sortem: vt impleretur effatum à Propheta: Dispertiti sunt vestimenta sibiipsis, & super vestem meam iecerunt sortem.

Et sedentes seruabant eum illic.

Et imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptam: HIC EST IESVS REX IVDÆORVM.

Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones, vnus à dexteris, & vnus à sinistris.

At prætereuntes blasphemabant eum, mouentes capita sua:

Et dicentes: Dissoluens templum, & in tribus diebus ædificans, serua teipsum. Si filius es Dei, descende de cruce.

Similiter verò & principes Sacerdotum illudentes cum Scribis, & senioribus, & Pharisæis, dicebât:

Alios seruauit, seipsum non potest seruare. Si Rex Israel est, descendat nunc de cruce, & credemus in eo.

Confidit in Deo: liberet nunc eum, si vult eum. dixit enim, Quia Dei sum filius.

Id verò ipsum & latrones concrucifixi ipsi exprobrabant ei.

A autem sexta hora tenebræ factæ sunt super vniuersam terram, vsque horam nonam.

Circa verò nonam horam clamauit Iesus voce magna, dicés: Eli, Eli, lamasabachthani? hoc est: Deus meus, Deus meus, vt quid me dereliquisti?

Quidam autem eorum illic stantium audientes, dicebant, Quòd Eliam vocat iste.

Et cõtinuò currens vnus ex eis, & accipiens spongiam, implensque aceti, & circumpõnens arundini, potabat eum.

Verùm cæteri dicebant: Sine, videamus an veniat Elias liberaturus eum.

At Iesus iterum clamans voce magna, emisit spiritum.

Et ecce interexpansum templi fissum est in duo, à sursum vsque deorsum: & terra mota est, & petræ fissæ sunt:

Et monúmẽta aperta sunt, & multa corpora dormientium sanctorum excitata sunt.

Et exeuntes de monumentis post excitationẽ eius, venerunt in sanctã ciuitatem, & apparuerũt multis.

At Centurio, & qui cum eo seruantes Iesum, videntes terræmotum, & facta, timuerunt valdè, dicentes: Verè Dei filius erat iste.

Erant autem ibi mulieres multæ à longè spectantes, quæ secutæ erant Iesum à Galilæa, ministrantes ei:

In quibus erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi & Ioseph mater, & mater filiorum Zebedæi.

Sero aũt facto, venit homo diues ab Arimathæa, nomine Ioseph, qui & ipse discipulus erat Iesu.

Hic accedens Pilato, petiit corpus Iesu. Tunc Pilatus iussit reddi corpus.

Et accipiens corpus Ioseph inuoluit illud sindone munda:

Et posuit illud in nouo suo monumento, quod excíderat in petra. & aduoluens lapidem magnum ostio monumenti, abiit.

Transl. Erasm. Roterod.

Exeuntes autem, inuenerunt hominem Cyrenæum, nomine Simonem. hunc adegerunt, vt tolleret crucem eius.

Et venerunt in locum, qui dicitur golgotha, quod est calueriæ locus.

Et dederunt ei acetum bibere cum felle mixtum. & cum gustasset, noluit bibere.

Postquam autem crucifixerunt eum, diuiserunt vestimenta eius, sortem mittentes. vt impleretur quod dictum est per prophetam, Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem.

Et sedentes seruabant eum ibi.

Et imposuerunt super capit eius causam ipsius scriptam: HIC EST IESVS REX IVDÆORVM.

Tunc crucifiguntur cum eo duo latrones, vnus à dextris, & alter à sinistris.

Prætereuntes autem, conuitia iaciebant in eum, mouentes capita sua,

Et dicentes, Tu ille qui destruebas templum, & in triduo ædificabas, serua temetipsum. si filius Dei es, descende de cruce.

Similiter & principes sacerdotum, illudentes cum scribis & senioribus, dicebant,

Alios seruauit, seipsum non potest seruare: Si rex Israel est, descendat nunc de cruce, & credemus ei.

Confidit in Deo, liberet eum nunc si vult eum. Dixit enim, filius Dei sum.

Idipsum autem & latrones, qui crucifixi erant cum eo, exprobrabant ei.

A sexta autem hora tenebræ factæ sunt super vniuersam terram vsque ad horam nonam.

Et circa horam nonam clamauit Iesus voce magna, dicens, Eli, Eli, lama sabachthani? Hoc est, Deus meus, Deus meus, cur deseruisti me?

Quidam autem illic stantium, cum audissent, dicebant, Heliam vocat iste.

Et continuo currens vnus ex eis, cum acceptam spongiam implesset aceto, imposuit harundini, daúitq; ei vt biberet.

Cæteri vero dicebant, sine, videamus, an veniat Helias liberaturus eum.

Iesus autem cum iterum clamasset voce magna, emisit spiritum.

Et ecce velum templi scissum est in duas partes, à summo vsque ad imum. & terra mota est, & petræ scissæ sunt.

Et monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt.

Et egressi è monumentis post resurrectionem eius, venerunt in sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis.

Centurio, vero & qui cum eo erant, custodientes Iesum, viso terræ motu, & his quæ facta fuerant, timuerunt valde, dicentes: Verè filius Dei erat iste.

Erant autem ibi mulieres multæ, è longinquo spectantes, quæ secutæ fuerant Iesum à Galilæa, ministrantes ei.

Inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Ioseph mater, & mater filiorum Zebedæi.

Cũ autem vesperà facta esset, venit homo diues ab Arimathæa, nomine Ioseph, qui & ipse discipulus erat Iesu.

Hic accessit ad Pilatum, & postulauit corpus Iesu. Tunc Pilatus iussit reddi corpus.

Et cum accepisset corpus Ioseph, inuoluit illud sindone munda,

Posuitq; illud in monumento suo nouo, quod excíderat in petra: & aduoluto saxo ingenti ad ostium monumenti, abiit.

Vulgata Editio.

Erat autem ibi Maria Magdalene,& altera Maria, sedentes contra sepulchrum.

Altera autem die,quæ est post Parasceuen,conuenerunt principes sacerdotum, & Pharisæi ad Pilatum,

Dicentes:Domine,recordati sumus,quia seductor ille dixit adhuc viuens:Post tres dies resurgam.

Iube ergo custodiri sepulchrum vsque in diē tertium: ne forte veniant discipuli eius, & furentur eum,& dicant plebi: Surrexit à mortuis:& erit nouissimus error peior priore.

Ait illis Pilatus: Habetis custodiam,ite, custodite sicut scitis.

Illi autem abeuntes, munierunt sepulchrum signantes lapidem,cum custodibus.

CAP. XXVIII.

Mar.16.6 Lu.24.11. VEspere autem sabbati, quæ lucescit in prima sabbati, venit Maria Magdalene, & altera Maria videre sepulchrum.

Et ecce terræmotus factus est magnus. Angelus enim Domini descendit de cœlo:& accedens reuoluit lapidem,& sedebat super eum:

Erat autem aspectus eius sicut fulgur: & vestimentum eius sicut nix.

Præ timore autem eius exterriti sunt custodes,& facti sunt velut mortui.

Respõdens autem Angelus dixit mulieribus:Nolite timere vos: scio enim,quod Iesum,qui crucifixus est,quæritis:

Non est hic: surrexit enim,sicut dixit: venite, & videte locum,vbi positus erat Dominus.

Et cito eũtes,dicite discipulis eius, quia surrexit: & ecce præcedit vos in Galilæam: ibi eum videbitis,ecce prædixi vobis.

Et exierunt cito de monumento cum timore, & gaudio magno, currentes nunciare discipulis eius.

Et ecce Iesus occurrit illis, dicens:Auete. Illæ autem accesserunt, & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum.

Tunc ait illis Iesus:Nolite timere,ite,nũciate fratribus meis vt eant in Galilæam,ibi me videbunt.

Quæ cum abiissent, ecce quidam de custodibus venerunt in ciuitatem, & nunciauerunt Principibus Sacerdotum omnia,quæ facta fuerant.

Et congregati cum Senioribus consilio accepto, pecuniam copiosam dederunt militibus,

Dicentes: Dicite quia discipuli eius nocte venerunt,& furati sunt eum,nobis dormientibus.

Et si hoc auditum fuerit à Præside, nos suadebimus ei,& securos vos faciemus.

At illi accepta pecunia, fecerũt sicut erant edocti: Et diuulgatum est verbum istud apud Iudæos,vsq; in hodiernum diem.

Vndecim autem discipuli abierunt in Galilæam in montem,vbi constituerat illis Iesus.

Et videntes eum adorauerunt:quidam autem dubitauerunt.

Et accedens Iesus locutus est eis, dicens: Data est mihi omnis potestas in cœlo,& in terra.

*Mar.16. 15. * Euntes ergo docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine Patris,& Filij,& Spiritus Sancti.

Docentes eos seruare omnia quæcunque mandaui vobis:& ecce ego vobiscum sum omnibus diebus,vsque ad consummationem sæculi.

Transl. ex Syriac.

61 *Erant autem illic Mariam Magdeloitho & Mariam altera,quæ sedebant è regione sepulchri.*

62 * *Die verò crastina quæ est post Parasceuem, congregati sunt Principes Sacerdotum, & Perischai ad Pilatum:* * Matutinis Sabbathi Annunciationis.

63 *Et dicunt ei: Domine noster, meminimus seductorem illum dixisse dum viueret:Tertio post die resurgam.*

64 *Iube ergo custodiri sepulchrum vsque in tertium diem, ne fortè veniant discipuli eius & furentur eum noctu: dicantque populo, De domo mortuorum surrexit: & sit error nouissimus peior priore.*

65 *Dixit eis Pilatus: Habetis custodes: ite,custodite sicut scitis.*

66 *Illi autem profecti custodierunt sepulchrum, & obsignarunt saxum illud cum custodibus.*

CAP. XXVIII.

1 *VEsperè autem in Sabbatho, quum exoritura esset prima hebdomadis* (Dominica,) *venit Mariam Magdeloitho & Mariam altera,vt spectarēt sepulchrum.* Ad Vesperam Dominicæ Resurrectionis.

2 *Et ecce terræmotus magnus factus est: Angelus enim Domini descendit de cœlis, & accedens reuoluit saxum ab ostio,sedebatq; super illud.*

3 *Erat autem aspectus eius sicut fulgur,& vestimentum eius candidum sicut nix.*

4 *Et præ timore ipsius contremuerunt ij qui custodiebant,& facti sunt instar mortuorum.*

5 *Respondit autem Angelus, & ait mulieribus, Vos ne timeatis. scio enim Ieschua, qui crucifixus est, vos quærere.*

6 *Non est hic: surrexit enim prout dixit. venite, videte locum in quo positus fuerat Dominus noster.*

7 *Et profectæ citò dicite discipulis ipsius, surrexit è domo mortuorum,& ecce præcedit vos in Galilæam: illic videbitis eum:ecce dixi vobis.*

8 *Et abiere citò à sepulchro cum timore, & gaudio magno, & cursu contenderunt vt dicerent discipulis ipsius.*

9 *Et ecce Ieschua sit eis obuiam, dixitq; eis: Pax vobis. Illæ autem accedentes prehenderunt pedes eius, & adorarunt eum.*

10 *Tunc dixit eis Ieschua:Ne timeatis,sed abeuntes dicite fratribus meis,vt proficiscantur in Galilæam,& illic videbunt me.*

11 *Quum autem profectæ fuissent, venerunt homines ex custodibus illis in ciuitatem, & dixerunt Principibus Sacerdotum quicquid factum fuerat.*

12 *Et congregati sunt cum Senioribus, & consilium inierunt, dederuntq; pecuniam non modicam custodibus, dicentes eis:*

13 *Dicite, discipuli eius venientes furati sunt eum noctu quum dormiremus.*

14 *Quod si auditum hoc fuerit coram Præfecto, nos persuadebimus ei,vosque sollicitudine liberabimus.*

15 *Illi autem cùm accepissent pecuniam, egerunt sicut edocti fuerant: Et exijt sermo iste inter Iiboudæos vsque in hodiernum diem.*

16 *Discipuli autem vndecim profecti sunt in Galilæam in montem,prout constituerat eis Ieschua.*

17 *Et quum eum aspexissent, adorarunt eum: ex ijs porrò nonnulli dubitabant.*

18 *Et accedens Ieschua allocutus est eos,& dixit eis: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. sicut autem misit me Pater meus,& ego mitto vos.*

19 *Ite ergo docete omnes gentes,& baptizate eas in nomine Patris,& Filij,& Spiritus Sanctitatis.*

20 *Et docete eas vt seruent quicquid præcepi vobis: & ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi.* Amin.

Sancti Euangelij præconij Mathæi,quod prædicauit Hebraicè in terra Palestinæ finis.

PRO-

Transl. B. Ariæ Mont.

Erat autem ibi Maria Magdalene, & altera Maria, 61
sedentes contra sepulchrum.

Verùm postera die, quæ est post Parasceuen, co- 62
acti sunt principes Sacerdotum & Pharisæi ad Pi-
latum,

Dicentes: Domine, meminimus quia ille seductor 63
dixit adhuc viuens: Post tres dies excitor.

Iube ergo muniri sepulchrum vsque in tertium 64
diem, ne quando venientes discipuli eius nocte, fu-
rentur eum, & dicant plebi: Excitatus est à mortuis:
& erit nouissimus error peior priore.

Ait verò illis Pilatus: Habetis custodiam: abite, 65
munite sicut scitis.

Illi autem abeuntes munierunt sepulchrum, fi- 66
gnantes lapidem cum custodia.

CAP. XXVIII.

VEspere autem Sabbatorum lucescenti in vnam 1
Sabbatorum, venit Maria Magdalene, & altera
Maria, spectatum sepulchrum.

Et ecce terræmotus factus est magnus. Angelus 2
enim Domini descendens de cælo, accedens reuoluit
lapidem ab ostio, & sedebat super eum.

Erat autem aspectus eius sicut fulgur, & vesti- 3
mentum eius candidum sicut nix.

Præ autem timore eius concussi sunt seruantes, 4
& facti sunt velut mortui.

Respondens autem angelus, dixit mulieribus: Ne 5
metuite vos: scio enim quòd Iesum crucifixum
quæritis:

Non est hîc. Excitatus est enim, sicut dixit. venite, 6
videte locum vbi iacebat Dominus.

Et citò euntes dicite discipulis eius, quia surrexit 7
à mortuis, & ecce præit vos in Galilæam: ibi eum
videbitis. ecce dixi vobis.

Et exeuntes citò de monumento cum timore & 8
gaudio magno cucurrerunt nũciare discipulis eius.
Quum autem irent renunciare discipulis eius,

Et ecce Iesus occurrit illis, dicens: Gaudete. Illæ 9
autem accedentes, prehenderunt eius pedes, & ado-
rauerunt eum.

Tunc ait illis Iesus: Ne timete, ite, nunciate fra- 10
tribus meis, vt abeant in Galilæam, & ibi me vi-
debunt.

Euntibus autem illis, ecce quidam custodiæ ve- 11
nientes in vrbem, nunciauerunt principibus Sacer-
tum omnia facta.

Et congregati cum senioribus, consiliumque ac- 12
cipientes argenteos sufficientes dederunt militibus,

Dicentes: Dicite quia discipuli eius nocte venien- 13
tes, furati sunt eum nobis dormientibus.

Et si auditum fuerit hoc à præside, nos suadebi- 14
mus ei, & vos securos faciemus.

Illi autem accipientes argenteos, fecerunt sicut 15
erant edocti. & diuulgatum est verbum istud apud
Iudæos, vsque hodie.

At vndecim discipuli profecti sunt in Galilæam, 16
in montem vbi constituerat illis Iesus.

Et videntes eum adorauerunt eum: quidam au- 17
tem dubitauerunt.

Et accedens Iesus, loquutus est eis, dicens: Data est 18
mihi omnis auctoritas in cælo, & in terra.

Euntes ergo docete omnes gentes: baptizantes 19
eos in nomen Patris, & Filij, & sancti Spiritus:

Docentes eos seruare omnia quæcumque man- 20
daui vobis. Et ecce ego cum vobis sum omnes dies,
vsque ad consummationem seculi. Amen.

Transl. Erasm. Roterod.

Erat autem ibi Maria magdalene & altera Maria, 61
sedentes contra sepulchrum.

Postero autem die quæ sequitur parasceuen, conuene- 62
runt principes sacerdotum & pharisæi ad Pilatum,

Dicentes: Domine, recordati sumus quod impostor ille 63
dixit adhuc viuens: post tres dies resurgo.

Iube ergo muniri sepulchrum vsque in diem tertium, 64
ne quando veniant discipuli eius, & furentur eum, de-
cantque plebi, surrexit à mortuis. Et erit nouissimus er-
ror peior illo priore.

Ait illis Pilatus: Habetis custodiam: Ite, munite sicut 65
scitis.

Illi verò abeuntes, munierunt sepulchrum, obsignato 66
lapide, adhibitis custodibus.

CAP. XXVIII.

VEspera autem sabbatorum, quæ lucescit in vnam 1
sabbatorum, venit Maria Magdalene, & altera
Maria, vt viderent sepulchrum.

Et ecce terræmotus factus est magnus. Angelus enim do- 2
mini descendit de cælo: & accedens, deuoluit lapidem ab
ostio, & sedebat super eum:

Erat autem aspectus eius sicut fulgur, & vestimentum 3
eius candidum sicut nix.

Præ timore autem eius concussi sunt custodes, & facti 4
sunt velut mortui.

Respondens autem angelus, dixit mulieribus: Nolite ti- 5
mere vos: scio enim quod Iesum, qui crucifixus est, quæ-
ritis:

Non est hic, surrexit enim sicut dixit. Venite, videte lo- 6
cum vbi positus erat dominus.

Et cito euntes dicite discipulis eius, quod surrexit à 7
mortuis: & ecce præcedet vos in Galilæam, ibi eum vide-
bitis, ecce dixi vobis.

Et digressæ celeriter à monumento cum timore & gau- 8
dio magno, currebant vt renunciarent discipulis eius.
Cum autem issent ad renunciandum discipulis eius,

Et ecce Iesus occurrit illis, dicens: Auete. Illæ autem 9
accesserunt & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt
eum.

Tunc ait illis Iesus: Nolite timere: Ite, renunciate fra- 10
tribus meis, vt eant in Galilæam, & ibi me videbunt.

Quæ cum abissent, ecce quidam è custodibus venerunt 11
in ciuitatem, ac renunciauerunt principibus sacerdotum
omnia quæ acciderant:

Et congregati cum senioribus, consilio habito, pecu- 12
niam copiosam dederunt militibus, dicentes:

Dicite quod discipuli eius nocte venerint, & furati 13
sint eum vobis dormientibus.

Et si hoc auditum fuerit sub præside, nos persuadebimus 14
ei, & securos vos faciemus.

At illi accepta pecunia fecerunt sicut erant edocti. Et 15
diuulgatus est hic sermo apud Iudæos vsque in hodiernum
diem.

Vndecim autem discipuli abierunt in Galilæam, in 16
montem vbi constituerat illis Iesus.

Et cum vidissent illum, adorauerunt eum: quidam au- 17
tem dubitauerunt,

Et accedens Iesus, locutus est eis, dicens: Data est mihi 18
omnis potestas in cœlo & in terra.

Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in no- 19
mine patris & filij & spiritus sancti:

Docentes eos seruare omnia quæcunque præcepi vobis. 20
Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad con-
summationem seculi. Amen.

PROLOGVS
S. HIERONYMI
IN
EVANGELIVM
SECVNDVM
MARCVM.

MARCVS Euangeliſta Dei electus, & Petri in Baptiſmate filius, atque in diuino ſermone diſcipulus, Sacerdotium in Iſrael agens, ſecundùm carnem Leuita, ad fidem Chriſti conuerſus, Euangelium in Italia ſcripſit; oſtendens in eo; quid & generi ſuo deberet, & Chriſto. Nam initium principij in voce Propheticæ exclamationis inſtituens ordinem Leuiticæ electionis oſtendit, vt prædicans prædeſtinatum Iohannem filium Zachariæ in voce Angeli annunciantis emiſſum, non ſolùm verbum carnem factum, ſed & corpus Domini in omnia per verbum diuinæ vocis animatum, in initio Euangelicæ prædicationis oſtenderet: vt qui hæc legens ſciret cui initium carnis in Domino & Ieſu aduenientis habitaculum caro deberet agnoſcere, atque in ſe verbum vocis, quod in conſonantibus perdiderat, inueniret. Denique cùm perfecti Euangelij opus intrans, & à Baptiſmo Domini prædicare Deum inchoans, non laborauit natiuitatem carnis, quam in prioribus viderat dicere; ſed totius exprimens expoſitionem deſerti, ieiunij numerum, tentationem diaboli, congregationem beſtiarum, & miniſterium protulit Angelorum: & inſtituens nos ad intelligendum, ſingula in breui compingens, ne auctoritatem factæ rei demeret, & perficiendi operis plenitudinem non negaret. Denique amputaſſe ſibi poſt fidem pollicem dicitur vt Sacerdotio reprobus haberetur: ſed

tantum consentiens fidei prædestinata potuit electio, vt nec sic in opere verbi perderet, quòd prius meruerat in genere: nam Alexandriæ Episcopus fuit, cuius per singula opus fuit scire, & Euangelij in se dicta disponere, & disciplinam Legis in se agnoscere, & diuinam in carne Domini intelligere naturam. Quæ in nos primùm requiri oportet, dehinc inquisita volumus agnosci habentes mercedem exhortationis. quoniam qui plantat & qui rigat, vnum sunt; qui autem incrementum præstat, Deus est.



SANCTI IESV CHRISTI EVANGELII SECVNDVM MARCVM.

Vulgat. Editio.

CAPVT PRIMVM.

INITIVM Euangelij Iesu Christi, filij Dei.
Sicut scriptum est in Isaia propheta: * Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.
Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, rectas facite semitas eius.
Fuit Ioannes in deserto baptizans, & prædicans baptismũ pœnitentiæ in remissionem peccatorum.
* Et egrediebatur ad eum omnis Iudææ regio, & Ierosolymitæ vniuersi, & baptizabantur ab illo in Iordanis flumine, confitentes peccata sua.
* Et erat Ioannes vestitus pilis cameli, & zona pellicea circa lumbos eius, * & locustas, & mel silvestre edebat. Et prædicabat dicens:

Venit fortior me, post me: cuius non sum dignus procumbens soluere corrigiam calceamentorum eius.
Ego baptizaui vos aqua, ille vero baptizabit vos Spiritu Sancto.
Et factum est: in diebus illis venit Iesus à Nazareth Galilææ: & baptizatus est à Ioanne in Iordane.

Et statim ascendens de aqua, vidit cœlos apertos, * & Spiritum tamquam columbam descendentem, & manentem in ipso.
Et vox facta est de cœlis: Tu es Filius meus dilectus, in te complacui.
* Et statim Spiritus expulit eum in desertum.
Et erat in deserto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: & tentabatur à Satana: eratque cum bestiis, & Angeli ministrabant illi.
* Postquam autem traditus est Ioannes, venit Iesus in Galilæam, prædicans Euangelium regni Dei.

Et dicens: Quoniam impletum est tempus, & appropinquauit regnum Dei: pœnitimini, & credite Euangelio.
* Et præteriens secus mare Galilææ, vidit Simonem, & Andream fratrem eius, mittentes retia in mare, (erant enim piscatores)
Et dixit eis Iesus: Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum.
Et protinus relictis retibus, secuti sunt eum.
Et progressus inde pusillum, vidit Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem eius, & ipsos componentes retia in naui:
Et statim vocauit illos. Et relicto patre suo Zebedæo in naui cum mercenariis, secuti sunt eum.
* Et ingrediuntur Capharnaum: & statim sabbatis ingressus in synagogam, docebat eos:
* Et stupebant super doctrina eius: erat enim docens eos, quasi potestatem habẽs, & non sicut Scribę.
* Et erat in synagoga eorum homo in spiritu immundo: & exclamauit,

Dicens:

SANCTI IESV CHRISTI EVANGELII SECVNDVM MARCVM.

Transl. ex Syriac.

CAPVT PRIMVM.

1 PRincipium Euangelij Ieschua Meschicho filij Dei.
2 Sicut scriptum est in Ejchaio propheta: Ecce mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui diriget viam tuam.
3 Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, & adæquate semitas eius.
4 Erat Iouchanon in deserto baptizans, & prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum.
5 Et exibat ad eum vniuersa regio Iihoudææ, omnes q; filij Ourischlem: & baptizabat eos in Iourdenon flumine, cùm essent confessi peccata sua.
6 Is autem Iouchanon amiciebatur vestimento ex pilis camelorum, & erat præcinctus lumbos corrigia pellitea: cibus eius erant locustæ, & mel agreste. Et prædicabat ac dicebat:
7 Ecce venit post me, qui fortior me est: cuius non sum dignus qui incuruatus soluam corrigias calceamentorum.
8 Ego baptizo vos aqua, ille verò baptizabit vos in Spiritu Sanctitatis.
9 Et factum est in diebus illis, vt venerit Ieschua à Nozerath Galilææ: & baptizatus est in Iourdenon à Iouchanon.
10 Statimque vt ascendit ex aqua, vidit findi cœlos, & Spiritum tanquam columbam, qui descendebat super eum.
11 Et vox extitit de cœlis: Tu es Filius meus dilectus: in te complacui mihi.
12 Et confestim eduxit eum Spiritus in desertum.
13 Fuitque illic in deserto diebus quadraginta, dum tentaretur à Satana: & degebat cum feris, atque ministrabant ei Angeli.
14 * Postquam autem traditus fuit in custodiam Iouchanon, venit Ieschua in Galilæam, & prædicabat Euangelium regni Dei.
15 Ac dicebat: Completum est tempus, & appropinquauit regnum Dei: pœnitentiam agite, & credite Euangelio.
16 Quumq; iter faceret circa mare Galilææ, conspexit Scheimeoun, & Andream fratrem eius iacientes retia in mare. (erant enim piscatores.)
17 Et dixit eis Ieschua: Venite post me, & efficiam vos piscatores hominum.
18 Et statim reliquerunt retia sua, ac post eum abiere.
19 Quumq; prætergressus fuisset paululum, vidit Iaakoub filium Zobdai, & Iouchanon fratrem eius, qui & ipsi in naucula resarciebant retia sua:
20 Et vocauit eos. Statimque reliquerunt Zabdai patrem suum cum mercenarijs, ac post eum abiere.
21 Et quum ingressi fuissent Capharnachum: statim docebat in Sabbatis in synagogis eorum.
22 Et mirabantur doctrinam eius: etenim docebat eos, vt potestate valens, non autem vt Scribæ ipsorum.
23 Erat porro in Synagogis eorum homo in quo erat spiritus immundus: & vociferatus est.

Et ait:

* Mat. 3. 1
* Mal. 3. 1
Isa. 40. 3.
Ioã. 1. 23.
Luc. 3. 4.
* Mat. 3. 5
* Leu. 11. 32. Mat. 3. 12
* Luc. 3. 16. Ioã. 1. 27. Act. 1. 5. & 24. & 11. 16. & 19. 4.
* Luc. 3. 22. Ioã. 1. 32.
* Mat. 4. 1 Luc. 4. 1.
* Matt. 4. 12. Luc. 4. 14 Ioã. 4. 43.
* Mat. 4. 13. Luc. 5. 2.
* Mat. 4. 23 Luc. 4. 31
* Mat. 7. 28.
* Lu. 4. 31
* Lectio Festi Epiphaniæ.
* Ad Vesperi Dominicæ post Epiphaniam.

SANCTI IESV CHRISTI EVANGELII SECVNDVM MARCVM,

Transl. B. Ariæ Mont.

CAPVT PRIMVM.

INITIVM Euangelij Iesu Christi, filij Dei.
Sicut scriptum est in Prophetis: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.
Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, rectas facite semitas eius.
Fuit Ioannes in deserto baptizans, & prædicans baptismū pœnitentiæ in remissionem peccatorum.
Et egrediebatur ad eum omnis Iudææ regio, & Hierosolymitæ: & baptizabantur omnes in Iordane flumine ab illo, confitentes peccata sua.
Erat autem Ioannes vestitus pilis cameli, & zonam coriaceam circa lumbos eius: & edens locustas & mel silvestre. Et prædicabat, dicens:

Venit fortior me, post me, cuius non sum dignus curuatus soluere corrigiam calceamentorum eius.

Ego quidem baptizaui vos in aqua: ille verò baptizabit vos in Spiritu sancto.
Et factum est in illis diebus, venit Iesus à Nazareth Galilææ: & baptizatus est à Ioanne in Iordaneim.
Et statim ascendens de aqua, vidit scissos cælos, & Spiritum tamquam columbam descendentem super eum.
Et vox facta est de cœlis: Tu es Filius meus dilectus, in quo complacui.
Et statim Spiritus eum eiicit in desertum.
Et erat illic in deserto dies quadraginta tentatus à satana. Et erat cum feris: & Angeli ministrabant illi.
Post autem traditum esse Ioannem, venit Iesus in Galilæam, prædicans Euangelium regni Dei:

Et dicens: Quoniam impletum est tempus, & appropinquauit regnum Dei: pœnitemini, & credite in Euangelio.
Deambulans autem iuxta mare Galilææ, vidit Simonem & Andream fratrem eius Simonis, mittentes verriculum in mari: (erant enim piscatores)
Et dixit eis Iesus: Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum.
Et protinus relinquētes retia sua, secuti sunt eū.
Et progressus inde pusillum, vidit Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem eius, & ipsos in nauigio componentes retia.
Et statim vocauit illos. Et relinquētes patrē suū Zebedēū in nauigio cū mercenariis, abierūt post eum.
Et ingrediuntur in Capharnaum: & statim Sabbatis ingressus in synagogam, docebat.
Et percellebantur super doctrina eius. Erat enim docēs eos quasi auctoritatē habēs, & nō sicut Scribę:
Et erat in synagoga eorum homo in spiritu immundo: & exclamauit,

SANCTI IESV CHRISTI EVANGELII SECVNDVM MARCVM,

Transl. Erasm. Roterod.

CAPVT PRIMVM.

INITIVM Euangelij Iesu Christi filij Dei,
Sicut scriptum est in Prophetis: Ecce ego mitto nuncium meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.
Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, rectas facite semitas eius.
Baptizabat Ioannes in deserto prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum.
Et egrediebantur ad eum tota Iudæa regio, ac Hierosolymita, & baptizabantur omnes ab illo in Iordane flumine, confitentes peccata sua.
Erat autem Ioannes vestitus pilis cameli, & zona pellicea circa lumbos suos, vescebaturq; locustis ac melle syluestri, & prædicabat, dicens:

Venit is qui fortior est me post me, cuius non sum idoneus vt procumbens soluam corrigiam calceamentorum.

Ego quidem baptizaui vos aqua, ille verò baptizabit vos Spiritu sancto.
Et factum est in diebus illis, venit Iesus à Nazareth Galilææ, & baptizatus est à Ioanne in Iordane.
Et statim cum ascenderet ex aqua vidit diffindi cœlos, & Spiritum quasi columbam descendentem super illum.
Et vox facta est de cœlis: Tu es ille Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacitum est.
Et continuo Spiritus illum expellit in desertum.
Et erat illic in deserto dies quadraginta, & tentabatur à satana, eratq; cum feris, & angeli ministrabant illi.

Postquam autem comprehensus esset Ioannes, venit Iesus in Galilæam, prædicans Euangelium regni Dei,
Et dicens: Impletum est tempus, instatq; regnum Dei. Resipiscite, & credite Euangelio.
Cum ambularet autem iuxta mare Galilææ, vidit Simonem & Andream fratrem eius, iactentes retia in mare, erant enim piscatores.
Et dixit eis Iesus: Sequamini me, & faciam vt efficiamini piscatores hominum.
Ac protinus relictis retibus suis, secuti sunt eum.
Et progressus illinc pusillum, vidit Iacobum filium Zebedæi, & Iohannem fratrem eius, qui & ipsi in naui reconcinnabant retia,
Statimque vocauit illos. Et illi, relicto patre suo Zebedæo in naui cum mercenarijs, secuti sunt eum.
Et ingrediuntur Capernaum, & statim Sabbatis ingressus in synagogam docebat.
Et stupebant super doctrina eius. Erat enim docens eos tanquam autoritate præditus, & non sicut scriba.
Et erat in synagoga eorum homo obnoxius spiritui immundo, & exclamauit,

Vulgat. Editio.

Dicens: quid nobis, & tibi Iesu Nazarene? venisti perdere nos? scio qui sis Sanctus Dei.

Et comminatus est ei Iesus, dicens: Obmutesce, & exi de homine.

Et discerpens eum spiritus immundus, & exclamans voce magna exijt ab eo.

Et mirati sunt omnes, ita vt conquirerent inter se dicentes: Quidnam est hoc? quænam doctrina hæc noua? quia in potestate etiam spiritibus immundis imperat & obediunt ei.

Et processit rumor eius statim in omnem regionem Galilææ.

* Mat. 8. 14. Luc. 4. 42 * Et protinus egredientes de synagoga, venerunt in domum Simonis, & Andreæ cum Iacobo, & Ioanne.

Decumbebat autem socrus Simonis febricitans: & statim dicunt ei de illa.

Et accedens eleuauit eam, apprehensa manu eius: & continuo dimisit eam febris, & ministrabat eis.

Vespere autem facto cum occidisset sol, afferebant ad eum omnes male habentes, & dæmonia habentes:

Et erat omnis ciuitas congregata ad ianuam.

Et curauit multos, qui vexabantur variis languoribus, * & dæmonia multa eijciebat, & non sinebat ea loqui, quoniam sciebant eum. *Lu. 4. 42

Et diluculo valde surgens, egressus abijt in desertum locum, ibique orabat.

Et prosecutus est eum Simon, & qui cum illo erant.

Et cum inuenissent eum, dixerunt ei: Quia omnes quærunt te.

Et ait illis: Eamus in proximos vicos, & ciuitates, vt & ibi prædicem: ad hoc enim veni.

Et erat prædicans in synagogis eorum, & in omni Galilæa, & dæmonia eijciens.

* Et venit ad eum leprosus deprecans eum: & genuflexo dixit ei: Si vis, potes me mundare. *Mat. 8. 2 Lu. 5. 12

Iesus autem misertus eius, extendit manum suam, & tangens eum, ait illi: Volo: Mundare.

Et cum dixisset, statim discessit ab eo lepra: & mundatus est.

Et comminatus est ei, statimque eiecit illum:

Et dicit ei: Vide nemini dixeris; sed vade ostende te Principi sacerdotum, & offer pro emundatione tua, * quæ præcepit Moyses in testimonium illis. *Lu. 14. 3

At ille egressus cœpit prædicare, & diffamare sermonem, ita vt iam non posset manifeste introire in ciuitatem; sed foris in desertis locis esset, & conueniebant ad eum vndique.

CAP. II.

ET iterum intrauit Capharnaum post dies, Mat. 9. 1. Lu. 5. 18.

Et auditum est quod in domo esset, & conuenerunt multi, ita vt non caperet neque ad ianuam, & loquebatur eis verbum.

Et venerunt ad eum ferentes paralyticum, qui à quatuor portabatur.

Et cum non possent offerre eum illi præ turba, nudauerunt tectum vbi erat: & patefacientes submiserunt grabatum, in quo paralyticus iacebat.

Cum autem vidisset Iesus fidem illorum, ait paralytico: Fili, dimittuntur tibi peccata tua.

Erant autem illic quidam de Scribis sedentes, & cogitantes in cordibus suis:

Transl. ex Syriac.

Et ait: Quid nobis & tibi Ieschua Nazarene? venisti nos perditurus? noui te, qui es Sanctus ille Dei.

Et obiurgauit eum Ieschua, & ait: Occlude os tuum, & egredere ex eo.

Et dilacerauit eum spiritus ille immundus, & exclamauit voce magna, atque exijt ab eo.

Et obstupuerunt omnes: & alius alium interrogabat, ac dicebant: Quid hoc est, & quænam est hæc doctrina noua, vt cum imperio & ipsismet spiritibus immundis præcipiat, & pareant ei?

Et statim exijt fama eius in vniuersam regionem Galilææ.

Et egressi è Synagoga venerunt domum Schemeoun & Andreæ cum Iaakoub & Iouchanon.

Socrus autem Schemeoun iacebat ob febrim: & dixerunt ei de illa.

Accedensque prehendit eam manu, & erexit eam, & illicò dimisit eam febris: & ministrabat eis.

Sub vesperè autem in occasu Solis adduxerunt ad eum illos omnes qui erant malè effecti, necnon dæmoniacos.

Ciuitas autem vniuersa coacta erat ad portam.

Et sanauit quamplurimos qui malè effecti erant morbis varijs: & dæmonia multa eiecit: nec permittebat dæmonijs illis vt loquerentur: propterea quod ipsum nouerant.

** Et antelucano admodum diluculo surrexit, abijtque in locum desertum, & illic orabat.* *Matutinis Dominicæ secundæ Ieiunij.

Quærebant autem eum Schemeoun, quique cum eo erant.

Et quum inuenissent eum, dicunt ei: Omnes homines quærunt te.

Ait illis: Ite in oppida & vrbes proximas, vt & illic prædicem: ad hoc enim veni,

Et prædicabat in cunctis Synagogis eorum, in vniuersa Galilæa & eijciebat dæmonia.

Et venit ad eum leprosus, & procidit ad pedes eius, & precabatur eum, eique dicebat: Si vis, potes me mundare.

Ipse vero Ieschua misertus est eius; & extendens manum suam tetigit eum: & ait: Volo: mundus esto.

Et in illa ipsa hora discessit ab eo lepra eius: ac mundus effectus est.

Et inhibuit ei, & eiecit eum:

Ac dixit ei: Vide vt nemini dicas; sed abi, ostende teipsum Sacerdotibus, & offer oblationem pro purgatione tua, sicuti præcepit Mousche, vt sit eis testimonio.

Is autem quum exijsset, cœpit prædicare multa, & diuulgare sermonem, adeò vt nequiret Ieschua apertè ingredi ciuitatem; sed foris degebat ad eum ex omni loco.

CAP. II.

ET ingressus est rursum Ieschua in Capharnacum ad dies.

Et quum audissent eum domi esse, congregati sunt quamplurimi, ita vt non posset eos comprehendere ne vestibulum quidem ianuæ, & loquebatur cum eis sermonem. Ad oblationem Dominicæ tertiæ Ieiunij.

Et venerunt ad eum, & obtulerunt ei paralyticum vt per quatuor baiularetur.

Quumque non possent ad eum accedere propter turbam, conscenderunt tectum: ac deiecerunt tabulatum loci in quo erat Ieschua, demiserunt q; grabatum in quo iacebat paralyticus.

Quum autem vidisset Ieschua fidem eorum dixit illi paralytico: Fili mi, remittuntur tibi peccata tua.

Erant autem illic ex Scribis & Perischæis qui sedebant, & cogitabant in corde suo:

Transl. B. Ariæ Mont.

Dicens: Ah, Quid nobis & tibi Iesu Nazarene? venisti perdere nos? noui te qui es, sanctus Dei:
Et comminatus est ei Iesus, dicens: Obmutesce, & exi ex eo.
Et discerpens eum spiritus immundus, & exclamans voce magna, exiit ab eo.
Et expauerunt omnes: ita vt conquirere ad ipsos, dicentes: Quid est hoc? quæ doctrina noua hæc, quia per auctoritatem & spiritibus immundis imperat, & obediunt ei?
Exiit autem fama eius statim in omnem regionem Galilææ.
Et protinus ex synagoga egredientes, venerunt in domum Simonis & Andreæ, cum Iacobo & Ioanne.

At socrus Simonis decumbebat febricitans: & statim dicunt ei de illa.
Et accedēs excitauit eā, apprehendens manū eius: & dimisit eam febris continuò, & ministrabat eis.
Vespere autem facto, quum occidisset Sol, afferebant ad eum omnes malè habentes, & dæmoniacos.

Et ciuitas tota coacta erat ad ianuam.
Et curauit multos malè habentes variis morbis: & dæmonia multa eiiciebat: & non finebat loqui dæmonia, quòd nossent eum.

Et manè noctu valdè surgens egressus est, & abiit Iesus in desertum locum, ibique orabat.
Et prosequuti sunt eum Simon & qui cum illo.

Et inuenientes eum, dicunt ei: Quia omnes quærunt te.
Et ait illis: eamus in continua oppidula, vt & ibi prædicem: ad hoc enim egressus sum.
Et erat prædicans in synagogis eorum, in omnem Galilæam, & dæmonia eiiciens.
Et venit ad eū leprosus deprecans eū, & genupetēs eum, & dicens ei: Quòd si velis, potes me mundare.
At Iesus viscеribus commotus, extendens manum, tetigit eum, & ait illi: Volo: mundare.
Et dicente eo, statim discessit ab eo lepra, & mundatus est.
Et comminatus ei, statim eiecit illum:
Et dicit ei: Vide nemini dixeris: sed vade, teipsum ostende Sacerdoti, & offer pro emundatione tua quæ præcepit Moyses, in testimonium illis.
Ille verò egressus cœpit prædicare multa, & diffamare sermonem, ita vt non amplius ipsum posse manifestè in ciuitatem introire, sed foris in desertis locis erat: & conueniebant ad eum vndique.

CAP. II.

ET iterum intrauit in Caphernaum per dies:
Et auditum est quòd in domum esset: Et confestim coacti sunt multi, vt non amplius capere neque quæ ad ianuam: & loquebatur eis verbum.

Et veniunt ad eum, paralyticum ferentes, sublatum à quatuor.
Et non valentes appropinquare ei propter turbam, detexerunt tectum vbi erat: & perfodientes submiserunt grabatum in quo paralyticus iacebat.

Videns autem Iesus fidem illorum, ait paralytico: Fili, dimittuntur tibi peccata tua.
Erant autem quidam Scribarum illic sedentes, & ratiocinantes in cordibus suis:

Transl. Erasm. Roterod.

Dicēs: Ah, Quid rei nobis tecū est Iesu Nazarene? Veniſti ad perdendum nos? Noui te quis sis, nimirū ille sanctus Dei.
Et increpauit illum Iesus, dicens: Obmutesce, & exi ab homine.
Et cum discerpsisset eum spiritus immundus, exclamassetque voce magna, exiit ab eo.
Et obstupuerunt omnes, ita vt conquirerent inter se, dicentes: Quid est hoc? Quæ doctrina noua hæc? quia cum autoritate etiam spiritibus immundis imperat, & obediunt ei?
Emanauit autem fama eius statim in totam vndique regionem Galilææ finitimam.
Et protinus è synagoga egressi, venerunt in domum Simonis & Andreæ cum Iacobo & Iohanne.

Socrus autem Simonis decumbebat febricitans, & continuo dicunt ei de illa.
Et accedens erexit eam, apprehensa manu eius, & reliquit eam febris ilico, ac ministrabat eis.
Vesperi vero, cum occidisset sol afferebant ad eum omnes male habentes, & qui à dæmonijs agitabantur.

Et ciuitas tota congregata erat ad ostium.
Et sanauit multos qui agrotabant varijs morbis, & dæmonia multa eiiciebat: & non sinebat loqui dæmonia quod ipsum nossent.

Et manè multa adhuc nocte cum surrexisset, egressus est: & abijt Iesus in desertum locum, ibique orabat.
Et prosecutus est eum Simon, & qui cum illo erant:

Et cum inuenissent eum, dicunt ei: Omnes te quærunt.
Et ait illis: Eamus in proximos vicos, vt & ibi prædicem: in hoc enim egressus sum.
Et prædicabat in synagogis eorum, in tota Galilæa, & dæmonia eijciebat.
Et venit ad eum leprosus, deprecans eum, eique ad genua accidens, ac dicens illi: Si vis potes me mundare,
Iesus autem misertus, protensa manu, tetigit illum, & dicit ei: Volo, mundus esto.
Et cum dixisset, statim discessit ab eo lepra, & mundatus est.
Et comminatus ei, statim emisit illum,
Dicitq; ei: Vide ne cui quicquam dicas, sed abi, teipsum ostende sacerdoti, & offer pro emundatione tui, quæ præcepit Moses in testimonium illis.
At ille egressus, cœpit prædicare multa, & diuulgare sermonem, ita vt iam non posset Iesus manifeste introire in ciuitatem, sed foris in desertis locis erat, & veniebant ad eum vndique.

CAP. II.

ET iterum intrauit Capernaum post dies aliquot,
Et auditum est quod in domo esset, & protinus congregati sunt multi, adeo vt iam non caperent eos, nec illa loca quæ erant circa ianuam, & loquebatur eis sermonem.
Et veniunt ad eum ferentes paralyticum, qui à quatuor portabatur:
Et cum non possent appropinquare illi præ turba, nudauerunt tectum ædium in quibus erat, perfossoq; tecto funibus demittunt grabatum, in quo paralyticus decumbebat.
Cum autem vidisset Iesus fidem illorum, ait paralytico: Fili, remittantur tibi peccata tua.
Erant autem illic quidam de scribis sedentes, & cogitantes in cordibus suis:

Vulgat. Editio.

*Ioh.14. 4. Isa.43.25

Quid hic sic loquitur? blasphemat. * Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus?

Quo statim cognito Iesus spiritu suo quia sic cogitarent intra se, dicit illis: Quid ista cogitatis in cordibus vestris?

Quid est facilius dicere paralytico: Dimittuntur tibi peccata: an dicere: Surge, tolle grabatum tuum, & ambula?

Vt autem sciatis, quia Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata (ait paralytico:)

Tibi dico: Surge, tolle grabatum tuum, & vade in domum tuam.

Et statim surrexit ille: & sublato grabato, abijt coram omnibus, ita vt mirarentur omnes, & honorificarent Deum, dicentes: Quia nunquam sic vidimus.

Et egressus est rursus ad mare: omnisque turba veniebat ad eum, & docebat eos.

*Mat.9.9 Luc.5.27. * Et cum præteriret, vidit Leui Alphæi sedentem ad teloniũ, & ait illi: Sequere me. Et surgens secutus est eum.

Et factum est, cum accumberet in domo illius, multi publicani, & peccatores simul discumbebant cum Iesu, & discipulis eius: erant enim multi, qui & sequebantur eum.

Et Scribæ, & Pharisæi videntes quia manducaret cum publicanis, & peccatoribus, dicebant discipulis eius: Quare cum publicanis, & peccatoribus manducat, & bibit Magister vester?

*1.Ti.1. 15. * Hoc audito Iesus ait illis: Non necesse habent sani medico, sed qui male habent: non enim veni vocare iustos, sed peccatores.

Et erant discipuli Ioannis, & Pharisæi ieiunantes: & veniunt, & dicunt illi: Quare discipuli Ioannis, & Pharisæorum ieiunant, tui autem discipuli non ieiunant?

Et ait illis Iesus: Numquid possunt filij nuptiarum, quamdiu Sponsus cum illis est, ieiunare? Quãto tẽpore habẽt secũ Spõsum, nõ possunt ieiunare.

*Mat.9. 15. Luc.5.35. * Venient autem dies cum auferetur ab eis Sponsus: & tunc ieiunabunt in illis diebus.

Nemo assumentum panni rudis assuit vestimento veteri: alioquin aufert supplementum nouum à veteri, & maior scissura fit.

Et nemo mittit vinum nouum in vtres veteres: alioquin dirumpet vinum vtres, & vinum effundetur, & vtres peribunt: sed vinum nouum in vtres nouos mitti debet.

*Mat.12. 2. Luc.6.1. * Et factum est iterum cum Dominus sabbatis ambularet per sata, & discipuli eius cœperunt progredi, & vellere spicas.

Pharisæi autem dicebant ei: Ecce, quid faciunt sabbatis, quod non licet?

*1.Reg. 21.6. Et ait illis: * Numquam legistis quid fecerit Dauid, quando necessitatem habuit, & esurijt ipse, & qui cum eo erant?

Quomodo introiuit in domum Dei sub Abiathar Principe sacerdotum, & panes propositionis manducauit, quos non licebat manducare, * nisi sacerdotibus, & dedit eis, qui cum eo erant?

*Leu.24. 9. Et dicebat eis: Sabbatum propter hominem factum est, & non homo propter sabbatum.

Itaque Dominus est filius hominis, etiam sabbati.

CAP. III.

Mat.12.9 Luc.6.6 ET introiuit iterum in synagogam: & erat ibi homo habens manum aridam.

Et obseruabant eum, si sabbatis curaret, vt accusarent illum:

Transl. ex Syriac.

7 *Quid iste loquitur blasphemiam? Quis potest remittere peccata, nisi vnus Deus?*

8 *Ieschua autem cognouit spiritu suo quòd talia cogitarent apud se, & dixit eis: Quid ista cogitatis in corde vestro?*

9 *Vtrum facilius est dicere paralytico: Remittuntur tibi peccata tua: an dicere, Surge, tolle grabatum tuum, & ambula?*

10 *Vt autem cognoscatis, quia potens est Filius hominis in terra remittere peccata, dixit paralytico:*

11 *Tibi dico: Surge, tolle grabatum tuum, & abi domum tuam.*

12 *Et surrexit eo ipso momento: tulitq; grabatum suum, & exijt in conspectu omnium, adeo vt mirarentur omnes, & glorificarent Deum, dicentes: Nunquam vidimus quicquam tale.*

13 * *Et exijt rursum ad mare: & omnes turbæ veniebant ad eum, & docebat eos.* * Matutinis Dominicæ tertiæ post Surrexit dem.

14 *Quumq; prætergrederetur, vidit Leui filium Chalphai sedentem in domo Publicanorum: dixitque ei: Veni post me. Et surgens post eum abijt.*

15 *Factum est autem quum discumberet in ædibus illius, vt multi telonarij & peccatores discumberent cum Ieschua, & cum discipulis eius: erant enim quamplurimi, & post eum venerant.*

16 *Scribæ verò & Perischai quum viderent eum manducantem cum telonarijs, ac peccatoribus, dixerunt discipulis ipsius: Quid est quod cum telonarijs, & peccatoribus manducat & bibit?*

17 *Quod quum audisset Ieschua, ait illis: Non indigent sani medico; sed ij qui malè* inquam *affecti sunt. Non veni vocatum iustos, sed peccatores.*

18 *Discipuli verò Iouchanon, & Perischæorum ieiunabant, veneruntque, ac dicunt ei: Quare discipuli Iouchanon & Perischæorum ieiunant, tui verò discipuli, tui* inquam *non ieiunant?*

19 *Ait illis Ieschua: Nunquid possunt filij thalami, quandiu Sponsus cum eis est, ieiunare? minimè.*

20 *Venient autem dies quum auferetur Sponsus ab eis tunc ieiunabunt in illo die.*

21 *Nemo immittit panniculum nouum, & assuit vestimento veteri: ne detrahat supplementum illud recens ex vetere, fiatq; scissura maior.*

22 *Et nemo injcit vinum nouum in vtres veteres, ne vinum disrumpat vtres; & vtres pereant, ac mustum effundatur: sed injciunt vinum nouum in vtres recentes.*

23 * *Et factum est quum iter faceret Ieschua Sabbatho per sata, vt discipuli eius inter ambulandum vellerent spicas.* * Hebdomadæ quartæ Ieiunij.

24 *Et dicunt ei Perischai: Vide quid faciunt sabbatho, id* nempe *quod non licet.*

25 *Ait illis Ieschua: Nunquam legistis quid fecerit Dauid, quum egeret ac famesceret, quique cum eo erant?*

26 *Quomodo ingressus sit adem Dei quum Abiathor esset Summus sacerdos, & panem mensæ Domini comederit, quem non licet comedere, nisi sacerdotibus; & dederit iis etiam, qui secum erant?*

27 *Et subdit eis: Sabbathum propter hominem creatum esse, non hominem propter sabbathum.*

28 *Dominus est ergo, & Sabbathi quoque, Filius hominis.*

CAP. III.

1 *ET ingressus est iterum Ieschua in synagogam: eratque illic vir quidam cuius erat arida manus.*

2 *Obseruabant autem eum an sanaret illum sabbatho, vt deferrent eum.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Quid hic sic loquitur blasphemias? Quis potest dimittere peccata, si non vnus Deus?

Et statim agnoscens Iesus spiritu suo, quia sic ratiocinantur in seipsis, dixit illis: Quid ista ratiocinamini in cordibus vestris?

Quid est facilius, dicere paralytico: Dimittuntur tibi peccata: an dicere: Surge, & tolle tuum grabatum, & deambula?

Vt autem sciatis quia auctoritatem habet filius hominis dimittendi in terra peccata, ait paralytico:

Tibi dico, Surge, & tolle grabatum tuum, & vade in domum tuam.

Et statim surrexit, & tollens grabatum, egressus est coram omnibus: ita vt obstupescere omnes, & glorificare Deum, dicentes: Quia nunquam sic vidimus.

Et egressus est rursus secus mare: & omnis turba veniebat ad eum, & docebat eos.

Et prætergrediens vidit Leui Alphæi sedentem ad telonium: & ait illi: Sequere me. Et surgens sequutus est eum.

Et factum est in accumbere ipsum in domo illius, & multi publicani & peccatores simul discumbebant Iesu, & discipulis eius: erant enim multi, & sequebantur eum.

Et Scribæ & Pharisæi videntes eum edentem cum publicanis & peccatoribus, dicebant discipulis eius: Quid, quòd cum publicanis & peccatoribus manducat & bibit?

Et audiens Iesus, ait illis: Non vsum habent valentes medicò, sed male habentes. non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam.

Et erant discipuli Ioannis, & illi Pharisæorum ieiunantes: & veniunt, & dicunt illi: Quare discipuli Ioannis, & illi Pharisæorum ieiunant: at tibi discipuli non ieiunant?

Et ait illis Iesus: Num possunt filij thalami, in quo sponsus cum illis est, ieiunare? Quantum tempus cum seipsis habent sponsum, non possunt ieiunare.

Venient autem dies, quum auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt in illis diebus.

Et nemo additamentum panni impoliti assuit in vestimento veteri: si verò non, aufert supplementum ipsius nouum veteris, & peior scissura fit.

Et nemo iniicit vinum nouum in vtres veteres: si verò non dirumpit vinum nouum vtres, & vinum effunditur, & vtres pereunt: sed vinum nouum in vtres nouos iniiciendum.

Et factum est præteruadere eum in Sabbatis per sata: & cœperunt discipuli eius iter facere vellentes spicas.

Et Pharisæi dicebant ei: Ecce quid faciunt in Sabbatis quod non licet?

Et ipse ait illis: Nunquam legistis quid fecerit Dauid, quando vsum habuit, & esurijt ipse, & qui cum eo?

Quomodo introiuit in domum Dei sub Abiathar principe Sacerdotum, & panes propositionis manducauit, quos non licet manducare si non Sacerdotibus, & dedit & iis cum eo existentibus?

Et dicebat eis: Sabbatum propter hominem factum est, non homo propter Sabbatum.

Itaque Dominus est filius hominis & sabbati.

CAP. III.

ET introiuit iterum in synagogam: & erat ibi homo arefactam habens manum.

Et obseruabant eum si Sabbatis curaret eum; vt accusarent illum:

Transl. Erasm. Roterod.

Quid hic sic loquitur blasphemias? Quis potest remittere peccata, nisi solus Deus?

Et protinus vbi cognouisset Iesus spiritu suo, quod sic cogitarent intra sese, dicit illis: Quid ista cogitatis in cordibus vestris?

Vtrum est facilius dicere paralytico, remittuntur tibi peccata, an dicere, surge, & tolle grabatum tuum & ambula?

Vt autem sciatis quod filius hominis habet potestatem in terra remittendi peccata, ait paralytico:

Tibi dico, surge, ac tolle grabatum tuum, & abi in domum tuam.

Et statim surrexit, sublatoq; grabato egressus est in conspectu omnium, adeo vt stupescerent omnes, & glorificarent Deum, dicentes: Nunquam sic vidimus.

Et egressus est rursus ad mare, omnisq; turba veniebat ad eum, ac docebat eos.

Et cum praeteriret Iesus, vidit Leui, Alphæi filium, sedentem ad telonium, & ait illi: Sequere me. Isq; surgens secutus est eum.

Et factum est, cum accumberet in domo illius, multi etiam publicani & peccatores simul discumbebant cum Iesu & discipulis eius. erant enim multi qui secuti fuerant eum

Et Scribæ ac Pharisæi cum vidissent eum capientem cibum cum publicanis & peccatoribus, dicebant discipulis eius: Quid est, quod cum publicanis & peccatoribus edit ac bibit?

Hoc audito Iesus, ait illis: Non opus habent qui valent, medico, sed qui male habent. Non veni ad vocandum iustos, sed peccatores ad pœnitentiam.

Et discipuli Ioannis ac Pharisæorum ieiunabant, veniuntq;, & dicunt illi: Quare discipuli Ioannis & Pharisæorum ieiunant, tui autem discipuli non ieiunant?

Et ait illis Iesus: Num possunt filij thalami nuptialis in quo cum illis sponsus est, ieiunare? Quandiu habent secum sponsum, non possunt ieiunare.

Venient autem dies, cum auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt in illis diebus.

Et nemo assumentum panni rudis assuit vestimento veteri, alioquin aufert supplementum eius nouum à veteri, & peior scissura fit.

Et nemo mittit vinum mustum in vtres veteres, alioqui disrumpit vinum mustum vtres, & vinum effunditur, & vtres pereunt, sed vinum mustum in vtres nouos mitti debet.

Et accidit, vt transiret sabbatis per segetes, & cœperunt discipuli eius inter viam vellere spicas,

Et Pharisæi dicebant ei: ecce cur faciunt sabbatis, quod non licet?

Et ipse ait illis: Nunquàm legistis quid fecerit Dauid, cum opus haberet, & esuriret ipse & qui cum eo erant?

Quomodo ingressus sit in domum Dei sub Abiathar principe sacerdotum, & panes propositionis comederit, quos non licet edere nisi sacerdotibus: & dederit etiam iis qui secum erant?

Et dicebat illis: Sabbatum propter hominem factum est, non homo propter sabbatum.

Itaque dominus est filius hominis, etiam sabbati.

CAP. III.

ET introiuit iterum in synagogam, & erat ibi homo arefactam habens manum:

Et obseruabant eum, an sabbatis sanaturus esset eum, vt accusarent illum.

Vulgat. Editio.

Et ait homini habenti manum aridam: Surge in medium.

Et dicit eis: Licet sabbatis benefacere, an malefacere? animam saluam facere, an perdere? At illi tacebant.

Et circumspiciens eos cum ira, contristatus super cæcitate cordis eorum, dicit homini: Extende manum tuam. Et extendit, & restituta est manus illi.

*Mat.12. 14. * Exeuntes autem Pharisæi, statim cum Herodianis consilium faciebant aduersus eum quomodo eum perderent.

Iesus autem cum discipulis suis secessit ad mare: & multa turba à Galilæa, & Iudæa secuta est eum,

Et ab Ierosolymis, & ab Idumæa, & trans Iordanem: & qui circa Tyrum, & Sidonē, multitudo magna, audientes quæ faciebat, venerunt ad eum.

Et dixit discipulis suis vt nauicula sibi deseruiret propter turbam, ne comprimerent eum.

Multos enim sanabat ita vt irruerent in eum, vt illum tangerent quotquot habebant plagas.

Et spiritus immundi, cum illum videbant, procidebant ei: & clamabant dicentes:

Tu es filius Dei. Et vehementer comminabatur eis ne manifestarent illum.

*Mat.10. 2. Luc.6.13 * Et ascendentes in montē vocauit ad se quos voluit ipse: & venerunt ad eum.

Et fecit vt essent duodecim cum illo: & vt mitteret eos prædicare:

Et dedit illis potestatem curandi infirmitates, & eijciendi dæmonia.

Et imposuit Simoni nomen Petrus:

Et Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem Iacobi, & imposuit eis nomina Boanerges, quod est, Filij tonitrui:

Et Andream, & Philippum, & Bartholomæum, & Matthæum, & Thomam, & Iacobum Alphæi, & Thaddæum, & Simonem Chananæum,

Et Iudam Iscariotem, qui & tradidit illum.

Et veniunt ad domum: & conuenit iterum turba, ita vt non possent neque panem manducare.

Et cum audissent sui, exierunt tenere eum: dicebant enim: Quoniam in furorem versus est.

c Mat.9. 34. Et Scribæ, qui ab Ierosolymis descenderunt, dicebant: * Quoniam Beelzebub habet, & quia in principe dæmoniorum eijcit dæmonia.

Et conuocatis eis in parabolis dicebat illis: Quomodo potest satanas satanam eijcere?

Et si regnum in se diuidatur, non potest regnum illud stare.

Et si domus super semetipsam dispertiatur, non potest domus illa stare.

Et si satanas consurrexerit in semetipsum, dispertitus est, & non poterit stare, sed finem habet.

Nemo potest vasa fortis ingressus in domum diripere, nisi prius fortem alliget, & tunc domum eius diripiet.

*Mat.12. 31. Luc. 12. 10. Io. 5.50. * Amen dico vobis, quoniam omnia dimittentur filijs hominum peccata, & blasphemiæ, quibus blasphemauerint:

Qui autem blasphemauerit in Spiritum Sanctum, non habebit remissionem in æternum, sed reus erit æterni delicti.

Quoniam dicebant, spiritum immundum habet.

*Mat.12. 46. Lu. 8.19. Et veniunt mater eius & fratres: & foris stantes miserunt ad eum vocantes eum,

Transl. ex Syriac.

Et ait illi viro cuius erat arida manus: Surge in medium:

Dixit autem ijs quoque: Licet Sabbatho facere benè, vel malè? animam seruare, an perdere? Ipsi verò tacebant.

Et intuitus est eos cum indignatione, quum ægrè ferret propter duriciem cordis eorum, dixitque illi homini: Extende manum tuam. Et extendit, & restituta est manus eius.

Et egressi sunt Perischai eo ipso momento cum domesticis Herodis, & consilium inierunt aduersus eum, quomodo perderent eum.

Iechua verò cum discipulis suis profectus est ad mare: & plebs multa à Galilæa cinxit eum, & à Iehoudæa.

Et ab Ourischlem, & ab Edoum, & à regione quæ est trans Iourdenon, & à Tzour, & à Tzoidon cœtus multi, qui audierant quæcunque fecerat, venerunt ad eum.

Et ait discipulis suis, vt proximè ad se adducerent nauiculam propter turbas, ne ipsum opprimerent.

Multos enim sanauerat, adeo vt irruerent in eum vt ipsum tangerent.

Illique qui habebant plagas spirituum immundorum, quum viderent eum, procidebant: & clamabant, dicentes:

Tu es filius Dei. Et multum prohibebat eis, ne ipsum reuelarent.

a Dominica ipsis pro Pentecosten. *a Et censcendit montem, & aduocauit quos voluit: ad eumque venerunt.*

Et delegit duodecim qui secum essent, & quos mitteret vt prædicarent:

Haberentque potestatem curandi morbos, & eijciendi dæmonia.

Et nominauit Schemeoun nomine Kipho.

Et Iaakoub filio Zabdai, & Iouchanon fratris ipsius Iaakoub, imposuit eis nomen Benai-reghesthi, quod est, Filij tonitrui.

Et Andream, & Philippum, & Bar-Thoulmai, & Matthai, & Thouma, & Iaakoub filium Chalphai, & Thaddi, & Schemeoun Zelotem:

Et Iehoudo Scariuto, is qui ipsum prodidit.

Venerunt que in domum: & congregatæ sunt turbæ iterum ad eo vt ne possent quidem panem edere.

Et audierunt patrueles eius, & exierunt vt prehenderent eum: dicebant enim eum, extra mentem suam exiisse.

Scribæ autem illi qui ab Ourischlem descenderant, dicebant: Beelzeboub in eo est, ac per principem dæmoniorum eijcit dæmonia.

Et aduocauit eos Iechua, & in parabolis dixit eis: Quomodo potest Satanas Satanam eijcere?

Nam si regnum contra sese diuisum fuerit, non poterit stare regnum illud.

Et si domus contra se diuisa fuerit, non poterit domus illa subsistere.

Et, si Satanas insurgit in seipsum, & diuisus est, non potest stare; sed finem habet.

Nemo potest ingredi ædes strenui, & diripere vasa illius, nisi prius strenuum illum vinxerit, & tunc ædes eius diripiet.

Amen dico vobis, omnia quidem peccata & blasphemiæ quibus blasphemauerint homines remittentur eis:

At quisquis blasphemauerit in Spiritum Sanctitatis, non habebit remissionem in æternum, sed reus erit iudicij æterni.

Propterea quòd dicebant, spiritum immundum in eo esse.

*Marialnis Commemorationis Dei para Marian. * Porrò venerunt mater & fratres eius stantes foris, miseruntque qui vocaret eum ad seipsos.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Et ait homini arefactam habenti manum: Surge in medium.

Et dicit eis: Licet Sabbatis benefacere, an malefacere? animam seruare, an perdere? Illi verò tacebant.

Et circumspiciens eos cum ira, contristatus super callo cordis eorum, dicit homini: Extende manum tuam. Et extendit: & restituta est manus illius sana vt altera.

Et exeuntes Pharisæi, statim cum Herodianis consilium faciebant aduersus eum, vt eum perderent.

Et Iesus secessit cum discipulis suis ad mare: & multa turba à Galilæa secuta est eum, & à Iudæa,

Et ab Hierosolymis, & ab Idumæa, & trans Iordanem, & qui circa Tyrum & Sidonem, multitudo magna, audientes quæ faciebat, venerunt ad eum.

Et dixit discipulis suis, vt nauicula adsisteret sibi, propter turbam, vt ne comprimerent eum.

Multos enim sanauerat, ita vt irruere ei, vt illum tangerent, quotquot habebant flagella.

Et spiritus immundi quum illum spectabant, accidebant ei: & clamabant, dicentes:

Quòd tu es filius Dei. Et multa comminabatur eis, vt ne manifestum illum facerent.

Et ascendit in montem, & aduocat quos voluit ipse: & venerunt ad eum.

Et fecit duodecim, vt essent cum illo: & vt mitteret eos prædicare:

Et habere auctoritatem curare infirmitates, & eiicere dæmonia.

Et imposuit Simoni nomen Petrum:

Et Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem Iacobi: & imposuit eis nomina Boanerges, quod est, Filij tonitrui:

Et Andream, & Philippum, & Bartholomæum, & Matthæum, & Thomam, & Iacobum Alphæi, & Thaddæum, & Simonem Cananitem:

Et Iudam Iscariotem, qui & tradidit illum.

Et veniunt ad domum: & conuenit iterum turba, ita vt non posse ipsos neque panem manducare.

Et audientes qui ad ipsum, exierunt prehendere eum: dicebant enim, Quòd extra se esset.

Et Scribæ qui ab Hierosolymis descendentes, dicebant: Quoniam Beelzebub habet, & quia in principe dæmoniorum eiicit dæmonia.

Et aduocans eos, in parabolis dicebat illis: Quomodo potest satanas satanam eiicere?

Et si regnum in seipsum diuidatur, non potest stare regnum illud.

Et si domus super semetipsam dispertiatur, non potest stare domus illa.

Et si satanas consurrexerit in semetipsum, dispertitus est, non potest stare, sed finem habet.

Nemo potest vasa fortis, ingressus in domum eius, diripere, si non prius fortem alliget: & tunc domum eius diripiet.

Amen dico vobis, Quoniam omnia dimittentur peccata filiis hominum, & blasphemiæ, quascumq; blasphemauerint:

Qui autem blasphemauerit in Spiritum sanctum, non habet remissionem in æternum, sed obnoxius est æterni iudicij.

Quoniam dicebant: Spiritum immundum habet.

Veniunt igitur fratres & mater eius: & foris stantes, miserunt ad eum vocantes eum.

Transl. Erasm. Roterod.

3 *Et ait homini, habenti manum arefactam: Surge in medium.*

4 *Et dicit illis: Vtrum licet sabbatis benefacere, an malefacere? animam seruare, an occidere? At illi tacebant.*

5 *Et cum circumspexisset eos cum iracundia, condolescens super cæcitate cordis eorum, dicit homini: Extende manum tuam. Et extendit: & restituta est manus illius sana, vt altera.*

6 *Egressi vero Pharisæi, statim vnà cum Herodianis consilium inibant aduersus eum, vt illum perderent.*

7 *Iesus autem cum discipulis suis secessit ad mare: & ingens multitudo à Galilæa secuta est eum, & ab Iudæa,*

8 *Et ab Hierosolymis, & ab Idumæa, & trans Iordanem, & qui circa Tyrũ habitabãt ac Sidonem, hominũ multitudo magna: qui cũ audissent quæ faciebat, venerũt ad eũ.*

9 *Et iussit Iesus discipulis suis, vt nauicula sibi deseruiret propter turbam, ne ipsum premerent.*

10 *Multos enim sanauerat, ita vt irruerent in eum, quo illum tangerent, quotquot affligebantur.*

11 *Et spiritus immundi cum illum vidissent, procidebant ei, & clamabant dicentes:*

12 *Tu es filius Dei: & vehementer interminabatur eis, ne se manifestum facerent.*

13 *Et ascendit in montem, ac vocat ad se quos voluit ipse: & venerunt ad eum.*

14 *Et fecit duodecim vt essent secum, & vt emitteret eos ad prædicandum,*

15 *Vtque haberent potestatem sanandi morbos, eijciendiq; dæmonia.*

16 *Et imposuit Simoni nomen Petrus,*

17 *Et Iacobum filium Zebedæi, & Ioannem fratrem Iacobi, & imposuit eis nomina Boanerges, quod est, filij tonitrui:*

18 *Et Andream, & Philippum, & Bartholomæum, & Matthæum, & Thomam, & Iacobum Alphæi filium, & Thaddæum, & Simonem Cananæum*

19 *Et Iudam Iscariotem, qui & prodidit illum.*

20 *Et veniunt in domum, & conuenit iterum turba, sic vt non liceret illis vel panes edere:*

21 *Et cum audissent qui ad illum attinebant, exierunt vt manus iniicerent in eum. Dicebant enim, in furorem versus est.*

22 *Et Scribæ qui ab Hierosolymis descenderant, dicebant: Beelzebul habet, & per principem dæmoniorum eijcit dæmonia.*

23 *Et ad se vocatis eis, in parabolis dicebat illis: Quomodo potest satanas satanam eijcere?*

24 *Et si regnum aduersus sese diuisum fuerit, non potest stare regnum illud.*

25 *Et si domus contra semetipsam diuisa fuerit, non potest stare domus illa:*

26 *Et si satanas insurrexit aduersus semetipsum ac diuisus est, non potest stare, sed finem habet.*

27 *Non potest quisquam vasa fortis, ingressus in domum illius, diripere, nisi prius fortem alligarit, & tunc domum eius diripiet.*

28 *Amen dico vobis: Omnia remittentur filijs hominum peccata & conuitia, quibuscunque conuitiati fuerint.*

29 *At qui conuitium dixerit in spiritum sanctum, non habet remissionem in æternum, sed obnoxius est æterno iudicio.*

30 *Dicebant enim, spiritum immundum habet.*

31 *Et veniunt mater eius & fratres, & foris stantes miserunt ad eum vocantes eum,*

Vulgat. Editio.

Et sedebat circa eum turba:& dicunt ei:Ecce mater tua,& fratres tui foris quærunt te.

Et respondens eis, ait: Quæ est mater mea,& fratres mei?

Et circumspiciens eos, qui in circuitu eius sedebant,ait:Ecce mater mea,& fratres mei.

Qui enim fecerit, voluntatem Dei, hic frater meus,& soror mea,& mater est.

CAP. IIII.

Mat.13. Luc.8.4. ET iterum cœpit docere ad mare: & congregata est ad eum turba multa,ita vt nauim ascendens sederet in mari, & omnis turba circa mare super terram erat:

Et docebat eos in parabolis multa, & dicebat illis in doctrina sua:

Audite:ecce exiit seminans ad seminandum:

Et dum seminat,aliud cecidit circa viam,& venerunt volucres cœli,& comederunt illud.

Aliud vero cecidit super petrosa, vbi non habuit terram multam: & statim exortum est, quoniam non habebat altitudinem terræ.

Et quando exortus est sol,exæstuauit: & eo quod non habebat radicem,exaruit.

Et aliud cecidit in spinas:& ascenderunt spinæ,& suffocauerunt illud, & fructum non dedit.

Et aliud cecidit in terram bonam: & dabat fructum ascendentem,& crescentem,& afferebat vnum triginta,vnum sexaginta,& vnum centum.

Et dicebat:Qui habet aures audiendi,audiat.

Et cum esset singularis, interrogauerunt eum hi, qui cum eo erant duodecim,parabolam.

Et dicebat eis:Vobis datū est nosse mysteriū regni Dei:illis aūt, qui foris sunt,in parabolis omnia fiūt:

*Isa.6.9. Mat.13. 14. Io.12.40. Act.28.26 Ro.11.8. * Vt videntes videant, & non videant:& audientes audiant, & non intelligant: nequando conuertantur,& dimittantur eis peccata.

Et ait illis:Nescitis parabolam hanc? & quomodo omnes parabolas cognoscetis?

Qui seminat,verbum seminat.

Hi autem sunt, qui circa viam, vbi seminatur verbum; & cum audierint,confestim venit satanas, & aufert verbum, quod seminatum est in cordibus eorum.

Et hi sunt similiter, qui super petrosa seminantur:qui cum audierint verbum, statim cum gaudio accipiunt illud:

Et non habent radicem in se,sed temporales sunt: deinde orta tribulatione & persecutione propter verbum,confestim scandalizantur.

* 1.Tim. 6.17. * Et alij sunt, qui in spinis seminantur: hi sunt qui verbum audiunt,

Et ærumnæ sæculi, & deceptio diuitiarum,& circa reliqua concupiscentiæ introeuntes suffocant verbum,& sine fructu efficitur.

Et hi sunt, qui super terram bonam seminati sunt,qui audiunt verbum, & suscipiunt,& fructificant,vnum triginta,vnum sexaginta,& vnum centum.

* Matt.5. 15. Lu.8.16. & 11.33. * Mat.10. 26. Luc.8.17. * Et dicebat illis:Numquid venit lucerna,vt sub modio ponatur, aut sub lecto? nonne vt super candelabrum ponatur?

* Non est enim aliquid absconditum, quod non manifestetur:nec factum est occultum,sed vt in palam veniat.

Si quis habet aures audiendi,audiat.

Transl.ex Syriac.

32 *Sedebat autem circa eum turba: & dixerunt ei: En mater tua & fratres tui foris quærunt te.*

33 *Et respondit,ac dixit eis: Quæ est mater mea, & quinam sunt fratres mei?*

34 *Et respexit in eos,qui sedebant coram se, & ait: Ecce mater mea,& ecce fratres mei.*

35 *Etenim qui exercuerit voluntatem Dei,is est frater meus,& soror mea,& mater mea.*

CAP. IIII.

1 *RVrsus autem cœpit docere iuxta littus maris: & congregati sunt ad eum cœtus quamplurimi, ita vt ascenderet sederetque in naui in mari, & omnis turba stabat humi iuxta mare.*

2 *Ac docebat eos in parabolis multa, dicebatque in doctrina sua:*

3 *Audite: Ecce exijt seminator ad seminandum:*

4 *Et quum seminaret,aliud quidem cecidit iuxta viam; venitq; volucris,& deuorauit illud.*

5 *Aliud autem cecidit super petram, vbi non erat terra multa:& in momento exortum est,quoniam non erat profunda terra.*

6 *Quum autem exortus esset Sol,calore affectum est: & quia non habebat radicem, aruit.*

7 *Aliud autem cecidit inter spinas, & ascenderunt spinæ,ac suffocauerunt illud fructusq; non edidit.*

8 *Aliud autem cecidit in terram bonam:& ascendit creuitque,ac edidit fructus,aliud quidem tricenos, & aliud sexagenos,aliud denique centenos.*

9 *Et dicebat: Qui habet aures ad audiendum, audiat.*

10 *Quum autem essent soli, interrogauerunt eum ij qui cum eo erant vnà cum duodecim ipsius de parabola hac.*

11 *Et dixit eis Ieschua: Vobis datum est nosse arcanum regni Dei: exteneis verò omnia in parabolis fiunt:*

12 *Vt quum viderint, videant, & non videant: & quum audierint,audiant,& non intelligant: nequando conuertantur,& remittantur eis peccata ipsorum.*

13 *Et dixit eis: Nescitis parabolam hanc, & quomodo cunctas parabolas scietis?*

14 *Seminator qui seminat,sermonem seminat.*

15 *Isti autem, qui sunt iuxta viam, ij sunt in quibus seminatur sermo; sed quum audierunt statim venit Satanas,tollitque ipsum sermonem qui seminatus est in corde eorum.*

16 *Isti autem,qui super petram semen excipiunt: ij sunt qui quum audierint sermonem, statim cum gaudio recipiunt eum:*

17 *Et non habent radicem in animis suis, sed temporarij sunt:quumque fit oppressio aut persecutio propter sermonem,statim offenduntur.*

18 *Isti porrò qui inter spinas semen excipiunt: hi sunt qui audiunt sermonem:*

19 *At sollicitudo mundi huius,& fallacia diuitiarum, & reliquæ cupiditatum alarum introeuntes suffocant ipsum sermonem,& fit infructuosus.*

20 *Isti denique qui in terram bonam semen exceperunt, ij sunt qui audiunt sermonem, recipiuntque, ac edunt fructus, in tricenis, & in sexagenis, & in centenis.*

21 *Et subdit eis: Nunquid venit lucerna, vt subter modium ponatur,aut subter lectum? nonne facta est vt candelabro imponatur?*

22 *Non est enim quicquam occultum quod non reueletur, nihilq; fit in abscondito quin manifestetur.*

23 *Si quis habet aures ad audiendum,audiat.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Et sedebat turba circa eũ:dicebãt verò ei:Ecce mater tua,& fratres tui, & sorores tuæ foris quærũt te.
Et respondit eis, dicens: Quæ est mater mea,aut fratres mei?
Et circumspiciens circulo circa se sedentes, ait: Ecce mater mea,& fratres mei.
Qui enim fecerit voluntatem Dei, hic frater meus,& soror mea,& mater est.

CAP. IIII.

ET iterum cœpit docere iuxta mare: & coacta est ad eum turba multa, ita vt ipsum ascendentem in nauigium, sedere in mari:& omnis turba ad mare super terram erat.
Et docebat eos in parabolis multa, & dicebat illis in doctrina sua:
Audite:Ecce exiit seminans seminare:
Et factũ est in seminando,hoc quidẽ cecidit circa viam:& venerũt volucres cęli,& deuorauerũt illud.
Aliud verò cecidit super petrosa, vbi non habuit terram multam:& statim exortum est, propter non habere profunditatem terræ:
Sole autem exoriente,æstuauit: & ob non habere radicem, exaruit.
Et aliud cecidit in spinas:& ascenderunt spinæ,& suffocauerunt illud,& fructum non dedit.
Et aliud cecidit in terram pulchram:& dabat fructum ascendentem & crescẽtem: & afferebat vnum triginta,& vnum sexaginta,& vnum centum.
Et dicebat:Habens aures audire,audiat.

Quum autem factus esset solus, interrogauerunt eum qui circa eum cum duodecim,parabolam.

Et dicebat eis: Vobis datum est nosse mysterium regni Dei: illis autem,foris in parabolis omnia fiũt:
* Vt aspicientes aspiciant, & non videant: & audientes audiant,& non intelligant: nequando conuertantur,& dimittantur eis peccata.
Et ait illis:Nescitis parabolam hanc? & quomodo omnes parabolas cognoscetis?
Seminans,verbum seminat:
Hi autem sunt qui circa viam,vbi seminatur verbum,& quum audierint,confestim venit satanas,& aufert verbum seminatum in cordibus eorum.

Et hi sunt similiter in petrosa seminati,qui quum audierint verbum, statim cum gaudio accipiunt illud:
Et non habent radicem in seipsis, sed temporales sunt: deinde orta tribulatione, aut persequutione propter verbum,confestim scandalizantur.
Et hi sunt qui in spinas seminati, hi sunt qui verbum audientes,
Et curæ seculi huius, & deceptio diuitiarum, & circa reliqua cupiditates introeũtes suffocant verbum,& infructuosus efficitur.
Et hi sunt in terram pulchram seminati, qui audiunt verbum, & suscipiunt, & fructum ferunt, vnum triginta, & vnum sexaginta, & vnum centum.
Et dicebat illis: Nunquid lucerna venit, vt sub modio ponatur, aut sub lecto? nónne vt super candelabrum imponatur?
Non enim est aliquid absconditum, quod non manifesterur:nec factum est occultum, sed vt in palam veniat.
Si quis habet aures audire,audiat.

Transl. Erasm. Roterod.

Et sedebat turba circa eum dicuntq; ei:Ecce mater tua & fratres tui foris quærunt te.
Et respondit eis, dicens: Quæ est mater mea, & fratres mei?
Et cum circumspexisset, in circuitu circum se discipulos sedentes,ait: Ecce mater mea,& fratres mei.
Qui enim fecerit voluntatem dei,hic frater meus, & soror mea,& mater est.

CAP. IIII.

ET iterum cœpit docere iuxta mare,& congregata est ad eum turba mul. a,ita vt nauim ingressus,sederet in mari,& tota turba iuxta mare in terra erat,
Et docebat eos per parabolas multa,& dicebat illis in doctrina sua:
Audit: ecce exibat seminator ad seminandum:
Et accidit inter seminandum,aliud quidem cecidit secus viam,venerunt q; volucres cœli & comederunt illud.
Aliud vero cecidit super petrosa,vbi non habuit terram multam, & statim exortum est, quod non haberet altitudinem terræ:
Sole autem exorto,æstu affectum est: & eo quod non haberet radicem, exaruit.
Et aliud cecidit in spinas, & succreuerunt spinæ ac suffocauerunt illud,& fructum non dedit.
Et aliud cecidit in terram bonam, & dabat fructum emergentem atque crescentem: & afferebat vnum triginta,& vnum sexaginta,& vnum centum.
Ac dicebat illis: Qui habet aures ad audiendum, audiat.
Cum autem expisset esse solus, interrogauerunt eum hi,qui circum illum erant cum duodecim,de parabola,
Et dicebat eis: Vobis datum est nosse mysterium regni dei,illis autem qui foris sunt per parabolas omnia fiunt:
Vt videntes videant,& non cernant:& audientes audiant,& non intelligant:nequando conuertantur & remittantur eis peccata.
Et ait illis: Nescitis parabolam hanc? & quomodo omnes parabolas cognoscetis?
Seminator ille sermonem seminat.
Isti vero sunt, quorum alij iuxta viam dicuntur vbi seminatur sermo,& cum audierint,confestim venit satanas, & aufert sermonem qui seminatus est in cordibus eorum.
Et alij sunt similiter,qui in petrosa semen excipiunt: qui cum audierint sermonem, statim cum gaudio accipiunt illum,
Et non habent radicem in se,sed temporarij sunt:deinde coorta afflictione aut persecutione propter sermonem, confestim offenduntur.
Et alij sunt qui in spinas semen excipiunt,hi sunt qui sermonem audiunt,
Et solicitudines seculi huius ac deceptio diuitiarum, exterarumq; rerum cupiditates introeuntes,suffocant sermonem,ac redditur infructifer.
Et alij sunt qui in terram bonam semen exceperunt, qui audiunt sermonem & suscipiunt,& fructificant, ita vt aliud granum adferat triginta,aliud sexaginta,aliud centum.
Et dicebat illis: Num lucerna incenditur,vt subiter modium ponatur,aut subter lectum? Nonne vt super candelabrum ponatur?
Non est enim quicquam occultum,quod non manifestetur:neque fuit secretum,sed vt in propatulum veniat.
Si quis habet aures ad audiendum audiat.

Vulgat. Editio.

Et dicebat illis: Videte quid audiatis. * In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis, & adijcietur vobis.

* Mat. 7. 2. Zac. 6. 38.

* Qui enim habet, dabitur illi: & qui non habet, etiam quod habet auferetur ab eo.

* Mat. 13. 12. & 25. 29. Luc. 8. 18 & 19. 26.

Et dicebat: Sic est regnum Dei, quemadmodum si homo iaciat sementem in terram,

Et dormiat, & exurgat nocte & die, & semen germinet, & increscat dum nescit ille.

Vltro enim terra fructificat, primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica.

Et cum produxerit fructus, statim mittit falcem, quoniam adest messis.

Et dicebat: Cui assimilabimus regnum Dei? aut cui parabolæ comparabimus illud?

* Mat. 13. 34. * Sicut granum sinapis, quod cum seminatum fuerit in terra, minus est omnibus seminibus, quæ sunt in terra:

Et cum seminatum fuerit, ascendit, & fit maius omnibus oleribus, & facit ramos magnos, ita vt possint sub vmbra eius aues cœli habitare.

Et talibus multis parabolis loquebatur eis verbum, prout poterant audire:

Sine parabola autem non loquebatur eis: seorsum autem discipulis suis disserebat omnia.

Et ait illis in illa die, cum sero esset factum: Transeamus contra.

* Mat. 8. 23. Luc. 8. 22. * Et dimittentes turbam, assumunt eum ita vt erat in naui: & aliæ naues erant cum illo.

Et facta est procella magna venti, & fluctus mittebat in nauim, ita vt impleretur nauis.

Et erat ipse in puppi super ceruical dormiens: & excitant eum, & dicunt illi: Magister, non ad te pertinet, quia perimus?

Et exurgens comminatus est vento, & dixit mari: Tace, obmutesce. Et cessauit ventus: & facta est tranquillitas magna.

Et ait illis: Quid timidi estis? necdum habetis fidem?

Et timuerunt timore magno, & dicebant ad alterutrum: Quis, putas, est iste, quia & ventus & mare obediunt ei?

CAP. V.

Mat. 8. 28. Luc. 8. 26. ET venerunt trans fretum maris in regionem Gerasenorum.

Et exeunti ei de naui, statim occurrit de monumentis homo in spiritu immundo,

Qui domicilium habebat in monumentis, & neque catenis iam quisquam poterat eum ligare:

Quoniam sæpe compedibus & catenis vinctus, dirupisset catenas, & compedes comminuisset, & nemo poterat eum domare.

Et semper die ac nocte in monumētis, & in montibus erat, clamans, & concidens se lapidibus.

Videns autem Iesum à longe, cucurrit, & adorauit eum:

Et clamans voce magna dixit: Quid mihi, & tibi, Iesu fili Dei altissimi? adiuro te per Deum, ne me torqueas.

Dicebat enim illi: Exi spiritus immunde ab hoïe,

Et interrogabat eum: Quod tibi nomen est? Et dicit ei: Legio mihi nomen est, quia multi sumus.

Et deprecabatur eum multum, ne se expelleret extra regionem.

Transl. ex Syriac.

24 * Porrò dixit eis: Videte quid audiatis. Qua mensura metimini, remensum erit vobis & adijcietur vobis, illis (nempe) qui audiunt. * Septimus Sabbatorum.

25 Qui enim habet, dabitur ei: & qui non habet, etiam id quod habet tolletur ab eo.

26 Insuper dicebat: Ita est regnum Dei, vt si quis iaciat semen in terram,

27 Et dormiat, exurgat q; noctu, & interdiu, & semen germinet & assurgat, quem ipse nesciat.

28 Terra enim producit fructus, & primum sit herba, & deinde spica, postremò autem frumentum perfectum in spica.

29 Quum autem pinguis est fructus, statim immittit falcem, quoniam aduenit messis.

30 Item dicebat: Cuinam comparabimus regnum Dei, aut quanam collatione conferemus illud?

31 Velut grano sinapis illud simile est quod satum est in terra: minimum est omnium seminum quæ sunt super terram:

32 Quumque satum est assurgit, euaditque maximum omnium olerum, edítque ramos magnos, ita vt possit in vmbra eius volucris habitare.

33 In parabolis hisce similibus alloquebatur eos Ieschua per similitudines, prout poterant audire.

34 Nec absque parabolis colloquebatur eis: suis autem discipulis inter se & eos (priuatim) interpretabatur omnia.

35 * Porrò dixit eis in illo die sub vespera: Transeamus in vlteriorem ripam. * Feria quinta hebdomadis quintæ ieiunij.

36 Et reliquerunt turbas, & acceperunt eum quum esset in naui: naiculæ autem aliæ cum eis erant.

37 Et factus est turbo magnus, ventusque, & fluctus irruebant in nauim, ac propè implebatur.

38 Ipse autem Ieschua super ceruical dormiebat in posteriori parte nauis: & venerunt ac excitarunt eum, dicuntque ei: Magister noster, non est tibi curæ quòd perimus?

39 Surrexit itaque & obiurgauit ventum, aitque mari: Quiesce, obmutesce tu. Et conquieuit ventus, & facta est tranquillitas magna.

40 Et dixit eis: Quid ita pauidi estis? & quare nulla est in vobis fides?

41 Et timuerunt timore magno & dicebant vnus ad alterum: Quisnam iste est, vt venti & mare obediant ei?

CAP. V.

1 VEnit autem vltra mare in regionem Godaræorum. Matutinis Festi v. Ieiunij.

2 Quumq; exiret è naui, occurrit ei de domo sepulchrorum homo habens spiritum immundum.

3 Et degebat in monumentis, & catenis nemo poterat eum vincire.

4 Propterea quòd quoties compedibus & catenis vinctus fuerat, catenas fregerat, compedesq; abruperat; ac nemo poterat eum subiugare.

5 Et in omni tempore noctu & interdiu in monumentis & in montibus erat, clamabatq;, & allidebat seipsum lapidibus.

6 Quum autem vidisset Ieschua procul, cursu contendit & adorauit eum:

7 Et exclamauit voce magna, & ait: Quid mihi & tibi Ieschua fili Dei altissimi? adiuro te per Deum ne me crucies.

8 Dicebat enim ei: Egredere ex homine, spiritus immunde.

9 Et interrogauit eum: Quod tibi nomen est? Dixit ei: Legio est nomen nostrum, siquidem multi sumus.

10 Et efflagitabat ab eo multum, ne emitteret ipsum extra illam regionem.

Transl. B. Ariæ Mont.

Et dicebat illis: Videte quid audiatis. In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis, & adiicietur vobis audientibus.

Qui enim habet, dabitur illi: & qui non habet, & quod habet auferetur ab eo.

Et dicebat: Sic est regnum Dei, quemadmodum si homo iaciat sementem in terram,

Et dormiat, & excitetur nocte & die: & semen germinet & augeatur vt nescit ille.

Sponte enim terra fructum fert, primùm herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica.

Quum verò ediderit fructus, statim mittit falcem, quoniam adest messis.

Et dicebat: Cui assimilabimus regnum Dei: aut in qua parabola conferemus illud?

Sicut granum sinapis, quod quum seminatum fuerit in terra, minus omnibus seminibus est quæ in terra:

Et quum seminatum fuerit, ascendit, & fit omnibus oleribus maius: & facit ramos magnos, ita vt posse sub vmbra eius volatilia cæli nidulari.

Et talibus parabolis multis loquebatur eis sermonem, prout poterant audire.

Sine autem parabola non loquebatur eis: priuatim autem discipulis suis dissoluebat omnia.

Et ait illis in illa die, sero facto, Transeamus in vlterius.

Et dimittentes turbam, assumunt eum vt erat in nauigio: & alia verò nauigiola erant cum illo.

Et facta est procella venti magna: at fluctus iniiciebat in nauigium, vt ipsum iam impleri:

Et erat ipse in puppi super ceruical dormiens: & excitant eum, & dicunt illi: Magister, non curæ est tibi quia perimus?

Et excitatus obiurgauit ventum, & dixit mari: Sile, obmutesce. Et quieuit ventus: & facta est tranquillitas magna.

Et ait illis: Quid timidi estis ita? quomodo non habetis fidem?

Et timuerunt timorem magnum: & dicebant ad inuicem: Quisnam iste est, quia & ventus & mare obediunt ei?

CAP. V.

ET venerunt in vlterius maris, in regionem Gadarenorum.

Et exeunti ei ex nauigio, statim occurrit ei ex monumentis homo in spiritu immundo:

Qui domicilium habebat in monumentis, & neque catenis nemo poterat eum ligare:

Propter eum sæpè compedibus & catenis ligatum esse, & disruptas esse ab eo catenas, & pedicas contritas esse, & nemo eum poterat domare.

Et per omnem noctem & diem in monumentis & in montibus erat clamans, & concidens seipsum lapidibus.

Videns autem Iesum à longe, cucurrit, & adorauit eum:

Et clamans voce magna, dixit: Quid mihi & tibi, Iesu fili Dei altissimi? adiuro te Deum ne me torqueas.

Dicebat enim illi: Exi spiritus immunde ab homine.

Et interrogabat eum: Quod tibi nomen? Et respondit dicens: Legio nomen mihi: quia multi sumus.

Et adpellabat eum multa, vt ne se mittat extra regionem.

Transl. Erasm. Roterod.

Et dicebat illis: Videte quid audiatis: Qua mensura metimini, alij metientur vobis, & adijcietur vobis qui audi.is.

Qui enim habet, dabitur illi: & qui non habet, etiam quod habet, auferetur ab eo,

Et dicebat: Sic est regnum Dei, quemadmodum si homo iactat semen in terram,

Ac dormiat, atque exurgat ille nocte ac die: segetémq; germinet, ac surgat in altum dum nescit.

Vltro enim terra fructificat, primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica.

Cum autem productus fuerit fructus, statim mittit falcem, quoniam adest messis.

Et dicebat: Cui assimilabimus regnum Dei? aut qua collatione conferemus illud?

Est sicut granum sinapis, quod cum seminatum fuerit in terra, minus est omnibus seminibus quæ sunt in terra:

Et cum seminatum fuerit, exurgit, & fit maius omnibus oleribus: & facit ramos magnos, ita vt possint sub vmbra eius aues cæli nidificare.

Et talibus multis parabolis loquebatur eis sermonem, prout poterant audire.

Sine parabola vero non loquebatur eis. seorsim autem discipulis suis exponebat omnia.

Et ait illis in die illo cum facta esset vespera: Transeamus in vltetiorem ripam.

Et dimissa turba, assumunt eum ita vt erat in naui, sed & alia nauicula erant cum illo.

Et oritur procella venti magna, & fluctus irruebant in nauim, ita vt illa iam impleretur.

Et erat ipse in puppi super ceruical dormiens, & excitant eum, dicuntque illi: Præceptor, non est tibi curæ, quòd perimus?

Et excitatus increpauit ventum, dixitq; mari: Tace, obmutesce. & conquieuit ventus, factaq; est tranquillitas magna,

Et ait illis: Quid timidi estis adeo? qui fit vt non habeatis fiduciam?

Et timuerunt timore magno, dicebantq; inter sese: Quisnam hic est, quia & ventus & mare obediunt ei?

CAP. V.

ET venerunt traiecto mari in regionem Gadarenorum.

Egressoq; ei de naui, statim occurrit è monumentis homo spiritui obnoxius immundo,

Qui domicilium habebat in monumentis, & neque catenis quisquam poterat eum ligare,

Propterea quod, cum sæpe compedibus & catenis vinctus fuisset, discerpta essent ab illo catenæ, & compedes essent comminutæ, neque quisquam valuisset eum domare.

Et semper die ac nocte in montibus & in monumentis erat clamans, & concidens seipsum lapidibus.

Cum vidisset autem Iesum eminus, cucurrit, & adorauit eum,

Et clamans voce magna dixit: Quid mihi tecum est Iesu fili Dei altissimi? adiuro te per Deum, ne me torqueas.

Dicebat enim illi: Exi spiritus immunde ab homine.

Et interrogabat eum: Quod tibi nomen est? Et respondit, dicens ei: Legio mihi nomen est, quia multi sumus.

Et deprecabatur eum multum, ne se emitteret extra regionem.

Vulgat. Editio.

Erat autem ibi circa montem grex porcorũ magnus, pascens.

Et deprecabantur eum spiritus, dicentes: Mitte nos in porcos, vt in eos introeamus.

Et concessit eis statim Iesus. Et exeuntes spiritus immundi introierunt in porcos: & magno impetu grex præcipitatus est in mare ad duo millia, & suffocati sunt in mari.

Qui autem pascebant eos, fugerunt, & nunciauerunt in ciuitatem, & in agros. Et egressi sunt videre quid esset factum.

Et veniunt ad Iesum: & vident illum, qui à dæmonio vexabatur, sedentem, vestitum, & sanæ mentis: & timuerunt.

Et narrauerunt illis, qui viderant, qualiter factum esset ei, qui dæmonium habuerat, & de porcis:

Et rogare cœperunt eum vt discederet de finibus eorum.

Cumque ascenderet nauim, cœpit illum deprecari, qui à dæmonio vexatus fuerat, vt esset cum illo.

Et non admisit eum, sed ait illi: Vade in domum tuam ad tuos, & annuncia illis quanta tibi Dominus fecerit, & misertus sit tui.

Et abijt, & cœpit prædicare in Decapoli, quanta fibi fecisset Iesus; & omnes mirabantur.

Et cum transcendisset Iesus in naui rursum trans fretum, conuenit turba multa ad eum, & erat circa mare.

* Mat. 9. 18. Lu. 8. 41. *Et venit quidam de Archisynagogis nomine Iairus: & videns eum, procidit ad pedes eius:

Et deprecabatur eum multum, dicens: Quoniam filia mea in extremis est, veni, impone manum super eam, vt salua sit, & viuat.

Et abijt cum illo, & sequebatur eum turba multa, & comprimebant eum.

Et mulier, quæ erat in profluuio sanguinis annis duodecim:

Et fuerat multa perpessa à compluribus medicis: & erogauerat omnia sua, nec quidquam profecerat, sed magis deterius habebat:

Cum audisset de Iesu, venit in turba retro, & tetigit vestimentum eius:

Dicebat enim: Quia si vel vestimentum eius tetigero, salua ero.

Et confestim siccatus est fons sanguinis eius: & sensit corpore quia sanata esset à plaga.

Et statim Iesus in semetipso cognoscens virtutẽ, quæ exierat de illo, conuersus ad turbam, aiebat: Quis tetigit vestimenta mea?

Et dicebant ei discipuli sui: Vides turbam comprimentem te, & dicis: Quis me tetigit?

Et circumspiciebat videre eam, quæ hoc fecerat.

Mulier vero timẽs & tremens, sciens quod factũ esset in se, venit & procidit ante eum, & dixit ei omnem veritatem.

* Luc. 7. 50. Ille autem dixit ei: *Filia, fides tua te saluam fecit: vade in pace, & esto sana à plaga tua.

Adhuc eo loquente, veniunt ab Archisynagogo, dicentes: Quia filia tua mortua est: quid vltra vexas Magistrum?

Iesus autem audito verbo, quod dicebatur, ait archisynagogo: Noli timere: tantummodo crede.

Et non admisit quemquam se sequi nisi Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem Iacobi.

Et veniunt in domum Archisynagogi, & videt tumultum, & flentes, & eiulantes multum.

Transl. ex Syriac.

Erat autem illic ad montem grex magnus porcorum pascens.

Et efflagitabant ab eo illi dæmones, dicentes: Mitte nos in istos porcos, vt in eos ingrediamur.

Et permisit eis. Exieruntque spiritus illi immundi, & ingressi sunt porcos: & exturrit ille grex in ripem, & ruit in mare, circiter bis mille, & suffocati sunt aquis.

Illi autem qui pascebant eos fugerunt, & dixerunt in ciuitate & in pagis. Et exierunt vt viderent id quod factum fuerat.

Et venerunt ad Ieschua, & viderunt eum qui fuerat dæmoniacus vestitum, & verecundum, atque sedentem, eum inquam *in quo fuerat legio: & perterriti sunt.*

Et renunciarunt eis, qui viderant, quomodo actum esset cum ipso dæmoniaco, necnon de illis porcis.

Et cœperunt efflagitare ab eo, vt finibus ipsorum excederet.

Quumq; conscendisset nauim, petebat ab eo is qui dæmoniacus fuerat, vt cum eo esset.

Nec permisit ei, sed dixit ei: Abi domum tuam ad homines tuos, & renuncia eis quid fecerit tibi Dominus, quodq; tui miserius fuerit.

Abijt itaque, & cœpit prædicare in Decapoli quid fecisset sibi Ieschua: cunctique mirabantur.

* Lectio Marcyri & Defunctorum. ** Quumq; traiecisset Ieschua naui in illam vlteriorẽ ripam, rursus congregati sunt iuxta eum cœtus plurimi dum esset iuxta littus maris.*

Venit autem quidam nomine Iuvoroschex Principibus Synagogæ: quumque vidisset eum, procidit ad pedes eius.

Et efflagitauit ab eo multùm, ac dixit ei: Filia mea malè affecta est: veni, impone ei manum tuam, & sanabitur, ac viuet.

Et abijt Ieschua cum eo: & sese adiunxit ei turba multa, & comprimebant eum.

Quædam autem mulier, quæ erat in profluuio sanguinis à duodecim annis:

Quæ quidem multa fuerat perpessa à medicis plurimis, & expenderat quicquid habebat, nihilque adiuta fuerat, quinimo magis angebatur:

Quum audisset de Ieschua, venit in compressione turba à tergo eius, & tetigit vestimentum eius.

Dicebat enim: Si vel vestimentum eius tetigero, seruabor.

Et statim exaruit fons sanguinis eius: & sensit corpore suo se sanatam esse à plaga sua.

Ieschua autem statim cognouit apud se virtutem exisse à semetipso: & conuersus ad turbam, ait: Quis tetigit vestimenta mea?

Dixerunt ei discipuli eius: Vides turbas quæ opprimunt te: & ais Quis tetigit me?

Et circumspiciebat vt videret quis hoc fecisset.

Tunc mulier illa quum timeret ac tremeret, quippe quæ nosset quid actum fuisset cum ea, veniens procidit coram eo, & dixit et omnem veritatem.

Ipse verò dixit ei: Filia mea, fides tua te seruauit: abi in pace, & esto sana ex plaga tua.

Et adhuc eo loquente, venerunt quidam *à domo Principis Synagogæ, & inquiunt: Filia tua mortua est, quid amplius faceſſis negotium Doctori?*

Ieschua autem audijt sermonem quem dicebant: & ait illi Principi Synagogæ: Ne timeas: tantummodo crede.

Nec permisit vt quisquam iret secum, nisi Schemeoun Kipho, & Iaakoub, & Iouchanon frater Iaakoub.

Et venerunt domum illius Principis Synagogæ, vidit; tumultuantes, & flentes ac eiulantes,

Tranſl. B. Ariæ Mont.

Erat autem ibi ad montem grex porcorum magnus paſcens.

Et adpellabant eum omnes dæmones, dicentes: Mitte nos in porcos, vt in eos introeamus.

Et conceſſit eis ſtatim Ieſus. Et exeuntes ſpiritus immundi, introierunt in porcos: & irruit grex per præcipitium in mare: erant enim vt duo millia: & ſuffocati ſunt in mari.

At paſcentes poreos fugerunt, & nuntiauerunt in ciuitatem, & in agros. & egreſſi ſunt videre quid eſſet factum.

Et veniunt ad Ieſum, & ſpectant dæmoniacum ſedentem & veſtitum, & ſanæ mentis eum qui habuerat legionem: & timuerunt.

Narrauerunt autem illis videntes, quomodo factum eſſet dæmoniaco, & de porcis.

Et cœperunt aduocare eum, abire de finibus eorum.

Et aſcendente ipſo in nauigium, aduocabat illum dæmoniacus, vt eſſet cum illo.

At Ieſus non admiſit eum: ſed ait illi: Vade in domum tuam ad tuos, & annuntia illis quanta tibi Dominus fecit, & miſertus eſt tui.

Et abiit, & cœpit prædicare in Decapoli, quanta feciſſet ei Ieſus: & omnes mirabantur.

Et traiiciente Ieſu in nauigio rurſum in vlterius, coacta eſt turba multa ad eum, & erat iuxta mare.

Et ecce venit vnus Archiſynagogorum nomine Iairus: & videns eum procidit ad pedes eius.

Et aduocabat eum multum, dicens: Quoniam filiola mea extreme habet, vt veniens imponas ei manus, vt ſeruetur, & viuet.

Et abiit cum illo: & ſequebatur eum turba multa, & comprimebant eum.

Et mulier quædam exiſtens in fluxione ſanguinis annos duodecim.

Et multa perpeſſa à multis medicis, & inſumptis quæ apud ſe omnibus, & nihil adiuta, ſed magis in deterius veniens:

Audiens de Ieſu, & veniens in turba retro tetigit veſtimentum eius.

Dicebat enim: Quia ſi vel veſtimenta eius tetigero, ſeruabor.

Et confeſtim ſiccatus eſt fons ſanguinis eius: & ſenſit corpore, quia ſanata eſt à flagello.

Et ſtatim Ieſus cognoſcens in ſemetipſo ex ſe efficacitatem profectam, conuerſus in turba, aiebat: Quis mea tetigit veſtimenta?

Et dicebant ei diſcipuli ſui: Aſpicis turbam comprimentem te, & dicis: Quis me tetigit.

Et circumſpiciebat videre hoc fatientem.

At mulier timens & tremens, ſciens quod factum eſſet in ſe, venit & procidit ei, & dixit ei omnem veritatem.

Ille autem dixit ei: Filia, fides tua ſeruauit te: vade in pace, & eſto ſana à flagello tuo.

Adhuc eo loquente, veniunt ab Archiſynagoga, dicentes: Quia filia tua mortua eſt, quid adhuc vexas magiſtrum?

At Ieſus ſtatim audiens ſermonem dictum, ait Archiſynagogo: Ne metue: ſolum crede.

Et non admiſit quenquam ſe conſequi, ſi non Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem Iacobi.

Et venit in domum Archiſynagogi, & videt tumultum, flentes & eiulantes multum.

Tranſl. Eraſm. Roterod.

Erat autem ibi iuxta montes grex porcorum magnus paſcens,

Et deprecabantur eum omnes dæmones, dicentes: Mitte nos in porcos, vt in eos introeamus.

Et permiſit eis ſtatim Ieſus. Et egreſſi ſpiritus immundi, ingreſſi ſunt in porcos. Et ferebatur grex per præceps in mare. Erant autem fermè bis mille, & ſuffocati ſunt in mari.

Porro qui paſcebant porcos, fugerunt, & renunciauerunt in ciuitatem, & in agros. Et egreſſi ſunt ad videndum quid eſſet quod acciderat:

Et veniunt ad Ieſum, & vident illum qui à dæmonio vexabatur, ſedentem ac veſtitum, & ſanæ mentis, qui habuerat legionem, & timuerunt.

Et narrauerunt illis qui viderant, qualiter accidiſſet ei qui dæmonium habuerat, & de porcis.

Et rogare cœperunt eum, vt diſcederet de finibus ipſorum.

Et cum ingreſſus eſſet nauim, rogabat illum qui fuerat à dæmonio correptus, vt eſſet cum illo:

Ieſus autem non permiſit eum, ſed ait illi: Abi in domum tuam ad tuos, & annuncia illis quanta tibi dominus fecerit, & miſertus ſit tui.

Et abiit, & cœpit prædicare in decapoli, quanta ſibi feciſſet Ieſus, & omnes mirabantur.

Et cum traieciſſet Ieſus naui rurſus in vlteriorem ripam, conuenit turba multa ad eum, & erat circa mare.

Et ecce venit quidam principum ſynagogæ, nomine Iairus: & cum vidiſſet eum, procidit ad pedes eius,

Et deprecabatur eum multum, dicens, Filiola mea in extremis eſt, oro vt venias & imponas illi manus, vt ſalua ſit, & viuet.

Et abiit cum illo, & ſequebatur eum turba multa, & comprimebant eum.

Et mulier quædam, quæ fuerat obnoxia profluuio ſanguinis annos duodecim,

Fueratq́ multa perpeſſa à compluribus medicis, & inſumpſerat omnia ſua, neque quicquam adiumenti ſenſerat, ſed magis in deterius venerat,

Cum audiſſet de Ieſu venit in turba à tergo, & tetigit veſtimentum eius.

Dicebat enim: ſi vel veſtimenta eius tetigero, ſalua ero.

Et confeſtim ſiccatus eſt fons ſanguinis eius: & ſenſit corpore, quod ſanata eſſet ab eo flagello.

Et ſtatim Ieſus in ſemetipſo cognoſcens virtutem ex ſeſe prodiſſe, conuerſus in turba, aiebat: Quis tetigit veſtimenta mea?

Et dicebant ei diſcipuli ipſius: Vides turbam vndique prementem te, & dicis: quis me tetigit.

Et circumſpiciebat, vt videret eam quæ hoc fecerat.

Mulier vero timens & tremens, ſciens quod factum eſſet in ſe, venit & accidit ei, dixitq́ ei omnem veritatem:

Ille autem dixit ei: Filia, fides tua te ſeruauit, vade cum pace, & eſto ſana à flagello tuo.

Adhuc eo loquente veniunt à principe ſynagogæ, qui dicerent: Filia tua mortua eſt, quid vltra vexas magiſtrum?

Ieſus autem protinus audito ſermone qui dicebatur, ait principi ſynagogæ: ne metuas, tantummodo crede.

Et non permiſit vt quiſquam ſe ſequeretur, præter Petrum & Iacobum & Ioannem fratrem Iacobi.

Et venit in domum principis ſynagogæ, videtque tumultum ac flentes & eiulantes multum,

Vulgat. Editio.

Et ingreſſus,ait illis: Quid turbamini, & plora-
tis? puella non eſt mortua,ſed dormit.
Et irridebant eum. Ipſe vero eiectis omnibus
aſſumit patrem, & matrem puellæ, & qui ſecum
erant,& ingreditur vbi puella erat iacens.

Et tenens manum puellæ,ait illi: Talitha cumi,
quod eſt interpretatum:Puella(tibi dico)ſurge.
Et confeſtim ſurrexit puella,& ambulabat: erat
autem annorum duodecim: & obſtupuerunt ſtu-
pore magno.
Et præcepit illis vehementer vt nemo id ſciret:
& dixit dari illi manducare.

CAP. VI.

Mat.13.54 Luc.4.16 Io.4.44.
ET egreſſus inde,abiit in patriam ſuam: & ſe-
quebantur eum diſcipuli ſui.
Et facto ſabbato cœpit in ſynagoga docere:&mul
ti audiẽtes admirabãtur in doctrina eius, dicẽtes:
Vnde huic hęc omnia?&quęeſtſapiẽtia,quę data eſt
illi:&virtutes tales,quę per manus eius efficiũtur.
Io.6.42 * Nonne hic eſt faber,filius Mariæ,frater Iacobi,
& Ioſeph & Iudæ,& Simonis?nonne & ſorores eius
hic nobiſcum ſunt?Et ſcandalizabantur in illo.

* Mat.13 57. Luc.4.24 Io2.4.44.
Et dicebat illis Ieſus.* Quia non eſt propheta ſi-
ne honore niſi in patria ſua,& in domo ſua, & in
cognatione ſua.
Et non poterat ibi virtutem vllam facere, niſi
paucos infirmos impoſitis manibus curauit:

Et mirabatur propter incredulitatem eorum,&
circuibat caſtella in circuitu docens.
*Mat.10. 1. Sup.3.14 Luc.9.1
* Et vocauit duodecim: & cœpit eos mittere
binos,& dabat illis poteſtatem ſpirituum immun-
dorum.
Et præcepit eis ne quid tollerent in via,niſi vir-
gam tantum:non peram,non panem,neque in zo-
na æs,
* Act.12. 9. * Sed calceatos ſandalijs,& ne induerentur du-
abus tunicis.
Et dicebat eis:Quocumque introieritis in do-
mum:illic manete donec exeatis inde.
Quicumque non receperint vos , nec audierint
vos * exeuntes inde,excutite puluerem de pedi-
bus veſtris in teſtimonium illis.
* Mat.10 14. Luc.9.5 Act.13.51 & 18.

Et exeuntes prædicabant vt pœnitentiam age-
rent:
Et dæmonia multa eijciebant, * vngebant oleo
multos ægros,& ſanabant.
*Iac.5.14 * Et audiuit rex Herodes,(manifeſtum enim fa-
ctum eſt nomen eius)& dicebat:Quia Ioannes Ba-
ptiſta reſurrexit à mortuis: & propterea virtutes
operantur in illo.
* Mat.14 1.2. Luc.9.7 Alij autẽ dicebant:Quia Elias eſt.Alij vero dice-
bant:Quia propheta eſt,quaſi vnus eſt prophetis.
Quo audito Herodes ait: Quem ego decollaui
Ioannem,hic à mortuis reſurrexit.
*Luc.3.19 *Ipſe enim Herodes miſit,ac tenuit Ioannem,&
vinxit eum in carcere propter Herodiadem vxo-
rem Philippi fratris ſui,quia duxerat eam.
*Leu.18 16. Dicebat enim Ioannes Herodi: * Non licet tibi
habere vxorem fratris tui.
Herodias autem inſidiabatur illi:& volebat oc-
cidere eum nec poterat.
Herodes enim metuebat Ioannem, ſciens eum
virum iuſtum & ſanctum:& cuſtodiebat eum, &
audito eo multa faciebat, & libenter eum audie-
bat.

Tranſl. ex Syriac.

Et introit, dixitque eis: Quid perſtrepitis ac fletis? puella non eſt mortua,ſed dormit.
Et ſubſannabant eum. Ipſe verò Ieſchua eiecit omnes, accepitque patrem puellæ & matrem eius, & eos qui ſecum erant, & ingreditur eò vbi iacebat puella.

Et prehendit manum puellæ,ac dixit ei: Puella ſurge:

Et eo momẽto ſurrexit puella & ambulabat,erat enim filia annorum duodecim, & mirati ſunt , admiratione magna.
Præcepit autem eis multùm,ne quis id reſciſceret: dixitque vt darent ei quid ad manducandum.

C.A.P. V I.

ET egreſſus eſt illinc Ieſchua,venitque in prouinciam ſuam,& ſeſe adiunxerunt ei diſcipuli eius. Addition Dunlaei ex ſeq. poſt ſyriaca.
Quumque eſſet Sabbathum, cœpit docere in ſynagoga: multique qui audierunt admirati ſunt,ac dicebant: Vnde nam huic iſta,& quænam eſt hæc ſapientia quæ data eſt ei,vt virtutes tales per manus eius fiant?
Nonne iſte eſt faber ille filius Mariam, & frater Iaakoub,& Iauſi,& Ithoudo,& Schemeoun? & non ſorores eius hic apud nos ſunt? & offendebantur in ipſo.

Et ait illis Ieſchua: Non eſt Propheta deſpectus, niſi in prouincia ſua, & in ædibus cognatorum ſuorum, & in domo ſua.
Et non poterat edere illic ne vnam quidem virtutem, niſi quòd ægrotis paucis impoſuit manum ſuam, atque ſanauit.
Et mirabatur ob defectum fidei eorum, & perluſtrabat pagos dum doceret.
Et aduocauit duodecim ſnos: cœpitque mittere eos binos: ac dedit eis poteſtatem ejciendi ſpiritus immundos: *Declinetur poſt hæc tertia.

Ac præcepit eis vt nihil ferrent ad iter,niſi virgam tantùm:non peram,nec panem,nec æs in ipſorum marſupijs.
Sed vt calcearent ſandalia,nec induerent duas tunicas.
Et dixit eis: In quamcumque domum introieritis, illic eſtote,vſquedum exeatis illinc.
Et quicumque non receperint vos, nec audierint vos, quum egrediemini illinc,excutite puluerem qui ſubeſt pedibus veſtris in teſtimonium ipſis. Equidem dico vobis tranquilliorem fore Sedoum & Omouro in die iudicij,ciuitati illa.
Et egreſſi ſunt ac prædicarunt vt pœnitentiam agerent homines.
Dæmoniaque multa eijciebant: vngebantque oleo infirmos multos, & ſanabant eos.
Audiit autem Heroudes rex de Ieſchua,(innotuerat enim ei nomen ipſius) & dicebat,Iouchanon Baptiſta ſurrexit è domo mortuorum, propterea virtutes operantur in eo. *Matthiæ ſapientia abſcripta Iouchanã Baptiſta.
Alii dicebant,Iſto eſt. Et alij, Propheta eſt ſicut vnus ex Prophetis.
Quum aũt audiſſet Heroudes,ait: Iouchanõ eſt, cuius ampui caput,ipſe ſurrexit è domo mortuorum.
Ipſe enim Heroudes miſerat prehenſum Iouchanon,eũque coniecerat in domum vinctorum, propter Heroudiadem vxorem Philippi fratris ſui,quam duxerat.
Dicebat enim Iouchanon Herouli, Non licet tibi ducere vxorem fratris tui.
Ipſa autem Heroudias inſidiabatur ei, & volebat eum interficere,nec poterat.
Namque Heroudes timebat à Iouchanon, propterea quod ſciebat eum eſſe virum iuſtum & ſanctum: & obſeruabat eum;multaq; audierat ab eo feceratque;ac ſuauiter audiebat eum.

Transl. B. Ariæ Mont.

Et ingressus ait illis: Quid tumultuamini & ploratis? puella non mortua est, sed dormit. 39
Et irridebant eum. Ipse vero eiectis omnibus, assumit patrem puellæ, & matrem, & qui cum se, & ingreditur vbi erat puella iacens. 40

Et prehendens manū puellæ, ait illi: Talitha cumi, quod est interpretatū, Puella, tibi dico, excitare. 41
Et confestim surrexit puella, & deambulabat. erat enim annorum duodecim. Et obstupuerunt stupore magno. 42
Et præcepit illis multa, vt nemo sciret id: & dixit dari illi manducare. 43

CAP. VI.

Et egressus est inde, & venit in patriam suam: & sequuntur eum discipuli sui. 1
Et facto sabbato cœpit in synagoga docere: & multi audientes percellebantur, dicentes: Vnde huic hæc? & quæ sapientia data illi, & efficacitates tales per manus eius efficiuntur? 2
Nonne hic est faber, filius Mariæ, frater vero Iacobi, & Iose, & Iudæ, & Simonis? Et non sunt sorores eius hic apud nos? Et scandalizabantur in illo. 3

Dicebat autem illis Iesus: Quia non est Propheta inhonoratus, si non in patria sua, & in cognatis, & in domo sua. 4
Et non poterat ibi vllam efficacitatem facere, si non paucis infirmis imponens manus curauit. 5

Et mirabatur propter incredulitatem eorum: & circuibat in orbem docens. 6
Et aduocat duodecim: & cœpit eos mittere duos duos, & dabat illis auctoritatem spirituum immundorum. 7
Et præcepit eis vt nihil tollerent ad viam, si non virgam tantum: non peram, non panem, neque in zona æs: 8
Sed calceatos sandalijs, & ne induimini duas tunicas. 9
Et dicebat eis: Quocunque introieritis in domum: illic manete donec exeatis inde. 10
Et quicumque non receperint vos, nec audierint vos, exeuntes inde, excutite puluerem infernè pedum vestrorum, in testimonium illis. Amen dico vobis, tolerabilius erit Sodomis aut Gomorris in die iudicij, quã ciuitati illi. 11
Et exeuntes prædicabant vt pœniterent. 12

Et dæmonia multa eijciebant, & vngebant oleo multos ægros, & sanabant. 13
Et audiuit rex Herodes (manifestum enim factum erat nomen eius) & dicebat: Quia Ioannes baptizans à mortuis excitatus est: & propter hoc operantur efficacitates in illo. 14
Alij dicebant: Quia Elias est. Alij vero dicebant: Quia Propheta est, quasi vnus est Prophetarum. 15
Audiens autem Herodes ait: Quia quem ego decollaui Ioannẽ, hic est: ipse excitatus est ex mortuis. 16
Ipse enim Herodes delegans, prehendit Iohannem, & vinxit eum in custodia propter Herodiadẽ vxorem Philippi fratris sui, quia eam duxerat. 17
Dicebat enim Ioannes Herodi: Quod non licet tibi habere vxorem fratris tui. 18
At Herodias insidiabatur illi: & volebat eum occidere, & non poterat. 19
Nam Herodes metuebat Ioannem, sciens eum virum iustum & sanctum: & conseruabat eum, audiens eum, multa faciebat: & suauiter eum audiebat. 20

Transl. Erasm. Rotterod.

Et ingressus ait illis: Quid tumultuamini & ploratis? Puella non est mortua, sed dormit. 39
Et irridebant eum. Ipse vero eiectis omnibus, assumit patrem & matrem puellæ & eos qui cum ipso erant, & ingreditur eò vbi puella erat iacens, 40

Et apprehensa manu puellæ, ait illi: Talitha, cumi: quod est si quis interpretetur: Puella, tibi dico, surge. 41
Et confestim surrexit puella, & ambulabat. erat enim annorum duodecim. & obstupuerunt stupore magno. 42

Et præcepit illis vehementer, ne quisquam id sciret, & iussit vt daretur illi quod ederet. 43

CAP. VI.

Et egressus est illinc, venitq; in patriam suam, & sequuntur eum discipuli sui. 1
Cumq; adesset sabbatum, cœpit in synagoga docere, multiq; audientes obstupuerunt, dicentes: Vnde huic hæc? & quæ est sapientia, quæ data est illi? & virtutes tales per manus eius efficiuntur? 2
Nonne hic est faber ille, filius Mariæ, frater Iacobi, & Iose, & Iuda, & Simonis? Nonne & sorores eius hic nobiscum sunt? Et offendebantur in eum. 3

Dicebat autem illis Iesus: Non est propheta contemptus nisi in patria sua, & inter cognatos, & in familia sua. 4

Et non poterat ibi virtutem vllam edere, nisi quod paucos infirmos impositis manibus sanauit, 5

Ac mirabatur propter incredulitatem eorum. & obambulabat per vicos vndique circumiacentes, docens. 6
Et accersit duodecim, cœpitq; eos emittere binos, ac dabat illis potestatem aduersus spiritus immundos. 7

Et præcepit illis, ne quid tollerent in viam, nisi virgam tantum: non panem non peram, non in zona æs: 8

Sed calciarentur sandalijs, & ne inducerentur binis tunicis. 9
Et dicebat eis: Vbicumque introieritis in domum, illic manete donec exeatis illinc. 10
Et quicumque non receperint vos, neque audierint vos, exeuntes illinc, excutite puluerem qui est sub pedibus vestris in testimonium illis. Amen dico vobis: tolerabilius erit Sodomis aut Gomorris in die iudicij, quàm ciuitati illi 11
Et egressi prædicabant, vt resipiscerent. 12

Et dæmonia multa eijciebant, & vngebant oleo multos agros, & sanabant. 13
Et audiuit rex Herodes (innotuerat enim nomen eius) dicebatq; Iohannes ille, qui baptizabat, resurrexit à mortuis, & propterea virtutes agunt in illo. 14

Alij dicebant: Helias est. alij vero dicebant: Propheta est, vel tanquam vnus ex prophetis. 15
Cum audisset autem Herodes, ait: Cui ego præcidi caput, Iohannes iste est, ipse surrexit à mortuis. 16
Nam ipse Herodes, missis satellitibus, manus iniecerat in Iohannẽ, & vinxerat eũ in carcere propter Herodiadẽ vxorem Philippi fratris sui, quia duxerat eam vxorem. 17
Dicebat enim Iohannes Herodi: Non licet tibi habere vxorem fratris tui. 18
Herodias autem insidiabatur illi, volebatq; occidere eum, nec poterat. 19
Herodes enim metuebat Iohannem, sciens eum virum iustum ac sanctum, & obseruabat eum: auditoq; eo multa faciebat, & libenter eum audiebat, 20

Vulgat. Editio.

Et cum dies opportunus accidisset, Herodes natalis sui cœnam fecit principibus, & tribunis, & primis Galilææ.

Cumq; introisset filia ipsius Herodiadis, & saltasset, & placuisset Herodi, simulq; recumbentibus; rex ait puellæ: Pete à me quod vis, & dabo tibi:

Et iurauit illi: Quia quidquid petieris dabo tibi, licet dimidium regni mei.

Quæ cum exisset, dixit matri suæ: Quid petam? At illa dixit: Caput Ioannis Baptistæ.

Cumque introisset statim cum festinatione ad regem, petiuit dicens: Volo vt protinus des mihi in disco caput Ioannis Baptistæ.

Et contristatus est rex propter iusiurandum, & propter simul discumbentes, noluit eam contristare:

Sed missso speculatore præcepit afferri caput eius in disco. Et decollauit eum in carcere,

Et attulit caput eius in disco: & dedit illud puellæ, & puella dedit matri suæ.

Quo audito, discipuli eius venerunt, & tulerunt corpus eius: & posuerunt illud in monumento.

Et conuenientes apostoli ad Iesum, renunciauerunt ei omnia, quæ egerant, & docuerant.

Mat.14. 21. Lu.9.10. Et ait illis: * Venite seorsum, in desertum locũ, & requiescite pusillum. Erant enim qui veniebant & redibant multi: & nec spatium manducandi habebant.

Et ascendentes in nauim, abierunt in desertum locum seorsum.

Et viderunt eos abeuntes, & cognouerunt multi: & pedestres de omnibus ciuitatibus concurrerunt illuc, & præuenerunt eos.

* Mat.9. 36. & 14. 14. * Et exiens vidit turbam multam Iesus: & misertus est super eos, quia erant sicut oues non habentes pastorem, & cœpit illos docere multa.

Et cum iam hora multa fieret, accesserunt discipuli eius, dicentes: Desertus est locus hic, & iam hora præterijt:

* Lu.9.12 Ioan.6.9 * Dimitte illos vt euntes in proximas villas, & vicos emant sibi cibos, quos manducent.

Et respondens ait illis: Date illis vos manducare. Et dixerunt ei: Euntes emamus ducentis denarijs panes, & dabimus illis manducare.

Et dicit eis: Quot panes habetis? ite, & videte. Et cum cognouissent, dicunt: Quinque, & duos pisces:

Et præcepit illis, vt accumbere facerent omnes secundum contubernia super viride fœnum.

Et discubuerunt in partes per centenos, & quinquagenos.

Et acceptis quinque panibus & duobus piscibus, intuens in cœlum, benedixit, & fregit panes, & dedit discipulis suis, vt ponerent ante eos: & duos pisces diuisit omnibus.

Et manducauerunt omnes, & saturati sunt.

Et sustulerunt reliquias, fragmentorum duodecim cophinos plenos, & de piscibus.

Erant autem qui manducauerunt quinque millia virorum.

Et statim coegit discipulos suos ascendere nauim, vt præcederent eum trans fretum ad Bethsaidam, dum ipse dimitteret populum.

Et cum dimisisset eos, abijt in montem orare.

Et cum sero esset, erat nauis in medio mari, & ipse solus in terra.

Transl. ex Syriac.

21 *Et factus est dies notabilis dum Heroudes in domo natiuitatis suæ cænam faceret magnatibus suis, & chiliarchis, atque principibus Galilææ.*

22 *Et ingressa filia Heroudiadis saltauit, & placuit Heroudi, ijsq; qui accumbebant cum eo: & ait rex puellæ: Pete à me quicquid volueris & dabo tibi,*

23 *Ac iureiurando spopondit ei: Quodcumque petieris à me, dabo tibi, vsque ad dimidium regni mei.*

24 *Tunc exijt, dixitq; matri suæ: Quid petam ab eo? Dixit ei: Caput Iouchanon Baptistæ.*

25 *Et statim ingressa est cum cupiditate ad regem, & dixit ei: Volo ego vt hac hora des mihi in disco caput Iouchanon Baptistæ.*

26 *Ægrè autem admodum id tulit rex: tamen propter iusiurandum, ac propter accumbentes, noluit ei denegare:*

27 *Sed confestim misit rex carnificem, iussitq; ei afferret caput Iouchanon. Profectus itaque amputauit caput Iouchanon in domo vinctorum.*

28 *Et attulit in disco: deditque puellæ, & ipsa puella dedit matri suæ.*

29 *Et audierunt discipuli eius, & venerunt sustulerunt-que truncum eius, & posuerunt in domo sepulchri.*

30 * *Et congregati sunt Apostoli ad Ieschua, & dixerunt ei quæcumque fecerant, & quæcumque docuerant.* * Add. Iatio ex quinta nam.

31 *Et dixit eis: Venite vos, ibimus in desertum nos soli; & quiescite paululum. Erant enim plurimi qui ibant veniebantque; nec erat eis locus, ne comedendi quidem.*

32 *Ec abierunt in locum desertum nauigio solitarij.*

33 *Ac viderunt eos plurimi dum proficiscerentur, & agniti sunt illi: & in aridam concurrerunt ex omnibus ciuitatibus coram eo illuc.*

34 *Et egressus Ieschua vidit cœtus multos & misertus est eorum, quippe qui similes essent ouibus non habentibus pastorem, cœpitque docere eos multa.*

35 *Quumq; multum temporis præterijsset, adierunt eum discipuli eius, ac dicunt ei: Iste locus desertus est, multumq; temporis (præterijt.)*

36 *Dimitte eos vt eant in agros circumiacẽtes, vicosque, & cõparent sibi panẽ; nihil enim habẽt ad manducandũ.*

37 *Ipse verò dixit eis: Date vos ipsis ad comedendum. Dicunt ei: Ibimus empturi ducentis denarijs panem, & dabimus eis comesturis?*

38 *Is autem dixit eis: Ite, videte quot panes habeatis hic. Quumque vidissent, dicunt ei: Quinque panes, & duos pisces:*

39 *Et præcepit eis, vt facerent omnes discumbere per ordines super gramine.*

40 *Discubuerunt itaque per ordines centeni & quinquageni.*

41 *Et accepit illos quinque panes & duos pisces, & suspexit in cœlum, ac benedixit, fregitque panem, & dedit discipulis suis vt apponerent eis: & illos duos pisces partiti sunt omnibus.*

42 *Comederuntque omnes, & expleti sunt.*

43 *Et sustulerunt fragmentorum duodecim cophinos plenos, & ex piscibus.*

44 *Erant autem qui comederant panem quinquies mille viri.*

45 *Et statim coegit discipulos suos conscendere nauem, & traijcere ante ipsum in vlteriorem ripam ad Beth-zaido, donec ipse dimitteret turbas.*

46 *Quumque ablegasset eos, profectus est in montem vt oraret.*

47 * *Quum autem esset vespera, nauis erat in medio maris, & ipse solus in terra.* * Lectio quondam ita scribitur.

Transl. B. Ariæ Mont.

Et facta die opportuna, cum Herodes natalitiis suis cœnam faciebat principibus suis,& tribunis,& primis Galilææ.

Et ingressa filia ipsius Herodiadis,& saltante, & placente Herodi, & vnà recumbentibus,ait rex puellæ:Pete à me quod velis,& dabo tibi.

Et iurauit illi,Quia quicquid petieris,dabo tibi, vsque dimidium regni mei.

Illa vero egressa,dixit matri suæ: Quid peram? Illa vero ait:Caput Ioannis Baptistæ.

Et ingressa statim cum studio ad regem, petiuit, dicens:Volo vt mihi des ex ipsa in disco caput Ioannis Baptistæ.

Et contristatus factus rex,propter iuramenta,& simul discumbentes,non voluit eam reijcere.

Et statim legans rex speculatorem iniunxit afferri caput eius. Ille autem abiens decollauit eum in carcere.

Et attulit caput eius in disco,& dedit illud puellæ,& puella dedit illud matri suæ.

Et audientes discipuli eius venerunt,& tulerunt cadauer eius,& posuerunt illud in monumento.

Et coguntur Apostoli ad Iesum, & renuntiauerunt ei omnia, & quanta egerant, & quanta docuerant:

Et ait illis:Venite vos ipsi priuatim in desertum locum,& requiescite pusillum. Erant enim venientes & abeuntes multi:& nec edere opportunitatem habebant.

Et abierunt in desertum locum nauigio seorsum.

Et viderunt eos abeuntes, & cognouerunt eum multi: & pedestres de omnibus ciuitatibus concurrerũt illuc,& præuenerũt eos,& venerut ad eu.

Et exiens vidit Iesus multã turbã;& visceribus commotus est super eos:quia erant sicut oues non habentes pastorem,& cœpit docere illos multa.

Et iam hora multa facta,aduenientes ei discipuli eius, dicunt:Quod desertus est locus & iam hora multa.

Absolue eos,vt abeũtes in per gyrũ agros &vicos, mercẽtur sibi panes quid enim edãt non habent.

Ille vero respondens,ait illis: Date illis vos mãducare.Et dicunt ei: Euntes mercabimur ducentorũ denatiorũ panes,& dabimus illis mãducare.

Ille autem dicit eis:Quot panes habetis?abite & videte.Et cognoscentes,dicunt:Quinque,& duos pisces.

Et adordinauit eis recumbere omnes conuiuia super viridi fœno.

Et discubuerunt area areæ, per centum & per quinquaginta.

Et accipiens quinque panes & duos pisces, respiciens in cælum,benedixit,& fregit panes,& dedit discipulis suis,vt adponerent eis:& duos pisces diuisit omnibus.

Et manducauerunt omnes,& saturati sunt.

Et sustulerunt fragmentorum duodecim cophinos plenos,& de piscibus.

Et erant edentes panes,quinquies mille viri.

Et statim coegit discipulos suos ascendere in nauigium,& præcedere in vltrius ad Bethsaidam, donec ipse absoluerit turbam.

Et dimittens eos,abijt in montem orare.

Et sero facto,erat nauigium in medio mari, & ipse solus in terra.

Transl Erasm. Rotterod.

Et cum dies opportunus accidisset, cum Herodes in natalitijs cœnam faceret primatibus,ac tribunis,& primoribus Galilææ,

Cumq;introisset filia ipsius Herodiadis ac saltasset,placuissetq; Herodi,ac simul accumbentibus;rex ait puellæ: Pete à me quod vis, & dabo tibi.

Et iurauit illi: Quicquid à me petieris,dabo tibi vsque ad dimidium regni mei.

At illa egressa dixit matri suæ Quid petam? Illa vero dixit:Caput Ioannis baptistæ.

Et ingressa festinatione ad regem, petiuit dicens:Volo vt protinus des mihi in lance caput Iohannis baptistæ.

Et dolore affectus rex,propter iusurandum, eosq; qui simul accumbebant,noluit eam reijcere.

Et confestim rex misso speculatore, iussit inferri caput eius.At ille abijt,ac decollauit eum in carcere:

Et attulit caput eius in lance, & dedit illud puellæ,& puella dedit illud matri suæ.

Quo audito, discipuli eius venerunt, & sustulerunt cadauer eius,posuerunteq; illud in monumento.

Et congregantur apostoli ad Iesum ac renunciauerunt ei omnia,& quæ egissent,quæq; docuissent.

Et ait illis:Venite vos soli seorsim in desertum locum, & requiescite pusillum.Erant enim qui venirent & abirent multi,ac ne cibum quidem capere vacabat.

Et abijt in desertum locum nauigio seorsim.

Et viderũt eos abeuntes turba:& agnouerunt eũ multi,& i.mere pedestri ex omnibus ciuitatibus eoncurrerunt illuc & præuenerunt eos, conueneruntque ad illum.

Et egressus vidit turbam multam Iesus,& affectu misericordiæ tactus est erga eos, quia erant velut oues non habentes pastorem.Et cœpit illos docere multa.

Et cum iam multum diei præteriisset,accesserunt ad illum discipuli eius, dicentes: Desertus est locus, & iam multum temporis effluxit.

Dimitte eos vt abeant in circumiacentes villas ac vicos, emantque sibi panes,nam quod edant non habent.

At ille respondens ait illis: Date illis vos quod edant.Et dixerunt ei:Euntes emamus ducentis denarijs panes, & demus illis,quod edant?

At ille dicit eis: Quot panes habetis?Ite & videte. Et cum cognouissent,dicunt: Quinque,& duos pisces.

Et præcepit illis vt accumbere facerent omnes, distributis conuiuijs in viridi gramine.

Et discubuerunt diuisi in viridaria centeni & quinquageni.

Et cum accepisset quinque panes ac duos pisces,sublatis in cœlũ oculis, benedixit, ac fregit panes,deditq; discipulis suis vt apponerent illis,& duos pisces diuisit omnibus.

Et comederunt omnes,& saturati sunt.

Et sustulerunt fragmentorum duodecim cophinos plenos,& de piscibus.

Erant autem qui comederant circiter quinque milia virorum.

Et statim coegit discipulos suos conscendere nauim, vt præcederent transmisso mari Bethsaidam, dum ipse dimitteret turbam.

Et cum dimisisset eos,abijt in montem ad orandum.

Et cum vespera aduenisset,erat nauis in medio mari,& ipse solus in terra.

Vulgat. Editio.

* Mat. 14. 25.

* Et videns eos laborantes in remigando,(erat enim ventus contrarius eis)& circa quartam vigiliam noctis venit ad eos ambulans supra mare: & volebat præterire eos.

48

At illi vt viderunt eum ambulantem supra mare,putauerunt phantasma esse, & exclamauerunt.

49

Omnes enim viderunt eum,& conturbati sunt. Et statim locutus est cum eis,& dixit eis:Confidite,ego sum,nolite timere.

50

Et ascendit ad illos in nauim, & cessauit ventus.Et plus magis intra se stupebant:

51

Non enim intellexerunt de panibus: erat enim cor eorum obcæcatum,

52

* Et cum transfretassent, venerunt in terram Genesareth & applicuerunt.

Mat. 14. 34.

53

Cumque egressi essent de naui, continuo cognouerunt eum:

54

Et percurrentes vniuersam regionem illam,cœperunt in grabatis eos,qui se male habebant, circumferre,vbi audiebant eum esse.

55

Et quocũq; introibat,in vicos,vel in villas,aut ciuitates:in plateis ponebant infirmos,& deprecabantur eum,vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent,& quotquot tangebant eum,salui fiebant.

56

CAP. VII.

ET conueniunt ad eum Pharisæi,& quidam de Scribis,venientes ab Ierosolymis,

1

* Et cum vidissent quosdam ex discipulis eius communibus manibus,id est,non lotis,manducare panes,vituperauerunt:

* Mat. 15. 2.

2

Pharisæi enim,& omnes Iudæi,nisi crebro lauerint manus,non manducant,tenentes traditionem seniorum:

3

Et à foro nisi baptizentur,non comedunt:&alia multa sunt,quæ tradita sunt illis seruare: baptismata calicum,& vrceorum,& æramentorum, & lectorum:

4

Et interrogabant eum Pharisæi,& Scribæ: Quare discipuli tui non ambulant iuxta traditionem seniorum,sed communibus manibus manducant panem?

5

* Isa. 29. 13.

At ille respondens, dixit eis, Bene prophetauit Isaias de vobis hypocritis,sicut scriptum est:* Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me.

6

In vanum autem me colunt, docentes doctrinas,& præcepta hominum.

7

Relinquentes enim mendatum Dei,tenetis traditionem hominum;baptismata vrceorum, & calicum,& alia similia his facitis multa.

8

Et dicebat illis: Bene irritum facitis præceptum Dei,vt traditionem vestram seruetis.

9

* Exo. 20 12.

Moyses enim dixit:* Honora patrem tuum, & matrem tuam.Et: Qui maledixerit patri, vel matri,morte moriatur.

10

Deut. 5. 16 Eph. 6. 2 Exo 21. 16. Leu. 20. 9 Pro. 20. 20

Vos autem dicitis: Si dixerit homo patri, aut matri,Corban,(quod est donum)quodcumque ex me tibi profuerit:

11

Et vltra non dimittis eum quidquam facere patri suo,aut matri,

12

Rescindentes verbum Dei per traditionem vestram,quam tradidistis:similia huiusmodi multa facitis.

13

* Mat. 15. 10.

* Et aduocans iterum turbam,dicebat illis: Audite me omnes, & intelligite.

14

Transl. ex Syriac.

Et vidit eos vexatos dum fulcarent mare (erat enim ventus eis contrarius) vigilia verò quarta noctis venit ad eos Ieschua dum ambularet super aquas: volebatque eos præterire.

48

Illi autem viderunt eum ambulantem super aquas,& reputarunt apud se visionem esse fallacem(spectrum): & exclamarunt.

49

Omnes enim videbant eum,& timuerunt. Et ipso momento collocutus est eis, & dixit eis: Bono estote animo, ego sum,ne timeatis.

50

Et ascendit ad eos in nauem,& conquieuit ventus: & vehementer admirabantur ac obstupescebant apud se.

51

Non enim intellexerant de pane illo:propterea quòd cor eorum offusum erat nube.

52

Quumque traiecissent,venerunt in terram Gheneser.

53

Et quum exissent è naui,eo momento agnouerunt eum viri regionis illius:

54

Et percurrerunt vniuersam terram illam, cœperuntque adducere eos qui malè,malè(inquam)affecti erant, batulantes eos in grabatis,quo loci audiebant eum esse.

55

Et quocumque ingrederetur in pagos, & vrbes:in plateis ponebant infirmos, efflagitabantque ab eo vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent:& ij omnes qui tangebant eum,sanabantur.

56

CAP. VII.

ET congregati sunt ad eum Perischai; & Scribæ, qui veniebant ab Ouirschlem.

1 Medio Iuniũ.

Et viderunt quosdam ex discipulis eius edentes panem,illotis ipsorum manibus,& conqueſti sunt.

2

Omnes enim Ithoudai & Perischai,nisi curiosè abluerint manus suas, non comedunt, propterea quòd tenent traditionem seniorum:

3

Et à plateis redeuntes nisi intincti non comedunt: & multa alia sunt ea,qua receperunt obseruanda:(nempe) lotiones calicum,& œnophororum,vasorumque aneorum,atque lectorum.

4

Et interrogarunt eum Scribæ, & Perischai: Quare discipuli tui non ambulant iuxta traditionem seniorum, sed quum non abluerint manus suas comedunt panem?

5

Ipse verò dixit eis: Pulcrè vaticinatus, est contra vos Eschaio prophetа,ò acceptores vultus,(hypocritæ)sicut scriptum est:Populus iste labijs me honorat, cor autem eorum admodum elongatum est à me.

6

Frustraq; reuerentur me,quum doceant doctrinas,quæ sunt mandata filiorum hominum.

7

Quum omittatis enim mandata Dei, & teneatis traditionem hominum,lotiones calicum & œnophororum,illaq; multa his similia:

8

Dixit eis: Bellè peruertitis mandatum Dei, vt confirmetis traditionem vestram.

9

Mousche enim dixit:Honora patrem tuum & matrem tuam,Et: Qui maledixerit patri, aut matri, morte moriatur.

10

Vos autem dicitis:Si dixerit homo patri suo aut matri sua:Donum meum est id quo ex me abundabis.

11

Nec permittitis ei vt quicquam faciat patri suo aut matri sua.

12

Et abrogatis sermonem Dei propter traditionem quam tradidistis:& similia huiusmodi multa facitis.

13

Et aduocauit Ieschua turbam vniuersam,ac dixit eis: Audite me vos omnes, & intelligite:

14

Transl. B. Ariæ Mont.

Et vidit eos laborantes in remigando: (erat enim ventus contrarius eis) & circa quartam custodiam noctis venit ad eos circumambulans super mare: & volebat præterire eos.

Illi vero videntes eum circumambulantem super mare, putauerunt phantasma esse: & exclamauerunt.

Omnes enim eum viderunt, & conturbati sunt. Et statim locutus est cum eis, & dixit eis: Confidite: ego sum, ne metuite.

Et ascēdit ad illos in nauigiū: & quieuit vētus. Et valde ex abūdanti in seipsis stupebāt & mirabātur.

Non enim intellexerunt de panibus: erat enim cor eorum obcallitum.

Et pertranseuntes venerunt in terram Genesareth, & applicuerunt.

Et exeuntibus illis è nauigio, continuo cognoscentes eum:

Circumcurrentes omnem circum viciniam illam, cœperunt in grabatis male habentes circumferre, vbi audiebant quod illic esset.

Et quocumque introibat in vicos, vel vrbes, vel agros, in plateis ponebant infirmos, & aduocabant eum, vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent: & quotquot tangebant eum, seruabantur.

CAP. VII.

ET conueniunt ad eum Pharisæi, & quidam Scribarum venientes ab Hierosolymis.

Et videntes quosdam discipulorum eius communibus manibus, hoc est, illotis, edentes panes, incusarunt.

Nam Pharisæi & omnes Iudæi, si non pugillatim lauerint manus, non manducant, tenentes traditiones seniorum.

Et à foro, si non baptizentur, non comedunt: & alia multa sunt, quæ assumpserunt prehendere, lotiones poculorum & sextatiorum, & æramentorum, & lectorum.

Deinde interrogant eum Pharisæi & Scribæ: Quare discipuli tui non ambulant iuxta traditionem seniorum, sed illotis manibus manducant panem?

Ille vero respondens, dixit eis: Quod pulchrè prophetauit Esaias de vobis hypocritis, sicut scriptum est: Hic populus labiis me honorat, at cor eorum longè abest à me.

Fruſtra colunt me, docentes doctrinas, præcepta hominum.

Relinquentes enim mandatum De, prehenditis traditionem hominum, lotiones sextariorum & poculorum, & alia similia eiusmodi multa facitis.

Et dicebat illis: Pulchre abrogatis mandatum Dei, vt traditionem vestram seruetis.

Moyses enim dixit: Honora patrem tuum, & matrem tuam: & maledicens patri vel matri, morte finiatur:

Vos autem dicitis: Si dixerit homo patri vel matri, Corban, (quod est donum) quod ex me iuuaberis.

Et non amplius finitis eum quicquam facere patri suo, aut matri suæ.

Irritum facientes verbum Dei traditione vestra quam tradidistis: Et similia huiusmodi multa facitis.

Et aduocans omnem turbam, dicebat illis: Audite me omnes, & intelligite.

Transl. Erasm. Roterod.

48 *Viditq; eos laborantes in remigando, erat enim ventus contrarius eis Ac circa quartam vigiliam noctis venit ad eos, ambulans super mare, & volebat præterire eos.*

49 *At illi vt viderunt eum ambulantem super mare, putauerunt spectrum esse, & exclamauerunt:*

50 *Omnes enim videbant eum, & conturbati sunt. & statim locutus est cum eis, dixitq; eis: Confidite, ego sum, ne terreamini.*

51 *Et ascēdit ad illos in nauim, & cōquieuit ventus, & vehemēter supra modū intra sese stupebāt, & admirabātur.*

52 *Non enim intellexerant de panibus, erat enim cor eorum obcæcatum.*

53 *Et cum traiecissent, venerunt in terram Genezareth, & applicuerunt in portum.*

54 *Cumq; egressi essent de naui, continuo agnouerunt eum,*

55 *Ac percurrentes totam vndique regionem illam, cœperunt in grabatis eos qui male habebant circumferre, cum audissent eum illic esse,*

56 *Et quocunque introisset in vicos, aut in ciuitates aut in villas, in plateis ponebat infirmos, & deprecabantur eū, vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent. Et quotquot tangebant eum, salui fiebant.*

CAP. VII.

1 *ET conueniunt ad eum pharisæi, & quidam de scribis qui venerant Hierosolymis.*

2 *Et cum vidissent quosdam ex discipulis eius communibus manibus (id est, illotis) edere panes, incusabant.*

3 *Nam pharisæi, & omnes Iudæi, nisi crebro lauerint manus, non capiunt cibum, tenentes institutia maiorum.*

4 *Et à foro venientes, nisi loti fuerint, non comedunt. Et alia multa sunt, quæ susceperunt seruanda, nempe lotiones poculorum & vrceorum & æramentorum & lectorū.*

5 *Deinde interrogant eum pharisæi & scribæ. Quare discipuli tui non ambulant iuxta ritum traditum à maioribus, sed illotis manibus edunt panem?*

6 *At ille respondens, dixit eis: Bene vaticinatus est Esaias de vobis hypocritis, sicut scriptum est: Populus hic labys me honorat, cor autem eorum longe est à me:*

7 *In vanum autem me colunt, docentes doctrinas, præcepta hominum.*

8 *Nam omisso præcepto Dei, tenetis constitutionem hominum, ablutiones vrceorum & poculorum, aliaq; similia his facitis multa.*

9 *Et dicebat illis: Bene, reiicitis præceptum Dei, vt constitutionem vestram seruetis.*

10 *Moyses enim dixit: Honora patrem tuum & matrem tuam: & qui maledixerit patri vel matri morte moriatur.*

11 *Vos autem dicitis: Si dixerit homo patri vel matri corban: quod est, donum quodcunque ex mē, in tuum cedet commodum.*

12 *Et præterea non finitis eum quicquam facere patri suo aut matri suæ,*

13 *Et irritum facitis verbum Dei per constitutionem vestram quam tradidistis. Et similia huiusmodi multa facitis.*

14 *Et cum aduocasset ad se totam turbam, dicebat illis Audite me omnes & intelligite:*

Vulgat. Editio.

Nihil est extra hominẽ & introiẽs in eum, quod possit eum coinquinare, sed quæ de homine procedunt illa sunt, quæ communicant hominem.

Si quis habet aures audiendi, audiat.

Et cum introisset in domum à turba, interrogabant eum discipuli eius parabolam.

Et ait illis: Sic & vos imprudentes estis? Non intelligitis, quia omne extrinsecus introiens in hominem, non potest eum communicare:

Quia non intrat in cor eius, sed in ventrem vadit, & in secessum exit, purgans omnes escas?

Dicebat autem, quoniam quæ de homine exeunt illa communicant hominem.

* Gē. 6. 5 * Ab intus enim de corde hominũ malę cogitationes procedũt, adulteria, fornicationes, homicidia,

Furta, auaritiæ, nequitiæ, dolus, impudicitiæ,

oculus malus, blasphemia, superbia, stultitia.

Omnia hæc mala ab intus procedunt, & communicant hominem.

* Mat. 15. 21. * Et inde surgens abijt in fines Tyri, & Sidonis: & ingressus domum, neminem voluit scire, & non potuit latere.

Mulier enim statim vt audiuit de eo, cuius filia habebat spiritum immundum, intrauit, & procidit ad pedes eius.

Erat enim mulier Gentilis, Syrophœnissa genere: & rogabat eum vt dæmonium eiiceret de filia eius.

Qui dixit illi: Sine prius saturari filios: non est enim bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus.

At illa respondit, & dixit illi: Vtiq; Domine, nã & catelli comedunt sub mensa de micis puerorũ.

Et ait illi: Propter hunc sermonem vade, exiit dæmonium à filia tua.

Et cum abiisset domum suam, & innenit puellam iacentem supra lectum, & dæmonium exisse.

Et iterũ exiens de finibus Tyri, venit per Sidonẽ ad Mare Galilææ inter medios fines Decapoleos.

* Mar. 9. 32. Lu. 11. 14 * Et adducunt ei surdum, & mutum, & deprecabantur eum, vt imponat illi manum.

Et apprehendens eum de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas eius: & expuens, tetigit linguam eius.

Et suspiciens in cælum, ingemuit, & ait illi: Ephetha, quod est adaperire:

Et statim apertæ sunt aures eius, & solutum est vinculum linguæ eius, & loquebatur recte.

Et præcepit illis ne cui dicerent. Quanto autem eis præcipiebat, tanto magis plus prædicabant.

Et eo amplius admirabantur, dicentes: Bene omnia fecit: & surdos fecit audire, & mutos loqui.

CAP. VIII.

Mar. 8. 32. IN diebus illis iterum cum turba multa esset, nec haberent quod manducarent conuocatis discipulis, ait illis:

Misereor super turbam: quia ecce iam triduo sustinent me, nec habent quod manducent.

Et si dimisero eos ieiunos in domum suam, deficient in via: quidam enim ex eis de longe venerunt.

Et responderunt ei discipuli sui: vnde illos quis poterit hic saturare panibus in solitudine?

Transl. ex Syriac.

15 *Nihil est quod extra hominem sit & intret in eum, quod possit eum contaminare: sed quod exit ab eo, illud contaminat hominem.*

16 *Cui sunt aures ad audiendum, audiat.*

17 *Quum autem ingressus esset Ieschua domum præ turba, interrogarunt eum discipuli eius de hac parabola.*

18 *Dixit eis: Itane & vos despitis, vt non cognoscatis, quodcumque extrinsecus ingreditur in hominem, non posse eum contaminare?*

19 *Quippe quod non intret in cor eius, sed in ventrem eius, & egeratur per purgationem, purgãs omnem cibum.*

20 *Quod autem egreditur ex homine, illud contaminat hominem.*

21 *Intrinsecus enim ex corde hominum exeunt cogitationes malæ, adulterium, scortatio, furtum, cædes,*

22 *Auaritia, iniuria, scelus, dolus, proteruia, oculus malus, blasphemia, elatio, stultitia.*

23 *Hæc omnia scelera intrinsecus exeunt, & contaminãt hominem.*

* Mar. 7. 24. * *Illinc surrexit Ieschua, venitq; in fines Tzour & Tzaidon: & introijt in domum quamdam, nolebatque vt quisquam ipsum sciret, neque potuit latere.*

25 *Statim enim audijt mulier quædam profectionem eius, in cuius filia erat spiritus immundus, venitq; ac procidit ante pedes ipsius.*

26 *Illa autem mulier erat Gentilis, ex Phœnicia Syriæ: & efflagitabat ab eo vt ejceret dæmonium ex filia sua.*

27 *Et ait illi Ieschua: Permitte prius vt saturentur filij: non enim decorum est accipere panem filiorum, & objcere canibus.*

28 *Ipsa verò respondit & dixit ei: Etiam Domine mi, sed & canes sub mensis comedunt micas filiorum.*

29 *Dixit ei Ieschua, Abi: propter hunc sermonem exijt dæmonium ex filia tua.*

30 *Abijt itaque domum suam, & inuenit filiam suam dum iaceret in lecto, & ejectum ab ea dæmonium eius fuisse.*

31 *Rursus exijt Ieschua à confinio Tzour, & Tzaidon, venitq; ad mare Galilææ ad confinium Decapolis.*

32 *Et adduxerunt ei surdum quemdam difficulter loquentem, & efflagitabant ab eo vt imponeret ei manum.*

33 *Eum autem abduxit è turba solum, & immisit digitos suos in aures illius: exputque, ac tetigit linguam eius.*

34 *Et suspexit in cælum, ac suspirauit, dixitque ei: Adapertior.*

35 *Atque in illa hora adapertæ sunt eius auriculæ, solutumq; vinculum linguæ ipsius, & loquutus est facillime.*

36 *Et admonuit eos ne id cuiquam dicerent: Sed quanto magis ipse interdixerat eis, tanto magis illi prædicabant.*

37 *Magisq; obstupescebant, dicentes: Omnia bene facit: surdos facit vt audiant, & non loquentes vt loquantur:*

CAP. VIII.

Ad hunc sensum trahitur. 1 *IN illis autem diebus, quum turba multa esset, nec esset quicquam quod ederent, aduocatis discipulos suos, & ait illis:*

2 *Misericordia commoueor super turbam hanc, quippe qui iam triduum congregati sint (præstolentur) apud me, nihilque habeant quod comedant.*

3 *Quod si dimisero eos ad domum suam, quum ieiuni sint, deficient in via: quidam enim ex eis è longinquo venerunt.*

4 *Dicunt ei discipuli eius: Vndenam potest aliquis hic in deserto saturare pane illos omnes?*

Transl. B. Ariæ Mont.

Nihil est extra hominem introiens in eum, quod potest eum communicare: sed exeuntia ab eo,illa sunt communicantia hominem.

Si quis habet aures audiendi,audiat.

Et cùm introisset in domum à turba,interrogabant eum discipuli eius de parabola:

Et ait illis: Sic & vos imprudentes estis? Non consideratis quia omne extrinsecus introiens in hominem,non potest eum communicare:

Quia non intrat eius in cor,sed in ventrem, & in secessum exit,purgans omnes escas?

Dicebat autem quod ex homine egressum, illud communicat hominem.

Intus enim,de corde hominum ratiocinationes malæ egrediuntur,adulteria,fornicationes, cædes,

Furta,auaritiæ, malitiæ, dolus, lasciuia, oculus malus,blasphemia,superbia,amentia.

Omnia hæc mala abintus egrediuntur,& communicant hominem.

Et indè surgens,abijt in confinia Tyri & Sidonis:& ingressus in domum neminem voluit scire.& non potuit latere.

Audiens enim mulier de eo,cuius habebat filiola spiritum immundum,intrans procidit ad pedes eius.

Erat autem mulier Græca,Syrophœnissa genere. Et rogabat eum vt dæmonium eiiceret de filia eius.

At Iesus ait ei: Sine priùs saturari filios: non enim pulchrum est sumere panem filiorum, & mittere catellis.

Illa verò respõdit,& dicit illi:Vtiq; Domine:etenim catelli sub mẽsa comedũt de micis puerorũ.

Et ait illi:Propter hunc sermonem, vade: exit dæmonium à filia tua.

Et abiens in domum suam, inuenit dæmonium egressum,& filiam coniectam super lectum.

Et iterum exiens finibus Tyri & Sidonis, venit ad mare Galilææ,per medium finium Decapoleos.

Et ferunt ei surdum ægreloquentem, & inuocant eum vt imponat illi manum.

Et assumens eum de turba priuatim, iecit digitos suos in auriculas eius: & expuens tetigit linguam eius.

Et suspiciens in cælum,ingemuit,& ait illi:Ephatha,quod est,Adaperire.

Et statim adapertæ sunt eius aures: & solutum est vinculum linguæ eius:& loquebatur rectè.

Et præcepit illis vt nemini dicerent: Quanto autem ille eis præcipiebat, magis amplius prædicabant. *

Supra&modũ percellebãtur,dicẽtes:Pulchrè omnia fecit:& surdos facit audire,& mutos loqui.

CAP. VIII.

IN illis diebus omnino multa turba existente,& non habentibus quid comederent, aduocans Iesus discipulos suos,dicit illis:

Visceribus commoueor super turbam:quia iam dies tres manent apud me,& non habent quid manducent.

Et si absoluam eos ieiunos in domum suam, exoluentur in via: quidam enim eorum de longè venerunt.

Et respondérunt ei discipuli sui: Vnde illos poterit quis hic saturare panibus in solitudine?

Transl. Erasm. Roterod.

15 *Nihil est extra hominem introiens in eum, quod possit eum inquinare,sed quæ de homine procedunt, illa sunt quæ inquinant hominem.*

16 *Si quis habet aures ad audiendum, audiat.*

17 *Et cum introisset in domum semotus à turba interrogabant eum discipuli eius de similitudine.*

18 *Et ait illis:Adeò & vos intelligentia carẽtis? Nondum intelligitis, quod omne foris introiens in hominem, non potest eum inquinare,*

19 *Quia non intrat in eius cor, sed in ventrem: & in secessum exit,repurgans omnes escas?*

20 *Dicebat autem, quod ab homine exit, illud inquinat hominem.*

21 *Ab interioribus enim de corde hominum mala cogitationes procedunt, adulteria,stupra homicidia,*

22 *Furta,auaritiæ,fraudes,dolus,impudicitia, malus oculus, contitia,superbia,stultitia.*

23 *Omnia hæc mala ab internis procedunt, & inquinant hominem.*

24 *Et inde surgens,abijt in confinia Tyri ac Sidonis,& ingressus domum,neminem voluit scire, nec potuit latere.*

25 *Mulier enim statim vt audiuit de eo,cuius filiola habebat spiritum immundum, venit & accidit ad pedes eius.*

26 *Erat enim mulier Græca Syrophœnissa genere, & rogabat eum,vt dæmonium eijceret de filia sua.*

27 *Iesus autem dixit illi:Sine prius saturari filios.Non est enim honestum,sumere panem filiorum, & proijcere catellis.*

28 *At illa respondit & dicit illi:Etiã Domine: nam catelli quoque comedunt sub mensa de micis filiorum.*

29 *Et ait illi:Propter istum sermonem vade, exijt dæmonium à filia tua.*

30 *Et cum abisset domum suam, reperit dæmonium exisse, & filiam iacentem super lectum.*

31 *Et rursum egressus de finibus Tyri ac Sidonis, venit ad mare Galilææ per medios fines decapolis.*

32 *Et adducunt ei surdum, impediti æq; linguæ, & deprecantur eum,vt imponat illi manum.*

33 *Et cum apprehendisset eum de turba seorsim, misit digitos suos in auriculas eius, & sputo emisso tetigit linguam eius,*

34 *Ac suspiciens in cælum, ingemuit,& ait illi, Ephatha,quod est aperire.*

35 *Et statim aperta sunt eius aures, & solutum est vinculum linguæ eius,ac loquebatur rectè.*

36 *Ac præcepit illis,ne cui dicerent. Sed quo magis ille eis præceperat,hoc potius amplius prædicabant.*

37 *Et supra modum stupebant,dicentes: Bene omnia fecit, & surdos facit audire,& mutos loqui.*

CAP. VIII.

1 *IN diebus illis, cum turba admodum multa esset, nec haberent quod manducarent, accersitis ad se Iesus discipulis,ait illis:*

2 *Misericordia tangor erga turbam,quia iam triduo manent apud me,nec habent quod edant:*

3 *Et si dimisero eos ieiunos in domum suam, deficient in via. Quidam enim ex eis è longinquo venerunt.*

4 *Et responderunt ei discipuli sui:Vnde istos quis poterit hic satiare panibus in solitudine?*

Vulgat. Editio.

Et interrogauit eos: Quot panes habetis? Qui dixerunt: Septem.

Et præcepit turbæ discũbere super terrã. Et accipiens septem panes, gratias agens fregit, & dabat discipulis suis vt apponerẽt, & apposuerũt turbæ.

Et habebant piscículos paucos: & ipsos benedixit, & iussit apponi.

Et mãducauerunt, & saturati sunt, & sustulerũt quod superauerat de fragmentis, septem sportas.

Erant autem qui manducauerant, quasi quatuor millia: & dimisit eos.

Et statim ascendens nauim eum discipulis suis, venit in partes Dalmanutha,

* Et exierunt Pharisæi, & cœperunt, conquirere cum eo, quærentes ab illo signum de cœlo, tentantes eum.

Et ingemiscens spiritu, ait: Quid generatio ista signum quærit? Amen dico vobis, si dabitur generationi isti signum.

Et dimittens eos, ascendit iterum nauim, & abiit trans fretum.

* Et obliti sunt panes sumere: & nisi vnum panem non habebant secum in naui.

Et præcipiebat eis, dicens: Videte, & cauete à fermento Pharisæorum, & fermento Herodis.

Et cogitabant ad alterutrum, dicentes: Quia panes non habemus.

Quo cognito, ait illis Iesus: Quid cogitatis, quia panes non habetis? nondum cognoscitis nec intelligitis? adhuc cæcatum habetis cor vestrum?

Oculos habentes non videtis? & aures habentes non auditis? * Nec recordamini,

Quando quinque panes fregi in quinque millia: quot cophinos fragmentorum plenos sustulistis? Dicunt ei: Duodecim.

Quando & septem panes in quartuor millia: quot sportas fragmentorum tulistis? Et dicunt ei: Septem.

Et dicebat eis: Quomodo nondum intelligitis?

Et veniunt Bethsaidam, & adducunt ei cæcum, & rogabant eum vt illum tangeret.

Et apprehensa manu cæci, eduxit eum extra vicum: & expuens in oculos eius impositis manibus suis, interrogauit eum si quid videret.

Et aspiciens, ait: Video homines velut arbores ambulantes.

Deinde iterũ imposuit manus super oculos eius: & cœpit videre, & restitutus est itavt clare videret oĩa.

Et misit illum in domum suam, dicens: Vade in domum tuam: & si in vicum introieris, nemini dixeris.

* Et egressus est Iesus, & discipuli eius in castella Cæsareæ Philippi: & in via interrogabat discipulos suos, dicens eis: * Quem me dicunt esse homines?

Qui responderunt illi, dicentes: Ioannem Baptistã, alii Eliam, alii vero quasi vnum de prophetis.

Tunc dicit illis. Vos vero quem me esse dicitis? Respondens Petrus, ait ei: Tu es Christus.

Et comminatus est eis, ne cui dicerent de illo.

Et cœpit docere eos quoniam oportet filium hominis pati multa, & reprobari à senioribus, & à summis sacerdotibus, & Scribis, & occidi: & post tres dies resurgere.

Et palam verbum loquebatur. Et apprehendens eum Petrus cœpit increpare eum.

Qui conuersus, & videns discipulos suos, comminatus est Petro, dicens: Vade retro me satana, quoniam non sapis quæ Dei sunt, sed quæ sunt hominum.

* Mat. 16. 1. Luc. 11. 54

* Mat. 16. 5.

* Sap. 6. 4. Ezech. 6. 11

* Mat. 16. 13. * Luc. 9. 18.

Transl. ex Syriac.

5 *Et interrogauit eos, quot panes haberent. Dicunt ei, Septem.*

6 *Et præcepit turbis vt discumberent humi. Accepitq; illos septem panes, & benedixit, fregitque, ac dedit discipulis suis vt apponerent, & apposuerunt turbis.*

7 *Erant & pisciculi pauci: super quos etiam benedixit; dixitq; vt & eos apponerent.*

8 *Et comederunt, & saturati sunt: cæterum sustulerunt reliquias fragmentorum septem sportas.*

9 *Erant autem homines qui comederunt, circiter quater mille: & dimisit eos.*

10 *Conscenditque statim nauem cum discipulis suis, & venit in regionem Dalmonoutho.*

11 ** Et exierunt Perischai, cœperuntque disceptare cum eo, & rogabant eum signum è cœlo, quum tentarent eum.*

12 *Et ingemuit spiritu suo, & ait: Cur postulat signum generatio ista? Amin dico vobis, non dabitur signum generationi huic.*

13 *Et reliquit eos, conscenditq; nauem, & abierunt in illam vlteriorem ripam.*

14 *Oblitique fuerant assumere secum panem, nec nisi vnam placentam habebant secum in naui.*

15 *Et præcepit eis, dixitque: Videte, cauete à fermento Perischæorum, & à fermento Herodis.*

16 *Disceptabant itaque vnus cum alio, ac dicebant: Nempe panem non habemus.*

17 *Ieschua autem cognouit, & ait illis: Quid dissertatis quod panem non habetis? nondum cognoscitis, nec intelligitis? adhuc cor durum est vobis?*

18 *Et sunt vobis oculi, nec videtis; sunt & aures vobis, nec auditis, nec meministis,*

19 *Quum illos quinque panes fregi pro quinque millibus hominum: quot cophinos fragmentorum plenos sustulistis? Dicunt ei: Duodecim.*

20 *Subdit eis: Et quum septem pro quatuor millibus: quot sportas fragmentorum plenas sustulistis? Dicunt: Septem.*

21 *Ait illis: Quomodo necdum intelligitis?*

22 *Venit autem Beth-zaido, & adduxerunt ei cæcum, eflagitabantque ab eo vt tangeret illum.*

23 *Et prehendit manum cæci, & eduxit eum extra pagum: expuitque in oculos eius, ac imposuit manum suam; & interrogauit eum ecquid videret.*

24 *Suspexit itaque, & ait: Video homines instar arborum ambulantium.*

25 *Rursus imposuit manum suam oculis ipsius: & restitutus est, & videbat omnia dilucide.*

26 *Et dimisit eum ad domum suam, & ait: Nec in pagum illum introieris, neque dixeris cuiquam in pago.*

27 *Prodijt autem Ieschua, & discipuli eius in vicos Cæsaræ Philippi: & interrogabat discipulos suos in via, & dicebat eis: Quem me dicunt homines esse?*

28 *Illi verò dixerunt: Iouchanon Baptistam, & alij Ilijo, alij denique vnum ex Prophetis.*

29 *Dixit eis Ieschua: Vos autem quem me dicitis esse? Respondit Schemeoun Kipho, & ait illi: Tu es Messincho filius Dei viuentis.*

30 *Et inhibuit eis, vt nemini id dicerent de se.*

31 *Cœpitq; docere eos, nempe Filium hominis multa perpessurum, & reprobatum iri à Senioribus, & Principibus sacerdotum, necnon à Scribis: interficiendum denique, ac tertio die surrecturum.*

32 *Et aperte eum sermonem loquebatur. Et prehendit eum Kipho, cœpitque eum obiurgare:*

33 *Ipse verò conuersus, & conspicatus discipulos suos, obiurgauit Schemeoun, & ait: Abi retrorsum à me Satana, quippe qui non meditaris quæ Dei sunt; sed quæ sunt hominum.*

* Feria sexta hebdomadis Candidatorum.

Transl. B. Ariæ Mont.

Et interrogauit eos: Quot habetis panes? Illi vero dixerunt: Septem.
Et præcepit turbæ discumbere super terram. Et accipiés septē panes, gratias agēs, fregit: & dabat discipulis suis, vt apponerēt: & apposuerūt turbæ.
Et habebant piscículos paucos: & benedicens, ait apponi & ipsos.
Comederunt autem, & saturati sunt: & sustulerunt reliquias fragmentorum septem sportas.
Erant autem comedentes quasi quatuor millia: & absolvit eos.
Et statim ascendens in nauigium cum discipulis suis, venit in partes Dalmanutha.
Et exierunt Pharisæi, & cœperunt conquirere eo, quærentes ab illo signum de cœlo, tentantes eum.
Et ingemiscens spiritu suo, ait: Quid generatio ista signum quærit? Amen dico vobis, si dabitur generationi isti signum.
Et dimittens eos, ascendens rursum in nauigium, abijt in vlterius.
Et obliti sunt sumere panes: & si non vnum panem non habebant cum se in nauigio.
Et præcipiebat eis, dicens: Videte, aspicite à fermento Pharisæorum, & fermento Herodis.
Et ratiocinabantur ad inuicem, dicentes: Quia panes non habemus.
Et cognoscens Iesus, ait illis: Quid cogitatis, quia panes non habetis? Nondum cognoscitis, nec intelligitis? adhuc callosum habetis cor vestrum?
Oculos habentes non aspicitis, & aures habentes non auditis? Et non recordamini,
Quando quinque panes fregi in quinquies mille, quot cophinos fragmentorum plenos sustulistis? Dicunt ei: Duodecim.
Quando autem septem in quater mille, quot sportarum complementa fragmentorum sustulistis? illi vero dixerunt: Septem.
Et dicebat eis: Quomodo non intelligitis?
Et venit in Bethsaidam: & ferunt ei cæcum, & inuocabant eum vt illum tangeret.
Et adsumens manum cæci, eduxit eum extra vicum & expuens in oculos eius, imponēs manus ei, interrogauit eum si quid videret.
Et suspiciens, ait: Video homines velut arbores ambulantes.
Deinde iterū imposuit manus super oculos eius, & fecit ipsum videre: & restitutus est, & aspexit perlucide omnes.
Et misit illum in domum suam, dicens: Neque in vicum ingrediaris, neque dixeris cuipiam in vico.
Et egressus est Iesus & discipuli eius in vicos Cæsareæ Philippi: & in via interrogabat discipulos suos, dicens eis: Quem me dicunt homines esse?
Illi vero respondérunt: Ioannem Baptistam, & alij Eliam, alij vero vnum Prophetarum.
Et ipse dicit illis: Vos verò quem me dicitis esse? Respondens autem Petrus, ait ei: Tu es Christus.

Et comminatus est eis vt nemini dicerēt de eo.
Et cœpit docere eos, quoniam oportet filium hominis multa pati, & reprobari à senioribus, & summis Sacerdotibus & Scribis, & occidi, & post tres dies resurgere.
Et libertate verbum loquebatur. Et assumens eum Petrus, cœpit increpare eum.
Ille vero conuersus, & videns discipulos suos, increpauit Petrum, dicens: Vade post me satana, quoniam non sapis quæ Dei, sed quæ hominum.

Transl. Erasm. Roterod.

Et interrogauit eos: Quot panes habetis? Illi vero dixerunt: Septem.
Et præcepit turbæ discumbere super terram. Et acceptis septem panibus, cum gratias egisset, fregit, dedit q; discipulis suis, vt apponerent. Et apposuerunt turbæ.
Et habebant pisciculos paucos: & cum benedixisset, iussit apponi & hos.
Comederunt autem & saturati sunt, ac sustulerunt quæ superfuerant fragmentorum septem sportas.
Erant autem qui comederant fermè quater mille, & dimisit illos.
Et mox ingressus in nauim cum discipulis suis, venit in partes Dalmanutha.
Et egressi sunt pharisæi, cœperunt q; disputare cum illo, quærentes ab eo signum è cœlo, tentantes eum.

Et cum ingemuisset spiritu suo, dicit: Cur generatio hæc signum quærit? Amen dico vobis, si dabitur generationi huic signum.
Et relictis illis ingressus rursus nauim, abijt traiecto lacu.
Et obliti fuerant sumere panes, nec præter vnum panem habebant secum in naui.
Ac præcepit illis dicens: Videte, cauete à fermento pharisæorum, & à fermento Herodis,
Et disputabant inter sese dicentes: Panes nō habemus.

Et eo cognito Iesus dicit illis: Quid disputatis? quod panes non habetis? nondum animaduertitis nec intelligitis? adhuc obcæcatum habetis cor vestrum?
Oculos habentes, non cernitis: & aures habentes, non auditis? & non meministis,
Cum quinque panes fregissem in hominum quinque millia, quot cophinos fragmentis plenos sustulistis? Dicunt ei: duodecim.
Cum autem septem in quatuor millia, quot sportas ex reliquijs fragmentorum tulistis? Illi vero dixerunt: Septem.
Et dixit illis: Qui fit vt non intelligatis?
Et venit Bethsaidam, & adducunt illi cæcum, & obsecrant eum, vt illum tangeret.
Et apprehensa manu cæci, eduxit illum extra vicum, & cum expuisset in oculos illius, imposuisset q; illi manus, interrogauit eum, si quid videret:
Et recepto visu, dicebat: Video homines, quoniam velut arbores cerno ambulantes.
Deinde rursum imposuit manus super oculos illius, & fecit vt visum reciperet, & restitutus est, ac denuo videbat dilucide omnes:
Et dimisit illum in domum suam, dicens: Neque in vicum ingrediaris, neque dixeris cuiquam in vico.

Et egressus est Iesus & discipuli illius in vicos Cæsariæ, quæ cognominatur Philippi: & in via interrogauit discipulos suos, dicens: Quem me dicunt homines esse?
Illi vero respondérunt: Iohannem baptistam, & alij Eliam, alij rursus vnum de numero prophetarum.
Et ipse dicit illis: At vos quem me dicitis esse? Respondens autem Petrus, dicit illi: Tu es ille Christus.

Et interminatus est eis, ne cui dicerent de se.
Et cœpit docere eos quod oporteret filium hominis multa pati, & reprobari à senioribus, summis q; sacerdotibus ac scribis, & occidi, & post tres dies resurgere.

Et aperte sermonem loquebatur. Et apprehendit illum Petrus, cœpit q; increpare eum.
At ille conuersus, & intuitus discipulos suos, increpauit Petrum, dicens: Abi post me satana, quoniam non sapis quæ Dei sunt, sed quæ sunt hominum.

Vulgat. Editio.

Et conuocata turba cum discipulis suis, dixit eis: * Si quis vult me sequi, deneget semetipsum: & tollat crucem suam, & sequatur me.

*Mat.10. 38. & 16. 24. Luc.9.23 & 14.27. & 17.33. Io.12.25.

Qui enim voluerit animam suam saluã facere, perdet eam: qui autem perdiderit animam suam propter me, & Euangelium, saluam faciet eam.

Quid enim proderit homini, si lucretur mundum totum: & detrimentum animæ suæ faciat?

Aut quid dabit homo commutationis pro anima sua?

* Mat.10 33. Luc.9.26 & 12.9.

* Qui enim me confusus fuerit, & verba mea in generatione ista adultera & peccatrice: & Filius hominis confundetur eum, cum venerit in gloria patris sui cum Angelis sanctis.

* Mat.16 27. Luc.9.27

Et dicebat illis: * Amẽ dico vobis, quia sunt quidam de hic stantibus, qui non gustabunt mortem donec videant regnum Dei venientis in virtute.

CAP. IX.

Mat.17.1 Luc.9.28

ET post dies sex assumit Iesus Petrum, & Iacobum, & Ioannem: & ducit illos in montem excelsum seorsum solos, & transfiguratus est coram ipsis.

Et vestimenta eius facta sunt splendentia, & candida nimis velut nix, qualia fullo non potest super terram candida facere.

Et apparuit illis Elias cum Moyse: & erant loquentes cum Iesu.

Et respondens Petrus, ait Iesu: Rabbi, bonum est nos hic esse: & faciamus tria tabernacula, Tibi vnum & Moysi vnum, & Eliæ vnum.

Non enim sciebat quid diceret: erant enim timore exterriti:

Et facta est nubes obumbrans eos: & venit vox de nube, dicens: Hic est filius meus charissimus: audite illum.

Et statim circumspicientes, neminem amplius viderunt, nisi Iesum tantum secum.

* Mat.17 9.

* Et descendentibus illis de monte, præcepit illis ne cuiquam quæ vidissent, narrarent: nisi cum Filius hominis à mortuis resurrexerit.

Et verbum continuerunt apud se: conquirentes quid esset: Cum à mortuis resurrexerit.

*Mal.4.5.

Et interrogabãt eũ, dicẽtes: * Quid ergo dicũt Pharisæi, & Scribæ, quia Eliã oportet venire primum?

* Isa.53.3

Qui respõdens, ait illis: Elias cũ venerit primo, restituet omnia: & quo modo * scriptum est in Filium hominis, vt multa patiatur & contemnatur.

Sed dico vobis quia & Elias venit (& fecerunt illi quæcumque voluerunt) * sicut scriptum est de eo.

* Mat.17 12.

Et veniens ad discipulos suos, vidit turbam magnam circa eos, & Scribas conquirentes cum illis.

Et confestim omnis populus videns Iesum, stupefactus est, & expauerunt, & accurrentes salutabant eum.

*Lu.9.37

Et interrogauit eos: Quid inter vos conqueritis?

* Et respõdes vnus de turba, dixit: Magister, attuli filium meum ad te habentem spiritum mutum.

Qui vbicũque eum apprehenderit, allidit illũ, & spumat, & stridet dentibus, & arescit: & dixi discipulis tuis vt eicerent illum, & non potuerunt.

Qui respondens eis, dixit: O generatio incredula, quamdiu apud vos ero? quamdiu vos patiar? afferte illum ad me.

Et attulerunt eum. Et cum vidisset eum statim spiritus cõturbauit illum: & elisus in terram, volutabatur spumans.

Transl. ex Syriac.

34 *Porrò aduocauit Ieschua turbas cum discipulis suis, & dixit eis: Quicumque voluerit venire post me, abneget semetipsum, & vaiulet crucem suam, & veniat post me.

* Lesh Martyr.

35 Etenim quisquis voluerit seruare animam suam, perdet eam: quisquis autem perdiderit animam suam propter me, & propter Euangelium meum, seruabit eam.

36 Quid enim vtilitatis percipiet homo si vniuersum orbẽ lucratus fuerit, animæ vero suæ detrimentũ patiatur?

37 Aut quam dabit homo compensationem animæ suæ?

38 Nam quemcumq; puduerit mei, meorumque sermonum in generatione ista scelerata & adultera: Filium hominis etiam pudebit eius, quum venerit in gloriam Patris sui cum Angelis suis sacrosanctis.

39 Porro dicebat eis: Amin dico vobis, sunt quidem hic adstantes, qui non gustabunt mortem, donec viderint regnum Dei venisse cum virtute.

CAP. IX.

1 POst sex autem dies accepit Ieschua Kipho, & Iaakob, & Ionanaon, & subduxit eos in montem excelsum solos, ac transformatus est ante oculos eorum.

Ad obligationem filii Tabernaculorum.

2 Et coruscabat vestimentum eius, & factum est bene candidum vt nix, quale homines dealbare in terra non possunt.

3 Et apparuerunt eis Mousche & Ilijo, dum loquerentur cum Ieschua.

4 Ac dixit ei Kipho, Rabbi, bonum est nobis hic esse: & faciemus tria tabernacula, Tibi vnum, & Mouschæ vnum, & Ilijo vnum.

5 Nesciebat autem quid diceret: erant enim in timore.

6 Et extitit nubes, eosque obumbrauit: & vox edita est è nube, dicens: Hic est Filius meus dilectus, ipsum audite.

7 Et è vestigio cùm circumspexissent discipuli, neminem viderunt, nisi Ieschua solum secum.

8 Quum vero descenderent è monte, præcipiebat eis, ne cui dicerent quod viderant, nisi quum surrexisset Filius hominis à mortuis.

9 Continuerunt itaque illum sermonem apud se: & quærebant quid esset hic sermo: Quum surrexisset è domo mortuorum.

10 Et interrogabant eum, dicentes: Quid igitur dicunt Scribæ, Ilijo oportere prius venire?

11 Dixit eis: Ilijo venturus est prius, vt reparet omnia: & sicut scriptum est de Filio hominis, vt multa patiatur, ac reprobetur.

12 Sed dico vobis, & Ilijo venit, & egerunt in eum quicquid voluere, sicut scriptum est de eo.

13 * Quumque venisset ad discipulos suos, vidit cum eis turbam multam, & scribas disceptantes cum eis.

*Demittica hodiè ad quærere Iermiã.

14 Et in eo momento omnis turba respexit eũ, & obstupuit: & accurrentes postularunt pacem eius, (salutauerunt eum.)

15 Et interrogabat Scribas: Quid disceptatis cum eis?

16 Et respondit vnus ex turba, & ait: Doctor, adduxi filium meum ad te, in quo est spiritus non loquens:

17 Et vbicunque conculcauerit eum, conterit eum, discerpit, ac frendet dentibus suis, & exaresit: & dixi discipulis tuis vt ejicerent eum, nec potuerunt.

18 Respondit Ieschua, & dixit ei: O vos generatio incredula, quousque tandem ero vobiscum? quousque tandem sustinebo vos? adducite eum ad me.

19 Adduxerunt itaque ad eum: quumque vidisset eum spiritus, eo momento contriuit eum: cecidit q; in terram, & volutabatur, atque discerpebat.

Transl. B. Ariæ Mont.

Et aduocans turbam cum discipulis suis, dixit eis: Quicunque vult post me sequi, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. 34

Qui enim voluerit animam suam seruare perdet eam: qui autem perdiderit animam suam causa mei & Euangelij, hic seruabit eam. 35

Quid enim proderit homini, si lucretur mundum totum, & multetur anima suam? 36

Aut quid dabit homo cõpensationẽ animæ suæ? 37

Qui enim erubuerit me, & meos sermones in generatione ista adultera & peccatrice, & filius hominis erubescet eum, cùm venerit in gloria Patris sui cum angelis sanctis. 38

Et dicebat illis: Amẽ dico vobis, quia sunt quidã hic stantium, qui non gustabunt mortem, donec videant regnum Dei veniens in efficacia. 39

CAP. IX.

ET post dies sex assumit Iesus Petrum, & Iacobum, & Ioannem, & ducit illos in montem excelsum priuatim solos: & transfiguratus est coram ipsis. 1

Et vestimenta eius facta sunt coruscantia, cãdida valde velut nix: qualia fullo super terram non potest dealbare. 2

Et apparuit illis Elias cum Moyse: & erant colloquentes Iesu. 3

Et respondens Petrus, ait Iesu: Rabbi, pulchrum est nos hic esse. & faciamus vmbracula tria, tibi vnum, & Moysi vnum, & Eliæ vnum. 4

Non enim sciebat quid diceret erant enim exterriti. 5

Et facta est nubes obumbrans eos, & venit vox de nube, dicens: Hic est filius meus dilectus: illum audite. 6

Et statim circumspicientes, amplius neminem viderunt, si non Iesum tantum cum se. 7

Descendentibus autem illis de monte, cauit illis vt nemini narrarent quæ viderunt, si non cum filius hominis ex mortuis resurrexerit. 8

Et verbum continuerunt apud se, conquirentes, quid est, ex mortuis resurgere? 9

Et interrogabant eum, dicentes: Quid dicunt Scribæ, quia Eliam oporteat venire primùm? 10

Ille vero respõdens, ait illis: Elias quidẽ veniens primũ restituet omnia, & quomodo scriptũ est in filium hominis, vt multa patiatur, & nihil nat. Sed dico vobis, quia & Elias venit, & fecerũt illi quæcunque voluerunt, sicut scriptum est de eo. 11 12

Et veniens ad discipulos, vidit turbam magnam circa eos, & Scribas, conquirentes illis. 13

Et confestim omnis turba videns eum, expauit: & accurrentes salutabantur eum. 14

Et interrogauit Scribas: Quid conquiritis apud vosipsos? 15

Et respondens vnus de turba, dixit: Magister, attuli filiũ meũ ad te habentẽ spiritũ sine locutione: 16

Et vbicumq; eũ apprehẽderit, lacerat illũ, & spumat, & stridet dẽtes suos, & arescit: & dixi discipulis tuis vt illum ejicerent, & non valuerunt. 17

Ille autem respondens ei, dixit: O generatio incredula, quousque apud vos ero? quousque tolerabo vos? ferte ipsum ad me. 18

Et attulerunt eum ad ipsum. Et videns eum, statim spiritus conuulsit illum, & cadens in terram, volutabatur spumans. 19

Et

Transl. Erasm. Roterod.

Et cum ad se vocasset turbam vnà cum discipulis suis dixit illis: Quicumque vult sequi me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, ac sequatur me. 34

Nam quisquis voluerit animam suam seruare, perdet eam. Quisquis autem perdiderit animam suam causa mea & euangelij, hic seruabit eam. 35

Quid enim profuerit homini si lucratus fuerit mundum totum, & animæ suæ iacturam fecerit? 36

Aut quid daturus est homo, quo repenset animã suam? 37

Quicunque enim puduerit mei ac meorum sermonũ in generatione hac adultera & peccatrice, pudebit illius & filium hominis, vbi venerit in gloria patris sui cum angelis sanctis. 38

Et dicebat illis: Amen dico vobis: Sunt quidam inter eos qui hic stant, qui non gustabunt mortem, donec viderint regnum Dei venisse cum virtute. 39

CAP. IX.

AC post dies sex assumit Iesus Petrum & Iacobum & Iohannem & subducit eos in montem excelsum seorsim solos, & transformatus fuit coram illis. 1

Et vestimenta illius facta sunt splendida, candida valde veluti nix, quam candida facere non potest fullo super terram. 2

Et conspectus est illis Helias cum Moyse, colloquebanturq; cum Iesu. 3

Et respondens Petrus dicit Iesu: Rabbi, Bonum est nos hic esse, & faciamus tabernacula tria, tibi vnum, & Moysi vnum, & Heliæ vnum. 4

Non enim nouerat quid loqueretur, erant enim expauefacti. 5

Et facta est nubes, quæ obumbrauit illos, Et venit vox è nube, dicens: Hic est filius meus dilectus, ipsum audite. 6

Et repente cum circumspexissent, non amplius viderunt quemquam, sed solum Iesum esse secum. 7

Porrò cum descenderent de monte, præcepit illis ne cui dicerent ea quæ viderant, nisi cum filius hominis à mortuis resurrexisset. 8

Ac verbum hoc tenuerunt apud sese, inter se disputantes, quid esset hoc quod dixerat, è mortuis resurgere, 9

Et interrogabant illum dicentes. Quid est quod scribæ dicunt: Heliam oportere venire prius? 10

Ille vero respondens, dixit illis: Helias quidem vbi venerit prius, restituet omnia: & quemadmodum scriptum est de filio hominis, vt multa patiatur, & contemnatur. 11

Verum dico vobis: Heliam venisse, & fecerunt illi quæcumque voluerunt, sicut scriptum erat de illo. 12

Et cum venisset ad discipulos suos, vidit turbam multam circum illos, & scribas disputantes cum eis. 13

Et protinus vniuersa turba cum vidisset eum, obstupuit: & accurrentes, salutauerunt eum. 14

Et interrogauit scribas: quid disputatis inter vos? 15

Et respondens vnus è turba dixit, Præceptor adduxi filium meum ad te habentem spiritum mutum: 16

Et quandocunque eum corripuerit, lacerat eum: atque ille spumat, ac stridit dentibus suis, & arescit. Et dixi discipulis tuis vt ejicerent, & non potuerunt. 17

At ille respondens ei, dicit: O natio incredula, quousq; apud vos ero? quousque patiar vos? Adducite illum ad me. 18

Et adduxerunt illum ad eum. At viso illo, continuo spiritus discerpebat eum, & prolapsus in terra voluebatur spumans. 19

Et

Vulgat. Editio.

Et interrogauit patrem eius: Quantum temporis est, ex quo ei hoc accidit? At ille ait: Ab infantia:

Et frequenter eum & in ignem, & in aquas misit vt eum perderet. Sed si quid potes, adiuua nos, misertus nostri.

Iesus autem ait illi: Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti.

Et continuo exclamans pater pueri, cum lachrymis aiebat: Credo Dñe, adiuua incredulitatẽ meã.

Et cum videret Iesus concurrentem turbam, comminatus est spiritui immundo, dicens illi: Surde, & mute spiritus, ego præcipio tibi: exi ab eo, & amplius ne introeas in eum.

Et exclamans, & multum discerpens eum, exiit ab eo, & factus est ficut mortuus, ita vt multi dicerent: Quia mortuus est.

At Iesus autem tenens manum eius, eleuauit eum, & surrexit.

Et cum introisset in domum, discipuli eius secreto interrogabant eum: Quia nos non potuimus eijcere eum?

Et dixit illis: Hoc genus in nullo potest exire, nisi in oratione, & ieiunio.

* Mat. 17. 22. *Et indè profecti, prætergrediebantur Galilæam: & nec volebat quemquam scire.

* Lu. 9. 21. * Docebat autem discipulos suos, & dicebat illis: Quoniam filius hominis tradetur in manus hominum, & occident eum, & occisus tertia die resurget.

At illi ignorabant verbum: & timebant interrogare eum.

Et venerunt Capharnaum. Qui cum domi essent, interrogabat eos: Quid in via tractabatis?

* Mat. 18. 1. Luc. 9. 46 At illi tacebant: siquidem in via inter se disputauerant, * Quis eorum maior esset.

Et residens vocauit duodecim, & ait illis: Si quis vult primus esse, erit omnium nouissimus, omnium minister.

Et accipiens puerum, statuit eum in medio eorum: quem cum complexus esset, ait illis:

Quisquis vnum ex huiusmodi pueris receperit in nomine meo, me recipit: & quicumque me susceperit, non me suscipit, sed eum, qui misit me.

* Lu. 9. 49 *Respondit illi Ioãnes, dicẽs: Magister, vidimus quemdã in nomine tuo eiicientem dæmonia, qui non sequitur nos, & prohibuimus eum.

* 1. Cor. 12. 3. Iesus autem ait: Nolite prohibere eum. * nemo est enim qui faciat virtutem in nomine meo, & possit cito male loqui de me.

Qui enim non est aduersum vos, pro vobis est.

* Mat. 10. 42. * Quisquis enim potum dederit vobis calicem aquæ in nomine meo, quia Christi estis: Amen dico vobis, non perdet mercedem suam.

* Mat. 18. 6. Luc. 17. 2 * Et quisquis, scandalizauerit vnũ ex his pusillis credẽtibus in me: bonũ est ei magis si circundaretur mola asinaria collo eius, & in mare mitteretur.

* Mat. 5. 29. & 18. 8 Luc. 17. 2 Et si scandalizauerit te manus tua, abscinde illam: bonum est tibi debilem introire in vitam, quàm duas manus habentem ire in gehennam, in ignem extinguibilem.

Vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.

Et si pes tuus te scãdalizat, amputa illũ: bonũ est tibi claudũ introire in vitã æternã, quã duos pedes habentẽ mitti in gehennã ignis inextinguibilis.

Transl. ex Syriac.

20 *Et interrogauit patrem illius: Quantum temporis est iam ex quo ita est? dixet ei: Iam à pueritia sua.*

21 *Ac pluries abiecit eum in ignem & aquas, vt perderet eum, sed si quid potes, adiuua me, & miserere mei.*

22 *Dixit ei Ieschua: Si tu potes credere, omnia possunt fieri credenti.*

23 *Et confestim clamans pater pueri flens, & ait: Credo ego, succurre defectui fidei meæ.*

24 *Quum autem videret Ieschua accurrentem populum, & congregatum ad se, obiurgauit spiritum illum immundum, & ait illi: Spiritus surde, & non loquens, ego præcipio tibi exi ab eo, nec amplius ingrediaris in eum.*

25 *Et clamauit dæmonium illud multum, atque contudit eum & exijt: & factus est instar mortui, ita vt multi dicerent eum mortuum esse.*

26 *Ipse vero Ieschua prehendit manum eius, & erexit eũ.*

27 *Quum autem Ieschua ingressus esset domum, interrogarunt eum discipuli eius priuatim: Quare nos non potuimus eijcere illud?*

28 *Dixit eis: Hoc genus nullo modo eijci potest, nisi ieiunio & oratione.*

29 *Quumq; exisset illinc, transibant in Galilæam: nolebatq; quemquam id scire.*

30 *Docebat enim discipulos suos, & dicebat eis: Filius hominis tradendus est in manus hominum, & interiment eum; quumque interemptus fuerit, die tertio resurget.*

31 *Illi vero nesciebant hunc sermonem, timebantque eum interrogare.*

32 **Venerunt autem in Capharnachum. Quumque domũ ingressi fuissent, interrogabat eos: Quid disceptabatis in via inter vos?* *Domicilia quinq; post Pentecosten.

33 *Ipsi vero tacebant: contenderant enim in via vnus cum alio, quis esset maximus eorum.*

34 *Et consedit Ieschua, vocauitque duodecim, ac dixit eis: Qui voluerit esse primus, erit postremus omnium, & omnium minister.*

35 *Et accepit puerulum quemdam, eumque statuit in medio: & quum recepisset eum super brachia sua, dixit eis:*

36 *Quisquis excipit quasi hunc puerulum in nomine meo me excipit: & quisquis me excipit, non me excipit, sed eum qui misit me.*

37 *Dixit ei Iouchanon: Magister mi, vidimus hominem eijcientem dæmonia in nomine tuo, & prohibuimus eum, propterea quod non adhæreat nobis.*

38 *Dixit eis Ieschua: Ne prohibeatis eum, nemo enim est qui edat virtutes in nomine meo, & possit cito male dicere de me.*

39 *Quicunque ergo non fuerit contra vos, pro vobis est.*

40 *Quisquis enim propinauerit vobis calicem aqua eo nomine quod ipsius Meschicho sitis: Amin dico vobis, nequaquam perdiderit mercedem suam.*

41 *Et quisquis offendiculo fuerit vni ex istis paruulis qui credunt in me: satius ei fuisset, si imposita fuisset mola asini collo ipsius, fuissetq; proiectus in mari.*

42 *Quod si offendiculo tibi fuerit manus tua, eam amputato: satius tibi fuerit mancum ingredi ad vitam, quàm quum habueris duas manus, abeas in gehennam.*

43 *Vbi vermis eorum non moritur, nec ignis eorum extinguitur.*

44 *Et si pes tuus offendiculo tibi fuerit, abscinde eum: melius tibi fuerit ingredi ad vitam claudum, quàm quum habueris duos pedes cadas in gehennam.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Et interrogauit patrem eius, quantum temporis est, vt hoc factum est ei? Ille vero ait: Ab infantia.

Et frequenter eum & in ignem iecit, & in aquã, vt perderet eum: sed siquid potes, succurre nobis visceribus commotus super nos.

At Iesus ait illi: Illud, si potes credere, omnia possibilia credenti.

Et continuo exclamans pater pueri, cum lachrymis aiebat: Credo Dñe succurre meę incredulitati.

Videns autem Iesus quod concurreret turba, increpauit spiritum immundum, dicens illi: Spiritus sine locutione & surde, ego tibi impero, exi ex eo, & ne amplius introeas in eum.

Et exclamans & multum discerpens eum, exiit: & factus est sicut mortuus, vt multos dicere: Quia mortuus est.

At Iesus prehendens manum eius excitauit eum: & surrexit.

Et introeuntem eum in domum, discipuli eius interrogabant eum priuatim: Quia non nos potuimus eijcere eum?

Et dixit illis: Hoc genus in nullo potest exire, si non in oratione & ieiunio.

Et indè exeuntes, prætergrediebantur per Galilæam: & non voluit vt quis sciret.

Docebat enim discipulos suos, & dicebat illis: Quoniam filius hominis tradetur in manus hominum, & occident eum: & occisus tertia die resurget.

Illi vero ignorabant verbum, & timebant eum interrogare.

Et venit ad Capharnaum, & in domo factus, interrogabat eos: Quid in via ad vosipsos rationabamini?

Illi autem tacebant: ad inuicem enim ratiocinati erant in via, quis maior?

Et sedens vocauit duodecim, & ait illis: Si quis vult primus esse, erit omnium nouissimus, omnium minister.

Et accipiens puerum, statuit eum in medio eorum: & vlnis continens eum, ait illis:

Quisquis vnum huiusmodi puerulorum exceperit in nomine meo, me excipit: & quicumq; me exceperit, non me excipit, sed legantem me. —

Respondit vero illi Ioãnes, dicẽs: Magister, vidimus quendã nomine tuo eiicientẽ dæmonia, qui non sequitur nos: & prohibuimus eum, quia non sequitur nos.

At Iesus ait: Ne prohibete eum. Nemo enim est qui faciat efficaciam in nomine meo, & possit cito maledicere mihi.

Qui enim non est aduersum vos, pro vobis est.

Qui enim potauerit vos poculum aquæ in nomine meo, quia Christi estis: Amen dico vobis, non perdiderit mercedem suam.

Et quisquis scãdalizauerit vnũ pusillorũ credẽtiũ in me, pulchrum est ei magis si circumponeretur lapis molaris circa collũ eius, & iaceretur in mare.

Et si scandalizauerit te manus tua, abscinde illam: pulchrum tibi est mancum in vitam introire, quàm duas manus habentem abire in gehennam in ignem inextinguibilem.

Vbi vermis eorum non finitur, & ignis non extinguitur.

Et si pes tuus scãdalizat te, amputa illũ: pulchrũ est tibi introire in vitã claudũ, quã duos pedes habentem iaci in gehennam, in ignẽ inextinguibilẽ:

Transl. Erasm. Roterod.

20 *Et interrogauit patrem illius. Quantum temporis est, quod hoc accidit ei? At ille dixit: A puero.*

21 *Et frequenter illum & in ignem abiecit, & in aquas, quo perderet eum. Age si quid potes, subueni nobis misertus nostri.*

22 *Iesus autem dixit ei: Illud si potes credere, omnia possibilia credenti.*

23 *Et confestim exclamans pater pueri cum lachrymis dixit: Credo domine, succurre incredulitati meæ.*

24 *Cum vidisset autem Iesus, quod turba simul accurreret, increpauit spiritum immundum, dicens illi: Spiritus mute, & surde, ego tibi impero, exi ab eo, & ne posthac ingrediaris in illum.*

25 *Et cum clamasset spiritus, multumq; discerpisset eum, exiuit: & factus est tanquam mortuus, adeo vt multi dicerent, mortuus est.*

26 *At Iesus correpta manu illius, erexit eum, & ille surexit.*

27 *Et cum esset ingressus domum, discipuli illius interrogabant eum seorsim: Cur nos non quiuimus eijcere illum?*

28 *Et dixit illis: Hoc genus nulla re potest exire, nisi per deprecationem & ieiunium.*

29 *Et illinc digressi, iter fecerunt per Galilæam, nec volebat vt quisquam sciret.*

30 *Docebat enim discipulos suos, & dicebat illis: Filius hominis traditur in manus hominum, & occident eum, & occisus, tertio die resurget.*

31 *At illi ignorabant quod dixerat, & timebant eum interrogare.*

32 *Et venit Capernaum: & cum venisset in domum, interroganit illos, quid in itinere inter vos disputabatis?*

33 *At illi siluerunt. Nam inter se disputauerunt inter viam, quis esset maior.*

34 *Et cum considisset, accersiuit duodecim, & dicit illis: Si quis vult primus esse, is erit omnium postremus, & omnium minister.*

35 *Atque arreptum puerum statuit in medio illorum: & cum cepisset illum in vlnas suas, dixit illis:*

36 *Quisquis vnum ex talibus pueris receperit nomine meo, me recipit: & quicunque me recipit, non me recipit, sed eum qui misit me.*

37 *Respondit autem ei Iohannes, dicens: Præceptor, vidimus quendã nomine tuo eijcere dæmonia, nec sequitur nos, & prohibuimus illum, propterea quod non sequitur nos.*

38 *At Iesus ait: Ne prohibeatis illum. Nullus enim est, qui si fecerit virtutem per nomen meum, possit cito male loqui de me.*

39 *Qui enim non est aduersus nos, pro nobis est.*

40 *Quisquis enim ad bibendum dederit vobis calicem aquæ nomine meo, quod sitis Christi, amen dico vobis, non quaquam perditurus est mercedem suam.*

41 *Et quisquis offenderit vnum ex pusillis, qui credunt in me, melius foret illi, si circundaretur saxum molare circa ceruicem eius, & abijceretur in mare.*

42 *Et si tibi fuerit obstaculo manus tua, amputa illam. Bonum est tibi, mutilum ad vitam ingredi, potius quam duas manus habentem abire in gehennam, in ignem inextinguibilem,*

43 *Vbi vermis illorũ non moritur, & ignis nõ extinguitur.*

Et si pes tuus fuerit tibi obstaculo, amputa illũ. Bonum est vt ingrediaris ad vitam claudus, potius quam duos pedes habens mittaris in gehennã, in ignẽ inextinguibilem.

Vulgat. Editio.

*Isa.66. 24. * Vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.

Quod si oculus tuus scandalizat te, eiice eũ: bonum est tibi luscum introire in regnum Dei, quã duos oculos habentem mitti in gehennam ignis:

Vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.

*Leuit. 2. *Omnis enim igne salietur, & omnis victima sale salietur.

*Mar. 5. 22. Lu. 14. 34 * Bonum est sal: quod si sal insulsum fuerit: in quo illud condietis? Habete in vobis sal, & pacem habete inter vos.

CAP. X.

Matt. 19. 1 ET inde exurgens venit in fines Iudææ vltra Iordanem: & conueniunt iterum turbæ ad eum: sicut consueuerat, iterum docebat illos.

Et accedentes Pharisæi interrogabant eum: Si licet viro vxorem dimittere: tentantes eum.

At ille respondens, dixit eis: Quid vobis præcepit Moyses?

* Deu. 24. 1. Qui dixerunt: * Moyses permisit libellum repudii scribere, & dimittere.

Quibus respondens Iesus, ait: Ad duritiam cordis vestri scripsit vobis præceptum istud.

* Gen. 1. 27. & Gen. 2. 24 Mat. 19. 4 1. Cor. 6. 16. Eph. 5. 31 1. Cor. 7. 10. Ab initio autem creaturæ * masculum, & feminam fecit eos Deus.

Propter hoc relinquet homo patrem suum, & matrem, & adhærebit ad vxorem suam:

Et erunt duo in carne vna. Itaque iam non sunt duo, sed vna caro.

Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet.

Et in domo iterum discipuli eius de eodem interrogauerunt eum.

Et ait illis: Quicumque dimiserit vxorem suã, & aliam duxerit, adulterium committit super eam.

Et si vxor dimiserit virum suum, & alij nupserit, mœchatur.

Et offerebant illi paruulos vt tangeret illos: discipuli autem comminabantur offerentibus.

Quos cũ videret Iesus, indigne tulit, & ait illis: Sinite paruulos venire ad me, & ne prohibueritis eos: talium enim est regnum Dei.

Amen dico vobis: Quisquis non receperit regnum Dei velut paruulus, non intrabit in illud.

Et complexans eos, & imponens manus super illos, benedicebat eos.

Et cum egressus esset in viam, procurrens quidã genuflexo ante eum, rogabat eum: * Magister bone quid faciam vt vitam æternam percipiam?

*Mat. 19. 16. Lu. 18. 18 Iesus autem dixit ei: Quid me dicis bonum? Nemo bonus, nisi vnus Deus.

*Ex. 20. 13. * Præcepta nosti: Ne adulteres, Ne occidas, Ne fureris, Ne falsum testimonium dixeris, Ne fraudem feceris, Honora patrem tuum & matrem.

At ille respondens, ait illi: Magister, hæc omnia obseruaui à iuuentute mea.

Iesus autem intuitus eum, dilexit eum, & dixit ei: Vnum tibi deest: vade, quæcumque habes vende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo: & veni, sequere me.

Qui contristatus in verbo, abiit mœrens: erat enim habens multas possessiones.

Et circumspiciens Iesus, ait discipulis suis: Quàm difficile qui pecunias habent, in regnum Dei introibunt.

Transl. ex Syriac.

45 *Vbi vermis eorum non moritur, nec ignis eorum extinguitur.*

46 *Denique si oculus tuus offendiculo tibi fuerit, eum effodito: satius tibi fuerit cum vno oculo ingredi ad regnum Dei, quàm quum habueris duos oculos cadas in gehennam ignis.*

47 *Vbi vermis eorum non moritur, nec ignis eorum extinguitur.*

48 *Quilibet enim igne salietur, & omne sacrificium sale salietur.*

49 *Bonus est sal: sed si sal insipidus fuerit, quonam salietur? Sit in vobis sal, & in pace estote vnus cum alio.*

CAP. X.

1 ET surrexit illinc, venitq; in fines Iihondæa vltra Iourdenon: & adierunt eum illuc turbæ multæ, ac docebat eos iterum, vti consueuerat. Benedictus es Sponsi & Sponsæ.

2 *Accesserunt autem Perischæi tentantes eum, & interrogantes, an liceret viro dimittere vxorem suam. Dixit*

3 *eis, Quid præcepit vobis Mousche?*

4 *Illi vero dicunt, Mousche permisit nobis scribere libellum repudii, & dimittere.*

5 *Respondit Ieschua & dixit eis: Propter duritiem cordis vestri scripsit vobis præceptum istud.*

6 *Ab initio vero masculum & fœminam effinxit eos Deus.*

7 *Propterea relinquet vir patrem suum & matrem*

8 *suam, & adhærebit vxori suæ.*

Et erunt duo vna caro: Nec amplius erunt duo, sed vna caro.

9 *Quod ergo Deus copulauit, homo ne separet.*

10 *Et interrogarunt eum rursus discipuli sui domi hac de re.*

11 *Et dixit eis, Quicumque dimiserit vxorem suam, & duxerit aliam, mœchatur.*

12 *Quod si mulier dimiserit maritum suum, fueritque alterius, mœchatur.*

13 *Cæterum obtulerunt ei pueros, vt tangeret eos: discipuli vero ipsius obiurgabant eos qui ipsos offerebant.*

14 *Ieschua vero quum hoc vidisset, displicuit ei: & ait illis, Sinite pueros venientes ad me, nec prohibeatis eos: talium enim quales hi sunt, est regnum Dei.*

15 *Amin dico vobis, Quicumque non exceperit regnum Dei sicut puerulus, non ingredietur illud.*

16 *Quumq; tulisset eos super brachia sua, imposuit eis manum suam, ac benedixit eis.*

17 *Quumque iter faceret, accurrens quidam procidit in genua sua & interrogabat eum, ac dicebat, Doctor bone, quid faciam vt hæreditate possideam vitam æternam?* * Ad Vesperam Dominicæ quartæ post Epiphaniam

18 *Dixit ei Ieschua, Quid me vocas bonum? non est bonus, nisi vnus Deus.*

19 *Mandata nosti, Non mœchaberis, Non furaberis, Non occides, nec testaberis testimonium falsum, Non inferes iniuriam: Honora patrem tuum, & matrem tuam.*

20 *Ille vero respondit, & dixit ei, Doctor, hæc omnia obseruaui à pueritia mea.*

21 *Ieschua autem eum cõspicatus, dilexit eum, & ait illi, Vnum tibi deest, Abi, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & futurus est tibi thesaurus in cœlis: & accipe crucem tuam ac post me venito.*

22 *Ille vero contristatus est hoc sermone, & abijt quum esset vehementer anxius; habebat enim diuitias multas.*

23 *Respiciens autem Ieschua discipulos suos, dixit, eis: Quàm difficile est ijs quibus sunt diuitiæ ingredi regnum Dei.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Vbi vermis eorum non finitur, & ignis non extinguitur.

Et si oculus tuus scandalizat te, eijce eum: pulchrum tibi est vnoculum introire in regnum Dei, quàm duos oculos habentem iaci in gehennam ignis:

Vbi vermis eorum non finitur, & ignis non extinguitur.

Omnis enim igne salietur: & omnis victima sale salietur.

Pulchrum sal: si verò sal insulsum fiat, in quo illud condietis? Habete in vobis sal, & pacem habete in inuicem.

CAP. X.

ET inde exurgens venit in fines Iudææ, per vlterius Iordanis: & conueniunt iterum turbæ ad eum: & sicut consueuerat iterum docebat illos.

Et accedentes Pharisæi interrogabant eum: Si licet viro vxorem absoluere? Tentantes eum.

Ille autem respondens, dixit eis: Quid vobis præcepit Moyses?

Illi verò dixerunt: Moyses permisit libellum absceſſionis scribere, & absoluere.

Et respondens Iesus, ait eis: Ad duritiam cordis vestri scripsit vobis præceptum istud.

Ab autem initio creationis, masculum & feminam fecit eos Deus. Et dixit:

Causa huius relinquet homo patrem suum & matrem, & adglutinabitur ad vxorem suam:

Et erunt duo in carnem vnam. Itaque non amplius sunt duo, sed vna caro.

Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet.

Et in domo iterum discipuli eius de eodem interrogauerunt eum.

Et ait illis: Quicunque absoluerit vxorem suam, & duxerit aliam, adulterat in eam.

Et si vxor absoluerit virum suum, & nupserit alij, mœchatur.

Et offerebant illi puerulos, vt tangeret illos. Verùm discipuli increpabant offerentes.

Videns verò Iesus, indignatus est, & ait illis: Sinite puerulos venire ad me, & ne prohibueritis eos. nam talium est regnum Dei.

Amen dico vobis, quisquis non receperit regnũ Dei velut puerulus, non intrabit in illud.

Et vlnis complexus eos, imponens manus super illos, benedicebat eos.

Et egrediente eo in viam, adcurrens quidam, & genuperens eum, rogabat eum, Magister bone, quid faciam vt vitam æternam hæreditem?

At Iesus dixit ei: Quid me dicis bonum? Nemo bonus, si non vnus, Deus.

Præcepta nosti, Ne adulteres, ne occidas, ne fureris, ne falsò testeris, ne damnum dederis: honora patrem tuum & matrem.

Ille autem respondens, ait illi: Magister, hæc omnia obseruaui à iuuentute mea.

At Iesus intuitus eum, dilexit eum, & dixit ei: Vnum tibi deest: Vade, quæcumque habes vende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo: & veni sequere me tollens crucem.

Ille verò mœstus in verbo, abijt contristatus: Etenim habens facultates multas.

erat circumspiciens Iesus, ait discipulis suis: Quã difficile opes habentes in regnum Dei introibunt.

Transl Erasm. Rotterod.

Vbi vermis illorum non moritur, & ignis non extinguitur.

Et si oculus tuus tibi obstaculo est, erue illum. Bonum est tibi, vt luscus introeas in regnum Dei, potiusquam vt duos oculos habens mittaris in gehennam ignis,

Vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur.

Nam omnis homo igne salietur, & omnis victima sale salietur.

Bona res est sal, cæterum si sal insulsus fuerit, per quid ipsum condietis? Habete in vobis ipsis salem, & pacem habete inter vos mutuem.

CAP. X.

ET cum inde surrexisset, venit in fines Iudææ per regionem quæ est vltra Iordanẽ. & conueniũt rursum turbæ ad illum, & sicut consueuerat rursum docebat eos.

Et adeuntes pharisæi interrogabant illum: Licet ne viro vxorem repudiare? tentantes illum.

At ille respondens, dixit illis: Quid vobis præcepit Moyses?

At illi dixerunt: Moyses permisit libellum repudij scribere, ac dimittere.

Et respondens Iesus, dixit illis: Ad duriciam cordis vestri scripsit vobis præceptum istud.

Cæterum ab initio creationis masculum & fœminam fecit illos Deus:

Propter hoc relinquet homo patrem suum & matrem, & adharebit vxori suæ.

Et fiẽt duo caro vna. Itaq; nõ iã sunt duo, sed vna caro.

Quod igitur Deus copulauit, homo ne separet.

Et in domo rursum discipuli illius eadem de re interrogauerunt illum.

Et dicit illis: Quicunque repudiauerit vxorẽ suam, & duxerit aliam, adulterium committit aduersus illam.

Et si mulier repudiauerit virum suum, & nupserit alteri, adulterium committit.

Et attulerunt ad illum pueros, vt tangeret illos: discipuli verò increpabant eos qui adducebant.

Cum vidisset autem Iesus, indignatus est, & dixit illis: Sinite pueros venire ad me, ne prohibete illos; talium enim est regnum Dei.

Amen dico vobis: Quicunque nõ acceperit regnum Dei tanquam puer, haud quaquam ingredietur in illud.

Et cum cæpisset illos in vlnas, impositis manibus super illos, benedixit eis.

Et cum exiret in viam, accurrit quidam, ac genua flectit illi, & interrogabat eum Præceptor bone, quid faciam, vt vitam æternam possideam?

Iesus autem dixit illi: Cur me dicis bonum? Nemo bonus, nisi vnus, nempe Deus.

Præcepta nosti. Ne committas adulterium, ne occidas, ne fureris, ne falsum testimonium dicas, ne fraudes: honora patrem tuum & matrem.

At ille respondens dixit illi: Præceptor, hæc omnia seruaui ab adolescentia mea.

Iesus autem intuitus illum, dilexit eum, & dixit illi: Vnum tibi deest: Abi, quæcumque habes, vende, & dá pauperibus, & habebis thesaurum in cælo, & veni sequere me, sublata in humeros cruce.

At ille molestia affectus propter sermonem, discedebat mœrens. habebat enim possessiones multas.

Et cum circumspexisset Iesus, dicit discipulis suis Quã difficulter hi qui pecunias habent, in regnum Dei intrabunt.

Vulgat. Editio.

Discipuli autem obstupescebant in verbis eius: At Iesus respondens ait illis: Filioli, quam difficile est confidentes in pecunijs, in regnum Dei introire!

Facilius est, camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum Dei.

Qui magis admirabantur, dicentes ad semetipsos: Et quis potest saluus fieri?

Et intuens illos Iesus, ait: Apud homines impossibile est, sed non apud Deum: omnia enim possibilia sunt apud Deum.

*Mat.19. 27. Luc.18.28 * Et cæpit ei Petrus dicere: Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te.

Respondens Iesus, ait: Amen dico vobis: Nemo est, qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros propter me, & propter Euangelium:

Qui non accipiat centies tantum, nunc in tempore hoc: domos, & fratres, & sorores, & matres, filios, & agros, cum persecutionibus, & in sæculo futuro vitam æternam.

*Mat.19 30. * Multi autem erunt primi nouissimi, & nouissimi primi.

Erant autem in via ascendentes Ierosolymam: & præcedebat illos Iesus, & stupebant: & sequentes timebant. * Et assumens iterum duodecim, cæpit illis dicere quæ essent ei euentura:

*Luc.18 31. Quia ecce ascendimus Ierosolymam, & Filius hominis tradetur Principibus sacerdotum, & scribis, & senioribus, & damnabunt eum morte, & tradent eum gentibus:

Et illudent ei, & conspuent eum, & flagellabunt eum, & interficient eum: & tertia die resurget.

*Mat.20 20. * Et accedunt ad eum Iacobus, & Ioannes filij Zebedæi, dicentes: Magister, volumus vt quodcumque petierimus, facias nobis.

At ille dixit eis: Quid vultis vt faciam vobis?

Et dixerũt: Da nobis vt vnus ad dexterã tuam, & alius ad sinistram tuam sedeamus in gloria tua.

Iesus autem ait eis: Nescitis quid petatis: potestis bibere calicem quem egò bibo aut baptismo, quo ego baptizor, baptizari?

At illi dixerunt ei: Possumus. Iesus autem ait eis: Calicem quidem, quem ego bibo, bibetis: & baptismo, quo ego baptizor, baptizabimini:

Sedere autem ad dexteram meam, vel ad sinistrã, nõ est meũ dare vobis, sed quibus paratũ est.

Et audientes decem cæperunt indignari de Iacobo & Ioanne.

*Luc.22 25. Iesus autem vocans eos, ait illis: * Scitis quia hi, qui videntur principari gentibus, dominantur eis: & Principes eorum potestatem habent ipsorũ.

Non ita est autem in vobis, sed quicumque voluerit fieri maior, erit vester minister:

Et quicumque voluerit in vobis primus esse, erit omnium seruus.

Nam & Filius hominis non venit vt ministraretur ei, sed vt ministraret, & daret animam suam redemptionem pro multis.

*Mat.20 29. *Luc. 34. * Et veniunt Iericho: & proficiscente eo de Iericho, & discipulis eius, & plurima multitudine, filius Timæi Bartimæus cæcus, sedebat iuxta viam mendicans.

Qui cum audisset, quia Iesus Nazarenus est, cæpit clamare, & dicere: Iesu fili Dauid, miserere mei.

Et comminabantur ei multi vt taceret: at ille multo magis clamabat: Fili Dauid miserere mei.

Transl. ex Syriac.

24 *Discipuli verò obstupescebant ad hos sermones ipsius: Et subdit iterum Ieschua, ac dixit eis: Filij mei quam difficile est ijs, qui confidunt: diuitijs suis ingredi regnum Dei!*

25 *Facilius est camelum intrare per foramen acus, quàm diuitem in regnum Dei ingredi,*

26 *Illi verò magis obstupescebant, & dicebant inter se: Quis potest seruari?*

27 *Conspicatus autem eos Ieschua, dixit eis: Apud homines hoc possibile non est, sed apud Deum: omnia enim possibilia sunt apud Deum.*

28 *Cæpit autem Kipho dicere: Ecce nos reliquimus omnia, & adhæsimus tibi.* Prol. Apost.

29 *Respondit Ieschua, & ait: Amin dico vobis: Nemo est qui reliquerit domos, aut fratres, aut sorores, aut patrẽ, aut matrem, aut vxorem, aut liberos, aut latifundia propter me, aut propter Euangelium meum:*

30 *Quin accipiat vnum in centum (centuplum) nunc tempore isto, domos, & fratres, & sorores, & matres, & liberos, & latifundia cum persecutione, & in seculo venturo vitam perennem.*

31 *Multi autem primi sunt, qui erunt postremi, & postremi primi.*

32 *Quum ascenderent autem per viam ad Ouirschlem, ipse Ieschua anteibat eis, & percellebantur, ibantque post eum timentes: Et assumpsit suos duodecim, cæpitque eis dicere id quod sibi futurum erat.*

33 *Ecce ascendimus ad Ouirschlem, & Filius hominis tradetur Principibus sacerdotum, scribisque: & condemnabunt eum ad mortem ac tradent eum Gentibus.*

34 *Et illudent ei, cædentque flagellis, & conspuent in faciem eius, eum denique interficient, & tertia die resurget.*

35 * *Accesserunt autem ad eum Iaakoub, & Iouchanon filij Zabdai, & dicunt ei: Magister, velimus vt quicquid postulauerimus, facias nobis.* Ad. & Interp. Dictum ex vet. Interp.

36 *Dixit eis: Quid vultis vobis faciam?*

37 *Dicunt ei: Da nobis vt vnus sedeat à dextera tua, & alter à sinistra tua in gloria tua.*

38 *Ipse verò dixit eis: Nescitis quid postuletis: potestis bibere calicem, quem ego bibo, & baptismate quo ego baptizor, baptizabimini?*

39 *Dicunt ei: Possumus, subdit eis Ieschua: Calicem quem ego bibo, bibituri estis, & baptismate quo ego baptizor, baptizabimini:*

40 *Vt sedeatis autem à dextera mea, & à sinistra mea, non est meum dare, nisi ijs quibus id paratum est.*

41 *Qui Quum audissent decem, cæperunt obmurmurare contra Iaakoub, & Iouchanon.*

42 *Et aduocauit eos Ieschua, ac dixit eis: Scitis eos qui existimantur Principes Gentium, dominos earum esse, & magnates earum potestatem in eas exercere?*

43 *At non ita erit inter vos, sed quicumque voluerit inter vos fieri magnus, erit vobis minister.*

44 *Et quisquis ex vobis voluerit fieri primus, erit seruus omnium.*

45 *Nam & Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam redemptionem pro multis.*

46 *Venerunt autem Hirichou: quumque exiret Ieschua ab Hirichou ipse, & discipuli eius, turbaque multa, Timai filius Timai cæcus sedebat iuxta viam, atque mendicabat.*

47 *Et audiuit ipsum esse Ieschua illum Nazarenum, cæpitque clamare, ac dicere: Fili Dauid miserere mei.*

48 *Et obiurgabant eum multi vt taceret: ille verò magis clamabat, & dicebat: Fili Dauid miserere mei.*

Transl. B. Ariæ Mont.

At discipuli expauerunt in verbis eius, At Iesus rursus respondens, ait illis: Nati, quomodo difficile est confidentes in opibus, in regnum Dei introire:

Facilius enim est camelum per foramen acus tranfire, quàm diuitem in regnum Dei intrare.

Illi vero abundanter percellebantur dicentes ad semetipsos: Et quis potest seruari?

Intuens autem illos Iesus, ait: Apud homines impossibile sed non apud Deum. Omnia enim possibilia sunt apud Deum.

Cæpit autem Petrus dicere ei: Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te.

Et respondens Iesus, ait: Amen dico vobis, nemo est, qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros, causa mei, & causa Euangelij,

Si non accipiet centuplicia nunc in tempore hoc: domos, & fratres, & sorores, & matres, filios, & agros, cum persecutionibus, & in sæculo venturo vitam æternam.

Multi autem erunt primi nouissimi, & nouissimi primi.

Erant autem in via ascendentes Hierosolymam, & erat præcedens eos Iesus, & mirabantur: & sequentes expauescebant. Et assumens iterum duodecim, cœpit dicere futura ipsi euenire.

Quia ecce ascēdimus in Hierosolymam: & filius hominis tradetur principibus Sacerdotum, & Scribis, & damnabunt eum morte, & tradent eum gentibus,

Et illudent ei, & flagellabunt eum, & inspuent ei: & in occident eum, & tertia die resurget.

Et accedunt ad eum Iacobus, & Ioannes filij Zebedæi, dicentes: Magister, volumus vt quodcumque petierimus, facias nobis.

Ille vero dixit eis: Quid vultis facere me vobis?

Illi autē dixerūt ei: Da nobis vt vnus ex dextris tuis, & vnus ex finistris tuis sedeamus in gloria tua.

At Iesus ait eis: Nescitis quid petatis: potestis bibere poculum quod ego bibo, & baptismo, quo ego baptizor, baptizari?

Illi autem dixerunt ei: Possumus. At Iesus ait eis: Quidem calicem quem ego bibo, bibetis, & baptismo quo ego baptizor, baptizabimini:

At sedere ex dextris meis, & ex finistris meis, nō est meum dare, sed quibus paratum est.

Et audientes decem cœperunt indignari de Iacobo & Ioanne.

At Iesus aduocans eos, ait illis: Scitis quia existimantes principari gentibus dominantur eorum, & magni eorum licentia vtuntur eorum.

Non ita autem erit in vobis: sed quicumque voluerit fieri magnus in vobis, erit vester minister.

Et quicumque voluerit vestrum fieri primus, erit omnium seruus.

Etenim filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam solutionem pro multis.

Et veniunt Hericho. & proficiscente eo de Hericho, & discipulis eius, & turba copiosa, filius Timæi Bartimæus cæcus, sedebat iuxta viam mendicans.

Et audiens, quia Iesus Nazarenus est, cœpit clamare, & dicere: Fili Dauid Iesu, miserere mei.

Et obiurgabant eum multi vt taceret. Ille autē multo magis clamabat: Fili Dauid miserere mei.

Transl. Erasm. Roterod.

Discipuli vero obstupuerunt super verbis illius. At Iesus rursum respondens, dicit illis: Filij quàm difficile est eos, qui fiduciam habent in pecunijs, regnum Dei ingredi.

Facilius est camelum per foramen acus ingredi, quàm diuitem in regnum Dei ingredi.

Illi verò supra modum admirati sunt, dicentes inter sese: Et quis potest esse salus?

Intuitus autem Iesus illos, dicit: Apud homines impossibile, sed non apud Deum: nam omnia possibilia sunt apud Deum.

Et cœpit Petrus dicere illi: Ecce reliquimus omnia: & secuti sumus te.

Respondens autem Iesus dixit: Amen dico vobis: Nullus est qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrē, aut matrem, aut vxorem, aut liberos, aut agros mea causa & euangelij,

Quin recipiat centupla nunc in tempore hoc, domus, & fratres, & sorores, & matres, & liberos, & agros cum persecutionibus, ac in seculo venturo vitam aternam.

Multi autem primi, erunt postremi: & postremi primi.

Erant autem in via ascendintes Hierosolymam, & præcedebat illos Iesus, erantque pauefacti, & sequentes timebant. Et assumptis Iesus rursum duodecim, cœpit illis dicere, quæ sibi euentura essent.

Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum & scribis, & condemnabunt eum ad mortem, & tradent illum gentibus,

Et illudent illi, & flagellabunt eum, & inspuent in illum, & occident eum, & tertia die resurget.

Et accedunt ad eum Iacobus & Iohannes filij Zebedæi, dicentes: Præceptor, volumus vt quicquid petierimus, facias nobis.

Ille vero dixit eis: quid me vultis facere vobis?

Illi vero dixerunt ei: Da nobis, vt vnus tibi à dextris, & alter tibi à sinistris sedeamus in gloria tua.

Iesus autem dixit illis: Nescitis quid petatis: potestis bibere poculum, quod ego bibo? & baptismate quo ego baptizor, baptizari?

At illi dixerunt ei: Possumus. Iesus autem dixit illis: Poculum quidem quod ego bibo, bibetis, & baptismate quo ego baptizor, baptizabimini,

Cæterum sedere mihi à dextris ac sinistris, non est meum dare, sed his continget quibus paratum est.

Et cum audissent decem, cœperunt indignari de Iacobo & Iohanne.

Iesus autem cum vocasset eos ad se, dicit illis: Scitis quod qui videntur imperare gentibus, dominium exercent aduersus illas. Et qui magnates sunt inter eas, potestatem exercent in illas.

Verum non sic erit inter vos: sed quicumque voluerit ex vobis fieri magnus inter vos, erit minister vester.

Et quicunque voluerit ex vobis esse primus; erit omnium seruus.

Nam & filius hominis non venit vt sibi ministraretur, sed vt ipse ministraret, ac daret animam suam redemptionem pro multis.

Et veniunt Hiericho, cumque egrederetur ab vrbe Hiericho, ac discipuli illius & turba copiosa: filius Timæi Bartimæus cæcus sedebat iuxta viam mendicans.

Et cum audisset quod Iesus Nazarenus esset, cœpit clamare, & dicere: Fili Dauid Iesu, misere mei.

Et increpabant illum multi, vt taceret. At ille multo magis clamabat: Fili Dauid, miserere mei.

Vulgat. Editio.

Et ſtans Ieſus præcepit illum vocari. Et vocant cæcum dicentes ei: Animæquior eſto: ſurge, vocat te.

Qui proiecto veſtimento ſuo exiliens, venit ad eum:

Et reſpondens Ieſus dixit illi: Quid tibi vis faciam? Cæcus autem dixit ei: Rabboni, vt videam.

Ieſus autem ait illi: Vade, fides tua te ſaluum fecit: Et confeſtim vidit, & ſequebatur eum in via.

CAP. XI.

Mat.21.1 Lu.19.29 ET cum appropinquarent Ieroſolymæ, & Bethaniæ ad montem oliuarum, mittit duos ex diſcipulis ſuis,

Et ait illis: Ite in caſtellum, quod contra vos eſt, & ſtatim introeuntes illuc, inuenietis pullum ligatum, ſuper quem nemo adhuc hominum ſedit: ſoluite illum, & adducite.

Et ſi quis vobis dixerit: Quid facitis? dicite quia Domino neceſſarius eſt: & continuo illum dimittet huc.

Et abeuntes inuenerunt pullum ligatum ante ianuam foris in biuio: & ſoluunt eum.

Et quidam de illic ſtantibus dicebant illis: Quid facitis ſoluentes pullum?

Qui dixerunt eis ſicut præceperat illis Ieſus, & dimiſerunt eis.

*Io.12.14 * Et duxerunt pullum ad Ieſum: & imponunt illi veſtimenta ſua, & ſedit ſuper eum.

Multi autem veſtimenta ſua ſtrauerunt in via: alij autem frondes cædebant de arboribus, & ſternebant in via.

Et qui præibant, & qui ſequebantur clamabant, dicentes: Hoſanna:

*Mat.21.9. Lu.19.38 Pſ.117.25 * Benedictus, qui venit in nomine Domini: benedictum quod venit regnum patris noſtri Dauid: Hoſanna in excelſis.

*Mat.21.10. * Et introiuit Ieroſolymam in templum: & circumſpectis omnibus, cum iam veſpera eſſet hora, exijt in Bethaniam cum duodecim.

Et alia die cum exirent à Bethania, eſurijt.

*Mat.21.19. * Cumque vidiſſet à longe ficum habentem folia, venit ſi quid forte inueniret in ea: & cum veniſſet ad eam, nihil inuenit præter folia: non enim erat tempus ficorum.

Et reſpondens dixit: Iam non amplius in æternum ex te fructum quiſquam manducet: & audiebant diſcipuli eius.

Et veniunt Ieroſolymam. Et cum introiſſet in templum, cœpit eijcere vendentes, & ementes in templo: & menſas numulariorum, & cathedras vendentium columbas euertit.

Et non ſinebat, vt quiſquam transferret vas per templum:

*Iſa.56.7 Ier.7.11. Et docebat, dicens eis: Nonne ſcriptum eſt: * Quia domus mea, domus orationis vocabitur omnibus gentibus? Vos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum.

Quo audito Principes ſacerdotum, & Scribæ quærebant quomodo eum perderent: timebant enim eum, quoniam vniuerſa turba admirabatur ſuper doctrina eius.

Et cũ veſpera facta eſſet, egrediebatur de ciuitate.

Et cum mane tranſirent, viderunt ficum aridam factam, à radicibus.

Et recordatus Petrus, dixit ei: Rabbi, ecce ficus, cui maledixiſti, aruit.

*Mat.7.7 & 21.22. Et reſpondens Ieſus ait illis: * Habete fidẽ Dei.

Tranſl. ex Syriac.

Subſtitit autem Ieſchua, ac præcepit eum acceſſiri. Acceſſunt itaque cæcum illum, & dicunt ei: Bono ſis animo: ſurge, vocat te.

Ille verò cæcus reliquit pallium ſuum, & ſurgens venit ad Ieſchua.

Dixit ei Ieſchua: Quid vis faciam tibi? Ille verò cæcus dixit ei: Domine mi, vt videam.

Ieſchua autem dixit ei: Vide, fides tua te ſeruauit: Et illicò recepit viſum, & ambulabat per viam.

CAP. XI.

QVumque appropinquaret per declive Beth Phophe & Beth-Anio ad montem Oliuarum, miſit duos è diſcipulis ſuis, Matth. Pſ. 80. mutat. Pſalmo.

Et dixit eis: Ite in pagum illum, qui eſt vobis è regione & eo momento quo ingrediemini in eum, reperietis pullum vinctum, in quo nullus ex filijs hominum equitauit: ſoluite, eumque adducite.

Quòd ſi quiſpiam dixerit vobis: Cur facitis? dicite ei, quia Domino noſtro requiritur: & ſtatim huc mittet eum.

Profecti autem inuenere pullum vinctum iuxta portam foris in platea: quumque ſoluerent.

Quidam ex ijs qui aſtabant dixerunt eis: Quid facitis, qui ſoluitis pullum?

Illi verò dixerunt eis, prout præceperat eis Ieſchua, & dimiſerunt eos.

Adduxeruntque ipſum pullum ad Ieſchua: & iniecerunt ei veſtimenta ſua, & equitauit in eo Ieſchua.

Multi verò ſternebant pallia ſua per viam: alij autem amputabant ramos ex arboribus, & ſternebant in via.

Illique qui anteibant, quique ponè (ſequebantur) clamabant, & dicebant: Houſchaano.

Benedictus ille qui venit in nomine Domini: & benedictum regnum illud veniens patris noſtri Dauid: Houſchaano in excelſis.

Et ingreſſus eſt Ieſchua in Ouriſchlem in templum: & conſpexit omnia, quum autem eſſet tempus veſpertinum, exijt in Beth-Anio cum duodecim.

Et poſtero die quum exijſſet è Beth-Anio, eſurijt.

Et conſpicatus ficum vnam è longinquo, in qua erant folia, venit ad eam, num reperiret in ea quicquam: quũque veniſſet, nihil reperit in ea niſi folia: non enim tempus erat ficuum.

Et ait illi: Poſthac, & in æternum nemo ex te fructus comedat: & audierunt diſcipuli eius.

Venerunt autem in Ouriſchlem. Et ingreſſus eſt Ieſchua in templum Dei cœpitq; eijcere eos qui emebant, & vendebant in templo, ſubuertit menſas trapezitarum, & cathedras eorum qui vendebant columbas.

Nec permittebat, vt quiſquam transferret vas intra templum.

Docebatque ac dicebat eis: Nonne ſcriptum eſt: Domus mea, domus orationis vocabitur ab omnibus gentibus? Vos autem eam feciſtis ſpeluncam latronum.

Et audierunt Principes ſacerdotum, & ſcribæ, quærebantque quomodo perderent eum: timebant enim ab eo, propterea quod vniuerſus populus percelleretur ob doctrinam eius.

*Septuaginta ex ſecunda Iosuæ.

Quumque veſpera, exierunt extra ciuitatem.

Manè autem quum tranſirent, viderunt ficum illam exaruiſſe radicitus.

Et recordatus eſt Schemeoũ, & dixit ei: Domine mi, ecce ficus illa, cui imprecatus es, exaruit.

Et reſpondit Ieſchua, & ait illis: Sit in vobis fides Dei.

Transl. B. Ariæ Mont.

Et ſtans Ieſus, ait illum vocari. Et vocant cæcum, dicentes ei: Confide, excitare: vocat te.

Ille autem abiiciens pallium ſuum, reſurgens venit ad Ieſum.

Et reſpondens dicit ei Ieſus: Quid vis faciam tibi? At cæcus dixit ei: Rabboni, vt videam.

At Ieſus ait illi: Vade, fides tua ſeruauit te: & confeſtim vidit: & ſequebatur Ieſum in via.

CAP. XI.

ET cum appropinquarent Hieroſolymam, ad Beth phage & Bethaniam ad montem Oliuarum, mittit duos diſcipulorum ſuorum,

Et dicit illis: Abite in vicum contra vos & ſtatim introeuntes in eum, inuenietis pullum ligatum, ſuper quem nullus hominum ſedit: ſoluentes illum, adducite.

Et ſi quis vobis dixerit: Quid facitis hoc? dicite: Quia Dominus eo opus habet: & continuo illum dimittet huc.

Abierunt autem & inuenerunt pullum ligatum ad ianuam foris in biuio: & ſoluunt eum.

Et quidam illic ſtantium, dicebant illis: Quid facitis ſoluentes pullum?

Illi vero dixerunt eis ſicut præceperat Ieſus: & dimiſerunt eis.

Et duxerunt pullum ad Ieſum: & ſuperiecerunt illi veſtimenta ſua, & ſedit ſuper eum.

Multi autem veſtimenta ſua ſtrauerunt in viam: alij autem frondes cædebant ex arboribus, & ſternebant in via.

Et præeuntes & ſequentes clamabant, dicentes: Hoſanna, Benedictus veniens in nomine Domini.

Benedictum veniens regnum in nomine Domini, patris noſtri Dauid: Hoſanna in altiſſimis.

Et introiuit in Hieroſolymam Ieſus, in templum: & circumſpiciens omnia, veſpere iam exiſtentem hora, exijt in Bethaniam cum duodecim.

Et poſtera die exeuntibus illis de Bethania, eſurijt.

Et videns ficum à longe habentem folia, venit ſi forte inueniret quid in ea. Et veniens ad eam, nihil inuenit ſi non folia, non enim erat tempus ficorum.

Et reſpondens Ieſus, dixit ei: Non amplius ex te in æternum nemo fructum manducet. Et audiebant diſcipuli eius.

Et veniunt in Hieroſolymam: & ingreſſus Ieſus in templum, cœpit eijcere vendentes, & ementes in templo: & menſas nummulariorum, & cathedras vendentium columbas euertit.

Et non ſinebat, vt quiſquam transferret vas per templum:

Et docebat, dicens eis: Nonne ſcriptum eſt: Quia domus mea, domus orationis vocabitur omnibus gentibus? vos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum.

Et audierunt Scribæ, & principes Sacerdotum, & quærebant quomodo eum perderent: timebant enim eum, quia omnis turba admirabatur ſuper doctrina eius.

Et cũ veſpera facta eſſet, egrediebatur de ciuitate.

Et mane adambulantes, viderunt ficum arefactam à radicibus.

Et recordatus Petrus, dicit ei: Rabbi, ecce ficus cui maledixiſti, aruit.

Et reſpondens Ieſus ait illis: Habete fidem Dei.

Transl. Eraſm. Roterod.

Et ſtetit Ieſus, ac iuſſit illum vocari, & vocant cæcum, dicentes illi: Bono animo eſto, ſurge, vocat te.

Ille vero abiecto pallio ſuo, ſurrexit & venit ad Ieſum.

Et reſpondens dicit illi Ieſus: Quid vis faciam tibi? Cæcus autem dixit ei: Rabboni, vt viſum recipiam.

Ieſus autẽ dixit illi: Abi, fides tua ſaluum te reddidit, & protinus recepit viſum, & ſequebatur Ieſum in via.

CAP. XI.

ET cum appropinquant Hieroſolymis ad Bethphagẽ & Bethaniam iuxta montem Oliuarum, emittit duos è diſcipulis ſuis,

Et dicit illis: Abite in vicum qui contra vos eſt, & ſtatim ingredientes in illum, inuenietis pullum alligatum, ſupra quem nullus hominum ſedit: ſoluite eum & adducite.

Et ſi quis vobis dixerit: Cur facitis hoc? Dicite, quod Dominus eo opus habet, & continuo illum mittet huc.

Abierunt autem, & inuenerunt pullum alligatum iuxta ianuam foris in biuio, & ſoluunt illum.

Et nonnulli eorum qui illic ſtabant, dicebant illis: Quid facitis ſoluentes pullum?

At illi dixerunt eis, quemadmodum præceperat Ieſus, & dimiſerunt illos.

Et adduxerunt pullum ad Ieſum, & iniecerunt illi veſtimenta ſua, ſediq́; ſuper illum.

Multi vero veſtimenta ſua ſternebant in viam. Alij vero frondes incidebant ex arboribus, & ſternebant in viam.

Et qui præcedebant, quiq́; ſequebantur, clamabant, dicentes: Hoſanna:

Benedictus qui venit in nomine Domini. Benedictum quod venit regnum in nomine Domini patris noſtri Dauid, hoſanna in altiſſimis.

Et ingreſſus eſt Hieroſolymam Dominus & in templũ. Et cum circumſpexiſſet omnia, iamq́; tempus eſſet veſpertinum, egreſſus eſt Bethaniam cum duodecim,

Et poſtero die cum exiſſent Bethania, eſurijt.

Cumq́; vidiſſet arborem ſici procul, habentem folia, veniebat ſi videlicet inuenturus eſſet aliquid in illa. & cum veniſſet ad illam, nihil inuenit niſi folia. Non enim erat tempus ficorum.

Et reſpondens Ieſus dixit ſicui: Ne poſt hac ex te in æternum quiſquam fructum edat. Et audiebant diſcipuli illius,

Veniuntq́; Hieroſolymam. Et ingreſſus Ieſus in templum, cœpit eijcere eos qui vendebant & emebant in templo, & menſas argentariorum, & ſellas vendentium columbas ſubuertit,

Et non permiſit, vt quiſquam deportaret vas per templum:

Et docebat, dicens illis: Nonne ſcriptum eſt: Domus mea domus precationis vocabitur omnibus gentibus? vos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum.

Et audierunt ſcribæ principesq́; ſacerdotum, & quærebant quomodo illum eſſent perduturi. Timebant enim eum quod tota turba admirabatur doctrinam illius.

Et cum veſpera iam eſſet, egreſſus eſt Ieſus è ciuitate,

Et mane prætereuntes, viderunt ficum exaruiſſe radicitus,

Et recordatus Petrus, dicit illi: Rabbi, ecce ficus illa quam execratus es, exaruit.

Et reſpondens Ieſus, dicit illis: Confidite Deo.

Vulgat. Editio.

Amen dico vobis, quia quicumque dixerit huic monti: Tollere, & mittere in mare, & non hæsitauerit in corde suo, sed crediderit, quia quodcumque dixerit, fiat, fiet ei.

Propterea dico vobis, omnia quæcumque orantes petitis, credite quia accipietis, & eueniẽt vobis.

*Eu.17.9 Mat.6.14 & 18.35. * Et cum ſtabitis ad orandum, dimittite ſi quid habetis aduerſus aliquem: vt Pater veſter qui in cœlis eſt, dimittat vobis peccata veſtra.

Quod ſi vos non dimiſeritis: nec Pater veſter, qui in cœlis eſt, dimittet vobis peccata veſtra.

*Lu.20.1 * Et veniunt rurſus Ieroſolymam. Et cum ambularet in templo, accedunt ad eum Summi Sacerdotes, & Scribæ, & Seniores:

Et dicunt ei: In qua poteſtate hæc facis? & quis dedit tibi hanc poteſtatem, vt iſta facias?

Ieſus autem reſpondens, ait illis: Interrogabo vos & ego vnum verbum & reſpondete mihi: & dicam vobis in qua poteſtate hæc faciam.

Baptiſmus Ioannis, de cœlo erat, an ex hominibus? Reſpondete mihi.

At illi cogitabant ſecum, dicentes: Si dixerimus, De cœlo, dicet, Quare ergo non credidiſtis ei?

Si dixerimus: Ex hominibus, timemus populum. omnes enim habebant Ioannem quia vere prophera eſſet.

Et reſpondentes dicunt Ieſu: Neſcimus. Et reſpondens Ieſus ait illis: Neque ego dico vobis in qua poteſtate hæc faciam.

CAP. XII.

Mar. 21. 33. Luc.20.9 Iſa.5.1. Ier.2.21. ET cœpit illis in parabolis loqui: Vineam plantauit homo, & circumdedit ſepem, & fodit lacum, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis, & peregre profectus eſt.

Et miſit ad agricolas in tempore ſeruum vt ab agricolis acciperet de fructu vineæ.

Qui apprehenſum eum ceciderunt, & dimiſerunt vacuum.

Et iterum miſit ad illos alium ſeruum: & illum in capite vulnerauerunt, & contumelijs affecerũt.

Et rurſum alium miſit, & illum occiderunt: & plures alios: quoſdam cædentes, alios vero occidentes.

Adhuc ergo vnum habens filium clariſſimum: & illum miſit ad eos nouiſſimum, dicens: Quia reuerebuntur filium meum.

Coloni aũt dixerunt ad inuicem: Hic eſt heres: venite, occidamus eum: & noſtra erit hereditas.

Et apprehendentes eum, occiderunt: & eiecerunt extra vineam.

Quid ergo faciet Dominus vineæ? Veniet, & perdet colonos: & dabit vineam alijs.

* Pſ.117. 22. Iſa.28.16 Act.4.11. Nec ſcripturam hanc legiſtis: * Lapidem, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli:

A Domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris?

Rõ.9.33. 1.Pet.2.8 Mat.21. 42. *Mat.22. 15. Lu.20.20 Et quærebant eum tenere, & timuerunt turbam: cognouerunt enim quoniam ad eos parabolam hanc dixerit. Et relicto eo abierunt.

* Et mittunt ad eum quoſdam ex Phariſæis & Herodianis, vt eum caperent in verbo.

Qui venientes dicunt ei: Magiſter, ſcimus quia verax es & non curas quemquam: nec enim vides in faciem hominum, ſed in veritate viam Dei doces: licet dari tributum Cæſari, an non dabimus?

Tranſl. ex Syriac.

23 *Amin dico vobis: Quicumque dixerit monti huic, tollitor, & cade in mare; nec dubitauerit in corde ſuo, ſed crediderit futurum id quod dixit, fiet ei quicquid dixerit.*

24 *Propterea dico vobis. Quicquid orauerit is & petieritis, credite vos accepturos, & fiet vobis.*

25 *Et quum adſtiteritis ad fundendas preces remittite ſi quid habetis aduerſus aliquem: vt & Pater veſter qui eſt in cœlis, remittat vobis offenſas veſtras.*

26 *Sin autem vos non remiſeritis: nec etiam Pater veſter qui in cœlis eſt, remittet vobis offenſas veſtras.*

27 *Et venerunt rurſus in Ouriſchlem, quumque ambularet in templo, venerunt ad eum Principes Sacerdotum, & Scribæ, & Seniores:*

28 *Ac dicunt ei: Quanam auctoritate hæc facis? & quis dedit tibi auctoritatem iſtam, vt hæc facias?*

29 *Ipſe verò Ieſchua ait illis: Interrogabo vos & ego verbum vnum, vt dicatis mihi: & ego vobis dicam quanam auctoritate hæc facio.*

30 *Baptiſmæ ipſius Iouchanon vndenam erat? è cœlo, an ex hominibus? Dicite mihi.*

31 *Et ratiocinabantur apud ſe, ac dicebant: Si dixerimus ei, E cœlo, dicet nobis: Quare ergo fidem ei non adhibuiſtis?*

32 *Quòd ſi dixerimus: Ex hominibus, timor imminet à populo. omnes enim tenebant (exiſtimabant) ipſum Iouchanon verè prophetam fuiſſe.*

33 *Reſponderunt itaque ac dicunt ipſi Ieſchua: Neſcimus. Subdit eis: Nec ego dicam vobis, quanam auctoritate hæc facio.*

CAP. XII.

1 *ET cœpit colloqui eis per parabolas: Vir quidam plantauit vineam, & obuallauit eam ſepimento, & fodit in ea torcular, exſtruxitq; turrim & elocauit eam agricolis, ac peregrè profectus eſt.*

2 *Miſitq; ſeruum ſuum ad agricolas ſuo tempore, vt de fructibus vineæ acciperet.*

3 *Illi verò percuſſerunt eum, vacuumque dimiſere.*

4 *Et miſit rurſus ad eos ſeruum alium: ſed & illum lapidarunt & vulnerarunt, eumque dimiſerunt cum ignominia.*

5 *Et miſit rurſus alium, ſed & eum interfecerunt: multos deniq; ſeruos alios miſit, quorum nonnullos percuſſerunt, cæteros verò trucidarunt.*

6 *Tandem verò vnicum filium dilectum habebat, quem miſit ad eos vltimum: dicebat enim: Iam reuerebuntur filium meum.*

7 *Illi verò agricolæ dixerunt apud ſe: Hic eſt hæres: venite, interſiciamus eum: & noſtra erit hæreditas.*

8 *Prehenderunt itaque, trucidarunt eum: eumq; eiecerunt extra vineam.*

9 *Quid ergo faciet Dominus vineæ? Veniet, perdet agricolas illos: dabitque hanc vineam alijs.*

10 *Nec hanc quidem ſcripturam legiſtis? Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, is factus eſt in caput anguli.*

11 *A Domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris.*

12 *Et quærebant eum prehendere, ſed timebant à populo: ſciebant enim aduerſus ipſos eum dixiſſe hanc parabolam. Et reliquerunt eum, atque abiere.*

13 *Porrò miſerunt ad eum quoſdam è Scribis, & domeſticis Heroudis, vt anceparentur eum in ſermone.*

14 *Illi autem venerunt, & interrogauerũt eum: Doctor, nouimus te veracem eſſe, nullius q; ſuſtinere ſollicitudinem (neminemque curare) nec enim reſpicis in faciem hominis, ſed in veritate viam Dei doces. Licet dare pecuniam capitatim Cæſari, nec ne? demus, an non demus?*

Transl. B. Ariæ Mont.

Amen enim dico vobis, quia quicumque dixerit 23
monti huic: Tollere, & mittere in mare: & non hę-
sitauerit in corde suo, sed crediderit quia quæ di-
cit fiat, fiet ei quod dixerit.

Propter hoc dico vobis? Omnia quæcumque 24
orantes petitis, credite quia accipitis, & erũt vobis.

Et cum stabitis orantes, dimittite siquid habetis 25
aduersus aliquem, vt & Pater vester qui in cælis,
dimittat vobis lapsus vestros.

Si vero vos non dimiseritis, nec Pater vester 26
qui in cælis, dimittet lapsus vestros.

Et veniunt rursus in Hierosolymam: Et in tem- 27
plo deambulante ipso, accedunt ad eum summi
Sacerdotes, & Scribæ, & seniores.

Et dicunt ei: In qua auctoritate hæc facis? & 28
quis tibi auctoritatem hanc dedit, vt ista facias?

At Iesus respondens, ait illis: Interrogabo vos 29
& ego vnum verbum & respondete mihi, & di-
cam vobis in qua auctoritate hæc faciam.

Baptismus Ioannis de cælo erat, an ex homini- 30
bus? Respondete mihi.

Et rationabantur apud seipsos, dicentes: Si dixe- 31
rimus, de cælo, dicet. Propter quid ergo non credi-
distis ei?

Sed dicamus ex hominibus, timebant populum. 32
Omnes enim habebant Ioannem, quia verè Pro-
pheta erat.

Et respondentes dicunt Iesu: Nescimus. Et Iesus 33
respondens, ait illis: Neque ego dico vobis in qua
auctoritate hæc faciam.

CAP. XII.

ET cœpit illis in parabolis dicere: Vineam plan- 1
tauit homo, & circumposuit sepem, & fodit
lacum, & ædificauit turrim, & elocauit eam agri-
colis: & peregre profectus est.

Et misit ad agricolas tempore seruum, vt ab 2
agricolis acciperet de fructu vineæ:

Illi autem sumentes eum ceciderunt: & dimise- 3
runt vacuum.

Et iterum misit ad illos alium seruum: & illum 4
lapidantes, in capite vulnerauerunt, & ablegaue-
runt inhonoratum.

Et rursum alium misit: & illum occiderunt, & 5
plures alios: hos quidem cædentes, hos vero occi-
dentes.

Adhuc ergo vnum filium habens dilectum suũ, 6
misit & illum ad eos nouissimum, dicens: Quia
reuerebuntur filium meum.

Illi vero agricolæ dixerũt apud seipsos: Quod hic 7
est hęres: venite occidamꝰ eũ, & nostraerit hęreditas

Et apprehendentes eum, occiderunt, & eiecerunt 8
extra vineam.

Quid ergo faciet dominus vineæ? Veniet, & per- 9
det colonos, & dabit vineam aliis.

Nec scripturam hanc legistis Lapidem quem re- 10
probauerunt ædificantes, hic factus est in caput
anguli.

A Domino factum est istud, & est mirabile in 11
oculis nostris.

Et quærebant eum prehendere, & timuerũt tur- 12
bam: cognouerunt enim quoniam ad eos paraboo-
lam dixerit. Et sinentes eum abierunt.

Et mittunt ad eum quosdam Pharisæorum & 13
Herodianorum, vt eum captarent sermone.

Illi autem venientes dicunt ei: Magister, scimus 14
quia verax es, & non cura est tibi de nullo: non
enim aspicis in faciem hominum, sed in veritate
viam Dei doces. Licet censum Cæsari dare, an
non? dabimus, an non demus?

Transl. Erasm. Roterod.

Amen dico vobis, quod quicumque dixerit monti huic: 23
Tollaris ac mittaris in mare, & non hæsitauerit in cor-
de suo, sed crediderit, fore quæ dixerit, erit illi quidquid
dixerit.

Propterea dico vobis, quæcunque orantes petitis, credite 24
quod accipitis, & erunt vobis.

Et cum steteritis orantes, remittite si quid habetis ad- 25
uersus aliquem, vt & pater vester, qui in cœlis est, re-
mittat vobis delicta vestra,

Et veniunt rursum Hierosolymam, & cum ambularet 27
in templo, veniunt ad illum principes sacerdotum &
scribæ & seniores.

Et dicunt illi: Qua autoritate hæc facis, & quis tibi 28
dedit autoritatem istam, vt ista facies?

Iesus autem respondens, dixit illis: Quaram à vobis, & 29
ipse quiddam, & respondete mihi, & dicam vobis qua
autoritate hæc faciam.

Baptismus Ioannis vtrum è cœlo erat, an ex homini- 30
bus? Respondete mihi.

Et cogitabant apud se, dicentes: Si dixerimus, è cœlo, 31
dicet: Cur igitur non credidistis illi?

At si dixissent, ex hominibus, timebant populum. Om- 32
nes enim habebant Ioannem, quod vere propheta fuisset.

Et respondentes, dicunt Iesu: Nescimus. Et Iesus re- 33
spondens dicit illis: Nec ego dicam vobis, qua autoritate
hæc faciam.

CAP. XII.

ET cœpit illis per parabolas loqui. Vineam plantauit 1
homo, & circundederat sepem, & foderat lacum. &
ædificauerat turrim, & elocauerat eam agricolis, & pe-
regre profectus est,

Et misit ad agricolas, cum opportunum esset, seruum vt 2
ab agricolis acciperet de fructu vineæ.

At illi arreptum illum ceciderunt, ac remiserunt va- 3
cuum.

Et rursum misit ad illos alium seruum, & illi coniec- 4
tus in eum saxis comminuerunt illi caput, & remiserunt
contumelijs affectum.

Et rursum alium misit, & illum occiderunt: multos q́ 5
alios, hos quidem cædentes, illos vero occidentes.

Itaque cum vnum adhuc haberet filium suum dile- 6
ctum, misit etiam illum ad illos postremum, dicens: Reue-
rebuntur filium meum:

Illi vero agricolæ dicebant inter sese. Hic est hæres ve- 7
nite occidamus eum, & nostra erit hereditas.

Et arreptum illum occiderunt, & eiecerunt è vinea. 8

Quid igitur facturus est dominus vineæ? veniet & 9
perdet agricolas, & dabit vineam alijs:

An ne hanc quidem scripturam legistis? Lapidem quem 10
reprobauerunt ij qui ædificabant, hic factus est caput an-
guli:

A Domino factum est hoc, & est admirabile in oculis 11
nostris.

Et quærebant eum comprehendere, & metuebant tur- 12
bam. Sciebant enim, quod aduersus ipsos parabolam dixis-
set. Et relicto illo abierunt.

Ac mittunt ad illum quosdam è phariſais & Herodia- 13
nis, vt eum captarent sermone.

Illi vero cum venissent, dicunt ei: Præceptor, scimus 14
quod verax es, & non curas quenquam: non enim respicis
personam hominum, sed cum veritate viam Dei doces:
Licet censum Cæsari dare, an non? demus, an non demus?

Vulgat. Editio.

Qui sciens versuciam illorum, ait illis: Quid me tentaris? afferte mihi denarium vt videam.

At illi attulerunt ei. Et ait illis: Cuius est imago hæc, & inscriptio? Dicunt ei: Cæsaris.

Respondens autem Iesus dixit illis: * Reddite igitur quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo. Et mirabantur super eo.

* Et venerunt ad eum Sadducæi, qui dicunt resurrectionem non esse: & interrogabant eum dicentes:

Magister: Moyses nobis scripsit. * vt si cuius frater mortuus fuerit, & dimiserit vxorem, & filios non reliquerit, accipiat frater eius vxorem ipsius, & resuscitet semen fratri suo.

Septem ergo fratres erant: & primus accepit vxorem, & mortuus est non relicto semine.

Et secundus accepit eam, & mortuus est: & nec ipse reliquit semen: & tertius similiter.

Et acceperunt eam similiter septem. & non reliquerunt semen: nouissima omnium defuncta est, & mulier.

In resurrectione ergo cum resurrexerint, cuius de his erit vxor? Septem enim habuerunt eā vxorē.

Et respondens Iesus ait illis: nonne ideo erratis, non scientes scripturas, neque virtutem Dei?

Cum enim à mortuis resurrexerint, neque nubent, neque nubentur, sed sunt sicut Angeli in cœlis.

De mortuis autem quod resurgant: non legistis in libro Moysi, super rubum quomodo dixerit illi Deus, inquiens: Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob?

Non est Deus mortuorum, sed viuorum: Vos ergo multum erratis.

Et accessit vnus de scribis, qui audierat illos conquirentes: & videns quoniam bene illis respondisset, interrogauit eum quod esset primum omnium mandatum.

Iesus autem respondit ei: Quia primum omnium mandatum est: Audi Israel, Dominus Deus tuus, Deus vnus est.

Et diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota virtute tua. Hoc est primum mandatum.

Secundum autem simile est illi: * Diliges proximum tuum tanquam teipsum: Maius horum aliud mandatum non est.

Et ait illi Scriba: Bene Magister, in veritate dixisti, quia vnus est Deus, & non est alius præter eum.

Et vt diligatur ex toto corde, & ex toto intellectu, & ex tota anima, & ex tota fortitudine: & diligere proximum tanquam seipsum: maius est omnibus holocaustomatibus & sacrificiis.

Iesus autem videns quod sapienter respondisset, dixit illi: Non es longe a regno Dei: Et nemo iam audebat eum interrogare.

Et respondens Iesus, docebat, docens in templo: Quomodo dicunt Scribæ Christum filium esse Dauid?

Ipse enim Dauid dicit in Spiritu sancto: * Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.

Ipse ergo Dauid dicit eum Dominum, & vnde est filius eius? Et multa turba eum libenter audiebat.

Et dicebat eis in doctrina sua: * Cauete à Scribis, qui volunt in stolis ambulare, & salutari in foro.

Transl. ex Syriac.

Ipse verò cognouit fraudem eorum, & ait illis: Quid me tentatis? afferte mihi denarium vt videam.

Et protulerunt ei. Et ait illis: Cuius est imago hæc, & inscriptio? Illi autem dixerunt, Cæsaris.

Ait illis Ieschua: Quæ sunt Cæsaris, date Cæsari: & quæ Dei, Deo. Et admirabantur super eo.

Venerunt porrò Zadoukei ad eum, ij qui dicunt non esse resurrectionem: & interrogabant eum, dicentes:

Doctor: Mauschè scripsit nobis, si mortuus fuerit frater alicuius, & reliquerit vxorem, liberos autem non reliquerit, accipiat ipsius frater vxorem eius, & suscitet semen fratri suo.

Septem erant fratres: primus duxit vxorem, & mortuus est, nec reliquit semen.

Et secundus accepit eam, & mortuus est, quum nec ipse reliquisset semen: & tertius itidem.

Denique acceperunt eam septem illi, nec reliquerunt semen: Postrema omnium mortua est, & ipsa mulier.

In resurrectione ergo cuinam ex eis futura est vxor? siquidem septem illi duxerunt eam.

Dixit ei Ieschua: An non propterea erratis, quòd nescitis scripturas, neque virtutem Dei?

Quum enim resurrexerint à mortuis, nec ducunt vxores, nec sunt fœminæ viris; sed sunt instar Angelorum qui in cœlis sunt.

De mortuis verò quòd resurgant: non legistis in libro Mauschè, quomodo è rubo dixerit ei Deus: Ego sum Deus Abrahæ, & Deus Ischak, & Deus Iaakobi?

Non est Deus mortuorum, sed viuentium: Vos ergo multùm erratis.

Et accessit vnus è scribis, & audiit eos disceptantes, videns eum illis perfectè respondisse, interrogauit eum quodnam esset præceptum primum omnium.

Ait illi Ieschua: Primum omnium præceptorum est: Audi Israel, Dominus Deus noster, Dominus vnus est.

Ama diligas Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota virtute tua: Ista est præceptum primum.

Et secundum ei simile: Diliges proximum tuum sicut animam tuam: Præceptum aliud maius ipsis non est.

Dixit ei Scriba ille: Bene Domine mi, veraciter dixisti, siquidem vnus est Deus, nec est alius præter eum.

Quem quis diligat toto ex corde, & ex tota mente, & ex tota anima, & ex tota virtute: diligere proximum sicut seipsum: plus est, quàm omnia holocausta, & sacrificia.

Ieschua autem videns eum sapienter respondisse, ait illi: Non es procul à regno Dei: Et nemo iam ausus est amplius eum interrogare.

Et respondit Ieschua, & ait quum doceret in templo: Quomodo dicunt Scribæ Christum esse filium Dauidi?

Quandoquidem ipsemet Dauid ait per Spiritum sanctum: Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, donec ponam hostes tuos scabellum pedum tuorum.

Ipse ergo Dauid vocat eum Dominum, & quomodo filius eius est? Et omnis turba audiebat eum libenter.

Porrò in doctrina sua dicebat ei: Cauete à Scribis, qui volunt eum stolis incedere, amantque salutationes in foro.

Transl. B. Ariæ Mont.

Ille verò sciēs eorū hypocrisim ait illis: Quid me tentatis? Afferte mihi denarium, vt videam.

Illi autem attulerunt. Et ait illis: Cuius imago hæc, & inscriptio? Illi autem dixerunt ei: Cæsaris.

Et respondens Iesus, dixit illis: Reddite quæ Cæsaris, Cæsari: & quæ Dei, Deo. Et mirabantur super eo.

Et veniunt Sadducæi ad eum, qui dicunt resurrectionem non esse: & interrogabant eum, dicentes:

Magister, Moyses scripsit nobis, quod si cuius frater mortuus fuerit, & dimiserit vxorem, & natos non reliquerit, vt accipiat frater eius vxorem ipsius, & resuscitet semen, fratri suo.

Septem fratres erant: & primus accepit vxorem, & moriens non reliquit semen.

Et secundus accepit eam, & mortuus est: & nec ille reliquit semen, & tertius similiter.

Et acceperunt eam septem: & non reliquerunt semen. Nouissima omnium defuncta est & mulier.

In ergo resurrectione cum resurrexerint, cuius eorum erit vxor? nam septē habuerūt eā vxorem.

Et respondens Iesus, ait illis: Non propter hoc erratis, non scientes scripturas, neq; efficaciā Dei?

Cum enim è mortuis resurrexerint, neque nubent, neque nubuntur, sed sunt sicut angeli qui in cælis.

De autem mortuis, quod excitantur, non legistis in libro Moysi, super rubum quomodo dixerit illi Deus, inquiens: Ego Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob?

Non est Deus Deus mortuorum. sed Deus viuorum. Vos ergo multum erratis.

Et accedens vnus Scribarum, audiens illos conquerentes, videns quod pulchrè illis responderit, interrogauit eum, quod esset primum omnium mandatum.

At Iesus respondit ei, quia primum omnium mandatorum: Audi Israel: Dominus Deus noster, Dominus vnus est.

Et diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota cogitatione tua, & ex tota virtute tua. Hoc primum mandatū.

Et secundum simile hoc: Diliges proximum tuum vt teipsum. Maius horum aliud mandatum non est.

Et ait illi Scriba: Pulchrè Magister in veritate dixisti, quia vnus est Deus, & non est alius præter eum.

Et diligere eum ex toto corde, & ex toto intellectu, & ex tota anima, & ex tota fortitudine: & diligere proximum vt seipsum, plus est omnibus holocantomatibus, & sacrificiis.

Et Iesus videns eum quia cordatè respondisset, dixit illi: Nō longe es à regno Dei. Et nemo non amplius audebat eum interrogare.

Et respondēs Iesus, dicebat, docēs in tēplo: Quomodo dicūt Scribæ, quod Christus filius est Dauid?

Ipse enim Dauid dixit in Spiritu sancto: Dicit Dominus Domino meo: Sede à Dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.

Ipse ergo Dauid dicit eum Dominum: & vnde filius eius est? Et multa turba audiebat eum libenter.

Et dicebat eis in doctrina sua: Respicite à Scribis volentibus in stolis deambulare, & salutationes in foris:

Transl. Erasm. Roterod.

Ille vero sciens illorum simulationem, dixit illis: Quid me tentatis? Afferte mihi denarium, vt videam.

Illi vero attulerunt. Et dicit eis: Cuius est imago hæc & inscriptio? Illi vero dixerunt ei: Cæsaris.

Et respondens Iesus dixit illis: Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ Dei sunt Deo. Et admirati sunt de eo.

Et veniunt sadducæi ad illum, qui dicunt, non esse resurrectionem: interrogauerunt q; eum, dicentes:

Præceptor, Moyses scripsit nobis, si cuius frater moriatur, ac relinquat vxorem, & liberos non relinquat, vt accipiat frater eius vxorem illius, & suscitet semen fratri suo.

Septem fratres fuerunt, ac primus accepit vxorem, is q; moriens non reliquit semen.

Et secundus accepit illam, ac mortuus est: & nec ipse reliquit semen, & tertius similiter.

Et acceperunt eam septem, nec reliquerunt semen. Postrema vero omnium mortua est & vxor.

In resurrectione igitur, cum resurrexerint, cuius illorum erit vxor? Nam septem habuerunt eam vxorem.

Et respondens Iesus, dixit eis: An non propterea erratis, quod nesciatis scripturas, neque virtutem Dei?

Cum enim à mortuis resurrexerint, neque contrahunt matrimonium, neque nuptum dantur, sed sunt velut angeli qui in cœlis sunt.

Cæterum de mortuis, quod resuscitantur, non legistis in libro Moysi, quo modo in rubo locutus sit illi Deus dicens: Ego ille Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob.

Non est Deus mortuorum, sed Deus viuentium. Vos igitur multum erratis.

Et cum accessisset quidam è scribis, & audisset eos simul disputantes, videret q; quod bene respondisset eis, interrogauit illum: Quod est primum omnium præceptorum?

Iesus autem respondit illi: Primum omnium præceptum est: Audi Israel, Dominus Deus noster, dominus vnus est.

Et diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex totis viribus tuis. Hoc est primum præceptum.

Et secundum simile hoc est: Diliges proximum tuum, vt te ipsum. Maius his aliud præceptum non est.

Et dixit illi scriba: Bene præceptor cum veritate dixisti, quod vnus sit Deus, & non sit alius præter illum,

Quod q; diligere eum ex toto corde, & ex tota intelligentia, & ex tota anima, & ex totis viribus ac diligere proximum vt seipsum, plus sit quam vniuersa holocaustomata & victimæ.

At Iesus cum videret quod cordatè respondisset, dixit illi: Haud longe abes à regno Dei. Et nemo post illa audebat illum interrogare.

Et respondens Iesus dicebat, docens in templo: Quomodo dicunt scribæ, Christum esse filium Dauid?

Nam ipse Dauid dixit afflatus spiritu sancto: Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris mihi. Donec posuero inimicos tuos scabellum pedum tuorum.

Ipse ergo Dauid vocat eum Dominum, & vnde filius eius est? Et pleraque turba audiebat illum libenter.

Et dicebat illis in doctrina sua: Cauete à scribis, qui amant stolati obambulare, & amant salutationes in foris,

Vulgat. Editio.

Et in primis cathedris sedere in synagogis, & primos discubitus in cœnis.

Qui devorant domos viduarum sub obtentu prolixæ orationis: hi accipiẽt prolixius iudicium.

* Et sedens Iesus contra gazophylacium, aspiciebat quomodo turba iactaret æs in gazophylacium, & multi divites iactabant multa.

Cum venisset autem vidua vna pauper, misit duo minuta, quod est quadrans:

Et convocans discipulos suos, ait illis: Amen dico vobis, quoniam vidua hæc pauper plus omnibus misit, qui miserunt in gazophylacium.

Omnes enim ex eo, quod abundabat illis, miserunt: hæc vero de penuria sua omnia quæ habuit misit totum victum suum.

* Lu. 21. 1.

CAP. XIII.

Et cum egrederetur de templo, ait illi vnus ex discipulis suis: Magister, aspice quales lapides, & quales structuræ.

Mat. 24. 1. Luc. 19. 44. & 21. 5.

Et respondens Iesus, ait illi: Vides has omnes magnas ædificationes? Non relinquetur lapis super lapidem, qui non destruatur.

Et cum sederet in Monte olivarum contra templum, interrogabant eum separatim Petrus, & Iacobus, & Ioannes, & Andreas:

Dic nobis, quando ista fient? & quod signũ erit, quando hæc omnia incipient consummari?

Et respondens Iesus cæpit dicere illis: † Videte ne quis vos seducat:

* Eph. 5. 6. 2. The. 2. 3.

Multi enim venient in nomine meo dicentes, quia ego sum: & multos seducent.

Cum audieritis autem bella, & opiniones bellorum, ne timueritis: oportet enim hæc fieri: sed nondum finis.

Exurget enim gens contra gentem, & regnum super regnum, & erunt terræmotus per loca, & fames. Initium dolorum hæc.

Videte autem vosmetipsos. Tradent enim vos in concilijs, & in synagogis vapulabitis, & ante præsides, & reges stabitis propter me, in testimonium illis.

Et in omnes gentes primum oportet prædicari Euangelium.

* Et cum duxerint vos tradentes, nolite præcogitare quid loquamini: sed quod datũ vobis fuerit in illa hora id loquimini: non enim vos estis loquentes sed Spiritus sanctus.

* Mat. 10. 19. Lu. 12. 11. & 21. 14.

Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium: & consurgent filij in parentes, & morte afficient eos.

Et eritis odio omnibus propter nomen meum: Qui autem sustinuerit in finem, hic salvus erit.

† Cum autem videritis abominationem desolationis stantem, vbi non debet, qui legit, intelligat: tunc qui in Iudæa sunt, fugiant in montes:

* Dan. 9. 27. Mat. 24. 16. Lu. 21. 21.

Et qui super tectum, ne descendat in domum, nec introeat vt tollat quid de domo sua:

Et qui in agro erit, non revertatur retro tollere vestimentum suum.

Væ autem prægnantibus, & nutrientibus in illis diebus.

Orate vero vt hieme non fiant.

Erunt enim dies illi tribulationes tales, quales non fuerunt ab initio creaturæ, quam condidit Deus, vsque nunc, neq; fient.

Transl. ex Syriac.

Primosque consessus in synagogis, & primos accubitus in cœnis.

Illi devorant ædes viduarum, ea occasione quòd prorogent preces suas: isti recepturi sunt iudicium maius.

** Dumque sederet Ieschua è regione gazophylacij spectabat quomodo turba iniicerent pecuniam in gazophylacium, multiq; divites iniiciebant multum.*

Marmitæ seu Cistæ Graciæ.

Veniens autem vidua quædam pauperrima iniecit duo minuta quod est octava pars:

Et advocavit Ieschua discipulos suos, & ait illis: Amin dico vobis, ista vidua pauperrima plusquam omnes homines qui coniecerunt, coniecit in gazophylacium.

Cuncti siquidem ex eo quod sibi ipsis redundat coniecerat ista è penuria sua quicquid habebat coniecit, omnem, inquam, possessionem suam.

CAP. XIII.

Quumque exiret Ieschua è templo, dixit ei vnus ex discipulis suis: Magister, ecce vide quales lapides, & qualia ædificia.

Ieschua autem dixit ei: Vides ista ædificia magnifica? Non relinquetur hic lapis super lapidem qui non destruatur.

Et quum sederet Ieschua in Monte olivarum è regione templi, interrogarunt eum Kepho, & Iaakoub, & Iouchanon, & Andreas soli:

Dic nobis, quando hæc futura sunt, & quod est signum, quum appropinquabunt hæc omnia ad consummationem?

Ipse verò Ieschua cæpit eis dicere: Videte ne quis inducat vos in errorem.

Multi si quidem venturi sunt in nomine meo, dicturique, ego sum: & multos aberrare facient.

Quum autem audieritis prælia, & rumorem bellorum, ne timeatis: futurum est enim vt hæc fiant: sed nondum finis.

Surget enim gens in gentem, & regnum in regnum, fientque terræmotus in singulis locis, & erunt fames, & tumultus. Hæc sunt initium dolorum.

Cauete autem vobismetipsis. Tradent enim vos in iudicia (prætoria) & in synagogis eorum flagellis cademini, & coram regibus, & præfectis sistemini propter me, vt sit eis testimonio.

Prius autem prædicandum est Euangelium meum in omnibus gentibus.

Quum autem tradendos vos adducent, ne sitis antè solliciti quid loquamini, neque meditemini: sed id ipsum quod datum fuerit vobis illa ipsa hora, eloquimini: non enim estis loquentes sed Spiritus sanctitatis.

Tradet autem frater fratrem suum ad mortem, & pater filium suum: & insurgent filij contra patres suos, & enecabunt eos.

Et eritis exosi omnibus propter nomen meum: Qui verò sustinuerit vsque in finem, hic salvus erit.

Quum autem videritis portentum illud immundum vastationis quod dictum est per Daniel prophetam: stans vbi non oportet (qui legit, intelligat) tunc illi qui fuerint in Iihoudæa, fugiant in montem.

Et qui fuerit in tecto, ne descendat, nec ingrediatur vt auferat quicquam ex ædibus suis.

Et qui fuerit in agro, is ne revertatur retro vt tollat vestimentum suum.

Væ autem vterum ferentibus, & ijs quæ lactauerint per illos dies.

Orate verò ne fiat fuga vestra hyeme.

Fiet enim in illis diebus oppressio, qualis non extitit à principio creationis quam creavit Deus, nunc vsque, nec erit.

Transl. B. Ariæ Mont.

Et præsessiones in synagogis, & prælubitus in cœnis:

Deuorantes domos viduarum, & specie longa orantes: hi accipient abundantius iudicium.

Et sedens Iesus contra gazophylacium, aspiciebat quomodo turba iactaret æs in gacophylacium: & multi diuites iactabant multa.

Et veniens vna vidua pauper, iniecit minuta duo, quod est quadrans.

Et aduocans discipulos suos, ait illis: Amen dico vobis, quoniam vidua hæc pauper plus omnibus iniecit iniicientibus in gazophylacium.

Omnes ex redundante sibi iniecerunt: hæc verò ex penuria sua, omnia quæ habuit, iecit totum victum suum.

CAP. XIII.

Et egrediẽte illo ex templo, ait illi vnus ex discipulis suis: Magister, aspice quales lapides, & qualia ædificia.

Et Iesus respondens, ait illi: Vides hæc magna ædificia: Non relinquetur lapis super lapidem, qui non dissoluatur.

Et sedente ipso in monte Oliuarum, contra templum, interrogabant eum priuatim Petrus & Iacobus, & Ioannes, & Andreas:

Dic nobis, quando ista erunt, & quod signum quando futurum est hæc omnia consummari?

At Iesus respondens illis, cœpit dicere: Aspicite ne quis vos seducat.

Multi enim venient in nomine meo, dicentes: Quia ego sum: & multos seducent.

Cùm autem audieritis bella, & auditiones bellorum, ne turbemini: oportet enim fieri: sed nondum finis.

Excitabitur enim gens in gentem, & regnum super regnum: & erunt terræmotus per loca, & erunt fames & turbæ. Initia dolorum hæc.

Aspicite autem vosmetipsos. Tradent enim vos ad consessus, & in synagogas cædemini, & ad duces & reges sistemini causa mei, in testimonium illis.

Et in omnes gentes oportet primùm prædicari Euangelium.

Cùm autem duxerint vos tradentes, ne præanxiemini quid loquamini nec præmeditemini, sed quod datum fuerit vobis in illa hora, id loquimini, nõ enim estis vos loquẽtes, sed Spiritus sanctus.

Tradet autem frater fratrem in mortem, & Pater natum: & insurgent nati in parentes, & morte afficient eos.

Et eritis exosi ab omnibus propter nomẽ meum. autem permanens in finem, hic saluus erit.

Cum autem videritis abominationem desolationis, prolatam à Daniele Propheta, stantem vbi non oportet: (legens intelligat) tunc qui in Iudæa, fugiant in montes.

Qui autem super domum, ne descendat in domum, nec introeat tollere quid de domo sua:

Et qui in agrum existens, non reuertatur in quæ post tollere vestimentum suum.

Væ autem in vtero habentibus & nutrientibus in illis diebus.

Orate verò vt non fiat fuga vestra hyeme.

Erunt enim dies illi tribulatio, qualis non facta est talis ab initio conditionis, quam cõdidit Deus vsque nunc & non fiet.

Transl. Erasm. Roterod.

Primasq; sellas in congregationibus, & primos accubitus in cœnis.

Qui deuorant domos viduarum, & sub pretextu longas faciunt preces, isti accipient grauiorem damnationem.

Et cum sederet Iesus ex aduerso gazophylacij, spectabat quomodo turba mitteret æs in gazophylacii. Et multi diuites mittebant multa.

Et venit quidam vidua pauper, missq; minuta duo, quod est quadrans.

Vocatisq; ad se discipulis suis, dixit illis, Amen dico vobis, quod vidua hæc pauper plus misit, quam omnes qui miserunt in gazophylacium.

Nam omnes ex eo quod ipsis supererat, miserunt. At hæc è penuria sua omnia quæcunq; habebat misit, totam substantiam suam.

CAP. XIII.

Et cum exiret è templo, dicit illi quidam è discipulis illius: Præceptor, vide quales lapides, & quales substructiones.

Et Iesus respondens, ait illi: Vides has magnas substructiones? Non relinquetur lapis super lapidem, qui non diruatur.

Et cum sederet in monte oliuarum è regione templi interrogabant illum secreto Petrus & Iacobus, & Ioannes, & Andreas.

Dic nobis, quando hæc erunt? & quod signum est, quando hæc omnia sint consummanda?

At Iesus respondens illis, cœpit dicere: Videte, ne quis vos fallat.

Multi enim venient in nomine meo dicentes: Ego sum Christus, multosq; decipient.

Cum autem audieritis bella & rumores bellorum, ne turbemini: oportet enim fieri. at nondum finis.

Insurget enim gens aduersus gentem, & regnum aduersus regnum. Et erunt terræmotus in singulis locis, & erunt fames ac turbationes. Initia dolorum hæc.

Sed cauete vos vobis. Tradent enim vos in concilia & in synagogas, cædemini, & sub præsidibus ac regibus ducemini propter me in testimonium illis.

Et apud omnes gentes oportet prius prædicari euangelium.

Cum autem duxerint vos tradentes, ne præcogitetis quid dicturi sitis, neque meditemini, sed quicquid datum fuerit vobis in illa hora, hoc loquamini. Non enim estis vos qui loquimini, sed spiritus sanctus.

Traditurus est autem frater fratrem in mortem, & pater filium, & insurgent filij aduersus parentes, ac morte afficient eos.

Et eritis odio habiti ab omnibus propter nomen meum. Sed qui perseuerauerit vsq; ad finem, hic saluus erit.

Porrò cum videritis abominationem desolationis, de qua dictum est à Daniele propheta, stantem vbi non oportet, qui legerit, intelligat. Tunc qui fuerint in Iudæa, fugiant ad montes.

Qui verò fuerit in tecto, ne descendat in domum: nec ingrediatur, vt quicquid tollat è domo sua.

Et qui fuerit in agro, ne reuertatur ad ea quæ reliquit à tergo, ad tollendum pallium suum.

Væ autem prægnantibus & lactantibus in illis diebus.

Sed orate, ne fiat fuga vestra hyeme.

Erunt enim dies illi tales afflictio, qualis non fuit à primordio rerum conditarum, quas condidit Deus, vsque ad hoc tempus, nec futura est.

Vulgat. Editio.

Et nisi breuiasset Dominus dies, non fuisset salua omnis caro: sed propter electos, quos elegit, breuiauit dies,

*Mat.24. 23. Luc.21.8 *Et tunc si quis vobis dixerit: Ecce hic est Christus, ecce illic, ne credideritis.

Exurgent enim pseudochristi, & pseudoprophetæ, & dabunt signa, & portenta ad seducendos, si fieri potest, etiam electos.

Vos ergo videte: ecce prædixi vobis omnia.

*Ezc.32.7 Isa. 13. 10 Ioel. 2. 10 * Sed in illis diebus post tribulationē illam sol contenebrabitur, & luna nō dabit splendorē suū:

Et stellæ cœli erunt decidentes, & virtutes, quæ in cœlis sunt, mouebuntur.

Et tunc videbunt Filium hominis venientem in nubibus cum virtute multa, & gloria.

*Matt.24 31. * Et tunc mittet angelos suos, & congregabit electos suos à quatuor ventis, à summo terræ vsque ad summum cœli.

A ficu autem discite parabolam. Cum iam ramus eius tener fuerit, & nata fuerint folia, cognoscitis quia in proximo sit æstas:

Sic & vos cum videritis hæc fieri, scitote quod in proximo sit in ostiis.

Amen dico vobis, quoniam non transibit generatio hæc, donec omnia ista fiant.

Cœlum, & terra transibunt, verba autem mea non transibunt.

De die autem illo, vel hora nemo scit, neque Angeli in cœlo, neque Filius, nisi Pater:

*Mat.24. 42. * Videte, vigilate, & orate: nescitis enim quando tempus sit.

Sicut homo, qui peregre profectus reliquit domum suam, & dedit seruis suis potestatem cuiusque operis, & ianitori præcepit vt vigilet.

Vigilate ergo, (nescitis enim quando dominus domus veniat, sero, an media nocte, an galli cantu, an mane).

Ne, cum venerit repēte, inueniat vos dormiētes.

Quod autem vobis dico, omnibus dico: Vigilate.

CAP. XIIII.

Mat.26.2 Luc.22.1 ERat autem Pascha & Azyma post biduum: & quærebant Summi sacerdotes, & Scribæ quomodo eum dolo tenerent, & occiderent.

Dicebant autem: Nō in die festo, ne forte tumultus fieret in populo.

*Mat.26 6. Ioan.12.1 * Et cum esset Bethanię in domo Simonis leprosi, & recumberet: venit mulier habens alabastrum vnguenti nardi spicati pretiosi, & fracto alabastro, effudit super caput eius.

Erant autem quidam indignè ferentes intra semetipsos, & dicentes: Vt quid perditio ista vnguenti facta est?

Poterat enim vnguentum istud vænundari plus quam trecentis denarijs, & dari pauperibus. Et fremebant in eam.

Iesus autem dixit: Sinite eam, quid illi molesti estis? Bonum opus operata est in me.

Semper enim pauperes habetis vobiscū: & cum volueritis, poteritis illis benefacere: me autem non semper habetis.

Quod habuit hæc, fecit: præuenit vngere corpus meum in sepulturam.

Amen dico vobis: Vbicumque prædicatum fuerit Euangelium istud in vniuerso mundo, & quod fecit hæc, narrabitur in memoriam eius.

Transl. ex Syriac.

Et nisi dominus decurtasset dies illos, salua non esset omnis caro: sed propter electos quos elegit, decurtauit dies illos. 20

Tunc si quis dixerit vobis: Ecce hic est Meschicho, & ecce illic, ne credatis. 21

Surgent enim Pseudochristi, & pseudoprophetæ, & edēt signa & miracula, & seducent, si possit fieri, etiam electos. 22

Vos autem cauete, ecce prædixi vobis omnia. 23

Porrò in illis diebus post oppressionem illam Sol obscurabitur, nec Luna dabit splendorem suum. 24

Et stellæ cadent è cœlo, & virtutes cœlorum commouebuntur. 25

Tuncque videbunt Filium hominis venientem in nubibus cum virtute magna, & cum gloria. 26

Et tunc mittet Angelos suos, & congregabit electos suos à quatuor ventis ab extremo terræ ad extremum vsque cœli. 27

A ficu autem discite parabolam. Quum eius tenerescūt rami, & germinant folia, scitis aduenire æstatem. 28

Ita & vos quum videritis hæc fieri, scitote propè esse ad ualuas. 29

Amin dico vobis: Nequaquam præterierit generatio ista, vsque dum hæc omnia fiant. 30

Cœlum & terra præteribunt, nec sermones mei præteribunt. 31

Cæterum de die illo & illa hora nemo nouit, ne Angeli quidem cœlorum, nec ipse Filius, sed Pater. 32

Cauete, vigilate & orate: nescitis enim quando futurum sit hoc tempus. 33

Est enim tanquam vir qui peregrè profectus est, reliquitque domum suam, ac dedit potestatem seruis suis, & vnicuique opus suum, ianitori verò præcepit vt vigilans, esset. 34

Vigilate ergo, quippe qui nescitis quando venturus sit Dominus domus, vespere, an media nocte, an in cantu galli, an manè. 35

Nequum, venerit derepentè, inueniat vos dormientes. 36

Quod autem vobis dico, vobis omnibus idipsum dico, estote vigilantes. 37

CAP. XIIII.

Iesus ciuitatem Chaslaeum. *DVobus autem post diebus erat Pezcho Azymorum, & quærebant Principes sacerdotum, & Scribæ quomodo dolo prehenderent eum, & eum interficerent.* 1

Dicebantque: Non in festo, ne fiat tumultus in populo. 2

Et quum ipse esset in Beth-Anio in ædibus Schemeonis leprosi, dum accumberet, venit mulier habens secum alabastrum aromatis nardi præstantissimæ, multi pretij: & aperuit illud, effuditque super caput ipsius Ieschuæ. 3

Erant autem quidam ex discipulis quibus id displicebat apud se, & dixerunt: Quorsum facta est perditio huius aromatis? 4

Poterat enim venundari amplius quàm trecentis denarijs, & dari pauperibus. Et murmurabant in eam. 5

Ipse verò Ieschua dixit: Omittite eam, quid ei molesti estis? Bonum opus operata est in me. 6

Nam omni tempore pauperes habebitis vobiscum: & quandocumque volueritis, poteritis eis benefacere: ego verò non omni tempore ero apud vos. 7

Hæc quod habuit, egit: & præoccupauit, & tanquam ad sepulturam aromate condit corpus meum. 8

Equidem dico vobis: Vbicumque prædicabitur hoc Euangelium meum in vniuerso mundo, id etiam quod ista egit, narrabitur in memoriam ipsius. 9

Transl. B. Ariæ Mont.

Et ſi non Dominus contraxiſſet dies, non ſeruaretur omnis caro: ſed propter electos quos elegit, contraxit dies.

Et tunc ſi quis vobis dixerit: Ecce hic Chriſtus, aut ecce illic, ne credideritis.

Excitabuntur enim pſeudochriſti & pſeudoprophetæ, & dabunt ſigna & portenta ad ſeducendos, ſi poſsibile, & electos.

Vos autem aſpicite: ecce prædixi vobis omnia.

Sed in illis diebus poſt tribulationem illam ſol cõtenebrabitur, & luna nõ dabit ſplendoré ſuum:

Et ſtellæ cæli erunt decidentes, & efficaciæ quæ in cælis concutientur.

Et tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus cum efficacia multa & gloria.

Et tunc mittet angelos ſuos, & congregabit electos ſuos à quatuor ventis, ab extremo terræ vſque extremum cæli.

A autem ficu diſcite parabolam. Cùm iam ramus eius tener fuerit, & germinet folia, cognoſcitis quia prope æſtas eſt:

Sic & vos, cùm hæc videritis facta, cognoſcite quòd propè eſt ad fores.

Amen dico vobis, quoniam non præteribit generatio hæc, vſquequo omnia iſta fiant.

Cælum & terra præteribunt, at verba mea non præteribunt.

De autem die illo & hora, nemo ſcit, neque angeli qui in cœlo, neque Filius, ſi non Pater.

Aſpicite, vigilate, & orate: neſcitis enim quando tempus eſt.

Sicut homo peregrè profectus relinquens domum ſuam, & dans ſeruis ſuis auctoritatem, & cuique opus ſuum, & ianitori præcepit vt vigilet.

Vigilate ergo (neſcitis enim quando dominus domus veniat: veſpere, an media nocte, an gallicantu, an manè.)

Ne veniens repentè, inueniat vos dormientes.

Quæ autem vobis dico, omnibus dico Vigilate.

CAP. XIIII.

ERat autem Paſcha, & Azyma poſt duos dies: & quærebant ſummi Sacerdotes & Scribæ quomodo eum in dolo prehendentes occiderent.

Dicebant autem: Non in feſto, ne quãdo tumultus ſit populi.

Et exiſtente eo in Bethania, in domo Simonis leproſi, accumbente eo venit mulier habens alabaſtrum vnguenti nardi probati multi pretij, & confringens alabaſtrum, effudit ei iuxta caput.

Erant autem quidam indignati apud ſemetipſos, & dicentes: Ad quid perditio iſta vnguenti facta eſt?

Poterat enim iſtud vænundari ſuper trecentis denarijs, & dari pauperibus. Et fremebant ei.

At Ieſus dixit: Sinite eam: quid illi moleſtias exhibetis? pulchrum opus operata eſt in me.

Semper enim pauperes habetis cum vobis, & cum volueritis poteſtis illis benefacere: me autem non ſemper habetis.

Quod habuit hæc, fecit: præoccupauit vngere meum corpus in ſepulturam.

Amen dico vobis, vbicunque prædicatum fuerit Euangelium iſtud in totum mundum, & quod fecit hæc, narrabitur in memoriam eius.

Transl Eraſm. Roterod.

Et niſi dominus abbreuiaſſet dies, haud quaquàm ſalua fuiſſet vniuerſa caro. Sed propter electos quos elegit, abbreuiauit dies.

Ac tum, ſi quis vobis dixerit: Ecce hic Chriſtus, ecce illic, ne credatis.

Exorientur pſeudochriſti, & pſeudoprophetæ & edent ſigna, ac prodigia, ad decipiendum, ſi fieri poſſit, etiam electos.

Vos autem cauete, ecce prædixi vobis omnia.

Cæterum in illis diebus poſt afflictionem illam ſol obtenebrabitur, & luna non dabit ſplendorem ſuum:

Et ſtellæ cœli decident, & virtutes quæ in cœlis ſunt, concutientur.

Et tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus, cum poteſtate multa & gloria.

Et tunc mittet angelos ſuos, & aggregabit electos ſuos à quatuor ventis, à ſummo terræ vſq; ad ſummum cœli.

A ficu vero diſcite ſimilitudinem. Cum ramus eius iam tener fuerit, produxeritq; folia, ſcitis quod prope ſit æſtas.

Sic & vos cum hæc videritis fieri, ſcitote quod prope ſit in foribus.

Amen dico vobis, quod non præteribit generatio hæc, donec omnia hæc facta fuerint.

Cælum & terra præteribunt, ſed verba mea non præteribunt.

Cæterum de die illo ac tempore, nemo nouit, ne angeli quidem qui in cælo ſunt, nec ipſe filius, ſed ſolus pater.

Cauete, vigilate, & orate, neſcitis enim quando tempus ſit.

Sicut homo qui peregre agit relicta domo ſua, deditq; ſeruis ſuis poteſtatem, ac ſuum cuique opus, & ianitori mandauit vt vigilaret.

Vigilate igitur, neſcitis enim quando dominus domus venturus ſit, ſero, an medio noctis, an in gallicinio, an diluculo:

Ne ſi venerit repente, offendat vos dormientes.

Cæterum quæ dico vobis, omnibus dico, vigilate.

CAP. XIIII.

ERat autem paſcha, & azymorum dies futuri poſt biduum. Et quærebant ſummi ſacerdotes & ſcribæ, quomodo eum per dolum comprehenſum occiderent.

Dicebant autem: non in die feſto, ne tumultus fiat populi.

Et cum eſſet Bethaniæ in domo Simonis leproſi, accumbente eo venit mulier habens alabaſtrum vnguenti nardi piſticæ pretioſæ, & comminuto alabaſtro effudit illi in caput:

Erant autem quidam, qui indignarentur apud ſeſe, ac dicerent: Ad quid perditio hæc vnguenti?

Nam poterat hoc vendi pluris quã trecentis denarijs, ac dari pauperibus. Et infremuerunt aduerſus illam.

At Ieſus dixit: Sinite illam, cur illi moleſti eſtis? bonum opus operata eſt erga me.

Semper enim pauperes habetis vobiſcum: & quandocunq; volueritis, poteſtis illis benefacere: me vero nõ ſemper habetis.

Quod potuit, hæc fecit. præuenit, vt vngeret meum corpus ad ſepulturam.

Amen dico vobis: Vbicunq; prædicatum fuerit euangelium hoc in totum mundum, etiam hoc quod fecit hæc, dicetur in memoriam ipſius.

Vulgat. Editio.

*Mat.26. 14. * Et Iudas Iscariotes vnus de duodecim abijt ad Summos sacerdotes, vt proderet eum illis.

Qui audientes gauisi sunt: & promiserunt ei pecuniam se daturos. Et quærebat quomodo illum opportune traderet.

*Mat.26. 17. Luc.22.7 * Et primo die Azymorum, quando Pascha immolabant, dicunt ei discipuli: Quo vis eamus, & paremus tibi, vt manduces Pascha?

Et mittit duos ex discipulis suis, & dicit eis: Ite in ciuitatem, & occurret vobis homo lagenam aquæ baiulans, sequimini eum:

Et quocumque introierit, dicite domino domus, quia Magister dicit: Vbi est refectio mea, vbi Pascha cum discipulis meis manducem?

Et ipse vobis demonstrabit cœnaculum grande, stratum: illic parate nobis.

Et abierunt discipuli eius, & venerunt in ciuitatem: & inuenerunt sicut dixerat illis, & parauerunt Pascha.

*Mat.26. 20. Lu.22.14 Ioa.13.22 *Vespere autem facto, venit cum duodecim.

Et discumbentibus eis, & manducantibus, ait Iesus: Amen dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me, qui manducat mecum.

At illi cœperunt contristari, & dicere ei singulatim: Numquid ego?

Qui ait illis: Vnus ex duodecim, qui intingit mecum manum in catino,

*psl.40.10 Act.1.16. Et Filius quidē hominis vadit *sicut scriptū est de eo: væ autē homini illi, per quē Filius hominis tradetur: bonū erat ei, si nō esset natus homo ille.

*Mat.26. 26. 1.Cor.11 24. * Et manducantibus illis, accepit Iesus panem: & benedicens fregit, & dedit eis, & ait: Sumite, hoc est corpus meum.

Et accepto calice, gratias agens dedit eis: & biberunt ex illo omnes.

Et ait illis: Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur.

Amen dico vobis, quia iam non bibam de hoc genimine vitis vsque in diem illum, cum illud bibam nouum in regno Dei.

Et hymno dicto exierunt in Montem oliuarū.

*Ioan.16 32. *Zac.13.7 Et ait Iesus: * Omnes scandalizabimini in me in nocte ista, quia scriptum est: * Percutiam pastorem, & dispergentur oues:

Sed postquam resurrexero, præcedam vos in Galilæam.

Petrus autem ait illi: Et si omnes scandalizati fuerint in te, sed non ego.

Et ait illi Iesus: Amen dico tibi, quia tu hodie in nocte hac, priusquam gallus vocem bis dederit, ter me es negaturus.

At ille amplius loquebatur: Et si opportuerit me simul commori tibi, non te negabo: Similiter autem & omnes dicebant.

*Mat.26. 36. Lu.22.40 * Et veniunt in prædium, cui nomen Gethsemani. Et ait discipulis suis: Sedete hic donec orem.

Et assumit Petrum, & Iacobum, & Ioannem secum: & cæpit pauere, & tedere.

Et ait illis: Tristis est anima mea vsque ad mortem: sustinete hic, & vigilate.

Et cum processisset paululum, procidit super terrā: & orabat, vt si fieri posset, transiret ab eo hora:

Et dixit: Abba pater, omnia tibi possibilia sunt, transfer calicem hunc à me, sed non quod ego volo, sed quod tu.

Et venit & inuenit eos dormientes. Et ait Petro: Simon, dormis? non potuisti vna hora Vigilare?

Vigilate, & orate vt non intretis in tentationē: spiritus quidem promptus est, caro vero infirma.

Et iterum abiens orauit eundē sermonē dicens:

Transl. ex Syriac.

10 *Iihoudo autem Scarioutо vnus ex duodecim, abijt ad Principes sacerdotum, vt proderet eis Ieschua.*

11 *Illi verò quum hæc audissent latati sunt: & polliciti sunt argentum ei se daturos. Proinde quærebat sibi opportunitatem prodendi eum.*

12 *Et primo die Azymorum, quo sacrificant Iihoadei Pezcho, dicunt ei discipuli ipsius: Quò loci vis vt eamus tibi paraturi, vt comedas Pezcho?*

13 *Et misit duos è discipulis suis, dixitque eis: Ite in ciuitatem, & ecce occurret vobis homo baiulans vas aquale, ite post eum.*

14 *Et quò loci ingressurus est, dicite domino domus, Magister noster ait: vbi est domus conuiuij vbi comedam cum discipulis meis Pezcho?*

15 *Et ecce ostendet vobis cœnaculum magnum stratum ac præparatum: illic parate nobis.*

16 *Exierunt itaque discipuli eius, & venerunt in ciuitatem: & repererunt prout dixerat eis, parauerunt que Pezcho.*

17 *Quumque esset vespera, venit cum dodecade sua.*

18 *Et quum accumberent, ac manducarent, dixit Ieschua: Amin dico vobis, vnus ex vobis qui comedit mecum ipse prodet me.*

19 *Illi verò cœpersunt angi, & dicunt ei sigillatim: Numquid ego sum?*

20 *Ipse verò ait illis: Vnus è duodecim qui intingit mecum in paropside.*

21 *Et Filius hominis abijt sicut scriptum est de eo: Væ autem homini illi per quem proditur Filius hominis: præstaret homini illi, si natus non fuisset.*

22 *Quumq; illi manducarent, accepit Ieschua panem: & benedixit, fregitque, ac dedit eis, & ait illis: Accipite, hoc est ipsum corpus meum.*

23 *Et accepit calicem, & gratias egit, benedixitq; ac dedit eis: & biberunt ex eo omnes.*

24 *Et dixit eis: Hic est sanguis meus testamenti noui, qui pro multis effunditur.*

25 *Amin dico vobis, me amplius non bibiturum ex generatione vitis, vsque ad diem illum, quo bibam eam recenter in regno Dei.*

26 *Et laudes cantarunt, exierunt q; in Montem oliuarum.*

27 ** Et dixit eis Ieschua: Vos omnes offendimini in me ista nocte: scriptum est enim: Percutiam pastorem, & dispergentur oues ipsius.* *Nota Crucifixi.

28 *Sed quum surrexero, præibo vobis in Galilæam.*

29 *Dixit ei Kipho: Si omnes offendantur, ego verò non ité.*

30 *Ait illi Ieschua: Amin dico tibi hodie nocte ista priusquam cantauerit gallus duabus vicibus, ter negabis me.*

31 *Ille verò magis dicebat: Etiam si mihi moriendum sit tecum, non negabo te Domine mi: Itidem autem vt ipse & omnes discipuli dicebant.*

32 *Et venerunt in locum, qui vocatur Gadsimon, aitq; discipulis suis: Sedete hic, donec preces fudero.*

33 *Et duxit secum Kipho, & Iaakoub, & Iouchanon: cœpitque contristari & angi.*

34 *Et ait illis: Ægritudo inest anima mea vsque ad mortem: expectate me hic, & vigilate.*

35 *Et accessit paululum, procidit q; in terram: & orabat vt si fieri posset, transiret ab eo illa hora.*

36 *Et ait: Pater, Pater mi, tu potes omnia, transfer à me calicem istum: verumtamen non voluntas mea, mei, inquam, ipsius, sed tua fiat.*

37 *Veniens autem inuenit eos dormientes. Aitq; Kipho: Schemeoun dormis? non potuisti vna hora vigilare?*

38 *Vigilate & orate, ne intretis, in tentationem: spiritus vult, & promptus est, sed est corpus infirmum.*

39 *Et profectus iterum orauit, & eundem sermonem dixit.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Et Iudas Iscariotes, vnus duodecim abiit ad principes Sacerdotum, vt proderet eum illis.

Ii vero audientes gauisi sunt: & polliciti sunt ei argentum dare. Et quærebat quomodo opportunè illum traderet.

Et primo die Azymorum, quando Pascha mactabant, dicunt ei discipuli eius: Quo vis abeuntes paremus vt manduces Pascha?

Et mittit duos discipulorum suorum, & dicit eis: Ite in ciuitatem & occurret vobis homo lagenam aquæ baiulans: sequimini eum.

Et quocunque introierit, dicite domus domino, quia Magister dicit: Vbi est diuersorium vbi Pascha cum discipulis meis manducem?

Et ipse vobis demonstrabit cœnaculum grande stratum paratum illic parate nobis.

Et exierunt discipuli eius, & venerunt in ciuitatem: & inuenerunt sicut dixerat illis, & parauerunt Pascha.

Et vespere facto, venit cum duodecim.

Et discumbentibus illis & manducantibus, ait Iesus: Amen dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me manducans cum me.

Illi autem cœperunt contristari, & dicere ei vnus ad vnum: Nũquid ego? & alius, Nũquid ego?

Ipse autem respondens ait illis: Vnus ex duodecim, intingens cum me in catinum.

Ipse quidẽ filius hominis vadit, sicut scriptũ est de eo: Vę aũt homini illi per quẽ filius hominis proditur. Pulchrum erat ei, si nõ natus esset homo ille.

Et manducantibus illis, sumens Iesus panem, & benedicens fregit, & dedit eis, & ait: Sumite, comedite: hoc est corpus meum.

Et accipiens calicem, gratias agens dedit eis: & biberunt ex illo omnes.

Et ait illis: Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effusus.

Amen dico vobis, quia non amplius non bibam de genimine vitis, vsque in diem illum, cum illud bibam nouum in regno Dei.

Et hymno dicto, exierunt in montem Oliuarũ.

Et ait eis Iesus: Quod omnes scandalizabimini in me in nocte ista, quia scriptũ est: Percutiam pastorem, & dispergentur oues.

Sed post resurrexisse me, præcedam vos in Galilæam.

At Petrus ait illi: Et si omnes scandalizati fuerint in te, sed non ego.

Et ait illi Iesus: Amen dico tibi, quia tu hodie in nocte hac, prius quam bis gallum vociferari, ter negabis me.

Ille autem ex abundanti dicebat magis: Si me oportuerit commori tibi, non te negabo. Similiter autem & omnes dicebant.

Et veniunt in locum cui nomen Gethsemani: & ait discipulis suis: Sedete hic, donec orem.

Et assumit Petrum & Iacobum & Ioannem cum se: & cœpit expauescere & angi.

Et ait illis: vndiquaque tristis est anima mea vsque ad mortem: manete hic, & vigilate cum me.

Et progressus paululum, procidit super terrã, & orabat, vt si possibile est, transiret ab eo hora.

Et dixit: Abba Pater, omnia possibilia tibi: transfer calicem à me hunc, sed non quid ego volo, sed quid tu.

Et venit, & inuenit eos dormientes: & ait Petro: Simon, dormis? nõ potuisti vnam horam vigilare?

Vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem, ipse quidẽ spiritus prõptus at caro infirma.

Et iterum abiens orauit, sermonẽ eundẽ dicens.

Transl. Erasm. Roterod.

Et Iudas Iscariotes, vnus è duodecim, abijt ad summos sacerdotes, vt proderet eum illis.

Quo audito, illi gauisi sunt, & polliciti sunt ei pecuniam se daturos. Et quærebat, quomodo opportunè illum traderet.

Ac primo die azymorum, cum pascha immolarent, dicũt illi discipuli sui: Vbi vis vt abeamus & paremus, vt edas pascha?

Et emittit duos è discipulis suis, & dicit illis: Ite in ciuitatem, & occurret vobis homo hydriam fictilem aquæ plenam baiulans, sequimini illum:

Et quocunque ingressus fuerit dicite patrifamilias. Magister dicit: Vbi est diuersorium, vbi pascha cum discipulis meis edam?

Et ille vobis ostendet triclinium magnum, stratum, paratum, illic parate nobis.

Et exierunt discipuli eius, & venerunt in ciuitatem, & reppererunt quemadmodum dixerat illis, parauerunt q; pascha.

Et cum vespera iam esset, venit cum duodecim.

Et cum accumberent ederentq; dixit Iesus. Amen dico vobis, Vnus ex vobis proditurus est me, qui edit mecum.

At illi cœperunt esse mœsti, ac dicere illi singulatim: Num ego? Et alius: Num ego?

Ille vero respondens, dixit illis: vnus è duodecim qui intingit mecum in catinum.

Filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de illo: Sed va homini illi, per quem filius hominis proditur. Bonum erat illi, si natus non fuisset homo ille.

Et edentibus illis sumpto Iesus pane, cum gratias egisset, fregit & dedit illis, ac dixit: Sumite, comedite, hoc est corpus meum.

Et accepto poculo, cum gratias egisset, dedit illis, & biberunt ex eo omnes.

Et dixit illis: Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effunditur.

Amen dico vobis, post hac non bibam de fructu vitis, vsque ad diem illum, cum illud bibero nouum in regno Dei.

Et cum hymnũ dixissent, exierunt in montem oliuarũ.

Et dicit illis Iesus: Omnes offendiculum patiemini propter me in nocte hac, quia scriptum est: Percutiam pastorem, & dispergentur oues.

Sed posteaquam resurrexero, præcedam vos in Galilæam.

Petrus autem dixit illi. Etiam si omnes offendiculum passi fuerint, at non ego.

Et dicit illi Iesus: Amen dico tibi, quod hodie in nocte hac priusquam bis gallus cecinerit, ter abnegabis me.

At ille vehementius dicebat: Imo si me oportuerit commori tibi, non te abnegabo. Similiter autem & omnes dicebant.

Et veniunt in locum, cuius nomen Gethsemani, & dicit discipulis suis: Sedete hic, donec digressus orauero.

Et assumit Petrum, & Iacobum, & Iohannem secum, cœpitq; expauescere & angi.

Et dicit illis: Dolore afficitur anima mea vsque ad mortem: manete hic & vigilate.

Et progressus paululum, prostratus est in terram, & orauit, vt si possibile esset, transiret à se hora.

Et dicebat: Abba pater, omnia possibilia sunt tibi, aufer poculum à me hoc. Verumtamen non quid ego velim, sed quid tu.

Et venit, & offendit eos dormientes, dicitq; Petro: Simon dormis? non potuisti vnam horam vigilare?

Vigilate, & orate, ne veniatis in tentationem. Spiritus quidem promptus, at caro infirma.

Et rursum digressus orabat, & eundem dixit sermonem.

Vulgat. Editio.

Et reuersus, denuo inuenit eos dormientes, (erant enim oculi eorum grauati) & ignorabant quid responderent ei.

Et venit tertio, & ait illis: Dormite iam, & requiescite. Sufficit: venit hora: ecce Filius hominis tradetur in manus peccatorum.

Surgite, eamus: ecce qui me tradet, prope est.

Et, adhuc eo loquente, venit Iudas Iscariotes vnus de duodecim, & * cum eo turba multa cum gladijs, & lignis, à Summis sacerdotibus, & Scribis, & senioribus.

*Mat.26. 47. Lu.22.47 Ioa.18.3.

Dederat autem traditor eius signum eis dicens: Quemcumque osculatus fuero, ipse est, tenete eum, & ducite cautè.

Et cum veniisset, statim accedens eum, ait: Aue Rabbi: & osculatus est eum.

At illi manus iniecerũt in eũ, & tenuerunt eũ.

Vnus autem quidam de circumstantibus educens gladium, percussit seruum Summi sacerdotis: & amputauit illi auriculam.

Et respondens Iesus, ait illis: Tanquam ad latronem existis cum gladijs, & lignis comprehendere me?

Quotidie eram apud vos in templo docens, & non me tenuistis. Sed vt impleantur Scripturæ.

* Tunc discipuli eius relinquentes eum, omnes fugerunt.

* Mat.26 56.

Adolescens autem quidam sequebatur eum amictus sindone super nudo: & tenuerunt eum.

At ille relicta sindone, nudus profugit ab eis.

*Et adduxerunt Iesum ad Summum sacerdotem: & conuenerunt omnes sacerdotes, & Scribæ, & seniores.

*Mat.26. 57. Lu.22.54 Ioa.18.13

Petrus autem à longe secutus est eum vsque intro in atrium Summi sacerdotis: & sedebat cum ministris ad ignem, & calefaciebat se.

* Summi vero sacerdotes, & omne concilium quærebant aduersus Iesum testimonium, vt eum morti traderent, nec inueniebant.

* Mat.26 & 27.

Multi enim testimonium falsum dicebant aduersus eum: & conuenientia testimonia non erãt.

Et quidam surgentes, falsum testimonium ferebant aduersus eum, dicentes:

Quoniam nos audiuimus eum dicentem: *Ego dissoluam templum hoc manu factum, & per triduum aliud non manu factum ædificabo.

*Ioa.2.19

Et non erat conueniens testimonium illorum.

Et exurgens Summus sacerdos in medium, interrogauit Iesum, dicens: Non respõdes quidquam ad ea, quæ tibi obiiciuntur ab his?

Ille autem tacebat, & nihil respondit. Rursum Summus sacerdos interrogabat eum, & dixit ei: Tu es Christus filius Dei benedicti?

Iesus autem dixit illi: Ego sum: *& videbitis Filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem cum nubibus cœli.

*Mat.24. 30.

Summus autem sacerdos scindens vestimenta sua, ait: Quid adhuc desideramus testes?

Audistis blasphemiam: quid vobis videtur? Qui omnes condemnauerunt eum esse reum mortis.

Et cœperunt quidam conspuere eum, & velare faciem eius, & colaphis eum cædere & dicere ei: Prophetiza: & ministri alapis eum cædebant.

*Et cum esset Petrus in atrio, deorsum, venit vna ex ancillis Summi sacerdotis:

*Mat.26. 69. Lu.22.55 Ioa.18.17.

Et cum vidisset Petrum calefacientem se, aspiciens illum, ait: Et tu cum Iesu Nazareno eras.

Transl. ex Syriac.

40 *Et conuersus rursum veniens inuenit eos dormientes, propterea quòd eorum oculi grauati erant: neque sciebant quid ei dicerent.*

41 *Venit autem tertia vice, & ait illis: Dormite adhuc & requiescite. Propè est finis, venitque hora: & ecce traditur Filius hominis in manus flagitiosorum.*

42 *Surgite, eamus: ecce appropinquat is qui prodit me.*

43 *Et adhuc ipso loquente venit Iihoudo Scarioto vnus ex duodecim, & cum eo multi cum ensibus & fustibus, à Principibus Sacerdotum, & Scribis & Senioribus.*

44 *Dederat autem eis signum proditionis proditor ille, & dixerat: Quemcumque osculatus fuero, ipse est, prehendite eam cautè, eumq; abducite.*

45 *Et eo momento appropinquauit, & dixit ei: Rabbi, Rabbi: eumq; deosculatus est.*

46 *Illi vero iniecerunt in eum manus, & prehenderunt eũ.*

47 *Vnus autem ex ijs qui adstabant distrinxit gladium ac percussit seruum Principis sacerdotum, abstulitque eius auriculam.*

48 *Ipse vero Ieschua respondit & ait eis: Tanquam aduersus sicarium existis contra me cum gladijs & fustibus vt prehendatis me.*

49 *Quotidie apud vos eram dum docebam in templo, neque prehendistis me. Sed vt adimplerentur scripturæ hoc factum est.*

50 *Tunc dereliquerunt eum discipuli ipsius, & aufugerunt.*

51 *Quidam autem adolescens veniebat post eum, eratq; amictus sindone nudus, & prehenderunt eum.*

52 *Ipse verò reliquit sindonem, & aufugit nudus.*

53 *Et abduxerunt Ieschua ad Kaiopho summum sacerdotem: & congregati sunt apud eum cuncti Principes sacerdotum, & Scribæ, & Seniores.*

54 *Schemeoun autem procul veniebat post eum vsque ad atrium interius Summi sacerdotis, & sedebat cum ministris, atque calefaciebat se ante ignem.*

55 *Principes autẽ sacerdotum, & omnis eorum synagoga quærebant aduersus Ieschua testimonium, vt eum morti addicerent, nec inueniebant.*

56 *Quum enim multi testificarentur aduersus eum: non erant æqualia eorum testimonia.*

57 *Quidam autem insurrexerunt in eum testes falsi, & dixerunt.*

58 *Nos audiuimus eum dicentem: Ego dissoluo templum hoc manibus factum, & tribus diebus ædifico aliud non factum manibus.*

59 *Sed ne sic quidem æquale erat eorum testimonium.*

60 *Porrò surrexit Summus sacerdos in medium, & interrogauit Ieschua, & ait: Ne verbum quidem respondes? quid isti testificantur contra te?*

61 *Ipse verò Ieschua tacebat, & nihil ei respondit. Et rursus interrogauit eum summus sacerdos, & ait: Tune es ille Meschicho filius Benedicti?*

62 *Ipse verò Ieschua, dixit ei: Ego sum, & videbitis Filiũ hominis sedentem à dextera virtutis, & venientem super nubes cælorum.*

63 *Summus autem sacerdos scidit tunicam suam, & ait: Quorsum amplius requiruntur nobis testes?*

64 *En ex ore ipsius audistis blasphemiam: quid vobis videtur? Illi verò omnes iudicarunt eum esse reum mortis.*

65 *Et cœperunt quidam conspuere in vultum ipsius, & velare faciem eius, & alapis eum cædere, ac dicere: Vaticinare: Ministri quoque percutiebant eum super maxillas ipsius.*

66 *Quumq; Schemeoun esset inferius in atrio, venit quædam adolescentula quæ erat Summi sacerdotis.*

67 *Vidit eum calefacientem sese, & respiciens in eum dixit ei: Et tu cum Ieschua Nazareno eras.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Et reuersus inuenit eos denuò dormitẽtes: (erant enim oculi eorum grauati) & non sciebant quid ei responderent.

Et venit tertiò, & ait illis: Dormitis reliquum & requiescitis. Sufficit: venit hora: ecce traditur filius hominis in manus peccatorum.

Surgite, eamus: ecce tradẽs me appropinquauit.

Et statim adhuc eo loquente, adest Iudas vnus existens duodecim, & cum eo turba multa cum gladijs & lignis, à summis Sacerdotibus & Scribis & senioribus.

Dederat autem tradens eum consignum eis, dicens: Quemcunq; osculatus fuero, ipse est: prehendite eum, & abducite tutò.

Et veniens statim accedens ad eum, ait: Gaude Rabbi: & osculatus est eum.

Illi verò injecerunt in eum manus suas, & prehenderunt eum.

Vnus autem quidam astantium exerẽs gladium, percussit seruum summi Sacerdotis, & abstulit illius auriculam.

Et respondens Iesus, ait illis: Tanquam ad latronem existis cum gladijs & lignis comprehendere me?

Quotidie eram apud vos in templo docens, & non prehendistis me, sed vt impleantur Scripturæ.

Et relinquentes eum, omnes fugerunt.

Et vnus quidam iuuenis sequebatur eum amictus sindone super nudo: & tenent eum iuuenes.

Ille autẽ relinquẽs sindonẽ, nudꝰ profugit ab eis.

Et abduxerunt Iesum ad summum Sacerdotem, & conueniunt eò omnes summi Sacerdotes, & seniores, & Scribæ.

Et Petrus à longè secutus est eum vsque introò in atrium summi Sacerdotis: & erat considens cum ministris & calefaciens se ad lumen.

At summi Sacerdotes, & omnis consessus quærebant aduersus Iesum testimonium, ad morte afficiendum eum, & non inueniebant.

Multi enim testimonium falsum dicebant aduersus eum: & paria testimonia non erant.

Et quidam surgentes, falsum testimonium ferebant aduersus eum, dicentes:

Quoniam nos audiuimus eum dicentem: Quod ego dissoluam templum hoc manufactum, & per tres dies aliud non manufactum ædificabo.

Et nec sic par erat testimonium illorum.

Et exurgens summus Sacerdos in medium, interrogauit Iesum, dicens: Non respõdes quicquam quid hi te aduersum testantur?

Ille autem tacebat, & nihil respondit. Rursum summus Sacerdos interrogabat eum, & dicit ei: Tu es Christus filius benedicti?

At Iesus dixit: Ego sum: & videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis: & venientem cum nubibus cæli.

At summus Sacerdos disrumpens vestes suas, ait: Quid adhuc vsum habemus testium?

Audistis blasphemiã, quid vobis videtur? Ii autem omnes condemnauerunt eum obnoxium esse mortis.

Et cœperunt quidam conspuere eum, & velare faciem eius, & colaphizare eum, & dicere ei: Prophetiza. & ministri alapis eum impetebant.

Et existente Petro in aula inferius, venit vna ancillarum summi Sacerdotis,

Et videns Petrum calefacientem se, intuita illum, ait: Et tu cum Nazareno Iesu eras.

Transl. Erasm. Rotterod.

Et veniens sus offendit illos rursum dormientes: erant enim oculi eorum grauati: neque sciebant quid illi responderent.

Et venit tertio, dicitq; illis: Dormite posthac & requiescite. Sufficit. Venit hora, ecce traditur filius hominis in manus peccatorum.

Surgite, eamus. Ecce qui prodit me, appropinquat.

Et continuo adhuc eo loquente accedit Iudas, qui erat vnus è duodecim, & cum illo turba multa cum gladijs & fustibus à summis sacerdotibus & scribis & senioribus.

Dederat autem is qui prodebat eum, commune signum illis, dicens: Quemcunq; osculatus fuero, is est, comprehendite illum, & abducite caute.

Et cum venisset protinus, accedit ad illum, dicitq; ei: Rabbi, rabbi, ac deosculatus est eum.

Illi vero iniecerunt in illum manus suas, & comprehenderunt eum.

Vnus autem quispiam astantium educto gladio percussit seruum summi sacerdotis, & amputauit eius auriculam.

Et respondens Iesus dixit illis: Tanquam ad latronem existis cum gladiis ac fustibus ad comprehendendum me.

Quotidie eram apud vos in templo docens, & non comprehendistis me, sed ista fiunt, vt impleantur scripturæ.

Et relicto illo omnes fugerunt.

Et vnus quispiã adolescentul sequebatur illũ circũamictꝰ sindone super nudũ, & cõprehenderunt illũ adolescentuli.

Ille vero relicta sindone nudus effugit ab illis.

Et abduxerunt Iesum ad summum sacerdotem. Et conueniunt cum illo omnes summi sacerdotes & seniores & scribæ.

Et Petrus eminus sequebatur illum donec venisset in atrium summi sacerdotis, & erat sedens vna cum ministris, & calefiebat ad lumen.

Summi vero sacerdotes & totum concilium quærebant aduersus Iesum testimonium, vt morti traderent eum nec inuenirebant.

Nam multi falsum testimonium dixerant aduersus illum, nec erant satis idonea testimonia.

Et quidam assurgebant & falsum testimonium ferebant aduersus illum dicentes:

Nos audiuimus eum dicentem: Ego diruam templum hoc quod est manibus factum, & tribus diebus aliud sine manibus factum extruam.

Et ne sic quidem satis idonea erant testimonia illorum.

Et surgens summus sacerdos in medium, interrogabat Iesum, dicens: Non respondes quicquam? Quid isti aduersum te dicunt testimonia?

At ille tacebat, neque quicquam respondebat. Rursum summus sacerdos interrogauit, & dicit illi: Tu es ille Christus, filius Benedicti?

Iesus autem dixit: Ego sum. & videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis, & venientem in nubibus cæli.

At Summus sacerdos dilacerans vestes suas, dixit: Quid præterea habemus opus testibus?

Audistis blasphemiam. Quid vobis videtur? Illi vero omnes condemnauerunt eum esse reum mortis.

Et cœperunt quidam conspuere in eum, & obuelare faciem illius, & colaphis eum cædere, & dicere illi: Diuina. Ac ministri alapas illi impingebant.

Et cum esset Petrus in atrio inferius, venit vna ancillarum summi sacerdotis,

Cumq; vidisset Petrum calefacientem se, intuita illum, dicit: Et tu cum Nazareno Iesu fuisti?

Vulgat. Editio.

At ille negauit, dicens: Neque scio, neque noui, quid dicas. Et exijt foras ante atrium, & gallus cantauit.

*Matt.26 71. *Rursus autem cum vidisset illum ancilla, cæpit dicere circumstantibus: Quia hic ex illis est.

*Luc.22. 58. Ioa.18.25 At ille iterum negauit. *Et post pusillum rursus qui astabant, dicebant Petro: Vere ex illis es: nam & Galilæus es.

Ille autem cœpit anathematizare, & iurare: Quia nescio hominem istum, quem dicitis.

*Matt.26 73. Et statim gallus iterum cantauit. *Et recordatus est Petrus verbi, quod dixerat ei Iesus: Prius quam gallus cantet bis, ter me negabis. Et cœpit flere.

CAP. XV.

Mat.27.1 Lu.22.66 Ioa.18.28 ET confestim, mane consilium facientes summi sacerdotes cum senioribus, & Scribis, & vniuerso concilio, vinctes Iesum, duxerunt, & tradiderunt Pilato.

Et interrogauit eum Pilatus: Tu es rex Iudæorũ? At ille respondens, ait illi: Tu dicis.

*Matt.27 12. Luc.23.6. Ioa.18.33 * Et accusabant eum Summi sacerdotes in multis.

Pilatus autem rursum interrogauit eum, dicẽs: Non respondes quidquam? Vide in quantis te accusant.

Iesus autem amplius nihil respondit, ita vt miraretur Pilatus.

Per diem autem festum solebat dimittere illis vnum ex vinctis quemcumque petissent.

Erat autem qui dicebatur Barabbas, qui cum seditiosis erat vinctus, qui in seditione fecerat homicidium.

Et cum ascẽdisset turba, cœpit rogare, sicut semper faciebat illis.

Pilatus autem respondit eis, & dixit: Vultis dimittam vobis regem Iudæorum?

Sciebat enim quod per inuidiã tradidissent eum Summi sacerdotes.

Pontifices autem concitauerunt turbam, vt magis Barabbam dimitteret eis.

*Matt.27 22. Lu.23.14 *Ioa.18.39 & 19. Pilatus autem iterum respondens, ait illis: Quid ergo vultis faciam regi Iudæorum?

At illi iterum clamauerunt, crucifige eum.

Pilatus vero dicebat illis: Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant: Crucifige eum.

Pilatus autem volens populo satisfacere, dimisit illis Barabbam, & tradidit Iesum flagellis cæsum, vt crucifigeretur.

*Matt.27 28. Ioa.19. 2. * Milites autem duxerunt eum in atrium prætorij, & conuocant totam cohortem.

Et induunt eum purpura, & imponunt ei plectentes spineam coronam.

Et cœperunt salutare eum: Aue rex Iudæorum.

Et percutiebant caput eius arundine, & conspuebant eum, & ponentes genua, adorabant eum.

Et Postquam illuserunt ei, exuerunt illum purpura, & induerunt eum vestimentis suis: & educunt illum vt crucifigerent eum.

*Matt.27 32. Luc. 23. 26. *Et angariauerunt prætereuntem quempiam Simonem Cyrenæum venientem de villa, patrem Alexandri, & Rufi, vt tolleret crucem eius.

Et perducunt illum in Golgotha locum: quod est interpretatum Caluariæ locus.

Et dabant ei bibere myrrhatum vinum: & non accepit.

Transl. ex Syriac.

68 *Ipse vero inficiatus est, & ait: Ego nescio quid tu dicas. Et exiuit extra in vestibulum, & cantauit gallus.*

69 *Et rursus eum conspicata puella illa, cœpit dicere ijs qui adstabant: Iste quoque ex ipsis est.*

70 *Ipse vero rursum negauit. Et paulò post iterum ij qui adstabant dixerunt Kipho: Verè & tu ex ipsis es: nam & Galilæus es, & sermo tuus similis est.*

71 *Ipse autem cœpit se denouere, & iurare: Non noui hominem istum, quem dicitis.*

72 *Et in illa ipsa hora gallus cantauit secunda vice. Et recordatus est Schemeonis sermonis ipsius Ieschua quem dixerat ei: Priusquam cantauerit gallus duabus vicibus, ter me negabis. Cœpitq; flere.*

CAP. XV.

1 *STatim autem diluculo consilium inierũt Principes sacerdotum cum senioribus, & cum Scribis, & cum tota synagoga, ac vinxerunt Ieschua, eumque abduxere, & tradiderunt Prælato præsidi.* Lectio ii Marcionitarum in plerisque Græcis Codicibus.

2 *Interrogauit autem eũ Pilatus: Tu ne es ille rex Iehoudæorum? Ipse vero respondit & ait ei: Tu dixisti.*

3 *Et accusabant eum Principes sacerdotum in multis.*

4 *Ipse vero Pilatus rursus interrogauit eum, & dixit ei: Ne verbum quidem respondes? Vide quàm multa testificantur contra te.*

5 *Ipse autem Ieschua nullum verbum protulit, ita vt miraretur Pilatus.*

6 *Moris autem erat: vt in quocunque festo dimitteretur eis vinctus vnus, quem ipsi postulassent.*

7 *Erat autem aliquis qui vocabatur Bar-Abba vinctus cum seditiosis illis, qui eadem in seditione fecerant.*

8 *Et vociferatus est populus, cœpitque postulare, prout consuetum erat ipsis facere.*

9 *Ipse verò Pilatus respondit, & ait: Vultis dimittam vobis regem illum Iehoudæorum?*

10 *Nouerat enim Pilatus quòd per inuidiam tradiderant eum Principes sacerdotum.*

11 *Principes autem sacerdotum magis concitarunt turbas, vt dimitteretur eis Bar-Abba.*

12 *At ipse Pilatus dixit eis: Quid igitur vultis faciam illi, quem vos vocatis Regem Iehoudæorum?*

13 *Illi verò rursus vociferati sunt, crucifige eum.*

14 *Ipse autem Pilatus subdit eis: Quid enim mali fecit? Illi verò magis clamabant: Crucifige eum.*

15 *Pilatus autem voluit facere voluntatem turbarum, & soluit eis Bar-Abba, tradiditque eis Ieschua quum flagellatus esset vt crucifigeretur.*

16 *Cæterum milites abduxerunt eum in atrium interius quod est prætorium, & aduocauerunt totam cateruam.*

17 *Et induerunt eum purpura, & implexam imposuerunt ei coronam spineam.*

18 *Cœperuntque eum salutare: Aue Rex Iehoudæorum.*

19 *Et percutiebant eum in caput ipsius calamo, & conspuebant in faciem eius, ac summittebant genua sua, & adorabant eum.*

20 *Quumque illusissent ei, exuerunt eum purpura, & induerunt eum vestimentis ipsius, eumque eduxerunt vt cruci suffigerent.*

21 ** Porrò angariarunt quemdam prætereuntem Schemeona Kourinæum (venientem ex pago, patrem Alexandri, & Rufi) vt baiularet crucem eius.* *Ad horã tertiam.

22 *Et adduxerunt eum in locum Golgoutho, qui exponitur Cranium capitis.*

23 *Et dederunt ei bibendum vinum mistum cum myrrha: ipse verò non sumpsit.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Ille autem negauit, dicens: Non noui,neq; scio quid tu dicis: Et exijt foras in vestibulū, & gallus cantauit. 68

Et ancilla videns eum rursum, cæpit dicere astantibus: Quia hic ex illis est. 69

ille autem iterum negauit. Et post pusillum rursus astantes dicebant Petro: Vere ex illis es: Etenim Galilæus es,& locutio tua similat. 70

Ille autem cœpit anathematizare,& iurare: Quia non noui hominem istum,quem dicitis. 71

Et ex secundo gallus cantauit. Et recordatus est Petrus verbi,quod dixerat ei Iesus: Quod ante gallum vociferari bis, negabis me ter. Et separans se,fleuit. 72

CAP. XV.

ET confestim,in mane consiliū facientes summi sacerdotes cum senioribus,& Scribis, & vniuersus consessus vincientes Iesum, abduxerunt, & tradiderunt Pilato. 1

Et interrogauit eum Pilatus: Tu es rex Iudæorū? Ille autem respondens,ait illi: Tu dicis. 2

Et accusabant eum Sūmi sacerdotes multa. ipse autem nihil respondebat. 3

At Pilatus rursum interrogauit eum,dicens: Non respondes quidquam? Vide quanta te aduersum testantur. 4

At Iesus amplius nihil respondit, ita vt mirari Pilatum. 5

Iuxta vero festum soluebat illis vnum vinctum quemcumque petissent. 6

Erat autem dictus Barabbas, cum seditiosis vinctus, qui in seditione homicidium fecerant. 7

Et vociferata turba, cœpit postulare, sicut semper faciebat illis. 8

At Pilatus respondit eis, dicens: Vultis absoluam vobis regem Iudæorum? 9

Sciebat enim quod per inuidiā tradidissent eum Summi sacerdotes. 10

At summi Sacerdotes concitauerunt turbam, vt magis Barabbam absolueret eis. 11

At Pilatus respondens iterum ait illis: Quid ergo vultis faciam quē dicitis regem Iudæorum? 12

Illi autem iterum clamauerunt: Crucifige eum. 13

At Pilatus dicebat illis: Quid enim malum fecit? Illi autem abundantius clamabant: Crucifige eum. 14

At Pilatus volens populo sufficiens facere, absoluit illis Barabbam, & tradidit Iesum flagellans, vt crucifigeretur. 15

At milites abduxerunt eum intra aulam, quod est prætorium: & conuocant totam cohortem: 16

Et induunt eum purpuram, & circumponunt ei plectentes spineam coronam. 17

Et cœperunt salutare eum& dicere: Gaude rex Iudæorum. 18

Et percutiebant eius caput arundine: & conspuebant eum,& ponentes genua adorabant eum. 19

Et Postquam illuserunt ei, exuerunt illum purpuram,& induerunt eum vestimenta propria: & educunt illum vt crucifigerent eum. 20

* Et angariant prætereuntem quempiam Simonem Cyrenæum venientem ex agro, patrem Alexandri,& Rufi vt tolleret crucem eius. 21

Et perducunt illum in Golgotha locum: quod est interpretatum, Caluariæ locus. 22

Et dabant ei bibere myrrhatum vinum: is vero non accepit. 23

Transl. Erasm. Rotterod.

At ille negauit,dicens: Non noui, neque scio quid dicas. Et exiuit foras in vestibulum, & gallus cecinit. 68

Et ancilla cum vidisset eum, rursum cœpit dicere his qui adstabant: Hic ex illis est. 69

At ille rursum negabat. ac paulò post iterum, qui adstabant,dicebant Petro: Vere ex illis es, nam, & Galilæus es, & loquela tua conuenit. 70

At ille cœpit execrari ac deierare, non noui hominem istum de quo dicitis. 71

Et iterum gallus cecinit. Recordatusq; est Petrus verbi quod dixerat illi Iesus: Priusquam gallus cecinerit bis, abnegabis me ter, cœpitq; flere. 72

CAP. XV.

ET confestim diluculo concilio inito summi sacerdotes cum senioribus & scribis ac toto consessu vinctum Iesum abduxerunt, tradiderunt q; Pilato. 1

Et interrogauit eum Pilatus: Tu es ille rex Iudæorum? At ille respondes, dixit illi: Tu dicis? 2

Et accusabant eum summi sacerdotes de multis. 3

Pilatus autem rursus interrogauit illum, dicens: Non respondes quicquam? ecce quam multa aduersus te testantur? 4

Iesus autem deinde nihil respondit, adeo vt admiraretur Pilatus. 5

Cæterum in festo dimittebat illis vnum vinctum, quemcunque postulassent. 6

Erat autem qui dicebatur Barabbas, qui cum seditionis autoribus fuerat vinctus, qui per seditionem cædem patrauerant. 7

Et cum acclamasset turba, cœpit flagitare, vt faceret quemadmodum semper facerat ipsis. 8

Pilatus autem respondit eis, dicens: Vultis dimittam vobis regem illum Iudæorum? 9

Sciebat enim quod propter inuidiam tradidissent illum summi Sacerdotes. 10

Summi vero sacerdotes concitauerunt turbam, vt potius Barrabam dimitteret ipsis. 11

Pilatus autem respondens rursum, ait illis: Quid igitur vultis faciam ei, quem dicitis regem Iudæorum? 12

At illi rursum clamauerunt: Crucifige istum. 13

Pilatus autem dicebat illis: Quid enim mali fecit? At illi vehementius clamauerunt: Crucifige eum. 14

Pilatus vero volens turbæ facere satis, dimisit illis Barrabam, & tradidit Iesum flagellatum, vt crucifigeretur. 15

Milites autem abduxerunt eum intrò in atrium, quod est prætorium, & conuocant totam cohortem. 16

Et induunt illum purpura, & circumponunt ei contextam spinis coronam. 17

Et cœperunt salutare illum: Aue rex Iudæorum. 18

Et verberabant illius caput arundine, & inspuebant in illum, & positis genibus adorabant illum. 19

Et cum illusissent ei, exuerunt eum purpura, & induerunt illum vestibus propriis: & educunt eum, vt crucifigerent eum. 20

Et coegerunt prætereuntem quendam Simonem Cyrenensem, qui veniebat ex agro, patrem Alexandri & Rufi, vt tolleret crucem eius. 21

Et dutunt illum in Golgotha locum, quod est si interpreteris, Caluariæ locus. 22

Et dederunt illi bibere myrrhatum vinum: sed ille non sumpsit. 23

Vulgat. Editio.

* Mat.27 33. Lu.23.33 Io.19.17 * Et crucifigentes eum, diuiserunt vestimenta eius, mittentes sortem super eis, quis quid tolleret.

Erat autem hora tertia: & crucifixerunt eum.

Et erat titulus causæ eius inscriptus: REX IVDÆORVM.

Et cum eo crucifigunt duos latrones: vnum à dextris, & alium à sinistris eius.

*Is.53.12 * Et impleta est scriptura quæ dicit: Et cum iniquis reputatus est.

* Io.2.19 Et prætereuntes blasphemabant eum, mouentes capita sua, & dicentes: *Vah qui destruis templum Dei, & in tribus diebus reædificas:

Saluum fac temetipsum descendens de cruce.

Similiter & summi sacerdotes illudentes, ad alterutrum cum Scribis dicebant: Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere.

Christus rex Israel descendat nunc de cruce, vt videamus & credamus. Et qui cum eo crucifixi erant, conuitiabantur ei.

Et facta hora sexta, tenebræ factæ sunt per totam terram vsq; in horam nonam.

* Ps. 21.1 Mat. 27. 46. Et hora nona exclamauit Iesus voce magna, dicēs: *Eloi, eloi, lamma sabacthani? quod est interpretatum: Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me?

Et quidam de circumstantibus audientes, dicebant: Ecce Eliam vocat.

Currens autem vnus, & implens spongiam aceto, circumponensque calamo, potum dabat ei, dicens: Sinite, videamus si veniat Elias ad deponendum eum.

Iesus autem emissa voce magna expirauit.

Et velum templi scissum est in duo, à summo vsque deorsum.

Videns autem Centurio qui ex aduerso stabat, quia sic clamans expirasset, ait: Verè hic homo filius Dei erat.

* Mat.27. 55. * Erant autem & mulieres de longè aspicientes: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi minoris, & Ioseph mater, & Salome.

* Luc.8.2 Et cum esset in Galilæa, sequebantur eum, * & ministrabant ei, & aliæ multæ quæ simul cum eo ascenderant Ierosolymam.

*Mat. 27. 57. Lu.23. 50 Io. 19.38. * Et cum iam sero esset factum (quia erat Parasceue, quod est ante Sabbatum.)

Venit Ioseph ab Arimathæa, nobilis decurio, qui & ipse erat expectans regnum Dei, & audacter introiuit ad Pilatum, & petiit corpus Iesu.

Pilatus autem mirabatur si iam obiisset. Et accersito Centurione, interrogauit eum si iam mortuus esset.

Et cum cognouisset à Centurione, donauit corpus Ioseph.

Ioseph autem mercatus sindonem, & deponens eum, inuoluit sindone: & posuit eum in monumento quod erat excisum de petra, & aduoluit lapidem ad ostium monumenti.

Maria autem Magdalene, & Maria Ioseph aspiciebant vbi poneretur.

CAP. XVI.

Mat. 28.1 Lu.24.1 Io.20.1 ET cum transisset Sabbatum, Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome, emerunt aromata vt venientes vngerent Iesum.

Et valdè manè vna Sabbatorum veniunt ad monumentum, orto iam Sole.

Et dicebant ad inuicem: Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti?

Transl. ex Syriac.

24 *Quumque cruce suffixissent eum, partiti sunt vestimenta eius, & iecerunt super ea sortem, quid quis acciperet.*

25 *Erat autem hora tertia: quum cruci affixerunt eum.*

26 *Eratque inscripta occasio mortis ipsius inscriptione illa: HIC EST REX ILLE IHOVDÆORVM.*

27 *In super crucifixerunt cum eo duos latrones: vnum à dextera eius, & alterum ab eius sinistra.*

28 *Et impleta est scriptura quæ dicit: Cùm flagitiosis annumeratus est.*

29 * *Quin etiam ij qui præteribant blasphemabant in eum, & motantes capita sua dicebant: O tu qui dissoluis templum, & ædificas illud triduo!* * Matt. die.

30 *Libera teipsum, & descende de cruce.*

31 *Similiter autem, & Principes sacerdotum ridebant vnus cum alio, nec non Scribæ, & dicebant: Alios seruauit, seipsum non potest seruare.*

32 *Meschicho ille rex Israel descendat nunc de cruce, vt videamus, & credamus ei. Quin etiam illi qui erant crucifixi cum eo, exprobrabant ei.*

33 * *Quumque essent sex horæ, factæ sunt tenebræ super vniuersam terram vsque ad horam nonam.* * Mat. nambori.

34 *Et hora nona exclamauit Ieschua alta voce, & ait: Il, Il, lemono schebakthoni, hoc est, Deus mi, Deus mi, quare dereliquisti me?*

35 *Quidam autem qui audierunt ex ijs qui adstabant, dicebant: Illio vocauit.*

36 *Cucurrit autem quidam, & impleuit spongiam aceto, alligauitque calamo vt propinaret ei, & dicebant: Sinite, videamus an veniat Illio descensum ei præbiturus.*

37 *Ipse verò Ieschua clamauit alta voce, & expirauit.*

38 *Et superficies valuarum templi scissa est in duas partes, à summo vsque ad imum.*

39 *Quum vidisset autem Centurio ille, qui adstabat ex aduerso eius, eum ita clamasse, & expirasse, dixit: Verè homo iste erat filius Dei.*

40 *Erant autem mulieres procul spectantes: Mariâ Magdeloitho, & Mariam mater Iaakoub minoris & Iousi, & Scholoum.*

41 *Illæ quum ipse esset in Galilæa, adhæserant ei, & ministrauerant ei, aliæque quam plurimæ quæ ascenderant cum eo ad Ouirschlem.*

42 * *Et quum esset vespera Parasceue, hoc est, ante sabbathum:* * Ad vesperam Sabbathi.

43 *Venit Iauseph ille ex Rometho honorabilis senator, qui & ipse præstolabatur regnum Dei: & confidens introiit ad Pilatum, petijtq; corpus ipsius Ieschua.*

44 *Pilatus autem miratus est si iam mortuus esset. Et aduocauit Centurionem, & interrogauit eum an iam dudum mortuus esset.*

45 *Quumque didicisset, dedit corpus ipsius Iausepho.*

46 *Emitq; Iauseph linteum, & ipsum detractum inuoluit eo, ac deposuit in sepulchro quod excisum erat in rupe, & aduoluit saxum ad ostium sepulchri.*

47 *Mariam verò Magdeloitho, & Mariam illa Iousi mater spectabant vbi poneretur.*

CAP. XVI.

1 *ET quum præteriisset sabbathum, Mariam Magdeloitho, & Mariam Iaakoub, & Scholoum, emerunt aromata, vt venirent eum vnctura.* * Oblata Dominicæ resurrectionis.

2 * *Diluculo verò prima sabbathi venerunt ad domum sepulchri quum sol esset exortus.*

3 *Et dicebant apud se: Sed quis reuoluturus est nobis saxum ab ostio domus sepulchri?*

Transl. B. Ariæ Mont.

Et crucifigentes eum, diuiserunt vestimenta eius, mittentes sortem super eis, quis quid tolleret. 24

Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum. 25

Et erat inscriptio causæ eius inscripta: REX IVDÆORVM. 26

Et cum eo crucifigunt duos latrones: vnum à dextris, & vnum à sinistris eius. 27

Et impleta est scriptura dicens: Et cum iniquis reputatus est. 28

Et prætereuntes blasphemabant eum, mouentes capita sua & dicentes: Vah destruens templum, & in tribus diebus ædificans: 29

Serua temetipsum, & descende de cruce. 30

Similiter & summi Sacerdos illudentes, ad alterutrum cum Scribis dicebant. Alios seruauit, seipsum non potest seruare. 31

Christus rex Israel descendat nunc de cruce, vt videamus & credamus. Et conerucifixi ei exprobrabant ei. 32

Facta autem hora sexta, tenebræ factæ sunt per totam terram vsq; in horam nonam. 33

Et hora nona exclamauit Iesus voce magna, dicens: Eloi, eloi, lamma sabachthani? quod est interpretatum: Deus meus, Deus meus, in quid me dereliquisti? 34

Et quidam astantium audientes, dicebant: Ecce Eliam vocat. 35

Currens autem vnus, & implens spongiam aceto, circumponensque calamo, potum dabat ei, dicens: Sinite, videamus si veniat Elias detrahere eum. 36

At Iesus emittens vocem magnam, expirauit. 37

Et interexpansum templi scissum est in duo, à sursum vsque deorsum. 38

Videns autem Centurio astans ex aduerso eius, quia sic clamans expirasset, ait: Verè homo hic filius erat Dei. 39

Erant autem & mulieres de longè spectantes, in quibus erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi parui, & Iose mater, & Salome. 40

Quæ & cum esset in Galilæa, sequebantur eum, & ministrabant ei, & aliæ multæ illæ simul conscensæ ei in Hierosolymam. 41

Et iam sero facto, (quia erat Parasceue, quod est ante Sabbatum.) 42

Venit Ioseph ab Arimathæa, honestus cõsul, qui & ipse erat expectans regnum Dei, & ausus introiuit ad Pilatum, & petiit corpus Iesu. 43

At Pilatus mirabatur si iam mortuus fuisset. Et aduocans Centurionem, interrogauit eum si dudum mortuus esset. 44

Et cognoscens à Centurione, donauit corpus Ioseph. 45

Et mercatus sindonem, & detrahens eum, inuoluit sindone: & posuit eum in monumento quod erat excisum de petra: & aduoluit lapidem ad ostium monumenti. 46

At Maria Magdalene, & Maria Iose spectabant vbi poneretur. 47

CAP. XVI.

ET peracto Sabbato, Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome, emerunt aromata, vt venientes vngerent Iesum. 1

Et valdè manè vna Sabbatorum veniunt ad monumentum, exorto Sole. 2

Et dicebant ad sese: Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? 3

Transl. Erasm. Rotterod.

Cumq; crucifixissent eum, partiti sunt vestimenta eius, mittentes sortem super illa, quis quid tolleret. 24

Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum. 25

Et erat ipscriptio causæ illius inscripta: REX IVDÆORVM. 26

Et cum eo crucifigunt duos latrones: vnum à dextris, & alterum à sinistris eius. 27

Et impleta est scriptura, quæ dicit: Et cum iniquis deputatus est. 28

Et qui prætereibant, conuiciabantur illi mouentes capita sua ac dicentes: Væ qui demoliris templum, & in tribus diebus extruis. 29

Serua teipsum, & descende de cruce. 30

Similiter & summi sacerdotes illudentes inter sese cum scribis, dicebant: Alios seruauit, seipsum seruare non potest. 31

Christus ille Rex Israel descendat nunc de cruce, vt videamus & credamus. Et qui crucifixi fuerant cum illo, probra iaciebant in eum. 32

Cum vero facta esset hora sexta, tenebræ orta sunt super totam terram, vsq; ad horam nonam. 33

Et hora nona clamauit Iesus voce magna, dicens: Eloi, eloi, lama sabachtani. quod est, si quis interpretetur, Deus meus Deus meus, cur me deseruisti? 34

Et quidam astantium cum audissent, dicebant: Ecce Eliam vocat. 35

Accurrit autem quidam, & implens spongia aceto, impositaq; harundini porrexit illi potum, dicens: Sinite, videamus, an venturus sit Helias, ad deponendum eum. 36

Iesus autem emissa voce magna, expirauit. Et velum templi scissum est in duas partes, à summo vsq; ad imum. 37, 38

Cum vidisset autem centurio, qui adstabat ex aduerso illi, quod sic emisso clamore expirasset, dixit: Verè, homo hic filius erat Dei. 39

Erant autem & mulieres è longinquo spectantes, inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi prima, & Iose mater, & Salome. 40

Quæ etiam cum esset in Galilæa secutæ fuerant illum, & ministrauerant ei, aliæq; complures quæ simul ascenderant cum eo Hierosolymam. 41

Et cum iam venisset vespera, quoniam erat parasceue, quæ præcedit sabbatum. 42

Venit Ioseph ortus ex ciuitate Arimathæa, honestus senator, qui & ipse erat expectans regnum Dei, & sumpta audacia, ingressus est ad Pilatū, & petijt ab eo corpus Iesu. 43

Pilatus autem admirtus est, si iam mortuus esset, & accersito ad se centurione, interrogauit illum, an iamdudum mortuus fuisset. 44

Et recognita ex centurione, donauit corpus ipsi Ioseph. 45

Et is mercatus sindonem, depositum eum inuoluit sindoni, depositq; in monumento, quod erat excisum e petra. Et aduoluit lapidem ad ostium monumenti. 46

At Maria Magdalene & Maria Iose spectabant vbi poneretur. 47

CAP. XVI.

ET cum præterisset sabbatum, Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome emerunt aromata, vt venirent & vngerent eum. 1

Et sammo diluculo die primi sabbatorum, veniunt ad monumentum, exorto sole. 2

Dicebant q; inter se: Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? 3

Vulgat. Editio.

Et respicientes viderunt reuolutum lapidem: Erat quippe magnus valde.

* Mat. 28. 5. Luc. 24. 4 Io. 20. 12. * Et introeuntes in monumentum, viderunt iuuenem sedentem in dextris, coopertum stola candida, & obstupuerunt.

Qui dicit illis: Nolite expauescere: Iesum quæritis Nazarenum crucifixum: surrexit, non est hic. Ecce locus vbi posuerunt eum.

* Su. 14. 28. Sed ite, dicite discipulis eius, & Petro, quia præcedit vos in Galilæam: ibi eum videbitis, *sicut dixit vobis.

At illæ exeuntes fugerunt à monumento: inuaserat enim eas tremor & pauor: & nemini quidquam dixerunt: timebant enim.

* Io. 20. 16. Surgens autem mane * prima Sabbati, apparuit primo Mariæ Magdalenæ, de qua eiecerat septem dæmonia.

Illa vadens nuntiauit his qui cum eo fuerant, lugentibus & flentibus.

Et illi audientes quia viueret & visus esset ab ea, non crediderunt.

* Lu. 24. 13. * Post hæc autem duobus ex his ambulantibus ostensus est in alia effigie, euntibus in villam:

Et illi euntes nuntiauerunt cæteris: nec illis crediderunt.

Nouissime recumbentibus illis vndecim apparuit: & exprobrauit incredulitatem eorum & duritiam cordis: quia iis, qui viderant eum resurrexisse non crediderunt.

Et dixit eis: Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ.

Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit: qui vero non crediderit condemnabitur.

* Act. 16. 18. & 2. 4. & 10. 45. Act. 28. 5. 8. Signa autē eos, qui crediderint, hæc sequentur: * In nomine meo dæmonia eiicient: Linguis loquentur nouis:

Serpentes tollent: Et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit: Super ægros manus imponent, & benè habebunt.

* Luc. 24. 51. Et Dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, *assumptus est in cœlum, & sedet à dextris Dei.

Illi autem profecti, prædicauerunt vbique, Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis.

Transl. ex Syriac.

4 *Et respicientes vident deuolutum esse saxum: erat enim ingens admodum.*

5 *Ingressæ itaq; in domum sepulchri conspicantur adolescentem sedentem à dextera, & indutum stola candida, & perculsæ sunt.*

6 *Is autem dixit eis: Ne timeatis: Ieschua Nazarenum quæritis illum qui fuit crucifixus: surrexit, non est hic: en locus vbi positus fuerat.*

7 *Sed abite dicturæ discipulis ipsius & Kipho: Ecce præit vobis in Galilæam: illic eum videbitis, sicut dixit vobis.*

8 *Quod quum audissent, currētes exiluerunt è sepulchro: tenebat enim eas stupor & tremor, & nemini quicquam dicebant, quippe quæ expauescerent.*

9 *Diluculo autem primæ sabbathi resurrexit, & apparuit primùm ipsi Mariam Magdeloitho, ex qua septem dæmonia eiecerat.*

10 *Et ea profecta annunciauit ijs, qui cum eo fuerant, lugentibus ac flentibus.*

11 *Qui quum audissent eas dicentes ipsum viuere, & apparuisse sibi, fidem eis haud quaquam adhibuere.*

12 *Postea apparuit duobus ex ipsis alia specie, quum ambularent, & proficiscerentur in villam:*

13 *Et illi profecti dixerunt cæteris: qui ne illis quidem crediderunt.*

14 * *Postremò verò apparuit ipsis duodecim quum discumberent, & exprobrauit exiguam eorum fidem, & duriciem cordis ipsorum: quippe qui ijs qui conspexerant eum suscitatum, non credidissent.* * Ad 6. lacinam Ascensionis.

15 *Et ait illis: Proficiscimini in vniuersum mundum, & & prædicate Euangelium meum omni creaturæ.*

16 *Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur.*

17 *Signa autem eos qui crediderint hæc sequentur: In nomine meo dæmonia ejcient: & linguis nouis loquentur:*

18 *Et serpentes tollent: & si toxicum mortiferum biberint, non nocebit eis: manus suas imponent ægrotis, & sanitati restituentur.*

19 *Porrò Ieschua Dominus noster postquam locutus cum eis fuisset, cælos conscendit, conseditque à dextera Dei.*

20 *Illi verò exierunt ac prædicauerunt vbique. & Dominus noster adiuuabat eos, & confirmabat sermones eorum per signa quæ ipsi edebant.*

FINIS.

Transl. B. Ariæ Mont.

Et respicientes spectant quod deuolutus esset lapis. Erat quippe magnus valde.

Et introeuntes in monumentum, viderunt iuuenem sedentem in dextris, circumamictũ stolam candidam & obstupuerunt.

Ille vero dicit illis: Ne expauescite: Iesum quæritis Nazarenum crucifixum: surrexit, non est hic. Ecce locus vbi posuerunt eum.

Sed ite, dicite discipulis eius, & Petrò, quia præcedit vos in Galilæam: ibi eum videbitis, sicut dixit vobis.

Et exeuntes fugerunt à monumento: tenebat autem eas tremor & stupor: & nemini nihil dixerunt: timebant enim.

Resurgens autem Iesus mane prima Sabbati, apparuit primum Mariæ Magdalenæ, ex qua eiecerat septem dæmonia.

Illa profecta nuntiauit his cum eo existentibus, lugentibus & flentibus.

Et illi audientes quia viueret & visus esset ab ea, non crediderunt.

Post autem hæc duobus ex ipsis deambulantibus apparuit in alia forma, euntibus in agrum.

Et illi abeuntes nuntiauerunt reliquis: nec illis crediderunt.

Posterius recumbẽtibus illis vndecim apparuit, & exprobrauit incredulitatem eorum & duritiam cordis, quia videntibus eum exsuscitatum non crediderunt.

Et dixit eis: Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ.

Credens & baptizatus saluabitur: at non credens condemnabitur.

Signa autem credentibus hæc sequentur: In nomine meo dæmonia eiicient: Linguis loquentur nouis:

Serpentes tollent: Et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit: Super ægros manus imponent, & pulchrè habebunt.

Quidem igitur Dominus post loqui eis, assumptus est in cœlum, & sedet à dextris Dei.

Illi autem egressi, prædicauerunt vbique: Domino cooperante, & sermonem confirmante per subsequentia signa. Amen.

Transl. Erasm. Roterod.

4 *Et cum respexissent, vident lapidem esse reuolutum: nam erat magnus valde.*

5 *Et ingressæ in monumentum, viderunt adolescentem sedentem à dextris, amictum stola candida, & expauerunt.*

6 *At ille dicit eis: Ne expauescatis, Iesum quæritis Nazarenum, qui fuit crucifixus: surrexit, non est hic: ecce locus, vbi posuerant illum.*

7 *Sed abite, dicite discipulis eius & Petro, quod ille præcedit vos in Galilæam illic eum videbitis, sicut dixit vobis.*

8 *Et abeuntes cito fugerunt à monumento. Habebat enim illas tremor & stupor, neque cuiquam quicquam dicebant. timebant enim.*

9 *Cum surrexisset autem Iesus mane primo die sabbathi, apparuit primum Mariæ Magdalenæ, de qua eiecerat septem dæmonia.*

10 *Illa profecta, renunciauit iis, qui cum illo fuerant, lugentibus ac flentibus.*

11 *Et illi cum audissent, quod viueret, ac visus esset ab illa, non crediderunt.*

12 *Post hæc autem duobus ex ipsis ambulantibus, apparuit in alia forma euntibus ris.*

13 *Et illi abierunt, ac renunciarunt reliquis: nec his illi crediderunt.*

14 *Postea discumbentibus illis vndecim apparuit: & exprobrauit illis incredulitatem suam, & cordis duriciem: quod his qui ipsum vidissent resuscitatum, non credidissent.*

15 *Et dicebat eis: Ite in mundum vniuersum, & prædicate Euangelium omni creaturæ:*

16 *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur.*

17 *Porrò signa eos qui crediderint, hæc subsequentur: Per nomen meum dæmonia ejcient: linguis loquentur nouis:*

18 *Serpentes tollent. Et si quid letale biberint, non nocebit eis. Super ægrotos manus imponent, & bene habebunt.*

19 *Itaq; Dominus quidem postquam locutus fuisset eis, receptus est in cœlum, & consedit à dextris Dei.*

20 *Illi vero egressi, prædicauerunt vbique Domino cooperante, & sermonem confirmante per signa subsequentia.*

FINIS.

PROLOGVS
S. HIERONYMI
IN
EVANGELIVM
SECVNDVM LVCAM.

LVCAS Syrus natione Antiochenſis, arte medicus, diſcipulus Apoſtolorum, poſtea Paulum ſecutus vſque ad conſummationem eius, ſeruiēs Domino ſine crimine: nam neque vxorem vnquam habens, neque filios, ſeptuaginta & quatuor annorum obijt in Bithynia, plenus ſpiritu ſancto. Qui, cum iam ſcripta eſſent Euangelia, per Matthæum quidem in Iudæa, per Marcum autem in Italia, ſancto inſtigante Spiritu in Achaiæ partibus hoc ſcripſit Euangelium, ſignificans etiam ipſe in principio, ante ſuum alia eſſe deſcripta. Cui extra ea quæ ordo Euangelicæ diſpoſitionis expoſcit; ea maxime neceſſitas laboris fuit, vt primum Græcis fidelibus omni prophetatione venturi in carnem Dei Chriſti manifeſtata humanitate, ne Iudaicis fabulis attenti in ſolo Legis deſiderio tenerentur: vel, ne hæreticis fabulis, & ſtultis ſollicitationibus ſeducti excideret à veritate, elaboraret. Dehinc vt in principio Euangelij Iohannis natiuitate præſumpta, cui Euangelium ſcriberet, & in quo electus ſcriberet indicaret: conteſtans in ſe completa eſſe, quæ eſſent ab aliis inchoata. Cui ideo poſt baptiſmum filij Dei à perfectione generationis permiſſa eſt, vt requirentibus demonſtraret, in quo apprehendens erat per Nathan filium Dauid, introitu recurrentis in Deum generationis admiſſo, indiſparabilis Dei prædicans in hominibus Chriſtum ſuum, perfecti opus hominis redire in ſe per filium faceret, quæ per Dauid patrem venientibus iter præbebat in Chriſto. Cui Lucæ non immeritò & ſcribendorum Actuum Apoſto-

lorum poteſtas in miniſterio datur, vt Deo in Deum in pleno, & filio perditionis extincto; oratione ab Apoſtolis facta, ſorte Domini electionis numerus compleretur. Sicque Paulus cõſummationem Apoſtolicis Actibus daret, quem diu contra ſtimulum recalcitrantem Dominus elegiſſet. Quod & legentibus ac requirẽtibus Deum, & ſi per ſingula expediri à nobis vtile fuerat; ſciens tamen quod operantem agricolam oporteat primùm de fructibus ſuis edere, vitauimus publicam curioſitatem, ne non tam volentibus Deum demonſtraſſe videremur, quàm faſtidientibus prodidiſſe.

SANCTI IESV CHRISTI EVANGELII

SECVNDVM LVCAM.

Vulgat. Editio.

CAPVT PRIMVM.

QVoniam quidem multi conati sunt ordinare narrationem, quæ in nobis completæ sunt, rerum:

Sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipsi viderunt, & ministri fuerunt sermonis:

Visum est, & mihi, assecuto omnia à principio diligenter ex ordine tibi scribere, optime Theophile:

Vt cognoscas eorum verborum, de quibus eruditus es, veritatem.

Fuit in diebus Herodis, regis Iudææ, sacerdos quidam nomine Zacharias * de vice Abia, & vxor illius de filiabus Aaron, & nomen eius Elizabeth.

* 1. Paral. 24. 10.

Erant autem iusti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis, & iustificationibus Domini sine querela.

Et non erat illis filius eo quod esset Elizabeth sterilis, & ambo processissent in diebus suis.

Factum est autem, cum sacerdotio fungeretur in ordine vicis suæ ante Deum.

Secundum consuetudinem sacerdotij, sorte exiit vt incensum poneret, ingressus in templum Domini:

* Exo. 30. 7. Leu. 16. 17.

* Et omnis multitudo populi erat orans foris hora incensi.

Apparuit autem illi Angelus Domini, stans à dexteris altaris incensi.

Et Zacharias turbatus est videns, & timor irruit super eum.

Ait autem ad illum Angelus: Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua: & vxor tua Elizabet pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Ioannem:

Et erit gaudium tibi, & exultatio, & multi in nativitate eius gaudebunt:

Erit enim magnus coram Domino: & vinum, & siceram non bibet, & Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ:

Et multos filiorum Israel convertet ad Dominum Deum ipsorum:

* Mal. 4. & Mat. 11. 14.

Et ipse præcedet ante illum in spiritu, & virtute Eliæ *: vt cõuertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iustorum, parare Domino plebem perfectam.

Et dixit Zacharias ad Angelum: Vnde hoc sciã? ego enim sum senex, & vxor mea processit in diebus suis.

Et respondens Angelus dixit ei: Ego sum Gabriel qui asto ante Deum: & missus sum loqui ad te, & hæc tibi euangelizare.

Et ecce eris tacens, & non poteris loqui vsque in diem, quo hæc fiant, pro eo quod non credidisti verbis meis, quæ implebuntur in tempore suo.

SANCTI IESV CHRISTI EVANGELII

SECVNDVM LVCAM,

Transl. ex Syriac.

CAPVT PRIMVM.

Lectio manuscriptorum complectitur ipsius textum.

1 *QVoniam plurimi voluerunt scribere narrationes earum actionum, in quibus nos contenti acquieuimus:*

2 *Prout tradiderunt nobis ij, qui à principio spectatores, ac ministri fuerunt ipsius sermonis.*

3 *Visum est etiam mihi quippe, qui fuerim impensè proximus illis omnibus, ordine suo cuncta ad te scribere, victoriosissime Theophile.*

4 *Vt recognoscas veritatem eorum sermonum quibus eruditus fuisti.*

5 *Fuit in diebus Herodis regis Iehoudæa, sacerdos quidam nomine Zecario ex ministerio domus Abia, vxor autem eius de filiabus Aharoun, cuius nomen erat Elischebaa.*

6 *Erant autem ambo iusti coram Deo, & ambulantes in omnibus mandatis eius, & in iustitia Domini inculpatè.*

7 *Nullum porrò habebant filium, quandoquidem Elischebaa erat sterilis, amboque erant multorum dierum.*

8 *Factum est autem, quum ipse sacerdotio fungeretur in ordine ministerij sui coram Deo.*

9 *Ritu sacerdotij accidit ei, vt componeret suffitus, & ingressus est templum Domini:*

10 *Tota verò turba populi orabat foris tempore suffitus.*

11 *Et apparuit ipsi Zecario Angelus Domini stans à dextera altaris suffimenti*

12 *Et conturbatus est Zecario quum vidisset eum, & tremor irruit in eum.*

13 *Dixit autem ei Angelus: Ne timeas Zecario, quoniam exaudita est oratio tua: & vxor tua Elischebaa pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Iouhanan.*

14 *Eritque tibi gaudio, & exultationi, ac plurimi gaudebunt ipsius natiuitate.*

15 *Etenim futurus est magnus coram Domino: nec vinum, nec siceram bibet, & Spiritu sanctitatis replebitur adhuc ipse in vtero matris suæ existens.*

16 *Multosque ex filys Israel conuertet ad Dominum Deum ipsorum.*

17 *Et ipse præcedet eum in Spiritu & virtute Iliæ prophetæ: vt conuertat cor patrum in filios, eosque qui sunt immorigeri ad scientiam rectorum, ac præparet Domino populum perfectum.*

18 *Et ait Zecario Angelo: Quomodo istud sciam? ego enim sum senex, & vxor mea prouecta in diebus suis.*

19 *Et respondit Angelus ac dixit ei: Ego sum Gabriel qui adsto coram Deo: & missus sum vt te alloquar, & hæc tibi euangelizem.*

20 *Nunc silebis, nec poteris loqui, ad eum vsque diem quo hæc fiant, quia non credidisti hisce sermonibus meis, qui implebuntur tempore suo.*

SANCTI IESV CHRISTI EVANGELII SECVNDVM LVCAM,

Transl. B. Ariæ Mont.

CAPVT PRIMVM.

QVoniam multi conati sunt reordinare narrationem, de impletis in nobis rebus,

Sicut tradiderunt nobis, ab initio ipsi oculati, & ministri existentes sermonis,

Visum est, & mihi assecuto altius omnia diligenter secundum ordinem tibi scribere, optime Theophile:

Vt agnoscas de quibus instructus es sermonum firmitudinem.

Factum est in diebus Herodis, regis Iudææ, sacerdos quidam nomine Zacharia ex vice Abia, & vxor illius ex filiabus Aaron, & nomen eius Elizabeth.

Erant autem iusti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis, & iustificationibus Domini irreprehensibiles.

Et non erat illis natus eo quod Elizabeth erat sterilis, & ambo prouecti in diebus suis erant.

Factum est autem, in sacerdotio fungendo ipsum in ordine vicis suæ ante Deum.

Secundum consuetudinem sacerdotij, sortitus est ingressus in templum Domini suffire:

Et omnis multitudo populi erat orans foris hora incensi.

Visus est autem illi Angelus Domini, stans à dexteris altaris incensi.

Et turbatus est Zacharias videns, & timor incidit in eum.

Ait autem ad illum Angelus: Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est petitio tua: & vxor tua Elizabet gignet filium tibi, & vocabis nomen eius Ioannem.

Et erit gaudium tibi, & exultatio, & multi in natiuitate eius gaudebunt:

Erit enim magnus coram Domino: & vinum, & siceram non bibet: & Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ:

Et multos filiorum Israel conuertet ad Dominum Deum ipsorum.

Et ipse præcedet ante illum in spiritu, & virtute Eliæ: vt cõuertere corda patrum in natos, & inuisibiles in prudentiam iustorum, parare Domino plebem expeditam.

Et dixit Zacharias ad Angelum: iuxta quid sciã hoc? ego enim sum senex, & vxor mea prouecta in diebus suis.

Et respondens Angelus dixit ei: Ego sum Gabriel astans ante Deum: & missus sum loqui ad te, & euangelizare tibi hæc.

Et ecce eris tacens, & non potens loqui vsque quo die fiant hæc, pro quibus non credidisti verbis meis, quæ implebuntur in tempus ipsorum.

SANCTI IESV CHRISTI EVANGELII SECVNDVM LVCAM,

Transl. Erasm. Roterod.

CAPVT PRIMVM.

1 *QVoniam complures aggressi sunt contexere narrationem earum quæ inter nos certissimæ fidei sunt, rerum,*

2 *Sicuti tradiderunt nobis hi qui ab initio suis oculis viderant, ac pars aliqua fuerant eorum, quæ narrabant:*

3 *Visum est & mihi, vt, cunctis ab initio exacta diligentia perquisitis, deinceps tibi scriberem optime Theophile:*

4 *Quo agnoscas eorum de quibus edoctus fueras, certitudinem.*

5 *Erat in diebus Herodis regis Iudææ, sacerdos quidam nomine Zacharias, de vice Abia, & vxor illius de filiabus Aaron, & nomen eius Elizabet.*

6 *Erant autem iusti ambo coram Deo, versantes in omnibus præceptis & iustificationibus domini irreprehensibiles.*

7 *Nec erat illis proles eo quod esset Elizabet sterilis, & ambo prouecta iam essent ætatis.*

8 *Factum est autem, cum is sacerdotio fungeretur in ordine vicis suæ coram Deo.*

9 *Secundum consuetudinem functionis sacerdotalis, sors illi obuenit: vt odores incenderet, ingressus in templum domini.*

10 *Et omnis multitudo populi precabatur foris tempore thymiamatis.*

11 *Apparuit autem illi angelus domini stans à dextris altaris, in quo thymiamata solent adoleri.*

12 *Et Zacharias turbatus est eo viso, ac timor irruit super eum.*

13 *Ait autem ad illum angelus: Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua. Vxor q; tua Elizabet pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Ioannem:*

14 *Et erit gaudium tibi, & exultatio: & multi super eius natiuitate gaudebunt.*

15 *Erit enim magnus coram domino, & vinum siceramq; non bibet. Et spiritu sancto replebitur iam inde ab vtero matris suæ.*

16 *Multos q; filiorum Israel conuertet ad dominum Deum ipsorum.*

17 *Et ipse præcedet ante illum cum spiritu & virtute Heliæ, vt conuertat corda patrum in filios, & inobedientes ad prudentiam iustorum, vt paret domino plebem perfectam.*

18 *Et dixit Zacharias ad angelum: Quo argumento istud cognoscam? ego enim sum senex, & vxor mea prouecta ætatis est.*

19 *Ac respondens angelus dixit ei: Ego sum Gabriel, qui astiti in conspectu Dei, missusque sum vt loquar ad te, & hæc tibi læta nunciem.*

20 *Et ecce futurum est vt sis tacitus, nec fari possis ad eum vsq; diem quo hæc fiant, eo quod non credidisti verbis meis, quæ implebuntur in tempore suo.*

Vulgat. Editio.

Et erat plebs expectans Zachariam: & mirabantur quod tardaret ipſe in templo.

Egreſſus autem non poterat loqui ad illos,& cognouerunt quod viſionem vidiſſet in templo. Et ipſe erat annuens illis,& permanſit mutus.

Et factum eſt, vt impleti ſunt dies officij eius,abijt in domum ſuam:

Poſt hos autem dies concepit Eliſabeth vxor eius,& occultabat ſe menſibus quinque,dicens:

Quia ſic fecit mihi Dominus in diebus, quibus reſpexit auferre opprobrium meum inter homines.

In menſe autem ſexto, miſſus eſt Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth.

Ad Virginem deſponſatam viro, cui nomen erat Ioſeph,de domo Dauid, & nomen Virginis Maria.

Et ingreſſus Angelus ad eam dixit: Aue gratia plena:Dominus tecum: Benedicta tu in mulieribus.

Quæ cum audiſſet, turbata eſt in ſermone eius, & cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio.

Et ait Angelus ei: Ne timeas Maria, inueniſti enim gratiam apud Deum:

Ecce concipies in vtero & paries filium, & vocabis nomen eius IESVM.

Hic erit magnus, & Filius Altiſſimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus ſedem Dauid patris eius:* & regnabit in domo Iacob in æternum,

Et regni eius non erit finis.

Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet iſtud,quoniam virum non cognoſco?

Et reſpondens Angelus dixit ei: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod naſcetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei.

Et ecce Eliſabeth cognata tua,& ipſa concepit filium in ſenectute ſua: & hic menſis ſextus eſt illi, quæ vocatur ſterilis:

Quia non erit impoſſibile apud Deum omne verbum.

Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum. Et diſceſſit ab illa Angelus.

Exurgens autem Maria in diebus illis abijt in montana cum feſtinatione,in ciuitatem Iuda:

Et intrauit in domum Zachariæ,& ſalutauit Eliſabeth.

Et factum eſt, vt audiuit ſalutationẽ Mariæ Eliſabeth,exultauit infans in vtero eius:& repleta eſt Spiritu ſancto Eliſabeth:

Et exclamauit voce magna,& dixit: Benedicta tu inter mulieres,& benedictus fructus vẽtris tui.

Et vñ hoc mihi vt veniat mater Dñi mei ad me?

Ecce enim vt facta eſt vox ſalutationis tuæ in auribus meis,exultauit in gaudio infans in vtero meo.

Et beata,quæ credidiſti, quoniam perficientur ea,quæ dicta ſunt tibi à Domino.

Et ait Maria:Magnificat anima mea Dominum.

Et exultauit Spiritus meus in Deo ſalutari meo.

Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ: ecce enim ex hoc beatam me dicẽt omnes generationes.

Quia fecit mihi magna qui potens eſt: & ſanctum nomen eius.

Et miſericordia eius à progenie in progenies timentibus eum.

Tranſl. ex Syriac.

21 *Populus autem ſtabat,ac præſtolabatur ipſum Zecario, & mirabantur ſuper retardatione ipſius in templo.*

22 *Quum exiret autem Zecario non poterat alloqui eos,& intellexerunt eum viſionem vidiſſe in templo. Et ipſe nutu innuebat eis,& mutus manſit.*

23 *Quumq; impleti fuiſſent dies miniſterij eius, venit domum ſuam.*

24 *Et factum eſt poſt dies illos, vt vterum ferret Eliſchebaa vxor ipſius,& occultaret ſeſe quinque menſibus, ac diceret:*

25 *Nempe iſta fecit mihi Dominus diebus quibus reſpexit me,vt auferret opprobrium meum inter homines.*

26 ** Menſe autem ſexto miſſus eſt Gabriel Angelus à Deo in Galilæam in vrbem nomine Nozerath:*

27 *Ad virginem deſponſatam viro nomine Iauſeph è domo Dauid,& nomen virginis erat Mariam.*

28 *Et ingreſſus eſt ad eam,& dixit ei: Pax tibi, ô plena gratia: Dominus noſter tecum eſt: Benedicta es inter mulieres.*

29 *Illa vero quum vidiſſet, turbata eſt eius ſermone, & meditabatur qualis eſſet pax iſta*(ſalutatio)

30 *Et dixit ei Angelus: Ne timens Mariam,inueniſti enim gratiam apud Deum.*

31 *Ecce enim concipies vtero,& paries filium, & vocabis nomen eius IESCHVA.*

32 *Hic erit magnus,& Filius altiſſimi vocabitur, eiq; dabit Dominus Deus thronum Dauid patris ipſius. Et regnabit ſuper domum Iaakoub in æternum,*

33 *Et regni eius non erit finis.*

34 *Dixit Mariam ad Angelum: Quomodo fiet iſtud, quandoquidem vir non eſt mihi cognitus?*

35 *Reſpondit Angelus,& dixit ei Spiritus ſanctitatis veniet,& virtus altiſſimi obumbrabit ſuper te: propterea is qui naſciturus eſt ex te Sanctus ipſe,ac filius Dei vocabitur.*

36 *Et ecce Eliſchebaa cognata tua,& ipſa concepit filium in ſenectute ſua,& hic eſt menſis ſextus ei, quæ vocatur ſterilis.*

37 *Quoniam Deo nihil eſt difficile.*

38 *Ait Mariam: Ecce ego ſum ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum. Et abijt Angelus ab ea.*

39 **Surrexit autem Mariam in diebus illis, & profecta eſt ſtudioſè in montem in ciuitatem Iehoudæa.*

40 *Et ingreſſa domum Zecario petijt pacem ipſius Eliſchebaa.*

41 *Et factum eſt,quum audiret Eliſchebaa ſalutationem ipſius Mariam,vt exultaret fœtus in vtero eius,& repleta eſt Spiritu ſanctitatis.*

42 *Exclamauitq; alta voce,& dixit ipſi Mariam: Benedicta tu inter mulieres,& benedictus eſt fructus qui eſt in vtero tuo.*

43 *Vndenã hoc mihi, vt mater Domini mei veniat ad me?*

44 *Ecce enim quum incidit vox ſalutationis tuæ in aures meas,gaudio magno ſubſultauit fœtus in vtero meo.*

45 *Et ô felix quæ credidit,quia futurum eſt complementum earum verum,quæ dictæ ſunt ei,à Domino.*

46 *Et ait Mariam,Magnificat anima mea Dominum.*

47 *Et exultauit ſpiritus meus in Deo Seruatore meo.*

48 *Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ. ecce enim ex hoc tempore beatitudinẽ mihi tribuẽt omnes generationes.*

49 *Quia egit apud me magnifica ille qui potens eſt:& ſanctum nomen eius.*

50 *Et miſericordia eius in ætates & generationes ſuper eos, qui timent ipſum.*

* Aſſumuerunt eum de Nazareth.

Ifa. 7.14 * Inf. 2.21

* Dan. 7. 14.27. Mich. 4.7

Transl. B. Ariæ Mont.

Et erat plebs expectans Zachariam: & mirabantur in tardare ipsum in templo.

Egressus autem non poterat loqui illis, & cognouerunt quod visionem vidisset in templo. Et ipse erat innuens illis:& permansit mutus.

Et factum est, vt impleti sunt dies ministrationis eius,abijt in domum suam.

Post autem hos dies concepit Elisabeth vxor eius,&occultabat seipsam menses quinque,dicens:

Quia sic mihi,fecit Dominus in diebus, quibus inspexit auferre opprobrium meum in hominibus.

In autem mense sexto, missus est Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth.

Ad Virginem desponsatam viro, cui nomen Ioseph,de domo Dauid: & nomen Virginis Maria.

Et ingressus Angelus ad eam dixit: Gaude gratia plena:Dominus cum te: Benedicta tu in mulieribus.

Illa vero videns perturbata est in sermone eius: & ratiocinabatur qualis esset salutatio ista.

Et ait Angelus ei : Ne paue Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum:

Et ecce concipies in vtero & paries filium, & vocabis nomen eius I E S V M.

Hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus sedem Dauid patris eius:* & regnabit in domo Iacob in æternum,

Et regni eius non erit finis.

Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodo erit istud:quoniam virum non cognosco?

Et respondens Angelus dixit ei:Spiritus sanctus superueniet in te , & efficientia Altissimi obumbrabit tibi: Ideoque natum ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei.

Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concipiens filium in senectute sua:& hic mensis sextus est illi vocatæ sterili:

Quia non erit impossibile apud Deum omne verbum.

Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Et discessit ab illa Angelus.

Exurgens autem Maria in diebus illis abijt in montanam cum festinatione,in ciuitatem Iuda:

Et intrauit in domum Zachariæ,& salutauit Elisabeth.

Et factum est, vt audiuit Elisabeth salutationem Mariæ,exultauit infans in vtero eius. & repleta est Spiritu sancto Elisabeth:

Et exclamauit voce magna,& dixit: Benedicta tu in mulieribus , & benedictus fructus vteri tui.

Et vñ mihi hoc vt veniat mater Dñi mei ad me?

Ecce enim vt facta est vox salutationis tuæ in aures meas, exultauit infans in gaudio in vtero meo.

Et beata, credens quod erit perfectio effatis ei à Domino.

Et ait Maria:Magnificat anima mea Dominum.

Et exultauit Spiritus meus in Deo salutari meo.

Quia respexit in humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc nũc beatã dicẽt me oẽs generationes.

Quia fecit mihi magna potens, & sanctum nomen eius.

Et misericordia eius in generationes generationum timentibus eum.

Transl. Erasm. Roterod.

21 *Et erat populus expectans Zachariam, & mirabantur quod moraretur in templo.*

22 *Egressus autem non poterat loqui illis. Et cognouerunt, quod visionem vidisset in templo. Et ipse innuebat illis, permansitq; mutus.*

23 *Et accedit,vt impleti sunt dies officij eius, abijt in domum suam.*

24 *Post hos autem dies concepit Elizabet vxor eius, & occultabat se mensibus quinque,dicens:*

25 *Sic fecit mihi dominus in diebus,quibus me respexit,vt auferret probrum meum inter homines.*

26 *In mense autem sexto missus est angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilææ,cui nomen Nazareth.*

27 *Ad virginem desponsam viro,cui nomen erat Ioseph,de domo Dauid,ac nomen virginis Maria.*

28 *Et ingressus angelus ad eam, dixit: Aue gratiosa, dominus tecum,benedicta tu inter mulieres.*

29 *Illa vero cum vidisset, turbata est super oratione eius, & cogitabat,qualis esset illa salutatio.*

30 *Et ait angelus ei:Ne timeas Maria, nacta es enim gratiam apud Deum:*

31 *Ecce concipies in vtero,& paries filium, ac vocabis nomen eius I E S V M.*

32 *Is erit magnus,& filius altissimi vocabitur. Et dabit illi dominus Deus sedem Dauid patris ipsius , regnabitq; super domum Iacob in æternum.*

33 *Et regni eius non erit finis.*

34 *Dixit autem Maria ad angelum: Quomodo erit istud, quandoquidem virum non cognosco?*

35 *Et respondens angelus dixit ei: Spiritus sanctus superueniet in te,& virtus altissimi obumbrabit tibi. Quapropter & quod nascetur sanctum,vocabitur filius Dei.*

36 *Atq; ecce Elizabet cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua,& hic mensis est sextus illi,quæ dicebatur sterilis.*

37 *Quia non erit impossibile apud Deum omne verbum.*

38 *Dixit autem Maria: Ecce ancilla domini , fiat mihi secundum verbum tuum. Ac discessit ab illa Angelus.*

39 *Exurgens autem Maria in diebus his,abijt in montana cum festinatione in ciuitatem Iuda.*

40 *Et intrauit in domum Zachariæ,ac salutauit Elizabet.*

41 *Et factum est, vt audiuit salutationem Mariæ Elizabet,repleta est spiritu sancto Elizabet.*

42 *Exclamauitque voce magna,& dixit: Benedicta tu inter mulieres,& benedictus fructus ventris tui.*

43 *Et vnde hoc mihi, vt veniat mater domini mei ad me?*

44 *Ecce enim vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis,exultauit præ gaudio infans in vtero meo.*

45 *Et beata quæ credidit, quoniam perficientur ea quæ dicta sunt ei à Domino.*

46 *Et ait Maria:Magnificat anima mea Dominum.*

47 *Et exultauit spiritus meus in Deo seruatore meo:*

48 *Quia respexit ad humilitatem ancillæ suæ. ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.*

49 *Quia fecit mihi magnifica qui potens est , & sanctum nomen eius:*

50 *Et misericordia eius in progeniem & progeniem , timentibus ipsum.*

Vulgat. Editio.

Fecit potentiam in * brachio suo : dispersit superbos mente cordis sui.
Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles.
* Esurientes implenit bonis, & diuites dimisit inanes.
Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiæ suæ.
Sicut locutus est ad patres nostros, * Abraham & semini eius in secula.
Mansit autem Maria cum illa quasi mensibus tribus: & reuersa est in domum suam.
Elisabeth autem impletum est tempus pariendi, & peperit filium.
Et audierunt vicini & cognati eius quia magnificauit Dominus misericordiam suam cum illa: & congratulabantur ei.
Et factum est in die octauo venerunt circumcidere puerum, & vocabant eum nomine patris sui, Zachariam.
Et respondens mater eius, dixit: Nequaquam: sed vocabitur Ioannes.
Et dixerunt ad illam: Quia nemo est in cognatione tua qui vocetur hoc nomine.
Innuebant autem patri eius, quem vellet vocari eum:
Et postulans pugillarem, scripsit, * dicens: Ioannes est nomen eius. Et mirati sunt vniuersi.
Apertum est autem illicò os eius, & lingua eius, & loquebatur benedicens Deum.
Et factꝰ est timor super oēs vicinos eorū: & super omnia mōtana Iudææ diuulgabātur oīa verba hæc.
Et posuerunt omnes qui audierant in corde suo, dicentes: Quis, putas, puer iste erit? Etenim manus Domini erat cum illo.
Et Zacharias pater eius repletus est Spiritu sancto, & prophetauit, dicens:
* Benedictus Dominus Deus Israel: quia visitauit & fecit redemptionem plebi suæ.
Et erexit cornu salutis nobis in domo Dauid pueri sui:
* Sicut locutus est per os sanctorum qui à seculo sunt, Prophetarum eius:
Salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium, qui oderunt nos:
Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris, & memorari testamenti sui sancti.
* Iusiurandum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum, daturum se nobis:
Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, seruiamus illi.
In sāctitate & iustitia corā ipso, oīb⁹ dieb⁹ nostris.
Et tu puer Propheta Altissimi vocaberis: præibis enim ante faciem Domini parare vias eius:
* Ad dandā scientiam salutis plebi eius, in remissionem peccatorum eorum:
Per viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus visitauit nos * oriens ex alto:
Illuminare his qui in tenebris, & vmbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.
Puer autem crescebat, & confortabatur spiritu: & erat in desertis vsque in diem ostensionis suæ ad Israel.

CAP. II.

FActum est autem in diebus illis, exiit edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis.
Hæc descriptio prima facta est à præside Syriæ Cyrino:

Transl. ex Syriac.

Fecit victoriam brachio suo, & dissipauit superbos mente cordis ipsorum.
Deturbauit potentes de cathedris, & exaltauit humiles.
Esurientes saturauit bonis : & diuites dimisit inaniter.
Adiuuit Israel seruum suum, & recordatus est misericordiæ suæ.
Sicut locutus est cum patribus nostris, cum Abrahom, & cum semine eius in seculum.
Mansit autem Mariam apud Elischebaa quasi menses tres, & reuersa est domum suam.
* *Ipsi autem Elischebaa factum est tempus pariendi, & peperit filium.*
Et audierunt vicini, filijq; cognationis eius, Deum magnificasse gratiam suam erga eam, & congratulabantur ei.
Et factum est die octauo, vt venerint circumcisuri puerulum, & vocarunt eum nomine patris ipsius Zecario.
Et respondit mater eius, ac dixit ei: Non ita, sed vocabitur Iouhanon.
Et dicunt ei: Nemo est in prosapia tua qui vocetur hoc nomine.
Innuebant itaque patri eius quomodo vellet ei nomen imponi.
Petijtq; codicillos, & scripsit, inquiens: Iouhanō est nomen eius. Et miratus est vnusquisque.
Et illico apertum est os eius, & eius lingua, & loquutus est, benedixitq; Deo.
Et extitit pauor super omnes vicinos eorum, & in vniuerso monte Iihoudæ ista prolata sunt:
Omnes autem qui audierunt, cogitabant in corde suo, ac dicebant : Quisnam futurus est puerulus iste? & manus Domini erat cum eo.
Et repletus est Zecario pater eius Spiritu sanctitatis: ac vaticinatus est, dicens:
Benedictus Dominus Deus Israel, quippe qui visitauerit populum suum, fecerit q; redemptionem eius.
Et erexerit nobis cornu salutis, in domo Dauid serui sui.
Sicut locutus est per os vatum suorum sanctorum, qui à seculo fuerunt:
Se nos liberaturum ab hostibus nostris, & è manu omnium, qui oderunt nos.
Ac misericordiæ suæ vsurum cum patribus nostris, sed q; memorem futurum testamenti sui sancti.
Necnon iurisiurādi, quod iurauit Abrohom patri nostro, se daturum nobis.
Vt liberaremur de manu inimicorum nostrorum, & absque timore seruiremus coram eo.
Omnibus diebus nostris cum iustitia.
Tuq; puerule, prophēta altissimi vocaberis : quandoquidem ambulabis ante faciē Domini, vt pares viæ eius.
Vt des cognitionem vitæ populo suo: in remissionem peccatorum eorum.
Per viscera misericordiæ Dei nostri: quibus inuisit nos oriens ex alto:
Vt luceat eis, qui sunt in tenebris, & in vmbris mortis sedent, vt dirigat pedes nostros in viam pacis.
Puerulus autem crescebat, & corroborabatur Spiritu: & in deserto fuit ad hunc vsque diem, quo se ostenderet apud Israel.

CAP. II.

FActum est autem in diebus illis, vt exiret edictum ab Augusto Cæsare, vt describeretur vniuersus populus possessionis eius.
Hæc descriptio prima facta est sub præfectura Kyreni in Syria.

Matutinis festo Natiuitatis.

Transl. B. Ariæ Mont.

Fecit robur in brachio suo: dissipauit superbos cogitatione cordis eorum.
Deraxit potentes de thronis,& exaltauit humiles.
Esurientes impleuit bonis,& diuites dimisit inanes.
Suscepit Israel puerum suum,memorari misericordiæ.
(Sicut locutus est ad patres nostros, Abraham & semini eius)in seculum.
Mansit autem Maria cum illa quasi menses tres: & reuersa est in domum suam.
Verùm Elisabeth impletũ est tempus parere ipsam:& genuit filium.
Et audierunt vicini & cognati eius quia magnificauit Dominus misericordiam suam cum illa: & congratulabantur ei.
Et factum est in octauo die venerunt circuncidere puerum, & vocabant eum in nomine patris sui, Zachariam.
Et respondens mater eius,dixit:Nequaquam:sed vocabitur Ioannes.
Et dixerunt ad illam : Quia nemo est in cognatione tua qui vocetur nomine hoc.
Innuebant autem patri eius, hoc quid vellet vocari eum:
Et postulans tabellam,scripsit,dicens:Ioannes est nomen eius.Et mirati sunt vniuersi.
Apertum est autem os eius illicò , & lingua eius afformata est,& loquebatur benedicens Deum.
Et factº est super omnes timor vicinos eorũ: & in omni mõtana Iudææ diuulgabãtur oĩa verba hæc.
Et posuerunt omnes audientes in corde suo , dicentes:Quisnam puerulus iste erit ? Et manus Domini erat cum illo.
Et Zacharias pater eius repletus est Spiritu sancto,& prophetauit,dicens:
Benedictus Dominus Deus Israel : quia visitauit & fecit redemptionem plebi suæ.
Et erexit cornu salutis nobis in domo Dauid pueri sui:
Sicut locutus est per os sanctorum qui à seculo Prophetarum eius.
Salutem ex inimicis nostris , & de manu omniũ odio habentium nos:
Facere misericordiam cum patribus nostris , & memorari testamenti sancti sui.
Iusiurandum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum,dare nobis,
Impauide ex manu inimicorum nostrorum liberatos,seruire illi.
In sanctitate & iustitia coram ipso , omnes dies vitæ nostræ.
Et tu puer Propheta Altissimi vocaberis:præibis enim ante faciem Domini parare vias eius:
ad dandam scientiam salutis plebi eius,in remissionem peccatorum eorum:
Per viscera misericordiæ Dei nostri , in quibus visitauit nos oriens ex alto.
Apparere ijs qui in tenebris,& vmbra mortis sedentibus:Dirigere pedes nostros in viam pacis.
At puerulus crescebat,& corroborabatur spiritu: & erat in desertis vsque in diem ostensionis suæ ad Israel.

CAP. II.

FActum est autem in diebus illis,exiit edictum à Cæsare Augusto,describi omnem habitatam.
Hæc descriptio prima facta est præside Syriæ Cyrenio.

Transl. Erasm. Rotterod.

Præstitit robur per brachium suum, disperſit ſuperbos cogitatione cordis ipſorum.
Detraxit potentes de ſedibus,& exaltauit humiles.
Eſurientes implenit bonis,& diuites dimiſit inanes.
Suſcepit Iſrael puerum ſuum,vt memor eſſet miſericordiæ.
Sicut locutus eſt ad patres noſtros,nimirum Abrahamo & ſemini eius in æuum.
Manſit autem Maria cum illa circiter menſibus tribus & reuerſa eſt in domum ſuam.
Elizabetha vero impletum eſt tempus pariendi,& peperit filium.
Et audierunt vicini & cognati eius,quod magnificè Dominus miſericordia ſua vſus eſſet erga illam, & gratulabantur ei.
Et factum eſt in die octauo,venerunt ad circumcidendum puerum,& vocabant eum nomine patris ſui Zachariam.
Et reſpondens mater eius dixit : Nequaquam,ſed vocabitur Iohannes.
Et dixerunt ad illam:Nemo eſt in cognatione tua , qui vocetur iſto nomine.
Innuebant autem patri eius,quid vellet vocari eum.
Iſq; poſtulatis tabellis,ſcripſit,dicens : Iohannes eſt nomen eius.Et admirati ſunt vniuerſi.
Apertum eſt autem os eius illico,& lingua eius , & loquebatur laudans Deum.
Et peruaſit timor per omnes vicinos eorum,& per omnẽ montanã regionem Iudææ diuulgabãtur omnia verba hæc.
Et poſuerunt omnes qui audierant, in corde ſuo, dicentes : Quidnam puer hic erit? Et manus Domini erat cum illo.
Et Zacharias pater eius repletus eſt ſpiritũ ſancto,prophetauit q, dicens:
Laudandus dominus Deus Iſrael,quia viſitauit & fecit redemptionem populo ſuo.
Et erexit cornu ſalutis nobis,in domo Dauid pueri ſui.
Sicut locutus eſt per os ſanctorum,qui à ſaculo fuerunt prophetarum ſuorum.
Fore vt ſeruaremur ab inimicis noſtris ,& de manu omnium qui oderunt nos:
Vt vteretur miſericordia erga patres noſtros, ac memor eſſet teſtamenti ſui ſancti, præſtaretq,
Iuſiurandum quod iurauit ad Abraham patrem noſtrum, ac daret nobis.
Vt ſine timore,de manu inimicorum noſtrorum liberati, ſeruiremus ipſi.
Cum ſanctitate & iuſtitia coram ipſo , cunctis diebus vitæ noſtræ.
Et tu puer , propheta altiſſimi vocaberis , præibis enim ante faciem Domini,ad parandum vias eius.
Ad dandam ſcientiam ſalutis populo ipſius per remiſſionem peccatorum eius:
Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri,quibus viſitauit nos oriens ex alto:
Vt illuceſceret his qui in tenebris & vmbra mortis ſedebant ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis.
Puer autem creſcebat & corroborabatur ſpiritu,& erat in deſertis,donec veniret dies , quo oſtendendus erat apud Iſraelitas.

CAP. II.

FActum eſt autem in diebus illis : Exiit decretum à Cæſare Auguſto,vt cenſeretur totus orbis.
Hæc deſcriptio prima facta eſt præſide Syriæ Cyrenio.

Vulgat. Editio.

Et ibant omnes vt profiterentur singuli in suam ciuitatem.

Ascendit autem & Ioseph à Galilæa de ciuitate Nazaret in Iudæam in ciuitatem Dauid, quæ vocatur * Bethlehem: eo quod esset de domo, & familia Dauid:

Vt profiteretur cum Maria desponsata sibi vxore prægnante.

Factum est autem, cum essent ibi, impleti sunt dies vt pareret.

Et peperit filium suum primogenitum, & pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in præsepio: quia non erat eis locus in diuersorio.

Et pastores erant in regione eadem vigilantes, & custodientes vigilias noctis super gregem suum.

Et ecce Angelus Dñi stetit iuxta illos, & claritas Dei circumfulsit illos, & timuerũt timore magno.

Et dixit illis Angelus: Nolite timere; ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo:

Quia natus est vobis hodie Saluator, qui est Christus Dominus in ciuitate Dauid.

Et hoc vobis signum: Inuenietis infantem pannis inuolutum, & positum in præsepio.

Et subito facta est cum Angelo multitudo militiæ cælestis laudantium Deum, & dicentium:

Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.

Et factum est, vt discesserũt ab eis Angeli in cœlum: pastores loquebantur ad inuicem: Transeamus vsque Bethlehem, & videamus hoc verbum, quod factum est, quod Dominus ostendit nobis.

Et venerunt festinantes: & inuenerunt Mariã, & Ioseph, & infantem positum in præsepio.

Videntes autem cognouerunt de verbo, quod dictum erat illis de puero hoc.

Et omnes, qui audierunt, mirati sunt: & de his, quæ dicta erant à pastoribus ad ipsos.

Maria autem coseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo.

Et reuersi sunt pastores glorificantes, & laudantes Deum in omnibus, quæ audierant, & viderant sicut dictum est ad illos.

* Et postquam consummati sunt dies octo vt circumcideretur puer: vocatum est nomẽ eius * Iesus, quod vocatum est ab Angelo prius quàm in vtero conciperetur.

Et postquam impleti sunt dies purgationis eius * secundum legem Moysi, tulerunt illum in Ierusalem, vt sisterent eum Domino.

Sicut scriptũ est in lege Domini: * Quia omne masculinũ adaperiẽs vuluã, sãctũ Dño vocabitur.

Et vt darent hostiã secũdum quod dictũ est * in lege Dñi par turturũ, aut duos pullos colũbarum.

Et ecce homo erat in Ierusalem, cui nomen Simeon, & homo iste iustus, & timoratus, expectans consolationẽ Israel, & Spiritus sanctus erat in eo,

Et responsum acceperat à Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi prius videret Christum Domini.

Et venit in spiritu in templum. Et cum inducerent puerum Iesum parentes eius, vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo:

Et ipse accepit eum in vlnas suas, & benedixit Deum, & dixit:

Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace:

Transl. ex Syriac.

3 *Et proficiscebatur vnusquisque, vt describeretur, & in suam ciuitatem.*

4 *Ascendit autem & ipse Iausepth à Nozereth Galilææ, Iihoudeam in ciuitatem Dauid, quæ vocatur Bethlechem (quandoquidem erat ex domo, & ex prosapia ipsius Dauid.)*

5 *Cum Mariam sponsa sua vterum ferente, vt illic describeretur.*

6 *Et factum est dum illic essent, vt implerentur dies, quibus ipsa pareret.*

7 *Peperitq; filium suum primogenitum, ac inuoluit eum fasciis, & reclinauit eum in præsepi, quia non erat eis locus vbi habitarent.*

8 *Erant autem pastores in ea regione qui degebant illic, & custodiebant custodias nocturnas super greges suos.*

9 *Et ecce Angelus Dei venit ad eos, gloriaq; Domini illuxit eis, ac timuerunt timore magno.*

10 *Et dixit eis Angelus: Ne timeatis; ecce enim annuncio vobis gaudium magnum quod futurum est toti mundo:*

11 *Natus est enim vobis hodie Redemptor, qui est Dominus Meschicho in ciuitate Dauid.*

12 *Et hoc erit vobis signum: Inuenietis infantem inuolutum fasciis, & positum in præsepi.*

13 *Et derepente apparuerunt cum Angelo multi exercitus cælestes glorificantes Deum, ac dicentes:*

14 *Gloria Deo in excelsis, & super terram pax, & voluntas bona hominibus.*

15 *Et factum est, quum discederent ab eis Angeli in cœlos, vt locuti sint pastores vnus ad alium, dixerintq;: Proficiscamur vsq; in Bethlechem, & videamus sermonem istum, qui factus est, prout Dominus patefecit nobis.*

16 *Venerunt itaq; festinanter, & inuenerunt Mariam, & Iausepth, & infantem positum in præsepi.*

17 *Quumq; vidissent, notum fecerunt sermonem, qui dictus eis fuerat super illo puerulo.*

18 *Et omnes qui audierunt mirati sunt super iis, quæ sibi dicta fuerant à pastoribus.*

19 *Mariam vero conseruabat hos omnes sermones, & voluebat in corde suo.*

20 *Et reuersi sunt pastores illi glorificantes, ac laudantes Deum super omnibus, quæ viderant, & audierant, prout dictum fuerat eis.*

21 * *Quumq; completi fuissent octo dies, vt circumciderentur puerulo vocatum est nomen eius IESCHVA, quod vocatum fuerat ab Angelo, priusquam conciperetur fuisset in vtero.*

22 *Et quum impleti fuissent dies purgationis eorum secundum legem Mouschæ, adduxerunt eum ad Ourischlem, vt sisterent eum coram Domino.*

23 *Sicut scriptum est in Lege Domini: Omnis masculus aperiens vuluam, Sanctus Domini vocabitur.*

24 *Et vt darent sacrificium, prout dictum est in lege Domini, par turturum, aut duos pullos columbæ.*

25 *Erat autem vir quidam in Ourischlem, cuius nomen erat Schemeoun, & vir iste rectus erat, & iustus, ac præstolabatur consolationem Israel: Spiritusq; sanctitatis erat super eo.*

26 *Ac dictum ei fuerat à Spiritu sanctitatis ipsum non visurum mortem, vsq; dum vidisset Meschicho Domini.*

27 *Hic ipse venerat per Spiritum in templum. Quumq; introducerent parentes Ieschua puerulum, vt agerent pro eo sicuti præceptum fuerat in Lege:*

28 *Suscepit eum in vlnas suas, & benedixit Deo, & dixit:*

29 *Nunc dimitte seruum tuum Domine mi, secundum verbum tuum, in pace.*

* Mich. 5. Matt. 2.
* Gen. 17. 21. Leu. 12. 3. * Exo. 13. Matt. 1. 21.
* Leu. 12. &c.
* Exo. 13. 2. Num. 3. 16.
* Leu. 12. 8.
* Matth. 1. 21. Luc. 1. 31. Dan. 9. 24.

Transl. B. Ariæ Mont.

Et ibant omnes describi, vnusquisque in propriam ciuitatem.

Ascendit autem & Ioseph à Galilæa ex ciuitate Nazareth, in Iudæam, in ciuitatem Dauid quæ vocatur Bethlehem, propter esse ipsum ex domo & familia Dauid:

Describi cum Maria desponsata sibi vxore, existente pregnante.

Factum est autem in esse eos ibi, impleri sunt dies parere ipsam.

Et peperit filium suum primogenitum & fasciauit eum, & reclinauit eum in præsepi: quia non erat eis locus in diuersorio.

Et pastores erant in regione eadem in agro agentes, & custodientes custodias noctis super gregem suum.

Et ecce angelus Domini adstitit eis, & gloria Domini circũfulsit illos: & timuerũt timore magno.

Et dixit illis Angelus: Ne pauere. Ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo.

Quia natus est vobis hodie Saluator, qui est Christus Dominus in ciuitate Dauid.

Et hoc vobis signum: Inuenietis infantem fasciatum iacentem in præsepio.

Et subito facta est cum angelo multitudo exercitus cœlestis, laudantium Deum, & dicentium:

Gloria & altissimis Deo: & in terra pax, in hominibus beneplacitum.

Et factum est, vt discesserunt ab eis in cœlum angeli, & homines pastores dicebant ad inuicẽ: Transeamus iam vsque in Bethlehem, & videamus verbum hoc factum, quod Dominus ostendit nobis.

Et venerunt festinantes, & inuenerunt & Mariam & Ioseph, & infantem iacentem in præsepio.

Videntes autem cognouerunt de verbo dicto illis de puerulo hoc.

Et omnes audientes mirati sunt de dictis à pastoribus ad ipsos.

At Maria omnia conseruabat verba hæc, conferens in corde suo.

Et reuersi sunt pastores, glorificantes & laudantes Deum in omnibus quæ audierant & viderant, sicut dictum est ad illos.

Et quando impleti sunt dies octo circumcidendi eum, & vocatum est nomen eius Iesus, vocatum ab angelo ante concipi eum in vtero.

Et cum impleti sunt dies purgationis eius secundum legem Moysi, tulerunt, illum in Hierusalem, sistere Domino.

Sicut scriptum est in lege Domini: Quia omne masculinũ adaperiẽs vuluã, sanctũ Dño vocabitur.

Et dare hostiam, secundum dictum in lege Domini, par turturum, aut duos pullos columbarum.

Et ecce erat homo in Hierusalem, cui nomen Simeon: & homo iste iustus & religiosus expectãs consolationem Israel: & Spiritus sanctus erat in eo.

Et erat ei responsum à Spiritu sancto, non videre mortem, priusquam videret Christum Domini.

Et venit in spiritu in templum, & in inferre parentes puerum Iesum, ad facere ipsos secundum consuetum Legis circa eum.

Et ipse accepit eum in vlnas suas, & benedixit Deum, & dixit:

Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum, in pace:

Transl. Erasm. Roterod.

3 *Et ibant omnes vt profiterentur in suam quisque ciuitatem.*

4 *Ascendit autem & Ioseph à Galilæa de ciuitate Nazareth, in Iudæam: in ciuitatem Dauid, quæ vocatur Bethleem, eo quod esset de domo & familia Dauid.*

5 *Vt profiteretur cum Maria desponsa sibi vxore, quæ erat prægnans.*

6 *Accidit autem cum essent ibi, completi sunt dies pariendi.*

7 *Et peperit filium suum primogenitum, ac fasciis eum involuit, reclinauitq; eum in præsepi, quod non esset eis locus in diuersorio.*

8 *Et pastores erant in regione eadem vigilantes, & excubantes excubias nocte super gregem suum.*

9 *Et ecce angelus Domini astitit illis, & claritas Domini circumfulsit illos, & timuerunt timore magno.*

10 *Et dixit illis angelus: Ne timeatis. Ecce enim annuncio vobis gaudium magnum, quod futurum est toti populo,*

11 *Quia natus est vobis hodie seruator, qui est Christus Dominus, in ciuitate Dauid.*

12 *Et hoc vobis signum: Inuenietis infantem fasciis involutum, positum in præsepi.*

13 *Et subito facta est cum angelo multitudo militiæ cœlestis, laudantium Deum & dicentium:*

14 *Gloria in altissimis Deo, ac in terra pax, in hominibus bona voluntas.*

15 *Et factum est vt discesserunt ab eis angeli in cœlum, & homines pastores loquebantur inter sese: Transeamus iam Bethleem vsque, & videamus hoc quod audiuimus accidisse, quod Dominus aperuit nobis.*

16 *Et venerunt festinantes, & inuenerunt Mariam & Ioseph, & infantem positum in præsepi.*

17 *Cum vidissent autem diuulgauerunt de verbo, quod dictum erat ipsis de puero hoc.*

18 *Et omnes qui audierunt, mirati sunt, de his quæ dicta erant à pastoribus ad ipsos.*

19 *Porrò Maria conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo.*

20 *Et reuersi sunt pastores, glorificantes, ac laudantes Deum super omnibus, quæ audierant & viderant, ita vt dictum fuerat ipsis.*

21 *Et postquam consummati sunt dies octo vt circumcideretur puer, vocatum est nomen eius Iesus, quod vocatum erat ab angelo priusquam in vtero conciperetur.*

22 *Et posteaquam completi fuissent dies purgationis eorum secundum legem Mosi, adduxerunt eum Hierosolymam, vt sisterent eum Domino.*

23 *Sicut scriptum est in lege Domini: Omne masculinum adaperiens vuluam, sanctum Domino vocabitur.*

24 *Et vt darent hostiam secundum quod dictum est in lege Domini, par turturum, aut duos pullos columbarum.*

25 *Et ecce homo erat Hierosolymis cui nomen Simeon, & homo iste iustus ac pius, expectans consolationem Israel, & spiritus sanctus erat super eum.*

26 *Et responsum acceperat à spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi prius videret Christum Domini.*

27 *Et venit per spiritum in templum. Et cum inducerent puerum Iesum parentes, vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo,*

28 *Ipse quoque accepit eum in vlnas suas & laudauit Deum, ac dixit:*

29 *Nunc dimittis seruum tuum Domine secundum verbum tuum in pace,*

Vulgat. Editio.

Quia viderunt oculi mei Salutare tuum, 30

Quod parasti ante faciem omnium populorum. 31
Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam 32
plebis tuæ Israel.
Et erat pater eius, & mater mirantes super his, 33
quæ dicebantur de illo.
Et benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariam 34
matrem eius: * Ecce positus est hic in ruinam, &
in resurrectionem multorum in Israel: & in si-
gnum, cui contradicetur:
Et tuam ipsius animam pertransibit gladius, vt 35
reuelentur ex multis cordibus cogitationes.
Et erat Anna prophetissa, filia Phanuel, de tribu 36
Aser: hæc processerat in diebus multis, & vixerat
cum viro suo annis septem à virginitate sua.
Et hæc vidua vsque ad annos octoginta qua- 37
tuor: quæ non discedebat de templo, ieiuniis, &
obsecrationibus seruiens nocte, ac die.
Et hæc ipsa hora superueniens, cõfitebatur Do- 38
mino: & loquebatur de illo omnibus, qui expe-
ctabant redemptionem Israel.
Et vt perfecerunt omnia secundum legem Do- 39
mini, reuersi sunt in Galilæam in ciuitatem suam
Nazareth.
Puer autem crescebat, & confortabatur plenus 40
sapientia: & gratia Dei erat in illo.

Et ibant parentes eius per omnes annos in Ieru- 41
salem, * in die sollemni Paschæ.
Et cũ factus esset annorũ duodecim, ascendẽtib. 42
illis Ierosolymã secundũ consuetudinẽ diei festi,
Consummatisque diebus, cum redirent, remansit 43
puer Iesus in Ierusalem, & non cognouerunt
parentes eius.
Existimantes autem illum esse in comitatu, ve- 44
nerunt iter diei, & requirebant eum inter cogna-
tos, & notos.

Et non inuenientes regressi sunt in Ierusalem, 45
requirentes eum.
Et factum est, post triduum inuenerunt illum 46
in templo sedentem in medio doctorum, audien-
tem illos, & interrogantem eos.
Stupebant autem omnes, qui eum audiebant, 47
super prudentia, & responsis eius.
Et videntes admirati sunt. Et dixit mater eius 48
ad illum: Fili, quid fecisti nobis sic? ecce pater
tuus, & ego dolentes quærebamus te.
Et ait ad illos: Quid est, quod me quærebatis, nes- 49
ciebatis quia in his, quæ patris mei sunt, oportet
me esse.
Et ipsi non intellexerunt verbum, quod locutus 50
est ad eos.
Et descendit cum eis, & venit Nazareth: & erat 51
subditus illis. Et mater eius conseruabat omnia
verba hæc in corde suo.
Et Iesus proficiebat sapientia, & ætate, & gratia 52
apud Deum, & homines.

CAP. III.

ANno autem quintodecimo imperij Tiberij 1
Cæsaris, procurante Pontio Pilato Iudæam,
tetrarcha autem Galilææ Herode, Philippo autem
fratre eius tetrarcha Iturææ, & Traconitidis re-
gionis, & Lysania Abilinæ tetrarcha,
* Sub principibus sacerdotum Anna, & Caipha: 2
factum est verbum Domini super Ioannem, Zac-
hariæ filium, in deserto.

* Isa. 8. 14. Rom. 9. 33. 1. Pet. 2. 8.

* Exo. 23. 15. 34. & 37. Deu. 16.

* Act. 46.

Transl. ex Syriac.

Ecce enim viderunt oculi mei illum tuum Misericordem,

Quem præparasti in conspectu omnium populorum.
Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam populo tuo Israel.
Iausephus autem, & mater eius mirabantur super ijs, quæ dicebantur de eo.
Et benedixit eis Schemeoun, & dixit Mariam matri ipsius: Ecce hic positus est in ruinam, & resurrectionem multorum in Israel, & in signum contradictionis.

Caterum animam tuã ipsius traiiciet lancea, vt reuelentur cogitationes cordium multorum.
* *Porro Channo prophetissa filia Phanuil de tribu Asbir & ipsa erat decrepitata diebus, anniſque septem cum marito suo vixerat à virginate sua.*
Et erat vidua quasi annorum octoginta & quatuor; nec discedebat à templo; sed ieiunio & oratione colebat (Deum) *die nocteq.*
Quinetiam ipsa surrexit ea ipsa hora, & gratias egit Domino, ac loquebatur de eo cum quolibet præstolante redemptionem ipsius Ouriſchlem.
Quumq. perfecissent omnia secundum legem Domini, reuersi sunt in Galilæam in Nozerath ciuitatem suam.

Puerulus autem crescebat, & corroborabatur Spiritu, ac replebatur sapientia & gratia Dei erat super eum.

Et homines (parentes) *eius quotannis adibant Ouriſchlem in festo Pezcho.*
* *Quumq. esset filius annorum duodecim, ascenderunt, prout consueuerant in festo.*
Et quum impleti fuissent dies, illi reuersi sunt: Ieschua verò puer remansit in Ouriſchlem, Iausephus & matre eius nescientibus.
Putabant enim eum esse cum filiis Societatis ipsorum: quumq. veniissent iter diei vnius, requirebant eum apud suos homines, & apud vnumquemque notum suum.

Nec inuenerunt eum: & reuersi sunt rursus ad Ouriſchlem, ac requirebant eum.
Tribus verò post diebus inuenerunt eum in templo sedentem in medio doctorum, & audientem ab eis, ac interrogantem eos.
Et mirabantur ij omnes, qui audiebant eum, ob sapientiam & responsa ipsius.
Vtq. viderunt eum, mirati sunt. Et ait illi mater ipsius: Fili mi, cur ita fecisti nobis? quoniam ecce ego & pater tuus cum multa anxietate quærebamus te.
Dixit eis: Cur quærebatis me? nescitis quod in domo patris mei oportet me esse.

Illi vero non intellexerunt sermonem quem dixerat eis.

Et descendit cum eis, venitq. Nozerath: & subiectus erat eis. Mater vero ipsius conseruabat hos omnes sermones in corde suo.
Porro Ieschua crescebat statura & sapientia sua, nec non gratia apud Deum & homines.

CAP. III.

ANno autem decimoquinto regni Tiberij Cæsaris, sub præfectura Pötij Pilati in Iehoudæa, dum esset Tetrarcha Heroudes in Galilæa & Philippus frater eius Tetrarcha in Ituria, & in regione Tracouno: & Lusaniæ Tetrarcha Abilenes.
In principatu sacerdotij (pontificatu) *Chanon & Kaipho factus est sermo Dei ad Iouchanon filium Zecarie, in deserto.*

* Ad 4. lationes interlin. Domus noſtri.

* Domicilia pro Natiuitate.

Ad oblationem feſti Epiphaniæ.

Transl. B. Ariæ Mont.

Quia viderunt oculi mei Salutare tuum, 30

Quod parasti ante faciem omnium populorum. 31
Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam 32
plebis tuæ Israel.

Et erat Ioseph & mater eius mirantes super di- 33
ctis de illo.

Et benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariam 34
matrem eius: Ecce hic iacet in casum, & resurre-
ctionem multorum in Israel: & in signum con-
tradictum.

Et tuam vero ipsius animam pertransibit gla- 35
dius, vt reuelétur ex multis cordib. ratiocinationes.

Et erat Anna prophetissa, filia Phanuel, ex tribu 36
Aser: hæc progressa in diebus multis, & viuens
annos cum viro septem à virginitate sua.

Et hæc vidua quasi annorum octoginta quatuor: 37
quæ non discedebat à templo, ieiuniis, & obse-
crationibus seruiens nocte, ac die.

Et hæc ipsa hora superueniens, vicissim cõfite- 38
batur Domino: & loquebatur de illo omnibus ex-
pectantibus redemptionem in Hierusalem.

Et vt perfecerunt omnia quæ secundum legem 39
Domini, reuersi sunt in Galilæam in ciuitatem
suam Nazareth.

At puer crescebat, & corrorabatur spiritu ple- 40
nus sapientia: & gratia Dei erat in illo.

Et ibant parentes eius per annum in Hierusalem, 41
festo Paschæ.

Et cũ factus esset annorũ duodecim, ascendẽtib. 42
illis in Hierosolymã secundum consuetudinẽ festi,

Et consummantibus dies, in reuerti ipsos, 43
remansit Iesus puer in Hierusalem, & non cogno-
uit Ioseph & mater eius.

Existimantes autem illum in comitatu esse, ve- 44
nerunt diei iter, & requirebant eum in cognatis,
& in notis.

Et non inuenientes eum regressi sunt in Hieru- 45
salem, quærentes eum.

Et factum est, post dies tres inuenerunt illum 46
in templo sedentem in medio doctorum, & au-
dientem illos, & interrogantem eos.

Stupebant autem omnes, audientes eum super 47
intelligentia, & responsis eius.

Et videntes ipsum, attoniti fuerunt. Et ad illum 48
mater eius dixit: Fili, quid fecisti nobis sic? ecce
pater tuus, & ego dolentes quærebamus te.

Et ait ad illos: Quid quod quærebatis me, nes- 49
ciebatis quia in his patris mei oportet esse me?

Et ipsi non intellexerunt verbum, quod locutus 50
est ad eos.

Et descendit cum eis, & venit in Nazareth: & 51
erat subditus illis. Et mater eius conseruabat om-
nia verba hæc in corde suo.

Et Iesus proficiebat sapientia, & ætate, & gratia 52
apud Deum, & homines.

CAP. III.

IN anno autem quintodecimo imperij Tiberij 1
Cæsaris, præsidente Pontio Pilato Iudææ, & Te-
trarcha Galilææ Herode, Philippo autem fratre
eius Tetrarcha Iturææ, & Traconitidis regionis,
& Lysania Abilinæ Tetrarcha,

Sub principibus sacerdotum Anna, & Caipha: 2
factum est verbum Dei ad Ioannem, Zachariæ fi-
lium, in deserto.

Transl. Erasm. Roterod.

Quia viderunt oculi mei salutare tuum. 30

Quod parasti ante faciem omnium populorum, 31
Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam 32
plebis tuæ Israel.

Et erat pater & mater eius mirantes super his, quæ 33
dicebantur de illo.

Et benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariam 34
matrem eius: Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem
multorum in Israel, & in signum cui contradicitur.

Quin & tuam ipsius animam penetrabit gladius, vt 35
reuelentur ex multis cordibus cogitationes.

Et erat Anna prophetissa filia Phanuel de tribu Aser. 36
Hæc processerat in multam ætatem, & vixerat cum viro
annis septem à virginitate sua.

Et hæc vidua annorum fermè octoginta quatuor, quæ 37
non discedebat de templo, ieiunijs ac deprecationibus ser-
uiens nocte ac die.

Et hæc, eadem hora superueniens, vicissim confitebatur 38
domino, & loquebatur de illo omnibus qui expectabant
redemptionem Hierosolimis.

Et vt perfecerunt omnia secundum legem domini, reuer- 39
si sunt in Galilæam in ciuitatem suam Nazareth.

Puer autem succrescebat corroborabaturq; spiritu, & 40
implebatur sapientia, & gratia dei erat super illum.

Et ibant parentes eius quotannis Hierosolymam in die 41
festo paschæ.

Et cum factus esset annorum duodecim, ascendentibus 42
illis Hierosolymam secundum consuetudinem diei festi,

Consummatisq; diebus cum redirent illi, remansit puer 43
Iesus Hierosolymis, & non cognouerunt parentes eius.

Cæterum rati illum esse in comitatu, venerunt itinere 44
diei, & requirebant eum inter notos.

Et cum non inuenissent eum reuersi sunt Hierosolymam 45
querentes eum.

Et accidit, post triduum, inuenerunt illum in templo se- 46
dentem in medio doctorum, audientẽ illos, & interrogan-
tem eos.

Stupebant autem omnes qui eum audiebant super intel- 47
ligentia & responsis eius:

Et viso eo admirati sunt. Et dixit mater eius ad illum: 48
Fili, cur fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolentes
quærebamus te.

Et ait ad illos: Quid est quod quærebatis me? An nes- 49
ciebatis, quod in his, quæ patris mei sunt, oportet me esse?

Et illi non intellexerunt sermonem quem locutus est ipsis. 50

Et descendit cum eis, venitq; Nazareth, eratq; subditus 51
illis. Mater autem eius conseruabat omnia verba hæc in
corde suo.

Et Iesus proficiebat sapientia, & ætate, & gratia apud 52
deum atque homines.

CAP. III.

ANno autem decimoquinto imperij Tiberij Cæsaris, 1
Põtio Pilato Præside Iudææ, Tetrarcha vero Galilææ
Herode, Philippo autẽ fratre eius Tetracha Itureæ & Tra-
chonitidis regionis & Lysania Abilenes Tetrarcha,

Sub pontificibus Anna & Caiapha, factum est verbum 2
Domini super Iohannem Zachariæ filium in deserto.

Vulgat. Editio.

*Mat.3.1 *Mar.1.4 * Et venit in omnem regionem Iordanis, prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum:

Sicut scriptum est in libro sermonum Isaiæ prophetæ: * Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, rectas facite semitas eius:

*Is.40.3 Io.1.23.

Omnis vallis implebitur, & omnis mons, & collis humiliabitur, & erunt prava in directa, & aspera in vias planas.

Et videbit omnis caro salutare Dei.

*Mat.3.7 Dicebat ergo ad turbas quæ exibant vt baptizarẽtur ab ipso: * Genimina viperarum quis ostẽdit vobis fugere à ventura ira?

Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ, & ne cœperitis dicere: Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis quia potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.

Iam enim securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.

Et interrogabant eum turbæ, dicentes: Quid ergo faciemus?

*c.3.Io.3.27. Luc.c.15. Rñdens autẽ dicebat illis: * Qui habet duas tunicas, det nõ habẽti: & qui habet escas, similiter faciat.

Venerunt autem & publicani vt baptizarentur, & dixerunt ad illum Magister, quid faciemus?

At ille dixit ad eos: Nihil amplius, quam quod constitutum est vobis, faciatis.

Interrogabant autem eum & milites, dicentes: Quid faciemus & nos? Et ait illis: Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis: & contenti estote stipendiis vestris.

Existimante autem populo & cogitantibus omnibus in cordibus suis de Ioanne, ne forte ipse esset Christus:

*Mat.3.11. Mar.1.8. Io.1.26. Respondit Ioannes, dicens omnibus: * Ego quidem aqua baptizo vos: veniet autem fortior me, cuius non sum dignus soluere corrigiam calceamentorum eius: * ipse vos baptizabit in Spiritu sancto, & igni.

*Act.1.5. & 11.16. & 19.4. Mat.3.12 Cuius ventilabrum in manu eius, & purgabit aream suam & congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igni inextinguibili.

Multa quidem & alia exhortans euangelizabat populo.

*Mat.14.3. Mar.6.17 * Herodes autem Tetrarcha cum corriperetur ab illo de Herodiade vxore fratris sui, & de omnibus malis, quæ fecit Herodes,

Adiecit & hoc super omnia, & inclusit Ioannem in carcere.

*Mat.3.13. Mar.1.9. Io.1.32. * Factum est autem cum baptizaretur omnis populus: & Iesu baptizato, & orante apertum est cœlum:

*Mat.3.16.& 17.5. Inf.9.35. 2.Pet.1.19. Et descendit Spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum, & vox de cœlo facta est: * Tu es filius meus dilectus, in te complacui mihi.

Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta: vt putabatur filius Ioseph, qui fuit Heli,

qui fuit Mathath,

Qui fuit Leui, qui fuit Melchi, qui fuit Ianne, qui fuit Ioseph,

Qui fuit Mathathiæ, qui fuit Amos, qui fuit Nahum, qui fuit Hesli, qui fuit Nagge,

Qui fuit Mahath, qui fuit Mathathiæ, qui fuit Semei, qui fuit Ioseph, qui fuit Iuda,

Qui fuit Ioanna, qui fuit Resa, qui fuit Zorobabel, qui fuit Salathiel, qui fuit Neri,

Qui fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Cosan, qui fuit Elmadam, qui fuit Her.

Transl. ex Syriac.

3 *Venitque in vniuersum regionem circumiacentem Iourdenon, prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum.*

Sicut scriptum est in libro sermonum Eschaio prophetæ, dicentis: Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, & dirigite in planiciem semitas Dei nostri:

4

5 *Omnes valles implebuntur, omnesq; montes & colles deprimentur: & fiet tumulus humilis, & aspera regio plana.*

6 *Videbitq; omnis caro salutem Dei.*

7 *Porro dicebat turbis illis qui ad ipsum veniebant vt baptizarentur: Progenies viperarum quis indicauit vobis vt fugeretis à futura ira?*

8 *Edite ergo fructus dignos pœnitentia, nec incipiatis dicere apud vosmetipsos: Est nobis pater Abrahom. Dico enim vobis, ex istis lapidibus posse Deum suscitare filios ipsi Abrohom.*

9 *Ecce autem securis posita est ad radicem arboris. Omnis igitur arbor fructus bonos non edens, excidituɾ, & in ignem abjcitur.*

10 *Et interrogauerunt eum turbæ, dicentes: Quid igitur faciemus?*

11 *Respondit, & ait illis: Qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui non habet cibum, itidem faciat.*

12 *Quinetiam venerunt publicani vt baptizarentur, ac dicunt ei: Doctor quid faciemus?*

13 *Ipse vero dixit eis: Ne exegeritis pluſquam constitutum est vobis exigendum.*

14 *Et interrogauerunt eum cultores militiæ, dicuntq;: Nos etiam quid faciemus? Dixit eis: Neminem concusseritis, neque calumniemini: & sufficiant vobis stipendia vestra.*

15 *Quum autem expectaret populus de Iauchanon, & omnes cogitarent in cordibus suis, quod forsan esset Meschicho.*

16 *Respondit Iouchanon & ait illis: Ecce ego baptizo vos aqua: Venit autem post me is qui potentior me est, cuius non sum dignus qui soluam corrigiam calceamentorum, ipse baptizabit vos in Spiritu sanctitatis, & igni:*

17 *Ipse tenet cribrum manu sua, & repurgat aream suam, ac triticum colligit in horrea sua, & paleas comburet igni*

18 *inextinguibili.*

Quin etiam alia multa docebat, & annunciabat populo.

19 *Herodes autem Tetrarcha propterea quod arguaretur à Iouchanon de Herodiade vxore Philippi fratris eius, ac de omnibus flagitiis quæ patrarat:*

20 *Addidit & hoc supra omnia, quod inclusit Iouchanon in domo vinctorum.*

21 *Factum est autem quum baptizaretur omnis populus: vt & Ieschua baptizaretur, ac dum oraret, aperiretur cælum.*

22 *Descenderetq; Spiritus sanctitatis supra eum specie corporea columbi a: & vox ederetur de cælis, dicens: Tu es ille filius meus dilectus, in te mihi complacui.*

23 * *Ipse vero Ieschua erat quasi filius annorum triginta: & existimabatur filius Iausoph, filij Heli. Filij Matheth.*

24 *Filij Leui, filij Malchi, filij Iani, filij Iausoph,*

25 *Filij Mathetha, filij Amouz, filij Nachoum, filij Cheſli, filij Nagi,*

26 *Filij Moth, filij Mathath, filij Samei, filij Iausoph, filij Iihoudo.*

27 *Filij Iouchanon filij Roſo, filij Zourbobel, filij Schelathil, filij Niri:*

28 *Filij Malchi, filij Adai filij Kousam, filij Elmoudod, filij Ir:*

Ad Mo. seos Deuteronomii & Exodi.

Transl. B. Ariæ Mont.

Et venit in omnem circa regionem Iordanis, prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum:

Sicut scriptum est in libro sermonum Esaiæ prophetæ dicentis: Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, rectas facite semitas eius:

Omnis vallis implebitur, & omnis mons, & collis humiliabitur, & erunt praua in directam, & aspera in vias planas.

Et videbit omnis caro salutare Dei.

Dicebat ergo exeuntibus turbis baptizari ab ipso: Genimina viperarum quis ostendit vobis fugere à ventura ira?

Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ, & ne cœperitis dicere in vobisipsis: Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis quia potest Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.

Iam vero & securis ad radicē arborum posita est. Omnis ergo arbor non faciens fructum pulchrum exciditur, & in ignem mittitur.

Et interrogabant eum turbæ, dicentes: Quid ergo faciemus?

Rñdens autē dicebat illis: Habens duas tunicas, tradat non habenti: & habens escas, similiter faciat.

Venerunt autem & publicani baptizari: & dixerunt ad illum: Magister, quid faciemus?

Ille autem dixit ad eos: Nihil amplius, præter constitutum vobis exigite.

Interrogabant autem eum & milites, dicentes: Et nos quid faciemus? Et ait ad eos: Neminem concutiatis, neque calumniaueritis: & contenti estote stipendiis vestris.

Expectante autem populo, & ratiocinantibus omnibus in cordibus suis de Ioanne, ne forte ipse esset Christus:

Respondit Ioannes omnibus, dicens: Ego quidem aqua baptizo vos: venit autem fortior me, cuius non sum dignus soluere corrigiam calceamentorum eius: ipse vos baptizabit in Spiritu sancto, & igni.

Cuius ventilabrum in manu eius, & perpurgabit aream suam, & congregabit triticū in horreum suum, paleas autem comburet igni inextinguibili.

Multa quidem igitur & alia exhortans euangelizabat populum.

At Herodes Tetrarcha correptus ab illo de Herodiade vxore fratris sui Philippi, & de omnibus quæ fecit malis Herodes,

Adiecit & hoc super omnia, & inclusit Ioannem in carcerem.

Factum est autem in baptezari omnem populum, & Iesu baptizato, & orante apertum esse cœlum,

Et descendisse Spiritum sanctum corporali specie sicut columbam in ipsum, & vocem de cœlo fieri, Tu es filius meus dilectus, in te complacui mihi.

Et ipse erat Iesus quasi annorum triginta incipiens: existens vt existimabatur filius Ioseph, Heli, Mathath,

Leui, Melchi, Ianne, Ioseph,

Mathathiæ, Amos, Nahum, Hesli, Nagge,

Mahath, Mathathiæ, Semei, Ioseph, Iuda,

Ioanna, Resa, Zorobabel, Salathiel, Neri,

Melchi, Addi, Cosam, Elmadam, Her.

Transl. Erasm. Roterod.

3 *Et venit in omnem regionem finitimam Iordani, prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum.*

4 *Sicut scriptum est in libro sermonum Hesaiæ prophetæ, dicentis: Vox clamantis in deserto, parate viam domini, rectas facite semitas eius,*

5 *Omnis vallis implebitur & omnis mons & collis reddetur humilis. Et fient quæ obliqua sunt directa, & asperæ vertentur in vias planas.*

6 *Et videbit omnis caro salutare dei.*

7 *Dicebat eego ad turbas, quæ exibant vt baptizarentur ab ipso: Progenies viperarum, quis submonstrauit vobis vt fugeretis à ventura ira?*

8 *Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ: & ne cœperitis dicere intra vosipsos, patrem habemus Abrahamum, Dico enim vobis, potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahamo.*

9 *Iam vero & securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor, non faciens fructum bonum, exciditur, & in ignem conijcitur.*

10 *Et interrogabant eum turbæ, dicentes: Quid ergo faciemus?*

11 *Respondens autem dicit illis: Qui habet duas tunicas, impertiat non habēti: & qui habet escas, similiter faciat.*

12 *Venerunt autem & publicani vt baptizarentur, & dixerunt ad illum: Magister, quid faciemus?*

13 *At ille dixit ad eos: Ne quid amplius quàm quod constitutum est vobis, exigatis.*

14 *Interrogabant autem eum & milites, dicentes: Et nos quid faciemus? Et ait illis: Ne quem concutiatis, ne quem calumniemini, & contenti estote stipendijs vestris.*

15 *Expectante autem populo, & cogitantibus omnibus in cordibus suis de Iohanne, num ipse esset ille Christus?*

16 *Respondit Iohannes, dicens vniuersis: Ego quidem aqua baptizo vos: sed veniet fortior me, cuius non sum dignus soluere corrigiam calceamentorum, ipse vos baptizabit spiritu sancto & igni,*

17 *Cuius ventilabrum in manu ipsius, & purgabit aream suam, & congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igni inextinguibili.*

18 *Multa quidem & alia exhortans euangelizabat populo.*

19 *Herodes autem tetrarcha cum corriperetur ab illo de Herodia de vxore fratris sui, & ob omnibus malis, quæ faciebat Herodes,*

20 *Adiecit & hoc super omnia, & inclusit Iohannem in carcerem.*

21 *Factum est autem cum baptizaretur omnis populus, vt & Iesu baptizato & orante apertum sit cælum,*

22 *Ac descendit spiritus sanctus corporali specie quasi columba in ipsum, & vox de cælo facta est, quæ diceret: Tu es filius ille meus dilectus, in te complacitum est mihi.*

23 *Et ipse Iesus incipiebat esse fermè annorum triginta, vt putabatur filius Ioseph, qui fuit filius Heli, qui fuit Mathat,*

24 *Qui fuit Leui, qui fuit Melchi, qui fuit Ianne, qui fuit Ioseph.*

25 *Qui fuit Matatthiæ, qui fuit Amos, qui fuit Naum, qui fuit Hesli, qui fuit Nagge,*

26 *Qui fuit Maath, qui fuit Matathiæ qui fuit Semei, qui fuit Ioseph, qui fuit Iuda,*

27 *Qui fuit Ioanna, qui fuit Rhesa, qui fuit Zorobabel, qui fuit Salathiel, qui fuit Neri,*

28 *Qui fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Cosam, qui fuit Helmadam, qui fuit Her,*

Vulgat. Editio.

Qui fuit Iesu, qui fuit Eliezer, qui fuit Iorim, qui fuit Matthat, qui fuit Leui,
Qui fuit Simeon, qui fuit Iuda, qui fuit Ioseph, qui fuit Iona, qui fuit Eliaxim,
Qui fuit Melca, qui fuit Menna, qui fuit Mathatha, qui fuit Nathan, qui fuit Dauid,
Qui fuit Iesse, qui fuit Obed, qui fuit Booz, qui fuit Salmon, qui fuit Naasson,
Qui fuit Aminadab, qui fuit Aram, qui fuit Esron, qui fuit Phares, qui fuit Iudæ,
Qui fuit Iacob, qui fuit Isaac, qui fuit Abrahæ, qui fuit Thare, qui fuit Nachor,
Qui fuit Sarug, qui fuit Ragau, qui fuit Phaleg, qui fuit Heber, qui fuit Sale,
Qui fuit Cainan, qui fuit Arphaxad, qui fuit Sem, qui fuit Noe, qui fuit Lamech,
Qui fuit Mathusalé, qui fuit Henoch, qui fuit Iared, qui fuit Malaleel, qui fuit Cainan,
Qui fuit Henos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei.

CAP. IV.

Mat.4.1 Mar.1.12 IEsus autem plenus Spiritu sancto regressus est à Iordane: & agebatur à Spiritu in desertum,

Diebus quadraginta, & tentabatur à diabolo, & nihil manducauit in diebus illis: & consummatis illis, esuriit.

Dixit autem illi diabolus: Si filius Dei es, dic lapidi huic vt panis fiat.

*Deu.8.3 Mat.4.4. Et respondit ad illum Iesus: Scriptum est: *Quia non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo Dei.

Et duxit illū diabolus in montē excelsū, & ostēdit illi oīa regna orbis terræ in momento tēporis,

Et ait illi: Tibi dabo potestatem hanc vniuersam, & gloriam illorum: quia mihi tradita sunt, & cui volo, do illa.

Tu ergo si adoraueris corā me, erunt tua omnia.

*Deu.16 13.& 10. 20. Et respondens Iesus dixit illi: *Scriptum est: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies.

Et duxit illum in Ierusalem, & statuit eum super pinnam templi: & dixit illi: Si filius Dei es, mitte te hinc deorsum:

*Ps. 90. 11. * Scriptum est enim, quod angelis suis mandauit de te, vt conseruent te:

Et quia in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

*Deu.6.5 16. Et respondens Iesus, ait illi: Dictum est: * Non tentabis Dominum Deum tuum.

Et consummata omni tentatione, diabolus recessit ab illo vsque ad tempus.

*Mat.4. 13. Mar.1.14 * Et regressus est Iesus in virtute Spiritus in Galilæam & fama exiit per vniuersam regionem de illo:

Et ipse docebat in synagogis eorum, & magnificabatur ab omnibus,

Mar. 13. 54. Mar.6. 1. Io.4.45. * Et venit Nazareth, vbi erat nutritus, & intrauit secundum consuetudinem suam, die Sabbati in synagogam: & surrexit legere.

Et traditus est illi liber Esaiæ prophetæ. Et vt reuoluit librum, inuenit locum vbi scriptum erat:

*Isa.61.1 * Spiritus Domini super me propter quod vnxit me, euangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde,

Prædicare captiuis remissionē, & cæcis visum, dimittere confractos in remissionem, prædicare annum Domini acceptum, & diem retributionis.

Transl. ex Syriac.

29 *Filij Iousi, filij Eliesar, filij Iouram, filij Mathitho, filij Leui:*

30 *Filij Schemeoun, filij Iehoudo, filij Iausep, filij Iounon, filij Eliokim:*

31 *Filij Malio, filij Manni, filij Mathetha, filij Nathon, filij Dauid:*

32 *Filij Ischai, filij Oubid, filij Booz, filij Salmoun, filij Nachschoun,*

33 *Filij Aminodob, filij Oron, filij Chesroun, filij Pares, filij Iehudo:*

34 *Filij Iaakoub, filij Ischok, filij Abrohom, filij Tharach, filij Nochour:*

35 *Filij Soroug, filij Areou, filij Polog, filij Hobor, filij Seoloch:*

36 *Filij Kainan, filij Arphazad, filij Schim, filij Nouach, filij Lamech,*

37 *Filij Matousiach, filij Chanouc, filij Iared, filij Mahaloiil, filij Kainan:*

38 *Filij Anousch, filij Schith, filij Odom, qui ex Deo.*

CAP. IV.

1 POrro Ieschua quum plenus esset Spiritu sanctitatis, reuersus est à Iourdenon: & duxit eum Spiritus in desertum.

2 *Diebus quadraginta, vt tentaretur à criminatore (diabolo) neq; comedit quicquam in illis diebus: quumq; exacti essent, tum demum esuriit.*

3 *Et dixit ei criminator: Si filius Dei es, dic lapidi huic vt fiat panis.*

4 *Respondit Ieschua, & dixit ei: Scriptum est: Non pane tantummodo viuit filius hominis, sed omni verbo Dei.*

5 *Et subduxit eum Satanas in montem excelsum, & ostendit ei omni regna terræ modico tempore.*

6 *Aitq; ei criminator: Tibi dabo potestatem hanc vniuersam, & gloriam eius; quia mihi tradita est, & cuicunque voluero, do eam.*

7 *Si ergo adoraueris coram me, tua erunt omnia.*

8 *Respondit autem ei Ieschua, ac dixit ei: Scriptum est: Dominum Deum tuum adorabis, eiq; tantum seruies.*

9 *Et adduxit eum in Ourischlem, eumq; statuit supra pinnaculum templi, & ait ei: Si tu es filius Dei, deijce teipsum hinc deorsum.*

10 *Scriptum est enim Angelis suis præcipiet de te, vt custodiant te.*

11 *Et in vlnis suis tollent te, ne offendas pedem tuum lapide.*

12 *Subdit autem Ieschua, & ait ei: Dictum est: Non tentabis Dominum Deum tuum.*

13 *Quumq; absoluisset criminator has omnes tentationes suas secessit ab eo vsque ad tempus.*

14 * *Et reuersus est Ieschua cum virtute Spiritus in Galilæam, exijtq; de eo fama in vniuersam regionem circumiacentem.* *Circūcisio Domini nostri.

15 *Et ipse docebat in synagogis eorum, & celebrabatur ab omnibus.*

16 *Venit autem Nozerath, vbi fuerat nutritus, & ingressus est de more in synagogam die sabbathi, surrexitq; ad legendum.*

17 *Et datus est ei liber Eschaio prophetæ, & aperit Ieschua librum, & inuenit locum vbi scriptum erat.*

18 *Spiritus Domini super me: & propterea vnxit me vt euangelizem pauperibus, & misit me vt sanitati restituam contritos corde.*

19 *Et prædicem captiuis remissionem, & cæcis visum, ac dimittam confractos in libertatem; denique vt prædicem annum acceptum Domino.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Iesu, Eliezer, Iorim, Marthat, Leui,

Simeon, Iuda, Iosep, Iona, Eliacim,

Melcha, Menna, Matthatha, Nathan, Dauid,

Iesse, Obed, Booz, Salmon, Naasson,

Aminadab, Aram, Esron, Phares, Iudæ,

Iacob, Isaac, Abrahæ, Thare, Nachor,

Sarug, Ragau, Phaleg, Heber, Sale,

Cainan, Arphaxad, Sem, Noe Lamech,

Mathusale, Henoch, Iared, Malaleel, Cainan,

Henos, Seth, Adam, Dei.

CAP. IV.

IEsus autem plenus Spiritu sancto regressus est à Iordane & agebatur in Spiritu in desertum,

Diebus quadraginta, tentatus à diabolo. Et non manducauit quicquam in diebus illis: & consummatis illis, postea esuriit.

Et dixit illi diabolus: Si filius es Dei, dic lapidi huic vt fiat panis.

Et respondit Iesus ad illum dicens: Scriptum est. Quia non in pane solo viuet homo, sed in omni verbo Dei.

Et subducens illum diabolus in montem excelsũ, ostẽdit illi oĩa regna habitata in pũcto tẽporis:

Et ait illi diabolus: Tibi dabo auctoritatem hanc vniuersam, & gloriam illorum: quia mihi tradita est, & cui volo, do eam.

Tu ergo si adoraueris corã me, erunt tua omnia.

Et respondens illi dixit Iesus: Abscede retro me satana: Scriptum est: adorabis Dominum Deum tuum, & illi soli seruies.

Et duxit illum in Ierusalem, & statuit eum super pinnam templi: & dixit illi: Si filius es Dei, iace teipsum hinc deorsum:

Scriptum est enim, quod angelis suis mandabit de te custodire te:

Et quia in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

Et respondens ait illi Iesus: Quod dictum est: Non tentabis Dominum Deum tuum.

Et finiens omnem tentationem, diabolus recessit ab illo vsque ad tempus.

Et regressus est Iesus in virtute Spiritus in Galilæã & fama exiit per vniuersã circa regionẽ de illo:

Et ipse docebat in synagogis eorum, glorificatus ab omnibus,

Et venit in Nazareth, vbi erat nutritus: & intrauit secundum consuetum sibi, in die Sabbatorum in synagogam: & surrexit legere.

Et traditus est illi liber Esaiæ prophetæ. Et explicans librum, inuenit iocum vbi erat scriptum:

Spiritus Domine super me cuius gratia vnxit me, euangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde,

Prædicare captiuis remissionẽ, & cæcis restitutionem visus, legare cõfractos in remissionem, prædicare annum Domini acceptum,

Transl. Erasm. Roterod.

29 *Qui fuit Iesu, qui fuit Heliezer, qui fuit Ioram, qui fuit Mattha, qui fuit Leui,*

30 *Qui fuit Simeon, qui fuit Iuda, qui fuit Ioseph, qui fuit Ionam, qui fuit Heliachim,*

31 *Qui fuit Meleam, qui fuit Menam, qui fuit Mathatha, qui fuit Nathan, qui fuit Dauid,*

32 *Qui fuit Iesse, qui fuit Obed, qui fuit Booz, qui fuit Salmon, qui fuit Naasson,*

33 *Qui fuit Aminadab, qui fuit Aram, qui fuit Esron, qui fuit Phares, qui fuit Iudæ,*

34 *Qui fuit Iacob, qui fuit Isaac, qui fuit Abrahæ, qui fuit Tharra, qui fuit Nachor,*

35 *Qui fuit Saruch, qui fuit Ragau, qui fuit Phalec, qui fuit Heber, qui fuit Sale,*

36 *Qui fuit Cainan, qui fuit Arphaxat, qui fuit Sem, qui qui fuit Noe, qui fuit Lamech,*

37 *Qui fuit Mathusala, qui fuit Enoch, qui fuit Iareth, qui fuit Malalehel, qui fuit Cainan,*

38 *Qui fuit Enos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei.*

CAP. IV.

1 *IEsus autem plenus spiritu sancto, regressus est à Iordane, & actus est per spiritum in desertum.*

2 *Ac diebus quadraginta tentabatur à diabolo, nihilq; comedit in diebus illis: & consummatis illis, deinde esuriit.*

3 *Dixit autem illi diabolus: Si filius es Dei, dic lapidi huic vt panis fiat.*

4 *Et respondit ad illum Iesus, dicens: Scriptum est: Quod non in pane solo viuet homo, sed omni verbo Dei.*

5 *Et subduxit illum diabolus in montem excelsum, & ostendit illi omnia regna orbis terræ in puncto temporis,*

6 *Et ait illi Diabolus: Tibi dabo potestatem hanc vniuersam & gloriam illorum, quia mihi tradita sunt, & cuicunque volo, do illam.*

7 *Tu ergo si adoraueris prouolut⁹ corã me, erũt tua omnia.*

8 *Et respondẽs Iesus dixit illi: Abi post me Satana: Scriptum est enim: Adorabis Dominum Deum tuum, & illum solum coles.*

9 *Et duxit illum Hierosolymam, statuitq; eum super pinnam templi, & dixit illi: Si filius Dei es, mitte teipsum hinc deorsum.*

10 *Scriptum est enim, quod angelis suis mandabit de te, vt seruent te,*

11 *Et in manibus tollent te, ne offendas ad lapidem pedem tuum.*

12 *Et respondens Iesus ait illi: Dictum est. Non tentabis Dominum Deum tuum*

13 *Et consummata omni tentatione diabolus recessit ab illo vsque ad tempus.*

14 *Et reuersus est Iesus, virtute spiritus in Galilæam, & fama exiit per vniuersam regionem de illo.*

15 *Et ipse docebat in synagogis eorum, & glorificabatur ab omnibus.*

16 *Et venit Nazareth, vbi erat nutritus, & intrauit secundum consuetudinem sua die sabbathorum in synagogam, & surrexit vt legeret.*

17 *Et traditus est illi liber Hesaiæ prophetæ, & vt explicuit librum, inuenit locum vbi scriptum erat:*

18 *Spiritus Domini super me, propterea quod vnxit me, ad euangelizandum pauperibus misit me, vt sanem contritos corde,*

19 *Vt prædicem captiuis remissionem, & cæcis visum, vt emittam confractos per remissionem, vt prædicem annum Domini acceptum.*

Vulgat. Editio.

Et cum plicuiſſet librum, reddidit miniſtro, & ſedit. Et omnium in ſynagoga oculi erant intendentes in eum.

Cœpit autem dicere ad illos: Quia hodie impleta eſt hæc ſcriptura in auribus veſtris.

Et omnes teſtimonium illi dabant, & mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore ipſius & dicebant: Nonne hic eſt filius Ioſeph?

Et ait illis: Vtique dicetis mihi hanc ſimilitudinem: Medice, cura teipſum: quãta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua.

Ait autem: Amen dico vobis, quia nemo propheta acceptus eſt in patria ſua.

* 3. Reg. 17.9. In veritate dico vobis, *multæ viduæ erant in diebus Eliæ in Iſrael, quando clauſum eſt cœlum annis tribus, & menſibus ſex, cum facta eſſet fames magna in omni terra:

Et ad nullam illarum miſſus eſt Elias, niſi in Sarepta Sidoniæ, ad mulierem viduam.

* 4. Reg. 5. 14. *Et multi leproſi erant in Iſrael ſub Eliſæo prophera: & nemo eorum mundatus eſt niſi Naaman Syrus.

Et repleti ſunt omnes in ſynagoga ira, hæc audientes.

Et ſurrexerunt, & eiecerunt illum extra ciuitatem, & duxerunt illum vſque ad ſupercilium mõtis, ſuper quem ciuitas illorum erat ædificata vt præcipitarent eum.

* Mat. 4. 13. Mar. 1. 21. Mat. 7. 28. Ipſe autem tranſiens per medium illorum, ibat. *Et deſcendit in Capharnaum ciuitatem Galilææ, ibique docebat illos ſabbatis.

Et ſtupebant in doctrina eius, quia in poteſtate erat ſermo ipſius.

Mar. 1. 23. *Et in ſynagoga erat homo habens dæmonium immundum, & exclamauit voce magna,

Dicens: Sine, quid nobis & tibi Ieſu Nazarene? veniſti perdere nos? ſcio te quis ſis, Sanctus Dei.

Et increpauit illum Ieſus, dicens: Obmutesce, & exi ab eo. Et cum proieciſſet illum dæmonium in medium, exiit ab illo, nihilque illum nocuit.

Et factus eſt pauor in omnibus, & colloquebantur ad inuicem, dicentes: Quod eſt hoc verbum, quia in poteſtate & virtute imperat immũdis ſpiritibus & exeunt?

Et diuulgabatur fama de illo in omnem locum regionis.

* Mat. 8. 5. 14. Mar. 1. 30. Surgens autem Ieſus de ſynagoga, introiuit in domum Simonis. *Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus: & rogauerunt illum pro ea.

Et ſtans ſuper illam imperauit febri: & dimiſit illam & continuo ſurgens, miniſtrabat illis.

Cum autem ſol occidiſſet: omnes, qui habebant infirmos variis lãguoribus, ducebant illos ad eum: at ille ſingulis manus imponens, curabat eos.

* Mar. 1. 34. *Exibant autem dæmonia à multis clamantia, & dicentia: Quia tu es filius Dei: & increpans non ſinebat ea loqui: quia ſciebant ipſum eſſe Chriſtũ.

Facta autem die egreſſus ibat in deſertum locum & turbæ requirebant eum, & venerunt vſque ad ipſum: & detinebant illum ne diſcederet ab eis.

Quibus ille ait: Quia & aliis ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei: quia ideo miſſus ſum.

Et erat prædicans in ſynagogis Galilææ.

Tranſl. ex Syriac.

Et complicauit librum, tradidit que miniſtro, & ſeſſum abiit. Omnium autem, qui erant in ſynagoga, oculi conſpicabantur eum.

Et cœpit dicere ad eos: Hodie impleta eſt ſcriptura hæc que eſt in auribus veſtris.

Et perhibebant ei teſtimonium cuncti, ac mirabantur ob ſermones gratiæ qui prodibant ex ore ipſius, dicebantque: Nonne iſte fuit filius Ioſeph?

Ait illis Ieſchua: Iam dicetis mihi hanc parabolam: Medice, cura teipſum: & quæcumque audiuimus te exequutum fuiſſe in Capharnachum, exequere & hic in ciuitate tua.

Ipſe vero inquit: Amin dico vobis, nullum eſſe prophetam, qui recipiatur in prouincia ſua.

Veritatem etenim dico vobis, multas extitiſſe viduas in domo Iſroiel in diebus Ilijo prophetæ, quum clauſi ſunt cœli annis tribus, & menſibus ſex, ita vt fuerit fames magna in vniuerſa terra (prouincia.)

Sed ad nullam earum miſſum fuiſſe Iliio, niſi ad Tzarphath Tzaidon, ad mulierem viduam.

Plurimique fuere leproſi in Iſroiel diebus Eliſcha vatis: & ne vnus quidem ex eis purgatus eſt, niſi Naamom ille Aramæus.

Quumque hæc audiſſent ij qui erant in ſynagoga, cuncti repleti ſunt furore.

Et ſurrexerunt ac eiecerunt eum extra ciuitatem, eumque adduxere vſque ad verticem montis ſupra quem ciuitas eorum erat exſtructa, vt eum deiicerent de rupe.

Ipſe verò tranſiit per medium eorum, & abiit.

* Mat. 4. 13. Mar. 1. 21. Mat. 7. 28. ** Et deſcendit in Capharnachum ciuitatem Galilææ, & docebat eos in ſabbathis.*

Et mirabantur ob doctrinam eius, quippe cuius ſermo auctoritate polleret.

Mar. 1. 23. *Erat autem in ſynagoga vir habens ſpiritum dæmonij immundi, & exclamauit alta voce,*

Aitque: Omitte me, quid nobis & tibi Ieſchua Nazarene? veniſti nos perditum? noui te, qui es ſanctus ille Dei.

Et ipſum obiurgauit Ieſchua, dixitque: Claude os tuum, & exi ab eo. Eumque itaque abiecit dæmonium in medium, & exiit ab eo, nihil in eum peruerſi agens.

Et ſtupor inuaſit omnes, ita vt colloquerentur ad inuicem, dicentes: Qualiſnam eſt ſermo iſte, quòd cum imperio & virtute præcipiat ſpiritibus immundis, & exeant?

Et peruaſit de eo fama in totam regionem circumiacentem.

Quumque egreſſus fuiſſet Ieſchua è ſynagoga, introiuit domum Schemeoun: ſocrus autem ipſius Schemeoun premebatur febre maxima, & rogarunt eũm in gratiam illius.

Adſtans itaque ſupra eam, obiurgauit febrem; & dimiſit eam ſtatimque ipſa ſurrexit, & miniſtrabat eis.

Occidente verò Sole: ij omnes qui habebant infirmos variis affectos morbis adducebant illos ad eum: ipſe verò vnicuique eorum manum ſuam imponebat, eoſque ſanitati reſtituebat.

Quinetiam exibant dæmonia ex quamplurimis vociferantia ac dicentia: Tu es Meſchicho ille filius Dei: & prohibebat eis, nec ſinebat ea loqui, quod noſſent ipſum eſſe Meſchicho.

Sub diluculo autem diei egreſſus abiit in locum deſertum: & turbæ quærebant eum, veneruntque vſque ad ipſũ: & tenebant eum, ne ab ipſis diſcederet.

Ipſe verò Ieſchua dixit eis: Quin & aliis ciuitatibus oportet me annunciare regnum Dei, qui ad hoc miſſus ſim.

Et is prædicabat in ſynagogis Galilææ.

* Ad ſequentia ſcitur ſimilitudo ſenſus, ſed non verborum.

Transl. B. Ariæ Mont.

Et plicans librum, reddens ministro, sedit. Et omnium in synagoga oculi erant intendentes ei.

Cœpit autem dicere ad illos: Quia hodie impleta est scriptura hæc in auribus vestris.

Et omnes testificabantur ei, & mirabantur in verbis gratiæ, exeuntibus ex ore ipsius, & dicebant: Nonne hic est filius Ioseph?

Et ait ad illos: Omnino dicetis mihi similitudinem hanc, Medice, cura teipsum: quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua.

Ait autem, Amen dico vobis, quia nemo Propheta acceptus est in patria sua.

In veritate dico vobis, Multæ viduæ erant in diebus Eliæ in Israel, quando clausum est cælum ad annos tres & mẽses sex, vt facta esset fames magna in omnem terram:

Et ad nullam illarum missus est Elias, si non in Sarepta Sidonis ad mulierem viduam.

Et multi leprosi erant sub Elisæo Propheta in Israel: & nemo ex iis mundatus est, si non Neeman Syrus.

Et repleti sunt omnes ira in synagoga, audientes hæc.

Et surgentes eiecerunt illum extra ciuitatem: & duxerunt illum vsque ad supercilium montis, super quem ciuitas illorum erat ædificata, ad præcipitandum eum.

Ipse autem transiens per medium illorum profectus est.

Et descendit in Capharnaum ciuitatem Galilææ: & erat docens illos in Sabbatis.

Et percellebantur in doctrina eius: quia in auctoritate erat sermo ipsius.

Et in synagoga erat homo habens spiritum dæmonij immundi: & exclamauit voce magna.

Dicens, sine, quid nobis & tibi Iesu Nazarene? venisti perdere nos? scio te quis sis, sanctus Dei.

Et obiurgauit illum Iesus, dicens: Obmutesce, & exi ab eo. Et proiiciens illum dæmonium in medium exiit ab illo, nihil nocens ei.

Et factus est pauor in omnes: & colloquebantur ad inuicem, dicentes: Quod verbum hoc, quia in auctoritate & efficacia imperat immundis spiritibus, & exeunt?

Et exiit resonantia de illo in omnem locum circum regionis.

Surgẽs autem ex synagoga introiuit in domum Simonis. Socrus autem Simonis erat detenta febri magna: & rogauerunt illum de ea.

Et adstans super illam imperauit febri: & dimisit illam. Continuo autem surgens, ministrabat illis.

Occidente autem Sole, omnes quotquot habebant infirmos morbis variis, ducebãt illos ad eum. Verum vni singulo ipsorum manus imponens curabat eos.

Exibant autem & dæmonia à multis clamantia & dicentia: Quia tu es Christus filius Dei. Et increpans non sinebat ea loqui, quia sciebant Christum ipsum esse.

Facta autem die, egressus ibat in desertũ locum: & turbæ requirebant eum, & venerunt vsque ad ipsum: & detinebant illum non proficisci ab eis.

Ille vero ait ad eos: Quia & aliis ciuitatibus euangelizare me oportet regnum Dei: quia ad hoc missus sum.

Et erat prædicans in synagogis Galilææ.

Transl. Erasm. Roterod.

Et complicato libro, reddidit ministro, ac resedit. Et omnium in synagoga oculi erant defixi in eum.

Cœpit autem dicere ad illos: Hodie impleta est hæc scriptura in auribus vestris,

Et omnes testimonium illi dabant, & mirabantur super gratia sermonum, qui procedebant ex ore ipsius, dicebantq́; : Nonne hic est filius Ioseph?

Et ait illis: Omnino dicetis mihi hanc similitudinem. Medice, cura teipsum. Quæcunque audiuimus facta in Capernaum fac & hic in patria tua.

Ait autem: Amen dico vobis, Nemo propheta acceptus est in patria sua.

Sed in veritate dico vobis, multæ viduæ erant in diebus Heliæ in Israel, quando clausum est cælum annis tribus & mensibus sex, cum facta esset fames magna per omnem terram.

Et ad nullam illarum missus est Helias, nisi in Sarephtha Sidonis ad mulierem viduam.

Et multi leprosi erant in Israel sub Heliseo propheta, & nemo eorum mundatus est, nisi Naaman Syrus.

Et repleti sunt omnes in synagoga ira, hæc audientes.

Et insurrexerunt, eiecerunt́q; illum è ciuitate, & duxerunt illum vsque ad supercilium montis, super quem ciuitas illorum erat ædificata, vt præcipitarent eum.

Ipse autem transiens per medium illorum ibat.

Et descendit Capernaum ciuitatem Galilææ, ibiq́; docebat illos sabbatis.

Et stupebant super doctrina eius, quia cum potestate coniunctus erat sermo ipsius.

Et in synagoga erat homo habens spiritum dæmonis immundi: & exclamauit voce magna,

Dicens: Eia, quid tibi nobiscum est Iesu Nazarene? Venisti ad perdendum nos? Scio te qui sis, sanctus ille Dei.

Et increpauit illum Iesus, dicens: Obmutesce, & exi ab eo. Et cum proiecisset illum dæmonium in medium, exijt ab illo, nihilq́; illi nocuit.

Et factus est pauor super omnes: & colloquebantur inter se, dicentes: Quis sermo hic est? quia cum auctoritate ac potestate imperat immundis spiritibus & exeunt?

Et diuulgabatur fama de illo in omnem locum vndiq́; finitima regionis.

Cum surrexisset autem Iesus de synagoga, introiuit in domum Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur febri magna, & rogauerunt illum pro ea.

Et astans supra illam, increpauit febrem, & febris dimisit illam: statimq́; surgens ministrabat illis.

Cum autem sol occideret, omnes qui habebant infirmos morbis variis, ducebant illos ad eum: at ille singulis manus imponens, sanabat eos.

Exibant autem & dæmonia à multis, clamantia ac dicentia: Tu es Christus filius Dei. Et increpans, non sinebat ea loqui, quod sciebant ipsum esse Christum.

Facto autem die egressus ibat in desertum locum, & turbæ quærebant eum, & venerunt vsque ad ipsum, & detinebant illum ne discederet ab eis.

Quibus ille ait: Et aliis ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei, nam in hoc missus sum.

Et prædicabat in synagogis Galilææ.

Vulgat. Editio.

CAP. V.

FActum est autem, cum turbæ irruerent in eum, vt audirent verbum Dei, & ipse stabat secus stagnum Genesareth.

* Mat. 4. 18. Mar. 1. 16 * Et vidit duas naues stantes secus stagnum: piscatores autem descenderant, & lauabant retia.

Ascendens autem in vnam nauim, quæ erat Simonis, rogauit eum à terra reducere pusillum. Et sedens docebat de nauicula turbas.

Vt cessauit autem loqui, dixit ad Simonem: Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam.

Et respondens Simon, dixit illi: Præceptor, per totam noctem laborantes, nihil cepimus: in verbo autem tuo laxabo rete.

Et cum hoc fecissent, concluserunt piscium multitudinem copiosam, rumpebatur autē rete eorū.

Et annuerunt socijs, qui erant in alia naui vt venirent, & adiuuarent eos. Et venerunt, & impleuerunt ambas nauiculas, ita vt pene mergerentur.

Quod cum videret Simon Petrus, procidit ad genua Iesu, dicēs: Exi à me, quia homo peccator sum, Domine.

Stupor enim circumdederat eum, & omnes, qui cum illo erant, in captura piscium, quam ceperant:

Similiter autem Iacobum, & Ioannem, filios Zebedæi, qui erant: socij Simonis. Et ait ad Simonem Iesus: Noli timere, ex hoc iam homines eris capiēs.

Et subductis ad terram nauibus, relictis omnibus, secuti sunt eum.

* Mat. 8. 2 Mar. 1. 40 * Et factum est, cum esset in vna ciuitatum, & ecce vir plenus lepra, & videns Iesum, & procidens in faciem rogauit eum, dicens: Domine, si vis, potes me mundare.

Et extendens manum, tetigit eum dicens: Volo: Mundare. Et confestim lepra discessit ab illo.

Et ipse præcepit illi vt nemini diceret; sed: Vade, ostende te sacerdoti, & offer pro emundatione tua, * sicut præcepit Moyses, in testimonium illis.

* Leu. 14 4.

Perambulabat autem magis sermo de illo: & conueniebant turbæ multæ vt audirent, & curarentur ab infirmitatibus suis.

Ipse autem sedebat in desertum, & orabat.

Et factum est in vna dierum, & ipse sedebat docens, & erant Pharisæi sedentes, & legis doctores, qui venerant ex omni castello Galilææ, & Iudææ, & Ierusalem: & virtus Domini erat ad sanandum eos.

* Mat. 9. 2 Mar. 2. 3. * Et ecce viri portantes in lecto hominem, qui erat paralyticus: & quærebant eum inferre, & ponere ante eum.

Et non inuenientes qua parte illum inferrent præ turba, ascenderunt supra tectum, & per tegulas summiserunt eum cum lecto in medium ante Iesum.

Quorum fidem vt vidit, dixit: Homo remittuntur tibi peccata tua.

Et cœperunt cogitare Scribæ, & Pharisæi, dicentes: Quis est hic, qui loquitur Blasphemias? Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus?

Vt cognouit autē Iesus cogitationes eorū, respōdēs, dixit ad illos: Quid cogitatis in cordib⁹ vestris?

Transl. ex Syriac.

CAP. V.

1 *FActum est autem cum coacta esset ad eum turba ad audiendum sermonem Dei, vt ipse staret iuxta littus maris Genesar.* Dominica 6 post Pentecosten.

2 *Et vidit duas naues stantes super crepidinem maris: & piscatores qui descenderant ex ijs, eluebantq; retia sua.*

3 *Vna autem earum erat Schemeoun Kipho, quumq; descendisset Ieschua, sedit in ea, & dixit vt proueherent eam paululum ab arida in aquas: sedebatq; ac docebat turbam è naui.*

4 *Quumq; cessasset loqui, dixit ipsi Schemeoun: Ducite in profundum, & proijcite retia vestra ad piscandum.*

5 *Respondit Schemeoun, & dixit ei: Rabbi, tota nocte fatigati sumus, nihilq; cepimus: tamen iuxta sermonem tuum proijcio rete.*

6 *Et quum hoc fecissent, concluserunt multos admodum pisces, ita vt disrumperetur rete eorum.*

7 *Et innuerunt Socijs suis, qui erant in alia nauicula, vt venirent sibi opem laturi. Quumq; venissent, impleuerunt ambas illas nauiculas, ita vt propè mergerentur.*

8 *Quum autem hoc videret Schemeoun Kipho, procidit ante pedes ipsius Ieschua, & dixit ei: Peto à te Domine mi, vt discedas à me, quippe qui homo peccator sim.*

9 *Etenim pauor inuaserat eum, omnesq; qui cum eo erāt, propter capturam illam piscium, quam comprehenderant:*

10 *Itidem autem & Iaakoub, & Iouchanon filios Zabdai qui erant socij Schemeoun. Dixit autem Ieschua: Ne timeas: posthac piscaturus es homines ad vitam.*

11 *Et impulerunt illas naues ad terram, omniaq; reliquerunt, ac posthac abiere.*

12 *Quumq; Ieschua esset in vna vrbium, veniens vir quidam plenus omnino lepra, vidit Ieschua, procidit q; in faciem suam, & effiagitabat ab eo, ac dicebat ei: Domine mi, si vis, potes me mundare.* *Matthæus Dominicæ, ieiunij.

13 *Et extendens manum suam Ieschua tetigit eum, & dixit ei: Volo ego: Mundus esto. Et eo momento discessit ab eo lepra ipsius.*

14 *Et præcepit ei, nemini dixeris, sed ito, ostende tete sacerdotibus, & offer oblationem pro purgatione tui, sicut præcepit Mouschè, vt hoc sit eis testimonio.*

15 *Exijt autem de eo fama magis: ita vt congregaretur populus multus vt audiret ab eo, sanitatiq; restituerentur à morbis suis.*

16 *Ipse vero secedebat in desertum, & orabat.*

17 *Et factum est quodam die quum doceret Ieschua vt sederent Perischai, & Doctores legis, qui venerant ex omnibus pagis Galilææ, & Iihoudææ & Ourischlem: & virtus Domini adesset ei ad sanandum eos.*

18 *Quidam autem attulerunt in lecto virum quemdam paralyticum, & quærebant eum inferre, sistereq; coram eo.*

19 *Quumq; non inuenirent quomodo inferrent eum propter multitudinem populi, ascenderunt in tectum, ac dimiserunt eum cum lecto ipsius è tabulato in medium coram ipso Ieschua.*

20 *Quum vidisset autem Ieschua fidem eorum, dixit paralytico illi: O homo remittuntur tibi peccata tua.*

21 *Et cœperunt Scribæ & Perischai ratiocinari, dicentes: Quis est iste, qui loquitur blasphemiam? Quis potest remittere peccata nisi Deus solus?*

22 *Ieschua vero sciens cogitationes eorum, ait illis: Quid cogitatis in cordibus vestris.*

Transl. B. Ariæ Mont.

CAP. V.

FActum est autem, in eo turbam superiacere ei, ad audiendum verbum Dei, & ipse erat stans iuxta stagnum Genesareth.

Et vidit duo nauigia stantia secus stagnum: at piscatores descendentes ex eis abluebant retia.

Ascendens autem in vnam nauim, quæ erat Simonis, rogauit eum à terra reducere pusillum. Et sedens docebat ex nauigio turbas.

Vt autem cessauit loquens, dixit ad Simonem: Deduc in altum, & laxate retia vestra in capturam.

Et respondens Simon, dixit illi: Præceptor, per totam noctem laborantes, nihil cepimus: in autem verbo tuo laxabo rete.

Et hoc facientes concluserunt multitudinem piscium multam. dirumpebatur autem rete eorum.

Et annuerunt socijs, qui in alio nauigio, vt venientes simul caperent ipsis. Et venerunt, & impleuerunt ambo nauigia, ita vt mergi ipsa.

Videns autem Simon Petrus, accidit genubus Iesu, dicens: Exi à me, quia homo peccator sum, Domine.

Stupor enim occupauerat eum, & omnes qui cum illo, in captura piscium, quam simul ceperant.

Similiter autem & Iacobum, & Ioannem, filios Zebedæi, qui erant socij Simonis. Et ait ad Simonē Iesus: Ne time: ab hoc iam homines eris capiens.

Et subducentes nauigia super terram relinquentes omnia secuti sunt eum.

Et factum est in esse ipsum in vna ciuitatum, & ecce vir plenus lepra: & videns Iesum, & procidēs in faciem rogauit eum, dicens: Domine, si vis, potes me mundare.

Et extendens manum, tetigit eum dicens: Volo: Mundare. Et confestim lepra discessit ab illo.

Et ipse præcepit illi nemini dicere: sed abiens ostēde teipsum sacerdoti, & offer pro emūdatione tua, sicut præcepit Moyses, in testimoniū illis.

Perambulabat autem magis sermo de illo: & conueniebant turbæ multæ audire, & curari ab ipso ab infirmitatibus suis.

Ipse autem erat sedens in desertis, & orans.

Et factum est in vna dierum, & ipse erat docens, & erant sedentes Pharisæi, & legis doctores, qui erant venientes ex omni vico Galilææ, & Iudææ, & Hierusalem: & efficacia Domini erat in sanare eos.

Et ecce viri ferentes in lecto hominem, qui erat paralyticus: & quærebant eum inferre, & ponere ante eum.

Et non inuenientes qua parte inferrent illum propter turbam, ascendentes super tectum, per tegulas summiserunt eum cum lectulo in medium ante Iesum.

Et videns fidem eorum, dixit ei: Homo remittuntur tibi peccata tua.

Et cæperunt ratiocinari Scribæ, & Pharisæi, dicentes: Quis est hic, qui loquitur Blasphemias? Quis potest dimittere peccata, si non solus Deus?

Cognoscēs aut Ies⁹ ratiocinationes eorū, respondēs, dixit ad illos: Quid ratiocinamini in cordib. vestris.

Transl. Erasm. Roterod.

CAP. V.

1 *FActum est autem cum turba immineret ei, vt audiret verbum Dei, & ipse stabat iuxta stagnum Genezareth.*

2 *Et vidit duas naues stantes ad stagnum, piscatores autem descenderant ex illis, & abluebant retia.*

3 *Ingressus autem in vnam nauim, quæ erat Simonis, rogauit eum, vt à terra abduceret pusillum, & sedens docebat de naui turbas.*

4 *Vt cessauit autem loqui, dixit ad Simonem: Duc in altum & laxate retia vestra in capturam.*

5 *Et respondens Simon, dixit illi: Præceptor, per totam noctem laborantes nihil cepimus: tamen tuo iussu laxabo rete.*

6 *Et cum hoc fecissent, concluserunt piscium multitudinem copiosam. Rumpebatur autem rete eorum.*

7 *Et annuerunt Sociis, qui erant in altera naui, vt venirent & adiuuarent ipsos. Et venerunt, atque impleuerūt ambas naues, ita vt mergerentur.*

8 *Quod cum videret Simon Petrus accidit ad genua Iesu, dicens: Discede à me Domine, quia homo peccator sum.*

9 *Stupor enim circumdederat eum, & omnes qui cum illo fuerant super captu piscium, quem ceperant.*

10 *Similiter autem Iacobum & Ioannem filios Zebedæi, qui erant socij Simoni. Et ait ad Simonem Iesus: Ne metuas, posthac homines capies.*

11 *Et subductis in terram nauibus, relictis omnibus secuti sunt eum.*

12 *Et accidit cum esset in quadam ciuitate, & ecce vir plenus lepra, cumq; vidisset Iesum, prostratus in faciem rogauit eum, dicens: Domine, si vis, potes me mundare.*

13 *Et protensa manu tetigit eum, dicens: Volo, mundus esto. Et confestim lepra discessit ab illo.*

14 *Et ipse præcepit illi, ne cuiquam diceret, sed vade, inquit, ostende teipsum sacerdoti, & offer pro emundatione tui, quemadmodum præcepit Moyses in testimonium illis.*

15 *Peruagabatur autem magis rumor de illo, & conueniebant turbæ multæ vt audirent, & sanarentur ab infirmitatibus suis.*

16 *Ipse autem agebat in secessu in desertis & orabat.*

17 *Et factum est quodam die, & ipse docebat, erantq; pharisæi sedentes ac legis doctores, qui venerant ex omni castello Galilææ & Iudææ & Hierusalem, & virtus Domini aderat ad sanandum eos.*

18 *Et ecce viri portantes in lecto hominem, qui erat paralyticus, & quærebāt eum inferre, & ponere ante illum.*

19 *Et non inuenientes qua parte illum inferrent præ turba, ascenderunt super tectum, ac per tegulas demiserunt eum cum lectulo in medium ante Iesum.*

20 *Quorum fidem vt vidit, dixit illi: Homo, remittuntur tibi peccata tua.*

21 *Et cæperunt cogitare scribæ & pharisæi, dicentes: Quis est is qui loquitur blasphemias? Quis potest remittere peccata, nisi solus deus?*

22 *Vt cognouit autem Iesus cogitationes eorum, respondens, dixit ad illos: Quid cogitatis in cordibus vestris?*

Vulgat. Editio.

Quid eſt, facilius dicere: Dimittuntur tibi peccata: an dicere: Surge, & ambula?

Vt autem ſciatis quia filius hominis habet poteſtatem in terra dimittẽdi peccata, (ait paralytico:) Tibi dico: ſurge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam.

Et confeſtim conſurgens coram illis, tulit lectum in quo iacebat, & abiit in domum ſuam, magnificans Deum.

Et ſtupor apprehendit omnes, & magnificabant Deum. Et repleti ſunt timore, dicentes: Quia vidimus mirabilia hodie.

*Mat.9.9 Mat.2.14 * Et poſt hæc exiit, & vidit publicanum nomine Leui, ſedentem ad Telonium, & ait illi: Sequere me.

Et relictis omnibus, ſurgens ſecutus eſt eum.

Et fecit ei conuiuium magnum Leui in domo ſua: & erat turba multa publicanorum, & aliorum

* Mar. 2. 18. qui cum illis erant diſcumbentes.

* Et murmurabant Phariſæi & Scribæ eorum dicentes ad diſcipulos eius: Quare cum publicanis, & peccatoribus manducatis & bibitis?

Et reſpondens Ieſus, dixit ad illos: Non egent qui ſani ſunt medico, ſed qui male habent.

Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam.

At illi dixerunt ad eum: Quare diſcipuli Ioannis ieiunant frequenter, & obſecrationes faciũt ſimiliter & Phariſæorum: tui autem edũt, & bibunt?

Quibus ipſe ait: Numquid poteſtis filios ſponſi, dum cum illis eſt ſponſus, facere ieiunare?

Venient autem dies: cum ablatus fuerit ab illis ſponſus, tunc ieiunabunt in illis diebus.

Dicebat autem & ſimilitudinem ad illos: Quia nemo commiſſuram à nouo veſtimento immittit in veſtimentum vetus: alioquin & nouum rumpit, & veteri non conuenit commiſſura à nouo.

Et nemo mittit vinum nouum in vtres veteres: alioquin rumpet vinum nouum vtres, & ipſum effundetur, & vtres peribunt.

Sed vinum nouum in vtres nouos mittendum, eſt, & vtraque conſeruantur.

Et nemo bibens vetus, ſtatim vult nouum: dicit enim: Vetus melius eſt.

CAP. VI.

Mat.12.1 Mar.2.23 FActum eſt autem in ſabbato ſecundo primo, cum tranſiret per ſata, vellebant diſcipuli eius ſpicas, & manducabant confricantes manibus.

Quidam autem Phariſæorum, dicebãt illis: quid facitis, quod non licet facere in ſabbatis?

Et reſpondens Ieſus ad eos, dixit: Nec hoc legiſtis quod fecit Dauid, cum eſuriſſet ipſe, & qui

* 1. Reg. 21.6. cum illo erant?

*Quomodo intrauit in domũ dei, & panes propoſitionis ſũpſit, & mãducauit, & dedit his, qui cũ ipſo

* Leu. 24 9. Exo. 29. 32. erãt: quos nõ licet mãducare* niſi tãtũ ſacerdotib⁹?

Et dicebat illis: Quia Dominus eſt Filius hominis etiam ſabbati.

Factum eſt autem & in alio ſabbato, vt intraret

Mar.12. 10. Mar. 3.1. in ſynagogam, & doceret. Et erat ibi homo, & manus eius dextera erat arida.

Obſeruabant autem ſcribæ & Phariſæi ſi in ſabbato curaret vt inuenirent: vnde accuſarent eum.

Ipſe vero ſciebat cogitationes eorum: & ait homini qui habebat manum aridam: Surge & ſta in medium. Et ſurgens ſtetit.

Tranſl. ex Syriac.

23 *Vtrùm facilius eſt dicere: Remittuntur tibi peccata tua, aut dicere: Surge, ambula?*

24 *Vt autem cognoſcatis Filium hominis poteſtatem habere in terra dimittendi peccata, ait paralytico: Tibi dico: Surge, tolle lectum tuum, & abi domum tuam.*

25 *Et ſtatim ſurrexit ad oculos eorum (ijs ſpectantibus) tulitq́ lectum ſuum, & abijt domum ſuam quum glorificaret Deum.*

26 *Stupor autem inuaſit omnes, & glorificabant Deum. Repletiq́ ſunt timore, & inquiunt: Sanè vidimus hodie miranda.*

27 *Poſthæc exijt Ieſchua, & conſpicatus publicanum nomine Leui: ſedentem inter publicanos dixit ei: Veni poſt me.*

28 *Itaq́ reliquit omnia, & ſurgens, poſt eum abijt.*

29 *Et fecit ei Leui domi ſuæ epulum opiparum: eratq́ cœtus multus publicanorum & aliorum cum eis accumbentium.*

30 *Et murmurabant Scribæ & Periſchæi, dicebantque diſcipulis eius: Cur cum publicanis & peccatoribus editis, & bibitis?*

31 *Et reſpondit Ieſchua, & ait illis: Non requiritur ſanis medicus, ſed ijs qui malè malè (inquam) affecti ſunt.*

32 *Non veni vt vocarem iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam.*

33 *Illi autem dicunt ei: Quare diſcipuli ipſius Iouchanon ieiunant perſeuerantèr, & orant, etiam Periſchæorum: tui verò edunt & bibunt?*

34 *Ipſe autem dixit eis: Num poteſtis efficere vt filij thalami, quandiu ſponſus cum ipſis eſt, ieiunent?*

35 *Venient autem dies quum attolletur ſponſus ab eis, tunc ieiunabunt illis diebus.*

36 *Dicebatq́ eis parabolam: Nemo abſcindit fruſtum à veſtimento nouo, & immittit in veſtem vetuſtate attritam: ne nouum findat, & attritum non repleat fruſtum è recenti.*

37 *Et nemo injicit vinum recens in vtres veteres, alioquin diſrumpit vinum recens vtres, ipſumq́ muſtum effunditur, & vtres pereunt.*

38 *Sed viuum recens in vtres nouos injciunt, & ambo conſeruantur.*

39 *Nemoq́ bibit vinum vetus, & ſtatim petit nouum: dicit enim: Vetus eſt ſuauius.*

CAP. VI.

1 *FActum eſt autem Sabbatho quum ambularet Ieſchua per ſata, vt diſcipuli eius vellerent ſpicas, confricarentq́ manibus ſuis, atq́ comederent.* Manuſcr. nonnulli fere ejj. hebdom. v. Iemaj.

2 *Quidam autem ex Periſchais, dicunt eis: Cur facitis quod ſabbatho illicitum eſt factu?*

3 *Reſpondit Ieſchua, & ait illis: Ne hoc quidem legiſtis quod fecit Dauid cùm eſuriret ipſe, & ij qui cum eo erant?*

4 *Quòd introierit in ædem Dei, & panem menſæ Domini ſumpſerit, ederit, dederitq́ ijs qui ſecum erant: id quod non licet comedere, niſi ſacerdotibus tantùm?*

5 *Et ſubdit eis, Quin & Dominus eſt ſabbathi Filius hominis.*

6 *Factum eſt autem alio Sabbatho, vt ingrederetur in ſynagogam, doceretque. Erat autem ibi homo, cuius manus dextera arida erat.*

7 *Et Scribæ & Periſchæi obſeruabant eum, an ipſum curaret ſabbatho, vt inuenirent quomodo deferrent eum.*

8 *Ipſe verò, qui cognoſcebat cogitationes eorum, dixit homini illi, cuius manus erat arida: Surge prodi in medium ſynagogæ. Quumq́ veniſſet ſtaretque,*

Transl. B. Ariæ Mont.

Quid est, facilius dicere: Dimittuntur tibi peccata tua: an dicere: Surge, & deambula?

Vt autem sciatis quia auctoritatem habet filius hominis in terra dimittẽdi peccata, ait paralytico. Tibi dico surge: & tollens lectulum tuum, vade in domum tuam.

Et confestim resurgens coram illis, tollens in quo iacebat, abiit in domum suam glorificans Deum.

Et stupor cepit omnes: & glorificabant Deum: Et repleti sunt timore, dicentes: Quia vidimus inopinata hodie.

Et post hæc exiit, & conspexit publicanum nomine Leui, sedentem ad telonium, & ait illi: Sequere me.

Et relinquens omnia', surgens secutus est eum.

Et fecit conuiuiũ magnum Leui ei in domo sua: & erat turba publicanorum multa, & aliorum qui erant cum illis discumbentes.

Et murmurabant Scribæ eorum & Pharisæi ad discipulos eius, dicentes: Quare cum publicanis & peccatoribus manducatis & bibitis?

Et respondens Iesus dixit ad illos; Non vsum habent sani medico, sed male habentes.

Non veni vocare iustos', sed peccatores ad pœnitentiam.

Illi autem dixerunt ad eum: Quare discipuli Ioannis ieiunant frequenter, & obsecrationes faciũt, similiter & ij Pharisæorũ: at tui edũt & bibunt?

Is verò ait ad ipsos: Non potestis filios thalami, in quo sponsus cum illis est, facere ieiunare?

Venient autem dies, & cum ablatus fuerit ab illis sponsus', tunc ieiunabunt in illis diebus.

Dicebat autem & similitudinem ad illos: Quia nemo adiectionem vestimẽti noui adiicit in vestimentum vetus: si vero non & nouum scindit, & veteri non conuenit commissura à nouo.

Et nemo cõiicit vinum nouum in vtres veteres: si autem non, rumpet nouum vinum vtres, & ipsum effundetur, & vtres peribunt.

Sed vinum nouum in vtres nouos iniiciendum, & vtraque conseruantur.

Et nemo bibens vetus, statim vult nouum: dicit enim, Vetus vtilius est.

CAP. VI.

FActum est autem in sabbato secundo primo, transire ipsum per sata: & vellebant discipuli eius spicas, & manducabant confricãtes manibus.

Quidam autem Pharisæorum dicebãt illis: Quid facitis, quod non licet facere in Sabbatis?

Et respondens ad eos, dixit Iesus: Nec hoc legistis quod fecit Dauid, cum esuriisset ipse, & cum ipso existentes:

Quomodo intrauit in domum Dei, & panes propositionis sumpsit, & mãducauit, & dedit & his cũ ipso, quos nõ licet mãducare si nõ solos sacerdotes?

Et dicebat illis: Quia dominus est filius hominis & Sabbati.

Factum autem in alio Sabbato, intrare ipsum in synagogam, & docere: Et erat ibi homo, & manus eius dextera erat arida.

Obseruabant autem scribæ & Pharisæi si in Sabbato curaret eum: vt inuenirent accusationem ipsius.

Ipse vero sciebat ratiocinationes eorum: & ait homini aridam habenti manum: Surge & sta in medium. Is autem surgens, steterit.

Transl. Erasm. Roterod.

Virum est facilius dicere, remittantur tibi peccata, an dicere, surge & ambula?

Vt autem sciatis quod filius hominis habet potestatem in terra remittendi peccata, ait paralytico: Tibi dico, surge, tolle lectulum tuum, & vade in domum tuam.

Isq; confestim surgens coram illis, tollebat in quo iacuerat, abijtq; in domum suam glorificans Deum.

Et stupor corripuit omnes, & glorificabant Deum: & repleti sunt timore, dicentes: Vidimus incredibilia hodie.

Et post hæc exijt, ac vidit publicanum nomine Leui, sedentem ad telonium, & ait illi: Sequere me.

Atque his relictis omnibus, surgens, secutus est eum.

Et fecit ei conuiuium magnum Leui in domo sua, & erat turba multa publicanorum, & aliorum, qui cum illis accumbebant.

Et murmurabant scribæ & Pharisæi, aduersus discipulos eius dicentes: Quare cum publicanis & peccatoribus editis & bibitis?

Et respondens Iesus, dixit ad illos: Non egent qui sani sunt medico, sed qui malè habent.

Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam.

At illi dixerunt ad eum: Quare discipuli Iohannis ieiunant frequenter, & obsecrationes faciunt, similiter & pharisæorum, tui vero edunt & bibunt?

Quibus ipse ait: Num potestis facere, vt filij thalami, dum cum illis est sponsus, ieiunent?

Venient autem dies, & cum ablatus fuerit ab illis sponsus, tunc ieiunabunt in illis diebus.

Dicebat autem & similitudinem ad illos: Nemo immissuram noui vestimenti immittit in vestimentũ vetus, alioquin & nouum rumpit, & veteri non conuenit immissura ex nouo.

Et nemo mittit vinum nouum in vtres veteres, alioqui rumpet vinum nouum vtres, & ipsum effundetur, & vtres peribunt.

Sed vinum mustum in vtres nouos mittendum est, & vtraque conseruantur.

Et nemo qui biberit vetus statim vult nouum: dicit enim, vetus melius est.

CAP. VI.

ACcidit autem, vt in sabbato secundo primo transiret per sata, ac vellebant discipuli eius spicas edebant, & confricantes manibus.

Quidam autem Pharisæorum dicebant illis: Quid facitis, quod non licet facere in sabbatis?

Et respondens Iesus ad eos, dixit: Ne hoc quidem legistis, quod fecit Dauid, cum esuriisset ipse, & qui cum illo erant.

Quomodo intrauit in domum Dei, & panes propositionis sumpsit, editq; ac dedit etiam his qui secum erãt, quos non licet edere, nisi tantum sacerdotibus?

Et dicebat illis: Dominus est filius hominis etiam sabbati.

Factum est autem & in alio sabbato, vt intraret in synagogam, ac doceret. Et erat ibi homo & manus eius dextra erat arida.

Obseruabant autem eum scribæ ac pharisæi an in sabbato sanaturus esset, vt inuenirent vnde accusarent eum.

Ipse vero sciebat cogitationes eorum, & ait homini qui habebat manum aridam: Surge, & sta in medio. Et surgens stetit.

Vulgat. Editio.

Ait autem ad illos Iesus: Interrogabo vos, si licet Sabbatis benefacere, an male: animam saluam facere, an perdere?

Et circumspectis omnibus dixit homini: Extende manum tuam. Et extendit: & restituta est manus eius.

Ipsi autem repleti sunt insipientia: & colloquebantur ad inuicem: quidnam facerent Iesu.

Factum est autem in illis diebus, exiit in montem orare: & erat pernoctans in oratione Dei.

* Mar. 3. 13. *Et cum factus esset dies, vocauit discipulos suos: & elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominauit.

Simonem, quem cognominauit Petrum, & Andream fratrem eius, Iacobum & Ioannem, Philippum & Bartholomæum,

Matthæum & Thomam, Iacobum Alphæi, & Simonem qui vocatur zelotes,

Et Iudam Iacobi, & Iudam Iscariotem, qui fuit proditor.

Et descendens cum illis, stetit in loco campestri, & turba discipulorum eius, & multitudo copiosa plebis ab omni Iudæa, & Ierusalem, & maritima, & Tyri & Sidonis,

Qui venerant vt audirent eum, & sanarentur à languoribus suis. Et qui vexabantur à spiritibus immundis, curabantur.

Et omnis turba quærebat eum tangere quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes.

* Mat. 5. 2. * Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos, dicebat: Beati pauperes: quia vestrum est regnum Dei.

* Mat. 5. 21. * Beati qui nunc esuritis: quia saturabimini. Beati, qui nunc fletis: quia ridebitis.

Beati eritis cum vos oderint homines, & cum separauerint vos, & exprobrauerint: & eiecerint nomẽ vestrũ tanquã malũ, propter filiũ hominis.

Gaudete in illa die, & exultate: ecce enim merces vestra multa est in cœlo. secundum hæc enim faciebant Prophetis patres eorum.

Veruntamen væ vobis diuitibus: quia habetis consolationem vestram.

* Am. 6. 1. Eccl. 31. 8. Isa. 65. 11. * Væ vobis, qui saturati estis: quia esurietis. Væ vobis, qui ridetis nunc: quia lugebitis & flebitis.

Væ cum benedixerint vobis homines: secũdum hæc enim faciebant pseudoprophetis patres eorũ.

Sed vobis dico, qui auditis: Diligite inimicos vestros: benefacite his, qui oderunt vos.

Benedicite maledicentibus vobis, & orate pro calumniantibus vos.

* Mat. 5. 44. * 1. Cor. 6. 7. Mat. 7. 12. * Et qui percutit te in maxillam, præbe & alterã. * Et ab eo, qui aufert tibi vestimentum, etiam tunicam noli prohibere.

Omni autem petenti te, tribue: & qui aufert quæ tua sunt, ne repetas.

* Tob. 4. 5. 16. * Mat. 7. 12. * Et prout vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis similiter.

*Et si diligitis eos, qui vos diligunt, quæ vobis est gratia? nam & peccatores diligentes se diligunt.

Et si benefeceritis his, qui vobis benefaciũt, quę vobis est gratia? siquidẽ & peccatores hoc ipsũ faciũt.

* Mat. 5. 42. Deu. 15. 8. * Et si mutuum dederitis his, à quibus speratis recipere, quæ gratia est vobis? Nam & peccatores peccatoribus fœnerantur, vt recipiant æqualia.

Veruntamen diligite inimicos vestros, & benefacite, & mutuum date nihil sperantes: & erit merces vestra multa, & eritis filij Altissimi: quia ipse benignus est super ingratos & malos.

Transl. ex Syriac.

9 *Ait illis Ieschua: Interrogabo vos, quid licet sabbatho facere, bene an malè animam seruare, an perdere?*

10 *Et intuitus est eos omnes, & dixit ei: Extende manum tuam. Extenditq;, & restituta est manus eius sicut socia ipsius.*

11 *Illi vero repleti sunt inuidia; & colloquebantur vnus cum alio, quid facerent ipsi Ieschua.*

12 ** Factum est autem in diebus illis vt exiret Ieschua in montem precandi gratia, illicq; pernoctauit in oratione.* * Apoc. Ioann. 4. Martyri.

13 *Et quum illuxisset, aduocauit discipulos suos, & selegit ex eis duodecim, quos Apostolos nominauit.*

14 *Schemeoun illum, quem nominauit Kipho, & Andream fratrem eius: & Iaakoub, & Iouchanon, & Philippum, & Bar-Thoulmai.*

15 *Et Mathai, & Thouma, & Iaakoub filium Calphai, & Schemeoun, qui vocatur Zelotes.*

16 *Et Iehoudo filium Iaakoub, & Iehoudo Secariouto illum qui fuit proditor.*

17 *Et descendit cum eis Ieschua, stetitq; in planicie: & cœtus multus discipulorum eius, & multitudo turbæ populi ex tota Iehoudæa & ex Ourischlem, & è portu maris Tzour & Zaidon.*

18 *Qui venerant vt audirent sermonem eius, & sanarentur à morbis suis. Et ij qui vexabantur à spiritibus immundis, & sanitati restituti sunt.*

19 *Totaq; turba quærebat eum tangere: virtus enim prodibat ex eo; omnesq; sanabat.*

20 ** Et sustulit oculos suos super discipulis suis, & ait: O vos beati egeni, quoniam vestrum est regnum Dei.* * Recipi, hîbetur dis ma ieiunio.

21 *O vos beati qui nunc esuritis, quippe qui saturabimini. O vos beati, qui nunc fletis, quippe qui ridebitis.*

22 *O vos beati, quum oderint vos homines, & separauerint, vobisq; exprobrauerint, & eiecerint nomen vestrum tanquam improborum propter filium hominis.*

23 *Gaudete in illo die & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis: sic enim faciebant patres eorum Prophetis.*

24 *Sed væ vobis diuitibus, quoniam recepistis consolationem vestram.*

25 *Væ vobis ó saturi, quoniam esurietis. Væ vobis nunc ridentibus, quoniam flebitis, & lugebitis.*

26 *Væ vobis, quum benedixerint de vobis homines: sic enim fecerunt pseudoprophetis patres eorum.*

27 *At vobis dico qui auditis: Diligite inimicos vestros & benefacite ijs qui oderunt vos.*

28 *Et benedicite ijs, qui vobis male precantur, & orate pro ijs, qui vim vobis inferunt.*

29 *Et qui percusserit tibi maxillam, præbe ei alteram. Et ab eo qui abstulerit pallium tuum, ne tuam etiam tunicam prohibeto.*

30 *Cuilibet poscenti à te, dato: & ab eo qui abstulerit quod tuum est, ne repetito.*

31 *Et prout vultis facient vobis homines, itidem & vos eis facite.*

32 *Si enim diligitis eos qui diligunt vos, quænam est gratia vestra? quandoquidem & peccatores, eos à quibus diliguntur, amant.*

33 *Et si benefeceritis ijs, qui benefaciunt vobis, quænam est gratia vestra? quandoquidẽ & peccatores itidem faciũt.*

34 *Et si mutuum dederitis ei, à quo putatis vobis repensum iri, quenam est gratia vestra? nam etiam flagitiosi flagitiosis mutuum dant, vt æquè recipiant.*

35 *Verum diligite inimicos vestros, & benefacite eis mutuumq; date, neq; repromittatis vobis hominis expectationẽ: & erit copiosa merces vestra, eritisq; filij Altissimi, quippe qui suauis sit erga improbos.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Ait ergo Iesus ad illos: Interrogabo vos, quid licet Sabbatis benefacere, an malefacere? animam seruare, an occidere?

Et circumspiciens omnes eos, dixit homini: Extende manum tuam. Is autem fecit ita, & restituta est manus eius sana vt altera.

Ipsi autem repleti sunt amentia: & colloquebantur ad inuicem: quidnam facerent Iesu.

Factum est autem in diebus illis, exiit in montem orare: & erat pernoctans in oratione Dei.

Et cum Factus esset dies, aduocauit discipulos suos & eligens ex ipsis duodecim, quos & Apostolos nominauit.

Simonem, quem & nominauit Petrum, & Andream fratrem eius, Iacobum & Ioannem, Philippum & Bartholomæum,

Matthæum & Thomam, Iacobum Alphæi, & Simonem vocatum zelotem.

Iudam Iacobi, & Iudam Iscariotem, qui & fuit proditor.

Et descendens cum illis, stetit in loco campestri, & turba discipulorum eius, & multitudo copiosa plebis ab omni Iudæa, & Hierusalem, & maritima Tyri & Sidonis,

Qui venerant audire eum, & sanari à languoribus suis. Et vexati à spiritibus immundis, & curabantur.

Et omnis turba quærebat tangere eum: quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes.

Et ipse eleuans oculos suos in discipulos suos, dicebat: Beati pauperes: quia vestrũ est regnũ Dei.

Beati esurientes nunc: quia saturabimini. Beati flentes nunc: quia ridebitis.

Beati eritis cum oderint vos homines, & cum separauerint vos, & exprobrauerint: & eiecerint nomẽ vestrũ tanquã malũ propter filiũ hominis.

Gaudete in illa die, & exultate: ecce enim merces vestra multa in cœlo. secundum hæc enim faciebant Prophetis patres eorum.

Veruntamen væ vobis diuitibus: quia habetis consolationem vestram.

Væ vobis impleti: quia esurietis. Væ vobis ridentes nunc: quia lugebitis & flebitis.

Væ cum benedixerint vobis homines. secũdum hæc enim faciebant pseudoprophetis patres eorũ.

Sed vobis dico audientibus: Diligite inimicos vestros: benefacite odio habentibus vos.

Benedicite maledicentibus vobis, & orate pro calumniantibus vos.

Percutienti te in maxillam, præbe & alteram. Et ab auferente tuum vestimentum, & tunicam ne prohibueris.

Omni autem petenti te, da: & ab auferente tua, ne repetas.

Et prout vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis similiter.

Et si diligitis diligẽtes vos, quæ vobis gratia est? etenim peccatores diligentes se diligunt.

Et si benefeceritis benefacientibus vobis, quæ vobis gratia est? Etenim peccatores hoc ipsum faciunt.

Et si mutuum dederitis à quibus speratis recipere, quæ vobis gratia est? Etenim peccatores peccatoribus fœnerantur, vt recipiant æqualia.

Veruntamen diligite inimicos vestros, & benefacite, & mutuum date nihil sperantes. & erit merces vestra multa, & eritis filij Altissimi: quia ipse benignus est super ingratos & malos.

Transl. Erasm. Roterod.

9 *Ait igitur ad illos Iesus: Interrogabo vos, vtrum licet sabbatis benefacere an malefacere, animam seruare an perdere?*

10 *Et circumspectis omnibus, dixit homini: Extende manum tuam. Ille autem fecit, & restituta est manus eius sana sicut altera.*

11 *Ipsi autem repleti sunt amentia, & colloquebantur inter sese, quidnam facerent Iesu.*

12 *Factum est autem in illis diebus, exijt in montem ad orandum, eratq; pernoctans in deprecatione Dei.*

13 *Et cum dies factus esset, vocauit discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominauit,*

14 *Simonem, quem & nominauit Petrum; & Andream fratrem eius, Iacobum & Ioannem, Philippum & Bartholomæum,*

15 *Matthæum & Thomam, & Iacobum Alphæi filium & Simonem qui vocatur Zelotes,*

16 *Et Iudam Iacobi, & Iudam Iscariotem, qui idem fuit proditor.*

17 *Et descendens cum illis stetit in loco campestri turbaq; discipulorum eius, & multitudo copiosa plebis, ex omni Iudæa & Hierusalem, & à maritima Tyro & Sidone,*

18 *Qui venerant vt audirent eum, & sanarentur à morbis suis, & qui vexabantur à spiritibus immundis, & sanabantur.*

19 *Et omnis turba quærebat eum tangere, quia virtus ab illo exibat, & sanabat omnes.*

20 *Et ipse attollens oculos suos in discipulos, dicebat: Beati pauperes, quia vestrum est regnum Dei.*

21 *Beati qui esuritis nunc, quia saturabimini. Beati qui fletis nunc, quia ridebitis.*

22 *Beati eritis cum vos oderint homines, & separauerint vos, & exprobrauerint, & eiecerint nomen vestrum tanquam malum propter filium hominis.*

23 *Gaudete in illo die & exultate, ecce enim merces vestra multa est in cœlis. Secundum hæc enim faciebant prophetis patres eorum.*

24 *Veruntamen væ vobis diuitibus, quia habetis consolationem vestram.*

25 *Væ vobis, qui saturati estis, quia esurietis. Væ vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis.*

26 *Væ cum laudauerint vos omnes homines. Secundum hæc enim faciebant pseudoprophetis patres eorum.*

27 *Sed vobis dico qui auditis, Diligite inimicos vestros: benefacite his qui vos oderunt.*

28 *Benedicite maledicentibus vobis, & orate pro calumniantibus vos.*

29 *Percutienti te in maxillam præbe & alteram, & ab eo qui aufert tibi pallium, etiam tunicam noli prohibere.*

30 *Omni autem exigenti abs te, tribue, & ab eo qui aufert quæ tua sunt, ne reposcas.*

31 *Et prout vultis vt faciant vobis homines, vos quoq; facite illis similiter.*

32 *Et si diligitis eos qui vos diligunt, quæ vobis est gratia? Nam & peccatores eos, à quibus diliguntur, diligunt.*

33 *Et si benefeceritis his qui vobis benefaciunt, quæ vobis est gratia? Siquidem & peccatores hoc faciunt.*

34 *Et si mutuum dederitis his à quibus speratis vos recepturos, quæ gratia est vobis? Nam & peccatores peccatoribus dant mutuum, vt recipiant paria.*

35 *Quinimò diligite inimicos vestros, & benefacite, & mutuum date, nihil inde sperantes, & erit merces vestra, multa, & eritis filij altissimi, quia ipse benignus est erga ingratos ac malos.*

Vulgat. Editio.

Estote ergo misericordes sicut & Pater vester misericors est.

Nolite iudicare, & non iudicabimini: nolite condemnare, & non condemnabimini: dimittite, & dimittemini.

Date, & dabitur vobis: mensuram bonam, & confertam, & coagitatam, & superfluentem dabunt in sinum vestrum. * Eadem quippe mensura, qua mensi fueritis, remetietur vobis.

Dicebat autem illis & similitudinem: Nũquid potest cæcus cæcũ ducere? nõne ambo in foueã cadũt?

* Non est discipulus super magistrum: perfectus autem omnis erit, si sit sicut magister eius.

* Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem, quæ in oculo tuo est, non consideras?

Aut quomodo potes dicere fratri tuo: Frater sine eiiciam festucam de oculo tuo: ipse in oculo tuo trabem non videns? Hypocrita eiice primum trabem de oculo tuo, & tunc perspicies vt educas festucam de oculo fratris tui.

* Non est enim arbor bona, quæ facit fructus malos; neque arbor mala, faciens fructum bonum.

Vnaquæque enim arbor de fructu suo cognoscitur. Neq; enim de spinis colligunt ficus, neque de rubo vindemiant vuam.

Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum; & malus homo de malo thesauro profert malum. Ex abundantia enim cordis os loquitur.

Quid autem vocatis me * Domine, Domine: & non facitis quæ dico?

Omnis, qui venit ad me, & audit sermones meos & facit eos: ostendam vobis cui similis sit.

Similis est homini ædificanti domum, qui fodit in altum, & posuit fundamentum super petram: inundatione autem facta, illisum est flumẽ domui illi; & non potuit eam mouere: fundata enim erat super petram.

Qui autem audit, & non facit: similis est homini ædificanti domum suam super terram sine fundamento: in quam illisus est fluuius, & continuo cecidit; & facta est ruina domus illius magna.

CAP. VII.

CVm autem implesset omnia verba sua in aures plebis intrauit Capharnaum.

Centurionis autem cuiusdam seruus male habens, erat morsurus: qui illi erat pretiosus.

Et cum audisset de Iesu misit ad eum Seniores Iudæorum, rogans eum vt veniret, & saluaret seruum eius.

At illi cum venissent ad Iesum, rogabant eum solicite, dicentes ei: Quia dignus est vt hoc illi præstes.

Diligit enim gentem nostram, & synagogam ipse ædificauit nobis.

Iesus autem ibat cum illis. Et cum iam non longe esset à domo, misit ad eum Centurio amicos, dicẽs * Domine noli vexari: Non enim sum dignus vt sub tectum meum intres.

Propter quod, & meipsũ nõ sũ dignũ arbitratꝰ vt veniré ad te: sed dic verbo, & sanabitur puer meus.

Transl. ex Syriac.

Estote ergo misericordes, sicut & Pater vester misericors est,

* *Ne iudicate, & non iudicabimini: ne condemnate, & non condemnabimini: absoluite, & absoluemini.*

Date & dabitur vobis: mensuram bonam, & expansam profusamque injicient in sinum vestrum. Eadem enim mensura qua metimini, remensum fiet vobis.

Porrò dicebat eis parabolam: Num potest cæcus cecum ducere? nonne ambo in foueam cadent?

Non est discipulus præstantior magistrò: verum enimuerò quisquis est perfectus, erit instar magistri sui.

Quid enim intueris festucam, quæ est in oculo fratris tui, trabs autem quæ in oculo tuo est, non apparet tibi?

Vel quomodo potes dicere fratri tuo: Frater mi, sine, ejiciam festucam ex oculo tuo: quum ecce trabs quæ est in oculo tui ipsius, nõ appareat tibi? Acceptor vultus, (personate) educito primum trabem ex oculo tuo, & tunc erit tibi visus ad educendum festucam ex oculo fratris tui.

Non est arbor bona, quæ edat fructus malos; nec arbor mala, quæ edat fructus bonos.

Omnis enim arbor ex fructu suo dignoscitur. Cur enim colligent è spinis ficus? nec etiam è rubo demetunt vuas.

Vir bonus è bonis thesauris cordis sui depromit bona, & homo nequam ex thesauris malis cordis sui depromit mala. Siquidem ex abundantia cordis loquuntur labia.

Quid me vocatis Domine mi, Domine mi: & quod dico non facitis?

Quicumque venit ad me, & audit sermones meos, eosque exequitur: ostendam vobis cui similis sit.

Similis est viro ædificanti domum, qui fodit & excauauit, posuitque fundamentum super petram: Cùm autem ingruisset inũdatio, erupit inundatio in domum illam, nec potuit eam conquatere: positum enim erat fundamentum eius super petram.

Is autem qui audit, & non exequitur, similis est viro ædificanti domum suam super pulueren absq; fundamento quumq; erupit in eam flumen, illico cecidit, fuitq; casus domus illius maximus.

CAP. VII.

QVumque absoluisset hos omnes sermones audiente populo, ingressus est Ieschua Capharnachum.

Seruus autem Centurionis cuiusdam malè affectus erat qui quidem erat ipsi pretiosus, ac propè moribundus.

Audiitque de Ieschua & misit ad eum Seniores Iehoudæorum, & efflagitabat ab eo vt veniret seruum suum seruaturus.

Illi autem quum venissent ad Ieschua, efflagitabant ab eo studiosè, ac dicebant: Dignus est cui hoc facias.

Diligit enim gentem nostram, quinetiam domum synagogæ extruxit nobis.

Porrò Ieschua iter faciebat cum eis. Quum autem non longè abesset à domo, misit ad eum Centurio amicos suos, qui dicerent ei: Domine mi, ne fatigeris, non enim dignus sum vt intres sub tectum meum.

Propterea indignus fui qui venirem ad te: sed dic verbo, & sanabitur puer meus.

Transl. B. Ariæ Mont.

Estote ergo misericordes, sicut & pater vester misericors est.

Et ne iudicate, & non iudicabimini. Ne condemnate, & non condemnabimini absoluite, & absoluemini.

Date, & dabitur vobis. Mensuram bonam confertam, & coagitatam, & superfluentem dabunt in sinum vestrum, Quippe ea mensura qua mensi fueritis remetietur vobis.

Dicebat aũt similitudinem ipsis: Nunquid potest cœcus cæcum ducere? nonne ambo in foueã cadẽt?

Non est discipulus super magistrum suum: perfectus autem omnis erit, sicut magister eius.

Quid autem vides festucam quæ in oculo fratris tui: at trabem quæ in proprio oculo non animaduerris?

Aut quomodo potes dicere fratri tuo: Frater, sine eiiciam festucam quæ in oculo tuo, ipse in oculo tuo trabem non videns? Hypocrita, eiice Primum trabem de oculo tuo, & tunc perspicies eiicere festucam in oculo fratris tui.

Non enim est arbor pulchra faciens fructum putrem: neque arbor putris faciẽs fructum pulchum.

Vnaquæque enim arbor de proprio fructu cognoscitur. Non enim de spinis colligunt ficus, neque de rubo vindemiant vuam.

Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum, & malus homo de malo thesauro cordis sui peofert malum. Ex enim abundantia cordis loquitur os eius.

Quid autem me vocatis, Domine, Domine: & non facitis quæ dico?

Omnis veniens ad me, & audiens meos sermones, & faciens eos, ostendam vobis cui sit similis,

Similis est homini ædificanti domum, qui fodit & profundum fecit, & posuit fundamentum supra petram. inundatione autem facta, illisum est flumen domui illi, & non potuit mouere eam: fundata erat enim supra petram.

At audiens & non faciens, similis est homini ædificanti domum super terram sine fundamento: cui illisus est fluuius, & continuo cecidit: & facta est ruina domus illius magna.

CAP. VII.

POstquam autem impleuit omnia verba sua in aures plebis, intrauit in Capharnaum.

Centurionis autem cuiusdam seruus malè habens futurus erat inter ire, qui erat illi pretiosus.

Audiens autem de Iesu, misit ad eum seniores Iudæorum, rogans eum vt veniens seruaret seruum eius.

Illi vero aduenientes ad Iesum, precabantur eum studiosè dicentes: Quia dignus est cui præberet hoc.

Diligit enim gentem nostram, & synagogam ipse ædificauit nobis.

At Iesus ibat cum illis. Iam vero eo non longè absente à domo misit ad eum Centurio amicos, dicens ei: Domine, ne vexeris: non enim sum dignus vt meum sub tectum intres.

In eo neque meipsum sum dignum arbitratus ad te venire: sed dic verbo, & sanabitur puer meus.

Transl. Erasm. Roterod.

36 *Estote ergo misericordes, sicut & pater vester misericors est.*

37 *Nolite iudicare, & non iudicabimini. Nolite condemnare, & non condemnabimini. Remittite, & remittetur vobis.*

38 *Date & dabitur vobis. Mensuram bonam & confertam, & concussam atque exundantem dabunt in sinum vestrum. Eadem quippe mensura qua metiemini, metientur alij vobis.*

39 *Dicebat autem illis similitudinem: Nunquid potest cæcus cæcum ducere? nonne ambo in foueam cadunt?*

40 *Non est discipulus supra magistrum suum: perfectus autem omnis erit, sicut magister ipsius.*

41 *Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem quæ in oculo proprio est, non animaduertis?*

42 *Aut quomodo potes dicere fratri tuo: frater, sine, eiiciam festucam quæ in oculo tuo est, ipse in oculo tuo trabem non videns: Hypocrita eijce primum trabem ex oculo tuo, & tunc perspicies, vt eijcias festucam, quæ est in oculo fratris tui.*

43 *Non est enim arbor bona, quæ facit fructum malum: neque arbor mala, faciens fructum bonum.*

44 *Vnaquæque enim arbor ex fructu suo cognoscitur. Neque enim è spinis colligunt ficus, neque ex rubo vindemiant vuam.*

45 *Bonus homo ex bono thesauro cordis sui profert bonum & malus homo ex malo thesauro cordis sui profert malum. Ex abundantia enim cordis loquitur os eius.*

46 *Quid autem vocatis me Domine, Domine, & non facitis quæ dico?*

47 *Quisquis venit ad me, & audit sermones meos, & facit eos, ostendam vobis cui similis sit.*

48 *Similis est homini, ædificanti domum: qui fodit in altum, & posuit fundamentum super petram. Inundatione autẽ facta illisum est flumen domui illi, & non potuit eam mouere. Fundata enim erat super petram.*

49 *Qui autem audiuit & non fecit, similis est homini, qui ædificauit domum suam super terram, absque fundamento, in quam illisus est fluuius, & continuo cecidit, & facta est ruina domus illius magna.*

CAP. VII.

1 *CVm autem consummasset omnia verba sua audiente populo, intrauit Capernaum.*

2 *Centurionis autem cuiusdam seruus malo habens, agebat animam, qui illi erat charus.*

3 *Cum audisset autem de Iesu, misit ad eum seniores Iudæorum, rogãs eum, vt veniret & seruaret seruum suum.*

4 *At illi cum venissent ad Iesum, rogabant eum studiosè, dicentes: Dignus est, vt hoc illi præstes.*

5 *Diligit enim gentem nostram, & synagogam ipse ædificauit nobis.*

6 *Iesus autem ibat cum illis. Et cum iam non longe abesset à domo, misit ad eum Centurio amicos, dicens ei: Domine, noli vexari. Non enim sum dignus, vt sub tectum meum intres.*

7 *Quapropter nec meipsum sum dignum arbitratus, vt venirem ad te, sed dic verbo, & sanabitur puer meus.*

Vulgat. Editio.

Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites: & dico huic vade, & vadit: & alij veni, & venit: & seruo meo, fac hoc, & facit,

Quo audito Iesus miratus est: & conuersus sequentibus se turbis, dixit: Amen dico vobis, nec in Israel tantam fidem inueni.

Et reuersi, qui missi fuerant domum inuenerunt seruum, qui languerat, sanum.

Et factum est: deinceps ibat in ciuitatem, quæ vocatur Naim: & ibant cum eo discipuli eius, & turba copiosa.

Cum autem appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris suæ: & hæc vidua erat: & turba ciuitatis multa cum illa,

Quam cum vidisset Dominus, misericordia motus super eam, dixit illi: Noli flere.

Et accessit, & tetigit loculum. (Hi autem, qui portabant, steterunt) Et ait: Adolescens, tibi dico, surge.

Et resedit qui erat mortuus, & cœpit loqui. Et dedit illum matri suæ.

Accepit autem omnes timor: & magnificabant Deum, dicentes: * Quia propheta magnus surrexit in nobis: & quia Deus visitauit plebem suam.

Et exiit hic sermo in vniuersam Iudæam de eo, & in omnem circa regionem.

Et nunciauerunt Ioanni discipuli eius de omnibus his.

*Et conuocauit duos de discipulis suis Ioânes, & misit ad Iesum, dicens: Tu es qui venturus es, an alium expectamus?

Cum autem venissent ad eum viri, dixerunt Ioannes Baptista misit nos ad te dicens: Tu es, qui venturus es, an alium expectamus?

(In ipsa autē hora multos curauit à languoribus, & plagis, & spiritibus malis, & cæcis multis donauit visum.)

Et respondens, dixit illis: Euntes renunciate Ioanni quæ audistis, & vidistis: * Quia cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt mortui resurgunt, pauperes euangelizantur:

Et beatus est quicūq; nō fuerit scādalizatus in me.

Et cū discessissent nuncij Ioannis, cœpit de Ioanne dicere ad turbas: Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam?

Sed quid existis videre? hominem mollibus vestimentis indutum? Ecce qui in veste pretiosa sunt & deliciis, in domibus regum sunt.

Sed quid existis videre? prophetam? Vtique dico vobis, & plusquam Propheta:

* Hic est, de quo scriptum est: Ecce mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.

Dico enim vobis, Maior inter natos mulierum propheta Ioanne Baptista nemo est: qui autem minor est in regno Dei, maior est illo.

Et omnis populus audiens & publicani, iustificauerunt Deum, baptizati baptismo Ioannis.

Pharisæi autem, & legis periti consilium Dei spreuerunt in semetipsos, non baptizati ab eo.

Ait autem Dominus: * Cui ergo similes dicam homines generationis huius, & cui similes sunt?

Transl. ex Syriac.

8 *Quandoquidem & ego sum homo sub potestate constitutus, suntque sub manibus meis milites, & dico huic: ito, & abiit: & alteri: venito, venitque: & seruo meo, hoc facito, & facit.*

9 *Quum autem hæc audisset Ieschua admiratus est eum, & conuersus dixit turbæ post se venienti: Ego dico vobis, ne in Israel quidem inueni fidem huic similem.*

10 *Et reuersi sunt domum ij qui missi fuerant, inuenerunt que seruum illum, qui ager fuerat, sanitati restitutum.*

11 *Et factum est postero die, vt proficisceretur in ciuitatem nomine Nain: & discipuli eius cum eo, cœtusq; multus.* Ad diem sequentem.

12 *Quum autem appropinquauit portæ ciuitatis, vidit comitantes mortuum, qui vnicus fuerat matri suæ, ipsaq; mater erat vidua: & turba multa filiorum ciuitatis (ciuium) erat cum ea.*

13 *Vidit autem Ieschua, & misertus est eius, dixitq; ei: Ne fleas.*

14 *Et profectus tetigit loculum. Ij autem qui baiulabant eum substitere. Et ait adolescens tibi dico, surge.*

15 *Et resedit defunctus ille, cœpitq; loqui, Et dedit eum matri suæ.*

16 *Et muasit omnes tremor: & glorificabant Deum, ac dicebant: Sane propheta maximus surrexit inter nos: & inuisit Deus populum suum.*

17 *Exiit de eo sermo iste in vniuersam Iehoudæam, & in vniuersam regionem circumiacentem.*

18 *Et renuntiauerunt Iouchanon discipuli eius hæc omnia.*

19 *Et aduocauit Iouchanon duos ex discipulis suis, eosque misit ad Ieschua, & ait: Tune is es qui venturus erat, an alium expectamus?* * Omissa ea per Epistolam.

20 *Et venerunt ad Ieschua, dicuntq; ei, Iouchanon Baptista misit nos ad te, & ait: Tune is es qui venturus erat, an alium expectamus?*

21 *Illa autem ipsa hora multos sanauit à morbis & à plagis, & à spiritibus malis, multisque cæcis tribuit visum.*

22 *Et respondit Ieschua & dixit: Ite, dicite Iouchanon quæcumq; vidistis & audistis: Quòd cæci videant, & claudi ambulent, & leprosi mundentur, & surdi audiant, & mortui suscitētur, pauperibus denicq; euangelizetur:*

23 *Et beatus est qui non impegerit in me.*

24 *Quum autem abiissent discipuli Iouchanon, cœpit Ieschua verba facere ad turbas super Iouchanon: Quid existis in desertum visuri? arundinem vento agitatam?*

25 *Sin autem quid visum existis? virum mollibus vestimentis indutum? Ecce ij qui vestimentis gloriosis & deliciis vtuntur, in aulis regum degunt.*

26 *Sin minus, quid visum existis? prophetam? Certè dico vobis & propheta præstantiorem.*

27 *Hic est de quo scriptum est: Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui complanabit viam tuam coram te.*

28 *Dico vobis: Non est propheta inter natos mulierum maior Iouchanon Baptista: minimus autem in regno Dei maior est eo.*

29 *Et totus populus qui audierat, publicani quoque iustificarunt Deum, qui baptizati fuerant baptismo Iouchanon.*

30 *Perischei verò & Scribæ calumniati sunt apud se voluntatem Dei, qui non baptizati fuerunt ab eo.*

31 *Cuinam igitur assimilabo homines generationis huius? & cui similes sunt?*

* Inf. 14. 19. Io. 4. 19.
* Mat. 11. 2.
* Isa. 35. 5.
* Mal. 3. 1. Mat. 11. 10. Mar. 1. 2.
* Mat. 11. 16.

Transl. B. Ariæ Mont.

Etenim ego homo sum sub potestate cõstitutus, habens sub me milites: & dico huic, Vade, & vadit: & alio, veni, & venit: & seruo meo, fac hoc, & facit,

Audiens autem hæc Iesus, miratus est eum: & conuersus sequenti se turbæ, dixit: dico vobis, nec in Israel tantam fidem inueni.

Et reuersi, missi in domum inuenerunt languentem seruum sanum.

Et factum est in deinceps ibat in ciuitatem, vocatam Naim: & simul ibant ipsi discipuli eius, multi & turba copiosa.

Vt vero appropinquauit portæ ciuitatis, ecce efferebatur defunctus filius vnigenitus matri suæ: Et hæc vidua: & turba ciuitatis multa cum illa.

Et videns eam Dominus, visceribus motus est super eam, dixit illi: Ne fle.

Et accedens tetigit loculum. At portantes steterunt. Et ait, Adolescens, tibi dico surge.

Et resedit mortuus, & cœpit loqui. Et dedit illum matri suæ.

Accepit autem timor omnes: & glorificabant Deum, dicentes: Quia propheta magnus surrexit in nobis: & quia visitauit Deus plebem suam.

Et exiit sermo hic in vniuersa Iudæa de eo, & in omni circa regione.

Et nunciauerunt Ioanni discipuli eius de omnibus his.

Et aduocans duos quosdam discipulorum suorum Ioãnes, misit ad Iesum, dicens: Tu es veniens, aut alium expectamus?

Accedentes autem ad eum viri, dixerunt Ioannes Baptista misit nos ad te dicens: Tu es veniens, an alium expectamus?

In ipsa autẽ hora curauit multos à morbis & flagellis, & spiritibus malis, & cæcis multis donauit videre.

Et respondens Iesus, dixit illis: Euntes renunciate Ioanni quæ vidistis, & audistis: Quia cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur:

Et beatus est quicũq; nõ scãdalizatus fuerit in me.

Abeuntibus autem nuntijs Ioannis, cœpit dicere turbis de Ioanne: Quid existis in desertum spectare? arundinem à vento quassatam?

Sed quid existis videre? hominem in mollibus vestimentis amictum? Ecce qui in veste gloriosa & luxu existentes, in domibus regum sunt.

Sed quid existis videre? prophetam? Vtique dico vobis, & abundantius Propheta:

Hic est, de quo scriptum est: Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.

Dico enim vobis, Maior in genitis mulierum propheta Ioanne Baptista nemo est: qui autem minor in regno Dei, maior illo est.

Et omnis populus audiens & publicani, iustificauerunt Deum, baptizati baptismum Ioannis.

At Pharisæi & legis periti consilium Dei spreuerunt in semetipsos, non baptizati ab eo.

Ait autem Dominus: Cui ergo assimilabo homines generationis huius, & cui sunt similes?

Transl. Erasm. Roterod.

8 *Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, & dico huic, vade ac vadit: & alteri, veni, ac venit: & seruo meo, fac hoc, ac facit.*

9 *Auditis autem his Iesus, miratus est eum, & conuersus, sequenti se turba dixit: Dico vobis, ne in Israel quidem tantum fidem inueni.*

10 *Et reuersi, qui missi fuerant in domum, repererunt seruum qui languerat, sanum.*

11 *Et factum est, deinceps ibat in ciuitatem, quæ vocatur Nain; & ibant cum eo discipuli eius multi, turbaq; copiosa.*

12 *Cum autem appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur filius vnicus matri suæ, & hæc vidua erat, & turba ciuitatis multa cum illa.*

13 *Quam cum vidisset Dominus, misericordia motus super eam, dixit illi: Noli flere,*

14 *Et accessit, tetigitq; loculum. Porro qui portabant substiterunt. Et ait: Adolescens tibi dico, surge.*

15 *Et resedit qui erat mortuus, & cœpit loqui, & dedit illum matri suæ.*

16 *Accepit autem omnes timor, & glorificabant Deum, dicentes: Propheta magnus surrexit inter nos, & Deus visitauit plebem suam.*

17 *Et exiit hic rumor in vniuersam Iudæam de eo, & omnem finitimam regionem.*

18 *Et nunciauerunt Ioanni discipuli ipsius de his omnibus.*

19 *Et conuocauit duos de discipulis suis Iohannes, misitq; ad Iesum, dicens: Tu es qui venturus es, an alium expectamus?*

20 *Cum autem venissent ad eum viri, dixerunt: Iohannes Baptista misit nos ad te, dicens: Tu es ille qui venturus erat, an alium expectamus?*

21 *In eadem autem hora multos curauit à morbis ac plagis, & spiritibus malis, & cæcis multis donauit visum.*

22 *Et respondens dixit illis: Euntes renunciate Ioanni, quæ vidistis & audistis, quod cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperibus annunciatur euangelium.*

23 *Et beatus est quicumque non fuerit offensus per me.*

24 *Et cum discessissent nuncij Iohannis, cœpit de Iohanne dicere ad turbas: Quid existis in desertum vt videretis? arundinem vento agitari?*

25 *Sed quid existis visuri? hominem mollibus vestimentis indutum? Ecce qui vestitu splendido vestiuntur, & in deliciis agunt, in aulis Regum sunt.*

26 *Sed quid existis ad videndum? prophetam? Vtique dico vobis, & plus quam prophetam.*

27 *Hic est de quo scriptum est, Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.*

28 *Dico enim vobis: Maior inter natos mulierum propheta Iohanne baptista nemo est. Attamen qui minor est in regno Dei, maior est illo.*

29 *Et omnis populus audiens, & publicani iustificauerunt Deum, baptizati baptismo Iohannis.*

30 *Pharisæi autem & legisperiti consilium Dei spreuerunt aduersus semetipsos, non baptizati ab eo.*

31 *Ait autem Dominus, Cui ergo similes dicam homines generationis huius, & cui similes sunt?*

Vulgat. Editio.

Similes sunt pueris sedentibus in foro, & loquentibus ad inuicem, & dicentibus: Cantauimus vobis tibijs, & non saltastis: lamentauimus, & non plorastis.

*Mat. 3. 4 Mar. 1. 6. * Venit enim Ioannes Baptista, neque manducãs panẽ, neque bibẽs vinũ, & dicitis: Dæmoniũ habet.

Venit filius hominis manducans, & bibens, & dicitis: Ecce homo deuorator, & bibens vinum, amicus publicanorum, & peccatorum.

Et iustificata est sapientia ab omnibus filiis suis.

Rogabat autem illum quidam de Pharisæis vt manducaret cum illo. Et ingressus domum Pharisæi discubuit.

*Mat. 26. 7 Mar. 14. 3. Io. 12. 3. * Et ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit quod accubuisset in domo Pharisæi, attulit alabastrum vnguenti:

Et stans retro secus pedes eius, lacrymis cæpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & vnguento vngebat,

Videns autem Pharisæus, qui vocauerat eum ait intra se dicens: Hic si esset propheta, sciret vtique, quæ, & qualis est mulier, quæ tangit eum: quia peccatrix est.

Et respondens Iesus, dixit ad illum: Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait: Magister, dic.

Duo debitores erant cuidã fœnoratori: vnus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta,

Non habentibus illis vnde redderent, donauit vtrisque. Quis ergo eum plus diligit?

Respondens Simon dixit: Æstimo quia is, cui plus donauit. At ille dixit ei: Recte iudicasti.

Et conuersus ad mulierem, dixit Simoni: Vides hanc mulierem? Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti: hæc autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis suis terfit.

Osculum mihi non dedisti: hæc autem ex quo intrauit, non cessauit osculari pedes meos.

Oleo caput meum non vnxisti: hæc autem vnguento vnxit pedes meos.

Propter quod dico tibi: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit.

*Mat. 9. 2 Dixit autẽ ad illam: * Remittũtur tibi peccata.

Et ceperunt qui simul accumbebant, dicere intra se: Quis est hic, qui etiam peccata dimittit?

Dixit autem ad mulierem: Fides tua te saluam fecit: vade in pace.

CAP. VIII.

ET factum est deinceps, & ipse iter faciebat per ciuitates, & castella prædicans, & euangelizans regnum Dei: & duodecim cum illo,

Et mulieres aliquæ, quæ erant curatæ à spiritibus malignis, & infirmitatibus: * Maria, quæ vocatur Magdalene, de qua septem dæmonia exierant,

*Mat. 16. 9. Et Ioanna vxor Chusæ procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ multæ, quæ ministrabant ei de facultatibus suis.

Cum autem turba plurima conueniret, & de ciuitatibus properarent ad eum, dixit per similitudinem:

*Mat. 13. 3 Mar. 4. 2. * Exijt qui seminat, seminare semen suum: & dum seminat, aliud cecidit secus viam & conculcatum est, & volucres cœli comederunt illud.

Et aliud cecidit supra petram: & natum aruit quia non habebat humorem.

Transl. ex Syriac.

32 *Similes sunt pueris sedentibus in plateis, & inclamantibus ad socios suos, dicentibusque: Cecinimus vobis, neque saltastis, ac lamentum ededimus vobis neque fleuistis.*

33 *Venit enim Iouchanon Baptista, panem non edens; nec bibens vinum, & dicitis: Dæmonium in eo est.*

34 *Venit Filius hominis edens & bibens, & dicitis: Ecce vir helluo, & bibax vini, amicusq; publicanorum & flagitiosorum.*

35 *Sed iustificata est sapientia ab omnibus filijs suis.*

36 * *Venit autem vnus ex Perischæis efflagitans ab eo, vt secum manducaret. Ingressus itaque domum Perischæi illius discubuit.* Al. & ecce mulier peccatrix.

37 *Et mulier peccatrix erat in illa ciuitate, quæ quum nosset in domo Perischæi eum accubuisse, accepit alabastrum vnguenti:*

38 *Et stans retro ad pedes eius, flebat cœpitque lachrymis suis irrigare pedes eius, pilisque capitis sui abstergebat eos, & deosculabatur pedes eius, & vngebat aromate.*

39 *Quum autem vidisset Perischæus ille qui vocauerat eum, cogitauit apud se, & ait: Iste si esset propheta, nosset quænam sit, & qualis rumor peccatricis huius mulieris quæ tetigit ipsum.*

40 *Respondit autem Ieschua, & dixit ei: Schemeoun habeo quiddam quod tibi dicam. Ait ei: dic Babbi.*

41 *Subdit ei Ieschua: Duo debitores erant vni domino debiti (creditori:) vnus debebat ei denarios quingentos, alter verò denarios quinquaginta.*

42 *Quumq; essent non soluendo, vtrisq; remisit debitum. Vter igitur eorum magis eum diliget?*

43 *Respondit Schemeoun & ait: Puto eum cui multa remissa sunt. Dixit ei Ieschua: Rectè iudicasti.*

44 *Et conuersus ad mulierem illam, dixit ipse Schemeoun: Vides hanc mulierem? Domum tuam ingressus sum, aquam pedibus meis non dedisti: hac autem lachrymis suis pedes meos lauit, & capillis suis absterfit eos.*

45 *Tu non es osculatus me: hæc autem ecce ex quo ingressa est, non desiit pedes meos deosculari.*

46 *Tu oleo caput meum non vnxisti: hac autem oleo aromatico pedes meos vnxit.*

47 *Propterea dico tibi: remissa esse ei scelera eius multa, propterea quòd multum dilexerit: Is autem cui paululum remittitur paululum diligit.*

48 *Et dixit mulieri illi, Remittuntur tibi scelera tua.*

49 *Cœperunt autem ij qui accumbebant dicere apud se: Quis est iste qui etiam scelera remittit?*

50 *Ieschua verò dixit ei mulieri: Fides tua te seruauit: ito in pace.*

CAP. VIII.

1 *ET factum est post hæc, vt perlustraret Ieschua vrbes & vicos, prædicaretque, ac euangelizaret regnum Dei, & duodecim eius erant cum eo:* Perlustrare. Heb. ei de circuitu.

2 *Nec non mulieres illæ quæ sanatæ fuerant à morbis, & à spiritibus malis: Mariam quæ vocatur Magdaloitho, ea est ex qua septem dæmonia exierant:*

3 *Et Iouchan vxor Couza præfecti domui Herodis, & Schoufchan filiæq; plurimæ, illæq; ministrabant eis ex facultatibus suis.*

4 *Quumque multa turba coacta esset & ex omnibus ciuitatibus conuenirent ad eum, dixit per parabolas*

5 *Exijt seminatur ad seminandum semen suum: quum que seminaret, aliud cecidit iuxta viam, & conculcatum est, ac volucres comederunt illud.*

6 *Aliud autem cecidit super petram, & illicò germinauit, & quia non habebat humorem, exaruit.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Similes sunt pueris in foro sedentibus, & loquentibus ad inuicem,& dicentibus:Cantauimus tibijs vobis,& non saltastis:lamentauimus vobis,& non ploraſtis.

Venit enim Ioannes Baptista,neque panē manducās,neque bibens vinū,& dicitis: Dæmoniū habet.

Venit Filius hominis manducans, & bibens, & dicitis: Ecce homo edax, & vinum bibens, amicus publicanorum & peccatorum.

Et iustificata est sapientia ab filiis suis omnibus.

Rogabat autem quidam illum Pharisæorum,vt manducaret cum illo.Et ingressus in domum Pharisæi, discubuit.

Et ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, cognoscens quod accubuit in domo Pharisæi, afferens alabastrum vnguenti:

Et stans secus pedes eius retro flens cæpit rigare pedes eius lachrymis,& capillis capitis sui extergebat: & osculabatur pedes eius, & vngebat vnguento.

Videns autem Pharisæus vocans eum, ait in seipso, dicens: Hic si esset propheta, sciret vtique quæ,& qualis est mulier,quæ tangit eum:quia peccatrix est.

Et respondens Iesus, dixit ad illum: Simon, habeo tibi aliquid dicere.Is vero ait: Magister, dic.

Duo debitores erant fœneratori cuidā: vnus debebat denarios quingentos, at alter quinquaginta.

Non habentibus autem illis reddere, ambobus gratis donauit.Quis ergo eorū,dic, plus eū diliget?

Respondens autem Simon dixit:Subsumo quod cui plus donauit.Ille autē dixit ei: Recte iudicasti.

Et conuersus ad mulierem, Simoni dixit:Vides hanc mulierem? Intraui tuam in domum, aquam ad pedes meos non dedisti: hæc autem lachrymis rigauit meos pedes, & capillis capitis sui extersit.

Osculum mihi non dedisti: hæc autem ex quo intrauit, non cessauit osculans meos pedes.

Oleo caput meum non vnxisti: hæc autem vnguento vnxit meos pedes.

Cuius gratia dico tibi:Remittuntur peccata eius multa, quoniam dilexit multum.Cui autem paululum dimittitur, paululum diligit.

Dixit autē ad illam: Remittuntur tua peccata.

Et cæperunt simul accumbentes, dicere in seipsis: Quis hic est,qui & peccata dimittit?

Dixit autem ad mulierem: etiam Fides tua seruauit te: vade in pacem.

CAP. VIII.

ET factum est in deinceps, & ipse iter faciebat per ciuitates, & castella prædicans,& euangelizans regnum Dei: & duodecim cum illo,

Et mulieres aliquæ, quæ erant curatæ à spiritibus malignis, & infirmitatibus: Maria vocata Magdalene, de qua dæmonia septem exierant,

Et Ioanna vxor Chusæ procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ multæ, quæ ministrabant ei de facultatibus suis.

Conueniente autem turba plurima,& secundum ciuitatem aduenientibus ad eum, dixit per similitudinem:

Exijt seminans, seminare semen suum: & in seminando eum, hoc quidem cecidit secus viam, & conculcatū est,& volucres cœli comederūt illud.

Et aliud cecidit supra petram: & natum exaruit, propter non habere humorem.

Transl. Erasm. Roterod.

Similes sunt pueris sedentibus in foro, & acclamantibus inter se ac dicentibus: Cantauimus vobis tibijs, & non saltastis. Cecinimus vobis lugubria, & non ploraſtis.

Venit enim Iohannes baptista neq; edens panem, neq; bibens vinum, & dicitis: Dæmonium habet.

Venit Filius hominis edens ac bibens,& dicitis: Ecce homo edax,& vini potor, amicus publicanorum ac peccatorum.

Et iustificata est sapientia à filijs suis omnibus.

Rogabat autem illum quidam è pharisæis, vt caperet cibum cum ipso. Et ingressus domum pharisæi, accubuit.

Et ecce mulier quæ fuerat in ciuitate peccatrix, vt cognouit, quod Iesus accubuisset in domo pharisæi, attulit alabastrum vnguenti,

Stansque ad pedes eius à tergo, flens lachrymis cœpit rigare pedes eius & capillis capitis sui extergebat & deosculabatur pedes eius,& vnguento vngebat.

Videns autem pharisæus, qui vocauerat eum, ait intra se dicens: Hic, si esset propheta, sciret vtiq;, quæ & qualis est mulier, quæ tangit ipsum, quia peccatrix est.

Et respondens Iesus dixit ad illum: Simon, habeo quiddam quod tibi dicam. At ille ait Magister dic.

Duo debitores erant cuidam creditori, vnus debebat denarios quingentos, & alter quinquaginta.

Cum autem illi non essent soluendo, condonauit vtrisq;. Horum igitur, dic vter eum plus diliget.

Respondens Simon, dixit: Existimo, quod is cui plus cōdonauit. At ille dixit ei: Recte iudicasti.

Et conuersus ad mulierem, dixit Simoni: Vides hanc mulierem: Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti, hæc autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis capitis sui extersit.

Osculum mihi non dedisti, hæc autem ex quo intraui, non cessauit deosculari pedes meos.

Oleo caput meum non vnxisti,hæc autem vaguento vnxit pedes meos.

Propter quod dico tibi: Remittantur peccata eius multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus remittitur, is minus diligit.

Dixit autem ad illam: Remittuntur tibi peccata.

Et cœperunt qui simul accumbebant dicere intra se: Quis est hic, qui etiam peccata remittit?

Dixit autem ad mulierem: Fides tua te saluam fecit. vade cum pace.

CAP. VIII.

ET factum est deinceps, & ipse iter faciebat per singulas ciuitates & castella, prædicans & annuncians regnum dei, & duodecim cum illo,

Simulq; mulieres aliquæ quæ erant sanatæ à spiritibus malis, & infirmitatibus: Maria quæ vocatur Magdalene de qua septem dæmonia exierant,

Et Ioanna vxor Chuzæ procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ multæ, quæ ministrabant ei de facultatibus suis.

Cum autem turba plurima conueniret, & è singulis ciuitatibus properarent ad eum, dixit per similitudinem:

Exijt qui sementem faciebat ad seminandum semen suum, & inter seminandum,aliud cecidit circa viam, & conculcatum est,& volucres cœli commederunt illud.

Et aliud cecidit super petram, & enatum aruit, quia non habebat humorem.

Vulgat. Editio.

Et aliud cecidit inter spinas, & simul exortæ suffocauerunt illud.

Et aliud cecidit in terram bonam: & ortum fecit fructum centuplum. Hæc dicens, clamabat: Qui habet aures audiendi audiat.

Interrogabant autem eum discipuli eius, quæ esset hæc parabola.

Quibus ipse dixit: Vobis datum est nosse mysteria regni Dei, cæteris autem in parabolis: * vt videntes non videant, & audientes non intelligant.

Est autem hæc parabola: Semen est verbum Dei.

Qui autem secus viam, hi sunt qui audiunt: deinde venit diabolus & tollit verbum de corde eorum, ne credentes salui fiant.

Nam qui supra petram, qui cum audierint cum gaudio suscipiunt verbum: & hi radices non habent: qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt.

Quod autem in spinas cecidit, hi sunt qui audierũt, & à solicitudinib⁹, & diuitiis, & voluptatib. vitæ euntes suffocantur, & non referunt fructũ.

Quod autem in bonam terram, hi sunt, qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia.

* Nemo autem lucernam accendens, operit eam vase, aut subtus lectum ponit: sed supra candelabrum ponit, vt intrantes videant lumen.

* Nõ est enim occultum quod non manifestetur, nec absconditum, quod non cognoscatur, & in palam veniat.

* Videte ergo quomodo audiatis. Qui enim habet, dabitur illi: & quicumque non habet, etiam quod putat se habere, auferetur ab illo.

* Venerunt autem ad illum mater & fratres eius, & non poterant adire eum præ turba.

Et nuntiatum est illi: Mater tua & fratres tui stant foris, volentes te videre.

Qui respondens dixit ad eos: Mater mea & fratres mei hi sunt qui verbũ Dei audiunt, & faciũt.

Factum est autem in vna dierum, & ipse ascendit in nauiculam, & discipuli eius, & ait ad illos: Transfretemus trans stagnum. Et ascenderunt.

Et nauigantibus illis, obdormiuit, & descendit procella venti in stagnum, & complebantur, & periclitabantur.

Accedentes autem suscitauerunt eum, dicentes: Præceptor, perimus. At ille surgens, increpauit ventum, & tempestatem aquæ; & cessauit: & facta est tranquillitas.

Dixit autem illis: Vbi est fides vestra? Qui timentes, mirati sunt, ad inuicem dicentes: Quis putas hic est, quia & ventis & mari, imperat, & obediunt ei?

Et nauigauerunt ad regionem Gerasenorum, quæ est contra Galilæam.

Et cum egressus esset ad terram, occurrit illi, vir quidam qui habebat dæmonium iam temporibus multis: & vestimento non induebatur, neque in domo manebat, sed in monumentis.

Is, vt vidit Iesum, procidit ante illum: & exclamans voce magna dixit: Quid mihi & tibi est Iesu fili Dei altissimi? obsecro te, ne me torqueas.

Præcipiebat enim spiritui immundo vt exiret ab homine. Multis enim temporibus arripiebat illũ: & vinciebatur catenis & compedibus custoditus: & ruptis vinculis, agitabatur à dæmonio in deserta.

Transl. ex Syriac.

Aliud autem cecidit inter spinas, & germinarunt cum eo spinæ, ac suffocarunt illud.

Aliud denique cecidit in terram bonam & pulchram: ac germinauit, & edidit fructum vnum in centum. (centuplum.) Hæc quum dixisset clamabat: Qui habet aures ad audiendum, audiat.

Et interrogauerunt eum discipuli eius, quæ esset ista parabola.

Ipse vero dixit eis: Vobis etenim datum est nosse arcana regni Dei, cæteris autem illis per parabolas dictum est, vt videntes non videant, & audientes non intelligant.

Est autem hæc parabola: Semen est sermo Dei.

Ii autem qui secus viam, sunt qui audiunt sermonem: & veniens inimicus tollit sermonem ex cordibus eorum, ne credant, & salui fiant.

Qui autem super petram, ij sunt qui quum audierint, cum gaudio suscipiunt sermonem, & radicem non habent, sed temporaria est fides eorum, & tempore tentationis impingunt.

Quod autem inter spinas cecidit, ij sunt qui audiunt sermonem, sed à solicitudine diuitiis q̃ & concupiscentijs mundi suffocantur. fructusq̃ non edunt.

Quod autem in terram bonam, ij sunt, qui corde humili bonoq̃ audiunt sermonem & amplectuntur, edunt q̃ fructus in patientia

* *Nemo accendit lucernam & operit eam vase, aut ponit eam subter lectum, sed eam imponit candelabro, vt quicunque ingrediatur videat lumen eius.* (Cyr. p. 210 12 Mtt.)

Nihil est enim occultum, quod non reueletur: nec absconditum, quod non cognoscatur, & veniat in apertum.

Videte quomodo audiatis. Qui enim habet dabitur ei, & qui non habet, etiam id quod putat habere, tolletur ab eo.

Venerunt autem ad eum mater & fratres eius, nec poterant eum alloqui propter turbam.

Et dicunt ei: Mater tua & fratres tui stant foris, volunt q̃ te videre.

Ipse vero respondit & ait illis: Ij sunt mater mea, & fratres mei, qui audiũt sermonem Dei, eumq̃ exequũtur.

* *Porro factum est quodam die: vt Ieschua conscensa naui sederet in ea, & discipuli eius: & dixit eis: Transeamus in vlteriorem ripam maris.* (Mat. iussit ire in vlteriorem ripam vulgo.)

Quumq̃ nauigarent somno se dedit ipse Ieschua, & factus est turbo venti in mari, & prope erat nauis vt mergeretur.

Et accedentes excitarunt eum, dicunt q̃ ei: Magister noster, Magister noster, perimus. Ipse vero surrexit, & obiurgauit ventos & fluctuationes aquarum, & quieuerunt, ac facta est tranquillitas.

Et dixit eis: Vbi est fides vestra? Hi autem quum expauescerent mirabantur, dicentes vnus ad alium: Quisnam iste est, vt & ventis imperet, fluctuationibusq̃, & mari, & obediant ei?

Porro nauigarunt veneruntque in regionem Godareorum, quæ est in vlteriori ripa ex aduerso Galilæa.

Quumq̃ exisset in terram, occurrit ei homo quidam ex vrbe, in quo erat dæmonium à tempore multo, & vestimento non amiciebatur, nec in ædibus degebat, sed in monumentis.

Quum autem vidisset Ieschua, exclamauit & procidit coram eo: & alta voce dixit: Quid nobis & tibi Ieschua fili Dei altissimi? peto à te, ne me crucies.

Præcipiebat enim Ieschua spiritui immundo vt exiret ab homine: multum enim iam temporis fuerat, ex quo captiuum detinebat eum, & vinciebatur catenis, compedibusque custodiebatur: & fregerat vincula sua, & ducebatur à dæmonio in desertum.

Transl. B. Ariæ Mont.

Et aliud cecidit in medio ſpinarum, & ſimul enatæ ſpinæ ſuffocauerunt illud.
Et aliud cecidit in terram bonam & enatum fecit fructum centuplum. Hæc dicens, clamabat: habens aures audire audiat.

Interrogabant autem eum diſcipuli eius, dicentes, quæ eſſet parabola hæc.
Is vero dixit: Vobis datum eſt noſſe myſteria regni Dei, at cæteris in parabolis: vt videntes non videant, & audientes non intelligant.
Eſt autem hæc parabola: Semen eſt verbum Dei.
Qui autem ſecus viam, ſunt audientes: deinde venit diabolus & tollit verbum de corde eorum, vt ne credentes ſeruentur.
Qui vero ſupra petram, qui cum audierint cum gaudio ſuſcipiunt verbum: & hi radicem non habent: qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis abſiſtunt.
Quod autem in ſpinas cadens, hi ſunt qui audiētes, & à ſolicitudinib⁹ & diuitiis, & voluptatib. vitæ profecti ſuffocantur, & nō referunt fructū.
Quod autem in pulchram terrā, hi ſunt, qui in corde pulchro & bono audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia.
Nemo autem lucernā accendens, operit eam vaſe, aut ſubtus lectum ponit: ſed ſupra candelabrum ponit, vt intrantes aſpiciant lumen.
Non enim eſt occultum quod non manifeſtum fiet, nec abſconditum, quod non cognoſcetur, & in palam veniat.
Aſpicite ergo quomodo auditis. Qui enim habeat, dabitur illi: & qui non habeat, & quod videtur habere, auferetur ab illo.
Venerunt autem ad illum mater & fratres eius: & non poterant contingere eum propter turbam.
Et nuntiatum eſt illi, dicentibus: Mater tua & fratres tui ſtant foris, videre te volentes.
Qui autem reſpondens dixit ad eos: Mater mea & fratres mei hi ſunt verbum Dei audientes, & facientes ipſum.
Et factum eſt in vna dierum, & ipſe acendit in nauicula, & diſcipuli eius, & ait ad illos: Tranſeamus in vlterius ſtagni. Et prouecti ſunt.
Nauigantibus autem illis, ſopitus eſt, & deſcendit procella venti in ſtagnum, & complebantur, & periclitabantur.
Accedentes autem ſuſcitauerunt eum, dicentes: Præceptor perimus. Ille autem excitatus obiurgauit ventum, & fluctuationem aquæ; & ceſſauerunt, & facta eſt tranquillitas.
Dixit autem illis: Vbi eſt fides veſtra? Timentes autem mirati ſunt, dicentes ad inuicem: Quiſnam hic eſt, quia & ventis imperat & mari, & obediunt ei?
Et nauigauerunt ad regionem Gadarenorum, quæ eſt contra Galilæam.

Exeunti autem ipſi ad terram, occurrit illi, vir quidam ex vrbe, qui habebat dæmonia ex temporibus multis: & veſtimento non induebatur, & in domo non manebat, ſed in monumentis.
Videns vero Ieſum, & exclamans procidit illi: & voce magna dixit: Quid mihi & tibi Ieſu fili Dei altiſſimi? obſecro te, ne me torqueas.
Præcipiebat enim ſpiritui immundo exire ab homine. Multis enim temporibus arripiebat illum: & vinciebatur catenis & compedibus cuſtoditus: & perrumpens vincula agitabatur à dæmonio in deſerta.

Transl. Eraſm. Roterod.

Et aliud cecidit inter ſpinas, & ſimul enatæ ſpinæ ſuffocauerunt illud.
Et aliud cecidit in terram bonam, & enatum fecit fructum centuplum. Hæc dicens clamabat: Qui habet aures ad audiendum, audiat.

Interrogabant autem eum diſcipuli eius, dicentes; quæ eſſet iſta parabola.
At ille dixit: Vobis datum eſt noſſe myſteria regni Dei, cæteris autem per parabolas vt videntes non videant, & audientes non intelligant.
Eſt autem hæc parabola: Semen eſt ſermo Dei.
Qui autem iuxta viam hi ſunt qui audiunt, deinde venit diabolus, & tollit ſermonem de corde eorum ne credentes ſeruentur.
Nam qui ſupra petram, ij ſunt qui cum audierint, cum gaudio ſuſcipiunt ſermonem. & hi radices non habent, qui ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt.
Quod autem in ſpinas cecidit, hi ſunt qui audierunt, & à ſolicitudinibus & diuitiis ac voluptatibus vitæ euntes ſuffocantur, nec referunt fructum.
Quod autem in terram bonam hi ſunt, qui in corde honeſto ac bono audientes ſermonem retinent, & fructum afferunt per patientiam.
Nemo vero cum lucernam aſcenderit, operit eam vaſe, aut ſubter lectum ponit, ſed ſuper candelabrum ponit, vt intrantes videant lumen.
Non eſt enim occultum, quod non manifeſtum ſit futurum: nec abſconditum, quod non ſit cognoſcendum, & in propatulum venturum.
Videte ergo quomodo audiatis. Quiſquis enim habet, dabitur illi, & quicumque non habet, etiam quod putat ſe habere, auferetur ab illo.
Venerunt autem ad illum mater & fratres eius & non poterant eum audire præ turba.
Et nunciatum eſt illi dictumq́: Mater tua & fratres tui ſtant foris, volentes te videre.
Qui reſpondens, dixit ad eos: Mater mea & fratres mei hi ſunt, qui ſermonem Dei audiunt, ac faciunt illum.

Factum eſt autem quodam die, & ipſe aſcendit in nauim, ac diſcipuli eius & ait ad illos: Traijciamus in vlteriorem ripam ſtagni, ac ſoluerunt.
Cæterum nauigantibus illis, obdormiuit: & ingruit procella venti in ſtagnum, & complebantur ac periclitabantur.
Accedentes autem ſuſcitauerunt eum, dicentes: Præceptor, præceptor, perimus. At ille experrectus, increpauit ventum ac tempeſtatem aquæ: & ceſſauerunt, factaq́ eſt tranquillitas.
Dixit autem illis: Vbi eſt fides veſtra? Timentes autem mirati ſunt inter ſe dicentes: Quis putas hic eſt? Quia ventis quoque & aquæ imperat, & obediunt ei?

Et nauigauerunt ad regionem Gadarenorum, quæ eſt contra Galilæam.

Et cum de naui egreſſus eſſet ad terram, occurrit illi vir quidam è ciuitate, qui habebat dæmonium, iam temporibus multis, & veſtimento non induebatur, neque in domo manebat, ſed in monumentis.
Is, vt vidit Ieſum, & exclamaſſet, procidit ante illum, ac voce magna dixit: Quid mihi rei tecum eſt Ieſu fili Dei altiſſimi? Obſecro te, ne me torqueas.
Præcipiebat enim ſpiritui immundo vt exiret ab homine. Frequenter enim corripuerat illum, & vinciebatur catenis, & compedibus cuſtodiebant, & ruptis vinculis agebatur à dæmonio in deſerta.

Vulgat. Editio.

Interrogauit autem illum Iesus, dicens: Quod tibi nomen est? At ille dixit: Legio: quia intrauerant dæmonia multa in eum.

Et rogabant illum ne imperaret illis, vt in abyssum irent.

Erat autem ibi grex porcorum multorum pascentium in monte: & rogabant eum, vt permitteret eis in illos ingredi. Et permisit illis.

Exierunt ergo dæmonia ab homine, & intrauerunt in porcos: & impetu abiit grex per præceps in stagnum, & suffocatus est.

Quod vt viderunt factum qui pascebant, fugerunt, & nunciauerunt in ciuitatem, & in villas.

Exierunt autem videre quod factum est, & venerunt ad Iesum: & inuenerunt hominem sedentem, à quo dæmonia exierant, vestitum, ac sana mente ad pedes eius, & timuerunt.

Nunciauerunt autem illis & qui viderant, quomodo sanus factus esset à legione:

Et rogauerunt illum omnis multitudo regionis Gerasenorum, vt discederet ab ipsis: quia magno timore tenebantur. Ipse autem ascendens nauim, reuersus est.

Et rogabat illum vir, à quo dæmonia exierant, vt cum eo esset. Dimisit autem eum Iesus, dicens:

Redi in domum tuam, & narra quanta tibi fecit Deus. Et abiit per vniuersam ciuitatem, prædicans quanta illi fecisset Iesus.

Factum est autem cum rediisset Iesus, excepit illum turba: erant enim omnes expectantes eum.

* Et ecce venit vir cui nomen Iairus, & ipse Princeps synagogæ erat: & cecidit ad pedes Iesu rogans eum vt intraret in domum eius.

Quia vnica filia erat ei fere annorum duodecim, & hæc moriebatur. Et contigit, dum iret, à turbis comprimebatur.

Et mulier quædam erat in fluxu sanguinis ab annis duodecim, quæ in medicos erogauerat omnem substantiam suam, nec ab vllo potuit curari.

Accessit retro, & tetigit fimbriam vestimenti eius: & confestim stetit fluxus sanguinis eius.

Et ait Iesus: Quis est, qui me tetigit? Negantibus autem omnibus, dixit Petrus, & qui cum illo erat: Præceptor, turbæ te comprimunt, & affligunt, & dicis: Quis me tetigit?

Et dixit Iesus: Tetigit me aliquis, nam ego noui virtutem de me exisse.

Videns autem mulier, quia non latuit, tremens venit, & procidit ante pedes eius: & ob quam causam tetigerit eum, indicauit coram omni populo: & quemadmodum confestim sanata sit.

At ipse dixit ei: Filia fides tua saluam te fecit: vade in pace.

Adhuc illo loquente, venit quidam ad Principem synagogæ, dicens ei: Quia mortua est filia tua, noli vexare illum.

Iesus autem, audito hoc verbo, respondit patri puellæ: Noli timere, crede tantum, & salua erit.

Et cum venisset domum, non permisit intrare secum quemquam, nisi Petrum, & Iacobum, & Ioannem, & patrem & matrem puellæ.

Flebant autem omnes, & plangebant illam. At ille dixit: Nolite flere, non est mortua puella, sed dormit.

Et deridebant eum, scientes quod mortua esset.

Transl. ex Syriac.

30 *Interrogauit autem eum Ieschua: Quod est nomen tuum? Dixit ei: Legio quandoquidem dæmonia multa ingressa erant in eum,*

31 *Et efflagitabant ab eo, ne præciperet ipsos abire in abyssum.*

32 *Erat autem ibi grex porcorum multorum pascens in monte: & efflagitabant ab eo, vt permitteret ipsis in porcos ingredi. Et permisit eis.*

33 *Et exierunt dæmonia ex homine, & ingressi sunt in porcos: & recta contendit totus ille grex ad saxum, & ceciderunt in mare, ac suffocati sunt.*

34 *Quum autem vidissent pastores quod factum fuerat, fugerunt, renunciarunt; & in ciuitates, & in pagos.*

35 *Et exierunt quidam vt viderent quod factum fuerat, venerunt; ad Ieschua: & inuenerunt hominem illum à quo exierant dæmonia vestitum, & verecundum, ac sedentem ad pedes ipsius Ieschua, & timuerunt.*

36 *Et recitarunt eis illi qui viderant quomodo sanitati restitutus fuerat homo ille dæmoniacus:*

37 *Et efflagitabant ab eo vniuersi cœtus Godarenorum, vt abscederet à se, quippe quos timor magnus inuaserat. Ipse autem Ieschua conscendit nauem, & reuersus est ab eis.*

38 *Porro vir ille à quo exierant dæmonia, efflagitabat ab eo, vt cum eo esset. Sed dimisit eum Ieschua, & dixit ei:*

39 *Reuertere domum tuam, & recita id quod fecit tibi Deus. Abiit itaque, & prædicabat per totam ciuitatem quod fecerat ei Ieschua.*

40 * *Quum autem rediisset Ieschua, excepit eum turba multa, omnes enim conspicabantur eum.*

41 *Ac vir quidam nomine Iunoroschi Princeps synagogæ, procidit ante pedes ipsius Ieschua: & postulabat ab eo, vt ingrederetur ædes ipsius.*

42 *Erat enim ei vnica filia circiter annos duodecim nata, ac prope erat vt moreretur. Quum autem abiret cum eo ipse Ieschua, turba multa comprimebat eum.*

43 *Quædam vero mulier cuius eruperat sanguis ab annis duodecim, quæ quidem in medicos totam substantiam suam impenderat, nec potuerat à quoquam curari:*

44 *Accessit à tergo ipsius, tetigit; oram vestimenti eius: & statim substitit profluuium sanguinis eius.*

45 *Et dixit Ieschua: Quis tetigit me? Quum; omnes negarent, dixit ei Schemeoun Kipho, & qui cum eo erant: Magister noster, turbæ te constringunt, & opprimunt: & dicis: Quis tetigit me?*

46 *Ipse vero subdit: Aliquis tetigit me; ego siquidem noui virtutem à me exisse.*

47 *Illa porro mulier quum videret quod eum non fefellisset, venit tremens, & procidens adorauit eum: dixit; in conspectu totius populi quam ob causam tetigisset: & quomodo statim sanitati fuisset restituta.*

48 *Ipse vero Ieschua dixit ei: Bono sis animo filia mea, fides tua te seruauit: abi in pace.*

49 *Et adhuc eo loquente venit quidam ex ædibus Principis synagogæ, & dixit ei: Mortua est filia tua, ne laborem exhibeas Doctori.*

50 *Ieschua vero audijt, & dixit patri ipsius puellæ: Ne timeas, tantummodo crede, & seruabitur.*

51 *Venit autem Ieschua domum, nec permisit quemquam introire secum nisi Schemeoun, & Iaakoub, & Iouchanon, & patrem puellæ, ac matrem eius.*

52 *Omnes autem flebant & plangebant super ea. Ieschua vero dixit: Ne fleueritis, nec enim mortua est, sed soporata.*

53 **Et irridebant eum, quippe qui scirent eam mortuam esse.*

* Matt. 9. 26. Mar. 5. 22

* Vsq; ad finem Vincula.

Transl. B. Ariæ Mont.

Interrogauit autem illum Iesus, dicens: Quod tibi est nomen? is autem dixit, Legio: quia dæmonia multa intrauerunt in eum.

Et rogauerunt illum vt non imperaret illis in abyssum abire.

Erat autem ibi grex porcorum multorum pascentium in monte: & rogabant eum vt permitteret eis in illos ingredi: & permisit illis.

Exeuntia autem dæmonia ab homine intrauerunt in porcos: & impetu abijt grex per præceps in stagnum, & suffocatus est.

Videntes autem pascentes factum, fugerunt: & abeuntes nunciauerunt in ciuitatem, & in agros.

Exierunt autem videre factum, & venerunt ad Iesum: & inuenerunt sedentem hominem à quo dæmonia exierant, vestitum, ac sana mente, ad pedes Iesu: & timuerunt.

Nunciauerunt autem illis & videntes, quomodo seruatus esset dæmoniacus.

Et rogauerunt illum omnis multitudo circum regionis Gadarenorum abire ab ipsis: quia timore magno simul tenebantur. ipse autem ascendens in nauim, reuersus est.

Rogauit autem illum vir à quo exierant dæmonia, esse cum eo: dimisit autem eum Iesus, dicens:

Redi in domum tuam, & narra quanta fecit tibi Deus, & abiit per vniuersam ciuitatem prædicans quanta fecisset illi Iesus.

Factum est autem in redire Iesum, excepit illum turba: erant enim omnes expectantes eum.

Et ecce venit vir, cui nomen Iairus, & ipse princeps synagogæ erat, & cedens ad pedes Iesu rogabat eum intrare in domum suam.

Quia filia vnigenita erat ei vt annorum duodecim, & hæc moriebatur. In vero ire ipsum, turbæ comprimebant eum.

Et mulier existens in fluxu sanguinis ab annis duodecim, quæ medicis impendens omnem vitam, non potuit ab vllo curari,

Accedens retro tetigit fimbriam vestimenti eius, & confestim stetit fluxus sanguinis eius.

Et ait Iesus: Quis tangens me? negantibus autem omnibus, dixit Petrus & qui cum illo: Præceptor turbæ comprimunt te, & affligunt, & dicis: Quis tangens me?

At Iesus dixit: Tetigit me aliquis: ego enim noui virtutem exeuntem de me.

Videns autem mulier quia non latuit, tremens venit, & adlabens ei, ob quam causam tetigerit eũ, indicauit illi coram omni populo, & quemadmodum sanata sit confestim.

Ipse autem dixit ei: Confide filia: fides tua seruauit te: vade in pace.

Adhuc autem illo loquente, venit quidam à principe synagogæ: dicens ei. Quia mortua est filia tua: ne vexa magistrum.

At Iesus audiens respondit illi, dicens. Ne time tantum crede, & seruabitur.

Ingressus autem in domum, non permisit intrare neminem si non Petrum & Ioannem & Iacobum, & patrem puellæ, & matrem.

Flebant autem omnes, & plangebant illam. Ille autem dixit, Ne flete: non est mortua, sed dormit.

Et deridebant eum, scientes quod mortua esset.

Transl. Erasm. Roterod.

30 *Interrogauit autem illum Iesus, dicens: Quod tibi nomen est? At ille dixit: Legio. Quia intrauerunt dæmonia multa in eum.*

31 *Et rogauerunt illum, ne imperaret ipsis, vt in abyssum irent.*

32 *Erat autem ibi grex porcorum multorum pascentium in monte, & rogabant eum vt permitteret ipsis in illos ingredi. Et permisit illis.*

33 *Exierunt ergo dæmonia ab homine, & intrauerunt in porcos, & impetu abijt grex per præceps in stagnum, & suffocatus est.*

34 *Porro vt viderunt quod acciderat ij qui pascebant, fugerunt, rumoremq; nunciauerunt in ciuitatem ac villas.*

35 *Exierunt autem vt viderent quod factum erat, & venerunt ad Iesum, & inuenerunt hominem sedentem, à quo dæmonia exierant, vestitum, ac sana mente, ad pedes Iesu, & timuerunt.*

36 *Nunciauerunt autem: illis etiam qui viderant quomodo sanus factus esset is qui agitabatur à dæmonio.*

37 *Et rogauerunt illum omnis multitudo Gadarenorum vt discederet ab ipsis, quia magno timore tenebantur. Ipse autem conscensa naui reuersus est.*

38 *Rogauerat enim illum vir, à quo dæmonia exierant, vt cum eo esset, sed ablegauit eum Iesus, dicens:*

39 *Redi in domum tuam, & narra quæcunque tibi fecerit Deus. Et abijt per totam ciuitatem, prædicans quæcunque sibi fecisset Iesus.*

40 *Factum est autem cum rediret Iesus, excepit illum turba, nam omnes expectabant eum.*

41 *Et ecce venit vir, cui nomen Iairus, & ipse princeps synagogæ erat, acciditque ad pedes Iesu, rogans eum, vt intraret in domum suam.*

42 *Quoniam vnica filia erat ei ferè annorum duodecim, & hæc moriebatur. Verum inter eundum, turba coarctabant eum.*

43 *Et mulier quæ erat obnoxia profluuio sanguinis ab annis duodecim, quæ in medicos impenderat omnem substantiam, nec ab vllo potuerat curari.*

44 *Accessit retro, & tetigit fimbriam vestimenti eius, & confestim sistebatur fluxus sanguinis eius.*

45 *Et ait Iesus: Quis est qui me tetigit? Negantibus autem omnibus, dixit Petrus, & qui cum illo erant: Præceptor turba te constringunt & affligunt, & dicis: Quis me tetigit?*

46 *Et dixit Iesus: Tetigit me aliquis. Nam ego noui virtutem à me exisse.*

47 *Videns autem mulier, quod non latuisset, tremens venit ac procidit ante pedes eius, & ob quam causam tetigisset eum, indicauit ei coram toto populo, & quemadmodum confestim sanata fuisset.*

48 *At ipse dixit ei: Confide filia, fides tua te seruauit, vade cum pace.*

49 *Adhuc illo loquente, venit quidam à domo principis synagogæ, dicens ei: Mortua est filia tua, noli vexare magistrum.*

50 *Iesus autem audito hoc verbo, respondit patri puellæ: Noli timere, crede tantum, & salua erit.*

51 *Et cum venisset in domum, non permisit intrare secum quemquam, nisi Petrum & Iacobum, & Ioannem, & patrem ac matrem puellæ.*

52 *Flebant autem omnes & plangebant illam. At ille dixit: Nolite flere. Non est mortua puella, sed dormit.*

53 *Et deridebant eum, scientes quod mortua esset.*

Vulgat. Editio.

Ipſe autem tenens manum eius clamauit, dicens: Puella, ſurge.
Et reuerſus eſt ſpiritus eius, & ſurrexit continuo. Et iuſſit illi dari manducare.
Et ſtuperunt parentes eius, quibus præcepit, ne alicui dicerent quod factum erat.

CAP. IX.

Mat.10.1 Mar.3.15 COnuocatis autem duodecim Apoſtolis, dedit illis virtutem, & poteſtatem ſuper omnia dæmonia, & vt languores curarent.
Et miſit illos prædicare regnum Dei, & ſanare infirmos.
*Mat.10.9. Mar. 6.8. *Et ait ad illos: Nihil tuleritis in via, neque virgam, neque peram neque panem, neque pecuniam, neque duas tunicas habeatis.
Et in quamcunque domum intraueritis, ibi manete, & inde ne exeatis.
*Act. 13.51. Et quicumque non receperint vos: * exeuntes de ciuitate illa etiam pulueren pedum veſtrorum excutite in teſtimonium ſupra illos.
Egreſſi autem circuibant per caſtella euangelizantes, & curantes vbique.

*Mar.14.1. Mar.6.14 * Audiuit autem Herodes Tetrarcha omnia, quæ fiebant ab eo, & hæſitabat eo quod diceretur,

A quibuſdam: Quia Ioannes ſurrexit à mortuis: à quibuſdam vero: quia Elias apparuit: ab aliis autē: Quia propheta vn⁹ de antiquis ſurrexit.
Et ait Herodes: Ioannem ego decollaui: Quis eſt autem iſte, de quo ego talia audio. Et quærebat videre eum.
Et reuerſi Apoſtoli, narrauerunt illi quæcunque fecerunt: & aſſumptis illis ſeceſſit ſeorſum in locum deſertum, qui eſt Bethſaidæ.
Quod cum cognouiſſent turbæ, ſecutæ ſunt illum: & excepit eos, & loquebatur illis de regno Dei, & eos, qui cura indigebant, ſanabat.
Dies autē cœperat declinare: & accedentes duodecim dixerunt illi: * Dimitte turbas, vt euntes in caſtella, villaſque quæ circa ſunt, diuertant, & inueniant eſcas: quia hic in loco deſerto ſumus,
* Mar. 14.15. Mar.6.36

Ait autem ad illos: Vos date illis manducare. At illi dixerunt: * Nō ſunt nobis plus quam quinque panes, & duo piſces: niſi forte nos eamus, & emamus in omnem hanc turbam eſcas.
* Io. 6.9. Erant autem fere viri quinque millia. Ait autem ad diſcipulos ſuos. Facite illos diſcumbere per conuiuia quinquagenos.
Et ita fecerunt. Et diſcumbere fecerunt omnes.

Acceptis autem quinque panibus, & duobus piſcibus, reſpexit in cœlū, & benedixit illis: & fregit, & diſtribuit diſcipulis ſuis, vt ponerēt ante turbas.
Et manducauerunt omnes, & ſaturati ſunt. Et ſublatum eſt quod ſuperfuit illis, fragmentorum cophini duodecim.
* Matt.16.13. Mar.8.27 Et factum eſt cum ſolus eſſet orans, erant cum illo & diſcipuli: & interrogauit illos, dicens: Quem me dicunt eſſe turbæ?
At illi reſponderunt & dixerunt: Ioannem Baptiſtam, alij autem Eliam, alij vero quia vnus Propheta de prioribus ſurrexit.
Dixit autem illis: Vos autem quem me eſſe dicitis? Reſpondens Simon Petrus dixit: Chriſtū Dei.
At ille increpans illos, præcepit ne cui dicerent hoc:

Tranſl. ex Syriac.

54 *Ipſe verò eiecit omnes foras, & apprehendit manum eius, vocauitq; & dixit puella, ſurge.*
55 *Et reuerſus eſt ſpiritus eius, ac illicò ſurrexit. Et præcepit vt darent ei quid manducandum.*
56 *Et obſtupuerunt parentes eius: ipſe verò admonuit eos, vt nēmini dicerent quod factum fuerat.*

CAP. IX.

1 *ET aduocauit Ieſchua dodecadem ſuam, & dedit eis virtutem & imperium in omnia dæmonia, & morbos curandi.* Ad Vſq. ri Dom. etiam, poſt ſanc. Eliæ in de Apoſtol.
2 *Miſitque eos vt prædicarent regnum Dei, & ſanarent infirmos.*
3 *Et dixit eis: Nihil feretis ad iter, non ſcipionem, neque peram, neque panem, neque argentum, neque duas tunicas habebitis.*
4 *Et in quamcunque domum introieritis, illic eſtote, & illinc ne exite.*
5 *Et quicumq; non exceperint vos quum egrediemini ex illa ciuitate, etiam pulu.rem à pedibus veſtris excutite aduerſus eos in teſtimonium.*
6 *Exierunt itaque Apoſtoli, & perluſtrabant pagos & ciuitates, & euangelizabant, ſanabantque in omni loco.*

7 *Audit autem Heroudes Tetrarcha quæcumq; fiebant manu eius, & mirabatur. Propterea quod quidam dicebant,*
8 *Iouchanon ſurrexiſſe à domo mortuorum. Alij vero dicebant Iliio apparuiſſe: alij denique Prophetam ex Prophetis antiquis reſurrexiſſe.*
9 *Et ait Heroudes: Caput Iouchanon ego amputaui: Quis eſt autem iſte de quo hæc audio? Et volebat eum videre.*

10 ** Quumq; reuerſi eſſent Apoſtoli, renuntiarunt Ieſchua quidquid fecerant: & duxit eos ſolos in locum deſertum Bethzaiodo.*
11 *Turbæ autem quum cognouiſſent, profectæ ſunt poſt eum: & excepit eos, & colloquebatur eis de regno Dei, eoſq; qui ſanatione egebant, ſanabat.*
12 ** Quum autem cœpiſſet dies inclinare, acceſſerunt diſcipuli eius & dicunt ei: Dimitte cœtus vt proficiſcantur in pagos circumiacentes & oppida, vt diuertant in eis, inueniantq; ſibi cibum, quia in loco deſerto ſumus.* * Gliria uis quid dicas.

13 *Dixit eis Ieſchua: Date eis vos quid edendum. Ipſi vero dixerunt: Non ſunt nobis pluſquam quinque panes, & duo piſces, niſi proficiſcamur & emamus cibum toti huic populo.*
14 *Aderant enim quaſi quinque millia virorum: Dixit eis Ieſchua: Facite eos diſcumbere per ſingulos diſcubitus homines quinquagenos.*
15 *Et ita fecerunt diſcipuli, Et fecerunt diſcumbere illos omnes.*
16 *Et accepit Ieſchua iſtos quinque panes, & duos piſces, & ſuſpexit in cœlum, benedixitq; & fregit ac dedit diſcipulis ſuis, vt apponerent turbis.*
17 *Comederuntq; omnes & expleti ſunt. Et ſuſtulerunt fragmentorum, quæ ſuperfuerunt, duodecim cophinos.*

18 ** Quumq; oraret ſolus, & diſcipuli eius eſſent cum eo, & interrogauit eos, & ait: Quem me dicunt eſſe cœtus?* * Fehl. l. poſuiſti

19 *Reſponderunt & dicunt ei: Iouchanon Baptiſtam, alij autem Iliio, alij denique Prophetam ex antiquis Prophetis reſurrexiſſe.*
20 *Dixit eis: Vos autem, quem me dicitis eſſe? Reſpondit Schemeoun, & ait: Meſchicho Dei.*
21 *Ipſe vero prohibuit eis, eoſq; admonuit vt nemini hoc dicerent.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Ipse autem eiiciens foras omnes, & tenens manum eius, clamauit, dicens: Puella, surge.
Et reuersus est spiritus eius, & surrexit continuo. Et ordinauit illi dari manducare.
Et stupuerunt parentes eius, ille autem præcepit, illis nemini dicere factum.

CAP. IX.

COnuocans autem duodecim discipulos suos, dedit illis virtutem, & potestatem super omnia dæmonia, & languores curare.
Et misit illos prædicare regnum Dei, & sanare infirmos.
Et ait ad illos: Nihil tuleritis in via, neque virgam, neque peram, neque panem, neque argentum, neque singuli duas tunicas habere.
Et in quamcunque domum intraueritis, ibi manete, & inde exite.
Et quicumque non receperint vos: exeuntes de ciuitate illa etiam pulueren à pedibus vestris excutite in testimonium supra illos.
Egressi autem perambulabant per vicos euangelizantes, & curantes vbique.

Audiuit autem Herodes Tetrarcha facta ab eo omnia, & hæsitabat propter dici,

A quibusdam: Quia Ioannes surrexit à mortuis: à quibusdam vero: quia Elias apparuit: aliis autē: quia propheta vnꝰ antiquorū resurrexit.
Et ait Herodes: Ioannem ego decapitaui: Quis autem est iste, de quo ego audio talia? Et quærebat videre eum.
Et reuersi Apostoli, narrauerunt illi quæcunque fecerunt: & assumens illos secessit seorsum in locum desertum, vrbis vocatæ Bethsaidæ.
At turbæ cognoscentes secutæ sunt illum, & excipiens eos, loquebatur illis de regno Dei, & opus habentes cura sanabat.
At dies cœperat declinare: accedentes autem duodecim dixerunt illi: Dimitte turbam, vt abeuntes in, qui in circuitu vicos & agros diuertant, & inueniant cibarium: quia hic in deserto loco sumus.
Ait autem ad illos: Date illis vos manducare. Illi autē dixerunt: Non sunt nobis plus quam quinque panes, & duo pisces: si numquid euntes nos emamus in omnem populum hunc escas.
Erant enim fere viri quinque millia. Ait autem ad discipulos suos. Facite discumbere illos discubitus per quinquagenos.
Et fecerunt ita. Et discumbere fecerunt omnes.

Accipiens autem quinque panes, & duos pisces, respiciens in cœlum, benedixit illis: & fregit, & dedit discipulis, apponere turbæ.
Et manducauerunt, & saturati sunt omnes: & sublatum est abundans illis, fragmentorum cophini duodecim.
Et factum est in esse ipsum orantem solitariè, simul erant ei discipuli: & interrogauit illos, dicens: Quem me dicunt turbæ esse?
Illi autem respondentes dixerunt: Ioannem Baptistam, alij autem Eliam, alij vero quia Propheta quidam antiquorum resurrexit.
Dixit autem illis: Vos autem, quem me dicitis esse? Respondens autem Petrus dixit: Christum Dei.
Ille autem increpans illos, præcepit nemini dicere hoc,

Transl. Erasm. Roterod.

Ipse autem eiectis foras omnibus apprehensa manu eius, exclamauit dicens: Puella, surge.
Et reuersus est spiritus eius, & surrexit continuo. Ac iussit illi dari cibum.
Et stupuerunt parentes eius: At ille præcepit eis, nè cui dicerent quod factum erat.

CAP. IX.

COnuocatis autem Iesus duodecim dedit illis potestatem & auctoritatem super omnia dæmonia, & vt morbos sanarent.
Et misit illos vt prædicarent regnum Dei, & sanarent infirmos.
Et ait ad illos: Ne quid tuleritis in viam, neque virgam, neque peram, neque panem, neque pecuniam, neque binas tunicas habeatis.
Et in quamcunque domum intraueritis, illic manete, atque illinc exeatis.
Et quicumq; non receperint vos, exeuntes de ciuitate illa etiam puluerem è pedibus vestris excutite in testimonium aduersus illos.
Egressi autem circumibant per castella euangelizantes & curantes vbique.

Audiuit autem Herodes Tetrarcha omnia quæ fiebant ab eo, & hæsitabat eo quod diceretur,

A quibusdam, quod Ioannes surrexisset à mortuis: à quibusdam vero, quod Helias apparuisset: ab alijs autem quod Propheta quispiam ex antiquis surrexisset.
Et ait Herodes: Ioannem ego decollaui: quis est autem iste de quo ego talia audio? Et quærebat videre eum.

Et reuersi Apostoli narrauerunt illi quæcunque fecerant. Et assumptis illis, secessit seorsum in locum desertum ciuitatis, quæ vocatur Bethsaida.

Quod cum cognouissent turbæ secutæ sunt illum. Et excepit eos, & loquebatur illis de regno Dei, & eos qui curatione indigebant, sanabat.

Dies autem cœperat declinare, & accedentes duodecim, dixerunt illi: Dimitte turbas, vt euntes in castella vel lasq; vicinas, diuertant, & inueniant escas, quia hic in loco deserto sumus.

Ait autem ad illos: Vos date illis quod edant. At illi dixerunt: Non sunt nobis plures quam quinque panes, & duo pisces, nisi nos eamus & emamus in omnem hunc populum escas.

Erant autem fere viri quinquies mille. Ait autem ad discipulos suos: Facite illos discumbere in singulo quoque discubitu quinquagenos.

Atque ita fecerunt, & fecerunt omnes discumbere.

Acceptis autem quinque panibus & duobus piscibus, sublatis in cœlum oculis benedixit illis, & fregit distribuitq; discipulis, vt apponerent turbæ.

Et comederunt omnes & saturati sunt. Et sublatum est quod superfuit illis, fragmentorum cophini duodecim.

Et factum est cum solus esset orans, erant cum illo, & discipuli, interrogauitq; illos, dicens: Quem me dicunt esse turbæ?

At illi respondentes dixerunt, Iohannem Baptistam, alij autem Eliam, alij vero, quod Propheta quispiam de antiquis surrexit.

Dixit autem illis: Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus dixit: Christum Dei.

At ille comminatus illis præcepit, ne cui dicerent hoc.

Vulgat. Editio.

*Mat.17. 23. Mar.8.31 * Dicens: Quia oportet Filium hominis multa pati,& reprobari à senioribus & principibus sacerdotum,& Scribis,& occidi,& tertia die resurgere.

*Mat.10. 38. & 16. 24. Mar.8.34 Inf.14. & 17.33. Io.12.25. * Dicebat autem ad omnes: Si quis vult post me venire,abneget semetipsum,& tollat crucem suam quotidie,& sequatur me.

Qui enim voluerit animam suam saluam facere perdet illam : nam qui perdiderit animam suam propter me,saluam faciet illam.

Quid enim proficit homo, si lucretur vniuersum mundum se autem ipsum perdat,& detrimentum sui faciat.

*Mat.10. 33. Mar.8.28 2.Tit.12. *Mar.16. 28. Mar.9.1. * Nam qui me erubuerit, & meos sermones,hunc Filius hominis erubescet cum venerit in maiestate sua,& Patris,& sanctorum angelorum.

* Dico autem vobis verè: Sunt aliqui hic stantes, qui non gustabunt mortem , donec videant regnum Dei.

*Mat. 17. 1. Mar.9.2. * Factum est autem post hæc verba ferè dies octo, & assumpsit Petrum , & Iacobum & Ioannem , & ascendit in montem vt oraret.

Et facta est,dum oraret,species vultus eius altera,& vestitus eius albus refulgens .

Et ecce duo viri loquebantur cum illo. Erant autem Moyses,& Elias,

Visi in maiestate:& dicebãt excessum eius, quem completurus erat in Ierusalem.

Petrus vero & qui cum illo erant , grauati erant somno.Et euigilantes viderunt maiestatem eius , & duos viros qui stabant cum illo.

Et factum est cum discederent ab illo ,ait Petrus ad Iesum : Præceptor , bonum est nos hic esse : & faciamus tria tabernacula , vnum tibi , & vnum Moysi,& vnum Eliæ,nesciens quid diceret.

Hæc autem illo loquente,facta est nubes,& obumbrauit eos : & timuerunt intrantibus illis in nubem.

*2.Pet.1 17. Et vox facta est de nube,dicens: * Hic est Filius meus dilectus,ipsum audite.

Et dum fieret vox inuentus est Iesus solus. Et ipsi tacuerunt , & nemini dixerunt in illis diebus quidquam ex his quæ viderant.

*Mat. 17. 14. Mar.9.17 * Factum est autem in sequenti die descendentibus illis de monte,occurrit illi turba multa.

Et ecce vir de turba exclamauit,dicens:Magister obsecro te , respice in filium meum , quia vnicus est mihi.

Et ecce spiritus apprehendit eum, & subito clamat,& elidit, & dilipat eum cum spuma , & vix discedit dilanians eum:

Et rogaui discipulos tuos vt eicerent illum , & non potuerunt.

Respondens autem Iesus,dixit: O generatio infidelis & peruersa , vsquequo ero apud vos ? & patiar vos ? adduc huc filium tuum.

Et cum accederet,elisit illum dæmonium,& dissipauit.

Et increpauit Iesus spiritum immundum,& sanauit puerum,& reddidit illum patri eius.

Stupebant autem omnes in magnitudine Dei: omnibusque mirantibus in omnibus quæ faciebat dixit ad discipulos suos:Ponite vos in cordibus vestris sermones istos : Filius enim hominis futurum est vt tradatur in manus hominum.

Transl.ex Syriac.

22 *Et ait illis: Futurum est vt Filius hominis multa perpetiatur, & reprobetur à Senioribus & principibus Sacerdotum, Scribisque, & vt interminant eum, ac die tertia resurgat.*

23 *Dicebat autem coram omnibus : Quicumque voluerit venire post me,abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & veniat post me:*

24 *Quisquis enim voluerit animam suam seruare, perdet eam: quisquis autem perdet animam suam propter me, is seruabit eam.*

25 *Quid enim iuuat hominem lucrari mundum vniuersum, animam verò suam perdere, aut detrimentum sui facere ?*

26 *Quem autem puduerit mei, meorumq; sermonum: pudebit eius Filium hominis, quum venerit in gloria Patris sui cum Angelis ipsius sacrosanctis.*

27 ** Veritatem dico vobis, sunt quidam qui hic adstant, qui non gustabunt mortem, vsquedum viderint regnum Dei.* *Matth. vii. fest. Tabernaculorum.

28 *Factum est autem post hæc verba circiter octo dies , vt assumpserit Ieschua Schemeoun, & Iaakoub, & Iouchanon, conscenderitque montem vt oraret.*

29 *Quumque precaretur, mutata est species vultus eius, & vestimenta eius facta sunt candida,atque coruscabant.*

30 *Et ecce duo viri colloquebantur ei: Qui erant Mousche, & Ilijo,*

31 *Qui apparebant in gloria: caterùm verba faciebant de ipsius exitu, quem completurus erat in Ourischlem.*

32 *Erant autem grauati somno Schemeoun, & ij qui cum eo erant: Vixque experrecti fuerant quum viderunt gloriam eius, & duos illos viros qui stabant cum eo.*

33 *Quumque cœpissent discedere ab eo, dixit Schemeoun ipsi Ieschua: Magister mi, bonum est nos hic esse : & faciamus tria tabernacula, tibi vnum & Mousche vnum, & Ilijo vnum: & nesciebat quid diceret.*

34 *Quumque hæc dexissent, extitit nubes, & operuit eos: & timuerunt quum spectarent Mousche & Ilijo, qui ingrediebantur nubem.*

35 *Et vox extitit de nube, dicens: Hic est Filius meus dilectus, eum audite.*

36 *Quumque vox illa extitisset, inuentus est Ieschua solus , Et illi siluerunt , neminique dixerunt illis diebus, quod conspicati fuerant.*

37 ** Et factum est postero die quum descenderent de monte, vt occurrerent eis turba multa.* *Feria ij. hebdom. 1. Quadrag.

38 *Et vir quidam è turba exclamauit, & ait: Doctor, peto à te respice in me pro filio meo, qui vnicus est mihi.*

39 *Spiritus autem arripit eum, & de repente è vociferatur, frendetque dentibus suis, ac discerpit, & vix discedit ab eo, quin comminuerit eum:*

40 *Et essagitaui à discipulis tuis vt eijcerent eum, neque potuerunt.*

41 *Respondit autem Ieschua, & ait: O vos generatio incredula, & peruersa, quousque tandem ero apud vos , & sustinebo vos? Adducito huc filium tuum.*

42 *Quumque adduceret eum , prostrauit eum dæmonium illud, & stridere fecit eum.*

43 *Et obiurgauit Ieschua spiritum illum immundum , & sanauit puerum eumque reddidit patri suo.*

44 *Et admirabantur omnes ob magnificentiam Dei: quumque vnusquisque percelleretur super omnibus quæ faciebat Ieschua, dixit discipulis suis: Reponite vos sermones istos in aures vestras: Futurum est enim, vt Filius hominis tradatur in manus hominum.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Dicens: Quia oportet filium hominis multa pati, & reprobari à senioribus & principibus sacerdotum, & Scribis, & occidi, & tertia die resurgere. 22

Dicebat autem ad omnes: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me.

Qui enim voluerit animam suam seruare, perder illam: qui autem perdiderit animam suam propter me, hic seruabit illam. 24

Quid enim proficit homo lucratus mundum vniuersum, seipsum autem perdens, aut damno affectus? 25

Qui enim erubuerit me & meos sermones, hunc filius hominis erubescet cum venerit in gloria sua, & Patris, & sanctorum angelorum. 26

Dico autem vobis verè, Sunt aliqui hic stantium, qui non gustabunt mortem, donec videant regnum Dei. 27

Factum est autem post verba hæc ferè dies octo, & assumens Petrum, & Ioannem, & Iacobum ascendit in montem orare. 28

Et facta est in orando ipsum, species vultus eius altera, & vestitus eius albus refulgens. 29

Et ecce viri duo colloquebantur illi, qui erant Moyses & Elias. 30

Qui visi in gloria, dicebant exodum eius, quem futurus erat implere in Hierusalem. 31

At Petrus & qui cum illo erant, grauati somno, euigilantes autem viderunt gloriam eius, & duos viros simul stantes illi. 32

Et factum est in discedere ipsos ab illo, ait Petrus ad Iesum: Præceptor, pulchrum est nos hic esse: & faciamus tabernacula tria, vnum tibi, & vnum Moysi, & vnum Eliæ, non sciens quid diceret. 33

Hæc autem illo dicente, facta est nubes, & obumbrauit eos: timuerunt autem in illos intrare in nubem. 34

Et vox facta est de nube, dicens: Hic est filius meus dilectus, ipsum audite. 35

Et in fieri vocem inuentus est Iesus solus: & ipsi tacuerunt, & nemini enunciauerunt in illis diebus nihil eorum quæ viderant. 36

Factum est autem in sequenti die descendentibus illis de monte, occurrit illi turba multa. 37

Ecce vir de turba exclamauit, dicens: Magister obsecro te, respice in filium meum, quia vnigenitus est mihi. 38

Et ecce spiritus apprehendit eum, & subito clamat, & discerpit eum cum spuma, & vix discedit ab ipso, conterens eum. 39

Et rogani discipulos tuos vt eiicerent illum, & non potuerunt. 40

Respondens autem Iesus, dixit: O generatio infidelis & peruersa, vsquequo ero apud vos? & patiar vos? adduc huc filium tuum. 41

Adhuc autem accedente eo, lacerauit illum dæmonium, & dissipauit. 42

Increpauit autem Iesus spiritum immundum, & sanauit puerum, & reddidit illum patri eius. 43

Stupebant autem omnes in magnitudine Dei: omnibus autem mirantibus in omnibus quæ faciebat Iesus dixit ad discipulos suos: Ponite in auribus vestris sermones istos: nam filius hominis futurus est tradi in manus hominum. 44

Transl. Erasm. Roterod.

Dicens: Oportet filium hominis multa pati, & reprobari à senioribus & principibus sacerdotum & scribis: & occidi, & tertia die resurgere,

Dicebat autem ad omnes: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam cotidie, & sequatur me.

Qui enim voluerit animam suam saluam facere, perdet illam. Qui vero perdiderit animam suam propter me, is saluam faciet illam.

Quid enim proficit homo, si lucretur vniuersum mundum se autem ipsum perdat, aut iacturam suiipsius faciat?

Nam quem mei, meorumq; sermonum puduerit, huius & filium hominis pudebit, cum venerit in maiestate sua, & patris sanctorumq; Angelorum.

Dico autem vobis vere, sunt quidam hic stantes, qui non gustabunt mortem, donec videant regnum Dei.

Factum est autem post hæc verba ferè diebus octo, & assumpsit Petrum & Iohannem & Iacobum, & ascendit in montem vt oraret.

Et facta est dum oraret species vultus eius alia, & vestitus eius candidus ac refulgens.

Et ecce duo viri loquebantur cum illo, qui erant Moses & Helias,

Qui visi in maiestate, dicebant excessum eius, quem completurus erat Hierosolymis.

Petrus vero & qui cum illo erant, grauati erant somno. Experrecti autem viderunt maiestatem eius, & duos viros qui stabant cum illo.

Et factum est, cum discederent ab illo, ait Petrus ad Iesum: Præceptor, bonum est nos hic esse, & faciamus tria tabernacula, vnum tibi, & vnum Mosi, & vnum Heliæ, nescieps quid diceret.

Hæc autem illo loquente, facta est nubes & obumbrauit eos, timuerunt autem intrantibus illis in vrbem.

Et vox facta est de nube, dicens: Hic est filius meus dilectus ipsum audite.

Et dum fieret vox, inuentus est Iesus solus, & ipsi tacuerunt, & nemini dixerunt in illis diebus quicquam ex his quæ viderant.

Factum est autem in sequenti die descendentibus illis de monte, occurrit illi turba multa.

Et ecce vir de turba exclamauit, dicens: Magister obsecro te, respice ad filium meum, quia vnicus est mihi.

Et ecce spiritus apprehendit eum, & subito clamat, & discerpit eum cum spuma, & vix discedit ab eo dilantans eum.

Et rogaui discipulos tuos vt eijcerent illum, & non potuerunt.

Respondens autem Iesus, dixit: O natio infidelis & peruersa, vsquequo ero apud vos, ac patiar vos? Adduc huc filium tuum.

Cum adhuc autem accederet, laniauit illum dæmonium & dissipauit.

Increpauit autem Iesus spiritum immundum & sanauit patrum, & reddidit illum patri suo.

Stupebant autem omnes super magnificentia Dei. Sed omnibus mirantibus super omnibus quæ faciebat, dixit ad discipulos suos: Ponite vos in auribus vestris sermones istos: Filius enim hominis, futurum est, vt tradatur in manus hominum.

Vulgat. Editio.

At illi ignorabant verbum istud, & erat velatum ante eos, vt non sentirent illud: & timebant eum interrogare de hoc verbo.

*Intrauit autem cogitatio in eos, quis eorum maior esset.

At Iesus videns cogitationes cordis illorum, apprehendit puerum, & statuit illum secus se:

Et ait illis: Quicumque suscèperit puerum istum in nomine meo me recipit: & quicunque me receperit, recipit eum, qui me misit. Nam qui minor est inter vos omnes, hic maior est.

Respondens autem Ioannes, dixit: Præceptor, vidimus quendam in nomine tuo eiicientem dæmonia, & prohibuimus eũ, quia nõ sequitur nobiscũ.

Et ait ad illum Iesus: Nolite prohibere: qui enim non est aduersum vos, pro vobis est.

Factum est autem dum complerẽtur dies assumptionis eius, & ipse faciem suam firmauit vt iret in Ierusalem:

Et misit nuntios ante conspectum suum: & euntes intrauerunt in ciuitatem Samaritanorum, vt pararent illi.

Et non receperunt eum, quia facies eius erat euntis in Ierusalem.

Cum vidissent autem discipuli eius Iacobus & Ioannes, dixerunt: Domine, vis dicimus vt ignis descendat de cælo, & consumat illos?

Et conuersus increpauit illos, dicens: Nescitis cuius spiritus estis.

*Filius hominis non venit animas perdere, sed saluare. & abierunt in aliud castellum.

Factum est autem ambulantibus illis in via, dixit quidam ad illum: Sequar te quocumq; ieris.

Dixit illi Iesus: Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos: filius hominis non habet vbi caput reclinet.

Ait autem ad alterum: Sequere me. ille autem dixit: Domine, permitte mihi primum ire, & sepelire patrem meum.

Dixitque ei Iesus: Sine vt mortui sepeliant mortuos suos: tu autem vade & annuncia regnum Dei.

Et ait alter: Sequar te Domine, sed permitte mihi primum renuntiare his, quæ domi sunt.

Ait ad illum Iesus: Nemo immittens manum suam ad aratrum, & respiciens retrò, aptus est regno Dei.

CAP. X.

POst hæc autem designauit Dominus & alios septuaginta duos, & misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem & locum quo erat ipse venturus.

Et dicebat illis *: Messis quidem multa, operarij autem pauci: Rogate ergo dominum messis vt mittat operarios in messem suam.

Ite: * ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos.

*Nolite portare sacculum, neque peram, neque calceamenta: * & neminem per viam salutaueritis.

In quamcumque domum intraueritis, primum dicite: Pax huic domui:

Et si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra: sin autem, ad vos reuertetur.

Transl. ex Syriac.

Illi autem non assecuti sunt cognitione hunc sermonem, propterea quod erat occultus ab eis ne cognoscerent eum: timebant q; eum interrogare de hoc sermone.

Et intrauit in eos cogitatio, quisnam esset eorum maximus.

At Ieschua cognoscens cogitationem cordis eorum, accepit puerulum, & statuit eum apud se.

Et dixit eis: Quicunque exceperit puerulum huic similem in nomine meo, me excipit: & quisquis me excepit, excipit eum qui misit me. Etenim qui minimus est inter vos omnes, is erit maximus.

Et respondit Iouchanon, & ait: Magister noster, vidimus quendam eijcientem dæmonia in nomine tuo, & prohibuimus eum: quia post te non venit nobiscum.

Dixit eis Ieschua: Ne prohibeatis: qui enim non est aduersum vos, pro vobis est.

* *Et factum est quum implerentur dies ascensionis eius, præparauit vultum suum vt proficisceretur ad Ourischlem.*

Misit q; nuntios ante faciem suam: & profecti introierunt in pagum Schamaritanorum, vt præpararent ei.

Neque receperunt eum, quod præ se ferret speciem proficiscentis ad Ourischlem.

Quod cum vidissent Iaakoub & Iouchanon eius discipuli, dixerunt ei: Domine noster, vis dicamus vt descendat ignis de cælo, & consumat eos, sicut & Ilijo fecit?

Et conuersus obiurgauit eos, & ait: Nescitis cuius spiritus vos sitis.

Filius enim hominis non venit vt perderet animas, sed vt seruaret. Profecti sunt itaque in pagum alium.

Quumq; iter facerent, dixit ei quidam: Post te ibo quocunque ieris: Domine mi.

Dixit ei Ieschua: Vulpes lustra habent, & volucres cæli nidos; Filius autem hominis non habet vbi reclinet caput suum.

Et ait ad alium: Post me venito. Ille vero dixit ei: Domine mi, permitte mihi vt prius abeam sepultum patrem meum.

Dixit ei Ieschua: Sine mortuos sepelientes mortuos suos: tu vero, ito, euangeliza regnum Dei.

Dixit ei alius: Post te ibo, Domine mi: sed permitte mihi prius vt proficiscar valedicturus filiis domus meæ, & veniam.

Dixit ei Ieschua: Nemo admouet manum suam ad aratrum paris boum, & respicit à tergo, & aptus est ad regnum Dei.

CAP. X.

POst hæc secreuit Ieschua è discipulis suis, alios septuaginta, misit q; eos binos ante faciem suam in omnem locum & ciuitatem, quo futurum erat vt ipse veniret.

Et dixit eis: Messis quidem multa, operarij vero pauci. Petite igitur à domino messis, vt emittat operarios in messem suam.

Ite, ecce ego mitto vos tanquam oues inter lupos.

Ne portaueritis vobis marsupia, neque peras, neque calceos: & pacem vllius in via ne petieritis. (& neminem in via salutaueritis.)

Et in quamcunque domum introieritis, primum dicite: Pax huic domui.

Quod si fuerit illic filius pacis, requiescet super eum pax vestra: sin minus, pax vestra ad vos reuertetur.

Transl. B. Asiæ Mont.

Illi autem ignorabant verbum istud,& erat occultum ab ipsis, vt non sentirent illud : & timebant interrogare eum de verbo hoc. 45

Intrauit autem ratiocinatio in eos ,hæc,quis esset maior eorum. 46

At Iesus videns rationacinationem cordis illorum , assumens puerum statuit illum secus se: 47

Et ait illis:Quicumque susceperit istum puerum in nomine meo me recipit : & quicunque me receperit,recipit mittentem me : qui enim minor in omnibus vobis existens,hic erit magnus. 48

Respondens autem Ioannes,dixit: Præceptor,vidimus quendam in nomine tuo eiicientem dęmonia,& prohibuimus eũ , quia nõ sequitur nobiscũ. 49

Et ait ad illum Iesus: Ne prohibete:qui enim nõ est aduersus nos,pro nobis est. 50

Factum est autem in compleri dies assumptionis eius,& ipse faciem suam firmauit ad ire in Hierusalem: 51

Et misit nuntios ante conspectum suum :& euntes intrauerunt in vicum Samaritanorum , vt parrarent illi. 52

Et non receperunt eum , quia facies eius erat iens in Hierusalem. 53

Videntes autẽ discipuli eius Iacobus & Ioannes, dixerunt:Domine , vis dicamus ignem descendere de cælo,& consumere illos, vt & Elias fecit? 54

Conuersus autem increpauit illos,& dixit:Non sciuistis cuius spiritus estis vos. 55

Nam filius hominis non venit animas hominum perdere sed saluare.& abierunt in alium vicum. 56

Factum est autem ambulantibus illis in via , dixit quidam ad illum : Sequar te quocumq; abieris, Domine. 57

Et dixit illi Iesus : Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos : verum filius hominis non habet vbi caput reclinet. 58

Ait autem ad alterum : Sequere me. ille autem dixit:Domine, permitte mihi abeunti primum sepelire patrem meum. 59

Dixit autem ei Iesus: Sine mortuos sepelire suos mortuos:tu autem abiens annuncia regnum Dei. 60

Ait autẽ & alter:Sequar te, Domine,primũ autẽ permitte mihi renũciare his qui ad domũ meam. 61

Ait autem ad illum Iesus:Nemo immittens manum suam ad aratrum, & respiciens in quæ retrò aptus est ad regnum Dei. 62

CAP. X.

POst autem hæc designauit Dominus & alios septuaginta , & misit illos per binos ante faciem suam in omnem ciuitatem & locum quo futurus erat ipse venire. 1

Dicebat igitur ad illos:ipsa quidem messis multa at operarij pauci: rogate ergo dominum messis vt emittat operarios in messem suam. 2

Ite: ecce ego mitto vos sicut agnos in medio luporum. 3

Ne portate marsupium, non peram , neque calceamenta: & neminem per viam salutaueritis. 4

In quamcunque domum intraueritis, primum dicite : Pax domui huic. 5

Et si quidem fuerit ibi filius pacis,requiesset super illum pax vestra si vero non,ad vos reuertetur. 6

Transl. Erasm. Roterod.

At illi ignorabant verbum istud , & erat absconditum ab illis,vt non intelligerent illud, Et timebant eum interrogare de hoc verbo. 45

Intrauit autem cogitatio inter eos , quis eorum maior esset. 46

At Iesus videns cogitationem cordis illorum,apprehendit puerum,& statuit illum iuxta se. 47

Et ait illis : Quicunque receperit puerum hunc nomine meo,me recipit.Et quicunque me receperit,recipit eum qui me misit.Nam qui minor est inter omnes vos, hic erit magnus. 48

Respondens autem Iohannes,dixit:Praceptor , vidimus quendam sub nomine tuo eijcientem damonia , & prohibuimus eum,quia non sequitur nobiscum. 49

Et ait ad illum Iesus : Nolite prohibere. Qui enim non est aduersum nos ,pro nobis est. 50

Factum est autem dum complerentur dies assumptionis eius,& ipse faciem suam obstinauerat,vt iret Hierosolymam. 51

Et misit nuncios ante conspectum suum , & euntes intrauerunt in ciuitatem Samaritanorum,vt pararent illi. 52

Et non receperunt eum , quia facies eius erat euntis Hierosolymam. 53

Cum vidissent autem discipuli eius,Iacobus & Iohannes,dixerunt : Domine, vis dicamus , vt ignis descendat de cœlo,& consumat illos, quemadmodũ & Helias fecit? 54

Conuersus autem Iesus increpauit illos,dicens: Nescitis cuius spiritus estis vos. 55

Filius enim hominis non venit ad perdendum animas hominum,sed ad seruandum.Et abierunt in aliud castellum. 56

Factum est autem,ambulantibus illis in via,dixit quidam ad illum : Sequar te quocunque ieris. 57

Dixit illi Iesus : Vulpes cauernas habent , & volucres cœli nidos,filius autem hominis nõ habet vbi caput suum reclinet. 58

Ait autem ad alterum : Sequere me. Ille autem dixit: Domine permitte mihi vt prius abeam , ac sepeliam patrem meum. 59

Dixit autem ei Iesus : Sine vt mortui sepeliant mortuos suos,tu vero vade & annuncia regnum Dei. 60

Et ait alius:Sequar te Domine,sed permitte mihi prius vt dicam vale iis ,qui sunt domi meæ. 61

Ait ad illum Iesus : Nemo qui manu sua admota aratro respexerit à tergo aptus est regno Dei. 62

CAP. X.

POst hæc autem designauit Dominus & alios septuaginta,misitq; illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem & locum quo erat ipse venturus: 1

Dicebat ergo illis : Messis quidem multa , sed operarij pauci. Rogate ergo Dominum messis , vt extrudat operarios in messem suam. 2

Ite,ecce ego mitto vos,sicut agnos inter lupos. 3

Nolite portare sacculum , reque peram , neque calceamenta,& neminem per viam salutaueritis. 4

In quamcunque domum intraueritis , primum dicite, pax huic domui: 5

Et si fuerit ibi filius pacis,requiescet super illum pax vestra: sin minus,ad vos reuertetur. 6

Vulgat. Editio.

In eadem autem domo manete edentes, & bibentes quæ apud illos sunt: * dignus est enim operarius mercede sua. Nolite transire de domo in domum.

*Mat.10. 10. Deu. 24. 1.Ti.5.18

Et in quamcumque ciuitatem intraueritis, & susceperint vos, manducate quæ apponuntur vobis.

Et curate infirmos, qui in illa sunt: & dicite illis: Appropinquauit in vos regnum Dei.

In quãcumque autem ciuitatem intraueritis, & non susceperint vos, exeũtes in plateas eius, dicite:

* Etiam puluerem, qui adhæsit nobis de ciuitate vestra, extergimus in vos: tamen hoc scitote, quia appropinquauit regnum Dei.

* Act.13. 51.

Dico vobis, quia Sodomis in die illa remissius erit, quàm illi ciuitati.

* Mat.11. 21.

* Væ tibi Corozain, væ tibi Bethsaida: quia si in Tyro, & Sidone factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio, & cinere sedentes pœnitentiam egissent.

Veruntamen Tyro, & Sidoni remissius erit in iudicio quàm vobis.

Et tu Capharnaum vsque ad cælum exaltata, vsque ad infernum demergeris.

* Mat.10. 40. Io.13.20

* Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit me spernit: qui autem me spernit, spernit eum, qui misit me.

Reuersi sunt autem septuaginta duo cum gaudio, dicentes: Domine, etiam dæmonia subijciuntur nobis in nomine tuo.

Et ait illis: Videbam Satanam sicut fulgur de cœlo cadentem.

Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici: & nihil vobis nocebit.

Veruntamen in hoc nolite gaudere, quia spiritus vobis subijciuntur: gaudete autem, quod nomina vestra scripta sunt in cælis.

* Mat.11. 25.

* In ipsa hora exultauit Spiritu sancto, & dixit: Confiteor tibi Pater, Domine cæli, & terræ, quod abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea parnulis: etiam Pater, quoniam sic placuit ante te.

Omnia mihi tradita sunt à Patre meo: & nemo scit quis sit Filius, nisi Pater: & quis sit Pater, nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare.

Et conuersus ad discipulos suos, dixit: * Beati oculi, qui vident quæ vos videtis.

*Mat.13. 16.

Dico enim vobis, quod multi prophetæ, & reges voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderũt: & audire quæ auditis, & non audierunt.

*Mat.22. 35. Mar.12.28

* Et ecce quidam Legisperitus surrexit tentans illum, & dicens: Magister, quid faciendo vitam æternam possidebo?

At ille dixit ad eum: In lege quid scriptum est? buomodo legis?

Deu.6.5.

Ille respondens dixit: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mẽte tua: & proximum tuum sicut teipsum.

Dixitq; illi: Recte respondisti: hoc fac, & viues.

Ille autem volens iustificare seipsum, dixit ad sum: Et quis est meus proximus?

Suscipiens autem Iesus, dixit: Homo quidam descendebat ab Ierusalem in Iericho, & incidit in latrones, qui etiam despoliauerunt eum: & plagis impositis abierunt semiuuo relicto.

Accidit autem vt sacerdos quidam descenderet eadem via: & viso illo præteriuit.

Transl. ex Syriac.

7 *In ea autem ipsa domo estote edentes, & bibentes ex iis, quæ ipsi habuerint: dignus est enim operarius mercede sua. Nec transieritis de domo in domum.*

8 *Et in quamcumque vrbem introieritis, & exceperint vos, edite quod appositum fuerit vobis.*

9 *Et sanate eos qui ægroti fuerint in ea: & dicite eis: Appropinquauit ad vos regnum Dei.*

10 *In quamcumque autem ciuitatem introieritis, nec exceperint vos, exite in plateas, & dicite:*

11 *Sed & puluerem qui adhæsit nobis in pedibus nostris ex vrbibus vestris, excutimus vobis: veruntamen hoc scitote, appropinquasse ad vos regnum Dei.*

12 *Dico vobis, Sedoum pacatiorem fore in die illo, illa ciuitate.*

13 *Væ tibi Kourazim, væ tibi Beth-zaiodo: nã si in Tzour, & Tzaidon editæ fuissent virtutes, quæ editæ sunt in vobis, tamdiu cum sacco, & cinere pœnitentiam egissent.*

14 *Verum Tzour, & Tzaidon futuræ sunt vobis tranquilliores in die iudicij.*

15 *Et tu Kepharnachum, quæ ad cœlum vsque exaltata es, ad inferos vsque deprimeris.*

16 *Qui vos audit, me audit: & qui vos reijcit, me reijcit: & qui me reijcit, reijcit eum qui misit me.*

17 *Porro reuersi sunt septuaginta illi quos miserat, cum gaudio magno, & dicunt ei: Domine noster, etiam dæmonia subijciuntur nobis in nomine tuo.*

18 *Ipse vero dixit eis: Conspicabar Satanam instar fulguris cadentem à cœlo.*

19 *Ecce do vobis potestatem calcandi serpentes, & scorpiones, & omnem vim inimici: & nihil vos lædet.*

20 *Verum in hoc ne gaudeatis quod dæmonia subijciãtur vobis: sed gaudete quod nomina vestra scripta sint in cælis.*

21 *Ea ipsa hora exultauit Ieschua Spiritu sanctitatis, & ait: Confiteor tibi pater mi, Domine cœli, & terræ, quod hæc abscoderis à sapientibus, & prudentibus, & reuelaueris ea infantibus: etiam Pater mi, quia talis fuit voluntas coram te.*

22 *Et conuersus ad discipulos suos, dixit eis: Omnia tradita sunt mihi à Patre meo: & nemo nouit quis sit filius, nisi pater: & quis sit Pater, nisi filius, & si cui voluerit Filius reuelare.*

23 *Item conuersus ad discipulos suos seorsim, dixit: Felices oculi qui vident quod vos videtis.*

24 *Etenim dico vobis, multos Prophetas, & Reges voluisse videre quod videtis, neque vidisse: & audire quod auditis, nec audisse.*

25 * *Ecce autem Scriba quidam surrexit, vt tentaret eum, & ait: Doctor, quid faciam, vt hæreditate possideam vitam æternam?*

Ad cap. 12 Dei

26 *Ipse vero Ieschua dixit ei: In lege quomodo scriptum est? quomodo legis?*

27 *Respondit ℣, & dixit ei: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis viribus tuis, & ex tota mente tua: & proximum tuum, sicut animam tuam, (teipsum)*

28 *Dixit ei Ieschua: Rectè dixisti: hoc age, & viues.*

29 *Ille autem quum vellet iustificare semetipsum, dixit ei: Ecquis est proximus meus?*

30 *Subdit ei Ieschua: Vir quidam descendebat ab Ourischlem in Hirichon: & irruerunt in eum latrones, & expoliarunt eum, vulnerarunt ℣: & missum eum fecerunt quum vix subsisteret in eo anima: atque abiere.*

31 *Accidit autem vt sacerdos quidam descenderet per illam viam: & vidit eum, ac præterijt.*

Transl. B. Ariæ Mont.

In eadem autem domo manete edentes,& bibentes quæ apud illos: dignus enim operarius mercede sua est. Ne transite de domo in domum.

Et in quamcunque ciuitatem intraueritis, & susceperint vos; manducate apposita vobis.
Et curate qui in illa infirmos,& dicite illis: Appropinquauit in vos regnum Dei.
In quãcunque autem ciuitatem intraueritis,& non susceperint vos,exeũtes in plateas eius,dicite:
Etiam puluerem,adhærentem nobis de ciuitate vestra,abstergimus vobis: tamen hoc scitote, quia appropinquauit super vos regnum Dei.
Dico autem vobis, quia Sodomis in die illa remissius erit,quàm ciuitati illi.
Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethsaida: quia si in Tyro & Sidone factæ fuissent virtutes, quæ factæ in vobis,olim vtique in cilicio, & cinere sedentes pœnituissent.
Veruntamen Tyro,& Sidoni remissius erit in iudicio quàm vobis.
Et tu Capharnaum vsque ad cælum exaltata, vsque ad infernum demergeris.
Audiens vos,me audit: & spernens vos,me spernit: at me spernens,spernit mittentem me.

Reuersi sunt autem septuaginta cum gaudio, dicentes: Domine, dæmonia subijciuntur nobis in nomine tuo.
Ait autem illis: Videbam Satanam sicut fulgur de cœlo cadentem.
Ecce do vobis potestatem calcandi supra serpentes,& scorpiones, & super omnem virtutem inimici: & nihil vobis non nocebit.
Veruntamen in hoc ne gaudete,quia spiritus vobis subiiciuntur: gaudete autem ,quod nomina vestra scripta sunt in cælis.
In ipsa hora exultauit Spiritu Iesus, & dixit: Confiteor tibi Pater, Domine cæli, & terræ, quod abscondisti hæc à sapientibus,& prudentibus,& reuelasti ea paruulis.etiam Pater,quoniam sic factum est beneplacitum ante te.
Omnia mihi tradita sunt à Patre meo: & nemo scit quis sit Filius, si non Pater: & quis sit Pater, si non Filius, & cui voluerit Filius reuelare.

Et conuersus ad discipulos suos, priuatim dixit: Beati oculi videntes quæ videtis.
Dico enim vobis,quod multi prophetæ, & reges voluerunt videre,quæ vos videtis,& non viderũt: & audire quæ auditis,& non audierunt.
Et ecce Legisperitus quidam surrexit tentans illum,& dicens: Magister, quid faciens vitam æternam possidebo?
Ille autem dixit ad eum: In lege quid scriptum est? quomodo legis?
Ille autem respondens dixit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua, & ex omni cogitatione tua: & proximum tuum ficut teipsum.
Dixit autẽ illi: Recte respõdisti: hoc fac,& viues.
Ille autem volens iustificare seipsum, dixit ad Iesum: Et quis est meus proximus?
Suscipiens autem Iesus, dixit: Homo quidam descendebat ab Hierusalem in Iericho, & latronibus incidit: qui etiam exeuntes eum: & plagas imponentes, abierunt, relinquentes semiuiuum existentem.
Secundum sortem autem sacerdos quidam descendit in via illa: & videns illum præteriit.

Transl. Erasm. Roterod.

7 *In eadem autem domo manete, edentes & bibentes quæ dantur ab illis. Dignus enim est operarius mercede sua. Nolite transire de domo in domum.*

8 *Et in quancunque ciuitatem intraueritis & susceperint vos, edite quæ apponuntur vobis:*
9 *Et sanate infirmos, qui in illa sunt, & dicite illis: Appropinquauit in vos regnum dei.*
10 *In quancunque autem ciuitatem intraueritis, & non susceperint vos, exeuntes in plateas eius, dicite:*
11 *Etiam puluerem, qui adhæsit nobis de ciuitate vestra, extergimus in vos: tamen hoc scitote, quod appropinquauit in vos regnum dei.*
12 *Dico vobis quod Sodomis in die illo remissius erit, quam illi ciuitati.*
13 *Væ tibi Chorozain, væ tibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sidone factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere sedentes, scelerum suorum egissent pœnitentiam.*
14 *Veruntamen Tyro & Sidoni remissius erit in iudicio, quam vobis.*
15 *Et tu Capernaum quæ vsq; ad cœlum elata es, vsque ad infernum deprimeris.*
16 *Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit: qui autem me spernit, spernit eum qui misit me.*

17 *Reuersi sunt autem septuaginta cum gaudio, dicentes: Domine, etiam dæmonia subijciuntur nobis per nomen tuum.*
18 *Ait autem illis: Videbam satanam sicut fulgur de cœlo cadentem.*
19 *Ecce do vobis potestatem calcandi super serpentes, & scorpiones, & super omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit.*
20 *Veruntamen in hoc nolite gaudere, quod spiritus vobis subijciuntur, sed gaudete quod nomina vestra scripta sunt in cœlis.*
21 *In eadem hora exultauit spiritu Iesus, & dixit: Confiteor tibi pater, domine cœli & terræ, quod abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. etiam pater, quoniam sic complacitum est coram te.*

22 *Omnia mihi tradita sunt à patre meo, & nemo scit, quis sit filius, nisi pater: & quis sit pater, nisi filius, & cui voluerit filius aperire.*

23 *Et conuersus ad discipulos, seorsim dixit: Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis.*
24 *Dico enim vobis, quod multi prophetæ & reges voluerunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt.*
25 *Et ecce quidam legisperitus surrexit, tentans illum, & dicens: Magister, quid faciendo vitam æternam possidebo?*
26 *At ille dixit ad eum: In lege quid scriptum est? quomodo legis?*
27 *Ille respondens dixit: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis viribus tuis, & ex tota mente tua, & proximum tuum sicut teipsum.*
28 *Dixitq; illi: Recte respondisti. hoc fac & viues.*
29 *Ille autem volens iustificare seipsum, dixit ad Iesum: Et quis est meus proximus?*
30 *Respondens autem Iesus, dixit: Homo quidam descendebat ab Hierosolymis in Hiericho & incidit in latrones qui etiam despoliauerunt eum vestibus, ac vulneribus inflictis, abierunt semimortuo relicto.*
31 *Accidit autem, vt sacerdos quidam descenderet eadem via, visoq; illo præteriit.*

Vulgat. Editio.

Similiter & Leuita,cum esset secus locum,& videret eum,pertransiit.

Samaritanus autem quidam iter faciens, venit secus eum,& videns eum,misericordia motus est.

Et approprians alligauit vulnera eius,infundés oleum & vinum:& imponens illum in iumentum suum,duxit in stabulum,& curam eius egit.

Et altera die protulit duos denarios,& dedit stabulario,& ait: Curam illius habe, & quodcumq; supererogaueris,ego cum rediero reddam tibi.

Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi,qui incidit in latrones?

At ille dixit: Qui fecit misericordiam in illum, ait illi Iesus: Vade,& tu fac similiter.

Factum est autem,dum irent, & ipse intrauit in quoddam castellum: & mulier quædam Martha nomine,excepit illum in domum suam,

Et huic erat soror nomine Maria, quæ etiam sedens secus pedes Domini, audiebat verbum illius.

Martha autem satagebat circa frequens ministerium: quæ stetit,& ait: Domine non est tibi curæ quod soror mea reliquit me solam ministrare? dic ergo illi, vt me adiuuet.

Et respondens dixit illi Dominus: Martha Martha,solicita es,& turbaris erga plurima.

Porro vnum est necessarium. Maria optimam partem elegit,quæ non auferetur abea.

CAP. XI.

ET factum est:cum esset in quodam loco orans, vt cessauit, dixit vnus ex discipulis eius ad eum: Domine,doce nos orare,sicut docuit,& Ioannes discipulos suos.

*Mat.6.9 Et ait illis: Cum oratis,dicite: * Pater, sanctificetur nomen tuum.Adueniat regnum tuum.

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis peccata nostra, siquidem & ipsi dimittimus omni debenti nobis.Et ne nos inducas in tentationem.

Et ait ad illos: Quis vestrum habebit amicum: & ibit ad illum media nocte, & dicet illi: Amice commoda mihi tres panes,

Quoniam amicus meus venit de via ad me, & non habeo,quod ponam ante illum.

Et ille de intus respondens dicat: Noli mihi molestus esse,iam ostium clausum est,&pueri mei mecum sunt in cubili,non possum surgere,& dare tibi.

Et si ille perseuerauerit pulsans: dico vobis, etsi non dabit illi surgens eo quod amicus eius sit,propter improbitatem tamen eius surget, & dabit illi, quorquot habet necessarios.

*Mat.7.7 & 21.22. Mar.11. 24. Io.14.13. Iac.1.5. Mat.7.9. * Mat.9. 22. & 12.22. Mar.3.22 * Et ego dico vobis:Petite,& dabitur vobis:quærite,& inuenietis:pulsate,& aperietur vobis.

Omnis enim qui petit,accipit:& qui quærit, inuenit:& pulsanti aperietur.

Quis autem ex vobis patrem petit panem, nunquid lapidem dabit illi? aut piscem, numquid pro pisce sepentem dabit illi?

Aut si petierit ouum,numquid porriget illi scorpionem?

Si ergo vos,cum sitis mali,nostis bona data dare filiis vestris;quanto magis Pater vester de cœlo dabit spiritum bonum petentibus se.

Transl. ex Syriac.

32 *Similiter & Leuita veniens acceſſit ad illum locum, & vidit eum, ac præterijt.*

33 *Vir autem Schamaritanus, quum iter faceret, venit, quo loci erat ipſe, vidit q; eum, & miſertus eſt eius.*

34 *Acceſſit itaq; & obligauit vulnera eius,infudit q; in ea vinum & oleum ac impoſuit aſino ſuo, & adduxit eum in diuerſorium, & eius curam egit.*

35 *Mane autem diei proferens duos denarios,dedit hoſpiti, & dixit ei:Curam illius age, & ſiquidem ſupra impenderis,quum reuertar,ego reddam tibi.*

36 *Quis igitur horum trium videtur tibi proximus fuiſſe illi, qui incidit in manus latronum?*

37 *Ille vero dixit: Is qui miſertus eſt eius. Subdit ei Ieſchua; Abi, & tu fac ſimiliter.*

38 * *Et factum eſt, quum ipſi iter facerent vt intrcierit in vicum quendam: & mulier Mortho nomine excepit eum domi ſuæ.*

Addit q; contemnunt ne Mulierem ſuſcipiant. Ieſu diſcipulum.

39 *Erat autem ei ſoror nomine Mariam, quæ veniens conſedit ad pedes Domini noſtri, & audiebat ſermones eius.*

40 *Mortho autem diſtrahebatur multo miniſterio: & veniens dixit ei: Domine mi, non eſt tibi curæ quod ſoror mea reliquit me ſolam miniſtrare? dic ei opem mihi ferat.*

41 *Reſpondit Ieſchua, & dixit ei: Mortho, Mortho, ſollicita es, & diſtraheris circa plurima.*

42 *At vnum eſt quod requiritur. Mariam vero partem bonam elegit ſibi, quæ non auferetur ab ea.*

CAP. XI.

1 *ET factum eſt: quum ipſe oraret quodam in loco, vt abſoluit, dixit ei vnus è diſcipulis ſuis: Domine noſter, doce nos orare, ſicut & Iouchanon docuit diſcipulos ſuos.*

Ad verba Vulgatæ hebdomadis præcedentis annum.

2 *Dixit eis Ieſchua: Quum oratis, ſic dicite: Pater noſter qui es in cœlis, ſanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, vt in cœlo & in terra.*

3 *Da nobis panem indigentiæ noſtræ quotidie. Et remitte nobis peccata noſtra, nam & nos remittimus omnibus qui debent nobis. Et ne nos inducas in tentationem, ſed libera nos à malo.*

4 *Et ſubdit eis: Quis veſtrum habebit amicum: & proficiſcetur ad eum media nocte, & dicet ei: Amice mi, da mihi mutuo tres placentas:*

5 *Quandoquidem amicus venit ad me ab itinere, & non habeo quod apponam ei.*

6 *Et ille amicus eius intus reſpondeat & dicat ei: Ne mihi moleſtiam exhibeas, ecce enim oſtium clauſum eſt, & filij mei mecum ſunt in lecto, non poſſum ſurgere, vt dem tibi.*

7 *Dico vobis: Etiamſi propter amicitiam non dederit, at propter importunitatem ſurget, & dabit quantum ei requiritur.*

8 *Ego quoque dico vobis: quærite, & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis:*

9 *Quiſquis enim petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulſanti aperietur.*

10 *Quis enim ex vobis pater, ſi petierit ab eo filius panem, numquid lapidem porriget ei? & ſi piſcem rogauerit eum, numquid pro piſce porriget ei ſerpentem?*

11 *Et ſi petierit ab eo ouum, numquid ipſe ſcorpionem ei porriget?*

12 *Si vos igitur quum ſitis mali, noſtis munera bona dare filijs veſtris, quanto magis Pater veſter è cœlis dabit Spiritum ſanctitatis, iis qui rogauerint eum?*

Transl. B. Ariæ Mont.

Similiter autem & Leuita, factus secundùm locum, veniens & videns, pertransiit.

Samaritanus autem quidam iter faciens, venit secus eum, & videns eum, visceribus cõmotus est.

Et accedens alligauit vulnera eius, infundens oleum & vinum: ascendere faciens autem illum in proprium iumentum, duxit in diuersorium, & curam egit eius.

Et crastinum exiens, eiiciens duos denarios dedit tabernario, & ait illi: Curam habe illius, & quodcumq; adinsumpseris, ego in redire me, reddam tibi.

Quis igitur horum trium videtur tibi proximus fuisse incidentis in latrones?

Ille autem dixit: faciens misericordiam cum illo. ait ergo illi Iesus: Vade, & tu fac similiter.

Factum est autem, in ire eos, & ipse intrauit in vicum quendam: mulier autem quædam nomine Martha, excepit illum in domum suam.

Et huic erat soror vocata Maria, quæ etiam sedens secus pedes Iesu, audiebat verbum illius.

At Martha distrahebatur circa multum ministerium: stans autem ait: Domine, non curæ est tibi quod soror mea solam me reliquit ministrare? dic ergo illi, vt mihi simul suscipiat.

Respondens autem dixit illi Iesus: Martha Martha, solicita es, & turbaris circa multa.

Vnius vero est vsus. Maria autem bonam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.

CAP. XI.

ET factum est: in esse ipsum in loco quodam orantem, vt cessauit, dixit quidam discipulorum eius ad eum: Domine, doce nos orare, sicut & Ioannes docuit discipulos suos.

Ait autem illis: Cum oratis, dicite: Pater noster qui in cælis, sanctificetur nomen tuum: Adueniat regnum tuum: fiat voluntas tua, sicut in cælo, & in terra.

Panem nostrum quotidianum da nobis iuxta diem. Et dimitte nobis peccata nostra, & enim ipsi dimittimus omni debenti nobis. Et ne inducas nos in tentationem, sed libera nos à malo.

Et ait ad illos: Quis ex vobis habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi: Amice commoda mihi tres panes:

Quoniam amicus meus venit de via ad me, & non habeo, quod apponam ei.

Et ille de intus respondens dicat. Ne mihi molestias exhibe. iam ostium clausum est, & pueri mei mecum in cubili sunt: non possum surgens dare tibi.

Dico vobis, si & non dederit ei surgens propter esse illius amicum, propter improbitatem eius excitatus dabit illi quotquot habet opus.

Et ego vobis dico: Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis.

Omnis enim petens, accipit, & quærens inuenit, & pulsanti aperietur.

Quem autem vestrum patrem petet filius panem, non lapidem dabit illi? si & piscem, non pro pisce serpentem dabit illi?

Aut & si petierit ouum, non dabit illi scorpionem?

Si ergo vos mali subsistentes, nostis bona dona dare filiis vestris; quanto magis Pater de cœlo dabit spiritum sanctum petentibus se.

Transl. Erasm. Roterod.

Similiter & Leuita, cum iret iuxta locum, cum accessisset ac vidisset eum, præteriit.

Samaritanus autem quidam iter faciens, venit ad eum, & viso eo misericordia motus est.

Et accedens obligauit vulnera eius, infundens oleum ac vinum, & imponens illum in suum iumentum, duxit in diuersorium, & curam eius egit.

Et postero die egrediens, depromptos duos denarios dedit hospiti, & ait ei: Curam illius habe, & quodcunque præterea insumpseris, ego eum rediero, reddam tibi.

Quis ergo horum trium videtur tibi proximus fuisse illi, qui incidit in latrones?

At ille dixit: Qui exercuit misericordiam in illum. Ait illi Iesus: Vade & tu fac similiter.

Factum est autem dum irent, vt ipse intraret in quoddam oppidulum. Ac mulier quædam Martha nomine, excepit illum in domum suam.

Et huic erat soror nomine Maria, quæ etiam assidens ad pedes Iesu, audiebat sermonem illius.

Martha autem distrahebatur circa frequens ministerium, quæ assistens ait: Domine, non est tibi cura quod soror mea reliquit me vt sola ministrem? dic ergo illi, vt me adiuuet.

Et respondens dixit illi Iesus: Martha, Martha, sollicita es, & tumultuaris circa multa.

Atqui vnum est necessarium. Maria bonam partem delegit, quæ non auferetur ab ea.

CAP. XI.

ET factum est: cum oraret quodam in loco, vt cessauit, dixit quidam ex discipulis eius ad eum: Domine, doce nos orare, sicut & Iohannes docuit discipulos suos.

Et ait illis: Cum oratis, dicite: Pater noster qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum, adueniat regnum tuum, fiat voluntas tua, quemadmodum in cœlo sic etiam in terra.

Panem nostrum quotidianum da nobis quotidie, & remitte nobis peccata nostra, siquidem & ipsi remittimus omni debenti nobis, & ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo.

Et ait ad illos: Quis vestrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi: Amice da mihi mutuo tres panes.

Quoniam amicus meus venit de via ad me, & non habeo quid apponam illi.

Et ille intus respondens dicat: Noli mihi molestus esse, iam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili, non possum surgere, & dare tibi.

Dico vobis, etiamsi non daturus sit illi surgens, eo quod amicus eius sit propter improbitatem tamen eius surget, ac dabit illi quotquot habet opus.

Et ego dico vobis: Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis:

Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur.

Quis autem ex vobis pater, à quo si filius petierit panem, num lapidem dabit illi? Aut si piscem, num pro pisce serpentem dabit illi?

Aut si petierit ouum, num porriget illi scorpium?

Si ergo vos cum sitis mali, nostis bona dona dare filijs vestris, quanto magis Pater vester cœlestis dabit Spiritum sanctum poscentibus se.

Vulgat. Editio.

Et erat eiiciēs dæmonium, & illud erat mutum. Et cum eiecisset dæmonium locutus est mutus, & admiratæ sunt turbæ. 13

Quidam autem ex eis dixerunt: In Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia. 14

Et alij tentantes, signum de cælo quærebant ab eo. 15

Ipse autem vt vidit cogitationes eorum, dixit eis: Omne regnum in seipsum diuisum desolabitur, & domus supra domum cadet. 16

Si autem & Satanas in seipsum diuisus est, quomodo stabit regnum eius? quia dicitis in Beelzebub me eijcere dæmonia. 17

Si autem ego in Beelzebub eijcio dæmonia: filij vestri in quo eijciunt? Ideo ipsi iudices vestri erunt. 18

Porro si in digito Dei eijcio dæmonia: profecto peruenit in vos regnum Dei. 19

Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea, quæ possidet. 20

Si autem fortior eo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius auferet, in quibus confidebat, & spolia eius distribuet. 21

Qui non est mecum, contra me est: & qui non colligit, mecum dispergit. 22

Cum immundus spiritus exierit de homine, ambulat per loca inaquosa, quærens requiem: & non inueniens dicit: Reuertar in domum meam vnde exiui. 23

Et cū venerit, inuenit eā scopis mūdatā, & ornatā. 24

Tunc vadit, & assumit septem alios spiritus secum, nequiores se, & ingressi habitant ibi. Et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus, 25

Factum est autem, cum hæc diceret: extollens vocem quædam mulier de turba dixit illi: Beatus venter, qui te portauit, & vbera quæ suxisti. 26

At ille dixit: Quinimo beati, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. 27

Turbis autē concurrentibus cœpit dicere: * Generatio hæc, generatio nequam est: signum quærit, & signū non dabitur ei, nisi signū Ionæ prophetæ. 28

* Nam sicut fuit Ionas signum Niniuitis: ita erit & Filius hominis generationi isti. 29

Regina Austri surget in iudicio cum viris generationis huius, & condemnabit illos: quia venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis: & ecce plus quam Salomon hic. 30

Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabunt illam, * quia pœnitentiam egerunt ad prædicationem Ionæ: & ecce plus quam Ionas hic. 31

* Nemo lucernam accendit, & in abscondito ponit, neque sub modio: sed supra candelabrum, vt qui ingrediuntur, lumen videant. 32

* Lucerna corporis tui, est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit: si autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit. 33

Vide ergo ne lumen, quod in te est, tenebræ sint. 34

Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum, & sicut lucerna fulgoris illuminabit te. 35

Et cum loqueretur, rogauit illum quidam Pharisæus, vt prandaret apud se. Et ingressus recubuit. 36

Pharisæus autem cœpit intra se reputans dicere: quare non baptizatus esset ante prandium. 37

Transl. ex Syriac.

* Quumq; eiecisset dæmonium quod erat mutum: factum est postquàm exijsset dæmonium illud, vt loqueretur mutus ille: & mirati sunt cœtus. 13

Quidam verò ex ijs dixerunt: In Beelzeboub principe dæmoniorum eijcit iste dæmonia. 14

Alij vero quum tentarent eum, signum è cælo petebant ab eo. 15

Ieschua vero qui sciebat cogitationes eorum, dixit eis: Omne regnum diuisum aduersus semetipsum, vastabitur, & domus quæ in seipsam diuisa est, cadet. 16

Quod si Satanas in seipsum diuisus est: quomodo subsistet regnum eius? nam dicitis per Beelzeboub eijcere me dæmonia. 17

Quod si ego per Beelzeboub eijcio dæmonia: filij vestri per quem eijciunt? Propterea ipsi erunt vobis iudices. 18

Sin autem digito Dei eijcio dæmonia: peruenit ad vos regnum Dei. 19

Quum strenuus quispiam armatus custodit atrium suum, in pace est possessio eius. 20

Sin autem venerit aliquis fortior eo, eumq; vicerit, vniuersam eius armaturam aufert qua ipse confidebat, & spolia eius diuidit. 21

Qui non est mecum, contra me est; quique non colligit mecum spargit spargendo. 22

Spiritus impurus quum exierit ab homine, profectus perlustrat per loca aquis carentia, vt quærat sibi requiem: quumq; non inuenit, ait: Reuertar domum meam vnde fum egressus. 23

Si veniat autem inuenit eam scopatam & paratam. 24

Tunc profectus assumit septem spiritus alios seipso nequiores: & ingrediuntur, ac degunt illic. Fitq; finis hominis illius longe deterior eius principio. 25

* Quumq; hæc loqueretur: attollit mulier quadam vocem suam è turba & dixit ei: Beatus uterus qui te portauit, & vbera qua lactauerunt te. 26

Dixit ei ipse: Beati illi qui audiunt sermonem Dei, & custodiunt eum. 27

Quumq; congregarentur cœtus, cœpit dicere: Generatio hac scelesta signum requirit, & signum non dabitur ei nisi signum Iaunon Prophetæ. 28

Quemadmodum enim fuit Iaunon signum Niniuitis: ita erit & Filius hominis generationi huic. 29

Regina Austri surget in iudicio cum hominibus generationis istius, eosque reos peraget: quippe quæ venerit ab vlterioribus terræ partibus, vt audiret sapientiam ipsius Schelemoun: & ecce præstantior Schelemoun hic est. 30

Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista, eamque peragent ream, quippe qui pœnitentiam egerint prædicatione Iaunon: & ecce præstantior Iaunon hic est. 31

Nemo accendit lucernam, eamq; ponit in abdito, aut modium: sed super candelabrum, vt ij qui introeunt videant lumen eius. 32

Lucerna corporis tui est oculus tuus. Quum igitur oculus tuus fuerit simplex, etiam totum corpus tuum erit lucidum: sin autem fuerit malus, & totum corpus tuum erit tenebrosum. 33

Caue igitur ne lumen quod in te est, tenebræ sint. 34

Verum enimuero si totum corpus tuum lucidum fuerit, nec habuerit vllam partem tenebrosam, erit lucidum totum instar lucernæ, quæ ardendo te illustrat. 35

* Quum autem locutus esset, efflagitauit ab eo Pharisæus quidā, vt epularetur apud se. Et ingressus discubuit. 36

Ille vero Pharisæus quum vidisset eum, miratus est, quod non prius abluisset se ante prandium suum. 37

Transl. B. Ariæ Mont.

Et erat eiiciẽs dæmonium, & illud erat mutum. Factum est autem dæmonio egresso locutus est mutus, & admiratæ sunt turbæ. 13

Quidam autem ex eis dixerunt, in Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia. 14

Alij autem tentantes, signum ab eo quærebant de cælo. 15

Ipse autem videns cogitationes eorum, dixit eis: Omne regnum in seipsum diuisum desolatur, & domus supra domum cadit. 16

Si autem & Satanas in seipsum diuisus est, quomodo stabit regnum eius? quia dicitis in Beelzebub eijcere me dæmonia. 17

Si autem ego in Beelzebub eijcio dæmonia: filij vestri in quo eijciunt? propter hoc iudices vestri ipsi erunt. 18

Si autem in digito Dei eijcio dæmonia: profecto peruenit in vos regnum Dei. 19

Cum fortis armatus custodit suum atrium, in pace sunt obtingentia ipsius. 20

Postquam autem fortior eo superueniens vicerit eum, omnem armaturam eius tollit, in qua confidebat, & spolia eius distribuit. 21

Non existens cum me, contra me est: & non colligens cum me, dispergit. 22

Cum immundus spiritus exierit ab homine, perambulat per inaquosa loca, quærens requiem: & non inueniens, dicit, Reuertar in domum meam vnde exiui. 23

Et veniens inuenit scopis versam & ornatam. 24

Tunc vadit, & assumit septem alios spiritus nequiores seipso, & ingressi habitant ibi: & fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. 25

Factum est autem in dicere ipsum hæc, extollens quædam mulier vocem ex turba dixit illi: Beatus vterus portans te, & vbera quæ suxisti. 26

Ille autem dixit: Quinimo beati audientes verbum Dei, & custodientes illud. 27

At turbis congregatis cœpit dicere: Generatio hæc mala est: signum quærit, & signum non dabitur ei nisi signum Ionæ prophetæ. 28

Sicut enim factus est Ionas signum Niniuitis: ita erit & Filius hominis generationi isti. 29

Regina Austri excitabitur in iudicio cum viris generationis huius & condemnabit illos: quia venit à terminis terræ audire sapientiam Salomonis: & ecce plus Salomone hic. 30

Viri Niniuitæ resurgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabunt illam, quia pœnitentiam egerunt ad proclamationem Ionæ: & ecce plus Iona hic. 31

Nemo autem lucernam accendens in abscondito ponit, neque sub modio: sed supra candelabrum, vt ingredientes lumen videant. 32

Lucerna corporis est oculus: cum ergo oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum est: si autem fceleratus fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum. 33

Aduerte ergo ne lumen, quod in te, tenebræ sint. 34

Si ergo corpus tuum totum lucidum, non habens aliquam partem tenebrosam, erit lucidum totum, vt cum lucerna fulgore illuminat te. 35

In autem loqui, rogauit illum Pharisæus quidam vt prandaret apud se: ingressus autẽ recubuit. 36

At Pharisæus videns admiratus est, quod non prius ablutus esset ante prandium. 37

Transl. Erasm. Roterod.

Et erat eijciens dæmonium, & illud erat mutum, cumque eiecisset dæmonium, locutus est mutus, & admirata sunt turbæ. 13

Quidam autem ex eis dixerunt: Per Beelzebul principem dæmoniorum eijcit dæmonia. 14

Et alij tentantes, signum de cælo quærebant ab eo. 15

Ipse autem cum sciret cogitationes eorum, dixit eis: Omne regnum aduersus seipsum diuisum desolatur, & domus super domum cadet. 16

Quod si Satanas quoque aduersus seipsum diuisus est, quomodo stabit regnum eius? quia dicitis per Beelzebul eijcere me dæmonia. 17

Quod si ego Beelzebul præsidio eijcio dæmonia, filij vestri cuius præsidio eijciunt? Ideo ipsi iudices vestri erunt. 18

Porro si digito dei eijcio dæmonia, peruenit ad vos regnum Dei. 19

Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea quæ possidet. 20

Vbi vero fortior eo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius aufert, in quibus confidebat, & spolia eius distribuit. 21

Qui non est mecum, contra me est: & qui non colligit mecum, dispergit. 22

Cum immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arentia, quærens requiem, & non inueniens, dicit: Reuertar in domum meam vnde exiui. 23

Et cum venerit, inuenit eã scopis mundatã atq; ornatã. 24

Tunc vadit, & assumit septem alios spiritus secum nocentiores ipso, & ingressi habitant ibi, & fiunt extrema hominis illius peiora primis. 25

Factum est autem cum hæc diceret, extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi: Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti. 26

At ille dixit: Quinimmo, beati qui audiunt sermonem dei, & custodiunt illum. 27

Turbis autem condensantibus se, cœpit dicere: Natio hæc mala est. Signum quærit, & signum non dabitur ei nisi signum Ionæ prophetæ. 28

Nam sicut fuit Ionas signum Niniuitis, ita erit & Filius hominis nationi isti. 29

Regina Austri surget in iudicio cum viris nationis huius, & condemnabit illos, quia venerit à finibus terræ, vt audiret sapientiam Solomonis, & ecce plus quam Solomon hoc in loco. 30

Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum natione hac, & condemnabunt illam; quia ad pœnitentiam adducti sunt prædicatione Ionæ, & ecce plus quam Iona hoc in loco. 31

Nemo lucernam accendit, & in abscondito ponit, neque subter modium, sed super candelabrum, vt, qui ingediuntur, lumen videant. 32

Lucerna corporis est oculus. Cum igitur oculus tuus fuerit simplex, totum quoque corpus tuum lucidum erit: quod si malus fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit. 33

Vide ergo ne lumen quod in te est, tenebræ sint. 34

Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrosam, sic erit lucidum totum vt lucerna fulgore illuminat te. 35

Et cum loqueretur, rogauit illum quidam pharisæus, vt prandaret apud se. Iesus autem ingressus accubuit. 36

Pharisæus autem cum vidisset, admiratus est, quod non prius lauisset ante prandium. 37

Vulgat. Editio.

Mat.23. 25. Et ait Dominus ad illum: Nunc vos Pharisæi quod deforis est calicis,& catini, mundatis: quod autem intus est vestrum,plenum est rapina, & iniquitate.

Stulti,nonne qui fecit quod deforis est, etiam id, quod deintus est,fecit?

Veruntamen quod superest, date eleemosynam: & ecce omnia munda sunt vobis.

Sed væ vobis Pharisæis,quia decimatis mētham, & rutam,& omne olus, & præteritis iudicium, & charitatem Dei: hæc autem oportuit facere, & illa non omittere.

Inf.20.45 Mar.12. 38. Mat.23.6 * Væ vobis Pharisæis,quia diligitis primas cathedras in synagogis,& salutationes in foro.

Væ vobis,quia estis vt monumenta,quæ non apparent,& homines ambulantes supra,nesciunt.

Respondens autem quidam ex Legisperitis, ait illi:Magister, hæc dicens etiam contumeliam nobis facis.

Mat.23.4 At ille ait: Et vobis Legisperitis væ: * quia oneratis homines oneribus, quæ portare non possunt: & ipsi vno digito vestro non tangitis sarcinas.

Væ vobis,qui ædificatis monumenta Prophetarum:patres autem vestri occiderunt illos.

Profecto testificamini quod consentitis operibus patrum vestrorum:quoniam ipsi quidem eos occiderunt,vos autem ædificatis eorum sepulchra.

Propterea & sapienta Dei dixit: Mittam ad illos Prophetas,& Apostolos,& ex illis occident, & persequentur:

Vt inquiratur sanguis omnium Prophetarum, qui effusus est à constitutione mundi à generatione ista:

2Gen.4.2 2.Para.24 22. * A sanguine Abel, vsque ad sanguinem Zachariæ,qui perijt inter altare, & ædem.Ita dico vobis, requiretur ab hac generatione.

Væ vobis Legisperitis,quia tulistis clauem scientiæ,ipsi non introistis,& eos,qui introibant,prohibuistis.

Cum autem hæc ad illos diceret,cęperunt Pharisæi & Legisperiti grauiter insistere,& os eius opprimere de multis.

Insidiantes ei, & quærentes aliquid capere de ore eius, vt accusarent eum.

CAP. XII.

Mat.16.6 Mar.8.15 Mat.10. 26. Mar. 4. 22. MVltis autem turbis circumstantibus, ita vt se inuicem conculcarent, cœpit dicere ad discipulos suos: * Attendite à fermento Pharisæorum,quod est hypocrisis.

Nihil autem opertum est, quod non reueletur: neque absconditum,quod non sciatur.

Quoniam quæ in tenebris dixistis,in lumine dicentur:& quod in aurem locuti estis in cubiculis, prædicabitur in tectis.

Dico autem vobis amicis meis:Ne terreamini ab his,qui occidunt corpus, & post hæc non habent amplius quid faciant.

Ostendam autem vobis quem timeatis: timete eum,qui,postquam occiderit, habet potestatē mittere in gehennam;ita dico vobis,hunc timete.

Nonne quinque passeres væneunt dipondio, & vnus ex illis non est in oblitione coram Deo?

Sed & capilli capitis vestri omnes numerati sunt Nolite ergo timere: multis passeribus pluris estis vos.

Transl.ex Syriac.

Dixit autem ei Ieschua:Nunc vos Perischai exteriorem calicis,paropsidisq; partem purgatis: at quod intra vos est plenum est rapina & scelere.

Expertes rationis, nonne qui fecit quod foris est, idem & quod intus est fecit?

Verum id quod est,date in eleemosynam: & ecce omnia erunt vobis munda.

Sed væ vobis Perischais, quippe qui decimetis membā, & rutam, & omne olus, præteritis autem iudicium, & & charitatem Dei: hæc autem oportuit vt faceretis, & illa non omitteretis.

Væ vobis Perischais,quippe qui diligatis primos consessus in Synagoga,& salutationem in plateis.

Væ vobis Scribæ, & Perischai acceptores vultus, quippe qui sitis instar sepulchrorum,quæ non innotescunt, & super ea ambulant homines,nec norunt.

Respondit autem vnus è Scribis, & dixit ei: Doctor, quum ista dicis,nos quoque probro afficis.

Ipse vero dixit: Væ etiam vobis Scribæ: quippe qui oneretis homines oneribus grauissimis:vos autem ne vno quidem ex digitis vestris attingitis onera illa.

Væ vobis,quippe qui extruatis sepulchra Prophetarum: quos Patres vestri interemerunt,

Vos igitur testes estis, & acquiescitis oneribus Patrum vestrorum:ij enim interfecerunt eos, vos autem extruitis sepulchra eorum.

Lectio in Lunæ 3. in Cana. ** Propterea & sapientia dixit: Ecce ego mittam ad eos Prophetas,& Apostolos,quorum alios persequentur, alios trucidabunt.*

Vt requiratur sanguis omnium prophetarum qui effusus est ex quo conditus est mundus à generatione ista:

A sanguine Hobil, vsque ad sanguinem Zecario illius, qui interfectus est inter templum & altare,Sane dico vobis, requiretur ab ista generatione.

Væ vobis Scribæ,quippe qui sustuleritis claues scientiæ, nec vos introistis, nec non ipsos, qui introibant prohibuistis.

Quumque hæc eis diceret, cœperunt Scribæ, & Perischai id agre ferre,& corripiebantur furore, & aucupabantur verba eius.

Dolumq; ei nectebant in multis, dum quærerent carpere quidpiam ex ore ipsius,vt possent eum deferre.

CAP. XII.

Lectio in quarta monta. ne Mar. tyrum. *QVum autem congregatæ essent multitudines cœtuum plurimorum,adeo vt alij alios conculcarent, cœpit Ieschua dicere discipulis suis: Inprimis cauete vobis ipsis à fermento Perischæorum,quod est vultus acceptio.*(personata simulatio.)

Nihil enim opertum est,quod non reueletur, neque occultum quod non innotescat.

Quoniam quæcumque in tenebris dixistis, in luce audientur: & quod in penetralibus in aures susurrastis, supra tecta prædicabitur.

Dico autem vobis amicis meis:Ne timueritis ab ijs,qui interficiunt corpus,& postea non habent quod amplius faciant.

Ostendam autem vobis quem timeatis eum, qui postquam interfecerit,potens est vt conijciat in gehennam: etiam dico vobis hunc timete.

Nonne quinque passeres veneunt duobus assariis? & vnus ex eis non datur oblitioni coram Deo;

Quinimo omnes pili comæ capitis vestri numerati sunt: Ne igitur timueritis: multitudine passerum præstantiores estis.

Transl. B. Ariæ Mont.

Ait autem Dominus ad illum: Nunc vos Pharisæi quod deforis calicis, & catini, mundatis: quod autem intus vestrum, plenum est rapina, & iniquitate.

Stulti, nonne faciens quod deforis, & quod deintus fecit?

Veruntamen inexistentia, date eleemosynam, & ecce omnia munda vobis sunt.

Sed væ vobis Pharisæis, quia decimatis mētham, & rutam, & omne olus, & præteritis iudicium, & charitatem Dei: hæc autem oportuit facere, & illa non omittere.

Væ vobis Pharisæis, quia diligitis primam sessionem in synagogis, & salutationes in foris.

Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, quia estis vt monumenta, non apparentia, & homines deambulantes supra, non sciunt.

Respondens autem quidam Legisperitorum, ait illi: Magister, hæc dicens & nos notas.

Ille autem ait: Et vobis Legisperitis væ: quia oneratis homines onerib⁹, difficulter portabilibus, & ipsi vno digitorū vestrorum nō attingitis onera.

Væ vobis, quia ædificatis monumenta Prophetarum: at patres vestri occiderunt illos.

Profecto testificamini & consentitis operibus patrum vestrorum: quoniam ipsi quidem occiderunt eos, vos autem ædificatis eorum sepulchra.

Propter hoc & sapiētia Dei dixit: Mittam ad illos Prophetas, & Apostolos, & ex illis occident, & persequentur:

Vt inquiratur sanguis omnium Prophetarum, effusus à constitutione mundi à generatione ista:

A sanguine Abel, vsque ad sanguinem Zachariæ, perditi inter altare, & ædem. Etiam dico vobis, requiretur à generatione hac.

Væ vobis Legisperitis, quia tulistis clauem scientiæ, ipsi non introistis, & introeuntes prohibuistis.

Dicente autem illo hæc ad illos, cęperunt Scribæ & Pharisæi grauiter insistere, & obtundeere ipsum de multis.

Insidiantes ei, & quærentes venare aliquid de ore eius, vt accusarent eum.

CAP. XII.

IN quibus adcongregatis myliadibus turbæ, vt conculcare alij alios, cœpit dicere ad discipulos suos primum: Attēdite vobisipsis à fermento Pharisæorum, quod est hypocrisis.

Nihil enim coopertum est, quod non reueletur: & absconditum, quod non sciatur.

Propter quæ, quæ in tenebris dixistis, in lumine audientur: & quod ad aurem locuti estis in cubiculis, prædicabitur supra domos.

Dico autem vobis amicis meis: Ne timeatis ab occidentibus corpus, & post hæc non habentibus abundantius quid facere.

Ostendam autem vobis quem timeatis: timete illum post occidere, auctoritatem habentem inijcere in gehennam; ita dico vobis, hunc timete.

Nonne quinque passeres vęneunt assariis duobus: & vnus ex illis non est in obliuione corā Deo?

Sed & capilli capitis vestri omnes numerati sunt, ne ergo timete: multis passeribus præstatis vos.

Transl. Erasm. Roterod.

Et ait dominus ad illum: Nunc vos pharisæi exteriora poculi, catinique mundatis, & quod intus est vestri, plenum est rapina & malicia:

Stulti, nonne qui fecit quod foris est, etiam id quod intus est fecit?

Verum tamen quod supereſt, date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis.

Sed væ vobis pharisæis, quia decimatis mentam, & rutam, & quod olus, & præteritis iudicium & charitatem dei. Immo hæc oportuit facere & illa non omittere.

Væ vobis pharisæis, quia diligitis primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro.

Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, quia estis vt monumenta quæ non apparent, & homines ambulantes super neſciunt.

Respondens autem quidam ex legisperitis, ait illi: Magister, hæc dicens etiam nos afficis contumelia.

At ille ait: Et vobis Legisperitis væ, quia oneratis homines oneribus, quæ portare non possunt, & ipsi vno digito vestro non attingitis farcinas.

Væ vobis, quia ædificatis monumenta prophetarum, patres autem vestri occiderunt illos:

Profecto testamini, quod comprobatis facta patrum vestrorum, quoniam illi quidem eos occiderunt, vos autem ædificatis eorum sepulchra.

Propterea & sapientia dei dixit: Mittam ad illos Prophetas, & Apoſtolos, & ex illis occident & persequentur.

Vt requiratur sanguis omnium Prophetarum qui effunditur à conſtitutione mundi à natione ista:

A sanguine Abel, vsque ad sanguinem Zachariæ, qui periit inter altare & ædem, profecto dico vobis, requiretur ab hac natione.

Væ vobis Legisperitis, quia tuliſtis clauem scientiæ, ipsi non introiſtis, & eos qui introibant, vetuiſtis.

Cum autem hæc ad illos diceret, cœperunt Legisperiti & Pharisæi grauiter inſiſtere, & captioſe interrogare eum de multis.

Insidiantes ei, & quærentes aliquid venari ex ore eius, quo accuſarent eum.

CAP. XII.

CVm autem conueniſſent innumera turba multitudo, vt se inuicem cōculcarent, cœpit dicere adeo ad discipulos suos primum: Cauete vobisipsis à fermento pharisæorum, quod est hypocriſis.

Nihil enim opertum est, quod non reuelabitur: neque abſconditum, quod non scietur.

Quoniam quæ in tenebris dixiſtis, in lumine audientur, & quod in aurem loquuti estis in conclauibus, prædicabitur in tectis.

Dico autem vobis amicis meis: Ne terreamini ab his qui occidunt corpus, & poſt hæc non habent quod amplius faciant.

Oſtendam autem vobis quem timeatis. Timete eum, qui poſt quam occiderit, habet poteſtatem conijciendi in gehennam, certe dico vobis, hunc timete.

Nonne quinque paſſerculi veneunt minutis aſſibus duobus, & vnus ex illis non eſt in obliuione coram deo.

Quin & pili capitis veſtri omnes numerati sunt. Nolite ergo timere, multis paſſeribus pluris eſtis.

Vulgat. Editio.

*Mat.10. 32. Mar.8.38 2.Ti.2.12 *Mat.12. 32. Mar.3.28

* Dico autem vobis: Omnis, quicumque confessus fuerit me coram hominibus, & Filius hominis confitebitur illum coram Angelis Dei:

Qui autem negauerit me coram hominibus, negabitur coram Angelis Dei.

* Et omnis, qui dicit verbum in Filium hominis, remittetur illi: ei autem, qui in Spiritum sanctum blasphemauerit, non remittetur.

Cum autem inducent vos in Synagogas: & ad Magistratus, & Potestates, nolite soliciti esse qualiter, aut quid respondeatis, aut quid dicatis.

Spiritus enim sanctus docebit vos in ipsa hora quid oporteat vos dicere.

Ait autem ei quidam de turba: Magister, dic fratri meo vt diuidat mecum hæreditatem.

At ille dixit illi: Homo, quis me constituit iudicem, aut diuisorem super vos?

Dixitque ad illos: Videte, & cauete ab omni auaritia: quia non in abundantia cuiusquam vita eius est ex his quæ possidet.

*Eccl.11 19. Dixit autem similitudinem ad illos, dicens: *Hominis cuiusdam diuitis vberes fructus ager attulit:

Et cogitabat intra se dicens: Quid faciam, quia non habeo quo congregem fructus meos?

Et dixit: Hoc faciam: destruam horrea mea, & maiora faciam: & illuc congregabo omnia, quæ nata sunt mihi, & bona mea.

Et dicam animæ meæ, Anima, habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce, comede, bibe, epulare.

Dixit autem illi Deus: Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te: quæ autem parasti, cuius erunt?

Sic est qui sibi thesaurizat, & non est in Deum diues.

*Ps.54.23 Mat.6.25 1.Pet.5.7 Dixitq; ad discipulos suos: Ideo dico vobis: * Nolite soliciti esse animæ vestrę quid manducetis: neque corpori quid induamini.

Anima plus est quam esca, & corpus plus quam vestimentum.

Considerate coruos quia non seminant, neq; metunt, quibus non est cellarium, neque horreum, & Deus pascit illos. Quãto magis vos pluris estis illis?

Quis autem vestrum cogitando potest adijcere ad staturam suam cubitum vnum?

Si ergo neque quod minimum est potestis, quid de cæteris soliciti estis?

Considerate lilia quomodo crescunt: non laborant, neque nent: dico autẽ vobis, nec Salomon in omni gloria sua vestiebatur, sicut vnum ex istis.

Si autem fœnum, quod hodie est in agro, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit: quãto magis vos pusillæ fidei?

Et vos nolite quærere quid manducetis, aut quid bibatis, & nolite in sublime tolli:

Hæc enim omnia gentes mundi quærunt. Pater autem vester scit quoniam his indigetis.

Verumtamen quærite primum regnum Dei, & iustitiam eius: & hæc omnia adijcientur vobis.

Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum.

*Mar.6. 20. & 19. 21. * Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam.

Facite vobis sacculos, qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in cœlis: quò fur non appropiat, neque tinea corrumpit.

Vbi enim thesaurus vester est, ibi & cor vestrum erit.

Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris.

Transl. ex Syriac.

8 *Dico autem vobis: Quicunque confessus me fuerit coram hominibus, etiam Filius hominis confitebitur eum coram Angelis Dei.*

9 *Qui vero abnegauerit me coram hominibus, abnegabitur ipse coram Angelis Dei.*

10 *Et quisquis proferet sermonem aduersus Filium hominis, remittetur ei: qui vero aduersus Spiritum sanctitatis blasphemauerit, non remittetur ei.*

11 *Quum autem sisterint vos in Synagogis coram Principibus, & Præsidibus, ne solliciti sitis quomodo depromatis spiritum, (defensione vtemini) aut quid dicetis.*

12 *Spiritus enim sanctitatis docebit vos illa ipsa hora, quæ vos oporteat dicere.*

13 * *Dixit autem ei quidam è turba illa: Doctor, dic fratri meo, vt diuidat mecum hæreditatem.* Feria 4. lectionem ejus.

14 *Ieschua autem dixit ei: Heus tu, quis me constituit super vos iudicem, aut partitorem?*

15 *Et ait discipulis suis: Cauete ab omni auaritia: neque enim in abundantia diuitiarum est vita.*

16 *Dixitque eis parabolam: Viri cuiusdam diuitis protulit terra multos prouentus:*

17 *Et animo versabat, & dicebat: Quid faciam? nec enim habeo vbi cogam prouentus meos.*

18 *Subditque: Hoc faciam: diruam horrea mea, & ædificabo ac dilatabo ea, & cogam illic omnes fructus meos & bona mea.*

19 *Et dicam animæ meæ, Anima mea, sunt tibi bona plurima reposita in multos annos: requiesce, ede, bibe, oblectare.*

20 *Dixit autem ei Deus: Expers rationis, hac nocte animam tuam repetunt abs te: & quæ parasti, cuiusnam futura sunt?*

21 *Ita est, qui reponit sibi thesauros, & in Deo non est diues.*

22 *Et ait discipulis suis: Propterea dico vobis: Ne solliciti sitis de anima vestra, quid esuri sitis: nec de corpore vestro, quid induetis.*

23 *Quandoquidem anima præstantior est cibo, & corpus indumento.*

24 *Considerate coruos qui nec seminant, nec metunt, quibus nec est cella nec horreum, Deus tamen alit eos. Quanto igitur vos præstatis volucribus?*

25 *Quis autem ex vobis, quum sollicitus fuerit, potest addere ad staturam suam cubitum vnum?*

26 *Quod si ne id quidem minimum potestis, quid de cæteris solliciti estis?*

27 *Considerate lilia quomodo crescant, quæ nec laborant, neque nent: dico autem vobis, ne Schelemoun quidem in tota gloria sua amictum fuisse, vt vnum ex eis.*

28 *Quod si herbam, quæ hodie est in agro, cras vero conjicitur in clibanum, Deus ita circumuestit: quanto magis vos, modicæ fidei?*

29 *Vos itaque ne quæsieritis quid edatis, aut bibatis, nec immoretur mens vestra in istis.*

30 *Hæc enim omnia gentes huius mundi requirunt. Pater autem vester nouit, & vobis hæc desiderari.*

31 *Verum quærite regnum Dei, & hæc omnia adijcientur vobis.*

32 * *Ne timueris, ô parue grex, quia vult pater vester dare vobis regnum.* Lectio 2. pro Apostolorum.

33 *Vendite possessionem vestram, & date eleemosynam.*

34 *Facite vobis marsupia, quæ non veterascunt, & thesaurum qui non præterit in cœlis: quò fur non appropinquat, & vbi tinea non corrumpit.*

35 *Vbi enim est thesaurus vester, ibi erit, & cor vestrum.*

36 *Sint præcincti lumbi vestri, & accensæ lucernæ vestræ.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Dico autem vobis. Omnis quicunque confessus fuerit in me coram hominibus confitebitur in illo coram angelis Dei.

At negans me coram hominibus, negabitur coram angelis Dei.

Et omnis qui dicit verbum in Filium hominis, remittetur illi: at in sanctum Spiritum blasphemanti, non remittetur.

Cum autem adduxerint vos in synagogas & principatus, & potestates, ne curate qualiter aut quid excusetis, aut quid dicatis.

Nam sanctus Spiritus docebit vos in ipsa hora quæ oporteat dicere.

Ait autem quidam ei de turba. Magister, dic fratri meo partiri cum me hæriditatem.

Ille autem dixit ei: Homo, Quis me constituit iudicem aut diuisorem super vos?

Dixit autem ad illos: Videte & cauete ab auaritia: quia non in redundare cuiquam vita eius est ex substantia ipsius.

Dixit autem similitudinem ad illos, dicens: Hominis cuiusdam diuitis bene tulit regio.

Et ratiocinabatur in seipso, dicens: Quid faciam, quia non habeo quo congregem fructus meos?

Et dixit, Hoc faciam, Destruam mea horrea, & maiora ædificabo, & congregabo: illuc omnia nata mea, & bona mea.

Et dicam animæ meæ: Anima, habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce, comede, bibe, oblectare.

Dixit autem illi Deus: Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te: quæ autem parasti, cui erunt?

Sic thesaurizans sibi ipsi, & non in Deum ditescens.

Dixit autem ad discipulos suos Propter hoc vobis dico: Ne soliciti sitis animæ vestræ quid manducetis, neque corpori quid induamini.

Anima plus est alimento, & corpus vestimento.

Considerate coruos, quia non seminant, neque metunt quibus nō est cellarū, neq; horreū, & Deus alit illos: quanto magis vos præstatis volucribus?

Quis autem ex vobis cogitans solicite potest apponere ad staturam suam cubitum vnum?

Si ergo neque minimum potestis, quid de cæteris soliciti estis?

Considerate lilia, quomodo crescunt: non laborant neque nent. Dico autem vobis, Neque Salomon in omni gloria sua circumamiciebatur sicut vnum istorum.

Si autem fœnum in agro hodie existens, & cras in clibanum missum Deus sic circumamicit, quanto magis vos exiguæ fidei?

Et vos ne quærite quid manducetis, aut quid bibatis, & ne suspendamini ex sublimi.

Hæc enim omnia gentes mundi quærunt. vester autem pater scit quoniam indegetis his.

Veruntamen quærite regnum Dei & hæc omnia adijcientur vobis.

Ne time pusillus grex; quia bene visum est Patri vestro dare vobis regnum.

Vendite substantias vestras, & date eleemosynam.

Facite vobis crumenas non veterascentes, thesaurū non deficientem in cælis, quò fur non appropiat, neque tinea corrumpit.

Vbi enim est thesaurus vester, ibi & cor vestrum erit.

Sint vestri lumbi præcincti, & lucernæ accensæ.

Transl. Erasm. Roterod.

8 *Dico autem vobis, omnis quicunque confessus fuerit me coram hominibus, & Filius hominis confitebitur illum coram angelis dei.*

9 *Qui autem negauerit me coram hominibus, negabitur coram angelis dei.*

10 *Et quisquis loquitur dictum in Filium hominis, remittetur illi, ei vero qui in Spiritum sanctum conuicium dixerit, non remittetur.*

11 *Cum autem adduxerint vos ad synagogas, & ad magistratus ac potestates, nolite soliciti esse, qualiter aut quid respondeatis, aut quid dicatis.*

12 *Spiritus enim sanctus docebit vos in eadem hora quid oporteat vos dicere.*

13 *Ait autem ei quidam de turba: Magister dic fratri meo, vt diuidat mecum hæreditatem.*

14 *At ille dixit ei: Homo, quis me constituit iudicem aut diuisorem super vos?*

15 *Dixit ad illos: Videte & cauete ab auaritia, quia non in abundantia cuiusquam vita eius est ex his quæ possidet.*

16 *Dixit autem similitudinem ad illos, dicens: Hominis cuiusdam diuitis vberes fructus ager attulit, & cogitabat intra se dicens: Quid faciam, quod non habeam, quo congregem fructus meos?*

17 *Et dixit: Hoc faciam: Destruam horrea mea, & maiora extruam, & illuc congregabo omnia quæ nata sunt mihi bona mea,*

18 *Et dicam animæ meæ. Anima habes multa bona reposita in annos multos, requiesce, comede, bibe, gaude.*

19 *Dixit autem illi deus: Stulte hac nocte animam tuam repetunt abs te. Quæ vero parasti, cui cedent?*

20 *Sic qui recondit sibi, nec est erga deum dives.*

21 *Dixitque ad discipulos suos: Ideo dico vobis: Nolite soliciti esse animæ vestræ, quid edatis, neque corpori, quid induamini.*

22 *Anima plus est quam esca, & corpus plus quam indumentum.*

23 *Considerate coruos quia non seminant, neque metunt, quibus non est penuarium, neque horreum & deus pascit illos. Quanto magis vos præstatis volucribus?*

24 *Quis autem vestrum solicitudine sua potest adijcere ad staturam suam cubitum vnum?*

25 *Si ergo ne id quidem, quod minimum est, potestis, quid de cæteris soliciti estis?*

26 *Considerate lilia, quomodo crescunt, non laborant, neque nent. dico autem vobis, nec Salomon in omni gloria sua vestiebatur sicut vnum ex istis.*

27 *Si autem gramen quod hodie est in agro, & cras in clibanum mittitur, deus sic vestit, quanto magis vos vestiet ô parum fidentes?*

28 *Et vos nolite quærere quid esuri sitis, aut quid bibituri, & nolite in sublime tolli.*

29 *Hæc enim omnia gentes mundi quærunt. pater autem vester scit quod istis indigeatis.*

30 *Quin potius quærite regnum dei, & hæc omnia adijcentur vobis.*

31 *Noli timere pusille grex, quia complacitum est patri vestro dare vobis regnum.*

32 *Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam.*

33 *Parate vobis sacculos qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in cælis, quò fur non accedit, neque tinea corrumpit.*

34 *Vbi enim thesaurus vester est, ibi & cor vestrum erit.*

35 *Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ accensæ.*

36

Vulgat. Editio.

Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quãdo reuertatur à nuptiis, vt cum venerit, & pulsauerit, confestim aperiant ei.

Beati serui illi, quos cùm venerit Dominus, inuenerit vigilantes. Amen dico vobis, quod præcinget se, & faciet illos discumbere, & trasiens ministrabit illis.

Et si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & inuenerit ita, beati sunt serui illi.

a Mat. 24. 43. *Hoc autem scitote quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur veniret, vigilaret vtique, & non sineret perfodi domum suam.

Et vos estote parati: quia, qua hora non putatis, Filius hominis veniet.

Ait autem ei Petrus: Domine, ad nos dicis hanc parabolam: an & ad omnes?

b Apo. 16. 25. Dixit autem Dominus: * Quis putas est fidelis dispensator, & prudens, quem constituet Dñs supra familiã suam, vt det illis in tẽpore tritici mensurã?

Beatus ille seruus, quem cum venerit Dominus, inuenerit ita facientem.

Verè dico vobis, quoniam supra omnia, quæ possidet constituet illum.

Quod si dixerit seruus ille in corde suo: Moram facit Dominus meus venire, & cœperit percutere seruos, & ancillas, & edere & bibere, & inebriari:

Veniet Dominus serui illius in die qua non sperat, & hora qua nescit, & diuidet eum, partemque eius cum infidelibus ponet.

Ille autem seruus qui cognouit voluntatem Domini sui, & non præparauit, & non fecit secundum voluntatem eius, vapulabit multis:

Qui autem non cognouit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis. omni autem cui multum datum est, multum quæretur ab eo: & cui commendauerunt multum, plus petent ab eo.

Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt accendatur?

Baptisma autem habeo baptizari, & quomodo coarctor, vsque dum perficiatur?

c Mat. 10. 34. *Putatis quia pacem veni dare in terra? non, dico vobis, sed separationem.

Erunt enim ex hoc quinque in domo vna diuisi, tres in duos, & duo in tres,

Diuidentur: pater in filium, & filius in patrem: suum: mater in filiam, & filia in matrem: socrus in nurum suam, & nurus in socrum suam.

d Mat. 16. 3. *Dicebat aũt & ad turbas: Cũ videritis nubẽ oriẽtẽ ab occasu, statim dicitis, Nimbus venit: & ita fit.

Et cum Austrum flantem, dicitis, quia æstus erit, & fit.

Hypocritæ, faciem cæli & terræ nostis probare, hoc autem tempus quomodo non probatis?

Quid autẽm & à vobisipsis non iudicatis quod iustum est?

e Mat. 5. 25. *Cum autem vadis cum aduersario tuo ad Principem, in via da operam liberari ab illo; ne forte trahat te ad iudicem, & iudex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerem.

Dico tibi, Non exies inde, donec etiam nouissimum minutum reddas.

CAP. XIII.

ADerant autem quidam ipso in tempore nuntiantes illi de Galilæis, quorum sanguinem Pilatus miscuit cum sacrificiis eorum.

Transl. ex Syriac.

Et estote similes viris præstolantibus dominum suum, quando reuersurus sit à domo conuiuij (à nuptijs) vt quum venerit, ac pulsauerit, confestim aperiant ei. 36

Fœlices serui illi, quos quum venerit Dominus ipsorum, inuenerit vigilantes: amin dico vobis, præcinctus lumbos faciet vt discumbant, & transiens ministrabit eis. 37

Et si vigilia secunda aut tertia venerit, & ita inuenerit fœlices serui illi. 38

Hoc autem scitote, si sciret dominus domus quanam vigilia venturus sit fur, vigilaret, nec sineret perfodi domum suam. 39

Et vos igitur estote parati, quoniam qua hora non putatis, venturus est Filius hominis. 40

Dixit ei Schemeoun Kipho: Domine noster, nobis dicis parabolam hanc, an etiam omnibus? 41

Dixit ei Ieschua: Quisnam est præfectus domus fidelis & sapiens, quem constituet dominus super famulitium suum, vt det demensum in tempore suo? 42

Fœlix ille seruus, quem quum venerit dominus eius, inuenerit ita facientem: 43

Verè dico vobis, constituet eum super vniuersam possessionem suam. 44

Sin autem dixerit seruus ille in corde suo: Dominus meus tardat aduentum: cœperitque percutere seruos & ancillas, domini sui, & cœperit edere, bibere, & inebriari: 45

Veniet dominus serui illius die quo non putat, & hora quam non nouit: & separabit eum, & ponet partem eius cum ijs qui sunt infideles. 46

Porro seruus ille qui nouit voluntatem domini sui nec se comparauit iuxta voluntatem ipsius, vapulabit multis. 47

Is vero qui non nouit, & fecit digna plagis, vapulabit plaga paucis. Nam cuicumque multum datum est, multum repetetur ab eo, & apud quem multum depositum est, amplius reposcent ab ipsius manu. 48

Ignem veni proiecturus in terram, & quid volo si iam accensus est? 49 * Iedis permutatus.

Sed baptismo baptizandus sum, multumq; constringor quousque adimpleatur. 50

Putatis me pacem venisse vt mittam in terram? dico vobis, minime, sed dissidia. 51

Posthac enim erunt quinque in domo vna dissidentes, tres aduersus duos, & duo aduersus tres. 52

Siquidem dissidebit pater aduersus filium suum, & filius aduersus patrem suum: mater aduersus filiam suam, & filia aduersus matrem suam: socrus aduersum nurum suam, & nurus aduersus socrum suam. 53

Et dicebat turbis: Quando videritis nubem exorientem ab Occasu, statim dicitis. Venit pluuia: & ita fit. 54

Quumque flantem Austrum, dicitis: Æstus erit, & fit. 55

Acceptores vultus, (personati,) faciem cæli & terræ nostis discernere, hoc autem tempus quomodo non dijudicatis? 56

Cur autem per vosmetipsos non iudicatis veritatem? 57

Quum enim proficisceris cum aduersario tuo ad magistratum, interea dum es in via, da mercedem vt liberetis ab eo; ne adducat te ad iudicem, & iudex tradat te exactori, exactor conijciat te in carcerem. 58

Equidem dico tibi, non exibis illinc, vsquequo redideris vltimum octauum. 59

CAP. XIII.

Lectio Dominicæ festis de post festum Cruc.

EO autem tempore venientes quidam renunciarunt ei de Galilæis illis, quorum Pilatus miscuerat sanguinem cum ipsorum sacrificijs. 1

Transl. B. Ariæ Mont.

Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum,quãdo reuertetur à nuptiis, vt veniente & pulsante, confestim aperiant ei. 36

Beati serui illi, quos veniens Dominus inuenerit vigilantes. Amen dico vobis, quod circumcingetur,& faciet discumbere illos,& prodiens ministrabit illis. 37

Et si venerit in secunda vigilia, & in tertia vigilia venerit,& inuenerit ita,beati sunt serui illi. 38

Hoc autem scitote quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur veniret,vigilaret vtique, & non vtique sineret perfodi domum suam. 39

Et vos igitur estote parati: quia qua hora non putatis,filius hominis venit. 40

Ait autem ei Petrus: Domine,ad nos parabolam hanc dicis,an & ad omnes? 41

Dixit autem Dominus: Quis nam est fidelis dispensator, & prudens, quem constituet Dñs super familitio suo,ad dandũ in tẽpore tritici mensurã? 42

Beatus seruus ille, quem veniens Dominus eius inuenerit facientem ita. 43

Verè dico vobis, quoniam super omnibus substantiis ipsius constituet illum. 44

Si autem dixerit seruus ille in corde suo, Tardat Dominus meus venire, & cœperit percutere pueros,& ancillas, edereque & bibere,& inebriari. 45

Veniet Dominus serui illius in die qua non exspectat,& in hora qua non cognoscit, & dissecabit eum,& partem eius cum infidelibus ponet. 46

Ille autem seruus noscens voluntatem Domini sui, & non apparans, neque faciens ad voluntatem eius,cædetur multis. 47

Qui autem non noscens, faciens autem digna plagis,cædetur paucis. omni autem cui datum est multum,multum quæretur ab eo: & cui deposuerunt multum,abundantius reposcent eum. 48

Ignem veni iacere in terram, & quid volo si iam accendatur? 49

Baptisma autem habeo baptizari, & quomodo coarctor,vsquequo perficiatur? 50

Putatis quia pacem veni dare in terra? non dico vobis,sed discidium. 51

Erunt enim ex nunc quinque in domo vna dispartiti tres in duos,& duo in tres. 52

Dispartietur pater in filium, & filius in patrem: mater in filiam, & filia in matrem: socrus in nurum suam,& nurus in socrum suam. 53

Dicebat autẽ & turbis: Cũ videritis nubẽ orientẽ ab occasibus,statim dicitis,Imber venit:& fit ita. 54

Et cum Austrum flantem,dicitis,quia æstas erit; & fit. 55

Hypocritæ faciem cæli & terræ nostis probare,at tempus hoc quomodo non probatis? 56

Quid autèm & à vobisipsis non iudicatis quod iustum? 57

Cum enim vadis cum aduersario tuo ad principem,in via da operam liberari ab illo, ne forte trahat te ad iudicem,& iudex te tradat exactori,& exactor iaciat te in carcerem. 58

Dico tibi,Non egredieris illinc, vsquequo etiam nouissimum minutum reddas. 59

CAP. XIII.

ADerant autem quidam in ipso tempore nuntiantes illi de Galilæis, quorum sanguinem Pilatus miscuit cum sacrificiis eorum. 1

Transl. Erasm. Roterod.

Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum quando reuertatur à nuptiis: vt cum venerit ac pulsauerit confestim aperiant ei. 36

Beati serui illi, quos cum venerit Dominus, inuenerit vigilantes: amen dico vobis, quod præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. 37

Et si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, atque ita inuenerit, beati sunt serui illi. 38

Hoc autem scitote, quod si scisset pater familias qua hora fur venturus fuisset, vigilasset vtique, nec passus fuisset perfodi domum suam. 39

Et vos igitur estote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis veniet. 40

Ait autem ei Petrus: Domine, ad nos dicis istam parabolam, an etiam ad omnes? 41

Dixit autem Dominus: Quisnam est fidelis dispensator ac prudens, quem constituet Dominus super famulitium suum, vt det illis in tempore demensum cibum? 42

Beatus ille seruus, quem cum venerit Dominus inuenerit ita facientem: 43

Verè dico vobis, quod omnibus quæ possidet, præficiet illum. 44

Quod si dixerit seruus ille in corde suo, differt Dominus meus reditum, cœperitq; percutere seruos & ancillas, & edere bibereq; & inebriari, 45

Veniet Dominus serui illius in die quo non sperat, & hora qua nescit, & dissecabit eum, partemq; eius cum impiis ponet. 46

Ille autem seruus qui cognouit voluntatem Domini sui, & non se præparauit, nec fecit secundum voluntatem eius, plagis vapulabit multis. 47

Qui autem non cognouit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis. Porrò cuicunque multum datum est, multum quæretur ab eo: & cui commendauerunt multum, plus petent ab eo. 48

Ignem veni missurus in terram, & quid volo, si iam accensus est? 49

Sed baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctor, donec perficiatur? 50

Putatis quod pacem venerim missurus in terram? Non dico vobis, imo separationem. 51

Erunt ex hoc quinque in domo vna diuisi, tres aduersus duos, & duo contra tres. 52

Diuidetur Pater aduersus filium, & filius aduersus patrem, mater aduersus filiam, & filia aduersus matrem, socrus aduersus nurum suam, & nurus aduersus socrum suam. 53

Dicebat autem & ad turbas: Cum videritis nubem orientem ab occasu, statim dicitis, imber venit, & ita fit. 54

Et cum austrum flantem dicitis, quod æstus erit, & fit. 55

Hypocritæ, faciem cæli & terræ nostis probare, hoc autem tempus, qui fit vt non probetis? 56

Cur autem & ex vobisipsis non iudicatis quod iustum est? 57

Cum enim vadis cum aduersario tuo ad magistratum in via, da operam, vt liberetis ab illo, ne forte pertrahat te ad iudicem, & iudex tradat te exactori, & exactor coniciat te in carcerem. 58

Dico tibi, non exibis inde, donec vltimum etiam minutum reddas. 59

CAP. XIII.

ADerant autem quidam eodem in tempore nunciantes illi de Galilæis, quorum sanguinem Pilatus miscuerat cum sacrificijs ipsorum. 1

Vulgat. Editio.

Et respondens dixit illis: Putatis quod hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia passi sunt?

Non, dico vobis, sed nisi pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis.

Sicut illi decem & octo, supra quos cecidit turris in Siloe, & occidit eos: putatis quia & ipsi debitores fuerint præter omnes homines habitantes in Ierusalem.

Non, dico vobis: sed si pœnitentiam non egeritis, omnes similiter peribitis.

Dicebat autem & hanc similitudinem: Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua & venit quærens fructum in illa, & non inuenit,

Dixit autem ad cultorem vineæ: Ecce anni tres sunt ex quo venio quærens fructum in ficu hac, & non inuenio: succide ergo illam: vt quid etiam terram occupat?

At ille respondens, dicit illi: Domine dimitte illam & hoc anno, vsque dum fodiam circa illam, & mittam stercora.

Et siquidem fecerit fructum: sin autem in futurum succides eam.

Erat autem docens in synagoga eorum Sabbatis.

Et ecce mulier quæ habebat spiritum infirmitatis annis decem & octo, & erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere.

Quam cum videret Iesus, vocauit eam ad se, & ait illi: Mulier dimissa es ab infirmitate tua.

Et imposuit illi manus, & confestim erecta est, & glorificabat Deum.

Respondens autem archisynagogus, indignans quia Sabbato curasset Iesus, dicebat turbæ: Sex dies sunt in quibus oportet operari: in his ergo venite & curamini, & non in die sabbati.

Respondens autem ad illum Dominus, dixit: Hypocritæ, vnusquisque vestrum Sabbato non soluit bouem suum, aut asinum à præsepio, & ducit adaquare?

Hanc autem filiam Abrahæ, quam alligauit Satanas, ecce decem & octo annis, non oportuit solui à vinculo isto die Sabbati?

Et cum hæc diceret erubescebant omnes aduersarij eius: & omnis populus gaudebat in vniuersis, quæ gloriosè fiebant ab eo.

Dicebat ergo, Cui simile est regnum Dei, & cui simile æstimabo illud?

Simile est grano sinapis, quod acceptum homo misit in hortum suum, & creuit, & factum est in arborem magnam, & volucres cœli requieuerunt in ramis eius.

* Et iterum dixit: Cui simile æstimabo regnum Dei?

Simile est fermento, quod acceptum mulier abscõdit in farinæ sata tria, donec fermẽtaretur totũ.

Et ibat per ciuitates & castella docens, & iter faciens in Ierusalem.

Ait autem illi quidam: Domine, si pauci sunt, qui saluantur: ipse autem dixit ad illos:

Contendite intrare per angustam portam: quia multi, dico vobis, quærent intrare, & nõ poterunt.

*Cum autem intrauerit paterfamilias, & clauserit ostium, incipietis foris stare, & pulsare ostium dicentes: Domine, aperi nobis: & respondens dicet vobis, Nescio vos vnde sitis.

Tunc incipietis dicere: Manducauimus coram te, & bibimus, & in plateis nostris docuisti.

Transl. ex Syriac.

2 *Et respondit Ieschua, ac dixit eis: Putatis hos Galilæos sceleratiores fuisse omnibus Galilæis, quoniam talia passi sunt?*

3 *Non, dico vobis, imò vero nisi vos omnes pœnitentiam egeritis, similiter peribitis.*

4 *Aut illos octodecim super quos cecidit turris in Silocho, & necauit eos: putatis flagitiosiores omnibus hominibus, qui degunt in Ourischlem?*

5 *Minime, dico autem vobis: nisi pœnitentiam egeritis omnes, itidem peribitis.*

6 *Porro dixit parabolam hanc: Ficum habebat quidam plantatam in vinea sua, & venit quærens in ea fructus, nec inuenit.*

7 *Et dixit agricolæ: Ecce tres sunt anni ex quo venio quærens fructus in ficu ista, nec inueni: excinde eam, quorsum terram ociosam detin.t?*

8 *Dixit ei agricola: Domine mi, dimitte eam, & hoc anno, vsquequo excoluero eam, ac stercorauero:*

9 *Et si ediderit fructum, dimittes: sin minus, cur viueret? excindes eam.*

10 * *Quum autem doceret in sabbatho in vna ex Synagogis.*

Lectioni vel cui hebdomadis vide.

11 *Erat illic mulier habens spiritum inualetudinis ab annis octodecim & incuruata erat, nec poterat omnino extendi.*

12 *Viditq; eam Ieschua, & eam aduocauit, ac dixit ei: Mulier, absoluta es ab inualetudine tua.*

13 *Et imposuit ei manum, & illico erecta est, & glorificabat Deum.*

14 *Respondens autem Princeps synagoga cum excanduisset, quod sanasset sabbatho Ieschua: & ait turbis: Sex sunt dies quibus oportet operari: in his venite sanitatem recepturi, & non in die Sabbathi.*

15 *Ieschua vero respondit, & dixit: Acceptor vultus (personate) vnusquisque vestrum sabbatho, nonne soluit bouem suum aut asinum suum à præsepi, & abit aquatum?*

16 *Hanc autem, quæ est filia Abrohom, & quam vinxerat criminator (diabolus) iam ab octodecim annis, non oportuit solui ab isto vinculo die sabbathi?*

17 *Quumque hæc diceret, pudore suffusi sunt ij omnes, qui adstabant ex aduerso eius: totus vero populus plaudebat super omnibus miraculis, quæ fiebant per manum ipsius.*

18 *Porro dicebat Ieschua: Cuinam simile est regnum Dei, & cuinam assimilabo illud?*

19 *Simile est grano synapi, quod acceptum vir proiecit in hortum suum, & creuit, euasitque in arborem magnam, & volatile cœli nidificauit in eius ramis.*

20 *Rursum dixit Ieschuu: Cuinam simile est regnum Dei?*

21 *Simile est fermento quod acceptum mulier abdidit in farinæ satis tribus, donec tota fermentetur.*

22 *Cæterum peragrabat per pagos, & vrbes, dum doceret, ac proficisceretur ad Ourischlem.*

23 * *Interrogauit autem eum quidam: Num pauci sint illi qui seruentur? Ieschua vero dixit eis.*

Lectionis consuetudinem in Syrorum & Patrum.

24 *Contendite intrare per portam angustam: siquidem dico vobis, multi studebunt intrare, nec poterunt.*

25 *Ex qua hora surrexerit dominus domus, & occluserit ostium, & eritis stantes foris, & pulsantes ad ostium, & cœperitis dicere: Domine noster, Domine noster, aperi nobis: tum is respondebit & inquiet, dico vobis: Non noui vnde vos sitis.*

26 *Et incipietis dicere: Coram te comedimus, & bibimus & in plateis nostris docuisti.*

a Matth. 23.37. Luc. 4.34

b Matth. 25.23.

Mar. 9.13

c Matth. 8.5.10.

Transl. B. Ariæ Mont.

Et respondens Iesus, dixit illis: Putatis quòd Galilæi hi peccatores præ omnibus Galilæis fuerint, quia talia passi sunt?

Non dico vobis, sed si non pœnitentiam egeritis, omnes similiter peribitis.

Vel illi decem & octo, supra quos cecidit turris in Siloam, & occidit eos: putatis quia ipsi debitores fuerint præter omnes homines habitantes in Hierusalem.

Non dico vobis, sed si non pœnitueritis, omnes similiter peribitis.

Dicebat autem hanc similitudinem: Ficum habebat quidam in vinea sua plantatam, & venit fructum quærens in illa, & non inuenit.

Dixit autem ad vinitorem: Ecce tres annos venio quærens fructum in ficulnea hac, & non inuenio. Excinde illam: vt quid etiam terram occupat?

Is autem respondens, dicit illi: Domine relinque eam & hunc annum, vsque dum fodiam circa illam, & mittam stercora.

Et siquidem fecerit fructum: si vero non, in futurum excindes eam.

Erat autem docens in vna synagogarum in Sabbathis.

Et ecce mulier erat spiritum habens infirmitatis annos decem & octo, & erat concuruata, & non potens recuruare in omnino.

Videns autem eam Iesus, aduocauit, & ait illi: Mulier absoluta es infirmitatis tuæ.

Et imposuit illi manus: & confestim erecta est, & glorificabat Deum.

Respondens autem archisynagogus, indignans quia Sabbato curasset Iesus, dicebat turbæ: Sex dies sunt in quibus oportet operari: in his ergo venientes curamini, & non die Sabbati.

Respondit ergò ei Dominus, & dixit: Hypocritæ, vnusquisque vestrum Sabbato non soluit bouem suum, aut asinum à præsepio, & abducens potum dat?

Hanc autem filiam Abrahæ existentem, quam ligauit Satanas, ecce decem & octo annos, nõ oportuit solui à vinculo isto die Sabbati?

Et hæc dicente eo, erubescebant oẽs oppositi ei: Et omnis turba gaudebat in vniuersis gloriosis factis ab eo.

Dicebat autem, Cui simile est regnum Dei, & cui similabo illud?

Simile est grano sinapis, quod accipiens homo misit in hortum suum, & creuit, & factum est in arborem magnam, & volucres cœli nidulati sunt in ramis eius.

Et iterum dixit: Cui similabo regnum Dei?

Simile est fermento, quod accipiens mulier abscõdit in farinæ sata tria, donec fermentatũ est totũ.

Et transibat per ciuitates & vicos docens, & iter faciens in Hierusalem.

Ait autem quidam illi: Domine, si pauci seruati: ipse autem dixit ad illos:

Contendite intrare per angustam portam: quia multi, dico vobis, quærent intrare, & nõ poterunt.

Ex quo autem surrexerit paterfamilias, & clauserit ostium, & cœperitis foris stare, & pulsare ostium dicentes: Domine Domine, aperi nobis: & respondens dicet vobis, Non noui vos vnde sitis.

Tunc incipietis dicere: Manducauimus coram te, & bibimus, & in plateis nostris docuisti.

Transl. Erasm. Roterod.

2 *Et respondens Iesus, dixit illis: Putatis quod hi Galilæi præcunctis Galilæis peccatores fuerint, quia talia passi sunt?*

3 *Non dico vobis, imò nisi respueritis omnes similiter peribitis.*

4 *Aut illi decem & octo, supra quos cecidit turris in Siloa, & occidit eos. Putatis, quod debitores fuerint vltra cunctos homines habitantes Hierosolymis?*

5 *Non dico vobis, imo nisi respueritis omnes similiter peribitis.*

6 *Dicebat & hanc similitudinem: Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua, & venit quærens fructum in illa, & non inuenit.*

7 *Dixit autem ad cultorem vineæ: Ecce anni tres sunt ex quo venio quærens fructum in ficu hac, & non inuenio, succide illam, ad quid vel terram occupat?*

8 *At ille respondens, dixit illi: Domine, sine illam & hoc anno, donec fodero circum illam & misero stercus,*

9 *Et siquidem fecerit fructum, sin minus, in posterum succides eam*

10 *Docebat autem in vna synagogarum sabbatis.*

11 *Et ecce mulier erat quæ habebat spiritum infirmitatis annis decem & octo eratque contracta, nec omninò poterat erigere caput,*

12 *Quam cum videret Iesus, vocauit eam ad se, & ait illi: Mulier liberata es ab infirmitate tua.*

13 *Et imposuit illi manus, & confestim erecta est, & glorificabat deum.*

14 *Respondens autem princeps Synagogæ, indignans quòd sabbato sanasset Iesus, dicebat turbæ: Sex dies sunt, in quibus oportet operari: in his ergo venite, vt sanemini, & non in die sabbati.*

15 *Respondens autem ad illum dominus, dixit: Hypocrita, vnusquisque vestrum sabbato nonne soluit bouem suum à præsepi, & ducit aquatum?*

16 *Hanc autem filiam Abrahæ, quam alligauit satanas ecce decem & octo annis, non oportuit solui à vinculo isto die sabbati?*

17 *Et cum hæc diceret, erubescebant omnes aduersarij eius, & omnis populus gaudebat super vniuersis quæ cum gloria fiebant abeo.*

18 *Dicebat ergo: Cui simile est regnum dei, & cui simile faciam illud?*

19 *Simile est grano sinapis, quod acceptum homo misit in hortum suum, & creuit, & euasit in arborem magnam, & volucres cœli nidulabantur in ramis eius.*

20 *Et iterum dixit: Cui simile faciam regnum dei?*

21 *Simile est fermento quod acceptum mulier abscondit in farinæ sata tria, donec fermentetur totum.*

22 *Et ibat per ciuitates & castella docens: & iter faciens Hierosolymam.*

23 *Ait autem illi quidam: Domine, an pauci sunt qui saluem consequuntur? Ille vero dixit ad illos:*

24 *Contendite intrare per angustam portam, quia multi, dico vobis, quærent intrare, & non poterunt.*

25 *Cum autem surrexerit paterfamilias, & clauserit ostium, & cœperitis foris stare, & pulsare ostium dicentes: Domine, domine, aperi nobis. Et respondens dicet vobis: Nescio vos vnde sitis.*

26 *Tunc incipitis dicere: Edimus coram te & bibimus & in platcis nostris docuisti.*

Vulgat. Editio.

Et dicet vobis: * Nescio vos vnde sitis * discedite à me omnes operarij iniquitatis.
*Mat.7.23 & 25.41. *Psa.6.9.
Ibi erit fletus & stridor dentium, cum videritis Abraham, & Isaac, & Iacob, & omnes Prophetas in regno Dei, vos autem expelli foras.
Et venient ab Oriente, & Occidente, & Aquilone & Austro, & accumbent in regno Dei.
*Et ecce sunt nouissimi qui erunt primi, & sunt primi qui erunt nouissimi.
*Mat.19. 30. & 20. 16. Mar.10. 31.
In ipsa die accesserunt quidam Pharisæorum, dicentes illi: Exi & vade hinc, quia Herodes vult te occidere.
Et ait illis: Ite & dicite vulpi illi: Ecce ejcio dæmonia, & sanitates perficio hodie & cras, & tertia die consummor.
Veruntamen oportet me hodie & cras, & sequenti die ambulare: quia non capit Prophetam perire extra Ierusalem.
Mar. 23. 37.
* Ierusalem, Ierusalem quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui mittuntur ad te quoties volui cõgregare filios tuos, quemadmodum auis nidum suum sub pennis, & noluisti?
Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico autẽ vobis, quia non videbitis me donec veniat cum dicetis, Benedictus qui venit in nomine Dñi.

CAP. XIV.

ET factum est cum intraret Iesus in domum cuiusdam Principis Pharisæorum Sabbato manducare panem, & ipsi obseruabant eum.
Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum.
Et respondens Iesus dixit ad Legisperitos & Pharisæos, dicens: Si licet Sabbato curare?
At illi tacuerunt. Ipse vero apprehensum sanauit eum, ac dimisit.
Et respondens ad illos dixit: Cuius vestrum asinus, aut bos in puteum cadet, & non continuo extrahet illum die sabbathi?
Et non poterant ad hæc respondere illi.
Dicebat autem & ad inuitatos parabolam intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos:
Cum inuitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco, ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo.
Et veniens is, qui te & illum vocauit, dicat tibi, Da huic locum: & tunc incipias cum rubore nouissimum locum tenere.
Sed cum vocatus fueris, vade, recumbe in nouissimo loco, vt cum venerit qui te inuitauit, dicat tibi: * Amice, ascende superius. Tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus:
*Pro.25.7 Mat.23. 12. * Isa.18. 14.
* Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur.
*Tob.4.7 Pro.3.9.
Dicebat autem & ei, qui se inuitauerat: * Cum facis prandium aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos diuites, ne forte te & ipsi reinuitent, & fiat tibi retributio.
Sed cum facis conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos.
Et beatus eris, quia non habent retribuere tibi, retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum.
Hæc cum audisset quidam de simul discumbentibus, dixit illi: Beatus qui manducabit panem in regno Dei.
At ipse dixit ei: * Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos.
*Mat.22. 2. Apo.19.9

Transl. ex Syriac.

Et dicet vobis: Non noui vnde vos sitis; Discedite à me operatores mendacij.
27
Illic erit fletus, & stridor dentium: quum videritis Abrohom, & Ischok, & Iaakoub, omnesque prophetas in regno Dei, vos autem ejiciemini foras.
28
Et venient ab Oriente, & ab Occidente, & à Meridie, & ab Aquilone, ac discumbent in regno Dei.
29
Et ecce sunt vltimi qui erunt primi, & sunt primi qui erunt vltimi.
30
Eo ipso die accesserunt quidam ex Perischais, & dicunt ei: Exi, abi hinc, quoniam Heroudes vult te trucidare.
31
Dixit eis Ieschua: Ite, renunciate vulpi illi: Ecce ejcio dæmonia, & sanationes perago, hodie & cras, & tertia die consummabor.
32
Veruntamen oportet me hodie & cras operari, & altera die iter faciam: quia fieri non potest, vt propheta pereat extra Ourischlem.
33
Ourischlem, Ourischlem trucidans Prophetas, & lapidibus obruens eos, qui ad eam missi sunt: quoties volui congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos, subter alas suas, & noluistis.
34
En relinquitur vobis domus vestra deserta. Etenim dico vobis, non videbitis me, quousque dicatis: Benedictus qui venit in nomine Domini.
35

CAP. XIV.

ET factum est quum ingressus fuisset domum vnius ex primoribus Perischæus, vt ederet panẽ die sabbathi, & ipsi obseruarent eum.
1
Et ecce homo quidam qui congregauerat aquas (hydropicus) erat coram eo.
2
Et respondit Ieschua, & dixit Scribis & Perischæis: Licéne sabbato sanare?
3
Illi vero tacuerunt. Et prehendit eum ipse, ac sanauit eum, dimisitque.
4
Et subdit eis: Quis est ex vobis si ceciderit filius eius aut bos eius in puteum die sabbati, qui non statim hauriens educat eum?
5
Et non poterant ei dare responsum super hac re.
6
Dicebat autem parabolam ijs, qui fuerant illic inuitati, eo quod conspiceret eos eligentes loca primorum accubituum.
7
Quum inuitatus fueris ab aliquo ad domum conuiuij, (ad nuptias,) ne abieris accubitum primo consessu, ne fortè illic sit inuitatus aliquis te honoratior.
8
Veniatq; is, qui te & eum vocauit, ac dicat tibi: Da huic locum, & pudore suffunderis, quum assurrexeris, & obtinueris alium locum.
9
Sed quum inuitatus fueris, vade discubitum in vltimum locum: vt quum venerit is qui te vocauit, dicat tibi. Amice mi, ascende superius. Et erit tibi gloria coram omnibus qui tecum discumbunt.
10
Quoniam omnis qui extollit sese, deprimetur: & qui sese depresserit, extolletur.
11
Porro dixit ei, qui ipsum vocauerat: Quum facis prandium, aut cœnam, ne vocaueris amicos tuos, nec etiam fratres tuos, aut cognatos tuos, neque vicinos tuos diuites: ne & ipsi vocent te, & fiat tibi hæc compensatio.
12
Sed quum facis epulum, voca pauperes afflictos, claudos, cæcos,
13
Et beatus eris: quia non habent vnde tibi rependant, fiet enim tua retributio in resurrectione iustorum.
14
Hæc autem quum audisset quidam ex ijs, qui discumbebant, dixit ei: Beatus ille qui comedet panem in regno dei.
15
Dixit ei Ieschua: Vir quidam fecit cœnam magnam, & conuocauit multos.
16

Transl. B. Ariæ Mont.

Et dicet, Dico vobis, Non noui vos vnde sitis. Abscedite à me omnes operarij iniquitatis.
Ibi erit fletus & stridor dentium, cum videritis Abraham, & Isaac, & Iacob, & omnes Prophetas in regno Dei, vos autem expulsos foras.
Et venient ab Orientibus & Occidentibus, & Aquilone & Austro, & recumbent in regno Dei.
Et ecce sunt nouissimi qui erunt primi, & sunt primi qui erunt nouissimi.
In ipsa die acceserunt quidam Pharisæi, dicentes illi: Exi & vade hinc, quia Herodes vult te occidere.
Et ait illis: Euntes dicite vulpi illi: Ecce ejicio dæmonia, & sanitates perficio hodie & cras, & tertia consummor.
Veruntamen oportet me hodie & cras & perendie ambulare: quia non capit Prophetam perire extra Hierusalem.
Hierusalem, Hierusalem occidens Prophetas, & lapidans missos ad te quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum auis congregat suam pullitiem sub alas, & non voluisti?
Ecce relinquitur vobis domus vestra deserta. Dico autē vobis, quia non me videbitis donec veniat cum dicetis, Benedictus veniens in nomine Dñi.

CAP. XIV.

ET factum est in venire eum in domum cuiusdam principum Pharisæorum Sabbato manducare panem, & ipsi erant obseruantes eum.
Et ecce homo, quidam erat hydropicus ante illum.
Et respondens Iesus dixit ad Legisperitos & Pharisæos, dicens, Si licet Sabbato curare.
Illi autem tacuerunt, & apprehendens sanauit eum, & dimisit.
Et respondens ad illos dixit: Cuius vestrum asinus aut bos in puteum cadet, Et non continuo extrahet illum in die sabbathi?
Et non poterant respondere illi ad hæc.
Dicebat autem ad vocatos parabolam attendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos:
Cum vocatus fueris ab aliquo ad nuptias, ne discumbas in primo accubitu, ne quando honoratior te sit vocatus ab illo.
Et veniens te & illum vocās, dicat tibi, Da huic locum: & tunc incipias cum pudore vltimum locum obtinere.
Sed cum vocatus fueris, vade recumbe in nouissimum locum, vt cum venerit inuitans te dicat tibi, amice, ascende superius: tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus tibi.
Quia omnis extollens seipsum humiliabitur, & humilians seipsum exaltabitur.
Dicebat autem & vocanti ipsum: Cum facis prandium aut cœnam, ne voca amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos tuos, neque vicinos diuites, ne quando & ipsi te reinuitent, & fiat tibi retributio.
Sed cum facis epulum, voca pauperes, mancos, claudos, cæcos.
Et beatus eris, quia non habent retribuere tibi, retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum.
Audiens autem quidam simul recumbentium hæc dixit illi: Beatus qui manducabit prandium in regno Dei.
Ipse autem dixit ei: Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos.

Transl. Erasm. Roterod.

Et licet: Dico vobis, nescio vos, vnde sitis. Discedite à me omnes, qui patratis iniquitatem.
Ibi erit fletus & stridor dentium, cum videritis Abraham & Isaac & Iacob, & omnes prophetas in regno Dei, vos autem expelli foras.
Et venient ab oriente & occidente & Aquilone & austro, & accumbent in regno Dei.
Et ecce sunt postremi qui erunt primi, & sunt primi qui erunt postrem.
Eodem die acceserunt quidam Pharisæorum, dicentes illi: Exi, & vade hinc, quia Herodes vult te occidere.

Et ait illis: Ite dicite vulpi illi: Ecce ejicio dæmonia, & sanitates perficio hodie & cras, & tertia die consummor.

Veruntamen oportet me hodie & cras & perendie ambulare, quia fieri non potest, vt propheta pereat alibi, quam Hierosolymis.
Hierusalem, Hierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui mittuntur ad te: quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum auis nidum suum sub pennas, & noluisti.
Ecce relinquitur vobis domus vestra deserta. Dico autem vobis, quod non videbitis me, donec venerit tempus, cum dicetis: Benedictus qui venit in nomine Domini.

CAP. XIV.

ET accidit vt introiret in domum cuiusdam principis Pharisæorum sabbato ad capiendum cibum, & ipsi observabant eum.
Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum.
Et respondens Iesus dixit ad legisperitos & pharisæos dicens: Num licet sabbato sanare?
At illi tacuerunt. Ipse vero apprehensum sanauit eum, ac dimisit.
Et respondens ad illos dixit: Cuius vestrum asinus aut bos in puteum cadet, & non continuo extrahet illum die sabbati?
Et non poterant ad hæc respondere illi.
Dicebat autem ad inuitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos:
Cum inuitatus fueris ab aliquo ad nuptias, ne accumbas in primo loco, ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo.
Et veniens is, qui te & illum vocauit, dicat tibi: da huic locum, & tunc incipias cum rubore extremum locum tenere.
Quin potius cum vocatus fueris, vade, accumbe in nouissimo loco: vt cum venerit qui te inuitauit, dicat tibi. Amice, ascende superius: tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus:
Quia omnis qui se extollit, deijcietur: & qui se deijcit, extolletur.
Dicebat autem & ei, qui se inuitauerat: Cum facis prandium, aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos tuos, neque vicinos diuites: ne quando & ipsi te viciſſim inuitent, ac rependatur tibi beneficium.
Imo cum facis conuiuium, voca pauperes, debiles, claudas, cæcos,
Et beatus eris: quia non possunt rependere tibi. rependetur enim tibi in resurrectione iustorum.
Hæc cum audisset quidam de simul accumbentibus dixit illi: beatus qui comedit panem in regno dei.

At ipse dixit ei Homo quidam apparauerat cœnam magnam, & vocauit multos.

Vulgat. Editio.

Et misit seruum suum hora cœnæ dicere inuitatis vt venirent, quia iam parata sunt omnia.

Et cœperunt simul omnes excusare. Primus dixit ei: Villam emi, & necesse habeo exire, & videre illam: rogo te habe me excusatum.

Et alter dixit: Iuga boum emi quinque, & eo probare illa: rogo te habe me excusatum.

Et alius dixit: Vxorem duxi, & ideo non possum venire.

Et reuersus seruus nunciauit hæc domino suo. Tunc iratus paterfamilias, dixit seruo suo: Exi cito in plateas, & vicos ciuitatis: & pauperes, ac debiles, & cæcos, & claudos introduc huc.

Et ait seruus: Domine, factum est vt imperasti, & adhuc locus est.

Et ait Dominus seruo: Exi in vias, & sepes: & compelle intrare, vt impleatur domus mea.

Dico autem vobis quod nemo virorum illorum, qui vocati sunt, gustabit cœnam meam.

Ibant autem turbæ multæ cum eo, & conuersus dixit ad illos:

* Siquis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus. +Mat. 10. 37.

* Et qui non baiulat crucem suam, & venit post me, non potest meus esse discipulus. +Matt. 10. 38. 16. 24. Mar. 8. 34

Quis enim ex vobis volens turrim ædificare, non prius sedēs computat sumptus, qui necessarij sunt, si habeat ad perficiendum.

Ne posteaquam posuerit fundamentum, & non potuerit perficere, omnes, qui vident, incipiant illudere ei,

Dicentes: Quia hic homo cæpit ædificare, & non potuit consummare?

Aut quis rex iturus committere bellum aduersus alium regem, nō sedens prius cogitat, si possit cum decem millibus occurere ei, qui cum viginti millibus venit ad se?

Alioquin adhuc illo longe agente, legationem mittens rogat ea, quæ pacis sunt.

Sic ergo omnis ex vobis, qui non renunciat omnibus, quæ possidet, nō potest meus esse discipulus.

* Bonum est sal. Si autem sal euanuerit, in quo condietur? Mat. 5. 13 Mar. 9. 50

Neque in terram, neque in sterquilinium vtile est, sed foras mittetur. Qui habet aures audiendi, audiat.

CAP. XV.

ERant autem appropinquantes ei publicani, & peccatores vt audirent illum.

Et murmurabāt Pharisæi, & Scribæ dicētes: Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis.

Et ait ad illos parabolam istam dicens:

* Quis ex vobis homo, qui habet centum oues: & si perdidirit vnam ex illis, nonne dimittit nonaginta nouem in deserto, & vadit ad illam, quæ perierat, donec inueniat eam? Mat. 18. 12.

Et cum inuenerit eam, imponit in humeros suos gaudens:

Et veniens domum conuocat amicos, & vicinos, dicēs illis: Congratulamini mihi quia inueni ouem meam, quæ perierat?

Dico vobis quod ita gaudium erit in cælo super vno peccatore pœnitentiā agente, quam super nonaginta nonem iustis, qui non indigent pœnitentia.

Transl. ex Syriac.

17 *Misitq; seruum suum tempore cœnæ, vt diceret ijs qui conuocati erant, ecce omnia parata sunt vobis, venite.*

18 *Et cœperunt ab vno omnes se excusare: Dixit ei primus: Villam emi, & constringor exire eam visurus: peto à te, concede mihi vt sim excusatus.*

19 *Alter dixit: Quinque iuga boum emi, & vado probatum eos: peto à te, concede mihi vt sim excusatus.*

20 *Alius dixit: Vxorem duxi, & propterea non possum venire.*

21 *Venit itaque seruus ille, & hæc renuntiauit domino suo. Tunc excanduit dominus domus, dixitque seruo suo: Exi citò in plateas, & vicos vrbis: huc q; introducito pauperes & dolore affectos, claudosque & cæcos.*

22 *Et ait seruus: Domine mi, factum est vt præcepisti, & adhuc est locus.*

23 *Et dixit dominus seruo suo: Exi in vias & sepes, & coge intrare, vt impleatur domus mea.*

24 *Dico enim vobis, ne vnum quidem ex ijs hominibus, qui vocati fuerant, gustaturum ex cœna mea.*

25 ** Quumque iter facerent cum eo cœtus multi, conuersus dixit eis:* Lectio in memoratione Mysterij.

26 *Qui venit ad me, & non odit patrem suum & matrem suam, & fratres suos, & sorores suas & vxorem suam, & liberos suos atque adeò animam suam, discipulus mihi esse non potest.*

27 *Et qui non baiulat crucem suam, & post me venit discipulus mihi non potest esse.*

28 *Quis enim ex vobis velit ædificare turrim, quin prius sedens computet sumptus suos, an habeat vnde perficiat eam?*

29 *Ne quum posuerit fundamentum & non potuerit perficere, omnes spectatores illudant ei:*

30 *Dicantque: Homo iste cœpit ædificare, & non potuit perficere.*

31 *Aut quis rex proficiscens vt bello decernat cum rege socio suo, non prius cogitet num possit cum decem millibus occurrere ei, qui venit aduersus ipsum cum viginti millibus?*

33 *Sin minus, dum adhuc est procul ab eo, mittit caduceatores, & expostulat pacem.*

34 *Ita quisquis ex vobis non relinquit omnem possessionem suam, non potest mihi esse discipulus.*

35 *Bonus est sal. Si verò & ipse sal insipidus fuerit factus, quo salietur?*

36 *Neque in terram, neque in sterquilinium abit, foras eum abijciunt. Cui sunt aures ad audiendum, audiat.*

CAP. XV.

1 *ACcedebant autem ad eum Publicani, & peccatores, vt ipsum audirent.*

2 *Et Scribæ ac Perischei murmurabant, & dicebant, iste peccatores suscipit, & cum eis edit.*

3 *Et dixit eis Ieschua hanc parabolam:*

4 *Quis est vir ex vobis, habens centum oues, & perdiderit vnam ex illis, qui non relinquat nonaginta nouem in deserto, & proficiscatur quæsiturus eam quæ periit, vsque dum inuenerit eam?*

5 *Quumque inuenit eam: lætatur, & baiulat eam super humeros suos:*

6 *Venitque domum suam, & conuocat amicos suos, & vicinos suos, & ait illis: Gaudete mecum, quippe qui inuenerim ouem meam, quæ perierat.*

7 *Dico vobis ita fore gaudium in cœlo super vno peccatore qui pœniteat, magis quàm super nonaginta nouem iustis, qui non egent pœnitentia.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Et misit seruum hora cœnæ dicere inuitatis venite,quia iam parata sunt omnia. 17

Et cœperunt ab vna excusare omnes.primus dixit ei:Agrum emi,& habeo necesse exire & videre illum:rogo te,habe me excusatum. 18

Et alter dixit:Iuga boum emi quinque, & eo probare illa:rogo te,habe me excusatum. 19

Et alius dixit:Vxorem duxi, & propter hoc non possum venire. 20

Et aduenies seruus ille nuntiauit domino suo hæc, Tunc iratus paterfamilias dixit seruo suo: Exi cito in plateas & vicos ciuitatis,& pauperes & mancos,& cæcos & claudos introduc huc. 21

Et ait seruus:Domine, factum est vt imperasti. & adhuc locus est. 22

Et ait Dominus ad seruum:Exi in vias & sepes, & coge intrare,vt impleatur domus mea. 23

Dico enim vobis,quia nemo virorum illorum vocatorum gustabit meam cœnam. 24

Ibant autem cum eo turbæ multæ: & conuersus dixit ad illos: 25

Si quis venit ad me,& non odit patrem suum,& matrem,& vxorem,& filios, & fratres, & sorores, adhuc autem & suam animam, non potest meus esse discipulus. 26

Et qui non baiulat crucem suam, & venit post me,non potest meus esse discipulus. 27

Quis enim ex vobis volens turrim ædificare, nonne prius sedens computat sumptum, si habeat ea quæ ad perfectionem: 28

Vt ne quando ponente ipso fundamentum, & non potente perficere, omnes videntes incipiant illudere ei, 29

Dicentes,Quia hic homo cœpit ædificare,& non potuit consummare. 30

Aut quis rex iturus committere alteri regi in bellum,non sedens prius consultat si potens est in decem millibus occurrere cum viginti millibus venienti ad se? 31

Si autem non adhuc longe illo existente, legationem mittens rogat quæ ad pacem. 32

Sic ergo omnis ex vobis,qui non renuntiat omnibus suis substantiis,nō potest meus esse discipulus. 33

Bonum sal:si autem sal infatuetur,in quo condietur? 34

Neque in terram,neque in sterquilinium appositum est:foras mittunt illud.habens aures audiendi,audiat. 35

CAP. XV.

Erant autem appropinquantes ei omnes publicani & peccatores,audire illum. 1

Et murmurabant Pharisæi & Scribæ, dicentes, Quia hic peccatores recipit, & manducat cū illis. 2

Ait autem ad illos parabolam istam,dicens: 3

Quis homo ex vobis habens centum oues, & perdens vnam ex illis, nonne dimittit nonaginta nouem in deserto,& vadit ad perditam, donec inueniat eam? 4

Et inueniens imponit in humeros suos gaudens. 5

Et veniens in domum,conuocat amicos & vicinos,dicens illis:Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam perditam. 6

Dico vobis,quod ita gaudium erit in cælo super vno peccatore pœnitenti, quàm super nonaginta nouem iustis,qui non opus habent pœnitentia. 7

Transl. Erasm. Roterod.

Misitq; seruum suum hora cœnæ, vt diceret inuitatis: Venite:quia iam parata sunt omnia. 17

Et cœperunt simul omnes excusare. Primus dixit ei: Villam emi,& necesse mihi est exire,& videre illam: rogo te,habe me excusatum. 18

Et alter dixit:Iuga boum emi quinque: & eo ad probandum illa:rogo te,habe me excusatum. 19

Et alius dixit: Vxorem duxi, & ideo non possum venire. 20

Ac reuersus seruus,renunciauit hæc domino suo. Tunc iratus paterfamiliâs, dixit seruo suo:Exi cito in plateas & vicos ciuitatis,& pauperes, ac debiles, claudosque & cæcos introduc huc. 21

Et ait seruus:Domine,factum est vt imperasti, & adhuc locus est. 22

Et ait Dominus seruo:Exi in vias & sepes,& compelle intrare, vt impleatur domus mea. 23

Dico enim vobis,quod nemo virorum illorum qui vocati sunt,gustabit cœnam meam. 24

Ibant autem turbæ multæ cum eo, & conuersus dixit ad illos: 25

Si quis venit ad me,nec odit patrem suum,ac matrem, & vxorem,& filios, & fratres,& sorores: præterea autem & animam suam, non potest meus esse discipulus. 26

Et quisquis non baiulat crucem suam, & venit post me,non potest meus esse discipulus. 27

Quis enim est ex vobis, qui velit turrim ædificare, quin prius sedens computet sumptus, an habeat quibus opus est ad perficiendum? 28

Ne postquàm posuerit fundamentum, nec potuerit perficere,omnes qui viderint,incipiant illudere ei, 29

Dicentes:Hic homo cœpit ædificare,nec potuit consummare. 30

Aut quis rex proficiscens vt committat prælium aduersus alterum regem,nonne sedens prius cogitat,an possit cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit contra se? 31

Alioquin adhuc illo longe agente,legatione missa,petit ea quæ pacis sunt. 32

Sic ergo omnis ex vobis, qui non renunciat omnibus quæ possidet,non potest meus esse discipulus. 33

Bonus est sal,si vero sal infatuatus fuerit, per quod condietur? 34

Neque in terram,neque in sterquilinium vtilis est, foras proijciunt illum. Qui habet aures ad audiendum;audiat. 35

CAP. XV.

Accedebant autem ad eum omnes publicani & peccatores,vt audirent illum. 1

Et murmurabant pharisæi ac scribæ,dicentes: Hic peccatores recipit,ac cibum capit cum illis. 2

Dicebat autem ad illos parabolam hanc,dicens: 3

Quis ex vobis est homo, qui habet centum oues, & si perdiderit vnam ex illis, nonne relinquit nonaginta nouem in deserto, & vadit ad illam quæ perierat,donec inueniat eam? 4

Et cum inuenerit eam,imponit in humeros suos gaudens, 5

Veniens q; domum, conuocat amicos & vicinos dicens illis:Gaudete mecum,quia inueni ouem meam quæ perierat. 6

Dico vobis,quod ita gaudium erit in cœlo super vno peccatore resipiscente,magis quam super nonagintanouem iustis,qui non indigent pœnitentia. 7

Vulgat. Editio.

Aut quæ mulier habens drachmas decem, si perdiderit drachmam vnam, nonne accendit lucernam, & euertit domum, & quærit diligenter, donec inueniat?

Et cum inuenerit conuocat amicas, & vicinas, dicens: Congratulamini mihi quia inueni drachmam, quam perdideram?

Ita dico vobis, gaudium erit coram Angelis super vno peccatore pœnitentiam agente.

Ait autem: Homo quidam habuit duos filios:

Et dixit adolescentior ex illis patri: Pater, da mihi portionem substantiæ, quæ me contingit. Et diuisit illis substantiam.

Et non post multos dies, congregatis omnibus, adolescentior filius peregre profectus est in regionem longinquam, & ibi dissipauit substantiam suam viuendo luxuriosè.

Et postquam omnia consummasset, facta est fames valida in regione illa, & ipse cœpit egere.

Et abijt, & adhæsit vni ciuium regionis illius. Et misit illum in villam suam vt pasceret porcos.

Et cupiebat implere ventrem suum de siliquis, quas porci manducabant: & nemo illi dabat.

In se autem reuersus, dixit: Quanti mercenarii in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo!

Surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam ei: Pater peccaui in cœlum, & coram te:

Iam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut vnum de mercenarijs tuis.

Et surgens venit ad patrem suum. Cum autem adhuc longe esset, vidit illum pater ipsius, & misericordia motus est, & accurrens cecidit super collum eius, & osculatus est eum.

Dixitque ei filius: Pater, peccaui in cœlum, & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus.

Dixit autem pater ad seruos suos: Cito proferte stolam primam, & induite illum, & date annulum in manum eius, & calceamenta in pedes eius:

Et adducite vitulum saginatum, & occidite, & manducemus, & epulemur:

Quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est. Et cœperunt epulari.

Erat autem filius eius senior in agro: & cum veniret, & appropinquaret domui, audiuit symphoniam & chorum:

Et vocauit vnum de seruis, & interrogauit quid hæc essent.

Isque dixit illi: Frater tuus venit, & occidit pater tuus vitulum saginatum, quia saluum illum recepit.

Indignatus est autem, & nolebat introire. Pater ergo illius egressus, cœpit rogare illum.

At ille respondens, dixit patri suo: Ecce tot annis seruio tibi, & nunquam mandatum tuum præteriui, & numquam dedisti mihi hœdum vt cum amicis meis epularer:

Sed postquam filius tuus hic, qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus, venit, occidisti illi vitulum saginatum.

At ipse dixit illi: Fili, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt:

Epulari autem, & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est.

Transl. ex Syriac.

8 *Aut quanam est mulier habens decem zuzim,* (drachmas) *& perdiderit vnam ex illis, quæ non accendat lucernam, & scopet domum, quæratque sibi accurate ſsimè, vsquequo inuenerit eam?*

9 *At quum inueni eam, conuocat amicas & vicinas suas, & ait illis: Lætamini mecum, quippe quæ inuenerim drachmam meam, quæ perdita fuerat.*

10 *Dico vobis, ita fore gaudium coram Angelis Dei super vno peccatore pœnitente.*

11 * *Et dicebat eis rursum Ieschua: Vir quidam habebat filios duos:*

12 *Et dixit ei filius eius minor natu: Pater mi, da mihi partem quæ mihi contingit ex domo tua. Diuisit itaque eis possessionem suam.*

13 *Paucis autem post diebus collegit filius ille minor quæcumque ad se peruenerant, & profectus est in regionem longinquam; & illic dilapidauit substantiam suam dum profusè viueret.*

14 *Quumque consumpsisset quicquid habebat, fuit fames magna in regione illa, & cœpit egere.*

15 *Abiens itaque sese adiunxit vni ex filijs ciuitatis (ciuibus) regionis illius: Et ille misit eum in villam, vt pasceret sues.*

16 *Et concupiscebat implere ventrem suum ex siliquis illis quas edebant sues: & nemo ei dabat.*

17 *Quumque ad se redisset, ait: Quot sunt nunc mercenarij in domo patris mei, qui abundant pane, ego verò hic fame pereo!*

18 *Surgam, proficiscar ad patrem meum, & dicam ei: Pater mi, peccaui in cælum & coram te:*

19 *Neque amplius sum dignus qui vocer filius tuus: fac me vt vnum ex mercenarijs tuis.*

20 *Surgens igitur venit ad patrem suum. Quumq; adhuc longè abesset, vidit eum pater ipsius, & miserius est eius: & accurrens incidit in collum eius, & eum deosculatus est.*

21 *Dixit autem ei filius eius: Pater mi, peccaui in cælum, & coram te, neque sum dignus qui vocer filius tuus.*

22 *Dixit verò pater ipsius seruis suis: Deproinite stolam primam, & induite eum; & ponite annulum in manum eius, & calciate eum soleis.*

23 *Et adducite, mactate bouem saginatum, & edamus, ac oblectemur:*

24 *Quia ipse filius meus mortuus erat, & reuixit; perierat, & inuentus est. Cœperuntque oblectari.*

25 *Ipse autem filius eius senior erat in villa: quumq; venisset & appropinquasset domui, audiuit vocem concentus multorum.*

26 *Et aduocauit vnum ex pueris, & scisciatus est ab eo, quid istud esset.*

27 *Dixit ei: Frater tuus venit: & mactauit pater tuus bouem illum saginatum, quòd sanum eum receperit.*

28 *Et indignatus est, noluitque introire. Egressus autem pater eius, effingitauit ab eo.*

29 *Is verò dixit patri suo: Ecce, tot annos seruio tibi seruitutem; nec vnquam transgressus sum mandatum tuum, nec vnquam dedisti mihi hœdum, vt oblectarer cum amicis meis.*

30 *Huic autem filio tuo, quum profuderit possessionem tuam cum meretricibus, & venit, mactasti ei bouem illum saginatum.*

31 *Dixit ei pater ipsius: Fili mi, in omni tempore tu es mecum, & omnia mea tua sunt.*

32 *Oblectari autem nos oportebat & gaudere, quòd iste frater tuus mortuus erat, & reuixit; perierat, & inuentus est.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Aut quæ mulier drachmas habens decem, si perdiderit drachmam vnam, nonne accendit lucernam, & euerrit domum, & quærit diligenter, vsque quo inueniat?

Et inueniens conuocat amicas, & vicinas, dicens: Congratulamini mihi quia inueni drachmam, quam perdideram.

Ita, dico vobis, gaudium fit coram angelis Dei super vno peccatore pœnitenti.

Ait autem: Homo quidam habuit duos filios.

Et dixit iunior eorum patri: Pater, da mihi adiectam partem substantiæ. Et diuisit illis vitam.

Et post non multos dies, congregans omnia iunior filius peregre profectus est in regionem longinquam, & ibi dissipauit substantiam suam viuens profusè.

Consumente autem ipso omnia, facta est fames valida per regionem illam, & ipse cœpit defici.

Et abiens & adhæsit vni ciuium regionis illius: & misit illum in argos suos pascere porcos.

Et desiderabat impiere ventrem suum de siliquis quas manducabant porci: & nemo dabat illi.

In se autem veniens, dixit: Quot mercenarii patris mei abundant panibus, ego autem fame pereo.

Surgens ibo ad patrem meum, & dicam ei: Pater, peccaui in cœlum, & coram te,

Et non amplius sum dignus vocari filius tuus, fac me sicut vnum mercenariorum tuorum.

Et surgens venit ad patrem suum adhuc autem eo longe ablente, vidit illum pater ipsius, & misericordia motus est, & currens cecidit super collum eius, & osculatus est eum.

Dixit autem ei filius: Pater, peccaui in cælum, & coram te, & non amplius sum dignus vocari filius tuus.

Dixit autem pater ad seruos suos: Efferte stolam primam, & induite illum, & date annulum in manum eius, & calceamenta in pedes.

Et afferentes vitulum saginatum & occidite, & comedentes oblectemur.

Quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit: perditus fuerat, & inuētus est. & cœperūt oblectari.

Erat autem filius eius senior in agro: & vt veniens appropinquauit domui, audiuit symphoniam & choros.

Et aduocans vnum puerorum, interrogauit quid essent hæc.

Is autem dixit illi: Quia frater tuus venit: & occidit pater tuus vitulum saginatum: quia valentem illum recepit.

Indignatus est autem, & non volebat introire. ergo pater illius egressus aduocabat illum.

Is autem respondens dixit patri: Ecce tot annos seruio tibi, & nunquam mandatum tuum præterui, & mihi nunquam dedisti hœdum vt cum amicis meis oblectarer.

Cum autem filius tuus hic deuorans tuam vitam cum meretricibus, venit, occidisti illi vitulum saginatum.

Is autem dixit illi: Fili, tu semper cum me es, & omnia mea tua sunt:

Oblectari autem & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, & reuixit: & periens erat, & inuentus est.

Transl. Erasm. Roterod.

8 *Aut quæ mulier habens drachmas decem, si perdiderit drachmam vnam, non accendit lucernam & verrit domum, quærit & diligenter, donec inueniat?*

9 *Et cum inuenerit, conuocat amicas ac vicinas, dicens: Gaudete mecum, quia inueni drachmam, quam perdideram.*

10 *Ita dico vobis, gaudium erit coram angelis Dei super vno peccatore resipiscente.*

11 *Ait autem: Homo quidam habuit duos filios,*

12 *Et dixit adolescentior illorum patri: Pater da mihi portionem substantiæ quæ ad me redit. Et diuisit illis substantiam.*

13 *Ac post dies non multos, cum omnia contraxisset adolescentior filius, peregre profectus est in regionem longinquam & ibi dissipauit substantiam suam viuendo luxuriose.*

14 *Et postquam omnia consumpsisset, facta est fames valida in regione illa. Et ipse cœpit egere.*

15 *Et abiit, & adhæsit vni ciuium regionis illius, atque is misit illum in villam suam vt pasceret porcos.*

16 *Et cupiebat implere ventrem suum de siliquis, quibus porci vescebantur. neque quisquam illi dabat.*

17 *In se autem reuersus dixit: Quàm multi mercenarij patris mei abundant panibus, ego vero fame pereo.*

18 *Surgam & ibo ad patrem meum, & dicam ei: Pater, peccaui in cœlum & coram te,*

19 *Iam non sum dignus vocari filius tuus, fac me sicut vnum de mercenarijs.*

20 *Et surgens venit ad patrem suum. Cum autem adhuc longe abesset, vidit illum pater ipsius, & misericordia motus est, & accurrens ruit in collum eius, & osculatus est eum.*

21 *Dixit & ei filius: Pater, peccaui in cœlum & coram te, neque posthac sum dignus vocari filius tuus.*

22 *Dixit autem pater ad seruos suos: Proferte stolam primam, & induite illum: & date annulum in manum eius, & calceamenta in pedes:*

23 *Et adducite vitulum illum saginatum, atque mactate, sumptisq; epulis Lætemur:*

24 *Quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit. perierat, & inuentus est. Et cœperunt lætari.*

25 *Erat autem filius eius senior in agro, & cum veniret & appropinquasset domui, audiuit concentum & choros,*

26 *Et vocauit vnum de seruis suis, & interrogauit quid essent illa.*

27 *At is dixit illi: Frater tuus venit, & occidit pater tuus vitulum illum saginatum, quod incolumem illum receperit.*

28 *Indignatus est autem, nec volebat introire. Pater ergo illius egressus rogabat illum.*

29 *At ille respondens, dixit patri: Ecce tot annis seruio tibi, nec vnquam præceptum tuum transgressus sum, nec vnquam dedisti mihi hœdum, vt cum amicis meis lætarer:*

30 *Sed postquàm filius tuus hic, qui deuorauit substantiam tuam cum meretricibus, venit, occidisti illi vitulum illum saginatum.*

31 *At ille dixit ei: Fili, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt.*

32 *Lætari autem & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, & reuixit, perieratq;, & inuentus est.*

Vulgat. Editio.

CAP. XVI.

DIcebat autem & ad discipulos suos: Homo quidam erat dives, qui habebat villicum: & hic diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona ipsius.

Et vocauit illum, & ait illi: Quid hoc audio de te? redde rationem villicationis tuæ: iam enim non poteris villicare.

Ait autem villicus intra se: Quid faciam quia dominus meus aufert a me villicationem? fodere non valeo, mendicare erubesco.

Scio quid faciam, vt cum amotus fuero à villicatione, recipiant me in domos suas.

Conuocatis itaque singulis debitoribus domini sui, dicebat primo: Quantum debes Domino meo?

At ille dixit: Centum cados olei. Dixitque illi: Accipe cautionem tuam, & sede cito: & scribe quinquaginta.

Deinde alij dixit: Tu vero quantum debes? Qui ait: Centum coros tritici. Ait illi: Accipe literas tuas, & scribe octoginta.

Et laudauit Dominus villicum iniquitatis, quia prudenter fecisset: quia filij huius sæculi prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt.

Et ego vobis dico: facite vobis amicos de mammona iniquitatis: vt, cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.

Qui fidelis est in minimo, & in maiori fidelis est: & qui in modico iniquus est, & in maiori iniquus est.

Si ergo in iniquo mammona fideles non fuistis: quod verum est, quis credet vobis?

Et si in alieno fideles non fuistis: quod vestrum est, quis dabit vobis?

*Nemo seruus potest duobus dominis seruire: aut enim vnum odiet, & alterum diliget: aut vni adhærebit, & alterum contemnet: non potestis Deo seruire, & mammonæ.

Audiebant autem omnia hæc Pharisæi, qui erant auari: & deridebant illum.

Et ait illis: Vos estis, qui iustificatis vos coram hominibus: Deus autem nouit corda vestra: quia quod hominibus altum est, abominatio est ante Deum.

*Lex, & prophetæ vsque ad Ioannem: ex eo regnum Dei euangelizatur, & omnis in illud vim facit.

*Facilius est autem cælum, & terram præterire, quam de Lege vnum apicem cadere.

*Omnis, qui dimittit vxorē suā, & alterā ducit, mæchatur: & qui dimissā à viro ducit mæchatur.

Homo quidam erat dives, qui induebatur purpura, & bysso: & epulabatur quotidie splendide.

Et erat quidam mendicus, nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius, vlceribus plenus:

Cupiens saturari de micis, quæ cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat: sed & canes veniebant, & lingebant vlcera eius.

Factum est autem vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ. Mortuus est autem & dives, & sepultus est in inferno.

Eleuans aũt oculos suos, cum esset in tormẽtis, vidit Abraham à longe & Lazarum in sinu eius.

Et ipse clamans dixit: Pater Abraham miserere mei, & mitte Lazarum vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refringeret linguam meam quia crucior in hac flamma.

*Matth. 24.

*Mat. 11. 12.

*Mat. 5. 18. Mat. 16. 17. *1. Cor. 7. 10.

Transl. ex Syriac.

CAP. XVI.

1 POrrò dixit parabolam ad discipulos suos: Homo quidam erat dives, & habebat præfectum domus: & delatus est apud eum, vt qui substantiam eius profunderet.

2 Itaque vocauit eum Dominus eius, & dixit: Quid istud est quod audio de te: redde mihi rationem dispensationis tuæ: non enim poteris amplius mihi esse præfectus domus.

3 Dixit autem præfectus domus apud se: Quid faciam quum Dominus meus auferat à me dispensationem? quia fodere non possum, & mendicare pudet.

4 Noui quid faciam, vt quum exierim à dispensatione, recipiant me in domos suas.

5 Et conuocauit vnumquemque ex debitoribus Domini sui, dixit q̃ primo: Quantum debes Domino meo?

6 Dixit ei: Centum metretas olei. Ait illi Accipere librum tuum, & sede citò: & scribe quinquaginta metretas.

7 Et dixit alij: Tu verò quantum debes domino meo? Dixit ei: Centum coros frumenti. Ait illi: Accipe librum tuum, & sede: scribe octoginta coros.

8 Et laudauit Dominus noster præfectum domus iniquum, quòd prudenter fecisset: filij enim seculi eius prudentiores sunt filijs lucis in hac generatione sua.

9 Sed & hoc vobis dico: facite vobis amicos ex hoc momouno (hisce diuitijs) iniquitatis vt quum defecerit illi recipiant vos in tabernacula sempiterna.

10 Qui in modico fidelis est, & in multo fidelis est: & qui in modico iniquus est, etiam in multo iniquus est.

11 Si ergo in momouno iniquitatis fideles non fuistis: verum, quis credet vobis?

12 Et si in eo quod vestrum non erat, non estis inuenti fideles; quod vestrum est, quis dabit vobis?

13 Nullus est seruus qui valeat duobus Dominis seruire: aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget: aut vnum honorabit, & alterum contemnet: non potestis Deo seruire, & momouno.

14 Perischai autem quum hæc omnia audissent, propterea quòd amabant pecuniam: irridebant eum.

15 Ieschua verò dixit eis: Vos estis ij, qui iustificant seipsos coram hominibus: Deus autem nouit corda vestra. quod elatum est inter homines, coram Deo abominationi est.

16 Lex & Propheta vsque ad Ioucpanon: ab eo tempore regnum Dei euangelizatur, & quiuis ipsum corripit vt introeat.

17 Facilius est autem cœlum, & terram transire, quam elementum vnum è Lege præterire.

18 Quisquis dimittit vxorem suam, & ducit aliam, mœchatur: & quisquis ducit derelictam, mœchatur.

19 *Porrò vir quidam dives erat, & amiciebatur byssо & purpura: & quotidie sese oblectabat magnificè.

20 Et pauper quidam erat nomine Loozar, & proiectus fuerat ad portam illius diuitis, quum esset affectus vlceribus:

21 Et desiderabat explere ventrem suum ex fragmentis, quæ cadebant à mensa diuitis illius: sed & canes veniebant lambentes vlcera eius.

22 Factum est autem vt moreretur pauper ille: & attulerunt eum Angeli in sinum Abrohom. Quinetiam dives ille mortuus est, ac sepultus.

23 Quumq̃ torqueretur in inferis, eleuauit oculos suos eminus, vidit q̃ Abrohom, & Loozar in sinu eius.

24 Et clamauit alta voce, atque: Pater mi Abrohom, miserere mei, & mitte Loozar vt intingat extremum digitum suum in aquam, & humectet mihi linguam meam: ecce enim crucior in hac flamma.

Transl. B. Ariæ Mont.

CAP. XVI.

Dicebat autem & ad discipulos suos: Homo quidam erat dives, qui habebat dispensatorem, & hic delatus est ei, vt dissipans substantias illius.

Et vocans illum, & ait illi: Quid hoc audio de te? redde rationem dispensationis tuæ, non enim poteris adhuc dispensare.

Ait autem in seipso dispensator: Quid faciam quia dominus meus aufert dispensationem a me? fodere non valeo, mendicare erubesco.

Scio quid faciam, vt cum amotus fuero dispensatione, recipiant me in domos suas.

Et conuocans vnumquemque debitorum domini sui, dicebat primo: Quãtum debes Domino meo?

Is autem dixit: Centum batos olei, & dixit illi: Accipe tuum scriptum, & sedens cito scribe quinquaginta.

Deinde alij dixit: Tu vero quantum debes? is autem ait: Centum coros tritici, & ait illi: Accipe tuas literas, & scribe octoginta.

Et laudauit Dominus dispensatorem iniustitiæ, quia prudenter fecisset: quia filij seculi huius prudẽtiores super filios lucis in generationẽ suã sunt.

Et ego vobis dico: Facite vobis ipsis amicos de mammona iniustitiæ, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.

Fidelis in minimo, & in multo fidelis est: & in modico iniustus, & in multo iniustus est.

Si ergo in iniusto mammona fideles non fuistis verum quis vobis credet?

Et si in alieno fideles non fuistis, vestrum quis vobis dabit?

Nemo seruus potest duobus dominis seruire. aut enim vnum odiet, & alterum diliget: aut vni adhærebit, & alterum contemnet. non potestis Deo seruire, & mammonæ.

Audiebant autem hæc omnia & Pharisæi, auari subsistentes, & deridebant illum.

Et ait illis: Vos estis iustificantes vos ipsos coram hominibus, at Deus nouit corda vestra quia quod in hominibus altum abominatio ante Deum erit.

Lex, & prophetæ vsque ad Ioannem: à tunc regnum Dei euangelizatur, & omnis in illud vim facit.

Facilius autem est cælum, & terram præterire, quam Legis vnum apicem cadere.

Omnis absoluens vxorẽ suã, & ducẽs alterã mœchatur: & omnis dimissã à viro ducẽs, mœchatur.

Homo aũt quidã erat dives, & induebatur purpuram & byssum, oblectatus quotidie splendide.

Pauper autem quidam erat nomine Lazarus, qui iectus erat ad ianuam eius vlcerosus.

Et cupiens saturari de micis cadentibus de mensa diuitis, sed & canes venientes lingebant vlcera eius.

Factum est autem mori pauperem, & asportari cum ab angelis in sinum Abrahæ. Mortuus est autem & dives, & sepultus est.

Et in inferno, eleuans oculos suos, existens in tormẽtis, vidit Abraham à longe & Lazarum in gremijs eius.

Et ipse clamans dixit: Pater Abraham miserere mei, & mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui aqua, & refrigeret linguam meam, quia crucior in flamma hac.

Transl. Erasm. Roterod.

CAP. XVI.

Dicebat autem & ad discipulos suos: Homo quidam erat dives, qui habebat dispensatorem, & delatus est apud illum, vt qui dissiparet bona ipsius.

Et vocauit illum, ait & illi: Quid hoc audio de te: Redde rationem dispensationis tuæ. Non enim poteris post hac dispensare.

Ait autem dispensator intra se: Quid faciam, quia Dominus meus aufert à me dispensationem? Fodere non valeo, mendicare erubesco.

Scio quid faciam, vt cum amotus fuero à dispensatione, recipiant me in domos suas.

Conuocatis itaque singulis debitoribus Domini sui, dicebat primo: Quantum debes Domino meo?

At ille dixit: Centum batos olei. Dixitq; illi: Accipe cautionem tuam, & sede cito & scribe quinquaginta.

Deinde alteri dixit: Tu verò quantum debes? Qui ait, centum coros tritici. Ait illi: Accipe cautionem tuam, & scribe octoginta.

Et laudauit Dominus dispensatorem iniquum quod prudenter fecisset. Quia filij huius seculi prudentiores sunt filijs lucis in natione sua.

Et ego vobis dico: Facite vobis amicos ex mammona iniusto, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.

Qui fidelis est in minimo & in multo fidelis est; & qui in minimo iniquus est, is & in multo iniquus est.

Si ergo in iniquo mammona fideles non fuistis, quod verum est, quis credet vobis?

Et si in alieno fideles non fuistis, quod vestrum est quis dabit vobis?

Nemo seruus potest duobus Dominis seruire, aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget, aut vni adhærebit, & alterum contemnet. Non potestis Deo seruire, & mammonæ.

Audiebant autem hæc omnia & pharisæi qui erant auari & deridebant illum.

Et ait illis: Vos estis qui iustificatis vosipsos coram hominibus, Deus autem nouit corda vestra. Quia quod hominibus excelsum est, abominandum est coram Deo.

Lex & prophetæ vsque ad Iohannem, ab eo tempore regnum Dei annunciatur, & quisus in illud vim facit.

Facilius est autem cælum, & terram præterire, quam legis vnum apicem cadere.

Quisquis dimittit vxorem suam, & alteram ducit, adulterium committit: & qui dimissam à viro ducit, adulterium committit.

Homo quidam erat dives, qui induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendide.

Erat autem quidam mendicus, nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius hulcerosus,

Cupiens saturari de micis, quæ cadebant de mensa diuitis. Sed & canes veniebant ac lingebant hulcera eius.

Accidit autem vt moreretur mendicus, & deportaretur ab angelis in sinum Abrahæ. Mortuus est autem & dives, ac sepultus est.

Atque in tartaro sublatis oculis suis, cum esset in tormentis, videt Abraham eminus, & Lazarum in sinu eius.

Et ipse clamans dixit: Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aquam, ac refrigeret linguam meam, quia crucior in flamma hac.

Vulgat. Editio.

Et dixit illi Abraham: Fili, recordare quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris.

Et in his omnibus inter vos chaos magnum firmatum est: vt hi, qui volunt hinc trãsire ad vos, non possint: neque inde huc transmeare.

Et ait: Rogo ergo te pater vt mittas eum in domum patris mei.

Habeo enim quinque fratres, vt testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum.

Et ait illi Abraham: Habent Moysen, & prophetas: audiant illos.

At ille dixit: Non, pater Abraham: sed si quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent.

Ait autem illi: Si Moysen & Prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent.

CAP. XVII.

*Matt.18 2.

ET ait ad discipulos suos: Impossibile est vt non veniant scandala: væ autem illi per quem veniunt.

Vtilius est illi si lapis molaris imponatur circa collum eius, & proiciatur in mare, quàm vt scandalizet vnum de pusillis istis.

*Matt.18 21. Luc.19. 2. Ecc.26. 13.

Attendite: *Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum: & si pœnitentiam egerit, dimitte illi.

Et si septies in die peccauerit in te, & septies in die conuersus fuerit ad te, dicens: Pœnitet me, dimitte illi.

Et dixerunt Apostoli Domino: Adauge nobis fidem.

*Mar.17. 6.

*Dixit autem Dominus: Si habueretis fidẽ sicut granum sinapis, dicetis huic arbori moro: Eradicare, & transplantare in mare: & obediet vobis.

Quis autem vestrum habens seruum arantem aut pascentem, qui regresso de agro dicat illi: Statim transi, recumbe:

Et non dicat ei: Para quod cænem, & præcinge te, ministra mihi, donec manducem & bibam, & post hæc tu manducabis & bibes?

Numquid gratiam habet seruo illi, quia fecit quæ ei imperauerat?

Non puto. Sic & vos cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite: Serui inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus.

Et factum est, dum iret in Ierusalem, transibat per mediam Samariam, & Galilæam.

Et cũ ingrederetur quoddam castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi, qui steterunt à longè.

Et leuauerunt vocem, dicentes: Iesu præceptor, miserere nostri.

*Leu.13.

Quos vt vidit, dixit: *Ite, ostendite vos sacerdotibus. & factum est, dum irent, mundati sunt.

Vnus autem ex illis, vt vidit quia mũdatus est, regressus est cum magna voce magnificans Deum.

Et cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens: & hic erat Samaritanus.

Respondens autem Iesus dixit: Nonne decem mundati sunt? & nouem vbi?

Non est inuentus qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena.

Et ait illi: Surge, vade: quia fides tua te saluũ fecit.

Interrogatus autem à pharisæis: Quando venit regnum Dei? respondit eis, & dixit: Non venit regnum Dei cum obseruatione:

Transl. ex Syriac.

Dixit ei Abrohom: Fili mi, recordare te recepisse bona tua in vita tua, & Lozar mala suaz nunc autem ecci requiescit hic, tu vero cruciaris.

Et cum his omnibus, est ingens hiatus positus inter nos & vos: vt ij, qui volunt hinc transire ad vos, non possint, nec etiam illinc transire ad nos.

Dixit ei: Ergo essagito à te pater mi, vt eum mittas domum patris mei

Sunt enim mihi quinque fratres, proficiscatur testificaturus eis, ne & ipsi veniant in hunc locum cruciatus.

Dixit ei Abrohom: Habent Mouschẽ, & prophetas: audiant eos.

Ille verò dixit ei: Non pater mi Abrohom: sed si quispiam ex mortuis proficiscatur ad eos, pœnitentiam acturi sunt.

Dixit ei Abrohom: Si Mouschẽ, & prophetas non audiunt, nec si quispiam ex mortuis surrexerit, creduturi sunt ei.

CAP. XVII.

Lectio 8 vsque ad Dominica 2. Quadrag. Cant. 8

DIcebat autem Ieschua discipulis suis: Non potest quin eueniant scandala: væ autem ei per quem eueniunt.

Satius ei fuerit si mola asinaria appendatur collo ipsius, & abiectus fuerit in mare, quàm vt offendiculo vni ex istis pusillis.

Cauete vobismetipsis: Si peccauerit frater tuus, increpa eum: & si conuersus fuerit, remitte ei.

Et si septies in die offenderit te, & septies in die reuertatur ad te, & dixerit: Pœnitet me, remitte ei.

Et dixerunt Apostoli Domino nostro: Adauge nobis fidem.

Dixit eis: Si haberetis fidem instar grani sinapis, diceretis huic sycamino, Eradicator, & planator in mari, & obediret vobis.

Quis ex vobis habet seruum ducentem iugum boum, aut pascentem oues, cui quum venerit ab agro dicat: Statim transi, discumbe?

Sed dicit ei: Para mihi quod cœnem, & præcinctus lumbos ministra mihi, vsquedum edero, ac bibero, & postea tu quoque edes, ac bibes.

Numquid gratiam recipit illius serui, quia fecit quod ipsi inuunctum fuerat?

Non puto. Ita & vos quum feceritis ea omnia, quæ inuncta sunt vobis, dicite: Serui inutiles sumus: nam quod debuimus facere fecimus.

Et factum est dum proficisceretur Ieschua ad Ouirschlem, vt transiret per Schamaritanos in Galilæam.

Quum ipse propè ingrederetur vicum quendam, occurrerunt ei decem viri leprosi, & steterunt procul.

Et extulerunt vocem suam, dicentes: Magister noster Ieschua, miserere nostri.

Et quum vidisset eos, dixit eis: Ite, ostendite vos sacerdotibus. Et dum proficiscerentur, mundati sunt.

Vnus autem ex ipsis, vt vidit se esse mundatum reuersus est, & alta voce glorificabat Deum:

Procidit ipse in faciem suam ante pedes Ieschua, gratias ei agens: erat autem iste Schamaritanus.

Respondit autem Ieschua, & ait: Nonne erant decem illi qui mundati sunt? vbi sunt nouem?

Quare separati sunt, quin redierint daturi gloriam Deo, nisi iste qui est ex populo extraneo?

Et dixit ei: Surge, abi: fides tua te seruauit.

Quumque interrogarent Ieschua quidam ex pericopa. Quando venturum esset regnum Dei: respondit & dixit eis: Non veniet regnum Dei cum obseruationibus.

Transl. B. Ariæ Mont.

Dixit autem Abraham: Fili, recordare quia recepisti tu bona tua in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic cõsolatur, tu vero cruciaris.

Et in omnibus his, inter nos & vos hiatus magnus confirmatus est, vt volẽtes trãsire hinc ad vos, non possint: neque qui indè ad nos transmeent.

Ait autem, Rogo ergo te, pater, vt mittas eum in domum patris mei.

Habeo enim quinque fratres: vt testetur illis, vt non & ipsi veniant in locum hunc tormenti.

Ait illi Abraham: Habent Moysen, & Prophetas: audiant illos.

Is autem dixit: Non, pater Abraham: sed si quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitebunt.

Ait autem illi: Si Moysen & Prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent.

CAP. XVII.

Ait autem ad discipulos, impossibile est non venire scandala: væ autem per quem veniunt.

Expedit illi, si mola asinaria circumponatur circa collum eius, & proiiciatur in mare, quàm vt scandalizet vnum paruorum istorum.

Attendite vobis ipsis: si vero peccauerit in te frater tuus, increpa illum.

Et si pœnituerit, dimitte illi: & si septies die peccauerit in te, & septies die conuersus fuerit ad te, dicens: Pœnitet me, dimittes illi.

Et dixerunt Apostoli Domino: Appone nobis fidem.

Dixit autem Dominus: Si haberetis fidem sicut granũ sinapis, diceretis vtiq; sycamino huic, Eradicare, & plantator in mare, & obediret vtiq; vobis.

Quis autem ex vobis seruum habens arantẽ aut pascentem, qui regresso de agro dicat statim, Iduemens recumbe.

Imo nonne dicit ei: Para quod cœnem, & circumcinctus ministra mihi, donec manducem & bibam, & post hæc manducabis & bibes tu?

Non gratiam habet seruo illi, quia fecit præcepta ei? non puto.

Sic & vos cum feceritis omniæ præcepta vobis, dicite, quod serui inutiles sumus, quia quod debuimus facere, fecimus.

Et factum est in proficisci ipsum in Hierusalem, & is transibat per mediũ Samariæ & Galillææ.

Et ingrediente eo in quendam vicum, occurrerunt ei decem leprosi viri, qui steterunt alonge.

Et ipsi leuauerunt vocẽm, dicentes: Iesu præceptor, miserere nostri.

Et videns dixit eis; Euntes ostendite vos sacerdotibus & factũ est in abeũdo illos, mundati sunt.

Vnus autem ex illis videns quod sanatus esset, reuersus est cum voce magna glorificans Deum.

Et cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens ei: & hic erat Samaritanus.

Respondens autem Iesus dixit: Nonne decem mundati sunt? et nouem vbi?

Non sunt inuenti redeuntes dare gloriam Deo, si non alienigena hic.

Et ait illi: Surgens vade: fides tua seruauit te.

Interrogatus autem à Pharisæis, quando venit regnum Dei, respondit eis, & dixit: Non venit regnum Dei cum obseruatione.

Transl Erasm. Roterod.

Dixit autem Abraham: Fili, recordare, quod receperis bona tua in vita tua, & Lazarus similiter mala. Nunc autem hic solatio fruitur, tu vero cruciaris.

Et super hæc omnia inter nos & vos hiatus ingens firmatus est, vt hi qui volunt hinc transire ad vos non possint, neque inde huc transcendere.

Ait autem: Rogo ergo te pater, vt mittas eum in domum patris mei.

Habeo enim quinque fratres, vt testificetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum cruciatus.

Ait illi Abraham: Habent Moysen ac prophetas, audiant illos.

At ille dixit: Non pater Abraham, sed si quis ex mortuis ierit ad eos, resipiscent.

Ait autem illi: Si Moysen & prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit credent.

CAP. XVII.

Ait autem ad discipulos: Fieri non potest quin veniant offendicula. Væ tamen illi per quem veniũt.

Expedit illi, si mola asinaria ponatur circa collum eius, & proiectus fuerit in mare, potius quam vt offendiculo sit vni de pusillis istis.

Cauete vobis. Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum: & si pœnituerit, remitte illi.

Et si septies in die peccauerit in te, & septies in die conuersus fuerit ad te, dicens: Pœnitet me: remittes illi.

Et dixerunt apostoli Domino: Adauge nobis fidem.

Dixit autem Dominus: Si haberetis fidem sicut habet granum sinapis, dixissetis huic arbori sycamino, eradicare & transplantare in mare, & obediisset vobis.

Quis autem vestrum, habens seruum arantem aut pascentem: qui regresso ab agro dicat statim transi & accumbe:

Ac non potius dicit illi: para quod cœnem, & præcinge te, ac mini, stra mihi donec edero & bibero, & post hæc edito & bibito tu?

Num grattam habet seruo illi, quia fecit quæ ei imperata fuerant? Non puto.

Sic & vos, cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite: Serui inutiles sumus. quod debuimus facere, fecimus.

Et factum est dum iret Hierosolymam, & ipse transibat per mediam Samariam & Galileam.

Et cum ingrederetur quendam vicum, occurrerunt ei decem viri leprosi, qui steterunt procul,

Intentaq; voce, dixerunt: Iesu præceptor, miserere nostri.

Quos vt vidit, dixit illis: Ite ostendite vos sacerdotibus. Et factum est, vt inter eundum mundati sint.

Vnus autem ex illis vt vidit, quod mundatus esset, regressus est, cum voce magna glorificans Deum.

Et procidit in faciem ad pedes eius, gratias agens ei: Et hic erat Samaritanus.

Respondens autem Iesus, dixit: Nonne decem mundati sunt? Nouem autem illi vbi?

Non sunt reperti qui redirent, vt darent gloriam Deo, nisi hic alienigena.

Et ait illi: Surge, vade, fides tua te seruauit.

Interrogatus autem à pharisæis, quando venturum esset regnum Dei, respondit eis, & dixit: Non veniet regnum Dei cum obseruatione.

Vulgat. Editio.

Neque dicent: Ecce hic, aut ecce illic. Ecce enim regnum Dei intra vos est.

Et ait ad discipulos suos: Venient dies, quando desideretis videre vnum diem Filii hominis, & non videbitis.

*Mat.24. 25. Marci 3. 22. * Et dicent vobis: Ecce hic, & ecce illic. Nolite ire, neque sectemini.

Nam sicut fulgur coruscans de sub cœlo, in ea, quæ sub cœlo sunt, fulget: ita erit Filius hominis in die sua.

Primum autem oportet illum multa pati, & reprobari à generatione hac.

*Mat.24. 37. Gen.7.5. *Et sicut factum est in diebus Noe, ita erit & in diebus Filii hominis.

Edebant, & bibebant, vxores ducebant, & dabãtur ad nuptias, vsque in diem qua intrauit Noe in arcam: & venit diluuium, & perdidit omnes.

*Gen.19. 24. * Similiter sicut factum est in diebus Lot: Edebant, & bibebant, emebant, & vendebant, plantabant, & ædificabant:

Qua die autem exiit Lot à Sodomis, pluit ignem, & sulphur de cœlo, & omnes perdidit.

Secundum hæc erit qua die Filius hominis reuelabitur.

In illa hora qui fuerit in tecto, & vasa eius in domo, ne descendat tollere illa: & qui in agro, similiter non redeat retro.

Memores estote vxoris Lot.

* Sup. 9. 24. Mat. 10. 39. Mar. 8. 35 Io. 12. 25 *Mat. 24. 40. 1. Th. 4. 17. * Quicumque quæsierit animam suam saluam facere, perdet illam; & quicumque perdiderit illam, viuificabit eam.

Dico vobis: *in illa nocte erunt duo in lecto vno: vnus assumetur, & alter relinquetur:

Duæ erunt molentes in vnum: vna assumetur, & altera relinquetur: duo in agro: vnus assumetur, & alter relinquetur.

Respondentes dicunt illi: Vbi Domine?

Qui dixit illis: Vbicumque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ.

CAP. XVIII.

Eccl.18. 22. 1. Th.5. 17. DIcebat autem & parabolam ad illos, quoniam, oportet semper orare & non deficere,

Dicés: Iudex quidã erat in quadam ciuitate, qui Deum nõ timebat, & hominem non reuerebatur.

Vidua autẽ quædã erat in ciuitate illa, & veniebãt ad eum, dicẽs: Vindica me de aduersario meo.

Et nolebat per multum tempus. Post hæc autem dixit intra se: Etsi Deum non timeo, nec hominem reuereor:

Tamen quia molesta est mihi hæc vidua, vindicabo illam, ne in nouissimo veniens sugillet me.

Ait autem Dominus: Audite quid iudex iniquitatis dicit:

Deus autem non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte, patientiam habebit in illis?

Dico vobis quia cito faciet vindictam illorum. Verumtamen Filius hominis veniens, putas inueniet fidem in terra?

Dixit autem & ad quosdam, qui in se confidebant tamquam iusti, & aspernabantur ceteros, parabolam istam:

Duo homines ascenderunt in templum vt orarent: vnus pharisæus, & alter publicanus.

Pharisæus stans, hæc apud se orabat: Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut ceteri hominum: raptores, iniusti, adulteri: velut etiam hic publicanus.

Transl. ex Syriac.

21 *Neque dicent: Ecce hic est, & en ecce illic est. Ecce enim regnum Dei intra vos est.*

22 *Dixit autem discipulis suis: Venient dies, quum desiderabitis videre vnum ex diebus Filij hominis, nec videbitis.*

23 *Et si dixerint vobis: Ecce hic est, & en ecce illic est. Ne abieritis.*

24 *Nam sicut fulgur coruscat è cœlo, & quicquid est sub cœlo illuminat: ita erit Filius hominis die suo.*

25 *Prius autem futurum est vt patiatur multa, & reprobetur ab hac generatione.*

26 *Et prout factum est in diebus Nouach, ita futurum est in diebus Filij hominis.*

27 *Edebant & bibebant, & ducebant vxores, dabanturque viris, vsque ad hunc diem quo ingressus est Nonach in arcam, venitque diluuium & perdidit omnes.*

28 *Et quemadmodum rursus factum est in diebus Lout: Edebant & bibebant, & emebant, ac vendebant, & plantabant, ac ædificabant:*

29 *Quo autem die Lout exessit è Sedoum, pluit Dominus ignem & sulphur è cœlo, & perdidit omnes.*

30 *Ita futurum est quo die reuelabitur Filius hominis.*

31 *In illo die qui fuerit in tecto, & vasa eius in ipsa domo, ne descendat vt sumat ea: & qui in agro fuerit, non reuertatur retrò.*

32 *Memmineritis vxoris Lout.*

33 *Quisquis voluerit seruare animam suam; perdet eam & qui perdiderit animam suam, seruabit eam.*

34 *Dico vobis, illa nocte duo erunt in vno lecto, vnus assumetur, & alter relinquetur:*

35 *Item duæ erunt molentes simul: vna assumetur, & altera relinquetur: duo erunt in agro, vnus assumetur, & alter relinquetur:*

36 *Responderunt, & dicunt: ei: Vbi, Domine noster?*

37 *Dixit eis: Vbi erit corpus, illuc congregabuntur aquilæ.*

CAP. XVIII.

1 *DIxit autem eis parabolam, vt omni tempore orarent, nec ipsis esset tædio.* Lectoris vsitata Scholia ignorantis textum illum.

2 *Iudex quidam erat in quadam vrbe, qui nec Deum timebat, nec homines reuerebatur.*

3 *Porrò vidua quædam erat in illa vrbe, & venit ad eum, aitque: Vindica me ab aduersario meo.*

4 *Noluit autem per multum tempus. Posthac verò dixit apud se: Etsi Deum non timeam, nec homines reuerear:*

5 *Tamen quia molestiam exhibet mihi hæc vidua, vindicabo eam, ne omni tempore veniens, negotium mihi faccessat.*

6 *Et dixit Dominus noster: Audite quid dicat iudex ille iniquus.*

7 *Deus autem non magis faciet vindictam electorum suorum, clamantium ad ipsum die ac nocte, & protrahet spiritum suum (longaminis erit) in eos?*

8 *Dico vobis, faciet vindictam eorum citò. Veruntamen quum venerit Filius hominis, num reperturus est fidem in terra?*

9 *Porrò dicebat hanc parabolam aduersus eos, qui sibi confidebant se esse iustos, omnesque despiciebant,*

10 *Duo homines ascenderunt in templum vt preces funderent, vnus pharisæus, & alter publicanus:*

11 *Et ecce pharisæus stabat inter se & animam suam (secreto), & hæc precabatur: Deus, gratias ago tibi, quòd non sim sicut cæteri homines: rapaces, & iniurij, & mœchi, nec sicut iste publicanus.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Neque dicent, Ecce hic, aut ecce illic, ecce enim regnum Dei intra vos est.

Ait autem & ad discipulos: Venient dies quando desideretis vnum dierum filij hominis videre, & non videbitis.

Et dicent vobis, Ecce hic, aut ecce illic: ne abeatis, neque sectemini.

Sicut enim fulgur coruscans ex ipsa quæ sub cælo, in eum quæ sub cælo fulget, ita erit filius hominis in die sua.

Primum autem oportet illum multa pati, & reprobari à generatione hac.

Et sicut factum est in diebus Noe, ita erit & in diebus filij hominis.

Edebant, bibebant, vxores ducebant, vsque qua die intrauit Noe in arcam, & venit diluuium, & perdidit omnes.

Similiter & sicut factum est in diebus Lot: edebant, bibebant, emebant, vendebant, plantabant, ædificabant.

Qua autem die exiit Lot à Sodomis, pluit ignem & sulphur de cælo, & perdidit omnes.

Secundum hæc erit qua die filius hominis reuelatur.

In illa die, qui fuerit super domum, & vasa eius in domo, ne descendat tollere illa: & qui in agro, similiter non redeat in quæ retro.

Memores estote vxoris Lot.

Quicunque quæsierit animam suam seruare, perdet illam: & quicunque perdiderit illam, viuificabit eam.

Dico vobis, illa nocte erunt duo in lecto vno: vnus assumetur, & alter relinquetur.

Duæ erunt molentes in idem: vna assumetur, & altera relinquetur. Duo erunt, in agro, vnus assumetur, & alter relinquetur.

Et respondentes dicunt illi: Vbi Domine:

Is autem dixit illis: Vbi corpus, illuc congregabuntur & aquilæ.

CAP. XVIII.

Dicebat autem: & parabolam illis, ad oportere semper orare, & non segnescere,

Dicens: Iudex quidam erat in quadam ciuitate, Deum non timens, & hominem non reueritus.

Vidua autem erat in ciuitate illa, & veniebat ad eum, dicens: Vindica me de aduersario meo.

Et non volebat ad tempus. post autem hæc dixit in seipso: Si Deum non timeo, & hominem non reuereor:

Propter præbere mihi molestiam viduam hanc, vindicabo illam, ne in finem veniens fugillet me.

Ait autem Dominus: Audite quid iudex iniustitiæ dicit.

At Deus non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die & nocte, & longanimus super illos?

Etiam dico vobis, quia faciet vindictam illorum in celeritate. veruntamen filius hominis veniens num inueniet fidem in terra?

Dixit autem ad quosdam persuasos in seipsis, quod essent iusti, & nihil facientes cæteros, parabolam istam:

Homines duo ascendebant in templum orare, vnus Pharisæus, & alter publicanus.

Pharisæus stans apud se hæc orabat: Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut cæteri hominum, raptores, iniusti, adulteri, aut & vt hic publicanus.

Transl Erasm. Roterod.

Neque dicent, ecce hic, aut ecce illic. Ecce enim regnum Dei intra vos est.

Et ait ad discipulos: Venient dies, quando desiderabit is videre vnum dierum filij hominis, nec videbitis.

Et dicent vobis. Ecce hic, ecce illic. Nolite ire, neque sectemini.

Nam sicut fulgur coruscans è regione quæ sub cœlo est, in alteram quæ sub cœlo est fulget, ita erit filius hominis in die suo.

Sed prius oportet illum multa pati, & reprobari à natione hac.

Et sicut accidit in diebus, Noe ita erit & in diebus filij hominis.

Edebant, bibebant, vxores ducebant, & dabantur nuptiæ ad eum vsque diem, quo intrauit Noe, in arcam, & venit diluuium, & perdidit omnes.

Consimiliter etiam sicut accidit in diebus Lot, Edebant, bibebant, emebant, vendebant, plantabant, ædificabant.

Cæterum quo die exijt Lot è Sodomis, pluit igni & sulphure de cœlo. & omnes perdidit.

Secundum hæc erit dies, quo filius hominis reuelatur.

In illo die qui fuerit in tecto, & vasa eius in domo, ne descendat ad tollendum illa, & qui in agro similiter non redeat ad relicta.

Memores autem estote vxoris Lot.

Quicunque quæsierit animam suam seruare, perdet illam: & quicunque perdiderit illam, vitam illi parabit.

Dico vobis, in illa nocte erunt duo in lecto vno: vnus assumetur, & alter relinquetur.

Duæ erunt molentes simul, vna assumetur, & altera relinquetur.

Et respondentes dicunt illi: Vbi Domine?

Qui dixit illis: Vbicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ.

CAP. XVIII.

Dicebat autem & parabolam ad illos huc spectantem, quod oporteret semper orare, nec defatigari,

Dicens: Iudex quidam erat in quadam ciuitate, qui Deum non timebat, nec hominem reuerebatur.

Vidua autem quædam erat in ciuitate illa & veniebat ad eum, dicens: Vindica me de aduersario meo.

Et nolebat aliquandiu. Post hæc autem dixit intra se: Quanquam Deum non timeo, nec hominem reuereor,

Tamen quia molesta est mihi hæc vidua, vindicabo illam, ne tandem veniens fugillet me.

Ait autem Dominus: Audite quid iudex iniquus dicat:

Deus autem non faciet vindictam electorum suorum, clamantium ad se die ac nocte, etiam cum patiens fuerit super illis?

Dico vobis, quod faciet vindictam illorum cito. Veruntamen filius hominis cum venerit, an reperturus est fidem in terra?

Dixit autem & ad quosdam, qui in se confidebant, quod essent iusti, & aspernabantur cæteros, parabolam istam:

Duo homines ascendebant in templum, vt precarentur: vnus pharisæus, & alter publicanus.

Pharisæus stans, hæc apud se orabat: Deus gratias ago tibi, quod non sim sicut cæteri homines, raptores, iniusti, adulteri, velut etiam hic publicanus.

Vulgat. Editio.

Ieiuno bis in sabbato: decimas do omnium, quæ possideo.

Et publicanus à longè stans, nolebat nec oculos ad cœlum leuare: sed percutiebat pectus suum, dicens: Deus propitius esto mihi peccatori.

Dico vobis: descendit hic iustificatus in domum suam ab illo: quia omnis, qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur.

*Afferebãt aũt ad illũ & infantes, vt eos tangeret. Quod cum viderent discipuli, increpabant illos.

Iesus autem conuocans illos, dixit: Sinite pueros venire ad me, & nolite vetare eos: talium est enim regnum Dei.

Amen dico vobis: Quicumque non acceperit regnum Dei sicut puer, non intrabit in illud.

* Et interrogauit eum quidam Princeps, dicens: Magister bone, quid faciens vitam æternam possidebo?

Dixit autem ei Iesus: Quid me dicis bonum? nemo bonus nisi solus Deus.

Mandata nosti: * Non occides: Non mœchaberis: Non furtum facies: Non falsum testimonium dices: Honora patrem tuum, & matrem.

Qui ait: Hæc omnia custodiui à iuuentute mea.

Quo audito Iesus ait ei: Adhuc vnum tibi deest: omnia quæcumque habes vende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo: & veni, sequere me.

His ille auditis, contristatus est: quia dives erat valde.

Videns autem Iesus illum tristem factum, dixit: Quàm difficile, qui pecunias habent, in regnum Dei intrabunt.

Facilius est enim camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum Dei.

Et dixerunt qui audiebant: Et quis potest saluus fieri?

Ait illis: Quæ impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum.

Ait autem Petrus: Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te.

Qui dixit eis. Amen dico vobis, nemo est, qui reliquit domum, aut parentes, aut fratres, aut vxorem, aut filios propter regnum Dei,

Et non recipiat multo plura in hoc tempore, & in sæculo venturo vitam æternam.

* Assumpsit autem Iesus duodecim, & ait illis: Ecce ascendimus Ierosolymam, & consummabuntur omnia, quæ scripta sunt per prophetas de Filio hominis.

Tradetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur:

Et postquam flagellauerint, occident eum, & tertia die resurget.

Et ipsi nihil horum intellexerunt, & erat verbum istud absconditum ab eis, & non intelligebant quæ dicebantur.

*Factum est autem, cum appropinquaret Iericho, cæcus quidam sedebat secus viã mendicans.

Et cum audiret turbam prætereuntem, interogabat quid hoc esset.

Dixerunt aũtẽ ei, quod Iesus Nazarenus trãsiret.

Et clamauit, dicens: Iesu fili Dauid miserere mei.

Et qui præibant, increpabant eum vt taceret. Ipse vero multo magis clamabat: Fili Dauid miserere mei.

Transl. ex Syriac.

12 *Sed ieiuno bis, in hebdomade: & decimas do omnium quæ possideo.*

13 *Ille verò publicanus stabat procul, nolebatque vel oculos suos in cœlum attoliere: sed percutiebat pectus suum, dicebatque: Deus propitius esto mihi peccatori.*

14 *Dico vobis: descendit iste iustificatus domum suam, potius quàm perischatus ille: Nam quicumque se extollit, deprimetur, & quicumque se deprimit, extolletur.*

15 *Adferebant autem ad eum infantes, vt tangeret eos. Et viderunt eos discipuli eius, eosque obiurgarunt.*

16 *Ipse verò Ieschua aduocauit eos, dixitque eis: Sinite puerulos venire ad me, nec prohibeatis eos: eorum enim est, qui sicut isti sunt, eorum (inquam) regnum cælorum.*

17 *Amin dico vobis: Quicunque non acceperit regnum Dei tamquam puerulus, non ingredietur illud.*

18 * *Et interrogauit eum vnus ex primoribus, dixitque ei, Doctor bone, quid faciam vt hereditate possideam vitam æternam?*

19 *Dixit ei Ieschua: Cur me vocas bonum? nemo bonus nisi vnus Deus.*

20 *Mandata nosti: Non occides: Nec mœchaberis: Nec furaberis: Nec perhibebis testimonium falsum: Honora patrem tuum, & matrem tuam.*

21 *Dixit ei: hæc omnia obseruaui à pueritia mea.*

22 *Quod quum audisset Ieschua, dixit ei: Num tibi deest: vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & erit tibi thesaurus in cœlo: atque post me veni. o.*

23 *Ipse verò quum hæc audisset, mœrore affectus est: erat enim dives admodum.*

24 *Quumque vidisset Ieschua eum mœrore affici, ait: Quam difficile est is, qui habent diuitias ingredi regnum Dei!*

25 *Facilius est camelum per foramen acus introire, quàm diuitem in regnum Dei.*

26 *Dicunt ei ij qui audierant: Ecquis potest saluus fieri?*

27 *Ieschua verò ait: Ea quæ apud homines impossibilia sunt, apud Deum possunt fieri.*

28 *Dixit ei Schemeaun Kipho: Ecce nos relinquimus omnia, & venimus post te.*

29 *Dixit ei Ieschua: Amin dico vobis, nemo est qui reliquerit domos, aut parentes, aut fratres, aut vxorem, aut*

30 *filios propter regnum Dei:*

Qui non recepturus sit duplicia multa hoc tempore, & in sæculo venturo vitam æternam.

31 * *Et accepit Ieschua dodecadem suam, & dixit eis: Ecce ascendimus ad Ourischlem, & perficientur omnia, quæ scripta sunt in prophetis aduersus Filium hominis.*

32 *Tradetur enim gentibus, illudent ei, & conspuent in vultum eius, ac flagellis cædent eum:*

33 *Et afficient eum ignominia, eumque trucidabunt, ac die tertia resurget.*

34 *Illi autem nihil horum intellexerunt, sed latebat eos sermo iste, & nesciebant hæc quæ dicebantur eis.*

35 *Porrò quum appropinquaret Hirichou, cæcus quidam sedebat iuxta viam, & mendicabat.*

36 *Et audiit vocem turbæ transeuntis, & scisciatus est quisnam hic esset.*

37 *Dicunt ei, Ieschua Nazarenus transit.*

38 *Clamauit itaque & ait: Ieschua fili Dauid miserere mei.*

39 *Ii autem qui iter faciebant ante ipsum Ieschuã, obiurgabant eum vt taceret. Ille verò magis clamabat: Fili Dauid miserere mei.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Ieiuno bis in sabbato, decimo omnia, quæ possideo.

Et publicanus à longè stans non volebat nec oculos ad cælum leuare, sed percutiebat in pectus suum, dicens: Deus propitius esto mihi peccatori.

Dico vobis, descendit hic iustificatus in domum suam quàm enim ille, quia omnis exaltans seipsum humiliabitur: at humilians seipsum exaltabitur.

Afferebant autem ei & infantes, vt eos tangeret. Viderentes autem discipuli, increpabant illos.

At Iesus aduocans illos, dixit: Sinite pueros venire ad me, & ne prohibete eos: nam talium est regnum Dei.

Amen dico vobis, quicumque non acceperit regnum Dei sicut puer, non intrabit in illud.

Et interrogauit quidam eum princeps, dicens: Magister bone, quid faciens vitam æternam possidebo?

Dixit autem ei Iesus: Quid me dicis bonum? nemo bonus si non vnus, Deus.

Mandata nosti, Ne mœchaberis, ne occidas: ne fureris, ne falso testeris: honora patrem tuum & matrem tuam.

Is aũt ait: Hæc omnia custodiui à iuuentute mea.

Audiens autem hæc Iesus, ait ei: Adhuc vnum tibi deest: omnia quæcumque habes vende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo, & veni sequere me.

Ille autem audiens hæc, pertristis factus est: erat enim dives valde.

Videns autem illum Iesus pertristem factum, dixit: Quàm difficile pecunias habentes intrabunt regnum Dei!

Facilius enim est camelum per foramen acus intrare, quàm diuitem in regnum Dei intrare.

Dixerunt autem audientes: Et quis potest seruari?

Is autem ait: Impossibilia apud homines, possibilia sunt apud Deum.

Ait autem Petrus: Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te.

Is autem dixit eis: Amen dico vobis, quod nemo est qui reliquit domum, aut parentes, aut fratres, aut vxorẽ, aut filios propter regnum Dei,

Qui non recipiat multo plura in tempore hoc, & in sæculo veniente vitam æternam.

Assumens autem duodecim, ait ad illos: Ecce ascendimus Hierosolymam, & consummabuntur omnia scripta per Prophetas filio hominis.

Tradetur enim gentibus, & illudetur, & contumelia afficietur, & conspuetur.

Et flagellantes occident eum, & tertia die resurget.

Et ipsi nihil horum intellexerunt, & erat verbum illud absconditum ab eis, & non cognoscebant dicta.

Factum est autem in appropinquare ipsum in Iericho, cæcus quidam sedebat secus viam mendicans.

Audiens autem turbam prætereuntem, interrogabat quid esset hoc.

Nũtiauerũt autẽ ei, quod Iesus Nazarenus trãsiret

Et clamauit, dicens: Iesu fili Dauid miserere mei.

Et præeuntes increpabant eum vt taceret. Ipse vero multo magis clamabat: Fili Dauid miserere mei.

Transl. Erasm. Roterod.

Ieiuno bis in sabbato: decimas do omnium quæ possideo.

Et publicanus procul stans, nec oculos volebat ad cælum attollere, sed percutiebat pectus suum, dicens: Deus propitius esto mihi peccatori.

Dico vobis, descendit hic iustificatus in domum suam magis quàm ille: quia omnis qui se extollit humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur.

Afferebant autem ad eum & infantes, vt eos tangeret. Quod cum viderent discipuli, increpabant illos.

Iesus autem cum illos ad se vocasset, dixit: Sinite pueros venire ad me, & nolite vetare eos, talium est enim regnum Dei.

Amen dico vobis: Quicumque non acceperit regnum Dei veluti puer, non intrabit in illud.

Et interrogauit eum quidam princeps, dicens: Magister bone, quid faciendum mihi, vt consequar vitam æternam?

Dixit autem ei Iesus: Quid me dicis bonum? Nemo bonus, nisi solus Deus.

Præcepta nosti: Non cõmittes adulterium. Non occides. Non facies furtum. Non falsum testimonium dices. Honora patrem tuum & matrem tuam:

At ille ait: Hæc omnia seruaui à iuuentute mea.

Quo audito Iesus, ait ei: Adhuc vnum tibi deest: Omnia quæcunque habes vende, & distribue pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo, & veni, sequere me.

His ille auditis mœrore affectus est, quia dives erat valde.

Videns autem Iesus illum mœrore affectum, dixit: Quàm difficile qui pecunias habent, in regnum Dei introibunt.

Facilius est enim camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum Dei.

Et dixerunt qui audierant: Et quis potest saluus fieri?

At ille ait: Quæ impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum.

Ait autem Petrus: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te.

Qui dixit eis: Amen dico vobis, nemo est qui reliquit domum, aut parentes, aut fratres, aut vxorem, aut liberos propter regnum Dei,

Qui non recepturus sit multo plura in hoc tempore, & in sæculo venturo vitam æternam.

Assumpsit autem Iesus duodecim, & ait illis: Ecce ascendimus Hierosolymam, & consummabuntur omnia, quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis.

Tradetur enim gentibus, & illudetur, & contumelijs afficietur, & conspuetur,

Et postquam flagellauerint, occident eum, ac die tertia resurget.

Et ipsi nihil horum intellexerunt. Et erat verbum istud absconditum ab eis, nec intelligebant quæ dicebantur.

Accidit autem cum appropinquaret Hiericho, cæcus quidam sedebat iuxta viam mendicans.

Et cum audiret turbam prætereuntem, interrogabat, quid hoc esset.

Dixerunt autem ei, quod Iesus Nazarenus transiret.

Et clamauit, dicens: Iesu fili Dauid, miserere mei.

Stans autem Iesus, iussit illum adduci ad se. Et cum appropinquasset, interrogauit illum,

Vulgat. Editio.

Stans autem Iesus iussit illum adduci ad se. Et cum appropinquasset, interrogauit illum.

Dicens: Quid tibi vis faciam? At ille dixit: Domine, vt respiciam.

Et Iesus dixit illi: Respice, fides tua te saluũ fecit.

Et confestim vidit, & sequebatur illum magnificans Deum. Et omnis plebs vt vidit, dedit laudem Deo.

CAP. XIX.

ET ingressus perambulabat Iericho.

Et ecce vir nomine Zachæus, & hic princeps erat publicanorum, & ipse diues:

Et quærebat videre Iesum quis esset: & non poterat præ turba, quia statura pusillus erat.

Et præcurrens ascendit in arborem sycomorum vt videret eum: quia inde erat transiturus.

Et cum venisset ad locum, suspiciens Iesus vidit illum, & dixit ad eum: Zachæe festinans descende: quia hodie in domo tua oportet me manere.

Et festinans descendit, & excepit illum gaudens.

Et cum viderent omnes, murmurabant, dicentes, quod ad hominem peccatorem diuertisset.

Stans autem Zachæus, dixit ad Dominum: Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus: & si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum.

Ait Iesus ad eum: Quia hodie salus domui huic facta est: eo quod & ipse filius sit Abrahæ.

*Mat. 18. 11. *Venit enim Filius hominis quærere, & saluum facere quod perierat.

Hæc illis audientibus adiiciens, dixit parabolã, eo quod esset prope Ierusalẽ: & quia existimarent quod confestim regnum Dei manifestaretur.

*Mat. 25. 13. Dixit ergo: *Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum, & reuerti.

Vocatis autem decem seruis suis, dedit eis decem mnas, & ait ad illos: Negotiamini dum venio.

Ciues autem eius oderant eum, & miserunt legationem post illum, dicentes: Nolumus hunc regnare super nos.

Et factum est vt rediret accepto regno: & iussit vocari seruos, quibus dedit pecuniam, vt sciret quantum quisque negotiatus esset.

Venit autem primus, dicens: Domine, mna tua decem mnas adquisiuit.

Et ait illi: Euge bone serue, quia in modico fuisti fidelis, eris potestatem habens super decem ciuitates.

Et alter venit, dicens: Domine, mna tua fecit quinque mnas.

Et huic ait: Et tu esto super quinque ciuitates.

Et alter venit, dicens: Domine, ecce mna tua, quam habui repositam in sudario:

Timui enim te, quia homo austerus es: tollis quod non posuisti, & metis quod non seminasti.

Dicit ei: De ore tuo te iudico serue nequam: sciebas quod ego homo austerus sum, tollens quod non posui, & metens quod non seminaui:

Et quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, vt ego veniens cum vsuris vtique exegissem illam?

Transl. ex Syriac.

40 *Et substitit Ieschua, iussitque eum ad se vocari. Quumque ei appropinquasset, interrogauit eum,*

41 *Dixitque ei: Quid vis faciam tibi? Ille verò dixit: Domine mi, vt videam.*

42 *At Ieschua dixit ei: Videto, fides tua te seruauit.*

43 *Eoq; momento vidit, ac veniebat post eum, & glorificabat Deum. Totusque populus quum hoc vidisset tribuebat laudem Deo.*

CAP. XIX.

1 *QUumque ingressus esset Ieschua, & transiret per Hrichou.*

2 *Vir quidam nomine Zaccai diues erat, & magister publicanorum.*

3 *Et volebat videre Ieschua quisnam esset: nec poterat præ turba, quòd statura paruus esset Zaccai.*

4 *Et cucurrit ante Ieschua, conscenditque ficum inspidam, (sycomorum) vt eum conspicaretur: quoniam futurum erat vt illac transiret.*

5 *Vt autem venit ad eum locum Ieschua, vidit eum, & & dixit ei: Festina, descende Zaccai: hodie enim oportet me domi tuæ adesse.*

6 *Festinans itaque descendit, & excepit eum gaudens.*

7 *Quum autem hoc vidissent, omnes murmurabant, dicentes, apud hominem peccatorem ingressus diuertit.*

8 *Stetit autem Zaccai, & dixit ipsi Ieschua: Ecce Domine mi, dimidium facultatum mearum do pauperibus: & cuicumque aliquid per iniuriam eripuerim, quadruplum retribuo.*

9 *Dixit ei Ieschua: Hodie facta est salus huic domui: eò quòd ipse quoque est filius Abrahami.*

10 *Venit enim Filius hominis, vt quærat, & seruet quod perierat.*

11 *Et quum hæc audirent, addidit sermoni parabolam, eo quòd esset prope Ourischlem: & quòd putarent fore vt eo momento appareret regnum Dei.*

12 *Et ait: Vir quidam maximo stemmate natus, profectus est in regionem longinquam, vt acciperet sibi regnum, & reuerteretur.*

13 *Et aduocauit decem seruos suos, deditq; eis decem minas, & dixit eis: Negotiamini donec veniam.*

14 *Filij autem ciuitatis ipsius oderant eum: miseruntque legatos post eum, & inquiunt: Nolumus hunc regnare super nos.*

15 *Quumque accepisset regnum, & reuersus fuisset: iussit vocari ad se seruos illos, quibus dederat argentum, vt cognosceret quid vnusquisque ex eis negotiatus fuisset.*

16 *Venit autem primus, & ait: Domine mi, mina tua decem minas lucrifecit.*

17 *Dixit ei: euge serue bone, quia in minimo inuentus es fidelis, dominaberis super decem vrbes (arces.)*

18 *Et venit secundus, & ait: Domine mi, mina tua quinque minas fecit.*

19 *Dixit & ipsi: Tu quoque dominaberis super quinque ciuitates.*

20 *Alius autem venit, & ait: Domine mi, ecce mina illa tua, quæ penes me fuit posita in sindone:*

21 *Timui enim à te, quippe qui homo durus sis: & auferas id quod non deposuisti, ac metas quod non seminasti.*

22 *Dixit ei: Ex ore tuo te iudicabo, serue nequam: noueras enim me esse hominem durum, qui auferam quod non deposui, & metam quod non seminaui.*

23 *Quare non dedisti argentum meum super mensam, & ego veniens essem & illud repetissem cum suis vsuris?*

Transl. B. Ariæ Mont.

Stans autem Iesus iussit illum adduci ad se. appropinquante autem eo, interrogauit illum,
Dicens: Quid tibi vis faciam? ille autem dixit: Domine, vt respiciam.
Et Iesus dixit illi: Respice: fides tua seruauit te.
Et confestim respexit, & sequebatur illum glorificans Deum, & omnis populus videns dedit laudem Deo.

CAP. XIX.

ET ingressus pertransibat Iericho.

Et ecce vir nomine vocatus Zacchæus, & hic erat princeps publicanorum, & ipse erat diues.
Et quærebat videre Iesum quis esset, & non poterat præ turba: quia statura pusillus erat.
Et præcurrens coram, ascendit in sycomorum, vt videret eum: quia illâ futurus erat transire.

Et vt venit ad locum, suscipiens Iesus vidit illum, & dixit ad eum: Zacchæe, festinans descende: hodie enim in domo tua oportet me manere.
Et festinans descendit, & excepit illum gaudens.
Et videntes omnes murmurabãt, dicentes quod ad peccatorem hominem introiuit diuersari.

Stans autem Zacchæus dixit ad Dominum: Ecce dimidia substantiarum mearum, Domine, do pauperibus, & si aliquem quid defraudaui, reddo quadruplum.
Ait autem ad eum Iesus: Quia hodie salus dõui huic facta est, eo quod & ipse filius Abrahæ sit.
Venit enim filius hominis quærere & seruare perditum.
Audientibus autem illis hæc adiiciens dixit parabolã, propter prope eũ esse Hierusalẽ, & videri eis quod cõfestim futurũ esset regnũ Dei apparere.
Dixit ergo: Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibiipsi regnum, & reuerti.
Vocans autem decem seruos suos, dedit eis decem mnas, & ait ad illos: Negotiamini dum venio.
At ciues eius oderant eum, & miserunt legationem post illum, dicentes: Non volumus hunc regnare super nos.
Et factum est in redire ipsum accipientem regnum, ait vocari sibi seruos hos, quibus dedit argentum, vt sciret quis quid negotiatus esset.

Adfuit autem primus, dicens: Domine, mna tua adquisiuit decem mnas.
Et ait illi: Euge bone serue, quia modico fidelis fuisti, esto potestatem habens super decem ciuitates.
Et venit secundus, dicens: Domine, mna tua fecit quinque mnas.
Ait autem & huic: Et tu esto super quinqne ciuitates.
Et alter venit, dicens: Domine, ecce mna tua, quam habui repositam in sudario.
Timui enim te, quia homo austerus es: tollis quodnon posuisti, & metis quod non seminasti.

Dicit autem ei: De ore tuo iudico te, scelerate serue sciebas quod ego homo austerus sum, tollens quod nõ posui, & metẽs quod non seminaui.
Et quare non dedisti argentum meum mensariis, & veniens ego cum vsura vtique exegissem illud?

Transl. Erasm. Roterod.

Stans autem Iesus, iussit illum adduci ad se. Et cum appropinquasset, interrogauit illum,
Dicens: Quid tibi vis faciam? At ille dixit: Domine, vt visum recipiam.
Et Iesus dixit ei: Recipito visũ. Fides tua te saluũ reddidit
Et confestim visum recepit, ac sequebatur illum glorificans Deum. Et omnis plebs vt vidit, dedit laudem Deo.

CAP. XIX.

ET ingressus perambulabat Hiericho.

Et ecce vir nomine Zacheus, atque is princeps erat publicanorum, & idem erat diues.
Et quærebat videre Iesum quis esset, nec poterat præ turba, quod statura pusillus esset.
Et præcurrens ascendit in arborem sycomorum, vt videret eum, nam illac erat transiturus.

Et cum venisset ad locum, suspiciens Iesus, vidit illũ, dixitq; ad eum: Zachæe, festinans descende, quia hodie domi tuæ oportet me manere.
Et festinans descendit, & excepit illum gaudens.
Cumq; viderent omnes, murmarabant, dicentes, quod ingressus esset apud hominem peccatorem diuersaturus.

Stans autem Zacheus, dixit ad dominum: Ecce dimidium bonorum meorum, domine, do pauperibus: & si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplum.

Ait Iesus ad eum: Hodie salus domui huic contigit, eo quod & ipsa filia sit Abrahæ.
Venit enim filius hominis quærere & seruare quod perierat.
Hæc illis audientibus, adijciens dixit parabolã, eo quod esset prope Hierosolymam, quodq; existimarent fore, vt confestim regnum Dei manifestaretur.
Dixit ergo: Homo quidam genere clarus profectus est in regionem longinquam, vt acciperet sibi regnum, ac reuerteretur.
Vocatis autem decem seruis suis, dedit eis decem minas, & ait ad illos: Negociemini donec veniam.
Ciues autem eius oderant eum, miseruntq; legationem post illum, dicentes: Nolumus hunc regnare super nos.

Et factum est vt rediret accepto regno, iussitq; vocari illos seruos ad se, quibus dederat pecuniam, vt sciret, quantum quisque negociatus esset.

Venit autem primus, dicens: Domine, mina tua decem minas acquisiuit.
Et ait illi: Euge bone serue, quia in minimo fuisti fidelis, habeto potestatem super decem ciuitates.

Et alter venit, dicens: Domine, mina tua confecit quinque minas,
Et huic ait: Et tu præfectus esto quinque ciuitatibus.

Et alius venit, dicens: Domine, ecce mina tua, quam habui repositam in sudario,
Timui enim te, quod homo austerus sis, tollis quod non posuisti, & metis quod non seminasti.

Dicit ei: De ore tuo te iudicabo serue male, sciebas, quod homo austerus sim, tollens quod non posui, & metens quod non seminaui:
Et quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, & ego veniens, cum vsuris vtique exegissem illam?

Vulgat. Editio.

Et astantibus dixit: Auferte ab illo mnam, & date illi, qui decem mnas habet.

Et dixerunt ei: Domine, habet decem mnas.

*Dico autem vobis, quia omni habenti dabitur, & abundabit: ab eo autem, qui non habet, & quod habet auferetur ab eo.

Verùtamẽ inimicos meos illos, qui noluerũt me regnare super se, adducite huc: & interficite ãte me.

Et his dictis, præcedebat ascendens Ierosolymam.

Et factum est, *cum appropinquasset ad Bethphage, & Bethaniam, ad montem, qui vocatur Oliueti, misit duos discipulos suos,

Dicens: Ite in castellum, quod contra est: in quod introeuntes, inuenietis pullum asinæ alligatum, cui nemo vnquam hominum sedit: soluite illum, & adducite.

Et si quis vos interrogauerit: Quare soluitis? sic dicetis ei: Quia Dominus operam eius desiderat.

Abierunt autem qui missi erant: & inuenerunt sicut dixit illis, stantem pullum.

Soluentibus autem illis pullum, dixerunt Domini eius ad illos: Quid soluitis pullum?

At illi dixerũt: Quia Dñs eum necessarium habet.

*Et duxerunt illum ad Iesum, Et iactantes vestimenta sua supra pullum, imposuerunt Iesum.

Eunte autem illo, substernebant vestimenta sua in via.

Et cum appropinquaret iam ad descensum Montis oliueti, cœperunt omnes turbæ discipulorum gaudentes laudare Deum voce magna super omnibus, quas viderant, virtutibus,

Dicentes: Benedictus, qui venit Rex in nomine Domini: pax in cœlo, & gloria in excelsis.

Et quidam Pharisæorum de turbis dixerunt ad illum: Magister, increpa discipulos tuos.

Quibus ipse ait: Dico vobis, quia si hi tacuerint, lapides clamabunt.

Et vt appropinquauit, videns ciuitatem, fleuit super illam, dicens:

Quia si cognouisses & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.

Quia veniẽt dies in te: & circundabunt inimici tui vallo, & circumdabunt te: & coangustabunt te vndique:

Et ad terrã prosternẽt te, & filios tuos, qui in te sunt, *& nõ relinquent in te lapidem super lapidẽ: eo quod non cognoueris tempus visitationis tuæ.

*Et ingressus in templum, cœpit eicere vendentes in illo, & ementes,

Dicẽs illis: Scriptũ est: Quia domus mea domus orationis est: vos aũt fecistis illã spelunca latronũ.

Et erat docens quotidie in templo. Principes autem sacerdotum, & Scribæ, & Principes plebis quærebant illum perdere,

Et non inueniebant quid facerent: Omnis enim populus suspensus erat, audiens illum.

CAP. XX.

ET factum est in vna dierum, docente illo populum in templo, & euangelizante, conuenerunt Principes sacerdotum & Scribæ cum senioribus,

Et aiũt dicẽtes ad illũ: Dic nobis, in qua potestate hæc facis: aut, Quis est, qui dedit tibi hãc potestatẽ?

Respondẽs autem Iesus, dixit ad illos: Interrogabo vos & ego vnum verbum. Respondete mihi:

Baptismus Ioãnis de cælo erat, an ex hominibus?

Transl. ex Syriac.

Illis autem qui adstabant coram se dixit: Tollite ab eo minam, & date ei penes quem sunt decem minæ.

Dicunt ei: Domine noster habet decem minas.

Ait illis: Dico vobis, vnicuique habenti dabitur, ei autem qui nihil habet, id etiam quod habet, auferetur ab eo.

Verùm meos illos inimicos, qui noluerunt me regnare super se, adducite eos: & trucidate eos coram me.

* *Quumque hæc dixisset Ieschua, progressus est vt proficisceretur ad Ourischlem.*

Et quum appropinquasset Beth-Phage, & Beth-Anio iuxta verticem montis, qui vocatur Domus oliuarum, misit duos ex discipulis suis;

Et dixit eis: Ite in pagum illum qui vobis est è regione: quumque ingressi fueritis, ecce inuenietis pullum alligatum, in quo nemo vnquàm equitauit: soluite, adducite eum.

Et si quis vos interrogauerit: Quare soluitis eum? sic dicetis ei: Domino nostro requiritur.

Et profecti sunt ij qui missi fuerant, & inuenerunt prout dixerat eis.

Quumque soluerent pullum illum, dicunt eis Domini eius: Quare soluitis pullum hunc?

At dixerunt eis: Quia Domino nostro requiritur.

Et adduxerunt eum ad Ieschua, & iniecerunt super pullum pallia sua, & equitare fecerunt Ieschua in eo.

Quum autem iter faceret, substernebant pallia sua in via.

Quumque appropinquaret ad descensum Montis domus oliuarum, cœpit omnis cœtus discipulorum lætari, & glorificare Deum alta voce de omnibus virtutibus quas viderant.

Et dicebant: Benedictus Rex ille qui venit in nomine Domini: pax in cælo, & gloria in excelsis.

Quidam autem ex Pharisæis è media turba dicunt ei: Rabbi, obiurga discipulos tuos,

Ait illis: Dico vobis, si siluerint isti, lapides clamabunt.

* *Quumque appropinquasset, vidissetque ciuitatem, fleuit super eam: & ait:*

Nempe si tu nosses ea quæ sunt ad pacem tuam, vel saltem isto die tuo, nunc autem occulta sunt ab oculis tuis.

Aduenient autem tibi dies, quibus obsidebunt te hostes tui, & cingent te ab omni loco.

Et euertent te, filios & tuos intra te: neque relinquent in te lapidem super lapidem, eò quòd non noueris tempus visitationis tuæ.

Quumque ingressus esset in templum, cœpit eijcere eos qui emebant in eo, & vendebant.

Et ait illis: Scriptum est: Domus mea, domus orationis est: Vos autem fecistis eam speluncam latronum.

Et ipse docebat quotidie in templo. Principes autem sacerdotum, & Scribæ, & Seniores populi studebant eum perdere.

Nec inueniebant quid agerent ei: Omnis enim populus pendebat ab eo, vt ipsum audiret.

CAP. XX.

ET factum est quodã ex diebus illis, quum docereti in templo populum, & euangelizaret, vt insurrexerint in eum Principes sacerdotum & Scribæ, cum Senioribus:

Et dicunt ei: Dic nobis quanam potestate hæc facis, & quis est ille qui dedit tibi hanc potestatem?

Respondit Ieschua, & dixit: Interrogabo vos & ego sermonem. Itaque dicite mihi:

Baptismæ Iouchanon è cælo erat, an ex hominibus?

*Mat. 25. 29. Mar. 4. 25.

*Supp. 8. 38. Mat. 23. 12. & 15. 29 Mar. 4. 25

*Mar. 21. 1. Mat. 21. 1.

*Ioã. 12. 14.

*Mar. 24. 2. Mar. 13. 2 Inf. 21. 6

*Mar. 21. 12. Mar. 11. 17. 27. Isa. 56. 7 Ier. 7. 11.

Mat. 21. 23 Mar. 11. 27.

* Dominica Palmarum.

* Ad Dominicam 6. ciuda Ieiunii, ubi legitur Matthæi Passio.

Ad Sabbatum ante Dominicam 6. ciuda Ieiunii.

Transl. B. Ariæ Mont.

Et astantibus dixit: Auferte ab illo mnam, & date decem mnas habenti.
Et dixerunt ei: Domine, habet decem mnas.
Dico enim vobis, quia omni habenti dabitur, ab autem non habente, & quod habet, auferetur ab eo.
Verumtamen inimicos meos illos, nō volētes me regnare super se, adducite huc, & iugulate ante me.
Et dicens hæc ibat ante ascendentes in Hierosolymam.
Et factum est, cum appropinquasset ad Bethphage, & Bethaniam, ad montem vocatum Oliuarum, misit duos discipulorum suorum,
Dicens: Ite in contra vicum in quo, introeuntes inuenietis pullum alligatum super quem nemo vnquam hominum sedit: soluentes illum adducite.
Et si quis vos interrogauerit, Quare soluitis? sic dicetis ei: Quia Dominus eius opus habet.
Abeuntes autem missi, inuenerunt sicut dixit illis.
Soluentibus autem illis pullum, dixerunt Domini eius ad illos: Quid soluitis pullum?
Illi autem dixerunt: Dominus eius opus habet.
Et duxerunt illum ad Iesum: & iniicientes sua ipsorum vestimenta supra pullum, imposuerunt Iesum.
Eunte autem illo, substernebant vestimenta sua in via.
Appropinquante autem eo iam ad descensum montis olearum, cæperunt omnis turba discipulorum gaudentes laudare Deum voce magna de omnibus quas viderant virtutibus,
Dicentes: Benedictus veniens rex in nomine Domini: pax in cælo, & gloria in excelsis.
Et quidam Pharisæorum de turba dixerunt ad illum: Magister, increpa discipulos tuos.
Et respondens ait illis: Dico vobis, quia si hi tacuerint lapides clamabunt.
Et vt appropinquauit, videns ciuitatem, fleuit super illam, Dicens:
Quia si cognouisses & tu, & quidem in die tua hac, quæ ad pacem tuam: nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.
Quia veniēt dies in te, & circundabunt inimici tui vallum tibi, & circumcingent te, & coangustabunt te vndique.
Et solo æquabunt te, & filios tuos in te: & non relinquent in te lapidem super lapidem; eo quod non cognoueris tempus visitationis tuæ.
Et ingressus in templum, cœpit eiicere vendentes in illo, & ementes,
Dicēs illis: Scriptū est: Domus mea domus orationis est: vos autem illam fecistis spelūcā latronū.
Et erat docens per diem in templo, at principes sacerdotum & Scribæ quærebant illum perdere, & primi plebis:
Et non inueniebant quid facerent: populus enim omnis suspensus erat, illum audiens.

CAP. XX.

Et factum est in vna dierum illorum, docente illo populum in templo, & euangelizante, superuiterunt principes Sacerdotum & Scribæ cum senioribus:
Et aiūt ad illū, dicētes: Dic nobis in qua potestate hæc facis, aut quis est, dans tibi potestatem hanc.
Respondens autem dixit ad illos: Interrogabo vos & ego vnum verbum, & dicite mihi:
Baptismus Ioānis de cælo erat, an ex hominibus?

Transl. Erasm. Roterod.

Et astantibus dixit: Auferte ab illo minam, & date illi qui decem minas habet.
Et dixerunt ei: Domine, habet decem minas.
Dico enim vobis, quod omni habenti dabitur, ab eo autem qui non habet, etiam quod habet, auferetur.
Quin inimicos meos illos, qui noluerunt me regnare super se, adducite huc, & interficite ante me.
Et his dictis, ibat pergens ascendere Hierosolymam.
Et factum est cum appropinquasset ad Bethphage & Bethaniam iuxta montem, qui vocatur Oliuarum, misit duos discipulos suos,
Dicens: Ite in castellum, quod è regione est. In quod introeuntes inuenietis pullum asinæ alligatum in quo nemo vnquam hominum sedit: soluite illum, & adducite.
Et si quis vos interrogauerit, quare soluitis, sic dicetis ei: Quia Dominus eo opus habet.
Abierunt autem qui missi erant, & inuenerunt sicut dixerat illis.
Soluentibus autem illis pullum, dixerunt domini eius ad illos: Quare soluitis pullum?
At illi dixerunt: Quia Dominus eo habet opus.
Et duxerunt illum ad Iesum. Et iniectis vestimentis suis super pullum, imposuerunt Iesum.
Eunte autem illo, substernebant vestimenta sua in via.
Et cum appropinquaret iam ad descensum montis Oliuarum, cœperunt omnis multitudo discipulorum gaudentes laudare Deum voce magna super omnibus, quas viderant, virtutibus,
Dicentes: Benedictus qui venit rex in nomine Domini, pax in cœlo, & gloria in altissimis.
Et quidam pharisæorum è turba dixerunt ad illum: Magister, increpa discipulos tuos.
Quibus ipse ait: Dico vobis, quod si hi tacuerint, mox lapides clamabunt.
Et vt appropinquauit, videns ciuitatem, fleuit super illa, dicens:
Si cognouisses & tu, & quidem in isto die tuo, quæ ad pacem tuam pertinent curares. Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.
Quia venient dies in te, & circundabunt te inimici tui vallo, & cingent te, & coangustabunt te vndique,
Et solo æquabunt te, & filios tuos qui in te sunt. Et non relinquent in te lapidem super lapidem, eo quod non cognoueris tempus visitationis tuæ.
Et ingressus in templum, cœpit eijcere vendentes in illo & ementes,
Dicens illis: Scriptum est, Domus mea domus precationis est: vos autem fecistis illam speluncam latronum.
Et docebat quotidie in templo. Principes autem sacerdotum & scribæ quærebant illum perdere, & primores plebis,
Nec inueniebant, quid facerent. totus enim populus pendebat ab ore eius, cum audiret illum.

CAP. XX.

Et factum est in vno dierum illorum, docente illo populum in templo, & euangelizante, conuenerunt principes sacerdotum, & scribæ cum senioribus,
Et aiunt illi dicentes: Dic nobis, qua authoritate ista facis? Aut, quis est qui dedit tibi istam authoritatem?
Respondens autem Iesus dixit ad illos: Interrogabo vos & ego vnum quiddam, & respondete mihi:
Baptismus Iohannis è cœlo erat, an ex hominibus?

Vulgat. Editio.

At illi cogitabant intra se, dicentes: Quia si dixerimus, de cœlo, dicet: Quare ergo non credidistis illi?

Si autem dixerimus, Ex hominibus: plebs vniuersa lapidabit nos: certi sunt enim, Ioannem prophetam esse.

Et responderunt: Se nescire vnde esset.

Et Iesus ait illis: Neque ego dico vobis in qua potestate hæc facio.

Cæpit autem dicere ad plebem parabolam hãc: * Homo plantauit vineam, & locauit eam colonis: & ipse peregre fuit multis temporibus.

Et in tempore misit ad cultores seruum, vt de fructu vineæ darent illi. Qui cæsum dimiserunt eum inanem.

Et addidit alterum seruum mittere. Illi autem hunc quoque cædentes, & afficientes contumelia, dimiserunt inanem.

Et addidit tertium mittere: qui illum vulnerantes eiecerunt.

Dixit autem Dominus vineæ: Quid faciam? mittam filium meum dilectum: forsitan, cum hunc viderint, verebuntur.

Quem, cum vidissent coloni, cogitauerunt intra se, dicentes: Hic est hæres, occidamus illum, vt nostra fiat hæreditas.

Et eiectum illum extra vineam, occiderunt. Quid ergo facier illis Dominus vineæ?

Veniet, & perdet colonos istos, & dabit vineam alijs. Quo audito, dixerunt illi: Absit.

Ille autem aspiciens eos ait: Quid est ergo hoc, quod scriptum est: * Lapidem, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli?

Omnis, qui ceciderit super illũ lapidẽ, conquassabitur: super quẽ autẽ ceciderit, cõminuet illum.

Et quærebant Principes sacerdotum, & Scribæ mittere in illum manus illa hora: & timuerunt populum: cognouerunt enim quod ad ipsos dixerit similitudinem hanc.

* Et obseruantes miserunt insidiatores, qui se iustos simularent, vt caperent eum in sermone, vt traderent illum principatui, & potestati Præsidis.

Et interrogauerunt eum, dicentes: Magister, scimus quia recte dicis, & doces: & non accipis personam, sed viam Dei in veritate doces:

Licet nobis tributum dare Cæsari, an non?

Considerans autem dolum illorum, dixit ad eos: Quid me tentatis?

Ostẽdite mihi denarium: Cuius habet imaginẽ, & inscriptionẽ? Respondentes dixerũt ei: Cæsaris.

Et ait illis: * Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo.

Et non potuerunt verbum eius reprehendere coram plebe: & mirati in responso eius, tacuerũt.

* Accesserunt autem quidam Sadducæorum, qui negant esse resurrectionem, & interrogauerunt eum,

Dicentes: Magister, Moyses scripsit nobis: * Si frater alicuius mortuus fuerit habens vxorem, & hic sine liberis fuerit, vt accipiat eam frater eius vxorem, & suscitet semen fratri suo:

Septem ergo fratres erant: & primus accepit vxorem, & mortuus est sine filijs.

Et sequens accepit illam, & ipse mortuus est sine filio.

Et tertius accepit illam. Similiter omnes septem, & non reliquerunt semen, & mortui sunt.

Nouissime omnium mortua est & mulier.

Transl. ex Syriac.

Illi autem cogitabant apud se, & dicebant: Si dixerimus, è cœlo, dicet nobis: Quare ergo fidem ei non adhibuistis?

Sin autem dixerimus, Ex hominibus: lapidibus obruet nos omnis populus, persuasum enim habent Iouchanon Prophetam esse,

Et dixerunt ei: Nescimus vnde esset.

Ait illis Ieschua: Nec ego dico vobis quanam potestate hæc faciam.

Porrò cœpit dicere ad populum parabolam hanc: Vir quidam plantauit vineam, & elocauit eam agricolis, & peregrè abfuit multum tempus.

Et in tempore misit seruum suum ad agricolas, vt darent ei ex fructibus vineæ. Agricolæ verò caciderunt eum, ac dimiserunt inanem.

Et addidit misitque alterum seruum suum. Illi verò eum verberarunt, & ignominia affecerunt ac dimiserunt inanem.

Adiecit itaque & misit tertium: at illi & ipsum percusserunt atque eiecerunt.

Dixit Dominus vineæ: Quid faciam? mittam filium meum dilectum: forsitan spectabunt eum, & reuerebũtur.

Quum autem vidissent eum agricolæ, ratiocinati sunt apud se, & inquiunt: Iste est hæres, venite, trucidemus eum, nostra, futura est hæreditas.

Et eiecerunt eum extra vineam, ac trucidarunt. Quid igitur eis faciet Dominus vineæ?

Veniet, & perdet agricolas illos, dabitque vineam alijs. Hoc autem quum audissent, dixerunt: Nequaquam hoc fiet.

Ille verò intuitus eos, dixit: Ecquid est illud quod scriptum est: Lapis quem reprobauerunt ædificantes ipse factus est in caput cornu anguli?

Et quisquis ceciderit super eum lapidem, confringetur, & in quemcumque cadet, dissipabit eum.

Studebant autem Principes sacerdotum, & Scribæ injicere in eum manus eo momento, sed sibi timebant à populo: cognouerunt enim contra ipsos eum dixisse hanc parabolam.

Et miserunt ad eum insidiatores, qui se iustos esse simularent, vt aucuparentur eum in sermone, & traderent eum iudicio, & potestati Præsidis.

Itaque interrogarunt eum, ac dicunt ei: Doctor, scimus te rectè loqui & docere, nec accipere facies (nec delectum personarum habere,*) sed in veritate viam Dei docere.*

Licet nobis dare pecuniam capitatim Cæsari, an non?

Ipse verò animaduertit eorum astutiam, & ait: Quid me tentatis?

Ostendite mihi denarium: Cuius habet imaginem & inscriptionem? Illi autem inquiunt: Cæsaris.

Dixit eis Ieschua: Reddite igitur quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ Dei, Deo.

Nec potuerunt carpere ex eo sermonem coram populo: & mirati sunt super eius responso: & siluerunt.

* *Cæterum accesserunt quidam ex Sadoukais illis, qui dicunt nullam esse resurrectionem, & interrogarunt eum;* Lectio Mulieri defuncta num.

Dicuntque ei: Doctor, Monsche scripsit nobis: Si cuius frater obierit habens vxorem sine liberis, ducat frater eius vxorem ipsius, & suscitet semen fratri suo.

Septem autem fratres fuerunt: primusq; duxit vxorem, & mortuus est sine liberis.

Et duxit eam secundus in vxorem suam, & iste mortuus est sine liberis.

Rursum & tertius accepit eam. Similiterque & illi septem, & mortui sunt, neque reliquerunt liberos.

Et mortua est ad extremum ipsa quoque mulier.

Transl. B. Ariæ Mont.

Illi autem conratiocinabantur apud sei ipsos, dicentes: Quia si dixerimus, De cælo; dicet: Quare non credidistis illi?

Si autem dixerimus. Ex hominibus omnis populus lapidabit nos: persuasus enim est Ioannem Prophetam esse.

Et responderunt non scire vnde.

Et Iesus ait illis: Neque ego dico vobis in qua potestate hæc facio.

Cæpit autem ad populum dicere parabolam hanc: Homo plantauit vineam, & elocauit eam colonis, & peregre fuit tempora sufficientia.

Et in tempore misit ad cultores seruum, vt de fructu vineæ darent illi: at coloni cædentes eum, dimiserunt inanem.

Et addidit mittere alterum seruum. Illi autem & illum cædentes & inhonorantes, dimiserunt inanem.

Et addidit mittere tertium: Illi autem & hunc vulnerantes eiecerunt.

Dixit autem dominus vineæ: Quid faciam? mittam filium meum dilectum: forsitan hunc videntes verebuntur.

Videntes autem illum coloni, ratiocinabantur ad seipsos, dicentes: Hic est hæres: venite occidamus illum, vt nostra fiat hæreditas,

Et eicientes illum extra vineam, occiderunt. quid ergo faciet illis dominus vineæ?

Veniet & perdet colonos illos, & dabit vineam aliis. Audientes autem dixerunt: Ne fiat.

Ille autem aspiciens eos, ait: Quid ergo est scriptum hoc: Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli?

Omnis cadens super illum lapidem, cõquassabitur: super quem autẽ ceciderit comminuet illum.

Et quærebant principes sacerdotum & Scribæ mittere in illum manus in illa hora, & timuerunt populum, cognouerunt enim quod ad ipsos similitudinem hanc dixerit.

Et obseruantes miserunt insidiatores, simulantes seipsos iustos esse, vt caperent eius sermonem, ad tradendũ iliũ principatui & potestati præsidis.

Et interrogauerunt eum, dicentes: Magister, scimus quia recte dicis & doces, & nõ accipis faciem, sed in veritate viam Dei doces.

Licet nobis Cæsari tributum dare, an non?

Considerans autem illorum dolum, dixit ad eos: Quid me tentatis?

Ostendite mihi denarium: cuius habet imaginem & inscriptionem? respondentes autem dixerunt Cæsaris.

Is autem ait illis: Reddite ergo quæ Cæsaris, Cęsari: & quæ Dei, Deo.

Et non potuerunt reprehendere eius verbum coram populo: & mirati in responso eius tacuerũt.

Accedentes autem quidam Sadducæorum contradicentes resurrectionem non esse, interrogauerunt eum,

Dicentes: Magister, Moyses scripsit nobis, Si alicuius frater mortuus fuerit habens vxorem, & hic sine liberis moriatur, vt accipiat frater eius vxorem, & fuscitet semen fratri suo.

Septem ergo fratres erant, & primus accipiens vxorem, mortuus est sine filiis.

Et accepit secundus vxorem, & ipse mortuus est sine filio.

Et tertius accepit illam, similiter autem & septem non reliquerunt natos, & mortui sunt.

Nouissime autem omniũ mortua est & mulier.

Transl. Erasm. Roterod.

At illi cogitabant intra se, dicentes: Si dixerimus, è cælo, dicet: Quare ergo non credidistis illi?

Sin dixerimus, ex hominibus, plebs vniuersa lapidabit nos. Persuasum enim habet Ioannem prophetam esse.

Et responderunt se nescire vnde esset.

Et Iesus ait illis: Neque ego dico vobis, qua autoritate hæc faciam.

Cæpit autem dicere ad plebem parabolam hanc: Homo quidam plantauit vineam, & locauit eam colonis, & ipse peregre egit multo tempore.

Cumq; esset opportunum, misit ad colonos seruum, vt de fructu vineæ darent ipsi. Qui cæsum emiserunt eum inanem.

Et rursus, adhuc alterum seruum misit. Illi vero hunc quoque cæsum, & contumelijs affectum, emiserunt inanem.

Rursus misit & tertium. Ac illi hunc quoque vulneribus inflictis, eiecerunt.

Dixit autem Dominus vineæ: Quid faciam? Mittam filium meum dilectum. Forsitan cum hunc viderint, reuerebuntur.

Quem cum vidissent coloni, cogitauerunt intra se, dicentes: Hic est hæres, venite occidamus illum, vt nostra fiat hæreditas.

Et eiectum illum extra vineam, occiderunt. Quid ergo faciet illis dominus vineæ?

Veniet & perdet colonos istos, & dabit vineam alijs. Quod cum audissent, dixerunt: Absit.

Ille vero intuitus eos, ait: Quid est ergo hoc, scriptum est: Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, is factus est caput anguli?

Omnis qui ceciderit super illum lapidem, conquassabitur: super quem autem ceciderit comminuet illum.

Et quærebant principes sacerdotum & scribæ injicere in illum manus eadem hora, & timuerunt populum. Cognouerunt enim, quod in ipsos dixisset similitudinem hãc.

Et obseruantes emiserunt insidiatores, qui se iustos simularent, vt caperent eum ex sermone, traderentq; illum principatui & potestati præsidis.

Et interrogauerunt eum, dicentes: Magister, scimus quod recte dicis ac doces, nec respicis personam, sed viam Dei cum veritate doces:

Licet nobis tributum dare cæsari, an non?

Intellecta autem illorum versutia, dixit ad eos: Quid me tentatis?

Ostendite mihi denarium: cuius habet imaginem & inscriptionem? Respondentes dixerunt: Cæsaris.

Et ait illis: Reddite ergo quæ sunt cæsaris, cæsari: & quæ sunt Dei, Deo.

Et non potuerunt verbum eius reprehendere coram populo, & mirati super responso eius, tacuerunt.

Accesserunt autem quidam Sadducæorum, qui negant esse resurrectionem, & interrogauerunt eum,

Dicentes: Magister, Moyses scripsit nobis, si cuius frater mortuus fuerit, habens vxorem, isq; sine liberis mortuus fuerit, vt accipiat frater eius vxorem, & suscitet semen fratri suo.

Septem ergo fratres erant, & primus accepit vxorem, ac mortuus est sine liberis.

Et accepit secundus illam, & ipse mortuus est sine liberis.

Et tertius accepit illam, similiter & cæteri septem, nec reliquerunt liberos, & mortui sunt.

Nouissime omnium mortua est & mulier:

Vulgat. Editio.

In resurrectione,ergo cuius eorum erit vxor? siquidem septem habuerunt eam vxorem.

Et ait illis Iesus: Filij huius seculi nubunt, & traduntur ad nuptias.

Illi vero,qui digni habebuntur seculo illo,& resurrectione ex mortuis, neque nubent,neque ducent vxores.

Neque enim vltrà mori poterunt:æquales enim Angelis sunt,& filij sunt Dei:cum sint filij resurrectionis.

Quia vero resurgant mortui,& Moyses ostendit secus rubum,*sicut dicit Dominum Deum Abraham,& Deum Isaac,& Deum Iacob.

*Exo.3.6

Deus autem non est mortuorum, sed viuorum: omnes enim viuunt ei.

Respondentes autem quidam Scribarum, dixerunt ei:Magister,bene dixisti.

Et amplius non audebât eũ quicquã interrogare.

Dixit autem ad illos: Quomodo dicunt Christum filium esse Dauid?

Et ipse Dauid dicit in libro Psalmorum:* Dixit

*Mat.22. 44. Mar.12. 36. Psal.109.1

Dominus Domino meo,sede à dextris meis,

Donec ponã inimicos tuos scabellũ pedũ tuorũ?

Dauid ergo Dominum illum vocat:& quomodo filius eius est?

Audiẽte autẽ omni populo,dixit discipulis suis:

*Attendite à Scribis,qui volũt ambulare in stolis,& amant salutationes in foro, & primas cathedras in synagogis,& primos discubitus in cõuiuiis

*Mat.23. 6. Mar.12. 38. Sup.11.

Qui deuorant domos viduarum, simulantes longam orationem: Hi accipient damnationem maiorem.

CAP. XXI.

REspiciens autem vidit eos, qui mittebant munera sua in gazophylàcium,diuites.

Mar.12. 42.

Vidit autem & quamdam viduam pauperculam mittentem æra minuta duo.

Et dixit:Verè dico vobis,quia vidua hæc pauper, plus quàm omnes misit.

Nam omnes hi ex abundanti sibi miserunt in munera Dei: hæc autem ex eo, quod deest illi, omnem victum suum, quem habuit,misit.

Et quibusdam dicentibus de templo, quod bonis lapidibus,& donis ornatum esset,dixit:

Hæc quæ videtis,*venient dies,in quibus non relinquetur lapis supra lapidem,qui non destruatur.

*Mat.24. 2. Mar.13.1 Sup.19. 44.

Interrogauerunt autem illum,dicentes: Præceptor, quando hæc erunt, & quod signum cum fieri incipient?

Qui dixit: Videte ne seducamini: multi enim venient in nomine meo, dicentes:quia ego sum:& tempus appropinquauit: nolite ergo ire post eos.

Cum autem audieritis prælia & seditiones nolite terreri:oportet primum hæc fieri, sed nondum statim finis.

Tunc dicebat illis: Surget gens contra gentem, & regnum aduersus regnum.

Et terræmotus magni erunt per loca, & pestilentiæ,& fames, terroresque de cælo, & signa magna erunt.

Sed ante hæc omnia inijcient vobis manus suas, & persequentur, tradentes in synagogas & custodias, trahentes ad reges & præsides propter nomen meum.

Continget autem vobis in testimonium.

Transl. ex Syriac.

33 *In resurrectione ergo cuiusnam eorum futura est vxor? illi enim septem duxerunt eam.*

34 *Dixit eis Ieschua: Filij huius seculi ducunt vxores, & mulieres fiunt virorum.*

35 *Illi vero qui seculo illo dĩgni fuerint, & resurrectione quæ est à domo mortuorum, nec ducunt vxores, nec etiam mulieres fiunt virorum.*

36 *Nequaquam enim amplius mori possunt: sunt enim instar Angelorum, & sunt filij Dei: quum filij sint resurrectionis.*

37 *Suscitari autem mortuos Mosche quoque demonstrauit:meminit enim in rubo dum ait, Dominus Deus Abrohom, & Deus Ischoc, & Deus Iaakoub.*

38 *Deus autem non est mortuorum, sed viuorum: omnes enim viuunt ei.*

39 *Responderunt autem quidam ex Scribis, & dicunt ei: Doctor perbellè dicis.*

40 *Nec amplius audebant interrogare eum vlla de re.*

41 *Porro dicebat eis: Quomodo dicunt Scribæ de Meschicho,eum esse filium Dauid?*

42 *Quum ipse Dauid dicat in libro Psalmorum: Dixit Dominus Domino meo,sede à dextera mea,*

43 *Donec ponam hostes tuos sub pedibus tuis.*

44 *Si Dauid ergo vocat eum Dominum meum:quomodo filius eius est?*

45 *Et audiente vniuerso populo, dicebat discipulis suis:*

46 *Cauete à Scribis, qui volunt ambulare cum stolis, & amant salutationes in plateis, primosque concessus in synagogis, & primos accubitus in cœnis.*

47 *Isti deuorant domos viduarum ea occasione quod protegent orationes suas:isti subibunt grauius iudicium.*

CAP. XXI.

1 *COnspicatus autem Ieschua diuites illos, qui coniiciebant in ærarium oblationes suas.*

2 *Vidit etiam viduam quamdam pauperrimam coniicientem octauas duas.*

3 *Et ait:Vere dico vobis, hæc vidua pauper coniicit plusquam omnes.*

4 *Hi enim omnes ex eo quod redundabat eis, coniecerunt in domum oblationis Dei: hæc autem ex penuria sua quicquid possidebat coniecit.*

5 *Quumque dicerent quidam de templo, quod lapidibus pulcherrimis, oblationibusque ornatum esset: dixit eis Ieschua:*

6 *In his quæ spectatis, venient dies quibus non relinquetur lapis super lapidem, qui non destruatur.*

7 *Et interrogabant eum, dicentes: Doctor, quando hæc futura sunt? & quod est signum quum hæc appropinquauerint vt fiant?*

8 *Ipse vero dixit eis: Videte ne seducãmini: multi siquidem venient in nomine meo, dicentes: ego sum Meschicho: & tempus illud prope est: ne igitur post eos ambulaueritis.*

9 *Quumque audieritis bella, & tumultus, ne extimueritis: fucarum est enim vt hæc primum fiant, sed nondum pervenient finis.*

10 *Insurget enim gens contra gentem, & regnum contra regnum,*

11 *Et terræmotus ingẽtes futuri sunt singulis in locis, item fames & pestilentiæ, eruntque terriculamenta & expulsiones, & signa magna à cælo apparebunt, magnæque tempestates erunt.*

12 *Sed ante hæc omnia inicient in vos manus, vosque persequentur, & tradent vos in Synagogas, & domum vinctorum, & sistent vos coram regibus, & præsidibus propter nomen meum.*

13 *Hæc autem erunt vobis testimonio.*

Transl. B. Ariæ Mont.

In ergo resurrectione,cuius eorum sit vxor?nam septem habuerunt eam vxorem.

Et respondens ait illis Iesus: Filij seculi huius nubunt & traduntur ad nuptias.

At digni habiti seculum illud & contingere & resurrectionem ex mortuis, neque nubent, neque ducent vxores.

Neque enim mori vltrà possunt:æquales angelis enim sunt,& filij sunt Dei, resurrectionis filij existentes.

Quia vero resurgant mortui,& Moyses ostendit secus rubum,sicut dicit Dominum Deum Abraham,& Deum Isaac,& Deum Iacob.

Deus autem non est mortuorum,sed viuorum: omnes enim ei viuunt.

Respondentes autem quidam Scribarum, dixerunt:Magister,pulchrè dixisti.

Nō amplius autē audebāt interrogare eū quicquā.

Dixit autem ad illos: Quomodo dicunt Christum filium Dauid esse.

Et ipse Dauid dicit in libro Psalmorum, Dixit Dominus Domino meo,Sede à dextris meis:

Donec ponam inimicos tuos scabellum tuorū?

Dauid ergo Dominum illum vocat:& quomodo filius eius est?

Audiēte autē omni populo,dixit discipulis suis:

Attendite à Scribis volētibus ambulare in stolis, & amantibus salutationes in foris,& primas cathedras in synagogis,& primos discubitus in cœnis.

Qui deuorant domos viduarum, & specie longa precantur, hi accipient maiorem damnationem.

Transl. Erasm. Roterod.

In resurrectione ergo cuius eorum erit vxor? Siquidem septem habuerunt eam vxorem.

Et respondens ait illis Iesus: Filij huius seculi ducunt vxores & nuptum dant,

Illi vero qui digni habebuntur seculo illo, & resurrectione ex mortuis neque ducunt vxores, neque nuptū dant,

Neque enim vltra mori possunt. Æquales enim angelis sunt, & filij sunt Dei, cum sint filij resurrectionis.

Quod vero resurgant mortui, & Moyses ostendit iuxta rubum cum dicit Dominum Deum Abraham & deum Isaac & Deum Iacob.

Deus autem non est mortuorum, sed viuorum: omnes enim illi viuunt.

Respondentes autem quidam scribarum, dixerunt: Magister, bene dixisti.

Et amplius non audebant eum quicquam interrogare.

Dixit autem ad illos: Quomodo dicunt Christum filium esse Dauid,

Et ipse Dauid dicit in libro psalmorum: Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis,

Donec posuero inimicos tuos scabellum pedum tuorum?

Dauid ergo Dominum illum vocat, & quomodo filius eius est?

Audiente vero cuncto populo dixit discipulis suis:

Cauete à scribis, qui volunt ambulare in stolis, & amant salutationes in foris, ac primas cathedras in synagogis, & primos discubitus in conuiuijs.

Qui deuorant domus viduarum, simulantes longas preces, hi accipient damnationem maiorem.

CAP. XXI.

REspiciens autem vidit mittentes munera sua in gazophylacium,diuites.

Vidit autem & quamdam viduam pauperculam mittentem illuc duo minuta.

Et dixit:Verè dico vobis,quia vidua pauper hæc plus omnibus misit.

Omnes enim hi ex abundanti sibi miserunt in munera Dei:hæc autem ex postremitate sua omnem victum quem habuit,misit.

Et quibusdam dicentibus de templo, quod lapidibus pulchris & donis ornatum esset,dixit:

Hæc quæ videtis, venient dies,in quibus non relinquetur lapis supra lapidem,qui non destruatur.

Interrogauerunt autem illum,dicentes: Præceptor, quando igitur hæc erunt? & quod signum cum futurum est hæc fieri?

Ille autem dixit: Videte ne seducamini: multi enim venient in nomine meo, dicentes, Quia ego sum:& tempus appropinquauit:ne ergo eatis post eos.

Cum autē audieritis prælia & seditiones ne terreamini:oportet enim hæc fieri primum, sed non statim finis.

Tunc dicebat illis:Excitabitur gens contra gentem,& regnum aduersus regnum.

Terræmotusque magni per loca, & fames, & pestilentiæ erunt:terroresque & signa de cælo magna erunt.

Ante autem hæc omnia inijcient in vos manus suas, & persequentur, tradentes in synagogas & custodias,agentes ad reges & præsides propter nomen meum.

Continget autem vobis in testimonium.

CAP. XXI.

REspiciens autem vidit eos qui mittebant munera sua in gazophylacium diuites.

Vidit autem & quandam viduam pauperculam mittentem illuc æra minuta duo:

Et dixit: Vere dico vobis: quod vidua hæc pauper plusquam omnes misit.

Nam omnes hi ex eo quod ipsis exuberat miserunt in munera Dei: hæc autem ex penuria sua vniuersam substantiam quam habebat, misit.

Et quibusdam dicentibus de templo, quod pulchris lapidibus ac donis ornatum esset, dixit:

Ex his quæ videtis, venient dies in quibus non relinquetur lapis super lapidem qui non diruatur.

Interrogauerunt autem, illum, dicentes: Præceptor, quando hæc erunt, & quod signum quando ista futura sint?

At ille dixit: Videte ne seducamini. Multi enim venient sub nomine meo, dicentes, se esse Christum, & tempus instat. Ne igitur sequamini illos.

Cæterum cum audieritis bella & seditiones, nolite terreri. oportet enim prius hæc fieri, sed non statim finis.

Tunc dicebat illis: Insurget gens contra gentem, & regnum aduersus regnum.

Et terræmotus magni erunt in singulis locis, & fames, ac pestilentiæ, terriculamenta, & signa de cælo magna erunt.

Sed ante hæc omnia inijcient vobis manus suas, & persequentur, tradentes in conciliabula & carceres trahentes ad reges ac præsides propter nomen meum.

Continget autem vobis in testimonium.

Vulgat. Editio.

Ponite ergo in cordibus vestris non præmeditari quemadmodum respondeatis.

Ego enim dabo vobis os & sapiẽtiã, cui nõ poterunt resistere, & contradicere oẽs aduersarij vestri.

Trademini autem à parentibus, & fratribus, & cognatis, & amicis, & morte afficient ex vobis.

Et eritis odio omnibus propter nomen meum.

Et capillus de capite vestro non peribit.

In patientia vestra possidebitis animas vestras.

*Mat.24. 15. Mar.13. 14. Dã.9.27. *Cum autem videritis circumdari ab exercitu Ierusalem, tunc scitote quia appropinquauit desolatio eius:

Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes: & qui in medio eius, discedant: & qui in regionibus, non intrent in eam.

Quia dies vltionis hi sunt, vt impleantur omnia, quæ scripta sunt.

Væ autem prægnantibus, & nutritienbus in illis diebus: erit enim pressura magna super terram, & ira populo huic.

Et cadent in ore gladij: & captiui ducentur in omnes gentes: & Ierusalem calcabitur à gentibus: donec impleantur tempora nationum.

*Mat.24. 29. Mar.13. 24. Isa.13.10 Ezec.32.7 Ioel.3.15 * Et erunt signa in sole, & luna, & stellis, & in terris pressura gentium præ confusione sonitus maris, & fluctuum:

Arescentibus hominibus præ timore & expectatione, quæ superuenient vniuerso orbi: nam virtutes cœlorum mouebuntur:

Et tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna, & maiestate.

His autem fieri incipientibus, respicite & leuate capita vestra: *Ro.8.23 quoniam appropinquat redemptio vestra.

Et dixit illis similitudinem: Videte ficulneam, & omnes arbores:

Cum producunt iam ex se fructum, scitis quoniam iam propè est æstas.

Ita & vos cum videritis hæc fieri, scitote quoniam prope est regnum Dei.

Amen dico vobis, quià non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant.

Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt.

Attendite autem vobis, ne fortè grauentur corda vestra in crapula, & ebrietate, & curis huius vitæ: & superueniat in vos repentina dies illa.

Tanquam laqueus enim superueniet in omnes, qui sedentes super faciem omnis terræ.

Vigilate itaque, omni tempore orantes vt digni habeamini fugere ista omnia, quæ futura sunt, & stare ante Filium hominis.

Erat autẽ diebus docens in tẽplo noctibus vero exiens, morabatur in monte qui vocatur Olieti.

Et omnis populus manicabat ad eum in templo audire eum.

CAP. XXII.

Mat.26.2 Mar.14.1 APpropinquabat autem dies festus Azymorum, qui dicitur Pascha:

Et quærebant Principes Sacerdotũ & Scribę, quomodo Iesum interficerent: timebant vero plebem.

*Mat.26. 14. Mar.14. 10. *Intrauit autem satanas in Iudam, qui cognominabatur Iscariotes, vnum de duodecim.

Et abijt, & locutus est cum Principibus sacerdotum, & Magistratibus, quemadmodum illum traderẽt eis.

Transl. ex Syriac.

14 *Sed reponite in corde vestro vos non esse instruendos ad depromendum spiritum.* (ad reddendam rationem.)

15 *Ego enim dabo vobis os & sapientiam illam, cui non poterunt obsistere omnes inimici vestri.*

16 *Tradent autẽ vos parentes vestri, & fratres, & patrueles, & amici vestri, mortique adigent nonnullos ex vobis.*

17 *Et eritis exosi omnibus propter nomen meum.*

18 *Sed pilus à capite vestro non peribit.*

19 *Verum per patientiam vestrã possidebitis animã vestrã.*

20 *Quum autem videritis Ouirschlem cingi ab exercitu, tunc scitote appropinquare vastationem eius.*

21 *Tunc ij qui sunt in Iihoudæa, fugiant in montem; quique intra eam sunt, exeant: & qui sunt in agris, non ingrediantur eam.*

22 *Nam hi sunt dies vltionis, vt impleatur quicquid scriptum est.*

23 *Væ autem ijs quæ fuerint prægnantes, ijsque quæ lactẽtes fuerint in illis diebus: erit enim oppressio ingens in terra, & ira in populo isto.*

24 *Cadentque acie glady, & captiui abducentur in omnem regionem: & Ouirschlem erit conculcata à gentibus, usquequo impleantur tempora gentium.*

25 *Et erunt signa in sole & luna & sideribus, & in terra angustia gentium, & complosio manuum præ stupore sonitus maris;*

26 *Et commotio quæ ejciet animas hominum præ timore eius quod inuasurum est terram: & commouebuntur virtutes cœlorum.*

27 *Et tunc videbunt Filium hominis venientem in nubibus cum virtute multa magnaq; gloria.*

28 *Quum autem hæc incipient fieri, bono animo estote, & attolite capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra.*

29 *Porrò dicebat eis parabolam: Videte ficum & omnes arbores.* *Aduersus Dominicam 16. Festum Gratiæ.

30 *Quæ quum pullulauerint, statim ex eis intelligitis propè esse æstatem.*

31 *Ita & vos quum videritis hæc fieri, scitote propè esse regnum Dei.*

32 *Amin dico vobis, haud quaquam præterierit generatio ista, quousq; hæc omnia fiant.*

33 *Cælum & terra transibunt, verba autem mea minimè transibunt.*

34 *Cauete autem vobis ipsis nequando grauentur corda vestra crapula, & ebrietate, & sollicitudine sæculi, & repentè vobis superueniat dies ille:*

35 *Nam instar laquei illaqueabit eos omnes, qui habitant in superficie vniuersæ terræ.*

36 *Vigilate igitur omni tempore, & orate, vt digni habeamini qui effugiatis hæc quæ futura sunt, & consistatis coram Filio hominis.*

37 *Interdiu autem docebat in templo, noctu verò exiens, pernoctabat in monte, qui vocatur Domus olinarum.*

38 *Et totus populus manè veniebant ad eum in templum, vt audirent sermonem eius.*

CAP. XXII.

*1 APpropinquabat autem festum Azymorum, quod vocatur Pezcho. Aduersus 2. Festum Crucis Nouum.

2 *Et quærebant Principes sacerdotum & Scribæ quomodo trucidarent eum: timebant enim à populo.*

3 *Introiuit autem Satanas (aduersarius) in Iihoudoi vocatum Secarioutо qui erat è numero duodecim,*

4 *Et abiens colloquutus est cum Principibus sacerdotum & scribis & Magistris militiæ templi, vt ipsis eum proderet.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Ponite ergo in corda vestra non præmeditari defendi.

Ego enim dabo vobis os & sapiẽtiã, cui nõ poterũt cõtradicere neq; resistere, oẽs aduersãtes vobis.
Trademini autem & à parentibus, & fratribus, & cognatis & amicis, & morte afficient ex vobis.
Et eritis exosi ab omnibus propter nomẽ meũ.
Et capillus de capite vestro non peribit.
In patientia vestra possidebitis animas vestras.
Cum autẽ videritis circundatã ab exercitibus Hierusalem, tunc scitote quia appropinquauit desolatio eius.
Tunc qui in Iudæa, fugiant ad montes: & qui in medio eius, discedãt: & qui in regionibus, non intrent in eam.
Quia dies vltionis hi sunt, impleri omnia scripta.
Væ autem in vtere habentibus, & lactantibus in illis diebus: erit enim necessitas magna super terram, & ira in populo hoc.
Et cadent ori gladij, & captiui ducentur in omnes gentes: & Hierusalem erit calcata à gentibus, donec impleantur tempora gentium.
Et erunt signa in sole, & luna, & stellis, & in terra pressura gentium in determinatione resonante maris, & salo.
Exanimatis hominibus præ timore & expectatione inuadentium inhabitata: nam virtutes cælorum mouebuntur.
Et tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate & gloria multa.
Incipientibus autem his fieri, respicite & leuate capita vestra: quoniam appropinquat redemptio vestra.
Et dixit similitudinem illis: Videte ficum, & omnes arbores.
Cum protulerint iam, videntes à vobis ipsis agnoscitis quoniam iam propè æstas est.
Ita & vos cum videritis hæc facta, scitote quoniam prope est regnum Dei.
Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant.
Cœlum & terra transibunt, at verba mea non transibunt.
Attendite autem vobis ipsis, ne fortè grauentur vestra corda in crapula, & ebrietate, & curis vitalibus, & repentina in vos superueniat dies illa.
Tanquam laqueus enim superueniet in omnes sedentes super faciem omnis terræ.
Vigilate itaque in omni tempore rogantes, vt digni habeamini effugere illa omnia futura fieri, & stare ante filium hominis.
Erat autem diebus in templo docens, at noctibus exiens morabatur in monte vocato Oliuarũ.

Et omnis populus manicabat ad eum in templo audire eum.

CAP. XXII.

APpropinquabat autem festum Azymorum dictum Pascha.
Et quærebant principes Sacerdotũ & Scribę hoc, quomodo tollerent eum, timebant enim plebem.
Intrauit autem Sanas in Iudam cognominatum Iscarioten, existentem ex numero duodecim.
Et abiens collocutus est principibus Sacerdotum, & magistratibus hoc, quómodo illum traderet eis:

Transl. Erasm. Roterod.

Habete igitur fixum in cordibus vestris, non esse præmeditandam defensionem,

Nam ipse dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt cõtradicere, neq; resistere omnes qui aduersabũtur vobis.
Trademini autem etiam à parentibus & fratribus & cognatis & amicis, & morte afficient quosdam ex vobis.
Et eritis inuisi omnibus propter nomen meum.
Et pilus de capite vestro non perit.
Per patientiam vestram possidete animas vestras.
Cum autem videritis circundari ab exercitibus Hierosolymam, tunc scitote, quod immineat desolatio eius.

Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes: & qui in medio eius, discedant: & qui in regionibus, non intrent in eam:
Quia dies vltionis hi sunt, vt impleantur omnia quæ scripta sunt.
Væ autem prægnantibus & mamma nutrientibus in illis diebus. Erit enim afflictio magna super terram, & ira in populo hoc.
Et cadent acie gladij, & captiui ducentur in omnes gentes. Et Hierusalem calcabitur à gentibus donec impleantur tempora gentium.
Et erunt signa in sole & luna & stellis, & in terris anxietas gentium per desperationem, resonante mari & fluctu,
Exarescentibus hominibus præ timore, & expectatione eorum quæ superuenient orbi terrarum. Nam virtutes cœlorum mouebuntur,
Et tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate & gloria magna.
His autem fieri incipientibus, suspicite & attollite capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra.

Et dixit illis similitudinem: Videte ficum & omnes arbores,
Cum protrudunt iam gemmas, cernentes ex vobis ipsis scitis, quod iam instet æstas.
Ita & vos cum videritis hæc fieri, scitote quod instet regnum Dei.
Amen dico vobis, non præteribit ætas hæc, antequam omnia facta fuerint.
Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt.
Cauete autem vobis, ne quando grauentur corda vestra crapula & ebrietate, & curis huius vitæ, subitusq; vobis ingruat dies ille.
Tanquam laqueus enim superueniet in omnes qui sedent super faciem totius terræ.
Vigilate itaque omni tempore, deprecantes, vt liceat vobis effugere ista omnia quæ futura sunt, & stare ante filium hominis.
Docebat autem interdiu in templo, noctu vero exiens diuersabatur in monte qui vocatur oliuarum.

Et omnis populus diluculo ventitabat ad eum, vt in templo audiret eum.

CAP. XXII.

INstabat autem dies festus azymorum, qui dicitur pascha,
Et quærebant principes sacerdotum & scribæ, quomodo eum interficerent, timebant enim plebem.
Intrauit autem satanas in Iudam, cui cognomen erat Iscariotes, qui erat è numero duodecim,
Abijt & locutus est cum principibus sacerdotum ac magistratibus, quemadmodum illum traderet eis.

Vulgat. Editio.

Et gauisi sunt,& pacti sunt pecuniam illi dare.
Et spopondit. Et quærebat oportunitatem vt traderet illum sine turbis.
Venit autem dies Azymorum,in qua necesse erat occidi Pascha.
Et misit Petrum,& Ioannem,dicens:Euntes parate nobis pascha,vt manducemus.
At illi dixerunt:Vbi vis paremus?
Et dixit ad eos:Ecce introeũtibus vobis in ciuitatem,occurret vobis homo quidã amphoram aquæ portans:sequimini eum in domũ, in quã intrat,
Et dicetis patrifamilias domus:Dicit tibi Magister:Vbi est diuersorium,vbi pascha cum discipulis meis manducem?
Et ipse ostendet vobis cœnaculum magnum stratum,& ibi parate.
Euntes autem inuenerunt sicut dixit illis,& parauerunt Pascha.
* Et cum facta esset hora, discubuit, & duodecim Apostoli cum eo.
Et ait illis : Desiderio desideraui hoc Pascha manducare vobiscum,antequam patiar.
Dico enim vobis,quia ex hoc non manducabo illud,donec impleatur in regno Dei.
Et accepto calice gratias egit,& dixit: Accipite, & diuidite inter vos.
Dico enim vobis,quod non bibam de generatione vitis,donec regnum Dei veniat.
* Et accepto pane gratias egit,& fregit,& dedit eis,dicens:Hoc est corpus meum,quod pro vobis datur:hoc facite in meam commemorationem.
Similiter & calicem,postquam cœnauit,dicens: Hic est calix nouum testamentum in sanguine meo,qui pro vobis fundetur.
*Verumtamen ecce manus tradentis me, mecum est in mensa.
Et quidẽ Filius hominis,*secũdũ quod definitũ est,vadit:verũtamẽvę homini illi,perquẽ tradetur
Et ipsi cœperunt quærere inter se, quis esset ex eis,qui hoc facturus esset.
Facta est autem & contentio inter eos, quis eorum videretur esse maior.
Dixit autem eis:* Reges gentium dominantur eorum:& qui potestatem habent super eos,benefici vocantur.
Vos autem non sic: sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor:& qui præcessor est, sicut ministrator.
Nam quis maior est,qui recumbit,an qui ministrat?nonne qui recumbit? Ego autem in medio vestrum sum,sicut qui ministrat:
Vos autem estis,qui permansistis mecum in tentationibus meis:
Et ego dispono vobis sicut disposuit mihi Pater meus regnum,
Vt edatis,& bibatis super mensam meam in regno meo: & sedeatis super thronos iudicantes duodecim tribus Israel.
Ait autem Dominus:Simon,Simon,ecce satanas expetiuit vos vt cribraret sicut triticum:
Ego autem rogaui pro te vt non deficiat fides tua:& tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.
Qui dixit ei:Domine,tecum paratus sum & in carcerem,& in mortem ire.
* At ille dixit:Dico tibi Petre,non cantabit hodie gallus,donec ter abneges nosse me. Et dixit eis:
* Quando misi vos sine sacculo, & pera, & calceamentis,numquid aliquid defuit vobis?

Transl. ex Syriac.

Et gauisi sunt, ac pacti sunt se daturos ei pecuniam,
Et spopondit eis:quærebatque sibi opportunitatem, vt proderet eum ipsis absque turba.
Aduenit autem dies Azymorum,in qua moris erat mactari Pezcho.
Et misit Ieschua Kipho & Iouchanon,dixitque eis: Ite parate nobis Pezcho,vt manducemus.
Ipsi verò dixerunt ei:Vbi vis paremus?
Dixit eis:Ecce quum introieritis in ciuitatem,occurret vobis vir baiulans hydriam aquæ, abite post eum.
Et quò loci ingredietur,dicite Domino domus:Magister noster ait:Vbi nam est domus conuiuij(diuersorium) vbi edam Pezcho cum discipulis meis?
Et ecce hic ostendet vobis cœnaculum domus conuiuij, illic parate.
Profecti itaque inuenerunt prout dixerat eis, & parauerunt Pezcho.
Quumque adesset constitutum tempus,veniens Ieschua discubuit,& duodecim Apostoli cum eo.
Et dixit eis:Desiderio desideraui hoc Pezcho manducare vobiscum priusquam patiar.
Dico enim vobis, me non amplius comesturum illud, quousque compleatur in regno Dei.
Et accepit calicem,& gratias egit, ac dixit: Accipite hoc,& diuidite inter vos:
Dico enim vobis, me non bibiturum de generatione vitis,donec veniat regnum Dei.
Et accepit panem, & gratias egit; fregitque, & dedit eis:& ait:Hoc est corpus meum quod pro vobis traditur: hoc facite in mei memoriam.
Similiter etiam de calice,postquàm cœnassent, dixit: Hic est calix testamenti noui in sanguine meo,qui pre vobis effunditur.
Verumtamen ecce manus eius qui prodit me,est in mensa.
Et Filius hominis abit prout definitum est: verumtamen væ homini illi, cuius manu proditur.
Cœperunt autem disquirere inter se, quisnam esset ex eis qui hoc patraturus esset.
Exstitit autem etiam contentio inter eos, quisnam inter eos esset maior.
Ipse autem Ieschua dixit eis: Reges gentium sunt Domini earum:quique potestatem in eas habent,benefici vocantur.
Vos verò non item: sed qui maximus est inter vos, sit quasi minimus:& qui princeps est,sit tanquam minister.
Vter enim maior est ille qui accumbit,an ille qui ministrat?nonne est ille qui accumbit? At ego sum inter vos,sicut ille qui ministrat.
Vos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis:
Et ego promitto vobis,prout promisit mihi Pater meus, regnum;
Vt edatis & bibatis in mensa regni mei:& sedeatis super thronos,ac iudicetis duodecim tribus Israel.
Porrò dixit Ieschua:Schemeoun,ecce Satanas postulat vt ventilet vos sicut triticum: *Lectio libris Syris sexta Constantinopolitana
Ego verò rogaui pro te,ne deficiat fides tua: quin & tu quo tempore conuersus fueris,tum confirma fratres tuos.
* Schemeoun autem dixit ei:Domine mi, tecum paratus sum,& ad domum vinctorum(carcerem,) & ad mortẽ.*
Dixit ei Ieschua:Dico tibi Schemeoun, nõ cantaturum hodie gallum,ofquidum ter negaueris,me tibi haud notum esse.Item dixit eis:
Quando misi vos absq; marsupijs, & peris; calceisque,num quid defuit vobis?

Transl. B. Ariæ Mont.

Et gauisi sunt,& pacti sunt illi argentum dare. 5
Et spopondit, & quærebat oportunitatem ad 6
tradendum illum eis sine turba.
Venit autem dies Azymorum, in qua oportebat 7
occidi Pascha.
Et misit Petrum,& Ioannem,dicens: Euntes pa- 8
rate nobis Pascha,vt manducemus.
Illi autem dixerunt ei: Vbi vis paremus? 9
Is ait dixit eis: Ecce introeuntibus vobis in ciuita- 10
tem,occurret vobis homo amphoram aquæ por-
tans: sequimini eum in domum quò intrat.
Et dicetis patrifamilias domus: Dicit tibi Magi- 11
ster, Vbi est diuersorium,vbi Pascha cum discipu-
lis meis manducem?
Et ipse vobis ostendet cœnaculum magnum 12
stratum: ibi parate.
Euntes autem inuenerunt sicut dixit illis,& pa- 13
rauerunt Pascha.
Et cum facta esset hora, discubuit, & duode- 14
cim Apostoli cum eo.
Et ait ad eos: Desiderio desideraui hoc Pascha 15
manducare vobiscum,ante me pati.
Dico enim vobis, quia non amplius non man- 16
ducabo ex eo,donec impleatur in regno Dei.
Et accipiens calicem,gratias agens dixit: Acci- 17
pite hoc,& diuidite vobismetipsis:
Dico enim vobis,quod non bibam de generatio- 18
ne vitis,donec regnum Dei veniat.
Et accepiens panem gratias agens, fregit,& 19
dedit eis,dicens: Hoc est corpus meu,quod pro vo-
bis datu: hoc facite in meam commemorationem.
Similiter & calicem post cœnalie,dicens: Hic ca- 20
lix nouum testamentum in sanguine meo, qui
pro vobis effusus.
Verumtamen ecce manus tradentis me cum 21
me in mensa.
Et quidē Filius hominis, vadit secūdū definitū: 22
verumtamen vę homini illi,per quem tradetur.
Et ipsi cœperunt conquirere apud seipsos, hoc, 23
quis nam esset ex eis hoc futurus facere.
Facta est autem & contentio in eis, quis eorum 24
videretur esse maior.
Is autem dixit eis: Reges gentium dominantur 25
eorum,& potestatem habentes ipsorum, benefi-
ci vocantur.
Vos autem non sic: sed qui maior in vobis, fiat 26
sicut iunior: & qui præcellor, sicut ministrator.

Quis enim maior, recumbens an ministrans? 27
nonne recumbens? ego autem in medio vestrum
sicut ministrans.
Vos autem estis permanentes cum me in tenta- 28
tionibus meis:
Et ego dispono vobis sicut dispositit mihi pater 29
meus regnum:
Vt edatis,& bibatis super mensam meam in 30
regno meo: & sedeatis super thronos iudicantes
duodecim tribus Israel.
Ait autem Dominus: Simon,Simon,ecce Satanas 31
expetiuit vos ad cribrandum sicut triticum.
Ego autem rogaui pro te vt non deficiat fides 32
tua.& tu aliquando conuersus confirma fratres
tuos.
Is autem dixit ei: Domine, tecum paratus sum 33
& in carcerem,& in mortem ire.
Ille autem dixit: Dico tibi, Petre, non cantabit 34
hodie gallus,prius quàm ter abneges nosse me.

Et dixit eis: Quando misi vos sine sacculo,& 35
pera, & calceamentis,nūquid aliquo defecti eitis?

Transl. Erasm. Roterod.

Et gauisi sunt,ac pacti sunt pecuniam illi se daturos. 5
Et ille spopondit,quærebatque opportunitatem, vt tra- 6
deret illum illis sine turba.
Venit autem dies azymorum in qua necesse erat immo- 7
lari pascha.
Et misit Petrum ac Iohannem,dicens: Euntes parate 8
nobis pascha vt edamus.
At illi dixerunt ei: Vbi vis paremus? 9
Et dixit ad eos: Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem 10
occurret homo,vas aquæ testaceum portans, sequimini
eum in domum in quam intrat,
Et dicetis patrifamilias adium: Dicit tibi magister: 11
Vbi est diuersorium, vbi pascha cum discipulis meis
edam?
Et ipse ostendet vobis cœnaculum magnum stratum,ibi 12
parate.
Euntes autem inuenerunt sicut dixerat illis, & para- 13
uerunt pascha.
Et cum iam esset tempestiuum, accubuit: ac duodecim 14
apostoli cum eo.
Et ait illis: Desiderio desideraui hoc pascha cōmedere 15
vobiscum ante quàm patiar.
Dico enim vobis post hac non edam vltra ex eo, donec 16
compleatur in regno Dei.
Et accepto poculo,gratias egit,ac dixit: Accipite hoc & 17
diuidite inter vos:
Dico enim vobis,quod non bibam de fructu vitis, donec 18
regnum Dei veniat.
Et accepto pane, cum gratias egisset, fregit, ac dedit 19
eis,dicens: Hoc est corpus meum,quod pro vobis datur, hoc
facite in mei recordationem.
Similiter & poculum postquam cœnauit, dicens: Hoc 20
poculum,nouum testamentum per sanguinem meum, qui
pro vobis effunditur.
Verumtamen ecce manus prodentis me mecum est in 21
mensa.
Et filius quidē hominis secundū quod definitum est,va- 22
dit.veruntamen væ homini illi per quem proditur.
Et ipsi cœperunt quærere inter sese, quisnam esset ex 23
ipsis,qui hoc facturus esset.
Facta est autem & contentio inter eos, quis eorum vi- 24
deretur esse maior.
Dixit autem eis: Reges gentium dominantur eis: & qui 25
potestatem habent super eas,benefici vocantur.

Vos autem non sic: sed qui maior est in vobis, fiat sicut 26
iunior: & qui princeps est,sicut qui ministrat.

Nam vter maior est, qui accumbit, an qui ministrat? 27
Nonne qui accumbit? At ego in medio vestrum sum, vt
qui ministrat.
Vos autem estis qui permansistis mecum in tentationi- 28
bus.
Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus 29
regnum,
Vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo: 30
& sedeatis super thronos,iudicantes duodecim tribus Is-
rael.
Ait autem Dominus: Simon Simon, ecce satanas expe- 31
tiuit vos, vt cribraret sicut triticum.
Sed ego rogaui pro te, ne deficiat fides tua, & tu ali- 32
quando conuersus confirma fratres tuos.

At ille dixit ei: Domine,tecum paratus sum & in car- 33
cerem, & in mortem ire.
At ille dixit: Dico tibi Petre, non canet hodie gallus, 34
prinsquàm ter abneges te nosse me.

Et dixit eis: Quando misi vos sine sacculo & pera & 35
calceamentis, num quid defuit vobis?

	Vulgat. Editio.		Transl. ex Syriac.
	At illi dixerunt: Nihil. Dixit ergo eis: Sed nunc qui habet sacculum, tollat similiter & perá, & qui non habet, vēdat tunicam suam, & emat gladium.	36	*Dicunt ei. Sanè nihil. Dixit eis: Nunc qui habet marsupium, accipiat, itidemq; & peram: & qui non habet gladium, vendat pallium suum, & comparet sibi gladium.*
*Isa. 53. 12.	Dico enim vobis, quoniã adhuc hoc, quod scriptum est oportet impleri in me: * Et cum iniquis deputatus est. Etenim ea, quæ sunt de me, finem habent.	37	*Dico enim vobis, etiám illud scriptum oportere adimpleri in me: Cum sceleratis numeratus est. Nam omnia quæ de me scripta fuerant, finem habent.*
	At illi dixerunt: Domine ecce duo gladij hic. At ille dixit eis: Satis est.	38	*At illi dixerunt ei: Domine noster, ecce hic sunt duo gladij. Dixit eis: Sufficiunt.*
*Mat. 26. 36. Mar. 14. 32. Ioa. 18. 1	Et egressus ibat secundum consuetudinem in montem Oliuarum. Secuti sunt autem eum & discipuli.	39	*Et egressus est profectusque uti consueuerat, in montem domus oliuarum. Et abierunt post eum etiam discipuli eius.*
*Mat. 26. 39. Mar. 14. 35.	Et cum peruenisset ad locum, dixit illis: Orate ne intretis in tentationem.	40	*Quumque peruenisset ad eum locum, dixit eis: Orate, ne intretis in tentationem.*
	* Et ipse auulsus est ab eis quantum iactus est lapidis: & positis genibus orabat,	41	*Et ipse recessit ab eis quasi ad iactum lapidis: positisq; genibus precabatur.*
	Dicens: Pater si vis, transfer calicẽ istum à me: Verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat.	42	*Et dicebat: Pater, si vis, prætereat me calix iste: Verumtamen non voluntas mea, sed tua fiat.*
	Apparuit autem illi Angelus de cælo, confortans eum. Et factus in agonia prolixius orabat.	43	*Et visus est ei Angelus de cælo confirmans eum. Quumque esset in angore, intentius orabat.*
	Et factus est sudor eius, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram.	44	*Et erat sudor eius quasi grumi sanguinis, cadebatque in terram.*
	Et cũ surrexisset ab oratione, & venisset ad discipulos suos, inuenit eos dormientes præ tristitia.	45	*Et surrexit ab oratione sua, venitque ad discipulos suos, & inuenit eos dormientes præ angustia.*
	Et ait illis: Quid dormitis? surgite, orate, ne intretis in tentationem.	46	*Et dixit eis: Quid dormitis? surgite, & precamini, ne intretis in tentationem.*
*Mat. 26. 47. Mar. 14. 43. Io. 18. 3	*Adhuc eo loquente: ecce turba, & qui vocabatur Iudas, vnus de duodecim antecedebat eos: & appropinquauit Iesu vt oscularetur eum.	47	*Et adhuc eo loquente ecce turba, & is qui vocabatur Iihoudo vnus ex duodecim, præibat eis; & accessit ad Ieschua, eumque deosculatus est. (Nam hoc signum dederat eis: Quemcumque osculatus fuero, ipse est.)*
	Iesus autem dixit illi: Iuda, osculo Filium hominis tradis?	48	*Dixit ei Ieschua: Iihoudo, osculo prodis Filium hominis?*
	Videntes autem hi, qui circa ipsum erant, quod futurum erat, dixerunt ei: Domine si percutimus in gladio?	49	*Quum autem viderent ij, qui cum eo erant quod fiebat, dicunt ei: Domine noster: Percutiemus eos gladijs?*
	Et percussit vnus ex illis seruũ Principis sacerdotum, & amputauit auriculam eius dexteram.	50	*Et percussit vnus ex eis seruum Principis sacerdotum, & abstulit ei auriculam eius dexteram.*
	Respondens autem Iesus, ait: Sinite vsque huc. Et cum tetigisset auriculam eius, sanauit eum.	51	*Respondit Ieschua, & ait: Satis est huc vsque. Et tetigit auriculam vulnerati illius, & sanauit eum.*
	Dixit autem Iesus ad eos, qui venerant ad se Principes sacerdotum, & magistratus templi, & Seniores: Quasi ad latronem existis cum gladiis, & fustibus?	52	*Et dixit Ieschua ijs qui venerant contra seipsum Principibus sacerdotum, & Senioribus, & Magistris militiæ templi: Tanquam aduersus latronem existis aduersum me cum gladijs & fustibus, vt prehenderetis me.*
	Cum quotidie vobiscum fuerim in templo, non extendistis manus in me: sed hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum.	53	*Quotidie vobiscum eram in templo, nec extendistis in me manus: sed hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum.*
*Mat. 26. 57. Mar. 14. 45. Io. 18. 13. * Mat. 26. 69. Mar. 14. 66. Io. 18. 25	*Comprehendentes autem eum duxerunt ad domum Principis sacerdotum: Petrus vero sequebatur à longe.	54	*Et comprehensum eum adduxerunt in domum Principis sacerdotum. Schemeoun autem procul veniebat post eum.*
	*Accenso autem igne in medio atrii, & circumsedentibus illis, erat Petrus in medio eorum.	55	*Cæterùm accenderunt ignem in medio atrij, & consederunt circa eum; sedit que & ipse Schemeoun inter eos.*
	Quẽ cũ vidisset ancilla quædã sedentẽ ad lumẽ, & eum fuisset intuita, dixit: Et hic cum illo erat.	56	*Et vidit eum puella quædam sedentem ad ignem; eumque intuita, dixit: Et iste cum eo erat.*
	At ille negauit eũ, dicens: Mulier, nõ noui illũ.	57	*Ipse autem abnegauit, & ait: Mulier, non noui eum.*
	Et post pusillum alius videns eum, dixit: Et tu de illis es. Petrus vero ait: O homo, non sum.	58	*Et paulò post vidit eum alius, & dixit ei: Tu quoque ex ipsis es. Kipho vero ait: Non sum.*
*Io. 18. 26.	*Et interuallo facto quasi horæ vnius, alius quidam affirmabat, dicens: Vere & hic cum illo erat: nam & Galilæus est.	59	*Et post vnam horam alius contendebat, dicebatque: Vere & iste cum eo erat: etenim Galilæus est.*
	Et ait Petrus: Homo, nescio quid dicis. Et continuo adhuc illo loquente cantauit gallus.	60	*Dixit Kipho: O homo, nescio quid dicas. Et statim dum ipse loqueretur, cantauit gallus.*
*Mat. 26. 34. Mar. 14. 30. Io. 13. 38	Et conuersus Dominus respexit Petrum. Et recordatus est Petrus verbi Domini, sicut dixerat: * Quia prius quam gallus cantet, ter me negabis:	61	*Et conuersus Ieschua, intuitus est Kipho. Et recordatus est Schemeoun sermonis Domini nostri, qui dixerat ipsi: Priusquam cecinerit gallus, ter abnegabis me.*
	Et egressus foras Petrus flevit amare.	62	*Et egressus foras Schemeoun, fleuit amare.*
	Et viri, qui tenebant illũ, illudebãt ei, cædentes.	63	*Porro homines illi qui tenebant Ieschua, illudebant ei.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Illi autem dixerunt: Nihil. Dixit ergo: eis sed & nũc habens sacculum, tollat, similiter & peram: non habens, vendet tunicam suam, & emet gladium.

Dico enim vobis, quoniam adhuc hoc scriptum oportet impleri in me, hoc. Et cum exlegibus reputatus est: etenim quæ de me, finem habent.

Illi autem dixerunt: Domine, ecce gladij hic duo. Ille autem dixit eis: Satis est.

Et egressus, ibat secundum consuetudinem in montem Oliuarum: secuti sunt autem illum & discipuli eius:

Factus autem ad locum, dixit illis: Orate non intrare in tentationem.

Et ipse auulsus est ab eis tanquam lapidis iactum, & ponens genua orabat,

Dicens: Pater, si vis transferre calicem istum à me: veruntamen non voluntas mea, sed tua fiat.

Apparuit autem ei Angelus de cælo confortans eum. Et factus in agonia intentius orabat.

Factus est autem sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentes in terram.

Et resurgens ab oratione, veniens ad discipulos, inuenit eos dormientes præ tristitia.

Et ait illis: Quid dormitis? resurgentes orate, vt non intretis in tentationem:

Adhuc autem eo loquente, ecce turba, & dictus Iudas, vnus duodecim antecedebat eos, & appropinquauit Iesu osculari eum. Hoc enim signũ dederat ipsis: Quemcumque osculatus fuero, ipse est.

At Iesus dixit illi: Iuda, osculo filium hominis tradis?

Videntes autem qui circa ipsum futurum, dixerunt ei: Domine, si percutiemus in gladio?

Et percussit vnus quidam ex illis seruum Sacerdotum, & amputauit eius auriculam dexteram.

Respondens autem Iesus, ait: Sinite vsque huc, & tangens auriculam eius sanauit eum.

Dixit autem Iesus ad accedentes ad se, principes Sacerdotũ, & magistratus templi, & seniores: Quasi ad latronem existis cum gladiis & lignis?

Quotidie existente me cum vobis in templo, non extendistis manus in me: sed hæc vestra est hora, & potestas tenebrarum.

Comprehendentes autem eum, duxerunt, & induxerunt ad domum principis Sacerdotum. At Petrus sequebatur à longe.

Accendentibus autem ignem in medio aulæ, & circumsedentibus illis, sedebat Petrus in medio eorum.

Videns autem eum ancilla quædam sedentem ad lumen, & attente intuita eum, dixit: Et hic cum illo erat.

Is autem negauit eum, dicens: Mulier non noui illum.

Et post pusillum alius videns eum, dixit: Et tu de illis es. At Petrus ait, Homo, non sum.

Et interstante quasi hora vna, alius quidam affirmabat, dicens: In veritate & hic cum illo erat: etenim Galilæus est.

Ait autem Petrus: Homo, non noui quid dicis, & continuo adhuc loquente illo, cantauit gallus.

Et conuersus Dominus, respexit Petrum: & recordatus est Petrus verbi Domini, sicut dixerat ei, Quia prius gallum cantare, negabis me ter.

Et egressus Petrus fleuit amare.

Et viri tenẽtes Iesum, illudebant ei, cædentes.

Transl Erasm. Roterod.

36 *At illi dixerunt: Nihil. Dixit ergo eis: Sed nunc qui habet sacculum tollat, similiter & peram: & qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium.*

37 *Dico enim vobis: quoniam adhuc hoc quod scriptum est, oportet perfici in me: & cum iniquis deputatus est. Etenim ea quæ sunt de me, finem habent.*

38 *At illi dixerunt: Domine, ecce duo gladij hic. At ille dixit eis: Satis est.*

39 *Et egressus ibat, vt erat solitus, in montem oliuarum, secuti sunt autem illum & discipuli.*

40 *Et cum peruenisset ad locum, dixit illis: Orate, ne intretis in tentationem.*

41 *Et ipse auulsus est ab eis fermè ad iactum lapidis, positis q; genibus orabat,*

42 *Dicens: Pater, si vis, transfer poculum hoc à me. Verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat.*

43 *Apparuit autem illi angelus de cœlo corroborans eum.*

44 *Et correptus angore, pr olixius orabat.*

Et erat sudor eius sicut gutta sanguinis decurrentes in terram.

45 *Et cum surrexisset à deprecatione, venisset q; ad discipulos suos, reperit eos dormientes præ mœstitudine.*

46 *Et ait illis: Quid dormitis? Surgite & orate, ne intretis in tentationem.*

47 *Adhuc autem eo loquente, ecce turba, & qui vocabatur Iudas, vnus è duodecim, antecedebat eos, & appropinquauit Iesu, vt oscularetur eum,*

48 *Iesus autem dixit illi: Iuda, osculo filium hominis prodis?*

49 *Videntes autem hi qui circa ipsum erant, quod futurum erat, dixerunt ei: Domine, percutiemus ne gladio?*

50 *Et percussit vnus ex illis seruum principis sacerdotum, & amputauit auriculam eius dextram.*

51 *Respondens autem Iesus, ait: Sinite huc vsque. Et cum tetigisset auriculam eius, sanauit eum.*

52 *Dixit autem Iesus ad eos, qui venerant ad se, principes sacerdotum ac magistratus templi & seniores: Quasi ad latronem existis cum gladijs ac fustibus?*

53 *Cum quotidie vobiscum fuerim in templo, non extendistis manus in me. Sed hæc est hora illa vestra & potestas tenebrarum.*

54 *Comprehensum autem eum duxerunt, & induxerunt in domum principis sacerdotum. Petrus vero sequebatur eminus.*

55 *Cum autem accendissent ignem in medio aula, atque vnà consedissent, sedit & Petrus inter illos.*

56 *Quem cum vidisset ancilla quædam sedentem ad lumen, defixis in illum oculis, dixit: Et hic cum illo erat.*

57 *At ille abnegauit eum, dicens: Mulier, non noui illum.*

58 *Et post pusillum alius videns eum, dixit: Et tu de illis es. Petrus vero ait: Homo, non sum.*

59 *Et interuallo intercto fere hora vnius alius quidam affirmabat, dicens: Vere & hic cum illo erat, nam & Galilæus est.*

60 *Et ait Petrus: Homo, nescio quid dicas. Et continuo adhuc illo loquente cecinit gallus.*

61 *Et conuersus dominus, intuitus est Petrum. Et recordatus est Petrus sermonis domini, quomodo dixerat ipsi: priusquam gallus cecinerit, ter me negabis.*

62 *Et egressus foras Petrus fleuit amare.*

63 *Et viri qui tenebant Iesum, illudebant ei, cædentes,*

Vulgat. Editio.

Et velauerunt eum,& percutiebãt faciem eius & interrogabant eum, dicentes: Propheriza, quis est,qui te percussit?

Et alia multa blasphemantes dicebant in eum.

*Mat.27. 1. Mar.15.1 Lu.22.66. *Et vt factus est dies, conuenerunt senatus plebis, & principes sacerdotum, & Scribæ, & duxerunt illum in concilium suum, dicentes: Si tu es Christus,dic nobis.

Et ait illis: Si vobis dixero, non credetis mihi:

Si autem & interrogauero, non respondebitis mihi, neque dimittetis.

Ex hoc autem erit Filius hominis sedens à dextris virtutis Dei.

Dixerunt autem omnes: Tu ergo es Filius Dei? Qui ait: Vos dicitis,quia ego sum.

At illi dixerunt: Quid adhuc desideramus testimonium? ipsi enim audiuimus de ore eius.

CAP. XXIII.

ET surgens omnis multitudo eorum, duxerunt illum ad Pilatum.

*Mat.22. 21. Mar.12. 17. Cœperunt autem illum accusare,dicentes: Hũc inuenimus subuertentem gentem nostram, * & prohibentem tributa dare Cæsari: & dicentem se Christum regem esse.

*Mat.27. 11. Mar.15.2 Lu.18.33. * Pilatus autem interrogauit eum,dicens: Tu es rex Iudæorum? At ille respondens ei,ait: Tu dicis.

At autem Pilatus ad Principes sacerdotum, & turbas: Nihil inuenio causæ in hoc homine.

At illi inualescebant, dicentes: Commouet populum,docens per vniuersam Iudæam, incipiens à Galilæa vsque huc.

Pilatus autem audiens Galilæam, interrogauit si homo Galilæus esset.

Et vt cognouit quod de Herodis potestate esset, remisit eum ad Herodem, qui & ipse Ierosolymis erat illis diebus.

Herodes autem viso Iesu,gauisus est valde: erat enim cupiens ex multo tempore videre eum, eo quod audierat multa de eo, & sperabat signum aliquod videre ab eo fieri.

Interrogabat autem eum in multis sermonibus. At ipse nihil illi respondebat.

Stabant autem Principes sacerdotum,& Scribæ constanter accusantes eum.

Spreuit autem illum Herodes cum exercitu suo: & illusit indutum veste alba, & remisit ad Pilatum.

Et facti sunt amici Herodes, & Pilatus in ipsa die: nam antea inimici erant ad inuicem.

Pilatus autem conuocatis Principibus sacerdotum,& Magistratibus,& plebe.

Dixit ad illos: *Obtulistis mihi hunc hominem, quasi auertentem populum,& ecce ego coram vobis interrogans, *nullam causam inueni in homine isto ex his,in quibus eum accusatis:

*Ios.18. 32.&19.4 Sed neque Herodes: nam remisi vos ad illum, & ecce nihil dignum morte actum est ei.

Emendatum ergo illum dimittam.

Necesse autem habebat dimittere eis per Diem festum, vnum.

Exclamarunt autem vniuersa turba, dicentes: Tolle hunc, & dimitte nobis Barabbam,

Qui erat propter seditionem quandam factam in ciuitate,& homicidium,missus in carcerem.

Iterum autem Pilatus locutus est ad eos, volens dimittere Iesum.

At illi succlamabant, dicentes: Crucifige, crucifige eum.

Transl. ex Syriac.

64 *Et obuoluebant eum, ac percutiebant eum in faciem ipsius, dicentes: Vaticinare quis te percussit.*

65 *Aliaq; quã plurima blasphemabant ac dicebãt in eũ.*

66 *Quumque illuxisset, congregati sunt Seniores, & Principes,& Scribæ,& subduxerunt eum in domum congregationis suæ. Et inquiunt ei: Si tu es ille Meschicha, dic nobis.* Luc. 22. 66.

67 *Dixit eis: Si dixero vobis, non credetis mihi.*

68 *Quòd si interrogauero vos, nec dabitis mihi responsum, nec dimittetis me.*

69 *Ab hoc tempore erit Filius hominis sedens à dextera virtutis Dei.*

70 *Dicunt autem omnes: Tu es ergo Filius Dei? ait illis Ieschua: Vos dicitis, quia ego sum.*

71 *Dicunt: Quid amplius requiruntur nobis testes? nos enim audiuimus ex ore ipsius.*

CAP. XXIII.

1 *ET surrexit omnis cœtus eorum, & adduxerunt eum ad Pilatum.*

2 *Cœperuntq; eum accusare, dicentes: Istum inuenimus seducentem gentem nostram, & vetantem argentum capitatim dari Cæsari: & dicentem de seipso, se esse regem illum Meschicho.*

3 *Pilatus autem interrogauit eum, & dixit ei: Tune es Rex ille Iihoudæorum? Ait illi: Tu dixisti.*

4 *Et dixit Pilatus Principibus sacerdotum turbæ: Nullam inuenio occasionem aduersus hominem istum.*

5 *At illi clamabant & dicebant: Conturbat gentem nostram dum docet per vniuersam Iihoudæam exorsus à Galilæa huc vsque.*

6 *Pilatus verò quum audisset nomen Galilææ, interrogauit, num vir Galilæus esset.*

7 *Quumq; cognouisset eum ad potestatem Heroudis pertinere, remisit eum ad Heroudem, propterea quòd in Ourischlem esset in illis diebus.*

8 *Heroudes autem quum vidisset Ieschua, gauisus est vehementer: desiderabat enim eum videre à multo tempore, eò quòd audierat de eo quamplurima, sperabatq; se signum aliquod ab eo visurum.*

9 *Et sermonibus multis interrogauit eum. Ieschua verò nullum ei responsum dedit.*

10 *Stabant autem Principes sacerdotum, & Scribæ, ac pertinaciter accusabant eum.*

11 *Heroudes verò despicatui eum habuit ipse & milites eius: quumq; illusisset ei, induit eum veste coccinea, & remisit eum ad Pilatum.*

12 *Et eo ipso die facti sunt amici Pilatus, & Heroudes inter se: inimicitia enim fuerat antea inter eos.*

13 *Conuocauit autem Pilatus Principes sacerdotum, & Magistratus populi,*

14 *Et ait illis: Obtulistis mihi hunc hominem, vt qui peruertat populum vestrum, & ecce ego interrogans eum diligenter in conspectu vestro nullam, causam inueni in viro isto ex omnibus quibus detulistis eum.*

15 *Sed ne Heroudes quidem: ipsum enim remisi ad eum, & ecce nihil dignum morte factum est ei.*

16 *Eum igitur castigabo, dimittamque.*

17 *Mos enim erat dimittendi eis vnum in Festo.*

18 *Exclamauit autem vniuersa turba, & ait: Tolle hunc, & dimitte nobis Bar-Abba,*

19 *Qui quidem propter seditionem & cædem factam in ciuitate, coniectus fuerat in domum vinctorum.*

20 *Rursum autem allocutus est eos Pilatus, dum vellet dimittere Ieschua.*

21 *Illi verò vociferabantur, dicentes: Crucifige eum, crucifige eum.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Et obuoluentes eum, percutiebãt eius faciem, & interrogabant eum, dicentes: Prophetiza, quis est percutiens te?

Et alia multa blasphemantes dicebant in eum.

Et vt factus est dies, coactus est senatus plebis, principes Sacerdotumque & scribæ: & duxerunt illum in concilium suum,

Dicentes: Si tu es Christus, dic nobis. Ait autem illis: Si vobis dixero, non credetis.

Si autem & interrogauero, non respondebitis mihi, aut dimittetis.

Ex nunc erit filius hominis sedens à dexrris virtutis.

Dixerunt autem omnes: Tu ergo es filius Dei? is autem ad eos ait: Vos dicitis, quia ego sum.

Illi autem dixerunt: Quid adhuc opus habemus testimonio? ipsi enim audiuimus de ore eius.

CAP. XXIII.

ET surgens omnis multitudo eorum, duxit illum ad Pilatum.

Cœperunt autem accusare illum, dicentes: Hũc inuenimus subuertentem gentem, & prohibentem Cæsari tributa dare, dicentem se Christum regem esse.

At Pilatus interrogauit eum, dicens: Tu rex Iudæorum? ille autem respondens ei, ait: Tu dicis.

At Pilatus dixit ad principes Sacerdotum, & turbas: Nullam inuenio causam in homine hoc.

Illi autem inualescebant, dicentes, Quia commouet populum, docens per vniuersam Iudæam, incipiens à Galilæa vsque huc.

Pilatus autem audiens Galilæam, interrogauit si homo Galilæus esset.

Et cognoscens quod de potestate Herodis esset, remisit eum ad Herodem, existentem & ipsum in Hierosolymis in illis diebus.

At Herodes videns Iesum, gauisus est valde: erat enim volens ex multo videre eum, propter audire multa de eo: & sperabat aliquod signum videre ab eo factum.

Interrogabat autem eum in sermonibus multis: ipse autem nihil respondebat illi.

Stabant autem principes Sacerdotum & Scribæ constanter accusantes eum.

Nihil faciens autem illum Herodes cum exercitibus suis, & illudens, amiciens eum veste splendida, remisit eum Pilato.

Facti sunt autem amici hicque Pilatus & Herodes in ipsa die cum inuicem: præextiterant enim in inimicitia existentes ad seipsos.

Pilatus autem conuocans principes sacerdotum, & magistratus, & populum,

Dixit ad illos: Obtulistis mihi hominem hunc auertentem populum, & ecce ego coram vobis interrogans, nullam inueni in homine isto causam, quorum accusatis aduersus eum.

Sed neque Herodes: remisi enim vos ad illum, & ecce nihil dignum morte est actum ei.

Castigans ergo illum dimittam.

Necesse aũt habebat dimittere eis per festũ, vnũ.

Exclamarunt autem vniuersa turba, dicentes: Tolle hunc, dimitte autem nobis Barabbam:

Qui erat propter seditionem quandam factam in ciuitate, & homicidium, missus in carcerem.

Iterum ergo Pilatus adlocutus est, volens dimittere Iesum.

Illi autem succlamabant, dicentes: Crucifige, crucifige eum.

Transl. Erasm. Roterod.

64 *Et cum circumtexissent eum, percutiebant faciem eius, & interrogauerunt eum, dicentes: Vaticinare: Quis est ille qui te percussit?*

65 *Et alia multa conuiciantes dicebant in eum.*

66 *Atque vt illuxit, conuenerunt seniores plebis & principes sacerdotum & scribæ, & duxerunt illum in concilium suum, dicentes: Num tu es ille Christus? dic nobis.*

67 *Et ait illis: Si vobis dixero, non credetis,*

68 *Quod si etiam interrogauero, non respondebitis mihi, neque dimittetis.*

69 *Ex hoc tempore erit filius hominis sedens à dextris virtutis Dei.*

70 *Dixerunt autem omnes: Tu ergo es filius Dei? Qui ait: vos dicitis me esse.*

71 *At illi dixerunt: Quid adhuc desideramus testimonium? Ipsi enim audiuimus ex ore ipsius.*

CAP. XXIII.

1 *ET surgens vniuersa multitudo eorum, duxit illum ad Pilatum.*

2 *Cœperunt autem illum accusare, dicentes: Hunc deprehendimus euertentem gentem, ac vetantem tributa dare Cæsari, dicentem se Christum regem esse.*

3 *Pilatus autem interrogauit eum, dicens: Tu es ille rex Iudæorum? At ille respondens illi ait: Tu dicis.*

4 *Ait autem Pilatus ad principes sacerdotum & turbas: Nihil inuenio noxiæ in hoc homine.*

5 *At illi inualescebant, dicentes: Commouet populum docens per vniuersam Iudæam, exorsus à Galilæa vsque ad hunc locum.*

6 *Pilatus autem audita mentione Galilææ, interrogauit, num homo, Galilæus esset.*

7 *Et vt cognouit, quod ad Herodis ditionem pertineret, remisit eum ad Herodem, qui & ipse Hierosolymis erat per id tempus.*

8 *Herodes autem viso Iesu, gauisus est valde. Tenebatur enim multo iam tempore cupiditate videndi illum, eo quod audiret multa de eo, & sperabat se signum aliquod visurum ab eo fieri.*

9 *Interrogabat autem eum multis sermonibus, At ipse nihil illi respondebat.*

10 *Stabant autem principes sacerdotum & scribæ acriter accusantes eum.*

11 *Spreuit autem illum Herodes cum exercitibus suis, cumq; illusisset indutum veste splendida remisit ad Pilatum.*

12 *Et facti sunt amici inter sese Pilatus & Herodes in eodem die, nam antea simultas inter eos interceserat.*

13 *Pilatus autem conuocatis principibus sacerdotum, & magistratibus, ac plebe,*

14 *Dixit ad illos: Obtulistis mihi hunc hominem, quasi auertentem populum: & ecce ego coram vobis interrogãs, nullum crimen inuenio in homine isto ex his de quibus accusatis eum:*

15 *Sed ne Herodes quidem, nam remisi vos ad illum, & ecce nihil dignum morte actum est ei.*

16 *Castigatum ergo illum dimittam.*

17 *Necesse autem habebat dimittere eis in festo vnum.*

18 *Exclamauit autem simul vniuersa turba, dicens: Tolle hunc, & dimitte nobis Barraban:*

19 *Qui erat propter seditionem quandam factam in ciuitate & homicidium coniectus in carcerem.*

20 *Iterum autem Pilatus locutus est ad eos, volens dimittere Iesum.*

21 *At illi clamabant, dicentes: Crucifige, crucifige eum.*

Vulgat. Editio.

*Matt.27. 23. Mar.15. 14. / *Ille autem tertio dixit illis: * Quid enim mali fecit iste? nullam causam mortis inuenio in eo: corripiam ergo illum, & dimittam.

At illi instabant vocibus magnis postulantes vt crucifigeretur: & inualescebant voces eorum.

Et Pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum.

Dimisit autem illi eum, qui propter homicidiū, & seditionem missus fuerat in carcerem, quem petebant: Iesum vero tradidit voluntati eorum.

*Matt.27 32. Mar.15. 21. * Et cum ducerent eum, apprehenderunt Simonem quemdam Cyrenensem venientem de villa: & imposuerunt illi crucem portare post Iesum.

Sequebatur autem illum multa turba populi, & mulierum: quæ plangebant, & lamentabantur eū.

Conuersus autem ad illas Iesus dixit: Filiæ Ierusalem, nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, & super filios vestros.

Quoniam ecce venient dies, in quibus dicent: Beatæ steriles, & ventres, qui non genuerunt, & vbera, quæ non lactauerunt.

*Isa.2.19 Osee 10. 8. Apo.6.16 Tunc incipient dicere montibus: * Cadite super nos: & collibus: Operite nos.

Quia si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?

Ducebantur autem & alii duo nequam cum eo, vt interficerentur.

*Mat.27 33. Mar.15. 22. Io.19. 17 * Et postquam venerunt in locum, qui vocatur Caluariæ, ibi crucifixerunt eum: & latrones, vnum à dextris, & alterum à sinistris.

Iesus autem dicebat: Pater, dimitte illis: non enim sciunt quid faciunt. Diuidentes vero vestimenta eius, miserunt sortes.

* Et stabat populus spectans, & deridebant eum Principes cum eis, dicentes: Alios saluos fecit, se saluum faciat, si hic est Christus Dei electus.

Illudebant autem ei & milites accedentes, & acetum offerentes ei,

Et dicentes: Si tu es rex Iudæorum, saluum te fac.

Erat autem & superscriptio scripta super eum litteris Græcis & Latinis, & Hebraicis: HIC EST REX IVDÆORVM.

Vnus autem de his, qui pendebant, & latronibus, blasphemabat eum, dicens: Si tu es Christus, saluum fac temetipsum, & nos.

Rīdens autem alter increpabat eum, dicens: Neq; tu times Deum, quod in eadem damnatione es.

Et nos quidem iuste, nam digna factis recipimus: hic vero nihil mali gessit.

Et dicebat ad Iesum: Domine, memento mei, cum veneris in regnum tuum.

Et dixit illi Iesus: Amen dico tibi: Hodie mecum eris in paradiso.

Erat autem fere hora sexta, & tenebræ factæ sunt in vniuersam terram vsque in horam nonam.

Et obscuratus est sol & velum templi scissum est medium.

*Psl.30.6 Et clamans voce magna Iesus ait: *Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. Et hæc dicens, expirauit.

Videns autem Centurio quod factum fuerat, glorificauit Deum, dicens: Vere hic homo iustus erat.

Et omnis turba eorum, qui simul aderant ad spectaculum istud, & videbant quæ fiebant, percutientes pectora sua reuertebantur.

Transl. ex Syriac.

Ille autem tertiò dixit eis: Quid enim mali fecit iste? nullam occasionem dignam morte inueni in eo: castigabo eum igitur, & dimittam. 22

At ipsi instabant alta voce, & rogabant eum, vt ipsum crucifigeret: & inualescebat vox eorum ac Principum sacerdotum. 23

Pilatus autem iussit fieri postulationem eorum. 24

Et dimisit eis illum qui propter seditionem & cædem coniectus fuerat in domum vinctorum (carcerem) illum quem petierant: Ieschua verò tradidit eorum voluntati. 25

Quumq; abducerent eum, prehenderunt Schemeoun Kourinæum, qui veniebat ex villa: & imposuerunt ei crucem ferendam ponè Ieschua. 26 *Ad hunc locum.

Veniebat autem post eum multitudo populi, & mulierum illarum quæ plangebant & lamentabantur super eo. 27

Et conuersus ad eas Ieschua, ait: Filiæ Ourischlem, ne fletis super me, verùm super vobismetipsis flete, & super filijs vestris. 28

Ecce enim venient dies quibus dicent: Beatæ steriles, & uteri qui non pepererunt, & vbera quæ non lactauerunt. 29

Tunc incipietis dicere montibus: Cadite super nos & collibus: Operite nos. 30

Quòd si in ligno viridi ista faciunt, in arido quid fiet? 31

Porrò veniebant cum eo duo alij malefici, vt trucidarentur. 32

Quumq; venissent ad locum quemdam qui vocatur Caluari, crucifixerunt eum illic illosq; malefícos, vnum à dextera eius, & alterum à sinistra. 33

Ipse verò Ieschua dicebat: Pater, remitte eis, nesciunt enim quid faciunt. Et partiti sunt vestimenta eius, ac super eis iecerunt sortem. 34 *Medio die.

Stabat autem populus conspiciens, & subsannabant eū etiam Proceres, & dicebant: Alios seruauit, seruet seipsum si hic est Meschicho ille electus Dei. 35

Quinetiam illudebant ei milites dum accederent, & offerrent ei acetum: 36

Dicerentque ei: Si tu es rex ille Iihoudæorum, serua teipsum. 37

Erat autem etiam inscriptio scripta super eum, Ionicè, & Romanè, & Hebraicè, HIC EST REX ILLE IIHOVDÆORVM. 38

Vnus autem ex malefícis illis qui suspensi erant cum eo, blasphemabat eum, dicebatque: Si tu es Meschicho ille, serua teipsum, & serua nos quoque. 39

At obiurgauit eum socius eius, & dixit ei: Ne Deum quidem times, qui & ipse sis in eodem iudicio? 40

Et nos quidem iustè: nam prout digni fuimus, & prout egimus, luimus pœnas: iste verò nihil odiosum egit. 41

Et dixit Ieschua: Memento mei Domine mi, quum veneris in regnum tuum. 42

Ai: illi Ieschua: Amin dico tibi: Hodie mecum eris in paradiso. 43

Erat autem circiter hora sexta, & factæ sunt tenebræ super vniuersam terram, vsque ad horam nonam. 44 *Ad nonā horā feriæ sextæ Crucifixionis.

Et Sol obscuratus est, scissaq; superficies portæ (velum) templi per medium. 45

Et clamauit Ieschua alta voce, dixitque: Pater mi, in manus tuas depono spiritum meum. Hoc dixit, & tradidit spiritum. 46

Quum vidisset autem Centurio quod factum fuerat, gloripcauit Deum, & ait: Verè hic homo iustus erat. 47

Omnesq; cœtus illi qui coacti fuerant ad hoc spectaculum, quum vidissent quod actum fuerat, reuersi sunt percutientes pectora sua. 48

Transl. B. Ariæ Mont.

Ille autem tertio dixit ad illos: Quid enim malũ fecit ille? nullam causam mortis inuenio in eo. castigans ergo illum dimittam.

Illi autem instabant vocibus magnis, postulantes eum crucifigi, & inualescebant voces eorum, & principum Sacerdotum.

At Pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum.

Dimisit autem illis propter seditionem & homicidium missum in carcerem, quem petebant: at Iesum tradidit voluntati eorum.

Et cum abducerent eum, apprehendentes Simonem quemdam Cyrenæum venientem ab agro, imposuerunt illi crucem portare post Iesum.

Sequebatur autem illum multa turba populi, & mulierum, quæ & plangebant, & lamentabantur eum.

Conuersus autem ad illas Iesus dixit: Filiæ Hierusalem, ne flete super me, sed super vosipsas flete, & super filios vestros.

Quoniam ecce venient dies, in quibus dicent: Beatæ steriles, & ventres qui non genuerunt, & vbera, quæ non lactauerunt.

Tunc incipient dicere montibus: Cadite super nos: & collibus: Operite nos.

Quia si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?

Ducebantur autem & alii duo malefici cum eo, tolli.

Et postquam abierunt in locum vocatum Caluariam, ibi crucifixerunt eum, & malefícos, hunc quidem à dextris, hunc autem à sinistris.

At Iesus dicebat: Pater, dimitte illis: non enim sciunt quid faciunt. Diuidentes vero vestimenta eius, miserunt sortem.

Et stabat populus spectans: deridebant autem & Principes cum eis dicentes: Alios seruauit, seruet seipsum, si hic est Christus Dei electus.

Illudebant autem ei & milites accedentes, & acetum offerentes ei,

Et dicentes: Si tu es rex Iudæorum, serua teipsum.

Erat autem & superscriptio scripta super eum litteris Græcis, & Romanis, & Hebraicis. HIC EST REX IVDÆORVM.

Vnus autem pendentium maleficorum blasphemabat eum, dicens: Si tu es Christus, serua temetipsum & nos.

Respondens autem alter increpabat eum, dicens: Neq; times Deum, quod in eadem damnatione es?

Et nos quidem iuste, digna enim quæ fecimus recipimus: hic vero nihil inlolens egit.

Et dicebat Iesu: Memento mei Domine, cum veneris in regnum tuum.

Et dixit illi Iesus: Amen dico tibi, Hodie mecum eris in paradiso.

Erat autem fere hora sexta, & tenebræ factæ sunt in vniuersam terram vsque in horam nonam.

Et obscuratus est Sol, & scissum est velum templi medium.

Et clamans voce magna Iesus ait: Pater, in manus tuas commendabo spiritum meum. Et hæc dicens, expirauit.

Videns autem Centurio factum, glorificauit Deum, dicens: Vere homo hic iustus erat.

Et omnes simul accedentes turbæ ad spectaculum illud, spectantes facta, percutientes sua ipsorum pectora reuertebantur.

Transl. Erasm. Roterod.

Ille autem tertiò dixit ad illos: Quid enim mali fecit hic? Nullum crimen capitale comperio in eo, castigatum ergo dimittam illum.

At illi instabant vocibus magnis, postulantes vt crucifigeretur, & inualescebant voces eorum, ac summorum sacerdotum.

Et Pilatus adiudicauit vt fieret quod illi postulabant.

Dimisit autem illis eum qui propter seditionem & homicidium coniectus fuerat in carcerem, quem poposcerant: Iesum verò tradidit arbitrio eorum.

Et cum abducerent eum, prehenderunt Simonem quẽdam Cyrenẽsem venientem è rure, & imposuerunt illi crucem vt portaret post Iesum.

Sequebatur autem illum multa turba populi ac mulierum, quæ plangebant & lamentabantur eum.

Conuersus autem ad illas Iesus, dixit: Filiæ Hierusalẽ, nolite flere super me, sed super vobisipsis flete, & super filijs vestris.

Quoniam ecce venient dies in quibus dicent: Beatæ steriles & ventres qui non genuerunt, & vbera quæ non lactauerunt.

Tunc incipient dicere montibus: Cadite super nos: & collibus, operite nos.

Quia si in humido ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?

Ducebantur autem & alij duo facinorosi cum eo, vt interficerentur.

Et postquam venerunt in locũ qui vocatur Caluaria, ibi crucifixerunt eum, & facinorosos: vnum à dextris, alterum à sinistris.

Iesus autem dicebat: Pater, remitte illis, nesciunt enim quid faciunt. Diuidentes vestimenta eius, miserunt sortẽ.

Et stabat populus spectans, & deridebant eum principes cum eis, dicentes: Alios seruauit, seruet seipsum, si hic est ille Christus, ille Dei electus.

Illudebant autem ei & milites accedentes, & acetum offerentes ei,

Dicentesque: Si tu es ille rex Iudæorum, saluum te fac.

Erat autem & inscriptio scripta super eũ literis Græcis & Latinis & Hebraicis: HIC EST REX IVDÆORVM.

Vnus autem qui erant suspensi facinorosorum, conuicia dicebat in eum, dicens: Si tu es Christus, serua teipsum & nos.

Respondens autem alter, increpabat eum, dicens: Ne times quidem tu Deum, quod in eadem damnatione es?

Et nos quidem iustè, nam digna factis recipimus, hic vero nihil mali gessit.

Et dicebat ad Iesum: Domine, memento mei cum veneris in regnum tuum.

Et ille Iesus: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso.

Erat autem ferè hora sexta, & tenebræ factæ sunt super totam terram, vsque ad horam nonam.

Et obscuratus est sol & velum templi scissum est medium.

Et cum clamasset voce magna Iesus, ait: Pater, in manus tuas commendabo spiritum meum. Et hæc cum dixisset, expirauit.

Cum vidisset autem Centurio quod accidit, glorificauit Deum, dicens: Verè hic homo iustus erat.

Et omnes turbæ eorum qui simul accesserant spectaculum istud & viderant quæ contingebant, percutientes pectora sua, reuertebantur.

Vulgat. Editio.

Stabant autem omnes noti eius à longe, ac mulieres, quæ secutæ eum erant à Galilea hæc viderres.

*Et ecce vir nomine Ioseph, qui erat decurio, vir bonus, & iustus.

*Mat. 27. 57. Mar. 15. 43. Ioã. 19. 38

Hic non consenserat consilio, & actibus eorum, ab Arimathæa ciuitate Iudææ, qui expectabat & ipse regnum Dei.

Hic accessit ad Pilatum, & petijt corpus Iesu:

Et depositum inuoluit sindone, & posuit eum in monumento exciso, in quo nondum quisquam positus fuerat.

Et dies erat parascenes, & sabbatum illucescebat.

Subsecutæ autem mulieres, quæ cum eo venerant de Galilæa, viderunt monumentum, & quemadmodum positum erat corpus eius.

Et reuertentes parauerũt aromata, & vnguenta: & sabbato quidem siluerunt secundum mandatũ.

CAP. XXIIII.

Mat. 28. 1 Mar. 16. 2 Ioã. 20. 1

VNa autem sabbati valde diluculo venerunt ad monumentum, portantes, quæ parauerant aromata:

Et inuenerunt lapidem reuolutum à monumento.

Et ingressæ non inuenerũt corpus Domini Iesu.

Et factum est, dum mente consternatæ essent de isto, eccé duo viri steterunt secus illas in veste fulgenti.

Cum timerent autem, & declinarent vultum in terram, dixerunt ad illas: Quid quæritis viuentem cum mortuis?

Non est hic, sed surrexit: recordamini qualiter locutus est vobis, cum adhuc in Galilæa esset,

*Mat. 17. 23. Mar. 9. 31 Sup. 9. 22.

Dicens: *Quia oportet filium hominis tradi in manus hominum peccatorum, & crucifigi, & die tertia resurgere.

Et recordatæ sunt verborum eius.

Et regressæ à monumento nunciauerunt hæc omnia illis vndecim, & ceteris omnibus.

Erat autem Maria Magdalene, & Ioanna, & Maria Iacobi, & ceteræ, quæ cum eis erant, quæ dicebant ad Apostolos hæc.

Et visa sunt ante illos, sicut deliramentum verba ista: & non crediderunt illis.

Petrus autem surgens cucurrit ad monumentum, & procumbens vidit linteamina sola posita, & abiit secum mirans quod factum fuerat.

*Mar. 16. 12.

*Et ecce duo ex illis ibant ipsa die in castellum, quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab Ierusalem, nomine Emmaus.

Et ipsi loquebantur ad inuicem de his omnibus, quæ acciderant.

Et factum est, dum fabularentur, & secum quærerent: & ipse Iesus appropinquans ibat cum illis:

Oculi autem illorum tenebantur ne eum agnoscerent.

Et ait ad illos: Qui sunt hi sermones, quos confertis ad inuicem ambulantes, & estis tristes?

Et respondens vnus, cui nomen Cleophas, dixit ei: Tu solus peregrinus es in Ierusalem, & non cognouisti quæ facta sunt in illa his diebus?

Transl. ex Syriac.

Stabant autem procul omnes noti ipsius Ieschua, & femineæ illæ quæ venerant cum eo à Galilæa, istaque spectabant.

** Porrò vir, quidam nomine Ianseph, senator à Rometho ciuitate Iihoudæa, erat vir bonus & iustus:*

Iste non consenserat voluntati & facinori eorum, & expectabat regnum Dei.

Iste (inquam) adijt Pilatum, & petijt corpus Ieschua.

Et detraxit illud, inuoluitque linteo lineo, & posuit illud in monumento excisо, in quo nemo adhuc positus fuerat,

Caterùm dies erat Paraseues, & sabbathum post illucescebat,

Accesserunt autem mulieres istæ quæ cum eo venerunt à Galilæa, & inspexerunt sepulchrum, & quomodo positum esset corpus eius.

Reuersæ verò parauerunt vnguenta, & aromata: ac sabbatho quieuerunt, sicuti præceptum est.

CAP. XXIIII.

PRimo autem hebdomadis, aurora adhuc obscura, venerunt ad monumentum, attulerintque aromata illa quæ parauerant: erant autem cum eis mulieres aliæ,

Et inuenerunt lapidem reuolutum à monumento:

Et ingressæ sunt nec inuenerunt corpus Ieschua.

Factumque est dum ipsæ obstupescerent super hoc, ecce duo viri astiterunt super eis, quorum coruscabat vestimentum.

Et perterrefactæ sunt, inclinaruntque facies suas, in terram: at ipsi dixerunt eis: Quid quæritis viuentem cum mortuis?

Non est hic, surrexit: reuocate in memoriam quæ collocutus fuerit vobis, dum ipse esset in Galilæa,

Dixeritq; Futurum vt ipse Filius hominis traderetur in manus hominum sceleratorum, crucique suffigeretur, ac tertia die resurgeret.

Et ipsæ recordatæ sunt sermonum eius.

Et reuersæ sunt à sepulchro, dicuntque hæc omnia illis vndecim & ceteris.

Erant autem Mariam Magdeloitho, & Iouchan, & Mariam mater Iaakoub, & reliquæ quæ cum eis erant, quæ hæc dicebant Apostolis.

Et visa sunt in oculis eorum verba ista quasi deliria, neque crediderunt eis.

Schemeoun autem surrexit, & cucurrit ad sepulchrũ, & introspiciens videt linteа reposita tantummodo, abijitque dum miraretur apud se super hoc quod factum fuerat.

Et ecce duo ex eis eo ipso die iter faciebant ad pagum nomine Emaus, distantem ab Ourischlem stadijs sexaginta.

Forsitan hebdomadis Cardidatæ.

Ipsique colloquebantur inter se de his omnibus quæ euenerunt.

Dumque ipsi colloquerentur, & sese mutuò rogitarent, venit ipse Ieschua, & assequutus est eos, & iter faciebat cum eis.

Oculi autem eorum tenebantur, ne agnoscerent eum.

Et dixit eis: Qui sunt hi sermones, quos col loquimini vnus cum alio dum ambulatis, mœstiq; estis?

Et respondit vnus ex eis, cui nomen Kleiophæ, & dixit ei: Tune solus es extraneus ab Ourischlem, qui nescias quid factum sit in ea istis diebus?

Transl. B. Ariæ Mont.

Stabant autem omnes noti eius à longe, ac mulieres, quæ consecutæ eum à Galilæa videntes hæc.

Et ecce vir nomine Ioseph, consiliarius existens, vir bonus, & iustus:

Hic non erat suffragatus consilio, & actioni eorum, ab Arimathæa ciuitate Iudæorum, qui expectabat & ipse regnum Dei.

Hic accendens Pilato, petijt corpus Iesu.

Et detrahens ipsum, inuoluit in sindone, & posuit id in monumento exciso, vbi non erat nondum nemo positus.

Et dies erat parasceues, & sabbatum illucescebat.

Subsecutæ autem mulieres, quæ fuerant venientes cum eo de Galilæa, viderunt monumentum, & vt positum erat corpus eius.

Reuersæ autem parauerũt aromata, & vnguenta: & quidem sabbato quieuerunt secundũ mandatũ.

CAP. XXIIII.

AT vna sabbatorum diluculo profundo venerunt ad monumentum, portantes quæ parauerant aromata, & quædam cum eis.

Inuenerunt autem lapidem reuolutum à monumento.

Et ingressæ non inuenerunt corpus Domini Iesu.

Et factum est in dubitare eas de isto, & ecce duo viri adstiterunt eis in vestibus fulgentibus.

Timentibus autem factis illis, & inclinantibus vultum in terram, dixerũt ad illas: Quid quæritis viuentem cum mortuis?

Non est hic, sed surrexit: recordamini vt locutus est vobis, adhuc existens in Galilæa,

Dicens: *Quia oportet filium hominis tradi in manus hominum peccatorum, & crucifigi, & tertia die resurgere.

Et recordatæ sunt verborum eius.

Et reuersæ à monumento nunciauerunt hæc omnia vndecim, & omnibus cæteris.

Erat autem Magdalene Maria, & Ioanna, & Maria Iacobi, & cæteræ cum eis, quæ dicebant ad Apostolos hæc.

Et visa sunt ante illos sicut deliramentum verba eorum, & non crediderunt illis.

At Petrus surgens cucurrit ad monumentum, & procumbens vider linteamina posita sola: & abiit, apud se mirans factum.

Et ecce duo ex illis erant euntes in ipsa die in vicum distantem stadia sexaginta ab Hierusalem, cui nomen Emmaus.

Et ipsi loquebantur ad inuicem de omnibus, euentis his.

Et factum est in colloqui ipsos & conquirere, & ipse Iesus appropinquans ibat cum illis:

At oculi illorum tenebantur non agnoscerere eum.

Ait autem ad illos: Qui sermones hi quos confertis ad inuicem ambulantes & estis tristes?

Respondens autem vnus, cui nomen Cleophas, dixit ad eum: Tu solus peregrinaris Hierusalem, & non cognouisti facta in illa in diebus his?

Transl. Erasm. Roterod.

Stabant autem omnes noti eius procul, & mulieres quæ secutæ eum erant à Galilæa hæc videntes.

Et ecce vir nomine Ioseph, decurio, qui erat vir bonus ac iustus,

Hic non consenserat consilio ac facto eorum, oriundus ab Arimathæa ciuitate Iudæorum, qui expectabat & ipse regnum Dei:

Hic accessit ad Pilatum, & postulauit corpus Iesu,

Et depositum inuoluit sindone, & posuit illud in monumento, quod erat in lapide excisum, in quo nondum quisquam positus fuerat.

Et dies erat Parasceue, & sabbatum illucescebat.

Subsecutæ autem mulieres quæ cum eo venerant de Galilæa, viderunt monumentum, & quemadmodum positum erat corpus eius.

Reuersæ vero, parauerunt aromata & vnguenta, ac sabbato quidem quieuerunt secundum præceptum.

CAP. XXIIII.

VNo autem sabbatorum profundo diluculo, venerunt ad monumentum, portantes quæ parauerant aromata, & nonnullæ cum illis:

Repererunt autem lapidem reuolutum à monumento,

Et ingressæ non inuenerunt corpus Domini Iesu.

Et factum est dum mente consternatæ essent de hoc, ecce duo viri steterunt iuxta illas in vestibus fulgurantibus.

Cum expauissent autem, & declinarent vultum in terram, dixerunt ad illas: Quid quæritis, viuentem cum mortuis?

Non est hic, sed surrexit. Recordamini vt dixerit vobis cum adhuc in Galilæa esset,

Dicens, quod oportuerit filium hominis tradi in manus hominum peccatorum & crucifigi, & die tertio resurgere.

Et recordatæ sunt verborum eius,

Et regressæ à monumento, nunciauerunt hæc omnia illis vndecim, & cæteris omnibus.

Erat autem Maria Magdalene & Ioanna & Maria Iacobi & cætera quæ cum eis erant, quæ dicebant ad Apostolos hæc.

Et visa sunt apud illos ceu deliramentum verba illarum, neque crediderunt illis.

Petrus autem surgens cucurrit ad monumentum, & prospiciens vidit linteamina sola posita, & abiit apud semetipsum mirans quod acciderat.

Et ecce duo ex illis ibant eodem die in castellum, quod aberat spatio stadiorum sexaginta ab Hierosolymis, nomine Emaus,

Et ipsi confabulabantur inter se de his omnibus quæ acciderant.

Et factum est dum confabularentur, ac disputarent, & ipse Iesus appropinquans ibat vna cum illis.

Cæterum oculi illorum tenebantur, ne eum agnoscerent.

Et ait ad illos: Qui sunt hi sermones quos conferis inter vos ambulantes, & estis tristes?

Ac respondens vnus cui nomen Cleophas, dixit ei: Tu solus peregrinus es Hierosolymis, neque cognouisti quæ facta sunt illic his diebus?

Vulgat. Editio.

Quibus ille dixit. Quæ? Et dixerunt: De Iesu Nazareno, qui fuit vir propheta, potens in opere, & sermone coram Deo, & omni populo:

Et quomodo eum tradiderunt Summi sacerdotes, & Principes nostri in damnationem mortis, & crucifixerunt eum.

Nos autem sperabamus quia ipse esset redempturus Israel: & nunc super hæc omnia, tertia dies est hodie quod hæc facta sunt.

Sed & mulieres quædam ex nostris terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum.

Et non inuento corpore eius, venerunt, dicentes se etiam visionem Angelorum vidisse, qui dicunt eum viuere.

Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum, & ita inuenerunt, sicut mulieres dixerunt, ipsum vero non inuenerunt.

Et ipse dixit ad eos: O stulti, & tardi corde ad credēdum in omnibus quæ locuti sunt Prophetæ.

Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam?

Et incipiēs à Moyse, & omnib. Prophet. interpretabatur illis in omnib. scripturis, quæ de ipso erāt.

Et appropinquauerunt castello quò ibant: & ipse se finxit longius ire.

Et coegerunt illum: dicentes: Mane nobiscum, quoniam aduesperascit, & inclinata est iam dies. Et intrauit cum illis.

Et factum est, dum recumberet cum eis, accepit panem: & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis.

Et aperti sunt oculi eorum, & cognouerūt eum: & ipse euanuit ex oculis eorum.

Et dixerunt ad inuicem: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur in via, & aperiret nobis Scripturas?

Et surgentes eadem hora regressi sunt in Ierusalem: & inuenerunt congregatos vndecim, & eos, qui cum illis erant,

Dicentes: Quod surrexit Dominus vere, & apparuit Simoni:

Et ipsi narrabant quæ gesta erant in via: & quomodo cognouerunt eum in fractione panis.

*Mar.16. 16. Io.20.19. *Dū autē hæc loquuntur, stetit Iesus in medio eorū, & dicit eis: Pax vobis: ego sum, nolite timere.

Conturbati vero, & conterriti, existimabant se spiritum videre.

Et dixit eis: Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra?

Videte manus meas, & pedes, quia ego ipse sum: palpate, & videte: quia spiritus carnem, & ossa non habet, sicut me videtis habere:

Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus, & pedes.

Adhuc autem illis non credentibus, & mirantibus præ gaudio, dixit: Habetis hic aliquid, quod manducetur?

At illi obtulerunt ei partem piscis assi, & fauum mellis.

Et cum manducasset coram eis, sumens reliquias dedit eis.

Et dixit ad eos: Hæc sunt verba, quæ locutus sum ad vos, cum adhuc essem vobiscum, quoniam necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis de me.

Tunc aperuit illis sēsū vt intelligerēt Scripturas.

Ps.21.7 Et dixit eis: * Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertia die:

Transl. ex Syriac.

19 *Dixit eis: Quid? Dicunt ei: De Ieschua illo à Nozrath, qui fuit vir propheta, potens, & fuit in sermone & opere coram Deo, & coram vniuerso populo:*

20 *Quem tradiderunt Principes sacerdotum & Seniores iudicio mortis, & crucifixerunt eum.*

21 *Nos autem sperabamus eum esse, qui redempturus esset Israel: & ecce iam tres sunt dies, ex quo hæc omnia facta sunt!*

22 *Sed & mulieres ex nobis obstupefecerunt nos, diluculo præuenientes fuerunt ad monumentum.*

23 *Quæ, quum non inueniſſent corpus eius, venerunt, dicentes nobis, se vidisse Angelos illic, qui dicunt eum viuere.*

24 *Quin etiam quidam ex nobis profecti sunt ad monumentum, & ita inuenerunt prout dixerant mulieres, ipsum vero non viderunt.*

25 *Tunc dixit eis Ieschua: O expertes rationis, & graues corde ad credendum ijs omnibus, quæ locuti sunt Prophetæ!*

26 *Nonne hoc futurum erat, vt pateretur Meschiho, & ingrederetur in gloriam suam?*

27 *Et exorsus est à Mousche, & ab omnibus Scripturis, & explicabat de se ex omnibus Scripturis.*

28 *Et approquinquabant pago illi in quem proficiscebantur; & ipse fingebat eis, quasi in locum longinquum iter haberet.*

29 *At coegerunt eum, dicuntque ei: Mane apud nos, quoniam dies nunc inclinat ad tenebras. Et ingressus est vt maneret cum eis.*

30 *Factum est autem quum discubuisset cum eis, accepit panem & benedixit, fregitque & dedit eis.*

31 *Et illicò aperti sunt oculi eorum, & agnouerunt eum: ipse verò ablatus est ab eis.*

32 *Et dicebant alter alteri: Nonne cor nostrum ardebat in nobis dum colloqueretur nobis in via, & explicaret nobis Scripturas?*

33 *Et surrexerunt ea ipsa hora, & reuersi sunt ad Ourischlem, & inuenerunt vndecim congregatos, & eos qui cum ipsis erant;*

34 *Dicentes: Verè surrexit Dominus noster, & apparuit Schemeoun.*

35 *Quinetiam ipsi renunciarunt ea quæ contigerunt in via, & quomodo innotuit eis dum frangeret panem.*

36 ** Quumque hæc loquerentur: Ieschua astitit inter eos, & dixit eis: Pax vobiscum: ego sum, ne timeatis.* *Aſcensionis Domini nostri.

37 *At ipsi perterrebantur & expauescebant: putabant enim se spiritum videre.*

38 *Dixit eis Ieschua: Quid commouemini, & quare ascendunt cogitationes in corda vestra?*

49 *Videte manus meas & pedes meos, quia ego sum: contrectate me, & agnoscite: nam spiritus carnem & ossa non habet, prout me videtis habere.*

40 *Et quum hæc dixisset, ostendit eis manus suas pedesq; suos.*

41 *Quumque adhuc non crederent præ gaudio suo, & mirarentur, dixit eis: Habetis hic quid manducandum?*

42 *Ipsi verò dederunt ei partem piscis assi, & ex fauo mellis.*

43 *Et accepit, comeditque eorum in conspectu.*

44 *Et dixit eis: Hi sunt sermones quos locutus sum vobiscum dum apud vos essem, oportere impleri quicquid scriptum est in lege Mousche & in Prophetis & Psalmis de me.*

45 *Tunc aperuit eorum mentem vt intelligerēt Scripturas.*

46 *Et dixit eis: Ita scriptum est, & expediebat pati Meschicho, & resurgere à domo mortuorum tertio die:*

Transl. B. Ariæ Mont.

Et dixit eis: Quæ? illi autem dixerunt ei: Quæ de Iesu Nazareno, qui fuit vir Propheta, potens in opere & sermone coram Deo & omni populo.

Quomodoque tradiderunt eum summi sacerdotes, & principes nostri in damnationem mortis, & crucifixerunt eum.

Nos autem sperabamus, quiâ ipse esset futurus redimere Israel: sed & cum omnibus his, tertiam hanc diem agit hodie, ex quo hæc facta sunt.

Sed & mulieres quædam ex nobis terruerunt nos, factæ antelucanæ ad monumentum.

Et non inuenientes corpus eius, venerunt, dicentes & visionem angelorum vidisse, qui dicunt eum viuere.

Et abierunt quidam eorum qui cum nobis, ad monumentum, & inuenerunt ita sicut & mulieres dixerunt: ipsum verò non viderunt.

Et ipse dixit ad eos: O stulti & tardi corde ad credendum in omnibus quæ locuti sunt Prophetæ!

Nonne hæc oportuit pati Christum, & intrare in gloriam suam?

Et incipiês à Moyse, & ab omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnib. scripturis quę de ipso.

Et appropinquauerunt ad vicum quò ibant, & ipse se finxit longiùs ire.

Et coegerunt illum, dicentes: Mane nobiscum, quoniam ad vesperam est, & inclinauit dies, & intrauit ad manendum cum illis.

Et factum est in discumbere ipsum cum eis, accipiens panem benedixit, & frangens porrigebat illis.

Eorum autem aperti sunt oculi, & cognouerunt eum: & ipse non apparens factus est ab eis.

Et dixerunt ad inuicem: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis: vt loqueretur nobis in via, & vt aperiret nobis scripturas?

Et surgentes eadem hora, regressi sunt in Hierusalem, & inuenerunt congregatos vndecim, & eos qui cum illis,

Dicentes, Quòd surrexit Dominus verè, & visus est Simoni.

Et ipsi enarrabant quæ in via, & quomodo agnitus est eis in fractione panis.

Hęc autem ipsis loquentibus, & ipse Iesus stetit in medio eorum, & dicit eis: Pax vobis.

Conturbati verò & conterriti facti, existimabant spiritum videre.

Et dixit eis: Quid turbati estis, & quare cogitationes ascendunt in corda vestra?

Videte manus meas, & pedes meos: quia ipse ego sum. palpate me, & videte: quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habentem.

Et hoc dicens ostendit eis manus & pedes.

Adhuc autem non credentibus illis præ gaudio, & mirantibus, dixit eis: Haberis aliquid esculentum hic?

Illi autem obtulerunt ei piscis assi partem, & de apiario fauo.

Et sumens coram eis edit.

Dixit autem eis: Hæc verba quæ locutus sum ad vos adhuc existens vobiscum, quoniam oportet impleri omnia scripta in lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis de me.

Tùc aperuit ipsorũ sẽsũ, ad intelligẽdũ scripturas.

Et dixit eis: Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat pati Christum, & resurgere à mortuis tertia die:

Transl. Erasm. Roterod.

Quibus ille dixit: Quæ? Et dixerunt ei: De Iesu Nazareno, qui fuit vir propheta, potens opere & sermone coram Deo & toto populo:

Et quomodo eum tradiderunt summi sacerdotes, & principes nostri in condemnationem mortis, & crucifixerunt eum.

Nos autem sperabamus, eum esse illum, qui redempturus esset Israel. Atqui super hæc omnia tertius dies est hodie, quod hæc facta sunt.

Sed & mulieres quædam ex nobis attonitos reddidere nos, quæ diluculo peruenerunt ad monumentum,

Et non inuento corpore eius, venerunt, dicentes, se etiam visionem angelorum vidisse, qui dicerent eum viuere.

Et abierunt quidam eorum qui erant nobiscum ad monumentum, & ita repererunt, sicut mulieres dixerant, ipsum vero non viderunt.

Et ipse dixit ad eos: O stulti & tardi corde ad credendum in omnibus, quæ locuti sunt prophetæ:

Nonne hæc oportuit pati Christum, & intrare in gloriam suam?

Et exorsus à Mose & omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis quæ de ipso erant.

Et appropinquauerunt castello quò ibant, & ipse præ se ferebat se longius ire.

Et coegerunt illum, dicentes: Mane nobiscum quoniam vergit ad vesperam, & inclinatus est dies. Et intrauit vt maneret cum illis.

Et factum est dum accumberet cum eis, accepit panem & benedixit ac fregit, & porrigebat illis.

Et aperti sunt oculi eorum, & agnouerunt eum & ipse subduxit sese à conspectu eorum.

Et dixerunt inter se: Nonne cor nostrum ardebat in nobis, dum loqueretur nobis in via & aperiret nobis scripturas?

Et surgentes eadem hora, regressi sunt Hierosolymam, & inuenerunt congregatos vndecim, & eos qui cum illis erant,

Dicentes: Surrexit dominus vere, & apparuit Simoni.

Et illi narrabant quæ gesta erant in via, & quomodo fuisset agnitus ipsis ex fractione panis.

Dum autem hæc loquuntur, stetit Iesus ipse in medio eorum, & dicit eis: Pax vobis.

Expauefacti vero & conterriti, existimabant se spiritum videre.

Et dixit eis: Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in cordibus vestris?

Videte manus meas, & pedes meos, quia ego ipse sum. Contrectate me & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere.

Et cum hæc dixisset, ostendit eis manus ac pedes.

Adhuc autem illis non credentibus præ gaudio & mirantibus, dixit eis: Habetis hic aliquid eduli?

At illi obtulerunt ei partem piscis assi, & aliquid de fauo apiario.

Et accepit, & in conspectu illorum comedit.

Et dixit ad eos: Hæc sunt verba quæ locutus sum ad vos, cum adhuc essem vobiscum: quod necesse foret impleri omnia quæ scripta sunt in lege Mosi, & prophetis, & psalmis de me.

Tunc aperuit illorũ mentem, vt intelligerent scripturas,

Et dixit eis: Sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertio die,

	Vulgat. Editio.		Transl. ex Syriac.
	Et prædicari in nomine eius pœnitentiam, & remissionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Ierosolyma.	47	*Et predicari in eius nomine pœnitentiam in remissionem peccatorum in cunctis gentibus, ita vt exordium esset ab Ouriſchlem.*
* Act. 13.	* Vos autem testes estis horum.	48	*Vos autem estis testes horum.*
*Io. 14. 16	* Et ego mitto promissum Patris mei in vos: vos autem sedete in ciuitate, quoadusque induamini virtute ex alto.	49	*Et ego mittam ſuper vos promiſſum Patris mei, vos autem expectate in Ouriſchlem ciuitate, vſqueqno induamini virtute ex alto.*
†	Eduxit autem eos foras in Bethaniam: & eleuatis manibus suis benedixit eis.	50	*Et eduxit eos vſque in Beth-Anio: & eleuauit manus ſuas, eisq; benedixit.*
*Act. 1. 4. Marc. 16. 19.	* Et factum est, dum benediceret illis, recessit abeis, & ferebatur in cœlum.	51	*Et factum eſt dum benediceret eis, ſeparatus eſt ab eis, & conſcendit cœlos.*
	Et ipsi adorantes regressi sunt in Ierusalem cum gaudio magno:	52	*Ipſi autem adorauerunt eum, & reuerſi ſunt ad Ouriſchlem cum gaudio magno.*
	Et erant semper in templo, laudantes, & benedicentes Deum. Amen.	53	*Et omni tempore erant in templo glorificantes & benedicentes Deum. Amin.*



Transl. B. Ariæ Mont.

Et prædicari in nomine eius pœnitentiam, & remissionem peccatorum in omnes gentes, incipientem ab Ierosolyma. 47

Vos autem testes estis horum. 48

Et ego mitto promissum Patris mei in vos: vos autem sedete in ciuitate Ierusalem, quoadusque induamini virtutem ex alto. 49

Eduxit autem eos foras vsque in Bethaniam: & sustollens manus suas, benedixit eis. 50

Et factum est, in benedicere eum illis, disiunctus est ab eis, & sursum ferebatur in cœlum. 51

Et ipsi adorantes eum regressi sunt in Ierusalem cum gaudio magno: 52

Et erant semper in templo, laudantes, & benedicentes Deum. Amen. 53

Transl. Erasm. Roterod.

Et predicare in nomine eius pœnitentiam, ac remissionem peccatorum in omnes gentes, initio facto ab Hierosolymis. 47

Vos autem estis testes horum. 48

Et ecce ego mitto promissum Patris mei super vos. Vos autem sedete in ciuitate Hierusalem, quoadusque induamini virtute ex alto. 49

Eduxit autem eos foras, vsque in Bethaniam: & sublatis in altum manibus suis, benedixit eis. 50

Et factum est cum benediceret illis, recessit ab eis, ac ferebatur in cœlum. 51

Et ipsi adorato eo, regressi sunt Hierosolymam cum gaudio magno, 52

Et erant semper in templo, laudantes & benedicentes Deum. Amen. 53



PROLOGVS

IN

EVANGELIVM

SECVNDVM

IOANNEM.

HIc est Ioannes Euangelista vnus ex discipulis Domini, qui virgo à Deo electus est: quem de nuptiis volentem nubere vocauit Deus. Cui virginitatis in hoc duplex testimonium datur in Euangelio, quòd & præ cæteris dilectus à Deo dicitur, & huic matrem suam pendens in cruce commendauit Dominus, vt virginem virgo seruaret. Denique manifestans in Euangelio quod erat ipse incorruptibilis verbi opus inchoans, solus verbum carnem factum esse, nec lumen à tenebris comprehensum fuisse testatur, primum signum ponens quod in nuptiis fecit Dominus, ostendens quòd ipse erat; vt legentibus demonstraret, quòd vbi Dominus inuitatus sit, deficere nuptiarum vinum debeat, & veteribus immutatis, noua omnia quæ à Christo instituuntur appareant. Hoc autem Euangelium scripsit in Asia, postea quàm in Pathmos insula Apocalypsim scripserat, vt cui in principio canonis incorruptibile principium prænotatur in Genesi, ei etiam incorruptibilis finis per virginem in Apocalypsi redderetur, dicente Christo: Ego sum Alpha & Ωmega. Et hic est Ioannes qui sciens superuenisse diem recessus sui, conuocatis

discipulis suis in Ephesо, per multa signorum experimenta promens Christum, descendens in defossum sepulturæ locum, facta oratione, positus est ad patres suos; tam extraneus à dolore mortis, quàm à corruptione carnis inuenitur alienus. Tum post omnes Euangelium scripsit: & hoc virgini debebatur. Quorum tamen, vel scriptorum temporis dispositio, vel librorum ordinatio; ideo à nobis per singula non exponitur, vt sciendi desiderio collato, & quærentibus fructus laboris, & Deo magisterij doctrina seruetur.



SANCTI IESV CHRISTI EVANGELII SECVNDVM IOANNEM,

Vulgat. Editio.

CAPVT PRIMVM.

IN principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum,& Deus erat Verbum.
Hoc erat in principio apud Deum.
Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil,quod factum est,
In ipso vita erat,& vita erat lux hominum:
Et lux in tenebris lucet,& tenebræ eum non comprehenderunt.
* Mat.3.1. Mar.1.2. * Fuit homo missus à Deo,cui nomẽ erat Ioãnes.
Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de Lumine,vt omnes crederent per illum.
Non erat ille Lux,sed vt testimonium perhiberet de Lumine.
*Isa.3.19 * Erat Lux vera,quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.
+Heb.11.3. In mundo erat,*& mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit.
In propria venit,& sui eum non receperunt.
Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine eius:
Qui non ex sanguinibus,neque ex voluntate carnis,neque ex voluntate viri,sed ex Deo nati sunt.
* Mat.1.16. Luc.2.7. * Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis: & vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre plenum gratiæ & veritatis.
Ioannes testimonium perhibet de ipso, & clamat dicens: Hic erat,quem dixi: Qui post me venturus est,ante me factus est:quia prior me erat.
* 1. Tim. 6.17. * Et de plenitudine eius nos omnes accepimus,& gratiam pro gratia.
Quia lex per Moysen data est,gratia,& veritas per IESVM Christum facta est.
* 1. Io.4. 12. * Deum nemo vidit vnquam: vnigenitus Filius, qui est in sinu Patris,ipse enarrauit.
Et hoc est testimonium Ioannis,quando miserunt Iudæi ab Ierosolymis Sacerdotes & Leuitas ad eum vt interrogarent eum:Tu quis es?
Et confessus est, & non negauit: & confessus est: Quia non sum ego Christus.
Et interrogauerunt eum: Quid ergo? Elias es tu? Et dixit: Non sum. Propheta es tu? Et respondit: Non.
Dixerunt ergo ei: Quis es vt responsum demus his,qui miserunt nos? quid dicis de teipso?
*Isa.40.3 Mat.3.3. Mar.1.3. Luc.3.4. Ait: *Ego vox clamantis in deserto:Dirigite viam Domini, sicut dixit Isaias propheta.
Et qui missi fuerant, erant ex Pharisæis.
Et interrogauerunt eum,& dixerunt ei: Quid ergo baptizas,si tu non es Christus,neque Elias,neque Propheta?
* Mat. 3. 11. Mar.1.7. Respondit eis Ioannes, dicens: * Ego baptizo in aqua: medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis:
*Lu 3.16 &c.1.5.& 22.R 11. *.R19.4 * Ipse est, qui post me venturus est, qui ante me factus est:cuius ego non sum dignus vt soluam eius corrigiam calceamenti.

SANCTI IESV CHRISTI EVANGELII SECVNDVM IOANNEM,

Transl.ex Syriac.

CAPVT PRIMVM.

1 *IN principio erat Verbum, & illud Verbum erat apud Deum, & Deus erat illud Verbum.* Lectio in festo huius vitæ Domini nostri.
2 *Hoc erat in principio apud Deum.*
3 *Omnia per manum eius fuere, & sine ipso ne vnum quidem fuit, quidquid fuit,*
4 *In eo vita erat, & vita erat Lux illa, hominum:*
5 *Et ipsa lux in tenebris lucet, & tenebræ eum non comprehenderunt.*
6 *Fuit homo qui missus est à Deo nomine Iouchanon.*
7 *Is venit in testimonium, vt testaretur de Luce vt omnes crederent per eum.*
8 *Non erat ille Lux, sed vt testaretur de illa Luce.*
9 *Erat enim Lux illa veritatis, quæ illuminat omnem hominem venientem in mundum.*
10 *In mundo erat, & mundus per eum fuit, at mundus eum non cognouit.*
11 *Ad suos venit, & sui eum non receperunt.*
12 *Iis autem qui receperunt eum, dedit potestatem vt filij Dei fierent, ijs, (inquam,) qui credunt in nomen eius:*
13 *Et qui non ex sanguine, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo geniti sunt.*
14 *Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & spectauimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre, plenum gratia ac veritatis.*
15 *Iouchanon testatus est de eo, & clamauit & ait: Hic est de quo dicebam: Ponè me venit, & fuit ante me, quoniam prior me est.*
16 *Et ex plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia.*
17 *Quandoquidem lex per Mousche data est; veritas autem, & gratia per IESCHVA Meschicho fuit.*
18 * *Deum nemo vidit vnquam: vnigenitus ille Deus qui est in sinu Patris sui, ipse annunciauit.* * Maturinis Dominicæ post Epiphaniam.
19 *Et hoc est testimonium ipsius Iouchanon, quando miserunt ad eum Ithoudai ab Ouruschlem, Sacerdotes & Leuitas vt interrogarent eum: Tu quis es?*
20 *Et confessus est, neque negauit: & confessus est: Non sum ego Meschicho.*
21 *Et interrogauerunt eum rursus: Quid ergo? Ilijo es? Et ait: Non sum. Es tu propheta? Et ait: Minimè.*
22 *Dixerunt ei: Ecquis es? vt demus responsum iis qui miserunt nos: quid dicis de teipso?*
23 *Ait: Ego sum vox clamantis in deserto: Complanate viam Domini, prout dixit Eschaio propheta.*
24 *Illi autem qui missi fuerant ex Perischais erant.*
25 *Et interrogauerunt eum ac dixerunt ei: Quid igitur baptizas si tu non es Meschicho, neque Ilijo, neque Propheta?*
26 *Respondit Iouchanon, & dixit eis: Ego baptizo in aqua, sed inter vos stat ille, quem vos nescitis:*
27 *Is est qui ponè me venit, & fuit ante me: is, (inquam) cuius non sum dignus qui soluam corrigias calceamentorum.*

SANCTI IESV CHRISTI EVANGELII SECVNDVM IOANNEM,

Transl. B. Ariæ Mont.

CAPVT PRIMVM.

IN principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.
Hoc erat in principio apud Deum.
Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est neque vnum, quod factum est.
In ipso vita erat, & vita erat lux hominum.
Et lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt.
Fuit homo missus à Deo, nomen ei Ioannes.
Hic venit in testimonium, vt testaretur de lumine, vt omnes crederent per illum.
Non erat ille lux, sed vt testaretur de lumine.

Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in mundum.
In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit.
In propria venit, & proprij eum non receperunt.
Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, credentibus in nomine eius.

Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.
Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre, plenum gratiæ & veritatis.
Ioannes testatur de ipso: & clamauit, dicens: Hic erat quem dixi, Post me veniens, ante me factus est: quia prior me erat.
Et ex plenitudine eius nos omnes accepimus, & & gratiam pro gratia.
Quia lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est.
Deum nemo vidit vnquam: vnigenitus filius existens in sinum Patris, ipse enarrauit.
Et hoc est testimonium Ioannis, quando miserunt, Iudæi ex Hierosolymis sacerdotes & Leuitas, vt interrogarent eum, Tu quis es?
Et confessus est, & non negauit, & confessus est, Quia non sum ego Christus.
Et interrogauerunt eum, Quid ergo? Elias es tu? & dicit, Non sum. Propheta es tu? & respondit, Non.

Dixerunt ergo ei: Quis es, vt responsum demus mittentibus nos? quid dicis de teipso?
Ait: Ego vox clamantis in deserto, Dirigite viam Domini, sicut dixit Esaias propheta.
Et missi erant ex Pharisæis.
Et interrogauerunt eum, & dixerunt ei: Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Elias, neque Propheta?
Respondit eis Ioannes, dicens: Ego baptizo in aqua: Medius autem vestrum stetit quem vos non nostis:
Ipse est ille post me venturus, qui ante me factus est, cuius ego non sum dignus vt soluam eius corrigiam calceamenti.

SANCTI IESV CHRISTI EVANGELII SECVNDVM IOANNEM,

Transl. Erasm. Roterod.

CAPVT PRIMVM.

1 *IN principio erat sermo & sermo erat apud deum, & Deus erat ille sermo.*
2 *Hic erat in principio apud Deum.*
3 *Omnia per ipsum facta sunt, & sine eo factum est nihil, quod factum est.*
4 *In ipso vita erat, & vita erat lux hominum,*
5 *Et lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non apprehenderunt,*
6 *Erat homo missus à Deo, cui nomen Iohannes:*
7 *Hic venit ad testificandum, vt testaretur de luce, vt omnes crederent per ipsum,*
8 *Non erat ille lux illa, sed missus erat, vt testaretur de luce.*
9 *Erat lux illa, lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in mundum.*
10 *In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit.*
11 *In sua venit, & sui eum non receperunt.*
12 *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis vt liceret filios Dei fieri, videlicet his qui credidissent in nomen ipsius.*
13 *Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.*
14 *Et sermo ille caro factus est, & habitauit in nobis: & conspeximus gloriam eius, gloriam velut vnigeniti à patre: plenus gratia & veritate.*
15 *Iohannes testificatur de ipso, & clamat, dicens: Hic erat de quo dicebam, qui cum me sequeretur anteceßit me, quia prior me erat.*
16 *Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia:*
17 *Quia lex per Mosen data est gratia & veritas per Iesum Christum exorta est.*
18 *Deum nemo vidit vnquam: Vnigenitus filius, qui est in sinu patris, ipse enarrauit.*
19 *Et hoc est testimonium Iohannis, quando miserant Iudæi ab Hierosolymis sacerdotes & leuitas, vt interrogarent eum: Tu quis es?*
20 *Et confessus est & non negauit. Et confessus est, inquiens. Non sum ego Christus.*
21 *Et interrogauerunt eum: Quid ergo? Helias es tu? Et dicit: Non sum. Es tu propheta ille? Et respondit: Non.*

22 *Dixerunt ergo ei: Quis es, vt responsum demus his qui miserunt nos? Quid dicis de teipso?*
23 *Ait: Ego vox clamantis in deserto, dirigite viam domini: sicut dixit Esaias propheta.*
24 *Et qui missi fuerant, erant ex pharisæis.*
25 *Et interrogauerunt eum, ac dixerunt ei: Cur ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Helias, neque Propheta ille?*
26 *Respondit eis Iohannes, dicens: Ego baptizo aqua, sed in medio vestrum stat quem vos nescitis.*

27 *Ipse est qui cum me sequeretur, anteceßit me: cuius ego non sum dignus vt soluam corrigiam calceamenti.*

Vulgat. Editio.

Hæc in Bethania facta sunt trans Iordanem, vbi erat Ioannes baptizans.

Altera die vidit Ioannes Iesum venientem ad se, & ait: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi.

Hic est de quo dixi: Post me venit vir, qui ante me factus est: quia prior me erat.

Et ego nesciebam eum, sed vt manifestetur in Israel, propterea veni ego in aqua baptizans.

* Mat. 3. 16. Mar. 1. 10 Luc. 3. 22. Et testimonium perhibuit Ioannes, dicens: * Quia vidi Spiritum descendentem quasi columbam de cœlo, & mansit super eum.

Et ego nesciebam eum: sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris Spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est, qui baptizat in Spiritu sancto.

Et ego vidi: & testimonium perhibui quia hic est Filius Dei.

Altera die iterum stabat Ioannes, & ex discipulis eius duo.

Et respiciens Iesum ambulantem, dixit: Ecce agnus Dei.

Et audierunt eum duo discipuli loquentem, & secuti sunt Iesum.

Conuersus autem Iesus, & videns eos sequentes se, dicit eis: Quid quæritis? Qui dixerunt ei: Rabbi, (quod dicitur interpretatum Magister) vbi habitas?

Dicit eis: Venite, & videte. Venerunt, & viderunt vbi maneret, & apud eum manserunt die illo: hora autem erat quasi decima.

Erat autem Andreas frater Simonis Petri vnus ex duobus, qui audierant à Ioanne, & secuti fuerant eum.

Inuenit hic primũ fratrẽ suũ Simonẽ, & dicit ei: Inuenimus Messiã. (quod est interpretatũ Christus.)

Et adduxit eum ad Iesum. Intuitus autem eum Iesus, dixit. Tu es Simon filius Iona: tu vocaberis Cephas. quod interpretatur Petrus.

In crastinum: voluit exire in Galilæam, & inuenit Philippum. Et dicit ei Iesus: Sequere me.

Erat autem Philippus à Bethsaida, ciuitate Andreæ, & Petri.

* Gen. 49 10. Deut. 18. 18. * Isa. 40. 10. & 45. Ier. 23. 5. Ezec. 34. 23. & 37. 24. Dan. 9 24 25. Inuenit Philippus Nathanael, & dicit ei: Quem scripsit * Moyses in lege, & * Prophetæ, inuenimus Iesum filium Ioseph à Nazareth.

Et dixit ei Nathanael: A Nazareth potest aliquid boni esse? Dicit ei Philippus: Veni, & vide.

Vidit Iesus Nathanael venientem ad se, & dicit de eo: Ecce vere Israelita, in quo dolus non est.

Dicit ei Nathanael: Vnde me nosti? Respondit Iesus, & dixit ei: Priusquam te Philippus vocaret, cum esses sub ficu, vidi te.

Respondit ei Nathanael, & ait: Rabbi, tu es Filius Dei, tu es Rex Israel.

Respondit Iesus, & dixit ei: Quia dixi tibi: Vidi te sub ficu, credis: maius his videbis.

Et dicit ei: Amen, amen dico vobis, videbitis cœlum apertum, & Angelos Dei ascendentes, & descendentes supra Filium hominis.

CAP. II.

ET die tertia nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ: & erat mater Iesu ibi.

Vocatus est autem & Iesus, & discipuli eius ad nuptias.

Et deficiente vino, dicit mater Iesu ad eum: Vinum non habent.

Transl. ex Syriac.

Hæc in Beth-Anio facta sunt trans Iourdenon, vbi baptizabat Iouchanon.

** Postero autem die vidit Iouchanon Ieschua venientem ad se, & ait: Ecce Agnus ille Dei, qui tollit peccatum mundi.*

* Ad ill. Ioannes Domin. ex post Epiphan.

Hic est de quo dicebam; Post me venit vir, & fuit ante me, quoniam prior me est.

Et ego non noueram eum, sed vt innotescat Israëli, propterea veni aqua baptizans.

Et testatus est Iouchanon, dixitque: Conspicatus sum Spiritum descendentem de cœlis quasi columbam, mansitque super eum.

Et ego non noueram eum, sed qui misit me vt baptizarem aqua, ille mihi dixerat: Super quem visurus es descendentem Spiritum & commorantem super eum hic baptizat in Spiritu sanctitatis.

Et ego vidi: & testor hunc esse Filium Dei.

Cæterùm alio die stabat Iauchanon, & duo ex discipulis eius.

Et intuitus Ieschua ambulantem, ait: Ecce Agnus Dei.

Audierunt que duo eius discipuli dum diceret, & abierunt post Ieschua.

Et conuersus Ieschua respexit eos venientes post se, dixitque eis: Quid quæritis? Dicunt ei: Magister noster, vbi degis?

Dixit eis: Venite, & videbitis. Illi autem venerunt & viderunt vbi degeret, & apud eum fuerunt die illo: & erat quasi hora decima.

Vnus autem ex iis qui hæc audierant à Iouchanon & abierant post Ieschua, erat Andreas frater Schemeoun.

Iste vidit prius Schemeoun fratrem suum, & dixit ei: Inuenimus Meschicho.

Et adduxit eum ad Ieschua. Intuitus autem eum Ieschua, ait: Tu es Schemeoun filius Iauna (Columbæ) tu vocaberis Kipho (Petra).

** Postero die altero voluit Ieschua exire in Galilæam, & inuenit Philippum. Dixitque ei: Post me venito.*

* Ad alt. Ioannes Domin. ex in. post Epiphan.

Ipse vero Philippus erat ex Beth-zaido (domo piscationis,) ex ciuitate Andreæ & Schemeoun.

Philippus autem inuenit Nathanail, & dixit ei: Illum de quo scripsit Mousche in Lege, & in Prophetis, inuenimus, qui est Ieschua ille filius Iauseph ex Nozrath.

Dixit ei Nathanail: A Nozrath potest quicquam boni esse? Dixit ei Philippus: Veni, & videbis.

Vidit autem Ieschua ipsum Nathanail venientem ad se, & ait de eo: Ecce vere filius Israel, in quo dolus non est.

Dixit ei Nathanail: Vnde me cognoscis? ait illi Ieschua Priusquam te vocaret Philippus, quum esses sub ficu, vidi te.

Respondit Nathanail & dixit ei: Magister mi, tu es ille Filius Dei, tu es ille rex Israel.

Dixit ei Ieschua: Propterea quod dixi tibi: Vidi te sub ficu, credis? maiora his videbis.

Dixit ei: Amin amin dico vobis: Deinceps videbitis cælos apertos, & Angelos Dei, dum ascendent & descendent ad Filium hominis.

CAP. II.

Cæterum die tertio factum est conuiuium in Kotne ciuitate Galilææ: materque Ieschua illuc aderat.

Matutinus Dominicus ex qua ingrediuntur Ieiunium.

Quin & ipse Ieschua, ac discipuli eius, vocatus est ad illud conuiuium.

Et defecerat vinum, quum dixit ei mater ipsius Ieschua: Vinum non habent.

Transl. B. Ariæ Mont.

Hæc in Bethania facta sunt trans Iordanem, vbi erat Ioannes baptizans. 28

Postridie conspicit Ioannes Iesum venientem ad se, & ait: Ecce agnus Dei, tollens peccatum mundi. 29

Hic est de quo ego dixi, Post me venit vir, qui ante me factus est: quia prior me erat. 30

Et ego non sciebam eum: sed vt manifestetur Israel, propter hoc veni ego in aqua baptizans. 31

Et testatus est Ioannes, dicens: Quia vidi Spiritum descendentem quasi columbam de cælo; & mansit super eum. 32

Et ego non sciebam eum, sed mittens me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris Spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est baptizans in Spiritu sancto. 33

Et ego vidi, & testatus sum quia hic est filius Dei. 34

Postridie iterum stabat Ioannes, & ex discipulis eius duo. 35

Et respiciens Iesum ambulantem, dicit: Ecce agnus Dei. 36

Et audierunt eum duo discipuli loquentem, & secuti sunt Iesum. 37

Conuersus autem Iesus, & videns eos sequentes, dicit eis: Quid quæritis? illi autem dixerunt ei: Rabbi, (quod dicitur interpretatũ, Magister) vbi manes? 38

Dicit eis: Venite & videte. venerunt & viderunt vbi maneret, & apud eum manserunt die illo: hora erat quasi decima. 39

Erat Andreas frater Simonis Petri, vnus ex duobus audientibus à Ioanne, & secutis eum. 40

Inuenit hic primus fratrẽ ppriũ Simonẽ, & dicit ei: Inuenimus Messiam, quod est interpretatũ Christus. 41

Et adduxit eum ad Iesum. Intuitus autem eum Iesus, dixit: Tu es Simon filius Iona: tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. 42

Postridie voluit exire in Galilæam, & inuenit Philippum, & dicit ei Iesus: Sequere me. 43

Erat autem Philippus à Bethsaida, ex ciuitate Andreæ & Petri. 44

Inuenit Philippus Nathanael & dicit ei: Quem scripsit Moyses in lege, & Prophetæ, inuenimus Iesum filium Ioseph illum à Nazareth. 45

Et dixit ei Nathanael: Ex Nazareth potest aliquid bonum esse? dicit ei Philippus: Veni, & vide. 46

Vidit Iesus Nathanael venientem ad se, & dicit de eo: Ecce verè Israelita, in quo dolus non est. 47

Dicit ei Nathanael: Vnde me nosti? Respondit Iesus, & dixit ei: Ante te Philippum vocare existentem sub ficu, vidi te. 48

Respondit Nathanael, & ait ei, Rabbi, tu es filius Dei: tu es rex Israel. 49

Respondit Iesus, & dixit ei: Quia dixi tibi, Vidi te sub ficu, credis? maiora his videbis. 50

Et dicit ei: Amen, amen dico vobis, A modo videbitis cælum apertum, & angelos Dei ascendentes & descendentes supra filium hominis. 51

CAP. II.

ET die tertia nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ: & erat mater Iesu ibi. 1

Vocatus est autem & Iesus & discipuli eius ad nuptias. 2

Et deficiente vino dicit mater Iesu ad eum, Vinum non habent. 3

Transl. Erasm. Roterod.

Hæc in Bethabara facta sunt trans Iordanem, vbi Iohannes baptizabat. 28

Postero die videt Iohannes Iesum venientem ad se, & ait: Ecce agnus ille Dei, qui tollit peccatum mundi. 29

Hic est de quo dicebam. Post me venit vir, qui me anteceſſit, quia prior me erat, 30

Et ego nesciebam eum. sed vt manifestus fiat Israeli, propterea veni ego aqua baptizans. 31

Et testificatus est Iohannes: dicens: Vidi spiritum descendentem specie columbæ de cœlo, & mansit super eum, 32

Et ego non noueram eum, sed qui misit me vt baptizarem aqua, is mihi dixit: Super quem videris spiritum descendentem ac manentem super eum, hic est qui baptizat spiritu sancto. 33

Et ego vidi & testificatus sum, hunc esse filium Dei. 34

Postero die iterum stabat Iohannes, & ex discipulis eius duo, 35

Et intuitus Iesum ambulantem, dicit: Ecce agnus ille Dei. 36

Et audierunt eum duo discipuli loquentem, & secuti sunt Iesum. 37

Conuersus autem Iesus, & conspicatus eos sequentes se, dicit eis: Quid quæritis? Qui dixerunt ei: Rabbi, quod dicitur si interpreteris, magister, vbi habitas? 38

Dicit eis: Venite & videte. Venerunt, viderunt q; vbi maneret, & apud eum manserunt die illo. Hora autem erat fermè decima. 39

Erat Andreas frater Simonis Petri, vnus ex duobus qui audierant à Iohanne, & secuti fuerant eum. 40

Reperit hic prior fratrem suum Simonem, & dicit ei: Inuenimus Messiam, quod est, si interpreteris, vnctus. 41

Et adduxit eum ad Iesum. Intuitus eum Iesus, dixit: Tu es Simon filius Iona, tu vocaberis Cephas: quod sonat, si interpreteris, lapis. 42

Postero die voluit Iesus exire in Galilæam, & reperit Philippum, & dicit ei: Sequere me. 43

Erat autem Philippus à Bethsaida ciuitate Andreæ & Petri. 44

Reperit Philippus Nathanael, & dicit ei: De quo scripsit Moses in lege, & Prophetæ, inuenimus Iesum filium Ioseph Nazarenum. 45

Et dixit ei Nathanael: A Nazareth potest aliquid boni esse? Dicit ei Philippus: Veni & vide. 46

Vidit Iesus Nathanael venientem ad se, & dicit de eo: Ecce vere Israelita, in quo dolus non est. 47

Dicit ei Nathanael: Vnde me nosti? Respondit Iesus, & dixit ei: Priusquam te Philippus vocaret cum esses sub ficu, videbam te. 48

Respondit Nathanael, & ait ei: Rabbi, tu es ille filius Dei, tu es ille rex Israel. 49

Respondit Iesus, & dixit ei: Quia dixi tibi, videbam te sub ficu, credis. Maiora his videbis. 50

Et dicit ei: Amen amen dico vobis: posthac videbitis cœlum apertum: & angelos dei ascendentes ac descendentes super filium hominis. 51

CAP. II.

ET die tertia nuptiæ fiebant in Cana Galilææ, & erat mater Iesu ibi. 1

Vocatus est autem & Iesus ac discipuli eius ad nuptias. 2

Et vbi defeciſſet vinum, dicit mater Iesu ad eum: Vinum non habent. 3

Vulgat. Editio.

Et dicit ei Iesus: Quid mihi, & tibi est mulier? nondum venit hora mea,

Dicit mater eius ministris: Quodcumque dixerit vobis, facite.

Erant autem ibi lapideæ hydriæ sex positæ secundum purificationem Iudæorum, capientes singulæ metretas binas vel ternas.

Dicit eis Iesus: Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas vsque ad summum.

Et dicit eis Iesus: Haurite nunc, & ferte architriclino. Et tulerunt:

Vt autem gustauit architriclinus aquam vinum factum, & non sciebat vnde esset, ministri autem sciebant, qui hauserant aquam: vocat sponsum architriclinus,

Et dicit ei: Omnis homo primum bonum vinum ponit, & cum inebriati fuerint, tunc id, quod deterius est: Tu autem seruasti bonum vinum vsque adhuc.

Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilææ: & manifestauit gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli eius.

Post hoc descendit Capharnaum ipse, & mater eius, & fratres eius, & discipuli eius: & ibi manserunt non multis diebus.

Et prope erat Pascha Iudæorum, & ascendit Iesus Ierosolymam:

Et inuenit in templo vendentes, boues, & oues, & columbas, & numularios sedentes.

Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo, oues quoque, & boues, & numulariorum effudit æs, & mensas subuertit.

Et his, qui columbas vendebant, dixit: Auferte ista hinc & nolite facere domum patris mei, domum negotiationis.

Recordati sunt vero discipuli eius quia scriptum est: * Zelus domus tuæ comedit me.

Respondentes ergo Iudæi, & dixerunt ei: Quod signum ostendis nobis quia hæc facis?

Respondit Iesus, & dixit eis: * Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.

Dixerunt ergo Iudæi: Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud?

Ille autem dicebat de templo corporis sui.

Cum ergo resurrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli eius, quia hoc dicebat: & * crediderunt scripturæ, & sermoni, quem dixit Iesus.

Cum autem esset Ierosolymis in pascha in die festo, multi crediderunt in nomine eius, videntes signa eius, quæ faciebat.

Ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis, eo quòd ipse nosset omnes,

Et quia opus ei nō erat vt quis testimonium perhiberet de homine: ipse enim sciebat quid esset in homine.

CAP. III.

ERat autem homo ex Pharisæis, Nicodemus nomine, princeps Iudæorum.

Hic venit ad Iesum nocte, & dixit ei: Rabbi, scimus quia à Deo venisti magister: nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo.

Respondit Iesus, & dixit ei: Amen, amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei.

Dicit ad eum Nicodemus: Quomodo potest homo nasci, cum sit senex? numquid potest in ventrem matris suæ iteratò introire & renasci?

Transl. ex Syriac.

4 *Dixit ei Ieschua: Quid mihi & tibi mulier? nondum venit hora mea.*

5 *Dixit eius mater ministris: Quodcumque dixerit vobis, facite.*

6 *Erant autem ibi hydriæ lapideæ sex quæ positæ fuerant ad purgationem Iihoudæorum capientes singulæ binas metretas aut ternas.*

7 *Dixit eis Ieschua: Implete has hydrias aqua, & impleuerunt eas ad summum vsque.*

8 *Dixit eis: Haurite adhuc & offerte præcipuo discumbenti (architriclino) itaque obtulerunt.*

9 *Quum autem gustasset ipse architriclinus aquas illas quæ factæ fuerant vinum; nesciebat autem vnde esset: sed ministri sciebant, quippe qui impleuissent eas aqua: vocat architriclinus sponsum,*

10 *Et dixit ei: Vnusquisque prius vinum bonum offert, & quum inebriati fuerint (contiuiæ) tunc quod minimum est: tu autem seruasti vinum optimum nunc vsque.*

11 *Hoc fuit primum signum quod edidit Ieschua in Kotne Galilææ: & nouam fecit gloriam suam: & crediderunt in eum discipuli eius.*

12 * *Postea descendit in Capharnaëhum ipse, & mater eius, & fratres ac discipuli eius: illicq; fuerunt paucis diebus.*

13 *Et propè erat Pezeho Iihoudæorum, & ascendit ad Ourischlem Ieschua.*

14 *Ac inuenit in templo eos qui vendebant boues & oues, & columbas, & trapezitas sedentes.*

15 *Fecitque sibi flagellum è func, ac omnes eiecit è templo, & oues & boues, & trapezitas, & effudit nummos eorum, mensasque subuertit.*

16 *Et ijs qui vendebant columbas ait: Tollite hinc ista, neque facitis domum patris mei domum mercatus.*

17 *Et recordati sunt eius discipuli scriptum esse: Zelus domus tuæ deuorauit me.*

18 *Responderunt autem Iihoudæi & dixerunt ei: Quod signum ostendis nobis vt ista facias?*

19 *Respondit Ieschua, & dixit eis: Destruite templum hoc, & tribus diebus ego erigam illud.*

20 *Dicunt ei Iihoudæi: Quadraginta & sex annis ædificatum est templum istud, & tu tribus diebus illud erige?*

21 *Ipse verò hoc dicebat de templo corporis sui.*

22 *Quum autem surrexisset à domo mortuorum, recordati sunt discipuli eius quòd hoc dixisset: & crediderunt Scripturis, & sermoni quem dixerat Ieschua.*

23 * *Quum autem esset Ieschua in Ourischlem in Pezcho die festo, multi crediderunt in eum, qui viderunt signa quæ edebat.*

24 *Ipse autem Ieschua non credebat eis semetipsum, quippe qui nosset omnes.*

25 *Nec indigeret vt quisquam ei testaretur de quouis homine, ipse enim nouerat quid esset in homine.*

CAP. III.

1 *ERat autem ibi vnus ex Perischæis, cui nomen erat Nikodimous princeps Iihoudæorum.*

2 *Hic venit ad Ieschua noctu, & dixit ei: Magister mi, scimus te à Deo missum fuisse doctorem: nemo enim potest hæc signa edere, quæ tu edis, nisi qui Deum habeat secum.*

3 *Respondit Ieschua, & dixit ei: Amin amin dico tibi: Nisi quis genitus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei.*

4 *Dixit ei Nikodimous: Qui fieri potest vt nascatur homo senex? nunquid potest iterum in vterum matris suæ duabus vicibus introire & gigni?*

* Psa. 68. 10.

* Matth. 26. 21. & 27. 40. Marc. 14. 58. & 15. 29.

* Psa. 3. 6. & 56. 9.

* Additamentum huius fere simile Lucæ.

* Matthæus Domin. 1. Epiphaniæ & de hoc homo.

Transl. B. Ariæ Mont.

Dicit ei Iesus: Quid mihi & tibi mulier? nondum venit hora mea
Dicit mater eius ministris. Quodcunque dixerit vobis, facite.
Erant autem ibi hydriæ lapideæ sex positæ secundum purificationem Iudæorum, capientes singulæ metretas duas vel tres.
Dicit eis Iesus: Implete hydrias aqua: & impleuerunt eas vsque ad summum.
Et dicit eis: Haurite nunc, & ferte architriclino: & tulerunt.
Vt autem gustauit architriclinus aquam vinum factum, & non sciebat vnde esset: at ministri sciebant haurientes aquam: vocat sponsum architriclinus,
Et dicit ei: Omnis homo primùm bonum vinum ponit, & cùm inebriati fuerint, tunc minus: tu seruasti bonum vinum vsque iam.

Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilææ & manifestauit gloriam suam: & crediderunt in eum discipuli eius.
Post hoc descendit in Capharnaum, ipse & mater eius, & fratres eius, & discipuli eius, & ibi manserunt non multis diebus.
Et propè erat Pascha Iudæorum, & ascendit in Hierosolymam Iesus.
Et inuenit in templo vendentes boues, & oues, & columbas, & numularios sedentes.
Et faciens flagellum ex funiculis, omnes eiecit de templo, & oues & boues, & numulariorum effudit monetam, & mensas subuertit.
Et columbas vendentibus dixit: Auferte ista hinc: ne facite domum Patris mei, domum mercatus.

Recordati sunt verò discipuli eius quia scriptum est, Zelus domus tuæ comedit me.
Responderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei: Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis?
Respondit Iesus, & dixit eis: Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.
Dixerunt ergo Iudæi: Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud?
Ille autem dicebat de templo corporis sui.
Cùm ergo resurrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli eius quia hoc dicebat eis: & crediderunt scripturæ, & sermoni quem dixit Iesus.
Cùm autem esset in Hierosolymis in Pascha in festo, multi crediderunt in nomine eius, videntes eius signa quæ faciebat.
Ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis, propter ipsum nosse omnes.
Et quia non opus haberet, vt quis testaretur de homine: ipse enim sciebat quid esset in homine.

CAP. III.

ERat autem homo ex Pharisæis, Nicodemus nomen ei, princeps Iudæorum.
Hic venit ad Iesum nocte, & dixit ei: Rabbi, scimus quia à Deo venisti Magister: nemo enim hæc signa potest facere quæ tu facis, si non fuerit Deus cum eo.
Respondit Iesus, & dixit ei: Amen amen dico tibi, si non quis natus fuerit desursum, non potest videre regnum Dei.
Dicit ad eum Nicodemus: Quomodo potest homo renasci senex existens? num potest in ventrem matris suæ secundo introire, & renasci?

Transl. Erasm. Roterod.

Dicit ei Ieschua: Quid mihi tecum est mulier: Nondum venit hora mea.
Dicit mater eius ministris. Quodcunque dixerit vobis, facite.
Erant autem ibi lapideæ hydriæ sex positæ secundum purificationem Iudæorum, capientes singulæ metretas binas aut ternas.
Dixit eis Iesus: Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas vsque ad summum.
Et dicit eis: Infundite nunc, & ferte architriclino: & tulerunt.
Postquam autem gustasset architriclinus aquam in vinum versam, neque sciret, vnde esset, sed ministri sciebant qui hauserant aquam, vocat sponsum,
Et dicit ei: Omnis homo primo loco bonum vinum ponit, & cum inebriati fuerint tunc id quod deterius est. Tu seruasti bonum vinum vsque ad hoc tempus.
Hoc edidit initium signorum Iesus in Cana Galilææ, & manifestauit gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli eius.
Post hoc descendit Capharnaum ipse & mater eius, & fratres eius, & discipuli eius, & ibi manserunt non multis diebus.
Et in propinquo erat pascha Iudæorum, & ascendit Iesus Hierosolymam,
Et reperit in templo eos, qui vendebant boues & oues & columbas, & numularios sedentes.
Et cum fecisset flagellum è funiculis, omnes eiecit è templo, oues simul ac boues, & numulariorum effudit æs, mensasque subuertit.
Et his qui columbas vendebant, dixit: Auferte ista hinc, nec facite domum patris mei, domum mercatus.
Recordati vero sunt discipuli eius, quod scriptum est: Zelus domus tuæ exedit me.
Responderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei: Quod signum ostendis nobis, quod ista facias?
Respondit Iesus, & dixit eis: Destruite templum hoc: & in tribus diebus erigam illud?
Dixerunt ergo Iudæi: Quadraginta & sex annis extructum est templum hoc, & tu in tribus diebus eriges illud?
At ille dicebat de templo corporis sui.
Cum ergo resurrexisset à mortuis recordati sunt discipuli eius, quod hoc dixisset eis, & crediderunt scripturæ, & sermoni quem dixerat Iesus.
Cum autem esset Hierosolymis in pascha in die festo, multi crediderunt in nomen eius: videntes signa eius quæ edebat.
Ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis, eo quod ipse nosset omnes,
Nec opus haberet, vt quisquam testaretur de homine. Ipse enim sciebat, quid esset in homine.

CAP. III.

EEat autem homo ex pharisæis, Nicodemus nomine, princeps Iudæorum.
Hic venit ad Iesum nocte, & dixit ei: Rabbi, scimus quod à Deo veneris magister. Nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo.
Respondit Iesus, & dixit ei: Amen amen dico tibi: nisi quis natus fuerit è supernis, non potest videre regnum Dei.
Dicit ad eum Nicodemus: Quomodo potest homo nasci, cum sit senex? Num potest in ventrem matris suæ iterum introire, ac nasci?

Vulgat. Editio.

Respondit Iesus: Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.

Quod natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex Spiritu, spiritus est.

Non mireris quia dixi tibi: oportet vos nasci denuo.

Spiritus vbi vult spirat: & vocem eius audis, *sed nescis vnde veniat, aut quo vadat: sic est omnis, qui natus est ex Spiritu.

Respondit Nicodemus, & dixit ei: Quomodo possunt hæc fieri?

Respondit Iesus, & dixit ei: Tu es magister in Israel, & hæc ignoras?

Amen, amen dico tibi, quia quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur, & testimonium nostrum non accipitis.

Si terrena dixi vobis, & non creditis: quomodo, si dixero vobis cælestia, credetis?

Et nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo: Filius hominis, qui est in cœlo.

*Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet Filium hominis:

Vt omnis, qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam.

*Sic enim Deus dilexit mundum, vt Filium suum vnigenitum daret: vt omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam.

Non enim misit Deus Filium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum.

Qui credit in eum, non iudicatur: qui autem non credit, iam iudicatus est: quia non credit in nomine vnigeniti Filij Dei.

Hoc est autem iudicium: *quia Lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quam Lucem: erant enim eorum mala opera.

Omnis enim, qui male agit, odit lucem, & non venit ad Lucem, vt non arguantur opera eius:

Qui autem facit veritatem, venit ad Lucem, vt manifestentur opera eius, quia in Deo sunt facta.

Post hæc venit Iesus, & discipuli eius in terram Iudææam: & illic demorabatur cum eis, * & baptizabat.

Erat autem & Ioannes baptizans in Aennon, iuxta Salim: quia aquæ multæ erant illic, & veniebant, & baptizabantur.

Nondum enim missus fuerat Ioannes in carcerem.

Facta est autem quæstio ex discipulis Ioannis cum Iudæis de Purificatione.

Et venerunt ad Ioannem, & dixerunt ei: Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, * cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum.

Respondit Ioannes, & dixit: Non potest homo accipere quidquam, nisi fuerit ei datum de cœlo.

Ipsi vos mihi testimonium perhibebitis, * quod dixerim: Non sum ego Christus: sed quia missus sum ante illum.

Qui habet sponsam, sponsus est: amicus autem sponsi, qui stat, & audit eum, gaudio gaudet propter vocē sponsi. Hoc ergo gaudium meum impletū est.

Illum oportet crescere, me autem minui.

Qui desursum venit, super omnes est. Qui est de terra: de terra est, & de terra loquitur. Qui de cœlo venit, super omnes est.

Et quod vidit, & audiuit, hoc testatur: & testimonium eius nemo accipit.

Transl. ex Syriac.

5 *Respondit Ieschua & dixit ei: Amin amin dico tibi: Nisi quis genitus fuerit ex aqua & Spiritu, non potest ingredi regnum Dei.*

6 *Quod natum est ex carne, caro est; & quod natum est ex Spiritu, spiritus est.*

7 *Ne mireris quòd dixerim tibi: oportet vos nasci denuò.*

8 *Spiritus quò loci vult spirat, & vocem eius audis, sed nescis vnde veniat & quò vadat, ita est quisquis genitus est ex Spiritu.*

9 *Respondit Nikodimous, & dixit ei: Quomodo possunt hæc fieri?*

10 *Respondit Ieschua & dixit ei: Tu es doctor in Israel, & hæc nescis?*

11 *Amin amin dico tibi, quod scimus, loquimur, & quod vidimus, testamur, sed testimonium nostrum non recipitis.*

12 *Si terrena dixi vobis, neque creditis: quomodo, si dixero vobis cœlestia, credetis mihi?*

13 *Porrò nemo ascendit in cœlum nisi qui descendit è cœlo: Filius hominis qui ipse est in cœlo.* * Mysterium medij iuramj.

14 *Et quemadmodum extulit Mousche serpentem in deserto, ita futurum est vt extollatur Filius hominis.*

15 *Vt quisquis credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam.*

16 *Ita enim dilexit Deus mundum, vt Filium suum vnicum dederit, vt quisquis credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam.*

17 *Non enim misit Deus Filium suum in mundum, vt condemnet mundum, sed vt seruetur mundus per eum.*

18 *Qui credit in eum non condemnatur: qui verò non credit, iam condemnatus est: quippe qui non crediderit in nomen vnigeniti Filij Dei.*

19 *Hæc est autem condemnatio: quia Lux venit in mundum, & dilexerunt homines tenebras potius quàm Lucem: fuerunt siquidem opera eorum mala.*

20 *Quisquis enim odiosa mala agit, odit Lucem: nec venit ad Lucem, ne arguantur opera eius.*

21 *Qui verò agit veritatem, venit ad Lucem vt innotescant opera ipsius, quòd in Deo facta sint.*

22 *Posteà venit Ieschua, & discipuli eius in terram Iihoudæ, & illic conuersabatur cum eis, & baptizabat.* * Adobliationē hæreseis sic eleiæ.

23 *Baptizabat autem & Iouchanon in In-Ioun, quod est iuxta crepidinem Scholim; quoniam aquæ erant illic multæ, & veniebant & baptizabantur.*

24 *Nondum enim coniectus fuerat Iouchanon in domum vinctorum.*

25 *Orta est autem quæstio vni ex discipulis Iouchanon cum Iihoudæo quodam de purgatione.*

26 *Et venerunt ad Iouchanon, & dixerunt ei: Magister noster: is qui tecum erat vltra Iourdenon, de quo testimonium perhibuisti, en & ipse baptizat, multique veniunt ad eum.*

27 *Respōdit Iouchanon, & dixit eis: Nō potest homo recipere quicquā ex animi sui volūtate, nisi datū ei fuerit de cœlo.*

28 *Vos estis mihi testes me dixisse: Non sum Meschicho, sed missus sum coram eo.*

29 *Qui habet Sponsam, Sponsus est: amicus autem Sponsi illius, qui stat & audit eum, gaudio magno gaudet propter vocem Sponsi. Hoc ergo gaudium meum ecce impletum est.*

30 *Illum oportet crescere, me verò minui.*

31 *Is enim qui supernè venit, supra omnes est. Is autem qui de terra est & terrena loquitur. Is qui è cœlo venit, supra omnes est.*

32 *Et quod vidit & audiuit, testatur: & testimonium eius nemo recipit.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Respondit Iesus: Amen amen dico tibi, si non quis natus fuerit ex aqua & spiritu, non potest introire in regnum Dei.

Natum ex carne, caro est: & natum ex spiritu, spiritus est.

Non mireris quia dixi tibi, Oportet vos nasci desuper.

Spiritus vbi vult spirat, & vocem eius audis, sed non nosti vnde veniat, & quò vadat: sic est omnis natus ex spiritu.

Respondit Nicodemus, & dixit ei: Quomodo possunt hæc fieri?

Respondit Iesus, & dixit ei: Tu es Magister Israel, & hæc non noscis?

Amen amen dico tibi, quia quod scimus, loquimur, & quod vidimus, testamur, & testimonium nostrum non accipitis.

Si terrena dixi vobis, & non creditis, quomodo si dixero vobis cælestia, credetis?

Et nemo ascendit in cælum, si non ille ex cælo descendens, filius hominis existens in cælo.

Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis:

Vt omnis credens in ipsum non pereat, sed habeat vitam æternam.

Sic enim dilexit Deus mundum, vt filium suum illum vnigenitum daret, vt omnis credens in eum non pereat, sed habeat vitam æternam.

Non enim misit Deus filium suum in mundum, vt iudicet mundum: sed vt saluetur mundus per ipsum.

Credens in eum, non iudicatur: qui autem non credens, iam iudicatus est, quia non credidit in nomine vnigeniti filij Dei.

Hoc autem est iudicium: quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem: erant enim mala eorum opera.

Omnis enim mala agens, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius.

At faciens veritatem, venit ad lucem, vt manifestentur eius opera: quia in Deo sunt facta.

Post hæc venit Iesus & discipuli eius in Iudæam terram, & illic morabatur cum eis, & baptizabat.

Erat autem & Ioannes baptizans in Aenon iuxta Salim, quia aquæ multæ erant illic: & veniebant, & baptizabantur.

Nondum enim erat missus in carcerem Ioannes.

Facta est ergo quæstio ex discipulis Ioannis cum Iudæis de purificatione.

Et venerunt ad Ioannem, & dixerunt ei: Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testatus es, ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum.

Respondit Ioannes, & dixit: Non potest homo accipere nihil, si non fuerit datum ei de cælo.

Ipsi vos mihi testamini, quòd dixerim, Non sum ego Christus, sed quia missus sum ante illum,

Habens sponsam, sponsus est: at amicus sponsi stãs & audiens eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi, hoc ergo gaudium meum impletum est.

Illum oportet crescere, me autem minui.

Superne veniens, super omnes est: existens de terra, de terra est, & de terra loquitur: de cælo veniens, super omnes est.

Et quod vidit & audiuit, hoc testatur, & testimonium eius nemo accipit.

Transl. Erasm. Roterod.

Respondit Iesus: Amen amen dico tibi, nisi quis natus fuerit ex aqua & spiritu, non potest introire in regnum Dei.

Quod natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex spiritu, spiritus est.

Ne mireris, quod dixi tibi, oportet vos nasci è supernis.

Spiritus vbi vult spirat, & vocem eius audis, sed nescis vnde veniat, & quo vadat. Sic est omnis qui natus est è spiritu.

Respondit Nicodemus & dixit ei: Quomodo possunt hæc fieri?

Respondit Iesus, & dixit ei: Tu es ille magister Israelis, & hæc ignoras?

Amen amen dico tibi: quod scimus, loquimur: & quod vidimus, testamur: & testimonium nostrum non accipitis.

Si terrena dixi vobis, & non creditis, quomodo si dixero vobis cælestia, creditur is itis?

Et nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit è cælo, filius hominis, qui est in cælo.

Et sicut Moses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis:

Vt omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam.

Sic enim Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret: vt omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam.

Non enim misit Deus filium suum in mundum, vt condemnet mundum, sed vt seruetur mundus per eum.

Qui credit in eum, non condemnatur. Qui vero non credit, iam condemnatus est, quia non credidit in nomen vnigeniti filij Dei.

Hæc est autem condemnatio, quod lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quam lucem. Erant enim eorum mala opera.

Omnis enim qui mala agit, odit lucem: nec venit ad lucem, ne arguantur opera ipsius.

Qui autem operatur veritatem, venit ad lucem: vt conspicua fiant facta ipsius, quod per Deum sint facta.

Post hæc venit Iesus & discipuli eius in terram Iudæam, & illic morabatur cum eis, ac baptizabat,

Baptizabat autem & Iohannes in Aenon iuxta Salim, quia aquæ multæ erant illic, & veniebant ac baptizabantur.

Nondum enim coniectus fuerat Ioannes in carcere.

Orta est autem quæstio ex discipulis Iohannis cum Iudæis de purificatione.

Et venerunt ad Iohannem, & dixerunt ei. Rabbi qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce is baptizat, & omnes veniunt ad eum.

Respondit Iohannes, & dixit: Non potest homo accipere quicquam, nisi fuerit ei datum è cælo.

Ipsi vos testes estis, quod dixerim: non sum ego Christus, sed missus sum ante illum.

Qui habet sponsam, sponsus est: amicus autem sponsi qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi. hoc ergo gaudium meum impletum est.

Illum oportet crescere, me vero minui.

Qui è supernis venit, supra omnes est. Qui è terra profectus est, terrenus est, & è terra loquitur. Qui è cælo venit, supra omnes est,

Et quod vidit & audiuit, hoc testatur, & testimonium eius nemo accipit.

Vulgat. Editio.

Qui accepit eius teſtimonium, * ſignauit quia Deus verax eſt. 33

Quem enim miſit Deus, verba Dei loquitur: non enim ad menſuram dat Deus ſpiritum. 34

Pater diligit Filiũ & omnia dedit in manu eius. 35

* Qui credit in Filium, habet vitam æternam: qui autem incredulus eſt Filio, non videbit vitam, ſed ira Dei manet ſuper eum. 36

CAP. IIII.

VT ergo cognouit Ieſus, quia audierunt Phariſæi quòd Ieſus plures diſcipulos facit, * & baptizat, quam Ioannes. 1

(Quamquam Ieſus non baptizaret, ſed diſcipuli eius.) 2

Reliquit Iudæam, & abijt iterum in Galilæam. 3

Oportebat autem eum tranſire per Samariam. 4

Venit ergo in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar: iuxta prædium, * quod dedit Iacob Ioſeph filio ſuo. 5

Erat autem ibi fons Iacob. Ieſus ergo fatigatus ex itinere, ſedebat ſic ſupra fontem. Hora erat quaſi ſexta. 6

Venit mulier de Samaria haurire aquam. Dicit ei Ieſus: Da mihi bibere. 7

(Diſcipuli enim eius abierant in ciuitatem vt cibos emerent.) 8

Dicit ergo ei mulier illa Samaritana: Quomodo tu, Iudæus cum ſis, à me poſcis bibere, quę ſum mulier Samaritana? non enim cõtuntur Iudæi Samaritanis. 9

Reſpondit Ieſus, & dixit ei: Si ſcires donum Dei, & quis eſt, qui dicit tibi: Da mihi bibere: tu forſitan petiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquam viuam. 10

Dicit ei mulier: Domine, neque in quo haurias habes, & puteus altus eſt: vnde ergo habes aquam viuam? 11

Numquid tu maior es patre noſtro Iacob, qui dedit nobis puteum, & ipſe ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius? 12

Reſpondit Ieſus, & dixit ei: Omnis, qui bibit ex aqua hac, ſitiet iterum: qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum: 13

Sed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam. 14

Dicit ad eum mulier: Domine, da mihi hanc aquam, vt non ſitiam: neque veniam huc haurire. 15

Dicit ei Ieſus: Vade, voca virũ tuum & veni huc. 16

Reſpondit mulier, & dixit: Non habeo virum. Dicit ei Ieſus: bene dixiſti, quia non habeo virum: 17

Quinque enim viros habuiſti, & nunc, quem habes, non eſt tuus vir: hoc vere dixiſti, 18

Dicit ei mulier: Domine, video quia Propheta es tu. 19

Patres noſtri in monte hoc adorauerunt, & vos dicitis, * quia Ieroſolymis eſt locus, vbi adorare oportet. 20

Dicit ei Ieſus: Mulier crede mihi, quia venit hora, quando neque in monte hoc, neque in Ieroſolymis adorabitis Patrem. 21

* Vos adoratis quod neſcitis: nos adoramus quod ſcimus, quia ſalus ex Iudæis eſt. 22

Sed venit hora, & nunc eſt: quando veri adoratores adorabunt Patrem in ſpiritu & veritate. Nam & Pater tales quærit, qui adorent eum. 23

Tranſl. ex Syriac.

Qui autem recipit eius teſtimonium, obſignauit Deum eſſe veracem. 33

Is enim quem Deus miſit, verba ipſius Dei loquitur: non enim in menſura dedit Deus Spiritum. 34

Pater diligit Filium & omnia dedit in manus eius. 35

*Qui credit in Filium, habet vitam æternam: qui vero non * ſatisfactus eſt de Filio, non videbit vitam, ſed ira Dei commorabitur ſuper eum.* 36

CAP. IIII.

COgnouit autem Ieſchua, audiſſe Periſchæos ipſum diſcipulos multos facere, magiſque baptizare quam Iouchanon: 1

(Quanquam ipſe Ieſchua non baptizaret, ſed diſcipuli eius.) 2

Et reliquit Iihoudæam, & venit iterum in Galilæam. 3

** Opus autem erat ei vt veniens tranſiret per Schamaritanos.* 4

Venit itaque in vrbem Schamaritanorum, quæ vocatur Schocar, iuxta tumulum agri, quem dedit Iaakoub Iauſeph filio ſuo. 5

Erat ibi fons aquarum Iaakoub. Ipſe autem Ieſchua fatigatus erat ex labore itineris, ſedebatque ad fontem. Et erat hora ſexta. 6

Venit autem mulier ex Schomerin vt hauriret aquam. Et dixit ei Ieſchua: Da mihi aquam bibendam. 7

Porrò diſcipuli eius introierant in vrbem, vt emerent ſibi cibum, 8

Dixit ei mulier illa Schamaritana: Quomodo tu, Iihoudæus cùm ſis, à me petis potum, quæ ſum mulier Schamaritana? nulla enim intercedit familiaritas Iihoudæis cum Schamaritanis. 9

Reſpondit Ieſchua, & dixit ei: Si ſcires donum illud Dei, & quis eſt iſte qui dicit tibi: Da mihi potum: tu petiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquas viuas. 10

Dicit ei mulier illa: Domine mi, ſitulam non habes, & puteus profundus eſt: vndenam tibi jam aquæ viuæ? 11

Nunquid tu es maior patre noſtro Iaakoub, is qui dedit nobis puteum hunc, ipſeque ex eo bibit & filij eius, ac eius oues? 12

Reſpondit Ieſchua & dixit ei: Quiſquis bibet ex iſtis aquis, iterum ſitiet: quiſquis autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum: 13

Sed aquæ illæ quas ego dabo ei, fient in eo fons aquarum ſalientium in vitam æternam. 14

Dicit ei mulier illa: Domine mi, da mihi ex his aquis, ne rurſus ſitiam: nec veniam hic hauſtum. 15

Dixit ei Ieſchua: Abi voca virum tuum, & veni huc. 16

Dixit ei: Non habeo maritum, Dixit ei Ieſchua: Bene dixiſti: non habeo maritum. 17

Quinque enim maritos habuiſti, & iſte quem nunc habes, non eſt maritus tuus: hoc verum dixiſti, 18

Dixit ei mulier illa: Domine mi, video te eſſe prophetam. 19

Patres noſtri in hoc monte adorauerunt, vos autem dicitis in Ouriſchlem eſſe locum illum vbi oportebat adorare. 20

Dixit ei Ieſchua: Mulier crede mihi, venit hora, quum neque in hoc monte, neque etiam in Ouriſchlem adorabitis Patrem. 21

Vos adoratis quod neſcitis: nos autem adoramus, quod ſcimus; nam vita (ſalus) ex Iihoudæis eſt. 22

Sed venit hora & nunc eſt, quando veri adoratores adorabunt Patrem in Spiritu & veritate. Etenim Pater tales adoratores poſcit. 23

Transl. B. Ariæ Mont.

Accipiens eius testimonium, signauit quia Deus verax est.
Quem enim misit Deus, verba Dei loquitur: non enim ex mensura dat Deus spiritum.
Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius.
Credens in filium habet vitam æternam: at non persuadibilis filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super ipsum.

CAP. IIII.

VT ergo cognouit Dominus quia audierunt Pharisæi quòd Iesus plures discipulos facit & baptizat quàm Ioannes:
(Quanquam Iesus ipse non baptizaret, sed discipuli eius.)
Reliquit Iudæam, & abiit iterum in Galilæam.

Oportebat autem eum transire per Samariam.

Venit ergo in ciuitatem Samariæ, dictam Sichar, iuxta prædium quod dedit Iacob Ioseph filio suo.

Erat autem ibi fons Iacob, ergo Iesus fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontem: hora erat quasi sexta.
Venit mulier de Samaria haurire aquam. dicit ei Iesus: Da mihi bibere.

Nam discipuli eius abierant in ciuitatem, vt cibos emerent.
Dicit ergo ei mulier illa Samaritana, Quomodo tu Iudæus existens à me bibere poscis existente muliere Samaritana? non enim coutuntur Iudæi Samaritanis.
Respondit Iesus, & dixit ei: Si scires donum Dei, & quis est dicens tibi. Da mihi bibere, tu vtique petisses illum, & dedisset vtique tibi aquam viuam.
Dicit ei mulier: Domine, neque haustorium habes, & puteus est profundus: vnde ergo habes aquam viuam?
Num tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteum, & ipse ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius?
Respondit Iesus, & dixit ei: Omnis bibens ex aqua hac, sitiet iterum. Qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum,
Sed aqua quam dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.
Dicit ad eum mulier: Domine, da mihi hanc aquam vt non sitiam, neque veniam huc haurire.
Dicit ei Iesus: Vade, voca virũ tuum, & veni huc.
Respondit mulier, & dixit: Non habeo virum. dicit ei Iesus: Pulchre dixisti, Quia virum non habeo.
Quinque enim viros habuisti: & nunc quem habes, non est tuus Vir: hoc vere dixisti.
Dicit ei mulier: Domine, video quia propheta es tu.
Patres nostri in monte hoc adorauerunt, & vos dicitis quia in Hierosolymis est locus, vbi oportet adorare.
Dicit ei Iesus: Mulier, crede mihi, quia venit hora quando neque in monte hoc, neque in Hierosolymis adorabitis Patrem.
Vos adoratis quod non nostis: nos adoramus quod scimus: quia salus ex Iudæis est.
Sed venit hora & nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu & veritate: enim Pater tales quærit adorantes eum.

Transl. Erasm. Roterod.

Qui accepit eius testimonium, is obsignauit, quod Deus verax sit.
Nam is quem misit Deus, verba Dei loquitur: Non enim huic ad mensuram dat Deus spiritum.
Pater diligit filium & omnia dedit illi in manum.
Qui credit filio, habet vitam aternam: qui vero non credit filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum.

CAP. IIII.

VT ergo cognouit Dominus, audisse Pharisæos, quod Iesus plures discipulos faceret, & baptizaret, quàm Ioannes:
(Quanquam Iesus ipse non baptizaret, sed discipuli eius:)
Reliquit Iudæam & abijt iterum in Galilæam.

Oportebat autem eum transire per Samariam.

Venit ergo in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sychar, iuxta prædium, quod dedit Iacob Ioseph filio suo.

Erat autem ibi fons Iacob, Iesus ergo fatigatus ex itinere sedebat sic super fontem: Hora erat fermè sexta.

Venit mulier Samaritana, vt hauriret aquam. Dicit ei Iesus: Da mihi quod bibam.

Nam discipuli eius abierant in ciuitatem, vt cibos emerent.
Dicit ergo ei mulier illa Samaritana: Quomodo tu, Iudæus cum sis, potum à me poscis quæ sum mulier Samaritana? Non enim commercium habent Iudæi cum Samaritanis.
Respondit Iesus, & dixit ei: Si scires donum Dei, & quis sit qui dicit tibi: Da mihi quod bibam: tu petisses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam.
Dicit ei mulier: Domine neque quo haurias, habes: & puteus profundus est, vnde ergo habes aquam illam viuam?
Num tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteum, & ipse ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius?

Respondit Iesus, & dixit ei: Omnis qui bibit ex aqua hac sitiet iterum. Quisquis autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitierit in æternum:
Sed aqua quam ego dabo ei: fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.
Dicit illi mulier: Domine da mihi istam aquam vt non sitiam, neque veniam huc ad hauriendum.
Dicit ei Iesus: Vade, voca virum tuum, & veni huc.
Respondit mulier, & dixit ei: Non habeo virum. Dicit ei Iesus: Bene dixisti, non habeo virum.
Quinque enim viros habuisti, & nunc quem habes, non est tuus vir. Hoc vere dixisti.
Dicit ei mulier: Domine, video quod propheta es tu.
Patres nostri in monte hoc adorauerunt, & vos dicitis: quod Hierosolymis est locus, vbi oporteat adorare.
Dicit ei Iesus: Mulier, crede mihi, venit hora quando neque in monte hoc, neque Hierosolymis adorabitis patrem.
Vos adoratis quod nescitis: nos adoramus quod scimus, quia salus ex Iudæis est.
Sed venit hora & nunc est, quando veri adoratores adorabunt patrem spiritu ac veritate. Nam & pater tales quærit qui adorent ipsum.

Vulgat. Editio.

* 1. Cor. 3. 16. * Spiritus est Deus: & eos, qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare.

Dicit ei mulier: Scio quia Messias venit,(qui dicitur Christus.)cum ergo venerit ille,nobis annunciabit omnia.

Dicit ei Iesus:Ego sum,qui loquor tecum.

Et continuo venerunt discipuli eius:& mirabantur quia cum muliere loquebatur. Nemo tamen dixit:Quid quæris,aut quid loqueris cum ea?

Reliquit ergo hydriam suam mulier, & abiit in ciuitatem,& dicit illis hominibus:

Venite, & videte hominem, qui dixit mihi omnia quæcumque feci:numquid ipse est Christus?

Exierunt ergo de ciuitate,& veniebant ad eum.

Interea rogabant eum discipuli, dicentes: Rabbi, manduca.

Ille autem dicit eis:Ego cibum habeo manducare,quem vos nescitis.

Dicebant ergo discipuli ad inuicem: Numquid aliquis attulit ei manducare?

Dicit eis Iesus:Meus cibus est vt faciam voluntatem eius,qui misit me,vt perficiam opus eius.

Nonne vos dicitis,quod adhuc quattuor menses sunt,& messis venit?Ecce dico vobis:Leuate oculos vestros, & videte regiones, * quia albæ sunt iam ad messem.

* Matt. 9. 37. Luc. 10. 2. Et qui metit,mercedem accipit,& congregat fructum in vitam æternam: vt, & qui seminat, simul gaudeat,& qui metit.

In hoc enim est verbum verum:quia alius est qui seminat,& alius est qui metit.

Ego misi vos metere quod vos non laborastis: alij laborauerunt,& vos in labores eorum introistis.

Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum,propter verbum mulieris testimonium perhibentis:Quia dixit mihi omnia quæcumque feci.

Cum venissent ergo ad illum Samaritani, rogauerunt eum vt ibi maneret. Et mansit ibi duos dies.

Et multo plures crediderunt in eum propter sermonem eius.

Et mulieri dicebant:Quia iam non propter tuam loquelam credimus:ipsi enim audiuimus,& scimus quia hic est vere Saluator mundi.

* Matt. 13 57. Mar. 6. 4. Luc. 4. 24. + Mat. 1. 14. Luc. 4. 14 sup. 2. 23. Post duos autem dies exijt inde, & abijt in Galilæam.

Ipse enim Iesus testimonium perhibuit quia Propheta in sua patria honorem non habet.

* Cum ergo venisset in Galilæam, exceperunt eum Galilæi,cum omnia vidissent quæ fecerat Ierosolymis in die festo:& ipsi enim venerant ad diem festum.

Venit ergo iterum in Cana Galilææ, vbi fecit aquam vinum. Et erat quidam regulus,cuius filius infirmabatur Capharnaum.

Hic cum audisset quia Iesus adueniret à Iudæa in Galilæam,abiit ad eum,& rogabat eum vt descenderet,& sanaret filium eius:incipiebat enim mori.

Dixit ergo Iesus ad eum: Nisi signa, & prodigia videritis,non creditis.

Dicit ad eum regulus: Domine, descende prius quàm moriatur filius meus.

Dicit ei Iesus:Vade,filius tuus viuit.Credidit homo sermoni,quem dixit ei Iesus,& ibat.

Iam autem eo descendente,serui occurrerunt ei; & nunciauerunt dicentes,quia filius eius viueret.

Transl. ex Syriac.

Spiritus enim est Deus:& ij,qui adorant eum,in Spiritu & veritate oportet vt adorent. 24

Dicit ei mulier illa: Scio Meschicho esse venturum, & quum venerit ille docebit nos omnia. 25

Dixit ei Ieschua:Ego sum,qui loquor tecum. 26

Eoque loquente venerunt discipuli eius,& mirati sunt eum cum muliere loqui. Nemo autem dixit: Quid quæris?aut quid loqueris cum ea? 27

Et reliquit hydriam suam mulier,& profecta est in vrbem,dixitque: 28

Venite,videte virum,qui dixit mihi quicquid feci:num ipse est Meschicho. 29

Itaque exierunt ex vrbe quidam, veneruntque ad eum. 30

Et interea efflagitabant ab eo discipuli eius,dicentes ei: Magister noster comede. 31

Ipse verò dixit eis: Est mihi cibus vt comedam quem vos nescitis. 32

Dicunt discipuli inter se: Num quis attulit ei quid edendum? 33

Ait illis Ieschua: Cibus meus est vt faciam voluntatem eius,qui misit me,& perficiam eius opus. 34

Nonne dicitis, post quatuor menses venit messis? Ecce dico vobis: Attollite oculos vestros, & spectate terras, quippe quæ albescant,& iam peruenerint ad messem. 35

Porro is qui metit,mercedem accipit, cogitque fructus in vitam æternam:satorque,ac messor pariter gaudebunt. 36

In hoc enim sermo ille verus est:alius est qui seminat, & alius qui metit. 37

Ego misi vos ad id metendum in quo non laborastis: alij siquidem laborauerunt, & vos introistis in laborem eorum. 38

Ex illa autem vrbe multi crediderunt in eum Schamaritani propter sermonem mulieris illius quæ testata fuerat:Dixit mihi quicquid feci. 39

Quumque venissent ad eum illi Schamaritani efflagitarunt ab eo vt apud ipsos maneret. Et mansit apud eos biduum. 40

Et plurimi crediderunt in eum propter sermonem ipsius, 41

Ac dicebant mulieri illi: Non amplius propter sermones tuos credimus in eum: nos enim audiuimus, & scimus hunc esse verissimè Meschicho illum Seruatorem orbis. 42

* *Duobus autem post diebus exiit Ieschua, & abijt in Galilæam.* 43 vel, fere vi, hebdomadis. Ieiunij.

Ipse enim Ieschua testatus fuerat Prophetam in ciuitate sua inhonorum esse. 44

Quum autem venisset in Galilæam, receperunt eum Galilæi,qui viderant signa omnia, quæ ediderat in Ourischlem in die festo: nam & ipsi venerant ad diem festum. 45

Venit autem iterum Ieschua in Kotne Galilææ,vbi fecerat ex aqua vinum.Et erat in Capharnachum seruus regius quidam,cuius filius ægrotabat. 46

Iste audijt venisse Ieschua ex Iehudæa in Galilæam, & profectus est ad eum: petijtq; ab eo vt descenderet,& sanaret filium suum:propè enim erat vt moreretur. 47

Dixit ei Ieschua: Nisi signa & miracula videritis,non Creditis. 48

Dixit ei seruus ille regius: Domine mi, descende priusquam mortuus sit puer. 49

Dixit ei Ieschua: Vade,filius tuus viuit. Et credidit vir ille sermoni quem dixerat ei Ieschua, & abijt. 50

Quum autem descenderet, obuiam facti sunt ei serui ipsius,& annunciarunt ei dicentes, filius tuus viuit: 51

Transl. B. Ariæ Mont.

Spiritus Deus,& adorantes eum, in ſpiritu & veritate oportet adorare.
Dicit ei mulier : Scio quia Meſias venit , dictus Chriſtus : cùm venerit ille, annuntiabit nobis omnia.
Dicit ei Ieſus:Ego ſum,loquens tibi.
Et ſuper hoc venerunt diſcipuli eius,& mirabantur quia cum muliere loquebatur: nemo tamen dixit,Quid quæris?aut quid loqueris cum ea?
Reliquit ergo hydriam ſuam mulier , & abiit in ciuitatem,& dicit hominibus:
Venite, videte hominem qui dixit mihi omnia quæcunque feci.nunquid ipſe eſt Chriſtus?
Exierunt ergo de ciuitate,& veniebant ad eum.

In vero inter rogabant eum diſcipuli eius dicentes,Rabbi,manduca.
Ille autem dixit eis:Ego cibum habeo manducare,quem vos non noſtis.
Dicebant ergo diſcipuli ad inuicem:Num aliquis attulit ei manducare?
Dicit eis Ieſus:Meus cibus eſt,vt faciam voluntatem mittentis me,& perficiam eius opus.
Nonne vos dicitis, Quòd adhuc quadrimeſtre eſt, & meſsis venit?ecce dico vobis, Leuate oculos veſtros, & videte regiones, quia albæ ſunt ad meſſem iam.
Et metens mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternam,vt & ſeminans ſimul gaudeat,& metens.
In enim hoc verbum eſt verum,Quia alius eſt ſeminans,& alius metens.
Ego miſi vos metere quod non vos laboraſtis: alij laborauerunt , & vos in laborem eorum introiſtis.
Ex autem ciuitate illa multi crediderunt in eum Samaritanorum, propter verbum mulieris teſtantis,Quia dixit mihi omnia quæcunque feci.

Cum ergo veniſſent ad illum Samaritani,rogauerunt eum manere apud eos:& manſit ibi duos dies.

Et multo plures crediderunt in eum propter ſermonem eius.
Et mulieri dicebant , Quia non amplius propter tuam loquelam credimus: ipſi enim audiuimus, & ſcimus quia hic eſt verè ſaluator mundi Chriſtus.

Poſt autem duos dies exiit inde, & abiit in Galilæam.
Ipſe enim Ieſus teſtatus eſt,quia propheta in propria patria honorem non habet.
Cum ergo veniſſet in Galilæam, exceperunt eum Galilæi, omnia intuiti quæ fecerat in Hieroſolymis in feſto:& ipſi enim venerant ad feſtum.

Venit ergo Ieſus iterum in Cana Galilææ, vbi fecit aquam vinum,& erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur in Capharnaum.
Hic audiens quia Ieſus aduenirét ex Iudæa in Galilæam,abiit ad eum,& rogabat eum vt deſcenderet, & ſanaret ipſum filium:futurus erat enim mori.
Dixit ergo Ieſus ad eum : Si non ſigna & prodigia videritis,non credetis.
Dicit ad eum regulus : Domine, deſcende ante mori puerum meum.
Dicit ei Ieſus : Vade, filius tuus viuit .& credidit homo ſermoni quem dixit ei Ieſus,& ibat.
Iam autem eo deſcendente,ſerui eius occurrerunt ei,& nuntiauerunt,dicentes,Quia puer tuus viuit.

Transl. Eraſm. Roterod.

Spiritus eſt Deus, & eos qui adorant eum, ſpiritu ac veritate oportet adorare.
Dicit ei mulier: Scio quod Meſſias venturus eſt, qui dicitur Chriſtus. Cum ergo venerit ille, nobis nuntiabit omnia.
Dicit ei Ieſus: Ego ſum qui loquor tibi.
Et continuo venerunt diſcipuli eius , & mirabantur, quod cum muliere loqueretur. Nemo tamen dixit : quid quæris, aut cur loqueris cum ea?
Reliquit ergo hydriam ſuam mulier , & abijt in ciuitatem, & dicit illis hominibus:
Venite, videte hominem, qui dixit mihi omnia quæcunq; feci. num hic eſt ille Chriſtus?
Exierunt ergo è ciuitate, & veniebant ad eum.

Interea rogabant eum diſcipuli , dicentes : Rabbi, comede.
Ille autem dixit eis : Ego cibum habeo comedendum, quem vos neſcitis.
Dicebant ergo diſcipuli inter ſe : Num quis attulit ei quod ederet?
Dicit eis Ieſus: Meus cibus eſt, vt faciam quod vult is qui miſit me, & perficiam opus eius.
Nonne vos dicitis: adhuc quatuor menſes ſunt, & meſſis veniet? Ecce dico vobis, a: tollite oculos veſtros, & videte regiones, quoniam albæ ſunt iam ad meſſem.

Et qui metit, mercedem accipit : & congregat fructum in vitam æternam: vt & qui ſeminat ſimul gaudeat , & qui metit.
In hoc enim eſt ſermo verus, quod alius eſt qui ſeminat, & alius eſt qui metit.
Ego miſi vos ad metendum , quod ves non laboraſtis. Alij laborauerunt, & vos in labores eorum introiſtis.

Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum propter ſermonem mulieris , teſtificantis, quod dixiſſet ſibi omnia quæcunque feciſſet.

Cum veniſſent ergo ad illum Samaritani, rogauerunt eum, vt apud ſe maneret. Et manſit ibi duos dies.

Ac multo plures crediderunt propter ſermonem ipſius.

Et mulieri dicebant: Iam non propter tuam orationem credimus, ipſi enim audiuimus, & ſcimus, quod hic eſt vere ſeruator mundi Chriſtus.

Poſt duos autem dies exijt inde, & abijt in Galilæam.

Ipſe enim Ieſus teſtatus eſt , quod propheta in ſua patria honorem non haberet.
Cum ergo veniſſet in Galilæam, exceperunt eum Galilæi, cum omnia vidiſſent, quæ fecerat Hieroſolymis in Die feſto, & ipſi enim venerant ad diem feſtum.

Venit ergo Ieſus iterum in Cana Galilææ, vbi fecerat ex aqua vinum. Et erat quidam Regulus, cuius filius infirmabatur Capernaum.
Hic cum audiſſet , quod Ieſus adueniſſet à Iudæa in Galilæam, abijt ad eum, & rogabat eum, vt deſcenderet, ac ſanaret ipſius filium : Si quidem is agebat animam.
Dixit ergo Ieſus ad eum: Niſi ſigna & prodigia videritis, non creditis.
Dicit ad eum regulus: Domine, deſcende prius quàm moriatur filius meus.
Dicit ei Ieſus : Vade, filius tuus viuit. Credidit homo ſermoni quem dixerat ei Ieſus, & ibat.
Iam autem eo deſcendente, ſerui occurrerunt ei, & nunciauerunt, dicentes: Filius tuus viuit.

Vulgat. Editio.

Interrogabat ergo horam ab eis, in qua melius habuerit. Et dixerunt ei: Quia heri hora septima reliquit eum febris. 52

Cognouit ergo pater, quia illa hora erat, in quâ dixit ei Iesus: Filius tuus viuit: & credidit ipse, & domus eius tota. 53

Hoc iterum secundum signum fecit Iesus, cum veniisset à Iudæa in Galilæam. 54

CAP. V.

Post hæc erat dies festus Iudæorum, & ascendit Iesus Ierosolymam. 1

Est autem Ierosolymis Probatica piscina, quæ cognominatur Hebraicè Bethsaida, quinque porticus habens. 2

In his iacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum expectantium aquæ motum. 3

Angelus autem Domini descendebat secundum tempus in piscinam: & mouebatur aqua. Et qui prior descendisset in piscinam post motionẽ aquæ, sanus fiebat à quacumque detinebatur infirmitate. 4

Erat autem quidam homo ibi triginta & octo annos habens in infirmitate sua. 5

Hunc cum vidisset Iesus iacentem, & cognouisset quia iam multum tempus haberet, dicit ei: Vis sanus fieri? 6

Respondit ei languidus: Domine, hominem non habeo, vt cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam: dum venio enim ego, alius ante me descendit. 7

Dicit ei Iesus: Surge, tolle grabatum tuum, & ambula: 8

Et statim sanus factus est homo ille: & sustulit grabatum suum, & ambulabat. Erat autem sabbatum in die illo. 9

Dicebãt ergo Iudæi illi, qui sanatus fuerat: * Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuum: 10

Respondit eis: Qui me sanum fecit, ille mihi dixit: Tolle grabatum tuum, & ambula. 11

Interrogauerunt ergo eum: Quis est ille homo, qui dixit tibi: Tolle grabatum tuum, & ambula? 12

Is autem, qui sanus fuerat effectus, nesciebat quis esset. Iesus enim declinauit à turba constituta in loco. 13

Postea inuenit eum Iesus in templo, & dixit illi: Ecce sanus factus es: iam noli peccare, nè deterius tibi aliquid contingat. 14

Abijt ille homo, & nunciauit Iudæis quia Iesus esset, qui fecit eum sanum. 15

Propterea persequebantur Iudæi Iesum, quia hæc faciebat in sabbato. 16

Iesus autem respondit eis: Pater meus vsque modo operatur, & ego operor. 17

Propterea ergo magis quærebant eum Iudæi interficere: quia non solum soluebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo. Respondit itaque Iesus, & dixit eis:

Amen, amen dico vobis: non potest Filius à se facere quidquam, nisi quod viderit Patrem facientem: quæcumque enim ille fecerit, hæc & Filius similiter facit. 19

Pater enim diligit Filium, & omnia demonstrat ei, quæ ipse facit: & maiora his demonstrabit ei opera, vt vos miremini. 20

Sicut enim Pater suscitat mortuos, & viuificat: sic & Filius, quos vult, viuificat. 21

* Exod. 20. Ier. 17. 24

Transl. ex Syriac.

Et scisciatus est ab eis quonam tempore sanitati restitutus fuisset. Dicunt ei: Heri septima hora reliquit eum febris. 52

Et agnouit pater eius (id contigisse) ea ipsa hora qua dixerat ei Ieschua, Filius tuus viuit, & credidit ipse, & domus eius tota. 53

Hoc signum secundum rursus edidit Ieschua, quum venisset à Iihudaa in Galilæam. 54

CAP. V.

Post hæc erat dies festus Iihudæorum, & ascendit Ieschua ad Ourischlem. 1

Est autem illic in Ourischlem locus quidam baptisterij, qui vocatur Hebraicè Beth-Chesdo (domus misericordiæ:) erantq; in eo quinq; porticus. 2

Et in his iacebant plebs multa ægrotantium, & cæcorum, claudorumque & aridorum, ac expectabant motum aquarum. 3

Angelus enim aliquando descendebat in baptisterium & turbabat eis aquas. Isque qui primus descendebat post turbationem aquarum sanitati restituebatur à quacumque dolore afficeretur. 4

Erat autem illic homo quidam qui tricesimum octauum annum agebat in mala valetudine. 5

Hunc vidit Ieschua iacentem, & cognouit eum multo tempore egisse in morbo, dixitque ei: Vis sanitati restitui? 6

Respondit ægrotus ille, & ait: Etiam Domine mi, nemo est autem quum turbatæ fuerint aquæ, qui mittat me in baptisterium, sed prius quàm ego venerim, alius ante me descendit. 7

Dixit ei Ieschua: Surge, tolle lectum tuum, & ambula. 8

Eoque momento sanitati restitutus est vir illæ: surgens sustulit lectum suum & abijt. Eratque dies ille sabbathum. 9

Dicunt autem Iihudæi ei, qui sanatus fuerat. Sabbathum est, non licet tibi tollere lectum tuum: 10

Ille verò respondit, & dixit eis: Ille qui effecit me sanum, ipse dixit mihi: Tolle lectum tuum & ambula. 11

Et interrogauerunt eum: Quis est vir ille qui dixit tibi: Tolle lectum tuum & ambula? 12

Is autem qui sanatus fuerat, nesciebat quis esset. Ieschua enim subduxerat sese per turbam multam quæ erat in illo loco. 13

Posti (aliquod) tempus inuenit eum Ieschua in templo, & dixit ei: Ecce sanus es, ne peccaueris amplius, ne quid deterius tibi contingat quàm à principio. 14

Et profectus est homo ille, dixitque Iihudæis Ieschua eum esse qui sanauerat eum. 15

Ac propterea persequebantur Iihudæi Ieschua, & studebant eum interficere, quòd illa fecisset sabbatho. 16

Ipse verò Ieschua dixit eis: Pater meus vsque adhuc operatur, & ego operor. 17

Ei propterea magis studebant Iihudæi eum interficere: non tantum quòd soluisset sabbathum, sed etiam quod Deum patrem suum esse dixisset, ac seipsum coæqualem fecisset Deo. Respondit autem Ieschua & dixit eis,

**Amen amin dico vobis: Non potest Filius quid agere ex voluntate suiipsius, nisi quod viderit Patrem agentem: ea enim quæ Pater facit, hæc itidem & Filius facit.* 19

* Leiò defunctorum.

Pater siquidem diligit Filium, & quæcunque agit, ostendit ei, & quæ sunt maiora istis opera demonstrat ei, vt vos miremini. 20

Sicut enim Pater suscitat mortuos & viuificat eos, ita & Filius quos vult viuificat. 21

Transl. B. Ariæ Mont.

Interrogabat ergo ab eis horam in qua melius habuerit: & dixerunt ei, Quia heri horam septimam reliquit eum febris.

Cognouit ergo pater quia in illa hora, in qua dixit ei Iesus, Quia filius tuus viuit. & credidit ipse, & domus eius tota.

Hoc iterum secundum signum fecit Iesus veniens ex Iudæa in Galilæam.

CAP. V.

Post hæc erat festum Iudæorum, & ascendit Iesus in Hierosolymam.

Est autem in Hierosolymis super Probatica piscina cognominata Hebraicè Bethesda, quinque porticus habens:

In his iacebat multitudo multa languentium, cæcorum, claudorum, aridorum, expectantium aquæ motum.

Angelus enim secundùm tempus descendebat in piscinam, & turbabat aquam: igitur primus descendens post motionem aquæ, sanus fiebat quo tandem detinebatur morbo.

Erat autem quidam homo ibi triginta octo annos habens in infirmitate.

Hunc videns Iesus iacentem, & cognoscens quia multum iam tempus haberet, dicit ei: Vis sanus fieri?

Respondit ei languidus: Domine, hominem non habeo, vt cùm turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam: in quo autem venio ego, alius ante me descendit.

Dicit ei Iesus: Excitare, tolle grabatum tuum, & ambula.

Et statim factus est sanus ille homo: & sustulit grabatum suum, & ambulabat. erat autem sabbatum in illo die.

Dicebant ergo Iudæi curato, Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum.

Respondit eis, Faciens me sanum, ille mihi dixit, Tolle grabatum tuum, & ambula.

Interrogauerunt ergo eum, Quis est ille homo dicens tibi, Tolle grabatum tuum, & ambula?

At sanatus non sciebat quis esset: nam Iesus declinauit turba existente in loco.

Postea inuenit eum Iesus in templo, & dixit illi: Ecce sanus factus es: ne amplius pecca, vt non deterius aliquid tibi fiat.

Abiit ille homo, & nuntiauit Iudæis, Quia Iesus esset faciens eum sanum.

Et propter hoc persequebantur Iesum Iudæi, & quærebant eũ occidere, quia hęc faciebat in sabbato.

At Iesus respondit eis: Pater meus vsque modò operatur, & ego operor.

Propter hoc ergo magis quærebant eum Iudæi interficere, quia non solùm soluebat sabbatum, sed & patrem proprium dicebat Deum, æqualem seipsum faciens Deo. Respondit itaque Iesus, & dixit illis:

Amen amen dico vobis, Non potest filius facere à seipso nihil, si non, quod viderit patrem facientem: quæcunque enim ille fecerit, hæc & filius similiter facit.

Nam pater diligit filium, & omnia demonstrat ei quæ ipse facit, & maiora his demonstrabit ei opera, vt vos miremini.

Sicut enim pater suscitat mortuos, & viuificat. sic & filius quos vult viuificat.

Transl. Erasm. Roterod.

Scisciatus est ergò horam ab eis, in qua melius habuisset. Et dixerunt ei: heri hora septima reliquit eum febris.

Cognouit ergo pater, quod illa hora erat, in qua dixisset sibi Iesus, filius tuus viuit, & credidit ipse, & domus eius tota.

Hoc iterum secundum signum edidit Iesus cum venisset à Iudæa in Galilæam.

CAP. V.

Post hæc erat dies festus Iudæorum, & ascendit Iesus Hierosolymam:

Est autem Hierosolymis ad probaticam piscina, quæ nominatur Hebraice bethsda, quinque porticus habens,

In his iacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum, expectantium aquæ motum.

Angelus enim descendebat certo tempore in piscinam, & turbabat aquam. Itaque qui primus descendisset post turbationem aquæ, sanus fiebat à quocunque detinebatur morbo.

Erat autem quidam homo illic, qui triginta & octo annos morbo tenebatur.

Hunc cum vidisset Iesus decumbentem, & cognouisset quod iam multum temporis morbo teneretur, dicit ei: Vis sanus fieri?

Respondit ei languidus: Domine, hominem non habeo, vt cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam. Sed interim dum ego venio, iam alius ante me descendit.

Dicit ei Iesus: Surge, tolle grabatum tuum, & ambula.

Et statim sanus factus est homo ille, & sustulit grabatum suum, & amlulabat. Erat autem sabbatum in die illo.

Dicebant ergo Iudæi ei, qui sanatus fuerat: Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum.

Respondit eis: Qui me sanum fecit: is mihi dixit: tolle grabatum tuum, & ambula.

Interrogauerunt ergo eum, Quis est ille homo, qui dixit tibi, tolle grabatum tuum, & ambula?

Is autem qui sanus fuerat effectus, nesciebat quis esset. Iesus enim subduxit se quod turba esset eo in loco.

Postea reperit eum Iesus in templo, & dixit illi: Ecce sanus factus es, ne post hæc pecces, ne quid deterius tibi contingat.

Abiit ille homo, & nuntiauit Iudæis, quod Iesus esset à quo sanatus fuisset.

Ac propterea persequebantur Iudæi Iesum, & quærebant illum occidere, quod ista fecisset in sabbato.

Iesus autem respondit eis: Pater meus ad hoc vsque temporis operatur, & ego operor.

Propterea ergo magis quærebant eum Iudæi interficere quia non solum soluisset sabbatum sed & patrem suum dixisset Deum, æqualem se faciens Deo. Respondit itaque Iesus, & dixit eis:

Amen amen dico vobis, non potest filius à se facere quicquam, nisi quid viderit patrem facientem. Quæcunque enim ille fecerit, hæc itidem & filius facit.

Pater enim diligit filium & hæc omnia demonstrat ei quæ ipse facit: & maiora his demonstrabit ei opera, vt vos miremini.

Sicut enim pater suscitat mortuos & viuificat, sic & filius quos vult viuificat.

Vulgat. Editio.

Neque enim Pater iudicat quemquam: sed omne iudicium dedit Filio,

Vt omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem: qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem, qui misit illum.

Amen, amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, & credit ei, qui misit me, habet vitam æternam, & in iudicium non venit, sed transijt à morte in vitam.

Amen, amen dico vobis, quia venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocem Filij Dei: & qui audierint, viuent.

Sicut enim Pater habet vitam in semetipso: sic dedit & Filio habere vitam in semetipso:

Et potestatem dedit ei iudicium facere, quia Filius hominis est.

Nolite mirari hoc, quia venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem Filij Dei.

* Mat. 25. 46. * Et procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ: qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicij.

Non possum ego à meipso facere quidquam. Sicut audio, iudico: & iudicium meum iustum est: quia non quæro voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me.

Si ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum non est verum.

Alius est qui testimonium perhibet de me: & scio quia verum est testimonium quod perhibet de me.

Vos misistis ad Ioannem: & testimonium perhibuit veritati.

Ego autem non ab homine testimonium accipio: sed hæc dico vt vos salui sitis.

Ille erat lucerna ardens & lucens. Vos autem voluistis ad horam exultare in luce eius.

Ego autem habeo testimonium maius Ioanne. Opera enim, quæ dedit mihi Pater vt perficiam ea: ipsa opera, quæ ego facio testimonium perhibent de me, quia Pater misit me:

* Matt. 3. 17. Sup. 1. 25. Et qui misit me Pater, * ipse testimonium perhibuit de me: neque vocem eius vnquam audistis:

* Matt 3. 17. & 17. 5. Deut. 4. 12. * neque speciem eius vidistis.

Et verbum eius non habetis in vobis manens quia quem misit ille, huic vos non creditis.

Scrutamini Scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere: & illæ sunt, quæ testimonium perhibent de me.

Et non vultis venire ad me vt vitam habeatis.

Claritatem ab hominibus non accipio.

Sed cognoui vos, quia dilectionem Dei non habetis in vobis.

Ego veni in nomine Patris mei, & non accipitis me: si alius venerit in nomine suo, illum accipietis.

Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis: * & gloriam, quæ à solo Deo est non quæritis?

* 1. Cor. 4. 5. Nolite putare quia ego accusaturus sum vos apud Patrem, est qui accusat vos Moyses, in quo vos speratis.

Si enim crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi: * de me enim ille scripsit.

* Gen. 3. 15. 22. 18. 49. 10. Deut. 18. 15. Si autem illius litteris non creditis: quomodo verbis meis credetis?

CAP. VI.

Matt. 14. 13. Mar. 6. 31. Luc. 9. 10. POst hæc abijt Iesus trans mare Galilææ, quod est Tiberiadis:

Et sequebatur eum multitudo magna, quia videbãt signa, quæ faciebat super his, qui infirmabãtur.

Transl. ex Syriac.

Non enim Pater iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit Filio. 22

Vt vnusquisque honoret Filium, prout honorat Patrem: qui non honorat Filium, non honorat Patrem qui misit eum. 23

Amin, amin dico vobis, is qui audit sermonem meum, & credit ei qui misit me, habet vitam æternam, nec subibit iudicium, sed transiuit à morte in vitam. 24

Amin, amin dico vobis, venit hora & nunc est, quando mortui audient vocem Filij Dei, & ipsi qui audierint, viuent. 25

Quemadmodum enim Pater habet vitam in seipso: sic etiam dedit Filio vt habeat vitam in seipso. 26

Ac tribuit ei potestatem exercendi quoque iudicium; quòd verè Filius hominis sit. 27

Ne hoc miremini, nam venit hora, quando ij omnes, qui sunt in sepulchris audient vocem eius. 28

Et prodibunt ij, qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ: ij autem qui mala fecerunt in resurrectionem damnationis. 29

* *Non possum ex voluntate mei ipsius quicquam agere. Sed prout audio, iudico: & iudicium meum rectum est: non enim quæro voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me.* 30 Matth. 10. 40. Ioan. 13. 20. Luc. 10. 16. Ioan. 8. 16.

Si ego testor de meipso, testimonium meum non est verum. 31

Alius est ille qui testatur de me, & scio verum esse eius testimonium quod testatur de me. 32

Vos misistis ad Iouchanon: & testimonium præbuit veritati. 33

Ego verò ab homine non capio testimonium: sed hæc dico vt vos seruemini. 34

Ille erat Lucerna ardens & lucens. Vos autem voluistis volmei ipsos glorificare ad horam in eius luce. 35

Ego autem habeo testimonium maius (testimonio) *Iouchanon. Opera enim, quæ dedit mihi Pater meus vt ea perficerem: ipsa inquam opera quæ perago, testantur de me quod Pater meus miserit me.* 36

Et Pater, qui misit me, ipse testatur de me: nec vocem eius vnquam audistis, nec speciem eius vidistis. 37

Et sermo eius non manet in vobis: quia in eum quem misit ille, vos non creditis. 38

Scrutamini scripturas, quia in illis vos putatis vitam æternam habere: & ipsæ sunt quæ testificantur de me. 39

Nec vultis venire ad me vt vitam æternam habeatis. 40

Gloriam ab hominibus non capio. 41

Sed noui vos dilectionem Dei non habere in vobis. 42

Ego veni in nomine Patris mei, neque recipitis me: si alius venerit in nomine proprio, illum recipietis. 43

Quomodo potestis credere, qui gloriam alius ab alio captetis: & gloriam, quæ à solo Deo est, non quæritis? 44

Num putatis me accusaturum vos coram Patre? est qui vos accuset Mouschè ille in quo speratis. 45

Si enim Mouschè credieretis, mihi quoque credieretis: Mouschè enim de me scripsit. 46

Quòd si scriptis illius non creditis: quomodo verbis meis credetis? 47

CAP. VI.

POst hæc profectus est Ieschua trans mare Galilææ quod est Tiberiadis. 1 Ad Ostensionem Domini 4. post Epiphaniam.

Et post eum abierunt cœtus multi, quoniam videbant signa quæ edebat in ægrotis. 2

Transl. B. Ariæ Mont.

Neque enim Pater iudicat neminem sed iudicium omne dedit Filio. 22

Vt omnes honorificent filium sicut honorificant patrem. non honorificans filium, non honorificat patrem mittentem illum. 23

Amen amen dico vobis, quia verbum meum audiens, & credens mittenti me, habet vitam æternam, & in iudicium non venit, sed transiuit ex morte in vitam. 24

Amen, amen dico vobis, quia venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocem filij Dei: & audientes viuent. 25

Sicut enim Pater habet vitam in semetipso: sic dedit & filio vitam habere in semetipso. 26

Et potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. 27

Ne miramini hoc: quia venit hora, in qua omnes qui in monumentis audient vocem eius. 28

Et procedent qui bona facientes, in resurrectionem vitæ: qui vero mala agentes, in resurrectionem iudicij. 29

Non possum ego facere à meipso nihil: sicut audio, iudico, & iudicium meum iustum est: quia non quæro voluntatem meam, sed voluntatem mittentis me Patris. 30

Si ego testor de meipso testimonium meum non est verum. 31

Alius est testans de me, & scio quia verum est testimonium quod testatur de me. 32

Vos misistis ad Ioannem, & testatus est veritati. 33

Ego autem non ab homine testimonium accipio: sed hæc dico, vt vos salui sitis. 34

Ille erat lucerna ardens, & lucens: vos autem voluistis exultare ad horam in luce eius. 35

Ego autem habeo testimonium maius Ioanne: nam opera quæ dedit mihi pater vt perficiam ea, ipsa opera quæ ego facio testantur de me quia pater me misit. 36

Et mittens me pater, ipse testatus est de me: neque vocem eius audistis vnquam, neque speciem eius vidistis. 37

Et verbum eius non habetis manens in vobis: quia quem misit ille, huic vos non creditis. 38

Scrutamini Scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere, & illæ sunt testantes de me. 39

Et non vultis venire ad me, vt vitam habeatis. 40

Gloriam ab hominibus non accipio. 41

Sed cognoui vos, quia dilectionem Dei non habetis in vobis ipsis. 42

Ego veni in nomine patris mei, & non accipitis me: si alius venerit in nomine proprio, illũ accipietis. 43

Quomodo potestis vos credere, gloriam ab inuicem accipientes, & gloriam quæ à solo Deo non quæritis? 44

Ne putate quia ego accusabo vos apud patrem: est accusans vos Moyses, in quo vos speratis. 45

Si enim crederetis Moysi, crederetis vtique mihi: de me enim ille scripsit. 46

Si autem illius literis non creditis: quomodo meis verbis credetis? 47

CAP. VI.

POst hæc abijt Iesus trans mare Galilææ, Tiberiadis: 1

Et sequebatur eum turba multa: quia videbant eius signa quæ faciebat super infirmantibus. 2

Transl. Erasm. Roterod.

Neque enim Pater iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit Filio. 22

Vt omnes honorent filium, sicut honorant patrem. Qui non honorant filium, non honorant patrem qui misit illum. 23

Amin, amin dico vobis, qui sermonem meum audit, & credit ei qui misit me, habet vitam aternam, & in condemnationem non veniet, sed transiuit à morte in vitam. 24

Amin, amin dico vobis, quod veniet hora, & nunc est, quando mortui audient vocem filij Dei: & qui audierint, viuent. 25

Sicut enim pater habet vitam in semetipso, sic dedit filio habere vitam in semetipso, 26

Et potestatem dedit ei iudicandi quoque, quia filius hominis est. 27

Nolite mirari hoc, quia veniet hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem eius, 28

Et prodibunt qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ: qui vero mala egerunt in resurrectionem condamnationis. 29

Non possum ego ex meipso facere quicquam. Sicut audio, iudico, & iudicium meum iustum est, quia non quæro voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me patris. 30

Si ego testimonium perhiberem de meipso, testimonium meum non esset verum. 31

Alius est qui testimonium perhibet de me, & scio verum esse testimonium, quod testificatur de me. 32

Vos misistis ad Ioannem, & is testimonium reddidit veritati. 33

Ego autem non ab homine testimonium accipio: sed hæc dico vt vos salui sitis. 34

Ille erat lucerna ardens & lucens, vos autem voluistis ad tempus exultare in luce eius. 35

At ego testimonium habeo maius testimonio Ioannis. Opera enim quæ dedit mihi pater vt perficerem ea, ipsa inquam opera quæ ego facio, testificantur de me, quod pater miserit me. 36

Et qui misit me pater, ipse testificatus est de me, Neque vocem eius vnquam audistis, nec speciem eius vidistis. 37

Et sermonem eius non habetis, in vobis manentem: quia quem misit ille, huic vos non creditis. 38

Scrutamini scripturas, quia vos videmini vobis in ipsis vitam aternam habere, & illæ sunt, quæ testificantur de me. 39

Nec vultis venire ad me vt vitam aternam habeatis. 40

Gloriam ab hominibus non accipio, 41

Sed cognoui vos, quod dilectionem Dei non habeatis in vobis. 42

Ego veni in nomine patris mei, nec recipitis me. Si alius venerit in nomine suo illum recipietis. 43

Quomodo vos potestis credere, qui gloriam à vobis inuicem accipitis & gloriam, quæ à solo Deo proficiscitur, non quæritis? 44

Nolite putare, quod ego accusaturus sim vos apud patrem. Est qui accusat vos Moses, in quo vos speratis. 45

Si enim credidissetis Mosi, credidissetis vtique mihi, de me enim ille scripsit. 46

Si autem illius scriptis non creditis: quomodo verbis meis credetis? 47

CAP. VI.

POst hæc abijt Iesus trans mare Galilææ quod est Tiberiadis. 1

Et sequebatur eum turba multa, quia videbant eius signa quæ faciebat super his qui infirmabantur. 2

Vulgat. Editio.

Subijt ergo in montem Iesus: & ibi sedebat cum discipulis suis.

Erat autem proximum Pascha dies festus Iudæorum.

Cum subleuasset ergo oculos Iesus, & vidisset quia multitudo maxima venit ad eum, dixit ad Philippum: Vnde ememus panes, vt manducent hi?

Hoc autem dicebat tentans eum: ipse enim sciebat quid esset facturus.

Respondit ei Philippus: Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, vt vnusquisque modicum quid accipiat.

Dicit ei vnus ex discipulis eius, Andreas frater Simonis Petri:

Est puer vnus hic, qui habet quinque panes hordeaceos, & duos pisces: sed hæc quid sunt inter tantos?

Dixit ergo Iesus: Facite homines discumbere. Erat autem fœnum multum in loco. Discubuerunt ergo viri, numero quasi quinque millia.

Accepit ergo Iesus panes, & cum gratias egisset, distribuit discumbentibus: similiter & ex piscibus quantum volebant.

Vt autem impleti sunt, dixit discipulis suis: Colligite quæ superauerunt fragmenta, ne pereant.

Collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus hordeaceis, quæ superfuerunt his, qui manducauerant.

Illi ergo homines cum vidissent quod Iesus fecerat signum, dicebant: Quia hic est vere Propheta, qui venturus est in mundum.

Iesus ergo cum cognouisset quia venturi essent vt raperent eum, & facerent eum regem,* fugit iterum in montem ipse solus.

Vt autem sero factum est, descenderunt discipuli eius ad mare.

Et cum ascendissent nauim, venerunt trans mare in Capharnaum: & tenebræ iam factæ erant, & non venerat ad eos Iesus.

Mare autem, vento magno flante, exurgebat.

Cum remigassent ergo quasi stadia viginti quinque aut triginta, vident Iesum ambulantem supra mare, & proximum naui fieri, & timuerunt.

Ille autem dicit eis: Ego sum, nolite timere.

Voluerunt ergo accipere eum in nauim: & statim nauis fuit ad terram, in quam ibant.

Altera die, turba, quæ stabat trans mare, vidit quia nauicula alia non erat ibi nisi vna, & quia non introisset cum discipulis suis Iesus in nauim, sed soli discipuli eius abissent.

Aliæ vero superuenerunt naues à Tiberiade iuxta locum vbi manducauerant panem, gratias agente Domino.

Cum ergo vidisset turba, quia Iesus non esset ibi, neque discipuli eius, ascenderunt in nauiculas, & venerunt Capharnaum quærentes Iesum.

Et cum inuenissent eum trans mare, dixerunt ei: Rabbi, quando huc venisti?

Respondit eis Iesus, & dixit: Amen, amen dico vobis: quæritis me non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus, & saturati estis.

Operamini non cibum, qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem Filius hominis dabit vobis:* Hunc enim Pater signauit Deus.

Dixerunt ergo ad eum: Quid faciemus, vt operemur opera Dei?

* Matt. 14. 23. Mar. 6. 46.

* Su. 1. 32. Mar. 1. 11. & 9. 6.

Transl. ex Syriac.

3 *Et ascendit Ieschua in montem: ibique sedebat cum discipulis suis.*

4 *Propè autem erat festum Pezcho Iihoudæorum.*

5 *Et sustulit Ieschua oculos suos, vidit que turbam multam venientem ad se, & dixit Philippo: Vnde ememus panem, vt isti edant?*

6 *Hoc autem dicebat dum tentaret eum: ipse enim sciebat quid esset facturus.*

7 *Dixit ei Philippus: Ducentorum denariorum panis non sufficeret eis, quum quid minimum singuli eorum acciperent.*

8 *Dixit ei vnus ex discipulis suis, Andreas frater Schemeonn Kipho:*

9 *Est hic puer quidam habens secum quinque placentas hordeaceas, & duos pisces: sed hæc quid sunt ad hos omnes?*

10 *Dixit eis Ieschua: Efficite vt omnes homines discumbant. Erat autem gramen multum in illo loco. Et discubuerunt viri numero quinquies mille.*

11 *Et accepit Ieschua panem, & benedixit, ac distribuit illis qui discumbebant: similiter etiam de piscibus quantum volebant.*

12 *Quum saturati fuissent, dixit discipulis suis: Colligite fragmenta quæ superfuerunt, ne quid depereat.*

13 *Collegerunt itaque, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentis illis, qui superfuerunt his, qui comederunt ex quinque panibus hordeaceis.*

14 *Isti autem homines quum vidissent signum quod ediderat Ieschua, dicebant: Verè hic est Propheta ille qui venturus erat in mundum.*

15 *Ieschua verò cognouit eos venturos ad corripiendum eum vt ipsum facerent regem, & subduxit sese in montem illum solus.*

16 * *Quum autem esset vespera, descenderunt discipuli eius ad mare.*

17 *Et conscenderunt in naui, & transibant ad Capharnachum: porrò tenebræ ingruerant, nec venerat ad eos Ieschua.*

18 *Mare autem intumescebat aduersus eos, propterea quòd ventus magnus perflabat.*

19 *Et prouecti erant quasi stadia vigintiquinque aut triginta quum aspexerunt Ieschua ambulantem super mare, dumque appropinquaret ipsorum naui, timuerunt.*

20 *Ipse verò Ieschua dixit eis: Ego sum, ne timeatis.*

21 *Cupiebant autem excipere eum in nauim, & eo momento nauis illa adfuit regioni illi in quam proficiscebantur.*

22 *Postero autem die turba illa, quæ stabat trans mare, viderunt nullam aliam esse nauim illic præter eam quam conscenderant discipuli, & non ingressum fuisse cum eis Ieschua cum discipulis suis in nauim.*

23 *Venibant autem naues aliæ ex Tiberiade ad crepidinem loci illius vbi comederant panem, quum benedixisset Ieschua.*

24 *Quumque vidisset turba illa illic non esse Ieschua, nec etiam discipulos eius, conscenderunt illas naues, venerunt & in Capharnachum, & quærebant Ieschua.*

25 *Quum autem inuenissent eum trans mare, dicunt ei: Magister noster quando huc venisti?*

26 *Respondit Ieschua, & dixit eis: Amin, amin dico vobis, quòd quæritis me, non est, quia videritis signa, sed quia comederitis panem & expleti sitis.*

27 *Ne operemini cibum qui perit: sed cibum illum qui permanet in vitam æternam, quem Filius hominis dabit vobis: Hunc enim Pater signauit Deus.*

28 *Dicunt ei: Quid faciemus vt operemur opera Dei?*

Transl. B. Ariæ Mont.

Subijt autem in montem Iesus: & ibi sedebat cum discipulis suis.

Erat autem proximum Pascha festum Iudæorum.

Attollens ergo Iesus oculos, & intuitus quia multa turba venit ad eum, dicit ad Philippum: Vnde ememus panes, vt manducent hi?

Hoc autem dicebat tentans eum: ipse enim sciebat quid futurus esset facere.

Respondit ei Philippus: Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, vt vnusquisque eorum modicum quid accipiat.

Dicit ei vnus ex discipulis eius, Andreas frater Simonis Petri:

Est puerulus vnus hic, qui habet quinque panes hordeaceos, & duos piscículos: sed hæc quid sunt inter tot?

Dicit autem Iesus: Facite homines discumbere: Erat autem fœnum multum in loco: discubuerunt ergo viri, numerum quasi quinque millia.

Accepit autem panes Iesus, & gratias agens distribuit discipulis, at discipuli discumbentibus: similiter & ex piscibus quantum volebant.

Vt autem impleri sunt, dixit discipulis suis: Colligite superabundantia fragmenta, vt non quid pereat.

Collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus hordeaceis, quæ superfuerunt comedentibus.

Illi ergo homines videntes quod fecerat signum Iesus, dicebant: Quia hic est vere Propheta venturus in mundum.

Iesus ergo cognoscens quod futuri essent venire & rapere eum, vt facerent eum regem, recessit iterum in montem ipse solus.

Vt autem serum factum est, descenderunt discipuli eius ad mare.

Et ascendentes in nauim, venerunt trans mare in Capharnaum: & tenebræ iam factæ erant, & non venerat ad eos Iesus.

Et mare, vento magno flante, exurgebat.

Prouecti ergo quasi stadia viginti quinque aut triginta, vident Iesum ambulantem supra mare, & prope nauem factum, & timuerunt.

Ille autem dicit eis: Ego sum, ne timete.

Voluerunt ergo accipere eum in nauim: & statim nauis facta est ad terram, in quam ibant.

Postridie turba constituta trans mare, videns quia nauicula alia nō erat ibi, si nō vna illa in quā intrārat discipuli ei⁹, & qa nō simul introisset discipulis suis Iesus in nauiculā, sed soli discipuli eius abijssēt.

Aliæ vero superuenerunt naues à Tiberiade iuxta locum vbi manducauerant panem, gratias agente Domino.

Cum ergo vidisset turba quia Iesus non esset ibi, neque discipuli eius, ascenderunt in nauiculas, & venerunt in Capharnaum, quærentes Iesum.

Et inuenientes eum trans mare, dixerunt ei: Rabbi, quando huc factus es?

Respondit eis Iesus, & dixit: Amen, amen dico vobis, Quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis ex panibus, & saturati estis.

Operamini non cibum pereuntem, sed cibum manentem in vitam æternam, quem Filius hominis vobis dabit: hunc enim Pater signauit Deus.

Dixerunt ergo ad eum: Quid faciemus, vt operemur opera Dei?

Transl. Erasm. Roterod.

3 *Subijt autem in montem Iesus, & ibi sedebat cum discipulis suis.*

4 *Instabat autem Pascha dies festus Iudæorum.*

5 *Cum sustulisset ergo oculos Iesus, & vidisset, quod multa turba veniret ad se, dicit ad Philippum: Vnde ememus panes, vt edant isti?*

6 *Hoc autem dicebat tentans eum, ipse enim sciebat quid esset facturus.*

7 *Respōdit ei Philippus: Ducentorū denariorum panes non sufficiunt eis, vt vnusquisque pusillum quippiam accipiat.*

8 *Dicit ei vnus ex discipulis ipsius, Andreas frater Simonis Petri.*

9 *Est puer vnus hic qui habet quinque panes ordeaceos & duos pisces: sed hæc quid sunt inter tam multos?*

10 *Dixit autem Iesus: Facite vt homines discumbant. Erat autem gramen multum in eo loco. Discubuerunt ergo viri numero ferme quinques mille.*

11 *Accepit autem panes Iesus, cumq; gratias egisset, distribuit discipulis, discipuli vero discumbentibus. Similiter & ex piscibus quantum volebant.*

12 *Vt autem impleti sunt, dicit discipulis suis: Colligite, quæ superfuerunt, fragmenta ne quid pereat.*

13 *Collegerunt ergo, & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus ordeaceis, quæ superfuerunt his qui comederant.*

14 *Illi ergo homines cum vidissent, quod Iesus fecerat signum, dicebant: Hic est vere propheta ille, qui venturus est in mundum.*

15 *Iesus ergo cum cognouisset quod venturi essent, ac rapturi ipsum, vt facerent ipsum regem, secessit iterum in montem ipse solus.*

16 *At vbi iam vesperæ esset, descenderunt discipuli eius ad mare.*

17 *Et conscensa naui, venerunt traiecto mari ad oppidum Capharnaum. Iamque tenebræ erant nec venerat ad eos Iesus.*

18 *Mare autem vento magno flante intumescebat.*

19 *Cum remigassent ergo fermè stadia vigintiquinque aut triginta, vident Iesum ambulantem super mare, & appropinquantem naui, ac timuerunt.*

20 *Ille autem dicit eis: Ego sum, nolite timere.*

21 *Voluerunt ergo recipere eum in nauim, & illico nauis appulerat terræ ad quam ibant.*

22 *Postero die turba, quæ stabat trans mare, vt vidit, quod nauicula alia non esset ibi, nisi vna illa, in quam ingressi fuerant discipuli eius, & quod nō introisset cū discipulis suis Iesus in nauiculā, sed soli discipuli eius abiissēt:*

23 *Aliæ vero superuenerunt naues à Tiberiade iuxta locum vbi comederant panem, postea quam gratias egisset Dominus:*

24 *Cum ergo vidisset turba, quod Iesus non esset ibi neque discipuli eius, ascenderunt & ipsi in nauiculas, & venerunt Capharnaum, quærentes Iesum.*

25 *Et cum inuenissent eum trans mare, dixerunt ei: Rabbi quando huc venisti?*

26 *Respondit eis Iesus, & dixit: Amen amen dico vobis, quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia comedistis de panibus, & saturati estis.*

27 *Operemini non cibum, qui perit: sed qui permanet in vitam æternam, quem Filius hominis dabit vobis, hunc enim Pater consignauit Deus.*

28 *Dixerunt ad eum: Quid facimus, vt operemur opera Dei?*

Vulgat. Editio.

*Ioa.2.29. Respondit Iesus, & dixit eis: * Hoc est opus Dei, vt credatis in eum quem misit ille. 29

Dixerunt ergo ei: Quod ergo tu facis signum vt videamus, & credeamus tibi? quid operaris? 30

*Exo.16. 14. Num. 11. 7. Psal.77.24. Sap. 16. 20. Patres nostri manducauerunt manna in deserto, sicut scriptum est: * Panem de cœlo dedit eis manducare. 31

Dixit ergo eis Iesus: Amen, amen dico vobis: Non Moyses dedit vobis panem de cælo, sed Pater meus dat vobis panem de cœlo verum. 32

Panis enim Dei est, qui de cœlo descendit, & dat vitam mundo. 33

Dixerunt ergo ad eum: Domine, semper da nobis panem hunc. 34

*Eccl.24. 29. Dixit autem ei Iesus: Ego sum panis vitæ: * qui venit ad me, non esuriet, & qui credit in me, non sitiet vnquam. 35

Sed dixi vobis: quia & vidistis me, & non creditis. 36

Omne, quod dat mihi Pater, ad me venet: & eum, qui venit ad me, non ejiciam foras: 37

Quia descendi de cœlo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me. 38

Hæc est autem voluntas eius, qui misit me, Patris vt omne, quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed resuscitem illud in nouissimo Die. 39

Hæc est autem voluntas Patris mei, qui misit me: vt omnis, qui videt Filiũ, & credit in eũ, habeat vitã æternam: & ego resuscitabo eum in nouissimo Die. 40

Murmurabant ergo Iudæi de illo, quia dixisset: Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi, 41

*Matt.13. 55. Et dicebant: * Nonne hic est Iesus filius Ioseph, cuius nos nouimus patrem, & matrem? Quomodo ergo dicit hic: Quia de cœlo descendi? 42

Respondit ergo Iesus, & dixit eis: Nolite murmurare in inuicem: 43

Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me traxerit eũ: & ego resuscitabo eũ in nouissimo Die. 44

*Isa.54.13. Est scriptum in Prophetis: * Et erunt omnes docibiles Dei. Omnis, qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me. 45

*Matt.11. 27. Non quia Patrem vidit quisquam, * nisi is, qui est à Deo, hic vidit Patrem. 46

Amen, amen dico vobis: Qui credit in me, habet vitam æternam. 47

Ego sum panis vitæ. 48

*Exo.16. 23. *Patres vestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt. 49

Hic est panis de cœlo descendens: vt si quis ex ipso manducauerit, non moriatur. 50

Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi. 51

Si quis mãducauerit ex hoc pane, viuet in ęternũ: & panis, quẽ ego dabo, caro mea est pro mũdi vita. 52

Litigabant ergo Iudæi ad inuicem, dicentes: Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? 53

Dixit ergo eis Iesus: Amen, amen dico vobis: Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. 54

Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam: & ego resuscitabo eum in nouissimo Die. 55

*1.Cor. 11.25. * Caro enim mea, vere est cibus: & sanguis meus, vere est potus. 56

Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. 57

Sicut misit me viuens Pater: & ego viuo propter Patrẽ: & qui mãducat me, & ipse viuet propter me. 58

Hic est panis, qui de cœlo descendit. Nõ sicut mãducauerunt patres vestri manna, & mortui sunt. Qui manducat hunc panem, viuet in æternum. 59

Transl. ex Syriac.

Respondit Ieschua & dixit eis: Hoc est opus illud Dei, vt credatis in eum quem ille misit. 29

** Dicunt ei: Quodnam signum edis vt videamus & credamus in te? quid operaris?* 30 * Oblit. pro

Patres nostri Maneno comederunt in deserto, sicut scriptum est: Panem de cælo dedit eis ad comedendum. 31

Dixit eis Ieschua: Amin amin dico vobis: Moische non dedit vobis panem illum è cœlo, sed Pater meus dat vobis panem illum veritatis è cælo. 32

Panis enim Dei, is est qui descendit de cælo, & dat vitam mundo. 33

Dicunt ei: Domine noster, semper da nobis panem istum. 34

Dixit eis Ieschua: Ego sum panis vitæ: qui venit ad me, haudquaquam esuriet, & qui credit in me, non sitiet in æternum. 35

Sed dixi vobis: vidistis me, neque creditis. 36

Quicquid dat mihi Pater meus, ad me veniet, & eum qui venit ad me, non ejiciam foras. 37

Quia descendi è cœlo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me. 38

Hæc est autem voluntas eius qui misit me, vt quicquid dedit mihi, non perdam ex eo, sed suscitem illud vltimo illo Die. 39

Hæc est enim voluntas Patris mei, vt quisquis videt Filium & credit in eum, habeat vitam æternam; & ego suscitabo eum vltimo illo die. 40

Iehoudæi verò murmurabant de eo, quòd dixisset: Ego sum panis ille qui descendi de cælo. 41

Et dicebant: Nonne hic est Ieschua filius Iausephi, cuius nos nouimus patrem & matrem? Et quomodo dicit iste: è cælo descendi? 42

Respondit Ieschua, & dixit eis: Ne murmuretis vnus cum alio. 43

Nemo potest venire ad me, nisi traxerit eum Pater qui misit me: & ego suscitabo eum vltimo illo Die. 44

Scriptum est enim in Prophetis: Futuros omnes doctos à Deo. Quisquis igitur audiuit à Patre, & didicit ab eo, venit ad me. 45

Non quòd viderit quispiam Patrem, nisi is qui à Deo est, ipse vidit Patrem. 46

** Amin amin dico vobis: Quisquis credit in me, habet vitam æternam.* 47 * Oblit. pro

Ego sum panis vitæ. 48

Patres vestri comederunt Maneno in deserto, & mortui sunt. 49

Hic est autem panis ille, qui descendit de cælo, vt comedat homo ex eo, & non moriatur. 50

Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi: 51

Et si quis ederit ex hoc pane, viuet in æternum: & panis quem ego dabo, corpus meũ est, quod pro vita mũdi do. 52

Rixabantur autem Iehoudæi alius cum alio, & dicebant. Quomodo potest iste corpus suum dare nobis ad comedendum? 53

At dixit eis Ieschua: Amin amin dico vobis. Nisi comederetis corpus Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. 54

Porro qui comedit ex corpore meo, & bibit ex meo sanguine, habet vitam æternam, & ego suscitabo eum in nouissimo illo Die. 55

Corpus enim meum verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. 56

Qui comedit corpus meum, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. 57

Sicut misit me Pater viuens, & ego viuo propter. Patrem, & qui comederit me, etiam ipse viuet propter me. 58

Hic est panis ille qui descendit è cœlo. Non est sicut illud quod comederunt patres vestri Maneno, & mortui sunt, qui comederit ex hoc pane, viuet in æternum. 59

Transl. B. Ariæ Mont.

Respondit Iesus & dixit eis: Hoc est opus Dei, vt credatis in quem misit ille.
Dixerunt ergo ei: Quod ergo facis tu signum, vt videamus & credamus tibi? quid operaris?
Patres nostri manna manducauerunt in deserto, sicut est scriptum, Panem de cælo dedit eis manducare.
Dixit ergo eis Iesus: Amen amen dico vobis, Non Moyses dedit vobis panem de cælo, sed pater meus dat vobis panem de cælo verum.
Nam panis Dei est ille descendens de cælo, & vitam dans mundo.
Dixerunt ergo ad eum: Domine, semper da nobis panem hunc.
Dixit autem eis Iesus: Ego sum panis vitæ: veniens ad me, non esuriet: & credens in me, non sitiet vnquam.
Sed dixi vobis, quia & vidistis me & non creditis.
Omne quod dat mihi pater, ad me veniet: & venientem ad me non eiiciam foras.
Quia descendi de cælo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem mittentis me.
Hæc autem est voluntas mittentis me patris, vt omne quod dedit mihi, non perdam ex eo: sed resuscitabo illud in nouissimo die.
Hæc autem est voluntas mittentis me, vt omnis videns Filium, & credens in eum, habeat vitam æternam: & resuscitabo eum ego nouissimo die.
Murmurabant ergo Iudæi de illo, quia dixisset, Ego sum panis descendens de cælo.
Et dicebant: Nonne hic est Iesus filius Ioseph, cuius nos nouimus patrem & matrem? quomodo ergo dicit hic, quia de cælo descendi?
Respondit ergo Iesus, & dixit eis: Ne murmurate cum aliis aliis.
Nemo pôt venire ad me, si non pater mittens me traxerit eum: & ego resuscitabo eum nouissimo die.
Est scriptum in Prophetis, Et erunt omnes docibiles Dei: omnis igitur audiens à patre, & discens, venit ad me.
Non quia patrem quisquam vidit, si non existens à Deo: hic vidit patrem.
Amen, amen dico vobis, Credens in me, habet vitam æternam.
Ego sum panis vitæ.
Patres vestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt.
Hic est panis de cælo descendens, vt quis ex ipso manducauerit, & non moriatur.
Ego sum panis viuus, ille de cælo descendens.
Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum: & panis autem quem ego dabo, caro mea est quam ego dabo pro mundi vita.
Litigabant ergo ad inuicem Iudæi, dicentes: Quomodo potest hic nobis dare carnem manducare?
Dixit ergo eis Iesus: Amen amẽ dico vobis, Si non manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobisipsis.
Manducans meam carnem, & bibens meum sanguinem, habet vitam æternam, & ego resuscitabo eum nouissimo die.
Nam caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus.
Manducans meam carnem, & bibens meum sanguinem, in me manet, & ego in illo.
Sicut misit me viuens pater, & ego viuo propter patrem: & manducans me, & ipse viuet propter me.
Hic est panis qui de cælo descendens, non sicut manducauerunt patres vestri mãna, & mortui sunt. Manducans hunc panem, viuet in æternum.

Transl. Erasm. Roterod.

29 *Respondit Iesus, & dixit eis: hoc est opus Dei vt credatis in eum quem misit ille.*
30 *Dixerunt ergo ei: Quod ergo tu facis signum, vt videamus & credamus tibi? quid operaris?*
31 *Patres nostri manducauerunt manna in deserto, sicut scriptum est: Panem de cælo dedit eis ad edendum.*
32 *Dixit ergo eis Iesus: Amen amen dico vobis, non Moses dedit vobis illum panem de cælo, sed pater meus dat vobis panem de cælo verum.*
33 *Panis enim Dei est qui de cælo descendit, & dat vitam mundo.*
34 *Dixerunt ergo ad eum: Domine, semper da nobis panem istum.*
35 *Dixit autem eis Iesus: Ego sum panis ille vitæ. Qui venit ad me, non esuriet: & qui credit in me, non sitiet vnquam.*
36 *Sed dixi vobis, quod etiam vidistis me, nec creditis.*
37 *Omne quod dat mihi pater, ad me veniet: & eum qui venerit ad me, non ejicio foras.*
38 *Quia descendi de cælo: vt faciam non quod ego volo, sed quod vult is qui misit me.*
39 *Hæc est autem voluntas eius qui misit me patris, ne quid perdam ex omnibus quæ dedit mihi, sed resuscitem illa in nouissimo die.*
40 *Hæc est autem voluntas eius qui misit me: vt omnis qui videt Filium, & credit in eum, habeat vitam æternam: & ego suscitabo eum in nouissimo die.*
41 *Murmurabant ergo Iudæi de illo, quod dixisset, ego sum panis ille, qui de cælo descendi.*
42 *Et dicebant: Nonne hic est Iesus, filius Ioseph, cuius nos nouimus patrem & matrem? Quomodo ergo dicit hic, de cælo descendi?*
43 *Respondit ergo Iesus, & dixit eis: Nolite murmurare inter vos.*
44 *Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum, & ego suscitabo eum in nouissimo die.*
45 *Est scriptum in prophetis, & erunt omnes docti à Deo. Omnis ergo qui audiuit à patre & didicit, venit ad me,*
46 *Non quod patrem viderit quisquam, nisi is qui est à Deo, hic vidit patrem.*
47 *Amen amen dico vobis, qui confidit mihi, habet vitam æternam.*
48 *Ego sum panis ille vitæ.*
49 *Patres vestri comederunt manna in deserto, & mortui sunt.*
50 *Hic est panis ille de cælo descendens, vt ex ipso edat aliquis, & non moriatur.*
51 *Ego sum panis viuus qui de cælo descendi.*
52 *Si quis ederit ex hoc pane, viuet in æternum. Et panis quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita.*
53 *Decertabant ergo Iudæi inter se, dicentes: Quomodo potest hic nobis carnem illam suam dare ad edendum?*
54 *Dixit ergo eis Iesus: Amen amen dico vobis, nisi ederitis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.*
55 *Qui edit meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam: & ego suscitabo eum in nouissimo Die.*
56 *Caro enim mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus.*
57 *Qui edit meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo.*
58 *Sicut misit me viuens pater, & ego viuo propter patrem: ita & qui ederit me, viuet ipse quoque propter me.*
59 *Hic est panis ille qui de cælo descendit: non sicut comederunt patres vestri manna, & mortui sunt: qui ederit hunc panem, viuet in æternum.*

Vulgat. Editio.

Hæc dixit in synagoga docens, in Capharnaum.
Multi ergo audientes ex discipulis eius, dixerunt: Durus est hic sermo, & quis potest eum audire?
Sciens autem Iesus apud semetipsum, quia murmurarent de hoc discipuli eius, dixit eis: Hoc vos scandalizat?
* Sup. 3. 13. Si ergo videritis * Filium hominis ascendentem vbi erat prius?
Spiritus est, qui viuificat, caro non prodest quidquam: verba, quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt.
Sed sunt quidam ex vobis qui non credunt. Sciebat enim ab initio Iesus qui essent non credentes, & quis traditurus esset eum.
Et dicebat: Propterea dixi vobis, quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum à Patre meo.
Ex hoc multi discipulorum eius abierunt retrò: & iam non cum illo ambulabant.
Dixit ergo Iesus ad duodecim: Nunquid & vos vultis abire?
Respondit ergo ei Simon Petrus: Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes.
* Mat. 16. 16. Mar. 8. 29 Luc. 9. 20. * Et nos credimus, & cognouimus quia tu es Christus Filius Dei.
Respondit eis Iesus: Nonne ego vos duodecim elegi: & ex vobis vnus diabolus est?
Dicebat autem Iudam Simonis Iscariotem: hic enim erat traditurus eum, cum esset vnus ex duodecim.

CAP. VII.

POst hæc autem ambulabat Iesus in Galilæam, non enim volebat in Iudæam ambulare: quia quærebant eum Iudæi interficere.
* Leu. 23. 35. Erat autem in proximo dies festus Iudæorum, * Scenopegia.
Dixerunt autem ad eum fratres eius: Transi hinc, & vade in Iudæam, vt & discipuli tui videant opera tua, quæ facis.
Nemo quippe in occulto quid facit, & quærit ipse in palam esse: si hæc facis, manifesta teipsum mundo.
Neque enim fratres eius credebant in eum.
Dicit ergo eis Iesus: Tempus meum nondum aduenit: tempus autem vestrum semper est paratum.
Non potest mundus odisse vos, me autem odit, quia ego testimonium perhibeo de illo quod opera eius mala sunt.
Vos ascendite ad diem festum hunc, ego autem non ascendo ad diem festum istum: quia meum tempus nondum impletum est.
Hæc cum dixisset, ipse mansit in Galilæa.
Vt autem ascenderunt fratres eius, tunc & ipse ascendit ad diem festum non manifestè, sed quasi in occulto.
Iudæi ergo quærebant eum in die festo, & dicebant: Vbi est ille?
Et murmur multum erat in turba de eo. Quidam enim dicebant: Quia bonus est. Alij autem dicebant: Non, sed seducit turbas.
Nemo tamen palam loquebatur de illo propter metum Iudæorum.
Iam autem die festo mediante, ascendit Iesus in templum, & docebat.
Et mirabantur Iudæi, dicentes: Quomodo hic litteras scit, cum non didicerit?
Respondit Iesus, & dixit: Mea doctrina non est mea, sed eius, qui misit me.

Transl. ex Syriac.

Hæc dixit in synagogadum doceret in Capharnachum.
Multi autem, qui audierunt ex discipulis eius dicunt: Durus est hic sermo, quis potest eum audire?
Matutinis feriæ 4. hebdomadis v. Ieiunij. ** Ieschua verò sciens apud se murmurare de hoc discipulos suos, dixit eis: Hoc vos offendit?*
Si videritis igitur Filium hominis ascendentem eò loci vbi erat à principio?
Spiritus est qui viuificat, corpus non prodest quicquam: Verba, quæ ego loquor vobiscum, spiritus sunt, & vita sunt.
Sed sunt quidam ex vobis, qui non credunt. Nouerat enim à principio quinam essent ij, qui non credebant, & quis eum proditurus esset.
Et dicebat eis: Propterea dixi vobis neminem posse venire ad me, nisi datum fuerit ei à Patre meo.
Propter hunc sermonem multi ex discipulis eius abierunt retrorsum: nec ambulabant cum eo.
Dixit autem Ieschua duodecadi suæ: Num & vos vultis abire?
Respondit ei Schemeoun Kipho, & ait: Domine mi, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes,
Nosque credimus, & scimus te esse Meschicho Filium Dei viuentis.
Dixit eis Ieschua: Nonne ego elegi vos duodecim, & ex vobis vnus Satanas (aduersarius) est?
Loquebatur de Ithoudo filio Schemeoun Scarioutho, futurum enim erat vt ipse proderet eum, vnus ex duodecim.

CAP. VII.

Matutinis feriæ 4. hebdomadis v. Ieiunij. *POst hæc ambulat Ieschua in Galilæa, nolebat enim ambulare (versari) in Iihoudæa propter Iihoudæos: quippe qui studerent eum trucidare.*
Propè autem erat festum Iihoudæorum Conopea.
Et dixerunt ei fratres ipsius Ieschua: Recede hinc, & vade in Ihoudæam, vt videant discipuli tui opera quæ facis.
Nemo enim quicquam facit in occulto, & vult ipse in aperto esse si hæc facis, ostende teipsum mundo.
Nam ne fratres quidem eius credebant in ipsum Ieschua.
Dicit eis Ieschua: Tempus meum non adest, tempus autem vestrum semper est paratum.
Non potest mundus vos odisse: me autem odit: quoniam ego testor de eo, opera eius mala esse.
Vos ascendite ad festum hoc, ego nunc non ascendo ad hoc festum: quia tempus meum nondum impletum est.
Hæc dixit, & quieuit in Galilæa.
Quum autem ascendissent fratres eius ad festum, tunc & ipse ascendit, non manifestè, sed velut in occulto.
Iihoudæi autem quærebant eum in festo, & dicebant: Vbi est ille?
Et murmur multum propter eum fuit in turba. Erant autem qui dicebant: Bonus est. alij vero dicebant: Minime, sed seducit populum.
Nemo autem palàm loquebatur de eo propter metum Iihoudæorum.
Quum autem dimidiati essent dies festi, ascendit Ieschua in templum, & docebat.
Et mirabantur Ihoudæi, dicentes. Quomodo nouit iste litteras quum non didicerit?
Respondit Ieschua & ait: Doctrina mea non mea est, sed eius qui misit me.

Transl. B. Ariæ Mont.

Hæc dixit in synagoga docens in Capharnaum. 60
Multi ergo audientes ex discipulis eius, dixerunt: 61
Durus est hic sermo: quis potest eum audire?
Sciens autem Iesus in seipso, quia murmurarent 62
de hoc discipuli eius, dixit eis: Hoc vos scandalizat?

Si ergo videritis Filium hominis ascendentem 63
vbi erat prius?
Spiritus est viuificans, caro non prodest quic- 64
quam. verba quæ ego loquor vobis, spiritus sunt, & vita sunt.
Sed sunt ex vobis quidam qui non credunt: scie- 65
bat enim ab initio Iesus qui essent non credentes, & quis esset traditurus eum.
Et dicebat, Propter hoc dixi vobis, quia nemo po- 66
test venire ad me, si nō fuerit datum ei à patre meo.
Ex hoc multi abierunt discipulorum eius in re- 67
trò, & non amplius cum illo ambulabant.
Dixit ergo Iesus duodecim: Nunquid & vos vul- 68
tis abire?
Respōdit ergo ei Simon Petrus: Domine, ad quem 69
ibimus? verba vitæ æternæ habes.
Et nos credidimus & cognouimus quia tu es 70
Christus filius Dei viuentis.
Respondit eis Iesus: Nonne ego vos duodecim 71
elegi, & ex vobis vnus diabolus est?
Dicebat autem Iudam Simonis Iscariotem: hic 72
enim futurus erat eum tradere, vnus existens ex duodecim.

CAP. VII.

ET ambulabat Iesus post hæc in Galilæam: non 1
enim volebat in Iudæa ambulare: quia quærebant eum Iudæi interficere.
Erat autem propè festus Iudæorum, Scenopegia. 2

Dixerunt igitur ad eum fratres eius: Transi hinc, 3
& vade in Iudæam, vt & discipuli tui videant opera tua quæ facis.
Nemo quippe in occulto quid facit, & quærit 4
ipse in manifesto esse. si hæc facis, manifesta teipsum mundo.
Neque enim fratres eius credebant in eum. 5

Dicit ergo eis Iesus: Tempus meum nondum ad- 6
est, at tempus vestrum semper est paratum.
Non potest mundus odisse vos, me autem odit, 7
quia ego testor de illo, quia opera eius mala sunt.

Vos ascendite ad festum hunc: ego nondum as- 8
cendo ad festum istum: quia tempus meum nondum impletum est.
Hæc autem dicens eis, mansit in Galilæa. 9
Vt autem ascenderunt fratres eius, tunc & ipse 10
ascendit ad festum, non manifestè, sed quasi in occulto.
Ipsi ergo Iudæi quærebant eum in festo, & dice- 11
bant, Vbi est ille?
Et murmur multus de eo erat in turbis: hi qui- 12
dem dicebant, Quia bonus est: alij dicebant, Non: sed seducit turbam.
Nemo tamen palam loquebatur de illo, propter 13
metum Iudæorum.
Iam autem festo mediante, ascendit Iesus in tem- 14
plum, & docebat.
Et mirabantur Iudæi, dicentes: Quomodo hic li- 15
teras scit non doctus?
Respondit ergo eis Iesus, & dixit: Mea doctrina 16
non est mea, sed mittentis me.

Transl. Erasm. Roterod.

Hæc dixit in synagoga docens in Capernaum. 60
Multi ergo his auditis ex discipulis eius dixerunt: Durus est hic sermo: quis potest eum audire? 61
Sciens autem Iesus apud semetipsum, quod murmurarent de hoc discipuli ipsius, dixit eis: Hoc vos offendit? 62

Quid igitur si videritis Filium hominis ascendentem eo vbi erat prius? 63
Spiritus est qui viuificat, caro non prodest quicquam. Verba quæ ego loquor vobis, spiritus & vita sunt. 64
Sed sunt quidam ex vobis, qui non credunt. Noverat enim ab initio Iesus, qui essent non credentes, & quis proditurus esset ipsum. 65
Et dicebat: Propterea dixi vobis, quod nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum à patre meo. 66
Ex eo tempore multi discipulorum eius defecerunt eo relicto, nec amplius cum illo ambulabant. 67
Dixit ergo Iesus ad duodecim: num & vos vultis abire? 68
Respondit ergo ei Simon Petrus: Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes, 69
Et nos credimus & cognouimus, quod tu es Christus filius Dei viui. 70
Respondit eis Iesus: Nonne ego vos duodecim elegi, & ex vobis vnus diabolus est? 71
Dicebat autem de Iuda Simonis Iscariota, Hic enim erat proditurus eum, cum esset vnus ex duodecim. 72

CAP. VII.

VErsabatur Iesus post hæc in Galilæa, non enim volebat in Iudæa versari, quia quærebant eum Iudæi interficere. 1
Erat autem in propinquo dies festus Iudæorum scenopegia. 2

Dixerunt igitur ad eum fratres eius: Transi hinc, & vade in Iudæam, vt & discipuli tui videant opera tua quæ facis. 3
Nemo quippe in occulto facit aliquid, & quærit ipse palàm esse. Si hæc facis, declara teipsum mundo. 4
Nam ne fratres quidem eius credebant in eum. 5

Dicit ergo eis Iesus: Tempus meum nondum adest, tempus autem vestrum semper est paratum. 6
Non potest mundus odisse vos, me autem odit: quia ego testimonium fero de illo, quod opera eius mala sint. 7

Vos ascendite ad diem festum hunc. Ego nondum ascendo ad festum hoc quia meum tempus nondum impletum est. 8
Hæc autem cum dixisset illis, mansit in Galilæa. 9
Vt autem ascenderunt fratres eius, tunc & ipse ascendit ad festum non manifestè, sed velut in occulto. 10

Iudæi ergo quærebant eum in festo, & dicebant: vbi est ille? 11
Et murmur multum erat in turbis de eo. Quidam enim dicebant, bonus est: alij autem dicebant, non, sed seducit turbam. 12
Nemo tamen palàm loquebatur de illo propter metum Iudæorum. 13
Cum autem iam dimidium festi peractum esset, ascendit Iesus in templum, ac docebat. 14
Et mirabantur Iudæi, dicentes. Quomodo hic literas scit cum non didicerit? 15
Respondit eis Iesus, & dixit: Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me. 16

Vulgat. Editio.		Transl. ex Syriac.
Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoscet de doctrina, vtrum ex Deo sit, an ego à me ipso loquar.	17	*Qui voluerit exequi voluntatem eius, intelliget doctrinam meam, num ex Deo sit, an ego ex voluntate mei ipsius loquar.*
Qui à semetipso loquitur, gloriam propriam quærit: qui autem quærit gloriam eius, qui misit eum, hic verax est, & iniustitia in illo non est.	18	*Qui ex voluntate mentis suæ loquitur, gloriam sui ipsius quærit: is autem qui gloriam eius qui misit ipsum quærit, verax est, & iniquitas in corde eius non est.*
* Nonne Moyses dedit vobis legem? & nemo ex vobis facit legem.	19	*Nonne Mouſche dedit vobis legem? nemo autem ex vobis custodit legem.*
Quid me quæritis interficere? respondit turba, & dixit: Dæmonium habes: quis te quærit interficere?	20	*Quid quæritis me interficere? Respondit turba, & ait: Dæmonium habes: Quis quærit te interficere?*
Respondit Iesus, & dixit eis: Vnum opus feci, & omnes miramini:	21	*Respondit Ieschua, & dixit eis: Vnum opus operatus sum, & omnes miramini.*
Propterea * Moyses dedit vobis circumcisionem, (non quia ex Moyse est, * sed ex patribus) & in sabbato circumciditis hominem.	22	*Propterea Mouſche dedit vobis circumcisionem: non quòd ex ipso Mouſche sit, sed quia ex patribus est, & sabbato circumciditis hominem,*
Si circumcisionem accipit homo in sabbato, vt non soluatur lex Moysi: mihi indignamini quia totum hominem sanum feci in sabbato?	23	*Quod si homo circumciditur die ſabbathi, ob idque non soluitur lex Mouſche, de me murmuratis, qui totum hominem sanauerim die ſabbathi?*
* Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate.	24	*Ne iudicaueritis per acceptionem vultus (personarum,) sed iudicio recto iudicate.*
Dicebant ergo quidam ex Ierosolymis: Nonne hic est quem quærunt interficere?	25	*Dicebant autem quidam ex Ouriſchlem: Nonne hic est quem quærunt interficere?*
Et ecce palam loquitur, & nihil ei dicunt. Nunquid verè cognouerunt principes, quia hic est Christus?	26	*Et ecce palam loquitur, & nihil ei dicunt: nunquid norunt Seniores noſtri hunc verè esse Meſchicho?*
Sed hunc scimus vnde sit: Christus autem cum venerit, nemo scit vnde sit.	27	*Sed nouimus vnde hic sit: Meſchicho autem quum venerit, nemo cogniturus est vnde sit.*
Clamabat ergo Iesus in templo docens, & dicens: Et me scitis, & vnde sim scitis: & à me ipso non veni, sed est verus, qui misit me, quem vos nescitis.	28	*Et extulit Ieſchua vocem suam dum doceret in templo: aitque: Et me noſtis, & vnde sim noſtis: & ex voluntate mei ipsius non veni, sed verax est qui misit me, quem vos non noſtis.*
Ego scio eum: quia ab ipso sum, & ipse me misit.	29	*Ego vero noui eum, quippe qui ab ipso sim, & ipse me misit:*
Quærebant ergo eum apprehendere: & nemo misit in illum manus, quia nondum venerat hora eius.	30	*Itaque quærebant eum prehendere, nemo autem iniecit in eum manus: quoniam nondum venerat hora eius.*
De turba autem multi crediderunt in eum, & dicebant: Christus cum venerit, nunquid plura signa faciet, quàm quæ hic facit?	31	*Multi autem ex turba crediderunt in eum dicuntque: Meſchicho quum venerit, num maiora ſigna edet his, quæ iſte edit?*
Audierunt Pharisæi turbam murmurantem de illo hæc: & miserunt Principes, & Pharisæi ministros vt apprehenderent eum.	32	*Et audierunt Periſchai turbas loquentes de eo iſta, ipſiſq; miſerunt, & Principes ſacerdotum miniſtros vt prehenderent eum.*
Dixit ergo Iesus: Adhuc modicum tempus vobiscum sum: & vado ad eum, qui me misit.	33	*Et ait Ieſchua: Modicum adhuc temporis vobiſcum sum, & abibo ad eum qui me miſit.*
* Quæretis me, & non inuenietis: & vbi ego sum, vos non potestis venire.	34	*Et quæretis me, nec me inuenietis: & vbi ego sum, non poteſtis venire.*
Dixerunt ergo Iudæi ad semetipsos: Quò hic iturus est, quia non inueniemus eum? nunquid in dispersionem Gentium iturus est, & docturus Gentes?	35	*Dicunt Iihoudai apud ſe: Quò futurum est vt iſte proficiſcatur, vt nos non inuenamus eum? num ergo ad regiones gentium profecturus est, & docturus Ethnicos?*
Quis est hic sermo, quem dixit: Quæretis me, & non inuenietis: & vbi sum ego, vos non potestis venire?	36	*Quis est hic ſermo quem dixit: Quæretis me, & non inuenietis: & vbi ego sum, vos non poteſtis venire?*
In nouissimo autem * die magno festiuitatis stabat Iesus, & clamabat, dicens: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat.	37	** Die autem illo magno qui erat vltimus feſti, ſtabat Ieſchua, & clamabat dicens: Si quis ſitit, veniat ad me & bibat.*
* Qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.	38	*Quiſquis credit in me, ſicut dixerunt ſcriptura, flumina aquæ viuæ fluent ex ventre eius.*
Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum: nondum enim erat Spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus.	39	*Hoc autem dicebat de Spiritu, quem accepturi erant ij qui credentes in eum, nondum enim datus fuerat Spiritus, quia nondum glorificatus fuerat Ieſchua.*
Ex illa ergo turba cum audissent hos sermones eius, dicebant: Hic est verè propheta.	40	*Multi autem ex turba quum audiſſent ſermones eius dicebant: Hic vere est Propheta.*
Alij dicebant: Hic est Christus. Quidam autem dicebant: Nunquid à Galilæa venit Christus?	41	*Alij dicebant: Iſte est Meſchicho. Alij dicunt: Num ex Galilæa veniet Meſchicho?*
* Nonne Scriptura dicit: Quia ex semine Dauid & de Bethlehem castello, vbi erat Dauid, venit Christus?	42	*Nonne Scriptura dicit: Ex ſemine Dauid, & ex Bethlechem pago ipsius Dauid, venturum Meſchicho?*
Dissensio itaque facta est in turba propter eum.	43	*Et factum est diſſidium propter eum in turba.*

* Exo. 24. 1. Sup. 5. 18.
* Leu. 12. 3. * Gen. 17. 10.
* Deut. 7. 16.
* Inf. 13. 33.
* Leu. 23. 27.
* Deu. 18. 15. Ioel 2. 28. Act. 2. 17.
* Mic. 5. 2. Mat. 2. 6.
Lectio in communi vtriusque Doctoris Ecclesiæ.

Transl. B. Ariæ Mont.

Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoscet de doctrina, vtrum ex Deo sit, an ego à meipso loquar.

Qui à semetipso loquens, gloriam propriam quærit: at quærens gloriam mittentis eum, hic verax est, & iniustitia in illo non est.

Non Moyses dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legem?

Quid me quæritis interficere? respondit turba, & dixit: Dæmonium habes: quis te quærit interficere?

Respondit Iesus, & dixit eis: Vnum opus feci, & omnes miramini.

Propter hoc Moyses dedit vobis circuncisionem, (non quia ex Moyse est, sed ex patribus:) & in sabbato circunciditis hominem.

Si circuncisionem accipit homo in sabbato, vt non soluatur lex Moysi: mihi indignamini quia totum hominem sanum feci in sabbato?

Ne iudicate secundum speciem, sed iustum iudicium iudicate.

Dicebant ergo quidam ex Hierosolymitis, Nonne hic est quem quærunt interficere?

Et ecce palàm loquitur, & nihil ei dicunt. nunquid verè cognouerunt principes, quia hic est Christus?

Sed hunc scimus vnde sit: at Christus cum venerit, nemo scit vnde sit.

Clamabat ergo in templo docens Iesus, & dicens: Et me scitis, & scitis vnde sim, & à meipso non veni. sed est verus mittens me, quem vos non nostis.

Ego scio eum, quia ab ipso sum, & ipse me misit.

Quærebant ergo eum apprehendere, & nemo immisit in illum manum, quia nondum venerat hora eius.

Multi autem de turba crediderunt in eum, & dicebant: Quia Christus cum venerit, nunquid plura signa faciet his quæ hic fecit?

Audierunt Pharisæi turbam murmurantem de illo hæc, & miserunt Pharisæi & principes ministros vt apprehenderent eum.

Dixit ergo Iesus: Adhuc modicum tempus vobiscum sum, & vado ad eum mittentem me:

Quæretis me, & non inuenietis: & vbi ego sum ego, vos non poteftis venire.

Dixerunt ergo Iudæi ad semetipsos: Quò hic futurus est ire, quia nos non inueniemus eum? nunquid in dispersionem Græcorum futurus est ire, & docere Græcos?

Quis est hic sermo quem dixit, Quæretis me, & non inuenietis: & vbi sum ego, vos non poteftis venire?

In autem nouissimo die magno festiuitatis stabat Iesus, & clamabat, dicens: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat.

Credens in me, sicut dixit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.

Hoc autem dixit de spiritu, quem fururi erant accipere credentes in eum: nondum enim erat Spiritus sanctus: quia Iesus nondum erat glorificatus.

Multi ergo ex turba audientes sermonem, dicebant, Hic est verè propheta.

Alij dicebant, Hic est Christus: alij dicebant, Non enim ex Galilæa Christus venit?

Nonne Scriptura dicit, quia ex semine Dauid, & de Bethlehem vico vbi erat Dauid, Christus venit?

Dissensio itaque in turba facta est propter eum.

Transl. Erasm. Roterod.

Si quis voluerit voluntati eius obtemperare, cognoscet de doctrina, vtrum ex Deo sit, an ego à meipso loquar.

Qui à semetipso loquitur, gloriam propriam quærit. Qui autem quærit gloriam eius qui misit ipsum, hic verax est, & iniustitia in illo non est.

Nonne Moses dedit vobis legem, & tamen nemo ex vobis factis præstat legem?

Quid me quæritis interficere? Respondit turba, & dixit: Dæmonium habes, Quis te quærit interficere?

Respondit Iesus, & dixit eis: Vnum opus feci, & omnes miramini.

Propterea Moses dedit vobis circuncisionem: non quia ex Mose sit, sed quia ex patribus. Et tamen in sabbato circunciditis hominem.

Si circuncisionem accipit homo in sabbato vt non soluatur lex Mosi, mihi indignamini, quod totum hominem sanum fecerim in sabbato?

Nolite iudicare secundum aspectum, sed iusto iudicio iudicate.

Dicebant ergo quidam ex Hierosolymitanis: Nonne hic est quem quærunt interficere?

Atqui ecce palàm loquitur, & nihil ei dicunt. Num vere cognouerunt principes hunc esse vere Christum?

Sed hunc nouimus vnde sit, Christus autem cum venerit, nemo scit vnde sit.

Clamabat ergo Iesus in templo docens, ac dicens: Et me nostis, & vnde sim nostis, & à meipso non veni, sed est verax qui misit me: quem vos non nouistis.

Ego vero noui eum, quia ab ipso sum, & ille me misit:

Quærebant ergo eum apprehendere, & nemo misit in illum manus, quia nondum venerat hora eius.

De turba autem multi crediderunt in eum, & dicebant, Christus cum venerit, num signa plura edet iis quæ hic edidit?

Audierunt Pharisæi turbam murmurantem de illo hæc, & miserunt pharisæi ac principes sacerdotum ministros vt apprehenderent eum.

Dixit ergo eis Iesus: Adhuc pusillum temporis vobiscum sum, & abeo ad eum qui me misit.

Quæretis me, nec inuenietis: & vbi ego sum, eò vos non poteftis venire.

Dixerunt ergo Iudæi inter sese: Quò hic iturus est, quod nos non inueniemus eum? Num in dispersionem gentium iturus est, & docturus gentes?

Quis est hic sermo, quem dixit, quæretis me, & non inuenietis: & vbi ego sum, eò vos non poteftis venire?

In nouissimo autem die magno festi stabat Iesus & clamabat dicens: Si quis sitit, veniat ad me & bibat.

Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ.

Hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in ipsum. Nondum enim erat Spiritus sanctus, quia Iesus non dum erat glorificatus.

Multi ergo de turba cùm audissent hunc sermonem, dicebant: Hic est vere propheta.

Alij dicebant: Hic est Christus. Quidam autem dicebant: Num à Galilæa veniet Christus?

Nonne scriptura dicit, quod ex semine Dauid, & de Bethleem castello, vbi erat Dauid, veniet Christus?

Dissensio itaque orta est in turba propter eum.

Vulgat. Editio.

Quidam autem ex ipsis volebant apprehendere eum: sed nemo misit super eum manus.

Venerunt ergo ministri ad Pontifices, & Pharisæos. Et dixerunt eis illi: Quare non adduxistis illum?

Responderunt ministri: Numquam sic locutus est homo sicut hic homo.

Responderunt ergo eis Pharisæi: Numquid & vos seducti estis?

Numquid ex Principibus aliquis credidit in eum: aut ex Pharisæis?

Sed turba hæc, quæ non nouit legem, maledicti sunt.

Dixit Nicodemus ad eos: * ille, qui venit ad eum nocte, qui vnus erat ex ipsis:

Numquid lex nostra iudicat hominem, nisi prius audierit ab ipso, * & cognouerit quid faciat?

Responderunt, & dixerunt ei: Numquid & tu Galilæus es? Scrutare Scripturas, & vide quia à Galilæa propheta non surgit.

Et reuersi sunt vnusquisque in domum suam.

CAP. VIII.

Iesus autem perrexit in montem Oliueti:

Et diluculo iterum venit in templum, & omnis populus venit ad eum, & sedens docebat eos.

Adducunt autem Scribæ, & Pharisæi mulierem in adulterio deprehensam: & statuerunt eam in medio,

Et dixerunt ei: Magister, hæc mulier modo deprehensa est in adulterio.

* In lege autem Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis?

Hoc autem dicebant tentantes eum, vt possent accusare eum. Iesus autem inclinans se deorsum, digito scribebat in terra.

Cum ergo perseuerarent interrogantes eum, erexit se, & dixit eis: * Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat.

Et iterum se inclinans, scribebat in terra.

Audientes autem: vnus post vnum exibant, incipientes à senioribus: & remansit solus Iesus, & mulier in medio stans.

Erigens autem se Iesus, dixit ei: Mulier, vbi sunt, qui te accusabant? nemo te condemnauit?

Quæ dixit: Nemo, Domine. Dixit autem Iesus: Nec ego te condemnabo: Vade, & iam amplius noli peccare.

Iterum ergo locutus est eis Iesus, dicens: * Ego sum lux mundi: qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ.

Dixerunt ergo ei Pharisæi: Tu de te ipso testimonium perhibes: testimonium tuum non est verum.

Respondit Iesus, & dixit eis: Et si ego testimonium perhibeo de meipso, verum est testimonium meum: quia scio vnde veni, & quò vado: vos autem nescitis vnde venio, aut quò vado.

Vos secundum carnem iudicatis: ego non iudico quemquam:

Et si iudico ego, iudicium meum verum est, quia solus non sum: sed ego, & qui misit me, Pater.

Et in lege vestra scriptum est, * quia duorum hominum testimonium verum est.

Ego sum, qui testimonium perhibeo de me ipso: & testimonium perhibet de me, qui misit me, Pater.

Dicebant ergo ei: Vbi est Pater tuus? Respondit Iesus: Neque me scitis, neque Patrem meum: si me sciretis, forsitan & Patrem meum sciretis.

Transl. ex Syriac.

Erant autem quidam ex eis qui volebant eum prehendere, sed nemo iecit in eum manus.

**Et venerunt ministri illi ad Summos sacerdotes & Perischæos, dixeruntque eis Sacerdotes: Quare non adduxistis eum?*

Dicunt eis ministri: Nunquam ita locutus est homo vt loquitur vir iste.

Dicunt eis Perischæi: Num & vos seducti estis?

Num quis ex Proceribus, aut ex Perischæis credidit in eum?

Nisi populus iste qui nescit legem? maledicti sunt.

Dixit eis Nikodimous vnus ex ipsis, is qui venerat ad Ieschua noctu:

Num lex nostra reum peragit quempiam, nisi audierit ab eo prius, & cognouerit quid faciat?

Responderunt ac dicunt ei: Numquid & tu ex Galilæa es? scrutare & vide prophetam ex Galilæa non surrexisse.

CAP. VIII.

Ad Obiectionem Dominicæ ij. post Epiphaniam.

** Rursum autem allocutus est eos Ieschua, & ait: Ego sum Lux mundi: qui post me venit, non ambulabit in tenebris, sed inueniet sibi lumen vitæ.*

Dicunt ei Perischæi. Tu de teipso testificaris, testimonium tuum non est verum.

Respondit Ieschua & dixit eis: Etiam si ego testificor de meipso, verum est testimonium meum, quippe qui nouerim vnde venerim & quò vadam: vos autem nescitis vnde venerim, neque quò vadam:

Vos corporaliter iudicatis, ego neminem iudico.

Veruntamen si iudicauero, iudicium meum verum est: quia non sum solus, sed ego & Pater meus qui misit me.

Sed & in Lege vestra scriptum est, testimonium duorum virorum verum esse.

Ego sum qui testificor de meipso, & Pater meus qui misit me, testatur de me.

Dicunt ei: Vbi est tuus Pater? Respondit Ieschua & dixit eis: Neque me nostis, neque Patrem meum: si me nosses, & Patrem meum nosses.

Transl. B. Ariæ Mont.

Quidam autem volebant ex ipsis apprehendere eum:sed nemo immisit super eum manus. 44

Venerunt ergo ministri ad Pontifices & Pharisæos, & dixerunt eis illi: Quare non adduxistis illum? 45

Responderunt ministri:Nunquam sic locutus est homo,sicut hic homo. 46

Responderunt ergo eis Pharisæi, Nunquid & vos seducti estis? 47

Nunquid aliquis ex principibus credidit in eum, aut ex Pharisæis? 48

Sed turba hæc non noscens legem, maledicti sunt. 49

Dicit Nicodemus ad eos, ille profectus nocte ad eum,vnus existens ex ipsis: 50

Nunquid lex nostra iudicat hominem,si non audierit ab ipso prius,& cognouerit quid faciat? 51

Responderunt, & dixerunt ei: Nunquid & tu ex Galilæa es? scrutare, & vide,quia prophera ex Galilæa non surrexit. 52

Et perrexit vnusquisque in domum suam. 53

CAP. VIII.

IEsus autem perrexit in montem olearum. 1

Diluculo autem iterum accessit in templum,& omnis populus venit ad eum,& sedens docebat eos. 2

Adducunt autem Scribæ & Pharisæi ad eum mulierem in adulterio deprehensam, & statuentes eam in medio, 3

Dicunt ei:Magister,hanc inuenimus in ipso furto adulterantem. 4

In autem Lege nostra Moyses mandauit huiusmodi lapidari. Tu ergo quid dicis? 5

Hoc autem dicebant tentantes eum, vt haberent accusationem aduersus eum. At Iesus deorsum inclinans,digito scribebat in terram,non simulans. 6

Vt autem perseuerarent interrogantes eum, erectus ait ad eos: Qui sine peccato est vestrum,primus lapidem in illam iaciat. 7

Et iterum deorsum inclinans scribebat in terram. 8

Ii aũt audientes, & à conscientia redarguti,exibãt vnus post vnũ,incipientes à seniorib.vsq; extremos & relictus est solus Iesus:& mulier in medio existẽs. 9

Erectus autem Iesus, & neminem spectans præter mulierem,dixit ei: Vbi sunt illi accusatores tui? nemo te condemnauit? 10

Illa aũt dixit, Nemo, Dñe. Dixit aũt ei Iesus: Nec ego te condẽno. Vade,& ab hoc nũc nõ amplius pecca. 11

Iterum ergo eis Iesus locutus est, dicens:Ego sum lux mundi.sequens me, non ambulabit in tenebris: sed habebit lumen vitæ. 12

Dixerunt ergo ei Pharisæi: Tu de temetipso testaris?testimonium tuum non est verum. 13

Respondit Iesus, & dixit eis: Et si ego testor de meipso, verum est testimonium meum: quia scio vnde veni,& quò vado:vos autem nescitis vnde venio,& quò vado. 14

Vos secundùm carnem iudicatis: ego non iudico quenquam. 15

Et si iudico autem ego, iudicium meum verum est: quia solus non sum, sed egõ & mittens me,pater. 16

Et in Lege verò vestra scriptum est:Quia duorum hominum testimonium verum est. 17

Ego sum testificans de meipso: & testatur de me mittens me, Pater. 18

Dicebant ergo ei: Vbi est Pater tuus? Respondit Iesus: Neque me scitis, neque Patrem meum. si me sciretis, & Patrem meum sciretis nimirum. 19

Transl. Erasm. Roterod.

Quidam autem ex ipsis volebant apprehendere eum, sed nemo coniecit in eum manus. 44

Venerunt ergo ministri ad pontifices & pharisæos, & dixerunt eis illi: Quare non adduxistis illum? 45

Responderunt ministri: Nunquam sic locutus est homo, sicut hic homo. 46

Responderunt ergo eis pharisæi: Num & vos seducti estis? 47

Num quis ex principibus credidit in eum, aut ex pharisæis? 48

Sed turba hæc quæ non nouit legem,execrabiles sunt. 49

Dicit Nicodemus ad eos, is qui venerat ad eum nocte: qui vnus erat de numero eorum: 50

Num lex nostra iudicat hominem, nisi prius audierit ab ipso, & cognouerit quid faciat? 51

Responderunt, & dixerunt ei: Num & tu Galilæus es? Scrutare & vide, quòd à Galilæa propheta non surrexerit. 52

Et profectus est vnusquisque in domum suam. 53

CAP. VIII.

IEsus autem perrexit in montem Oliuarum: 1

Et diluculo iterum venit in templum, cunctusque populus venit ad eum, & sedens docebat eos. 2

Adducunt autem ad eum scribæ & pharisæi mulierem in adulterio deprehensam, & cum statuissent eam in medio, 3

Dicunt ei: Magister,hæc mulier deprehensa est in ipso adulterio. 4

In lege autem Moses præcepit nobis,vt huiusmodi lapidarentur. Tu ergo quid dicis? 5

Hoc autem dicebant,tentantes eum,vt possent accusare eum. Iesus autem inclinans se deorsum, digito scribebat in terra, 6

Cum ergo perseuerarent interrogare, erexit se,& dixit eis: Qui vestrum immunis est à peccato,primus in illam lapidem iaciat. 7

Et iterum se inclinans scribebat in terra. 8

Audientes autem hæc,singulatim alius post alium exibant, initio facto à senioribus,& relictus est solus Iesus ac mulier in medio stans. 9

Cum autem erexisset se Iesus,& neminem videret præter mulierem,dixit ei: Mulier,vbi sunt illi tui accusatores? Nemo te condemnauit? 10

Quæ dixit: Nemo domine. Dixit autem Iesus: Nec ego te condemno. Vade,& posthac ne peccaueris. 11

Iterum ergo Iesus locutus est eis, dicens: Ego sum lux mundi. Qui sequitur me non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen vitæ. 12

Dixerunt ergo ei pharisæi: Tu de teipso testificaris,testimonium tuum non est verum. 13

Respondit Iesus & dixit eis: Et si ego testimonium perhibeam de meipso, verum est testimonium meum,quia scio vnde veni, & quò vado:vos autem nescitis vnde venio, & quò vado. 14

Vos secundum carnem iudicatis, ego non iudico quenquam: 15

Porrò & si iudicem ego, iudicium meum verum est, quia solus non sum,sed ego & qui misit me pater. 16

Quin & in lege vestra scriptum est, quod duorum hominum testimonium verum est. 17

Ego sum qui testimonium fero de meipso, & testimonium fert de me qui misit me pater. 18

Dicebant ergo ei: Vbi est pater tuus? Respondit Iesus: Neque me nostis:neque patrem meum. Si me nouissetis, & patrem meum nouissetis. 19

Vulgat. Editio.

Hæc verba locutus est Iesus in gazophylacio, docens in templo: & nemo apprehendit eum, quia necdum venerat hora eius.

Dixit ergo iterum eis Iesus: Ego vado, & quæretis me, & in peccato vestro moriemini: quò ego vado, vos non potestis venire.

Dicebant ergo Iudæi: Numquid interficiet semetipsum, quia dixit: Quò ego vado, vos non potestis venire?

Et dicebat eis: Vos de deorsum estis, ego de supernis sum. Vos de mundo hoc estis, ego non sum de hoc mundo.

Dixi ergo vobis, quia moriemini in peccatis vestris: si enim non crediderit is, quia ego sum, moriemini in peccato vestro.

Dicebant ergo ei: Tu quis es? Dixit eis Iesus: Principium, qui & loquor vobis.

Multa habeo de vobis loqui, & iudicare: Sed qui me misit, verax est: & ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo.

Et nō cognouerunt quia Patrē eius dicebat Deū.

Dixit ergo eis Iesus: Cum exaltaueritis Filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum, & à meipso facio nihil, * sed sicut docuit me Pater, hæc loquor:

* Rō. 3. 4.

Et qui me misit, mecum est, & non reliquit me solum: quia ego quæ placita sunt ei, facio semper.

Hæc illo loquente, multi crediderunt in eum.

Dicebat ergo Iesus ad eos, qui crediderunt ei Iudæos: Si vos manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis:

Et cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos.

Respondérunt ei: Semen Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus vnquam: quomodo tu dicis. Liberi eritis?

Respondit eis Iesus: Amen, amen dico vobis

* Ro. 6. 15. 2. Pet. 2. 19.

* quia omnis, qui facit peccatum, seruus est peccati.

Seruus autem non manet in domo in æternum: filius autem manet in æternum.

Si ergo vos filius liberauerit, vere liberi eritis.

Scio quia filij Abrahæ estis: sed quæritis me interficere, quia sermo meus non capit in vobis.

Ego quod vidi apud Patrem meum, loquor: & vos quæ vidistis apud patrem vestrum, facitis.

Respondérunt, & dixerunt ei: Pater noster Abraham est. Dicit eis Iesus: Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite.

Nunc autem quæritis me interficere, hominem, qui veritatem vobis locutus sum, quam audiui à Deo: hoc Abraham non fecit.

Vos facitis opera patris vestri. Dixerunt itaque ei: Nos ex fornicatione non sumus nati: vnum patrem habemus Deum.

Dixit ergo eis Iesus: Si Deus Pater vester esset: diligeretis vtique me: ego enim ex Deo processi, & veni: neque enim à me ipso veni, sed ille me misit.

Quare loquelam meam non cognoscitis? Quia non potestis audire sermonem meum.

1. Io. 3. 8.

* Vos ex patre diabolo estis: & desideria patris vestri vultis facere: ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit: quia non est veritas in eo: cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur, quia mendax est, & pater eius.

Ego autem si veritatem dico, non creditis mihi.

Transl. ex Syriac.

20 *Hæc verba locutus est in gazophylacio dum doceret in templo: & nemo prehendit eum, nondum enim venerat hora eius.*

21 *Dixit eis iterum Ieschua: Ego vado, & quæretis me, ac moriemini in peccatis vestris: & quò vado, vos non potestis venire.*

22 *Dicunt Iihoudæi: Num ergo interfecturus est seipsum, qui dicit: Quò ego vado, vos non potestis venire?*

23 *At dixit eis: Vos ex inferis estis, & ego ex supernis. Vos estis ex hoc mundo, ego non sum ex hoc mundo.*

24 *Dixi vobis vos morituros esse in peccatis vestris: nisi enim credideritis me eum esse, moriemini in peccatis vestris.*

25 *Dicunt ei Iihoudæi: Tu quis es? Dixit eis Ieschua: Etiam* id *quod incepi loqui vobiscum.*

26 *Multa habeo quæ de vobis dicam, & iudicem: Sed is qui me misit, verax est: & ego quæ audiui ab eo, hæc ipse loquor in mundo.*

27 *Neque nouerunt eum de Patre ipsis verba facere.*

28 * *Dixit eis iterum Ieschua: Quum exulteritis Filium hominis, tunc agnoscetis me eum esse, nihilque ex voluntate mei ipsius facere, sed sicut docuit me Pater meus, similiter ipse loquor.*

Lectio syriaca hic desicit Cantabrigiensis.

29 *Et qui me misit mecum est, neque me reliquit solum Pater meus: quoniam ego quod gratum est ei, facio semper.*

30 *Quumq; hæc loqueretur, multi crediderunt in eum.*

31 *Dixit autem Ieschua Iihoudæis illis, qui crediderunt in ipsum: Si vos permanseritis in sermone meo, verè discipuli mei estis.*

32 *Et cognoscetis veritatem, & ipsa veritas asseret vos in libertatem.*

33 *Dicunt ei: Semen sumus Abrohom, & numquam seruitutem cuiquam seruiuimus: quomodo dicis: Eritis filij ingenui?*

34 *Dixit eis Ieschua: Amin, amin dico vobis: quisquis committit peccatum, seruus est peccati.*

35 *Seruus autem non permanet in æuum in domo: Filius verò in æuum permanet.*

36 *Si ergo ipse Filius asseruerit vos in libertatem, verè eritis filij ingenui.*

37 *Scio vos esse semen Abrohom: sed quæritis me interficere, propterea quòd sermoni meo capiendo non sufficiatis.*

38 *Ego id quod vidi apud Patrem meum, loquor: vos autem id quod vidistis apud patrem vestrum, agitis.*

39 *Respondérunt, & dicunt ei: Pater noster Abrohom est. Dixit eis Ieschua: Si filij essetis Abrohom, opera Abrohom faceretis.*

40 *Nunc autem ecce studetis me interficere, virum, qui veritatem locutus sum vobiscum, quam audiui à Deo: hoc Abrohom non fecit.*

41 *Vos autem facitis opera patris vestri. Dicunt ei: Nos ex fornicatione non sumus: vnus est nobis Pater Deus.*

42 *Dixit eis Ieschua: Si Deus esset Pater vester: deligeretis me: ego enim à Deo exij & veni: neque ex voluntate mei ipsius veni, sed ille misit me.*

43 *Quare sermonem meum non agnoscitis? quia non potestis audire eloquium meum.*

44 *Vos ex patre criminatore (diabolo) estis: & cupiditatem patris vestri vultis exequi: is est qui à principio fuit homicida, & veritate non perstitit: quia non est veritas in eo: & quotiescumque loquitur mendacium, de suo loquitur, quoniam mendax est, & pater ipsius mendacij.*

45 *At quoniam ego veritatem loquor, non creditis mihi.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Hæc verba locutus est Iesus in gazophylacio, docens in templo: & nemo apprehendit eum, quia nondum venerat hora eius.

Dixit ergo iterum eis Iesus: Ego vado: & quæretis me, & in peccato vestro moriemini. Quò ego vado, vos non potestis venire.

Dicebant ergo Iudæi: Numquid interficiet semetipsum, quia dicit: Quò ego vado, vos non potestis venire?

Et dicebat eis: Vos de deorsum estis, ego ex sursum, vos de mundo hoc estis ego non sum de mundo hoc.

Dixi ergo vobis quia moriemini in peccatis vestris si enim non crediderit is quia ego sum moriemini in peccatis veitris.

Dicebant ergo ei: Tu quis es? Et dixit illis Iesus: Principium quod & loquor vobis.

Multa habeo de vobis loqui & iudicare, sed mittens me verax est: & ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundum.

Non cognouerunt quia Patrem eis dicebat.

Dixit ergo eis Iesus: Cum exaltaueritis Filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum, & à meipso facio nihil: sed sicut docuit me Pater meus, hæc loquor.

Et mittens me cum me est: non reliquit me solum Pater, quia ego placita ei, facio semper.

Hæc illo loquente, multi crediderunt in eum.

Dicebat ergo Iesus ad credentes ei, Iudæos. Si vos manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis:

Et cognoscetis veritatem: & veritas liberos faciet vos.

Responderunt ei: Semen Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus vnquam: quomodo tu dicis, Quod liberi eritis?

Respondit eis Iesus: Amen, amen dico nobis, quia omnis faciens peccatum, seruus est peccati.

At seruus non manet in domo in æternum, filius manet in æternum.

Si ergo filius vos liberauerit, verè liberi eritis.

Scio quia semen Abrahæ estis: sed quæritis me interficere, quia sermo meus non capit in vobis.

Ego quod vidi apud Patrem meum, loquor: & vos quod vidistis apud Patrem vestrum, facitis.

Responderunt & dixerunt ei: Pater noster Abraham est. Dicit eis Iesus: Si filii Abrahæ essetis, opera Abrahæ faceretis.

Nunc autem quæritis me interficere, hominem, qui veritatem vobis locutus sum, quam audiui à Deo. hoc Abraham non fecit.

Vos facitis opera patris vestri. Dixerunt itaque ei: Nos ex fornicatione non sumus facti; vnum patrem habemus Deum.

Dixit eis Iesus: Si Deus pater vester esset, diligeretis vtique me: ego enim ex Deo profectus sum, & veni: neque enim à meipso veni, sed ille me misit.

Propter quid loquelam meam non cognoscitis? Quia non potestis audire sermonem meum.

Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere: ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit: quia non est veritas in eo, cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur quia mendax est & pater eius.

Ego autem quia veritatem dico, non creditis mihi.

Transl. Erasm. Roterod.

Hæc verba locutus est Iesus in gazophylacio docens in templo. Et nemo apprehendit eum, quia nondum venerat hora eius.

Dixit ergo iterum eis Iesus: Ego vado & quæretis me, & in peccato vestro moriemini. quò ego vado, vos non potestis venire.

Dicebant ergo Iudæi: Num interficiet semetipsum, quia dicit: quò ego vado, vos non potestis venire.

Et dicebat eis: Vos ab infernis estis, ego de supernis sum. Vos de mundo hoc estis, ego non sum de hoc mundo.

Dixi ergo vobis quod moriemini in peccatis vestris. Si enim non crediderit is, quod ego, sum moriemini in peccatis vestris.

Dicebant ergo ei: Tu quis es? Et dicit eis Iesus: In primis quod & loquor vobis.

Multa habeo quæ de vobis loquar ac iudicem, sed qui me misit, verax est: & ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo.

Non cognouerunt quod de patre eis locutus esset.

Dixit ergo eis Iesus: Cum exaltaueritis Filium hominis, tunc cognoscetis quod ego sum, & quod ex meipso facio nihil: sed ita vt docuit me pater, hæc loquor.

Et qui me misit, mecum est. Non reliquit me solum pater, quia ego quæ placita sunt ei, facio semper.

Hæc illo loquente multi crediderunt in eum.

Dicebat ergo Iesus ad eos, qui crediderant ipsi, Iudæos: Si vos manseritis in sermone meo, verè discipuli mei estis:

Et cognoscetis veritatem, & veritas liberos reddet vos.

Responderunt ei: Semen Abrahæ sumus, neque cuiquam seruiuimus vnquam; quomodo tu dicis, liberi reddemini

Respondit eis Iesus: Amen amen dico vobis, quod omnis qui facit peccatum, seruus est peccati.

Seruus autem non manet in domo in æternum, filius manet in æternum.

Si ergo vos filius liberos reddiderit, verè liberi estis.

Scio quod semen Abrahæ estis. Sed quæritis me interficere, quia sermo meus non habet locum in vobis.

Ego quod vidi apud patrem meum loquor: & vos quod vidistis apud patrem vestrum facitis.

Responderunt & dixerunt ei: Pater noster Abraham est. Dicit eis Iesus: Si filij Abrahæ essetis, opera Abrahæ faceretis.

Nunc autem quæritis me interficere, hominem, qui veritatem vobis locutus sum, quam audiui à Deo. hoc Abraham non fecit.

Vos facitis opera patris vestri. Dixerunt itaque ei: Nos è stupro non sumus nati. Vnum patrem habemus Deum.

Dixit eis Iesus: Si Deus pater vester esset, diligeretis vtiq; me. Ego enim ex Deo processi & veni. Neque enim à meipso veni, sed ille me misit.

Quare loquelam meam non agnoscitis? quia non potestis audire sermonem meum.

Vos ex patre diabolo estis, & desiderijs patris vestri vultis obsequi. Ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit, quia non est veritas in eo. Cum loquitur: mendacium, ex propriis loquitur: quia mendax est, atque eius rei pater.

Ego autem, quia veritatem dico, non creditis mihi.

Vulgat. Editio.

Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi?

*Qui ex Deo est, verba Dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.

Respondérunt ergo Iudæi, & dixerunt ei: Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes?

Respondit Iesus: Ego dæmonium non habeo: sed honorifico Patrem meum, & vos inhonoratis me.

Ego autem non quæro gloriam meam: est qui quærat, & iudicet.

Amen, amen dico vobis: si quis sermonem meũ seruauerit, mortem non videbit in æternum.

Dixerunt ergo Iudæi: Nunc cognouimus quia dæmonium habes. Abraham mortuus est, & prophetæ: & tu dicis: Si quis sermonem meum seruauerit, non gustabit mortem in æternum.

Numquid tu maior es patre nostro Abraham, qui mortuus est? & Prophetæ mortui sunt. Quem te ipsum facis?

Respondit Iesus: Si ego glorifico me ipsum, gloria mea nihil est: est Pater meus, qui glorificat me, quem vos dicitis, quia Deus vester est.

Et non cognouistis eum: ego autem noui eum: Et si dixero quia non scio eum, ero similis vobis, mendax. Sed scio eum, & sermonem eius seruo.

Abraham pater vester exultauit vt videret diem meum: vidit, & gauisus est.

Dixerunt ergo Iudæi ad eum: Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti?

Dixit eis Iesus: Amen, amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum.

Tulerunt ergo lapides, vt iacerent in eum: Iesus autem abscondit se, & exiuit de templo.

CAP. IX.

ET præteriens Iesus vidit hominem cæcum à natiuitate:

Et interrogauerunt eum discipuli eius: Rabbi, quis peccauit, hic, aut parentes eius, vt cæcus nasceretur?

Respondit Iesus: Neque hic peccauit, neque parentes eius: sed vt manifestentur opera Dei in illo.

Me oportet operari opera eius, qui misit me donec dies est: venit nox, quando nemo potest operari.

Quamdiu sum in mundo, lux sum mundi.

Hæc cum dixisset, expuit in terram, & fecit lutum ex sputo & liniuit lutum super oculos eius.

Et dixit ei: Vade, laua in natatoria Siloe (quod interpretatur Missus.) Abiit ergo, & lauit, & venit videns.

Itaque vicini, & qui viderant eum prius quia mendicus erat, dicebant: Nonne hic est, qui sedebat, & mendicabat? Alij dicebant: Quia hic est.

Alij autem: Nequaquam, sed similis est ei. Ille vero dicebat: Quia ego sum.

Dicebãt ergo ei: Quomodò aperti sunt tibi oculi?

Respõdit: Ille homo, qui dicitur Iesus, lutũ fecit: & vnxit oculos meos, & dixit mihi: Vade ad natatoria Siloe, & laua. Et abĳ, laui, & video.

Et dixerunt ei: Vbi est ille? Ait: Nescio.

Adducunt eum ad Pharisæos, qui cæcus fuerat.

Erat autem sabbatum quando lutum fecit Iesus, & aperuit oculos eius.

Transl. ex Syriac.

Quis ex vobis arguet me de peccato? Quod si veritatem loquor, vos quare non creditis mihi?

Qui ex Deo est, verba Dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.

Respondérunt Iihoudæi, & dicunt ei: Nonne bene dicimus te Schamaritanum esse, & dæmonium habere?

Dixit eis Ieschua: Dæmonium non habeo: sed Patrem meum honoro, vos autem opprobrio me afficitis.

Ego verò non quæro gloriam meam: est qui quærat, & iudicet.

Amin, amin dico vobis: quicumque sermonem meum custodierit, mortem non videbit in æternum.

Dicunt ei Iihoudæi: Nunc nouimus te dæmonium habere. Abrohom mortuus est, & prophetæ: & tu dicis: Qui sermonem meum custodierit, non gustabit mortem in æternum?

Num tu maior es patre nostro Abrohom, qui mortuus est, & Prophetis, qui mortui sunt? Quem tu teipsum facis?

Dixit eis Ieschua: Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est: est Pater meus, qui me glorificat, de quo dicitis, Deus noster est.

Neque nouistis eum: ego vero noui eum: Et si dixero me eum non nosse, ego ero mendax sicut vos. Sed noui eum, & sermonem eius seruo.

Abrohom pater vester desiderabat videre diem meum: viditque, & gauisus est.

Dicunt ei Iihoudæi: Nondum quinquaginta annos natus es, & Abrohom vidisti?

Dixit eis Ieschua: Amin, amin dico vobis, antequam fieret Abrohom, ego sum.

Et sustulerunt lapides vt obruerent eum: Ieschua vero abdidit sese, & exiuit è templo, transitque per medium eorum, & abiit.

CAP. IX.

QVumque præteriret, vidit hominem cæcum ab vtero matris sue.

Et interrogauerũt eum discipuli eius, dicẽtes: Magister noster, quis peccauit, hic, an parentes eius, vt cæcus nasceretur?

Dixit eis Ieschua: Neque ipse peccauit, neque parentes eius: sed vt spectentur in eo opera Dei.

Oportet me operari opera eius, qui misit me donec dies est: venit nox, quum nemo potest operari.

Quamdiu in mundo fuero, lux sum mundi.

Quumque hæc dixisset, conspuit in terram, & pinsuit lutum ex sputo, & illeuit oculis illius cæci.

Dixitque ei: Vade, laua in baptisterio Schiloucho (Missus) abiit itaque, lauit, & venit videns.

Vicini autem eius, & ij, quibus visus fuerat prius quum mendicaret, dicebant: Nonne hic est qui sedebat & mendicabat? Erant qui dicerent: Ipse est:

Et erant qui dicerent: Non, sed quispiam perquam ei similis. Ipse vero dicebat: Ego sum.

Dicunt ei: Quomodo aperti sunt oculi tui?

Respondit, & dixit eis: Vir nomine Ieschua, fecit lutum: & illeuit oculis meis, ac dixit mihi: Vade laua te in aquis Schiloucho. Abĳ itaque, laui, & visum recepi.

Dicunt ei: Vbi est ille? ait illis: Nescio.

Et adduxerunt eum, qui prius cæcus fuerat, ad Perischæos.

Erat autem sabbatum, quum fecit lutum Ieschua, & aperuit ei oculos ipsius.

Transl. B. Ariæ Mont.

Quis ex vobis arguit me de peccato? Si autem veritatem dico propter quid vosnō creditis mihi? 46
Existens ex Deo, verba Dei audit. Propter hoc vos non auditis, quia ex Deo non estis. 47
Responderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei: Non pulchrè dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & & dæmonium habes? 48
Respondit Iesus: Ego dæmonium non habeo: sed honorifico Patrem meum, & vos inhonoraſtis me. 49

Ego autem non quæro gloriam meam, est quærens & iudicans. 50
Amen, amen dico vobis: Si quis sermonem meū seruauerit, mortem non videbit in æternum, 51
Dixerunt ergo ei Iudæi: Nunc cognouimus quia dæmonium habes. Abraham mortuus est, & prophetæ: & tu dicis: Si quis sermonem meum seruauerit, non gustabit mortem in æternum. 52
Non tu maior es patre nostro Abraham, qui mortuus est? & Prophetæ mortui sunt. Quem teipsum tu facis? 53
Respondit Iesus: Si ego glorifico me ipsum, gloria mea nihil est: est Pater meus glorificans me, quem vos dicitis, quia Deus vester est. 54
Et non cognouistis eum: ego autem noui eum: Et si dixero quia non scio eum, ero similis vobis, mendax. Sed scio eum, & sermonem eius seruo. 55
Abraham pater vester exultauit vt videret diem meum: vidit, & gauisus est. 56
Dixerunt ergo Iudæi ad eum: Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti? 57
Dixit eis Iesus: Amen, amen dico vobis, prius Abraham fieret, ego sum. 58
Tulerunt ergo lapides, vt iacerent in eum. Iesus autem abscondit se, & exiuit de templo, transiens per medium eorum, & præterijt sic. 59

CAP. IX.

ET præteriens vidit hominem cæcum ex natiuitate. 1
Et interrogauerunt eum discipuli eius, dicentes: Rabbi, quis peccauit, hic aut parentes eius, vt cæcus nasceretur? 2
Respondit Iesus: Neque hic peccauit, neque parentes eius: sed vt manifestentur opera Dei in illo. 3
Me oportet operari opera mittentis me donec dies est. Venit nox, quando nemo potest operari. 4

Quamdiu in mundo sum, lux sum mundi. 5
Hæc dicens, expuit humi, & fecit lutum ex sputo, & liniuit lutum super oculos cæci: 6
Et dixit ei: Vade, laua in natatoriam Siloam. quod interpretatur. Missus. Abijt ergo & lauit: & venit videns. 7
Itaque vicini, & spectantes eum prius quia cæcus erat, dicebant: Nonne hic est, sedens & mendicans? 8
Alij dicebant: Quia hic est. Alij autem quod similis est ei. Ille dicebat: Quia ego sum. 9
Dicebāt ergo ei: Quomodo aperti sunt tibi oculi? 10
Respondit ille & ait: Homo dictus Iesus, lutum fecit, & vnxit meos oculos, & dixit mihi: Vade ad natatoriam Siloam, & laua. Abiens autem & lotus vidi. 11
Dixerunt ergo ei: Vbi est ille? Ait: Nescio. 12
Adducunt eum ad Pharisæos illum nuper cæcum, 13
Erat autem Sabbatum quando lutum fecit Iesus, & aperuit oculos eius. 14

Transl. Eraſm. Roterod.

Quis ex vobis arguet me de peccato? Porro si veritatem dico, quare vos non creditis mihi? 46
Qui ex Deo est, verba Dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. 47
Respondérunt ergo Iudæi, & dixerunt ei: Nonne bene dicimus nos, quod Samaritanus es tu, & dæmonium habes? 48
Respondit Iesus: Dæmonium non habeo: sed cohonesto Patrem meum, & vos ignominia afficistis me. 49

Ego autem non quæro gloriam meam: est qui quærat, & iudicet. 50
Amen, amen dico vobis: si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum. 51
Dixerunt ergo illi Iudæi: Nunc cognouimus quod dæmonium habes. Abraham mortuus est & propheta: & tu dicis: si quis sermonem meum seruauerit, non gustabit mortem in æternum. 52
Nunquid tu maior es patre nostro Abraham, qui mortuus est, & Propheta mortui sunt. Quem teipsum tu facis? 53
Respondit Iesus: Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est: est Pater meus, qui glorificat me, quem vos dicitis Deum vestrum esse, 54
Et tamen non cognouistis eum, ego autem noui eum. Et si dixero quod non nouerim eum, ero similis vestri mendax. Sed noui eum, & sermonem eius seruo. 55
Abraham pater vester exultauit vt videret diem meum, & vidit, atque gauisus est. 56
Dixerunt ergo Iudæi ad eum: Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti? 57
Dixit eis Iesus: Amen, amen dico vobis, antequam Abraham nasceretur, ego sum. 58
Tollebant ergo lapides vt iacerent in eum: Iesus autem abscondit se, & exiuit è templo. 59

CAP. IX.

ET præteriens Iesus, vidit hominem cæcum à natiuitate. 1
Et interrogauerunt eum discipuli eius, dicentes: Rabbi, quis peccauit, hic, an parentes eius, vt cæcus nasceretur? 2
Respondit Iesus: Neque hic peccauit, neque parentes eius: sed vt manifestentur opera Dei in illo. 3
Me oportet operari opera eius, qui misit me donec dies est: venit nox, quando nemo potest operari. 4

Quamdiu fuero in mundo, lux sum mundi. 5
Hoc cum dixisset, exspuit in terram, & fecit lutum ex sputo, & illeuit lutum super oculos cæci. 6
Et dixit ei: Vade, laua in piscina Siloæ quod si interpreteris, sonat missus. Abijt, & lauit, & venit videns. 7
Itaque vicini, & qui viderant eum prius, quod mendicus esset, dicebant: Nonne hic est qui sedebat & mendicabat? 8
Alij dicebant: hic est: Alij rursus, similis est ei. Ille dicebat: Ego sum. 9
Dicunt ergo ei: Quomodo aperti sunt tibi oculi? 10
Respondit ille, & dixit: Ille homo qui dicitur Iesus, lutum fecit, & inunxit oculos meos, & dixit mihi: Vade ad piscinam Siloæ, & laua. Vt autem abij ac laui, visum recepi. 11
Dixerunt ergo ei: Vbi est ille? Ait: Nescio. 12
Adduxerunt ad Pharisæos eum qui dudum cæcus fuerat. 13
Erat autem sabbatum, cum lutum faceret Iesus, & aperiret oculos eius. 14

Vulgat. Editio.

Iterum ergo interrogabant eum Pharisæi quomodo vidisset. Ille autem dixit eis: Lutum mihi imposuit super oculos,& lavi,& video.

Dicebant ergo ex Pharisæis quidam:Non est hic homo à Deo, qui Sabbatum non custodit. Alij autem dicebant : Quomodo potest homo peccator hæc signa facere?Et scisma erat inter eos.

Dicunt ergo cæco iterum:Tu quid dicis de illo, qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit : Quia propheta est.

Non crediderunt ergo Iudæi de illo quia cæcus fuisset & vidisset,donec vocauerunt parentes eius, qui viderat:

Et interrogauerunt eos, dicentes : Hic est filius vester,quem vos dicitis quia cæcus natus est? Quomodo ergo nunc videt?

Responderunt eis parentes eius , & dixerunt: Scimus quia hic est filius noster,& quia cæcus natus est:

Quomodo autẽ nunc videat,nescimus,aut quis eius aperuit oculos,nos nescimus:, ipsum interrogate: ætatem,habet,ipse de se loquatur.

Hæc dixerunt parẽtes eius, quoniam timebant Iudæos, iam enim conspirauerant Iudæi. vt si quis eum confiteretur esse Christum , extra synagogam fieret.

Propterea parentes eius dixerunt : Quia ætatem habet, ipsum interrogate.

Vocauerunt ergo rursum hominem qui fuerat cæcus,& dixerunt ei: Da gloriam Deo,nos scimus quia hic homo peccator est.

Dixit ergo eis ille : Si peccator est,nescio,vnum scio,quia cæcus cum essem,modo video.

Dixerunt ergo illi : Quid fecit tibi? quomodo aperuit tibi oculos?

Respondit eis: Dixi vobis iam, & audistis: quid iterum vultis audire? num & vos vultis discipuli eius fieri?

Maledixerunt ergo ei, & dixerunt: Tu discipulus illius sis :nos autem Moysi discipuli sumus.

Nos scimus quia Moysi locutus est Deus: hunc autem nescimus vnde sit.

Respondit ille homo, & dixit eis : In hoc enim mirabile est,quia vos nescitis vnde sit , & aperuit meos oculos.

Scimus autem quia peccatores Deus non audit: sed si quis Dei cultor est , & voluntatem eius facit,hunc exaudit.

A sæculo non est auditum quia quis aperuit oculos cæci nati.

Nisi esset hic à Deo, nõ poterat facere quicquã.

Responderunt & dixerunt ei: In peccatis natus es totus: & tu doces nos? Et eiecerunt eũ foras.

Audiit Iesus quia eiecerunt eum foras: & cum inuenisset eum, dixit ei: Tu credis in filium Dei?

Respondit ille & dixit: Quis est, Domine,vt credam in eum?

Et dixit ei Iesus: Et vidisti eum:& qui loquitur tecum , ipse est.

At ille ait:Credo Domine.Et procidens adorauit eum.

Et dixit Iesus : In iudicium ego in mundum hunc veni: vt qui non vident videant , & qui vident cæci fiant.

Et audierunt quidam ex Pharisæis,qui cum ipso erant ,& dixerunt ei. Num & nos cæci sumus?

Dixit eis Iesus:Si cæci essetis,non haberetis peccatum,nunc vero dicitis : Quia videmus,peccatum vestrum manet.

Transl. ex Syriac.

Rursus autem interrogarunt eum Periſchæi: Quomodo viſum recepiſti? Ille vero dixit eis : Lutum impoſuit oculis meis, & lavi & recepi viſum.

Et dicebant quidam ex Periſchæis: Homo iſte non eſt à Deo,qui ſabbatum non cuſtodiat. Alij autem dicebant: Quomodo poteſt homo peccator,hæc ſigna edere? Et diſſidium erat inter eos.

Dicunt rurſus cæco illi : Tu quid dicis de illo, qui aperuit tibi oculos tuos? ait illis. Ego dico eum Prophetam eſſe.

Nec vero credebant de eo Iihoudæi quod cæcus fuiſſet, viſumque recepiſſet, uſque quo vocauerunt parentes illius, qui viſum receperat

Et interrogarunt eos : Hiccine eſt filius ille veſter, quem vos dicitis cæcum natum eſſe? Quomodo nunc videt?

Reſponderunt autem parentes eius, & dixerunt : Scimus hunc eſſe filium noſtrum, & cæcum natum eſſe.

Quomodo autem nunc videat, aut quis aperuerit oculos eius neſcimus, quinetiam ipſe ad annos ſuos progreſſus eſt, cum interrogate, ipſe pro ſe metipſo loquatur.

Hæc dixerunt parentes eius, quod timerent à Iihoudæis: conſtituerant enim Iihoudæi, vt ſi quis confiteretur eum eſſe Meſchicho, ab ipſis ejiceretur è ſynagoga.

Propterea dixerunt parentes eius : Ad annos ſuos progreſſus eſt, ipſum interrogate.

Et vocauerunt ſecunda vice virum illum , qui fuerat cæcus, ac dixerunt ei: Glorifica Deum: Nos enim noximus peccatorem eſſe.

Reſpondit ille , & dixit eis : An peccator ſit, neſcio, ſed vnum ſcio, me cæcum fuiſſe. & ecce nunc video.

Dixerunt ei rursum: Quid fecit tibi? quomodo aperuit tibi oculos tuos?

Ait illis : Dixi vobis , nec audiſtis: quinam vultis audire? num & vos diſcipuli eius vultis fieri?

Ipſi autem ei exprobrarunt, dixerunque ei: Tu es diſcipulus eius, nos enim diſcipuli ſumus Moſis.

Et ſcimus Moſen Deum collocutum fuiſſe: hunc autem neſcimus vnde ſit.

Reſpondit ille, & ait illis : In hoc ergo mirandum eſt, quia vos neſcitis vnde ſit , & aperuit meos oculos.

Scimus autem Deum vocem peccatorum non exaudire: ſed qui eum timet, & exequitur voluntatem eius, eum exaudit.

Ab ævo audtum non eſt aliquem aperuiſſe oculos cæci nati.

Nisi à Deo eſſet ille,non potuiſſet hoc facere.

Reſpondentes ei dixerunt : Tu totus in peccatis natus es, & tu docere nos? Et ejecerunt eum foras.

Et audivit Iesus quod ejecerint eum foras: & inveniens eum ait illi: Tune credis in filium Dei?

Respondit ille qui curatus fuerat, & ait: Quis eſt Domine, ut credam in eum?

Dixit ei Iesus : Vidiſti eum, & qui loquitur tecum, ipſe eſt.

At ille ait : Credo Domine mi : & procidens adoravit eum.

Et dixit Iesus : Ad judicium mundi huius veni, ut qui non vident, videant: & qui vident, cæci fiant.

Et hæc audierunt ex Pharisæis illi qui cum eo erant, ac dixerunt ei. Num & nos cæci sumus?

Ait illis Iesus : Si cæci essetis, non eſſet peccatum vobis: nunc autem dicitis, videmus, propterea peccatum vestrum permanet.

Transl. B. Ariæ Mont.

Iterum ergo interrogabât eum & Phariſæi quomodo vidiſſet. At dixit eis: Lutum impoſuit mihi ſuper oculos & laui, & video.

Dicebant ergo ex Phariſæis quidam: Hic homo non eſt à Deo, quod Sabbatum non cuſtodit. Alij dicebant: Quomodo poteſt homo peccator talia ſigna facere? Et ſciſma erat in ipſis.

Dicunt ergo cæco iterum: Tu quid dicis de illo, quod aperuit tuos oculos? Ille autem dixit: Quia prophera eſt.

Non crediderunt ergo Iudæi de illo quia cæcus erat, & vidit vſque quo vocauerunt parentes eius illius videntis:

Et interrogauerunt eos, dicentes: Hic eſt filius veſter, quem vos dicitis quia cęcus natus eſt? Quomodo ergo nunc videt.

Reſponderunt autem eis parentes eius, & dixerunt: Scimus quia hic eſt filius noſter, & quia cæcus natus eſt:

Quomodo autẽ nunc videt, neſcimus, aut quis aperuit eius oculos, nos neſcimus, ipſe ætatem habet, ipſum interrogate, ipſe de ſe loquatur.

Hæc dixerunt parẽtes eius, quoniam timebant Iudæos, iam enim conſtituerant Iudæi, vt ſi quis eum confiteretur Chriſtum, extra ſynagogam fieret.

Propter hoc parentes eius dixerunt: Quia ætatem habet, ipſum interrogate.

Vocauerunt ergo ex ſecundo hominem qui fuerat cæcus, & dixerunt ei: Da gloriam Deo, nos ſcimus quia homo hic peccator eſt.

Reſpondit ergo ille, & ait: Si peccator eſt, neſcio, vnum ſcio, quia cæcus exiſtens, modo video.

Dixerunt autẽ illi rurſum: Quid fecit tibi? quomodo aperuit tuos oculos.

Reſpondit eis: Dixi vobis iam, & non audiſtis: quid iterum vultis audire? num & vos vultis eius diſcipuli fieri?

Conuitiati ſunt ergo ei, & dixerunt: Tu fis diſcipulus illius: nos autem Moyſi ſumus diſcipuli.

Nos ſcimus quia Moyſi locutus eſt Deus: hunc autem neſcimus vnde eſt.

Reſpondit ille homo, & dixit eis: In enim hoc mirabile eſt, quia vos neſcitis vnde ſit, & aperuit meos oculos.

Scimus autem quia peccatores Deus non audit: ſed ſi quis Dei cultor ſit, & voluntatem eius faciat, hunc audit.

Ex ſeculo non auditum eſt quia aperuit quis oculos cęci nati.

Si nõ eſſet hic à Deo, nõ poterat facere quicquã.

Reſponderunt & dixerunt ei: In peccatis tu natus es totus: & tu doces nos? Et eiecerunt eũ foras.

Audit Ieſus quia eiecerunt eunì foras: & inueniens eum dixit ei: Tu credis in filium Dei?

Reſpondit ille & dixit: Et quis eſt Domine, vt credam in eum?

Dixit autem ei Ieſus: & vidiſti eum: & loquens cum te, ille eſt.

At ait: Credo Domine. Et adorauit eum.

Et dixit Ieſus: In iudicium ego in mundum hunc veni: vt non videntes videant, & videntes cæci fiant.

Et audierunt ex Phariſæis hæc exiſtentes cum eo, & dixerunt ei. Num & nos cæci ſumus?

Dixit eis Ieſus: Si cęci eſſetis non haberetis peccatum, nunc vero dicitis: Quia videmus, igitur peccatum veſtrum manet.

Transl. Eraſm. Roterod.

Iterum ergo interrogabant eum & pharisæi, quomodo viſum recepiſſet. Ille autem dixit eis: Lutum mihi impoſuit ſuper oculos, & laui & video.

Dicebant ergo ex phariſæis quidam: Non eſt hic homo à Deo, quia ſabbatum non obſeruat. Alij autem dicebant, Quomodo poteſt homo peccator hæc ſigna edere? Et diſſenſio erat inter eos.

Dicunt cæco iterum: tu quid dicis de illo, quia aperuit tibi oculos tuos? Ille autem dixit: Propheta eſt.

Non crediderunt ergo Iudæi de illo, quod cæcus fuiſſet: & viſum recepiſſet, donec vocauerunt parentes eius, qui viſum recuperarat,

Et interrogauerunt eos, dicentes: Hic eſt filius veſter, quem vos dicitis cæcum natum eſſe? Quomodo ergo nunc videt?

Reſponderunt ei parentes eius, & dixerunt: Scimus quod hic eſt filius noſter & quod cæcus natus eſt,

Quomodo autem nunc videat, neſcimus: aut quis eius aperuerit oculos, nos neſcimus: ipſe ætatem habet, ipſum interrogate, ipſe de ſe loquetur.

Hæc dixerunt parentes eius, quod timerent Iudæos. Iam enim conſpirauerant Iudæi, vt ſi quis eum confiteretur eſſe Chriſtum, è ſynagoga ejceretur.

Propterea parentes eius dixerunt, ætatem habet, ipſum interrogate.

Vocauerunt ergo rurſum hominem, qui fuerat cæcus, & dixerunt ei: Da gloriam Deo. Nos ſcimus quod hic homo peccator eſt,

Reſpondit ergo ille, & dixit: An peccator ſit, neſcio: vnum ſcio, quod cæcus cum ſim nunc videam.

Dixerunt ergo illi rurſum: quid fecit tibi? Quomodo aperuit tibi oculos?

Reſpondit eis: Dixi vobis iam nec audiſtis: cur iterum vultis audire: Num & vos vultis diſcipuli eius fieri?

Conuitiati ſunt ergo ei, & dixerunt: Tu diſcipulus illius ejto nos autem Moyſi diſcipuli ſumus.

Nos ſcimus, quod Moyſi locutus eſt Deus, hunc autem neſcimus vnde ſit.

Reſpondit ille homo, & dixit eis: In hoc enim mirabile quiddam eſt, quod vos neſciatis vnde ſit, & tamen aperuit meos oculos.

Scimus autem quod peccatores Deus non audit, ſed ſi quis Dei cultor eſt, & voluntati ipſius obtemperat, hunc audit:

A ſeculo non eſt auditum, quod quis aperuerit oculos cæci nati.

Ni ſi eſſet hic à Deo, non potuiſſet facere quicquam.

Reſponderunt & dixerunt ei: In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et ejecerunt eum foras.

Audiuit Ieſus quod ejecciſſent eum foras cumq; inueniſſet eum dixit ei: Tu credis in filium Dei?

Reſpondit ille & dixit: Et quis eſt domine, vt credam in eum?

Et dixit ei: Ieſus: Et vidiſti eum, & qui loquitur tecum, ipſe eſt.

At ille ait: Credo domine, & adorauit eum.

Et dixit ei: Ieſus: In iudicium ego in hunc mundum veni: vt qui non vident, videant: & qui vident, cæci fiant.

Et audierunt quidam ex phariſæis hæc, qui cum ipſo erant, & dixerunt ei. Num & nos cæci ſumus?

Dixit eis Ieſus: Si cæci eſſetis, non haberetis peccatum. Nunc vero dicitis, videmus, idcirco peccatum veſtrum manet.

Vulgat. Editio.

CAP. X.

AMen amen dico vobis: qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro.

Qui autem intrat per ostium, pastor est ouium.

Huic ostiarius aperit: & oues vocem eius audiunt: & proprias oues vocat nominatim, & educit eas.

Et cum progrias oues emiserit, ante eas vadit: & oues illum sequuntur: quia sciunt vocem eius.

Alienum autem non sequuntur, sed fugiunt ab eo: quia non nouerunt vocem alienorum.

Hoc prouerbium dixit eis Iesus. Illi autem non cognouerunt quid loqueretur eis.

Dixit ergo iterum eis Iesus: Amen, amen dico vobis quia ego sum ostium ouium.

Omnes quotquot venerunt, fures sunt & latrones, & non audierunt eos oues.

Ego sum ostium. per me si quis introierit, saluabitur: & ingredietur & egredietur, & pastum inueniet.

Fur non venit nisi vt furetur & mactet, & perdat. Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant.

Ego sum pastor bonus. * Bonus pastor animam suam dat ouibus suis.

* Isa. 40. 11. Ezec. 34. 15 & 37. 24.

Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriè, videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit: & lupus rapit eas, & dispergit oues.

Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus.

Ego sum pastor bonus: & cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ.

*Sicut nouit me Pater, & ego agnosco Patrem: & animam meam pono pro ouibus meis.

Matt. 11. 27. Luc. 10. 22.

Et alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere: & vocem meam audient: & fiet vnum ouile, & vnus pastor.

*Isa. 53. 7

Propterea me diligit Pater: *quia ego pono animam meam, vt iterum sumam eam.

Nemo tollit eam à me: sed ego pono eam à me ipso, & potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Hoc mandatum accepi à Patre meo.

Dissensio iterum facta est inter Iudæos propter sermones hos.

Dicebant autem multi ex ipsis: Dæmonium habet, & insanit: quid eum auditis?

Alij dicebant: Hæc verba non sunt dæmonium habentis: numquid dæmonium potest cæcorum oculos aperire?

*1. Mac. 4 56. 59.

* Facta sunt autem Encænia in Hierosolymis: & hyems erat.

Et ambulabat Iesus in templo, in porticu Salomonis.

Circumdederunt ergo eum Iudæi, & dicebant ei: Quousque animam nostram tollis? si tu es Christus, dic nobis palam.

Respondit eis Iesus: Loquor vobis, & non creditis: opera quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc testimonium perhibent de me:

Sed vos non creditis: quia non estis ex ouibus meis.

Oues meæ vocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me:

Et ego vitam æternam do eis, & non peribunt in æternũ: & nõ rapiet eas quisquã de manu mea.

Transl. ex Syriac.

CAP. X.

1 *Amin amin ego dico vobis: Qui non intrat per ostiũ in caulam ouium, sed ascendit per locum alium: ipse fur est & latro.*

2 *Is vero qui intrat per ostium, pastor est ouium.*

3 *Atque huic custos ost'i (ianitor) referat ostium, & oues audiunt vocem eius: & oues suas vocat nominibus suis, & educit eas.*

4 *Quumque emiserit oues suas, præcedit eas: & oues eius sequuntur eum, quippe quæ norint vocem eius.*

5 *Extraneum vero nequaquam sequuntur oues, sed fugiunt ab eo, quia non norunt vocem extranei.*

6 *Hanc parabolam dixit eis Ieschua, Illi vero non cognouerunt quid colloqueretur eis.*

7 *Dixit autem eis iterum Ieschua: Amin amin dico vobis, ego sum ostium ouium.*

8 *Itque omnes qui venerunt, fures sunt & latrones, sed non audierunt eos oues.*

9 *Ego sum ostium, & per me si quis introierit, seruabitur, ingredieturque, ac egredietur, & pascua inuenet.*

10 *Fur non venit nisi vt furetur, ac vt trucidet, ac perdat. Ego veni vt vitam habeant, & quod abundantius est, habeant.*

11 *Ego sum pastor ille bonus. Et pastor Bonus animam suam ponit pro ouibus.*

12 *Mercenarius autem, qui non est pastor, & cuius non sunt oues, quum videt lupum venientem, deserit oues, & fugit: venit autem lupus, rapit, & dissipat ei oues.*

13 *Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non est ei cura ouium.*

14 *Ego sum pastor bonus, & agnosco meas, & agnoscor à meis.*

15 *Sicut nouit me Pater meus, & ego cognosco Patrem meum, & animam meam pono pro ouibus.*

16 *Habeo autem & oues alias quæ non sunt ex hoc ouili: eas quoque oportet me adducere, & audient vocem meam, fietque grex vnus omnium vnus pastor.*

17 *Propterea Pater meus diligit me, quia ego pono animam meam, vt iterum eam assumam.*

18 *Nemo tollit eam à me: sed ego pono eam ex mea voluntate: Possum enim eam ponere, possumque rursus eam assumere. Quia hoc mandatum accepi à patre meo.*

19 *Et factum est iterum dissidium inter Iihoudæos, propter hos sermones.*

20 *Et dicebant multi ex eis: Dæmonium habet, & insaniendo insanit: quid auditis eum?*

21 *Alij autem dicebant: Hæc verba non sunt dæmoniaci: numquid dæmonium potest oculos cæci aperire?*

Lect. in Festis Encæn.

22 * *Factum est autem festum encæniorum in Ouirschlem eratque hyems.*

23 *Et ambulabat Ieschua in templo in porticu Scelemoun.*

24 *Et cinxerunt eum Iihoudæi, dicuntque ei: Quousque tandem retines animam nostram? Si tu es Meschicho dic nobis aperte.*

25 *Respondit Ieschua, & dixit eis: Dixi vobis, neque credidistis. At opera quæ ego facio in nomine Patris mei, ipsa testantur de me.*

26 *Sed vos non creditis quia non estis ex ouibus meis quemadmodum dixi vobis.*

27 *Oues meæ vocem meam audiunt: & ego cognosco eas, ipsæque post me veniunt.*

28 *Et ego do eis vitam æternam: neque peribunt in æternum, ac nemo rapiet eas à manu mea.*

Transl. B. Ariæ Mont.

CAP. X.

AMen amen dico vobis, non intrans per ostiũ in ouile ouium, sed ascendens aliunde, ille fur est & latro.

Ille vero intrans per ostium, pastor est ouium.

Huic ostiarius aperit: & oues vocem eius audiunt: & proprias oues vocat iuxta nomen, & educit eas.

Et cum progrias oues emiserit, ante eas vadit: & oues illum sequuntur: quia sciunt vocem eius.

Alienum autem non sequentur, sed fugient ab eo: quia non nouerunt alienorum vocem.

Hoc prouerbium dixit eis Iesus. Illi autem non cognouerunt quænam essent quæ loquebatur eis.

Dixit ergo iterum eis Iesus: Amen, amen dico vobis, quia ego sum ostium ouium.

Omnes quotquot venerunt, fures sunt & latrones: sed non audierunt eos oues.

Ego sum ostium. per me si quis introierit, saluabitur: & ingredietur & egredietur, & pastum inuenet.

Fur non venit si non vt furetur & mactet, & perdat. Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant.

Ego sum pastor pulcher. Pastor pulcher animam suam ponit pro ouibus.

Mercenarius autem & non existens pastor, cuius non sunt oues propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit: & lupus rapit eas, & dispergit oues.

At mercenarius fugit, quia mercenarius est: & non cura est ei de ouibus.

Ego sum pastor pulcher, & cognosco meas, & cognoscor à meis.

Sicut nouit me Pater, & ego agnosco Patrem: & animam meam pono pro ouibus.

Et alias oues habeo quæ non sunt ex caula hac: & illas me oportet adducere: & vocem meam audient: & fiet vnum ouile, vnus pastor.

Propter hoc Pater me diligit, quia ego pono animam meam, vt iterum sumam eam.

Nemo tollit eam à me: sed ego pono eam à me ipso, potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Hoc mandatum accepi à Patre meo.

Dissensio igitur iterum facta est in Iudæis propter sermones hos.

Dicebant autem multi ex ipsis: Dæmonium habet, & insanit: quid eum auditis?

Alij dicebant: Hæc verba non sunt dæmoniaci: Num dæmonium potest cæcorum oculos aperire?

Facta sunt autem Encænia in Hierosolymis: & hyems erat.

Et ambulabat Iesus in templo, in porticu Salomonis.

Circumdederunt ergo eum Iudæi, & dicebant ei: Quousque animam nostram tollis? si tu es Christus, dic nobis palam.

Respondit eis Iesus: Dixi vobis, & non creditis: opera quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc testantur de me:

Sed vos non creditis: non enim estis ex ouibus meis, sicut dixi vobis.

Oues meæ vocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me.

Et ego vitam æternam do eis, & non peribunt in æternum: & non rapiet quisquam eas de manu mea.

Transl. Erasm. Roterod.

CAP. X.

AMen amen dico vobis: Qui non intrat per ostium in stabulum ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro:

Qui autem intrat per ostium, pastor est ouium.

Huic ostiarius aperit, & oues vocem eius audiunt. Et proprias oues vocat nominatim, & educit eas.

Et cum proprias oues emiserit, ante eas vadit, & oues illum sequuntur, quia nouerunt vocem eius.

Alienum autem non sequentur, sed effugient ab eo, quia non nouerunt vocem alienorum.

Hoc prouerbium dixit eis Iesus, Illi autem non cognouerunt, quæ essent quæ loqueretur eis.

Dixit ergo eis iterum Iesus: amen Amen dico vobis, Ego sum ostium ouium.

Omnes quotquot ante me venerunt, fures sunt & latrones, sed non audierunt eos oues.

Ego sum ostium, per me si quis introierit, seruabitur, & ingredietur, & egredietur, & pascua inuenet.

Fur non venit nisi vt furetur & mactet, ac perdat. Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant.

Ego sum pastor ille bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus.

Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oues propria, videt lupum venientem ac deserit oues, fugitq;, & lupus rapit ac dispergit oues.

Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & oues non sunt illi curæ.

Ego sum pastor ille bonus, & cognosco oues meas, & cognoscor à meis.

Sicut nouit me pater, ita & ego noui patrem, & animam meam pono pro ouibus.

Et alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili: illas quoque oportet me adducere, & vocem meam audient: & fiet vnum ouile, vnus pastor.

Propterea me pater diligit, quia ego pono animam meam, vt iterum sumam eam.

Nemo tollit eam à me, sed ego pono eam à meipso. Potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo rursus sumendi eam. Hoc mandatum accepi à patre meo.

Dissensio igitur iterum facta est inter Iudæos, propter sermones hos.

Dicebant autem multi ex ipsis: Dæmonium habet, & insanit: quid eum auditis?

Alij dicebant: Hæc verba non sunt dæmonium habentis. Num dæmonium potest cæcorum oculos aperire?

Facta sunt autem encænia Hierosolymis, & hyems erat.

Et ambulabat Iesus in templo in porticu Salomonis.

Circundederunt ergo eum Iudæi, & dicebant ei: Quousque animam nostram suspendis? Si tu es Christus, dic nobis ingenue.

Respondit eis Iesus: Dixi vobis, nec creditis. Opera quæ ego facio nomine patris mei, hæc testimonium reddunt de me.

Sed vos non creditis, quia non estis ex ouibus meis, quemadmodum dicebam vobis:

Oues meæ vocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me.

Et ego vitam æternam do eis, nec peribunt in æternum, neque rapiet eas quisquam de manu mea.

Vulgat. Editio.

Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus est, & nemo potest rapere de manu Patris mei.

Ego, & Pater vnum sumus.

Sustulerunt ergo lapides Iudæi, vt lapidarent eum.

Respondit eis Iesus: Multa bona opera ostendi vobis ex Patre meo, propter quod eorum opus me lapidatis?

Responderunt ei Iudæi: De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia: & quia tu homo cum sis, facis teipsum Deum.

Respondit eis Iesus: Nonne scriptum est in lege vestra: *Quia ego dixi, dii estis?

Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est, & non potest solui scriptura:

Quem Pater sanctificauit, & misit in mundum, vos diciris: Quia blasphemas: quia dixi, Filius Dei sum?

Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi.

Si autē facio: & si mihi non vultis credere, operibus credite, vt cognoscatis, & credatis quia Pater in me est, & ego in Patre.

Quærebant ergo eum apprehendere: & exiuit de manibus eorum.

Et abiit iterum trans Iordanem in eum locum, vbi erat Ioannes baptizans primum, & mānsit illic:

Et multi venerunt ad eum, & dicebant: Quia Ioannes quidem signum fecit nullum.

Omnia autem quæcumque dixit Ioannes de hoc, vera erant. Et multi crediderunt in eum.

Transl. ex Syriac.

Pater enim meus qui dedit mihi, omnibus maior est nullusque potest è manu Patris mei rapere.

Ego & Pater meus vnum sumus.

Et sustulerunt rursus Iehoudæi lapides, vt obruerent eum.

Dixit eis Ieschua: Multa opera præclara à Patre meo ostendi vobis, propter quodnam operum illorum lapidatis me?

Dicunt ei Iehoudæi: Non propter bona opera lapidibus petimus te, sed quoniam blasphemas: & quum tu sis homo, facis teipsum Deum.

Dixit eis Ieschua: Nonne ita scriptum est in lege vestra: Ego dixi, dij estis.

Si eos dixit deos, propterea quod ad eos factus est sermo Dei, & non potest scriptura solui.

Quem Pater sanctificauit, & misit in mundum, dicitis ei: Tu blasphemas, quia dixi vobis me esse Filium Dei?

Quod si non facio opera Patris mei, ne credatis mihi.

Sin autem facio, etiamsi mihi non credatis, illis operibus credite, vt scíatis & credatis Patrem meum in me esse, meque in patre meo.

Et studebant iterum prehendere eum: at euasit ex eorum manibus.

Et abiit trans Iourdenon in eum locum vbi fuerat Iouchanon prius dum baptizaret: fuitque illic:

Venicbant autem homines quam plurimi ad eum, & dicebant: Iouchanon ne vnum quidem signum edidisse:

Quæcumque autem Iouchanon dixerat de viro isto, vera esse. Multique crediderunt in eum.

CAP. XI.

ERat autem quidam languens Lazarus à Bethania, de castello Mariæ, & Marthæ sororis eius.

(Mariam autem erat, *quæ vnxit Dominum vnguento, & exterfit pedes eius capillis suis: cuius frater Lazarus infirmabatur.)

Miserunt ergo sorores eius ad eum dicentes: Domine ecce quem amas infirmatur.

Audiens autem Iesus dixit eis: Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei, vt glorificetur Filius Dei per eam.

Diligebat autem Iesus Marthan, & sororem eius Mariam, & Lazarum.

Vt ergo audiuit quia infirmabatur, tunc quidem mansit in eodem loco duobus diebus.

Deinde post hæc dixit discipulis suis: Eamus in Iudæam iterum.

Dicunt ei discipuli: Rabbi, nunc quærebant te Iudæi lapidare, & iterum vadis illuc?

Respondit Iesus: Nonne duodecim sunt horæ diei? Si quis ambulauerit in die, non offendit, quia lucem huius mundi videt:

Si autem ambulauerit in nocte, offendit, quia lux non est in eo.

Hæc ait, & post hæc dicit eis: Lazarus amicus noster dormit: sed vado vt à somno excitem eum.

Dixerunt ergo discipuli eius: Domine, si dormit saluus erit.

Dixerat autem Iesus de morte eius: illi autem putauerant quod de dormitione somni diceret.

Tunc ergo Iesus dixit eis manifeste: Lazarus mortuus est:

Et gaudeo propter vos, vt credatis, quoniam non eram ibi, sed eamus ad eum.

CAP. XI.

ERat autem quidam, qui morbo detinebatur, Loozar, ex Beth-Anio (domo afflictionis,) pago frater Mariam & Morthe.

Porrò ista Mariam ea erat, quæ vnxit aromate pedes ipsius Ieschua, abstersitque capillis suis: erat frater ipsius Loozar qui morbo laborabat.

Miserunt autē ambæ sorores eius ad Ieschua, & dicunt: Domine noster, ecce is quem tu dilegis, valetudine laborat.

Ieschua vero dixit: Iste morbus letalis non est, sed pro gloria Dei vt glorificetur filius Dei propter eum.

Diligebat autem ipse Ieschua Morthe, & Mariam & Loozar.

Quumque audisset eum ægrotare, mansit in eo loco vbi erat, duos dies.

Postea vero dixit discipulis suis: Venite, eamus rursum in Iehoudæam.

Dicunt ei discipuli eius: Magister noster, modo Iehoudæi quærebant te lapidibus obruere, & rursum illuc abis?

Dixit eis Ieschua: Nonne sunt hora duodecim in die? & si quis ambulauerit interdiu non impingit, quippe qui videat lucem mundi huius.

Si quis vero noctu ambulauerit impingit, quippe cui lux non adsit.

Hæc dixit Ieschua: & postea subdit eis: Loozar amicus noster dormit, sed proficiscor eum excitaturus.

Dicunt ei discipuli eius: Domine noster, si dormit benè valebit.

Hoc autem Ieschua dixerat de morte illius: at illi putauerunt de dormitione somni ipsum dixisse.

Tunc dixit eis Ieschua explicatè, Loozar mortuus est.

Et gaudeo me illic non fuisse propter vos, vt credatis, sed illuc proficiscamini.

Ad obi[illegible] Q. [illegible] gesima

Matt. 26. 7 Luc. 2. 3. Luc. 7. 37.

Transl. B Ariæ. Mont.

Pater meus qui dedit mihi, maior omnibus est: & nemo potest rapere de manu Patris mei.
Ego & Pater vnum sumus.
Sustulerunt ergo iterum lapides Iudæi, vt lapidarent eum.
Respondit eis Iesus: Multa pulchra opera ostendi vobis ex Patre meo propter quod eorum opus lapidatis me?
Responderunt ei Iudæi, dicentes: De pulchro opere non lapidamus te, sed de blasphemia: & quia tu nemo existens, facis teipsum Deum.
Respondit eis Iesus: Non est scriptum in lege vestra: Ego dixi, dij estis?
Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est, & non potest solui scriptura:
Quem Pater sanctificauit & misit in mundum, vos dicitis: Quia blasphemas: quia dixi, Filius Dei sum?
Si non facio opera Patris mei, ne credite mihi:

Si autem facio, & si mihi non credatis, operibus credite: vt cognoscatis & credatis quia in me Pater, & ego in eo.
Quærebant ergo rursum eum apprehendere: & exiuit ex manu eorum.
Et abiit iterum trans Iordanem in locũ vbi erat Ioannes primum baptizans: & mansit illic.
Et multi venerunt ad eum, & dicebant: Quia Ioannes quidem signum fecit nullum.

Omnia autem quæcunque dixit Ioannes de hoc, vera erant. Et crediderunt multi illic in eum,

CAP. XI.

ERat autem quidam languens Lazarus à Bethania, ex vico Mariæ & Marthæ sororis eius.

Erat autem Maria vngens Dominum vnguento, & extergens pedes eius capillis suis, cuius frater Lazarus infirmabatur.
Miserunt ergo sorores ad eum, dicentes: Domine, ecce quem amas infirmatur.
Audiens autem Iesus, dixit: Hæc infirmitas non est ad mortem, sed pro gloria Dei: vt glorificetur filius Dei per eam.
Diligebat autem Iesus Martham, & sororem eius & Lazarum.
Vt ergo audiuit quia infirmabatur, tunc quidem mansit in quo erat loco duos dies.
Deinde post hoc dicit discipulis suis: Eamus in Iudæam iterum.
Dicunt ei discipuli: Rabbi, nunc quærebant te lapidare Iudæi: & iterum vadis illuc?
Respondit Iesus: Nonne duodecim horæ sunt diei? Si quis ambulauerit in die, non offendit: quia lucem mundi huius videt.
Si autem quis ambulauerit in nocte, offendit: quia lux non est in eo.
Hæc ait, & post hoc dicit eis: Lazarus amicus noster dormit: sed vado vt à somno excitem eum.
Dixerunt ergo discipuli eius: Domine, si dormit, seruabitur.
Dixerat autem Iesus de morte eius: Illi autem putauerunt quia de dormitione somni diceret.
Tunc ergo dixit eis Iesus manifeste, Lazarus mortuus est.
Et gaudeo propter vos, vt credatis, quoniam non eram ibi: sed eamus ad eum.

Transl. Erasm. Roterod.

Pater meus qui dedit mihi, maior omnibus est, & nemo potest rapere de manu patris mei.
Ego & pater vnum sumus.
Sustulerunt ergo rursum lapides Iudæi, vt lapidarent eum.
Respondit eis Iesus: Multa bona opera ostendi vobis ex patre meo, propter quod eorum operum me lapidatis?
Responderunt ei Iudæi, dicentes: Ob bonum opus non lapidamus te, sed ob blasphemiam: & quia tu homo cum sis, facis teipsum Deum.
Respondit eis Iesus: Nonne scriptum est in lege vestra, ego dixi, dij estis?
Si illos dixit deos, ad quos sermo Dei factus est, & non potest solui scriptura,
Quem pater sanctificauit & misit in mundum, vos dicitis me blasphemare quia dixerim, filius Dei sum?
Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi.

Sin vero facio, & si mihi non credatis, operibus credite, vt cognoscatis & credatis, quod pater in me, & ego in eo.
Quærebant iterum eum apprehendere, & exiuit de manu eorum,
Et abyt iterum trans Iordanem in eum locum, vbi fuerat Ioannes baptizans primum, mansitq; illic.
Et multi venerunt ad eum, ac dicebant: Iohannes quidem signum edidit nullum.

Omnia autem quæcunque dixit Iohannes de hoc, vera erant, & crediderunt multi illic in eum.

CAP. XI.

AEgrotabat autem quidam nomine Lazarus Bethanienſis à caſtello Mariæ & Martha huius ſororis.
Maria autem erat ea quæ vnxit dominum vnguento, & exterſit pedes eius capillis ſuis, cuius frater Lazarus ægrotabat.
Miſerunt ergo ſorores eius ad eum, dicentes: Domine, ecce quem amas, ægrotat.
Audiens autem Ieſus, dixit: Infirmitas hæc non eſt ad mortem, ſed pro gloria Dei, vt glorificetur filius Dei per eam.
Diligebat autem Ieſus Martham & ſororem eius & Lazarum.
Vt ergo audiuit quod ægrotaret, tum quidem temporis manſit in eodem loco duobus diebus.
Deinde poſt hoc dicit diſcipulis: Eamus in Iudæam iterum.
Dicunt ei diſcipuli: Rabbi, modo quærebant te Iudæi lapidare, & iterum vadis illuc?
Reſpondit Ieſus: Nonne duodecim ſunt horæ diei? Si quis ambulauerit in die, non offendit: quia lucem huius mundi videt.
Si quis autem ambulauerit in nocte, offendit: quia lux non eſt in eo.
Hæc ait, & poſt hæc dicit eis: Lazarus amicus noſter dormit, ſed vado vt à ſomno excitem eum.
Dixerunt ergo diſcipuli eius: Domine, ſi dormit, ſaluus erit:
Dixerat autem Ieſus de morte eius, at illi putauerunt, quod de dormitione ſomni diceret.
Tunc ergo Ieſus dixit eis manifeſte: Lazarus mortuus eſt,
Et gaudeo propter vos, vt credatis, quod non fuerim ibi. Sed eamus ad eum.

Vulgat. Editio.

Dixit ergo Thomas, qui dicitur Didymus, ad condiſcipulos: Eamus & nos, vt moriamur cũ eo.

Venit itaque Ieſus: & inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentem.

(Erat autem Bethania iuxta Hieroſolymam quaſi ſtadiis quindecim.)

Multi autem ex Iudæis venerant ad Martham & Mariam, vt conſolarentur eas de fratre ſuo.

Martha ergo vt audiuit quia Ieſus venit, occurrit illi. Maria autem domi ſedebat.

Dixit ergo Martha ad Ieſum: Domine, ſi fuiſſes hic, frater meus non fuiſſet mortuus:

Sed & nunc ſcio quia quæcumque poposceris à Deo, dabit tibi Deus.

Dicit illi Ieſus: Reſurget frater tuus.

* Sup. 5 29. Luc. 14. 24. Dicit ei Martha: ſcio quia reſurget *in reſurrectione in nouiſſimo die.

Dixit ei Ieſus: Ego ſum reſurrectio, & vita: *qui credit in me, etiam ſi mortuus fuerit, viuet:

Et omnis, qui viuit, & credit in me, non morietur in æternum. Credis hoc?

Ait illi: Vtiq; Dñe. ego credidi, quia tu es Chriſtus Filius Dei viui, qui in hunc mundum veniſti.

Et cùm hæc dixiſſet, abiit, & vocauit Mariam ſororem ſuam ſilentio, dicens: Magiſter adeſt, & vocat te.

Illa vt audiuit, ſurgit cito, & venit ad eum:

Nondum enim venerat Ieſus in caſtellum: ſed erat adhuc in illo loco, vbi occurrerat ei Martha.

Iudæi ergo, qui erant cum ea in domo & conſolabantur eam, cum vidiſſent Mariam quia cito ſurrexit, & exiit ſecuti ſunt eam, dicentes. Quia vadit ad monumentum, vt ploret ibi.

Maria ergo, cum veniſſet vbi erat Ieſus, videns eum, cecidit ad pedes eius, & dicit ei: Domine, ſi fuiſſes hic, non fuiſſet mortuus frater meus.

Ieſus ergo, vt vidit eam plorantem, & Iudæos, qui venerant cum ea, plorantes, infremuit ſpiritu, & turbauit ſeipſum.

Et dixit: Vbi poſuiſtis eum? Dicunt ei: Domine, veni, & vide.

Et lachrymatus eſt Ieſus.

Dixerunt ergo Iudæi: Ecce quomodo amabat eum.

* Sup. 9. 6 Quidam autem ex ipſis dixerunt: * Non poterat hic qui aperuit oculos cæci nati, facere vt hic non moreretur?

Ieſus ergo rurſum fremens in ſemetipſo, venit ad monumentum: erat autem ſpelunca, & lapis ſuperpoſitus erat ei.

Ait Ieſus: Tollite lapidem. Dicit Martha ſoror eius qui mortuus fuerat: Domine, iam fœtet, quatriduanus eſt enim.

Dicit ei Ieſus: Nonne tibi dixi, quoniam ſi credideris, videbis gloriam Dei?

Tulerunt ergo lapidem. Ieſus autem eleuatis ſurſum oculis, dixit: Pater gratias ago tibi quoniam audiſti me.

Ego autem ſciebam quia ſemper me audis, ſed propter populum, qui circumſtat, dixi: vt credant quia tu me miſiſti.

Hæc cum dixiſſet, voce magna clamauit: Lazare veni foras.

Et ſtatim prodiit qui fuerat mortuus, ligatus pedes, & manus inſtitis, & facies illius ſudario erat ligata. Dixit eis Ieſus: ſoluite eum, & ſinite abire.

Tranſl. ex Syriac.

16 *Ait Thouma, qui dicitur Gemellus, diſcipulis ſociis ſuis: Eamus & nos, vt moriamur cum eo.*

17 *Venit autem Ieſchua in Beth-Anio, (domum afflictionis) & inuenit eum iam quartum diem agere in domo ſepulchri (momento.)*

18 *Erat autem Beth-Anio iuxta tumulum Ouriſchlem diſtans ab ea quaſi ſtadiis quindecim.*

19 *Et multi ex Ithoudæis venerant ad Mortho & Mariam, vt lenirent corda earum propter ipſarum fratrem.*

20 *Mortho autem vt audiuit Ieſchua venire, exiit ei obuiam: Mariam vero domi ſedebat.*

21 *Et dixit Mortho ipſi Ieſchua: Domine mi, ſi hic fuiſſes, mortuus non fuiſſet frater meus.*

22 *Sed & nunc ſcio fore, vt quæcumque petieris à Deo, det tibi.*

23 *Dixi ei Ieſchua: Surrecturus eſt frater tuus.*

24 *Dixit ei Mortho: Scio reſurrecturum in conſolatione (reſurrectione) ille illo nouiſſimo.*

25 *Dixit ei Ieſchua: Ego ſum conſolatio (reſurrectio) & vita: & qui crediderit in me, etiam ſi mortuus fuerit, viuet.*

26 *Porro quiſquis viuit & credit in me, in æternum non morietur. Credis hoc?*

27 *Dixit ei: Etiam Domine mi, ego credo te eſſe Meſchicho Filium Dei, qui venturus erat in mundum.*

28 *Quumque hæc dixiſſet, abiit vocatum Mariam ſororem ſuam clanculum, & dixit ei: Magiſter noſter venit, & vocat te.*

29 *Mariam autem cum audiiſſet, ſurrexit cito, & venebat ad eum.*

30 *Ipſe vero Ieſchua nondum venerat in pagum: ſed erat in eo ipſo loco vbi occurrerat ei Mortho.*

31 *Quinetiam illi Ithoudæi, qui erant cum ea domi, & conſolabantur eam, vt viderant Mariam cito ſurrexiſſe & exiſſe, abierunt poſt eam. Arbitrabantur enim eam abiiſſe ad monumentum vt fleret.*

32 *Ipſa vero Mariam quum veniſſet vbi erat Ieſchua, vt viait eum procidit ad pedes eius, & dixit ei: Si hic fuiſſes Domine mi, mortuus non fuiſſet frater meus.*

33 *Ieſchua vero quum vidiſſet eum flentem, & Ithoudæos illos qui venerant cum ea flentes, infremuit ſpiritu ſuo, & turbauit ſeipſum.*

34 *Et dixit: Vbi poſuiſtis eum: Et dicunt ei: Domine noſter, veni, vide.*

35 *Et obuenerunt lachrymæ ipſi Ieſchua.*

36 *Itaque dicebant Ithoudæi: Videte quantum amabat eum.*

37 *Quidam autem ex ipſis dixerunt: Non poterat hic qui aperuit oculos cæci illius efficere, vt & iſte non moreretur?*

38 *Ieſchua vero cum infremuiſſet intra ſemetipſum, tum venit ad monumentum: erat autem ſpelunca, & lapis erat eius impoſitus oſtio.*

39 *Et dixit Ieſchua: Tollite lapidem hunc. Dixit ei Mortho ſoror ipſius mortui: Domine mi, iam fœtet, quatuor enim dierum eſt.*

40 *Dixit ei Ieſchua: Nonne dixi tibi ſi credideris, fore vt videas gloriam Dei?*

41 *Proinde ſuſtulerunt lapidem illum. Et ipſe Ieſchua eleuauit oculos ſuos ſurſum, & ait: Pater, gratias ago tibi quod me audieris.*

42 *Ego vero ſciebam me ſemper à te exauditum iri, ſed propter hanc turbam adſtantem hæc dixi: vt credant me à te miſſum eſſe.*

43 *Quumque hæc dixiſſet, clamauit alta voce: Loozar veni foras.*

44 *Et exiit mortuus ille manus, & pedes vinctus faſciis, vultumque ſudario. Dixit eis Ieſchua: Soluite eum, & ſinite abire.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Dixit ergo Thomas ille dictus Didymus, condiscipulis: Eamus & nos, vt moriamur cum eo.

Veniens igitur Iesus, inuenit eum quatuor dies iam habentem in monumento.

Erat autem Bethania iuxta Hierosolymam quasi à stadijs quindecim.

Et multi ex Iudæis venerãt ad eas quæ circa Martham & Mariã vt consolarentur eas de fratre suo.

Ergo Martha vt audiuit quia Iesus venit, occurrit illi: Maria autem in domo sedebat.

Dixit ergo Martha ad Iesum: Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus:

Sed & nunc scio quia quæcunque poposcris Deum, dabit tibi Deus.

Dicit illi Iesus: Resurget frater tuus.

Dicit ei Martha: Scio quia resurget in resurrectione in nouissimo die.

Dixit ei Iesus: Ego sum resurrectio, & vita credens in me, etiam si mortuus fuerit, viuet:

Et omnis viuens & credens in me, non morietur in æternum. Credis hoc?

Ait illi: Vtique Domine: ego credidi, quia tu es Christus Filius Dei in hunc mundum veniens.

Et hæc locuta, abiit: & vocauit Mariam sororem suam silentio, dicens: Magister adest, & vocat te.

Illa vt audiuit, surgit cito, & venit ad eum:

Nondum autem venerat Iesus in vicum: sed erat in loco vbi occurrerat ei Martha.

Ergo Iudæi existentes cum ea in domo, & consolantes eam, videntes Mariam quia cito surrexit & exiit, secuti sunt eam, dicentes: Quia vadit ad monumentum, vt ploret ibi.

Ergo Maria cum venisset vbi erat Iesus, videns eum, cecidit eius ad pedes, dicens ei: Domine, si fuisses hic, non esset mortuus meus frater.

Iesus ergo, vt vidit eam plorantem, & simul venientes ipsi Iudæos plorantes, infremuit spiritu, & turbauit seipsum:

Et dixit: Vbi posuistis eum? Dicunt ei: Domine, veni, & vide.

Et Lachrymatus est Iesus.

Dixerunt ergo Iudæi: Ecce quomodo amabat eum.

Quidam autem ex ipsis dixerunt: Non poterat hic aperiens oculos cæci, facere vt & hic non moreretur?

Iesus ergo rursum infremens in semetipso, venit ad monumentum. erat autem spelunca, & lapis superpositus erat super ea:

Ait Iesus: Tollite lapidem: dicit ei soror mortui Martha: Domine, iã fœtet, quatriduanus enim est.

Dicit ei Iesus: Non dixi tibi, quoniam si crediderís, videbis gloriam Dei?

Tulerunt ergo lapidem vbi erat mortuus. at Iesus extulit oculos sursum, & dixit: Pater gratias ago tibi quoniam audisti me.

Ego autem sciebam quia semper me audis: sed Propter turbam circumstantem dixi: vt credant quia tu me misisti.

Et hæc dicens voce magna clamauit, Lazare, veni foras.

Et exiit mortuus, ligatus pedes, & manus fasciis & facies illius sudario obuincta erat. Dixit eis Iesus: Soluite eum & finite abire.

Transl. Erasm. Roterod.

16 *Dixit ergo Thomas qui dicitur Didymus, ad discipulos: Eamus & nos, vt moriamur cum eo.*

17 *Venit itaque Iesus, & inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentem.*

18 *Erat autem Bethania iuxta Hierosolymam ferè stadiis quindecim.*

19 *Multiq; ex Iudæis venerant ad Martham ac Mariam vt consolarentur eas de fratre suo.*

20 *Martha ergo vt audiuit quod Iesus veniisset, occurrit illi: Mariam vero domi sedebat.*

21 *Dixit ergo Martha ad Iesum: Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus.*

22 *Sed & nunc scio, quod quæcunque poposcris à Deo, daturus sit tibi Deus.*

23 *Dicit illi Iesus: Resurget frater tuus.*

24 *Dicit ei Martha: noui quod resurget in resurrectione in nouissimo die.*

25 *Dicit ei Iesus: Ego sum resurrectio & vita, Qui crederit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet.*

26 *Et omnis qui viuit & credit in me, non morietur in æternum. Credis hoc?*

27 *Ait illi: Etiam Domine. Ego credo, quod tu sis Christus filius Dei, qui in mundum venturus erat.*

28 *Et cum hæc dixisset, abiit & vocauit Mariam sororem suam clanculum dicens: Magister adest, & vocat te.*

29 *Illa vt audiuit, surgit cito, & venit ad eum.*

30 *Nondum autem venerat Iesus in castellum. sed erat in eo loco, vbi occurrerat ei Martha.*

31 *Iudæi ergo qui erant cum ea in domo & consolabantur eam, cum vidissent Mariam, quod cito surrexisset, & exiisset, secuti sunt eam, dicentes, Vadit ad monumentum vt ploret ibi.*

32 *Maria ergo cum veniisset eo, vbi erat Iesus, videns eum, accidit ad pedes eius, & dicit ei: Domine si fuisses hic non esset mortuus frater meus.*

33 *Iesus ergo vt vidit eam plorantem, & Iudæos qui venerant cum ea plorantes, infremuit spiritu & turbauit seipsum.*

34 *Et dixit: Vbi posuistis eum? Dicunt ei: Domine veni, & vide.*

35 *Lachrymatus est Iesus.*

36 *Dixerunt ergo Iudæi: Ecce quomodo amabat eum.*

37 *Quidam autem ex ipsis dixerunt: Non potuit hic qui aperuit oculos cæci facere, vt & hic non moreretur?*

38 *Iesus ergo rursum fremens in semetipso, venit ad monumentum. Erat autem spelunca, & lapis impositus erat ei:*

39 *Ait Iesus: Tollite lapidem. Dicit ei mortui soror Martha Domine, iam olet quatriduanus est enim.*

40 *Dicit ei Iesus: Nonne dixi tibi, quod si credideris, visura esses gloriam Dei?*

41 *Sustulerunt ergo lapidem à loco, vbi is qui mortuus fuerat, erat positus. Iesus autem tulit sursum oculos, & dixit: Pater, gratias ago tibi, quoniam audisti me.*

42 *Ego autem sciebam, quod semper me audis, sed propter turbam quæ circumstat dixi: vt credant quod tu me miseris.*

43 *Atque hæc cum dixisset, voce magna clamauit: Lazare veni foras.*

44 *Et exiit qui fuerat mortuus, manus & pedes habens reuinctos fasciis sepulchralibus, & facies illius sudario erat obuincta. Dicit eis Iesus: Soluite eum, & finite abire.*

Vulgat. Editio.

Multi ergo ex Iudæis, qui venerant ad Mariam & Martham & viderant quæ fecit Iesus, crediderunt in eum.

Quidam autem ex ipsis abierunt ad Pharisæos: & dixerunt eis quæ fecit Iesus.

Collegerunt ergo Pontifices & Pharisæi concilium, & dicebant: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit?

Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum: & venient Romani, & tollent nostrum locum, & gentem.

*Luc.3.2. *Vnus autem ex ipsis Caiphas nomine, cum esset Pontifex anni illius dixit eis: Vos nescitis quidquam,

Nec cogitatis, quia expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat.

Hoc autem à semetipso non dixit: sed cum esset Pontifex anni illius, prophetauit, quod Iesus moriturus erat pro gente.

Et non tantum pro gente, sed vt filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum.

Ab illo ergo die cogitauerunt vt interficerent eum.

Iesus autem iam non in palam ambulabat apud Iudæos, sed abiit in regionem iuxta desertum, in ciuitatem quæ dicitur Ephrem, & ibi morabatur cum discipulis suis.

Proximum autem erat Pascha Iudæorum: & ascenderunt multi Ierosolymam de regione ante Pascha, vt sanctificarent seipsos.

Quærebant ergo Iesum, & colloquebantur ad inuicem, in templo stantes: Quid putatis, quia non venit ad diem festum?

Dederant autem Pontifices, & Pharisæi mandatum, vt si quis cognouerit vbi sit, indicet, vt apprehendant eum.

CAP. XII.

*Mat.26.6. Mar.14.3 IEsus ergo ante sex dies Paschæ venit Bethaniam, vbi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitauit Iesus.

Fecerunt autem ei cœnam ibi, & Martha ministrabat: Lazarus vero vnus erat ex discumbentibus cum eo.

Maria ergo accepit libram vnguenti nardi pistici pretiosi, & vnxit pedes Iesu, & extersit pedes eius capillis suis: & domus impleta est ex odore vnguenti.

Dixit ergo vnus ex discipulis eius, Iudas Iscariotes, qui erat eum traditurus.

Quare hoc vnguentum non veniit trecentis denariis, & datum est egenis?

Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat, & loculos habens, ea, quæ mittebantur, portabat.

Dixit ergo Iesus: Sinite illam vt in diem sepulturæ meæ seruet illud.

Pauperes enim semper habetis vobiscum: me autem non semper habetis.

Cognouit ergo turba multa ex Iudæis quia illic est, & venerunt, non propter Iesum tantum, sed vt Lazarum viderent, quem suscitauit à mortuis.

Cogitauerunt autem Principes sacerdotum vt & Lazarum interficerent:

Quia multi propter illum abibant ex Iudæis, & credebant in Iesum.

In crastinum ergo turba multa, quæ venerat

Transl. ex Syriac.

45 *Itaque multi ex Iihoudæis, qui venerunt ad Mariam, quum vidissent, quod fecerat Ieschua, crediderunt in eum.*

46 *Quidam autem ex eis profecti sunt ad Perischæos: & dixerunt eis quicquid fecerat Ieschua.*

47 ** Et congregati sunt Principes sacerdotum, & Perischæi, & dicebant. Quid agemus? nam vir iste signa multa edit.* Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. Ioan. 11.

48 *Quòd si ita sinamus eum, omnes homines credent in eum: venientque Romani, tollent locum nostrum, ac gentem nostram.*

49 *Vnus autem ex eis cuius nomen est Kaiopho, erat Summus sacerdos anni istius, & dixit eis: Vos nihil scitis,*

50 *Neque cogitatis expedire nobis vt vnus homo moriatur pro populo, & tota gens non pereat.*

51 *Hoc autem ex propria voluntate non dixit: sed quia erat Summus sacerdos anni illius, vaticinatus est fore vt Ieschua pro gente moreretur.*

52 *Nec tantum pro illa gente, sed etiam vt filios Dei, qui dispersi sunt, congregaret vna.*

53 *Itaque ab illa die machinabantur vt interficerent eum.*

54 *Ipse vero Ieschua non ambulabat palàm inter Iihoudæos, sed profectus est illinc in regionem quæ est prope desertum, in urbem quæ vocatur Ephrem, & illic versabatur cum discipulis suis.*

55 *Prope autem erat Pezcho (hilaricas) Iihoudæorum: & ascenderunt multi ex vicis ad Ourischlem ante Iesum, vt purificarent seipsos.* Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. Ioan. 13.

56 *Et quærebant ipsum Ieschua: & dicebant alius ad alium in templo: Quia putatis? non venturum esse ad festum?*

57 *Principes autem sacerdotum, & Perischæi præceperant vt si quis nosset vbi esset, indicaret eis vt prenderent eum.*

CAP. XII.

1 *IEschua vero sex ante Pezcho diebus venit Beth-Anioth erat Loozar ille, quem suscitauerat a mortuis Ieschua.*

2 *Et fecerunt ei illic cœnam, & Martha ministrabat: Loozar autem vnus ex discumbentibus erat cum eo.*

3 *Mariam autem accepit alabastrum aromatis nardi præstantissimæ multi pretij, & vnxit pedes Ieschua, extersitque capillis suis: & impleta est domus odore aromatis.*

4 *Et dixit Iihoudo Scarioutho vnus ex discipulis eius, & qui eum erat proditurus.*

5 *Quare non venit vnguentum illud trecentis denarijs, & datum est pauperibus?*

6 *Hoc autem dixit non quòd de pauperibus curam haberet; sed quia fur erat, & marsupium haberet, & quicquid conijciebatur in illud, ipse portabat.*

7 *Dixit autem Ieschua: Omitte eam, in diem sepulturæ meæ seruauit illud.*

8 *Semper enim pauperes habebitis vobiscum, me verò non semper habebitis.*

9 *Etaudierunt cœtus multi ex Iihoudæis illic esse Ieschua: venerunteque non tantum propter Ieschua, sed etiam vt viderent Loozar illum, quem excitauerat à mortuis.*

10 *Et consilium inierant Principes sacerdotum, vt & Loozar interficerent.*

11 *Siquidem plurimi ex Iihoudæis propter eum abibant, & credebant in Ieschua.*

12 *Caterum postero die turba illa multa, quæ venerat* Dominicæ, sunday

Transl. B. Ariæ Mont.

Multi ergo ex Iudæis venientes ad Mariam, & 45
ſpectantes quæcumque fecit Ieſus, crediderunt
in eum.
Quidam autem ex ipſis abierunt ad Phariſæos, 46
& dixerunt eis quæ fecit Ieſus.
Collegerunt ergo principes Sacerdotũ & Phariſæi 47
concilium, & dicebant: Quid facimus, quia hic
homo multa ſigna facit.
Si dimittimus eum ſic, omnes credent in eum: 48
& venient Romani, & tollent noſtrum locum &
gentem.
Vnus autem quidam ex ipſis Caiphas prin- 49
ceps Sacerdotum exiſtens anni illius, dixit eis:
Vos neſcitis quicquam:
Nec cogitatis, quia expedit nobis vt vnus ho- 50
mo moriatur pro populo, & non tota gens pereat.
Hoc autem à ſemetipſo non dixit: ſed princeps 51
Sacerdotum exiſtens anni illius, prophetauit, quia
futurus eſſet Ieſus mori pro gente.
Et non pro gente tantum, ſed vt & natos Dei 52
diſperſos cogeret in vnum.
Ab illo ergo die conſultabant vt interficerent 53
eum.
Ieſus ergo non palam ambulabat in Iudæis: ſed 54
abiit illinc in regionem prope deſertum, in
Ephraim dictam vrbem, & ibi morabatur cum
diſcipulis ſuis.
Erat autem prope Paſcha Iudæorum, & aſcende- 55
runt multi in Heroſolymam ex illa regione ante
Paſcha, vt purificarent ſeipſos.
Quærebant ergo Ieſum, & loquebantur cum 26
alij alijs in templo ſtantes: Quid videtur vobis, quia
non venit in feſtum?
Dederant autem & principes Sacerdotum & 47
Phariſæi mandatum, vt ſi quis cognouerit vbi ſit,
indicet, vt apprehendant eum.

CAP. XII.

ERgo Ieſus ante ſex dies Paſchæ venit Betha- 1
niam, vbi erat Lazarus mortuus, quem ſuſci-
tauerat ex mortuis.
Fecerunt ergo ei cœnam ibi: & Martha miniſtra- 2
bat: at Lazarus vnus erat recumbentium cum eo.

Igitur Maria accepiens libram vnguenti nardi 3
fidelis multi pretij, vnxit pedes Ieſu: & exterſit
capillis ſuis pedes eius: at domus implet a eſt ex
odore vnguenti.
Dixit ergo vnus ex diſcipulis eius, Iudas Simo- 4
nis Iſcariotes, ille futurus eum tradere:
Quare hoc vnguentum non veniit trecentis de- 5
nariis, & datum eſt egenis?
Dixit autem hoc, non quia de egenis cura eſſet 6
ei: ſed quia fur erat, & marſupium habebat, & in-
iecta portabat.

Dixit ergo Ieſus: Sinite illam. in diem ſepultu- 7
ræ meæ conſeruauit illud.
Pauperes enim ſemper habetis cum vobis ipſis, 8
me autem non ſemper habetis.
Cognouit ergo turba multa ex Iudæis quia illic 9
eſt, & venerunt, non propter Ieſum tantum, ſed vt
Lazarum viderent, quem ſuſcitauit ex mortuis.

Conſultarunt autem principes Sacerdotum vt & 10
Lazarum interficerent:
Quia multi propter illum ſubibant Iudæorum, 11
& credebant in Ieſum.
Poſtridie turba multa veniens 12

ad

Transl. Eraſm. Roterod.

Multi ex Iudæis qui venerant ad Mariam, & viderant, quæ feciſſet Ieſus, crediderunt in eum.

Quidam autem ex ipſis abierunt ad phariſæos, & dixerunt eis, quæ feciſſet Ieſus.
Congregauerunt ergo pontifices & phariſæi concilium, ac dicebant: Quid facimus, quia hic homo multa ſigna edit,
Si permiſerimus eum ſic, omnes credent ei, venientque Romani, & tollent tum locum noſtrum, tum gentem.

Vnus autem ex ipſis Caiaphas nomine, cum eſſet pontifex anni illius, dixit eis: Vos neſcitis quicquam.

Nec perpẽditis, quod expedit nobis vt vnus homo moriatur pro populo, ac non tota gens pereat.
Hoc autem à ſemetipſo non dixit, ſed cum eſſet pontifex anni illius, vaticinatus eſt, quod Ieſus moriturus eſſet pro gente,
Et non tantum pro gente, ſed vt filios Dei qui erant diſperſi, congregeț in vnum.
Ab illo ergo die conſultabant inuicem vt interficerent eum.
Ieſus ergo iam non propalàm ambulabat inter Iudæos, ſed abijt in regionem iuxta deſertum, in ciuitatem quæ dicitur Ephraim, & ibi verſabatur cum diſcipulis ſuis.
Inſtabat autem paſcha Iudæorum, & aſcenderunt multi Hieroſolymam è regione ante paſcha, vt purificarent ſe.
Quærebant ergo Ieſum, & colloquebantur inter ſe in templo ſtantes. Quid videtur vobis, quod non venerit ad diem feſtum?
Dederant autem pontifices & phariſæi præceptum: vt ſi quis cognouiſſet, vbi eſſet, indicaret, vt comprehenderent eum.

CAP. XII.

IEſus ergo ante ſex dies paſcha venit Bethaniam, vbi Lazarus fuerat mortuus, quem ſuſcitauit à mortuis.
Fecerunt autem ei cœnam ibi, & Martha miniſtrabat. Lazarus vero vnus erat de numero diſcumbentium cum eo.
Maria ergo accepit libram vnguenti nardi piſtica pracioſa, & vnxit pedes Ieſu, & exterſit pedes eius capillis ſuis, domus autem impleta eſt ex odore vnguenti.
Dicit ergo vnus ex diſcipulis eius, Iudas Simonis Iſcariotes, qui erat eum proditurus.
Quare hoc vnguentum non venijt trecentis denarijs, & datum eſt egenis?
Dixit autem hoc, non quòd pauperes illi curæ eſſent, ſed quia fur erat, ac marſupium habebat, eaq; quæ mittebantur, portabat.

Dixit Ieſus: Sine illam, in diem ſepulturæ meæ ſeruauit iſtud.
Pauperes enim ſemper habetis vobiſcum, me verò non ſemper habetis.
Cognouit ergo turba multa ex Iudæis quod illic eſſet, & venerunt non propter Ieſum tantum, ſed vt Lazarum quoque viderent, quem ſuſcitauerat à mortuis.

Conſultabant autem principes ſacerdotum, vt & Lazarum interficerent:
Quia multi propter illum abibant ex Iudæis, & credebant in Ieſum.
Poſtero die turba multa, quæ venerat

ad

Vulgat. Editio.

ad diem festum, cum audissent quia venit Iesus Ierosolymam:

Acceperunt ramos palmarum, & processerunt obuiam ei, & clamabant Hosanna, benedictus, qui venit in nomine Domini, Rex Israel.

Mat. 21. 7 Mar. 11. 7 Luc. 19. 35 Zach. 9. 9. *Et inuenit Iesus asellum, & sedit super eum, sicut scriptum est:

Noli timere filia Sion: ecce rex tuus venit sedens super pullum asinæ.

Hæc non cognouerunt discipuli eius primum: sed quando glorificatus est Iesus: tunc recordati sunt quia hæc erant scripta de eo, & hæc fecerunt ei.

Testimonium ergo perhibebat turba, quæ erat cum eo, quando Lazarum vocauit de monumento & suscitauit eum à mortuis.

Propterea & obuiam venit ei turba: quia audierunt eum fecisse hoc signum.

Pharisæi ergo dixerunt ad semetipsos: Videtis quia nihil proficimus? ecce mundus totus post eum abiit.

Erant autem quidam Gentiles ex his, qui ascenderant vt adorarent in die festo.

Hi ergo accesserunt ad Philippum, qui erat à Bethsaida Galilææ, & rogabant eum, dicentes: Domine, volumus Iesum videre.

Venit Philippus, & dicit Andreæ: Andreas rursum, & Philippus dixerunt Iesu.

Iesus autem respondit eis, dicens: Venit hora vt clarificetur Filius hominis

Amen amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit,

Mat. 10. 39. & 16. 25. Mar. 8. 35 Luc. 9. 25 & 17. 33. Ipsum solum manet, si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. *Qui amat animam suam perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.

Si quis mihi ministrat, me sequatur: & vbi sum ego, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum Pater meus.

Nunc anima mea turbata est, & quid dicam? Pater saluifica me ex hac hora. Sed propterea veni in horam hanc.

Pater clarifica nomen tuum. Venit ergo vox de cælo: Et clarificaui, & iterum clarificabo.

Turba ergo, quæ stabat & audierat, dicebat tonitruum esse factum. Alij dicebant: Angelus ei locutus est.

Respondit Iesus, & dixit. Non propter me hæc vox venit, sed propter vos.

Nunc iudicium est mundi: nunc Princeps huius mundi eiicietur foras.

Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum.

(Hoc autem dicebat, significans qua morte esset moriturus.

Ps. 109. 4 Hebr. 5. 6. Ioh. 10. 34. Ezech. 37. 25. Respondit ei turba: Nos audiuimus *ex lege, quia Christus manet in æternum: & quomodo tu dicis, oportet exaltari Filium hominis? Quis est iste Filius hominis?

Dixit ergo eis Iesus: Adhuc modicum lumen in vobis est. Ambulate dum lucem habetis, vt non vos tenebræ comprehendant: & qui ambulat in tenebris, nescit quò vadat.

Dum lucem habetis, credite in lucem, vt filij lucis sitis. Hæc locutus est Iesus: & abiit, & abscondit se ab eis.

Cum autem tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum:

Transl. ex Syriac.

ad festum, quum audissent Ieschua venire ad Ouri-schlem:

Tulerunt ramos palmarum, & exierunt ei obuiam, clamabantque ac dicebant: Ouschano, (Serua quæso) benedictus ille, qui venit in nomine Domini, Rex Israel.

Inuenit autem Ieschua asinum, & insedit ei, sicut scriptum est.

Ne timeas filia Tzehioun: Ecce rex tuus venit ad te, & equitat super pullum filium asinæ.

Hæc autem nesciebant discipuli eius in illo tempore: sed quum glorificatus esset Ieschua: recordati sunt discipuli eius quod ea essent scripta de eo, & hæc fecissent ei.

Porrò testabatur turba illa, quæ cum eo erat, quòd vocasset Loozar è sepulchro, & suscitasset eum à mortuis.

Ac propterea exierant ei obuiam cœtus multi, qui audierant eum signum hoc edidisse.

Perischai verò dicebant alius ad alium: Videtis vos nihil proficere? ecce enim totus mundus post eum abiit.

Erant autem & quidam ex Gentibus qui ascenderant vt adorarent in festo.

Isti quum venissent, accesserunt ad Philippum illum qui erat è Beth-zaiodo (domo piscationis) Galilææ, & rogarunt eum, ac dicunt ei: Domine mi, vellemus videre Ieschua.

Venit autem ipse Philippus, & dixit Andreæ: Andreas verò, & Philippus dixerunt Ieschua.

Matth. 31. 2. Ioh. 12. 23. Marc. 14. 41. Luc. 22. 53. Ioh. 13. 1. 16. 32. *Porrò Ieschua respondit, & dixit eis: Venit hora qua glorificetur Filius hominis.*

Amin, amin dico vobis, nisi granum frumenti ceciderit & mortuum fuerit in terra:

Ipsum solum manet: sin autem mortuum fuerit, fructus multos adfert: Qui amat animam suam, perdet eam: qui verò odit animam suam in hoc mundo, conseruabit eam in vitam æternam.

Si quis mihi ministrat, post me veniat: & vbi ego fuero, illic erit etiam minister meus. Qui mihi ministrauerit, honorabit eum Pater.

Nunc anima mea ecce turbata est. Et quid dicam? Pater mi, libera me ab hac hora. Sed propterea veni in hanc horam.

Pater glorifica nomen tuum. Et vox audita est è cælo: Glorificaui, & iterum glorificaturus sum.

Turba autem, quæ adstabat audiit, & dixit: Tonitruii esse factum. Aly autem dicunt: Angelus collocutus est ei.

Respondit Ieschua, & dixit eis. Non propter me extitit hæc vox, sed propter vos.

Nunc iudicium est mundi huius, nunc Princeps huius mundi ejicitur foras.

Et ego quum sublatus fuero è terra, traham omnes ad me.

Hoc autem dixit, vt indicaret qua morte moriturus esset.

Dicunt ei turbæ: Nos audiuimus ex lege Meschicho in æternum permansurum: quomodo dicis fore vt tollatur Filius hominis? Quis est iste Filius hominis?

Dixit eis Ieschua: Modicum ad tempus lux vobiscum est: ambulate dum lucem habetis, ne tenebræ vos deprehendant: etenim qui ambulat in tenebris, nescit quò vadat.

Dum lucem habetis, credite in lucem, vt filii lucis sitis. Hæc locutus est Ieschua, & profectus occultauit se ab eis.

Quumque hæc omnia signa edidisset coram eis, non credebant in eum.

Transl. B. Ariæ Mont.

ad diem festum, audientes quia venit Iesus in Hierosolymam.

Acceperunt ramos palmarum, & exierunt in 13
occursum ei: & clamabant Hoansna, benedictus veniens in nomine Domini, rex Israel.

Inueniens autem Iesus asellum, sedit super eum, 14
sicut est scriptum.

Ne time filia Sion: ecce rex tuus venit sedens su- 15
per pullum asinæ.

Hæc autem non cognouerunt discipuli eius pri- 16
mum: sed quando glorificatus est Iesus, tunc recordati sunt quia hæc erant de eo scripta, & hæc fecerunt ei.

Testabatur ergo turba x istens cum eo, quan- 17
do Lazarum vocauit ex monumento, & suscitauit ex mortuis.

Propter hoc & obuiam venit ei turba, quia au- 18
diuit hoc eum fecisse signum.

Ergo Pharisæi dixerunt ad semetipsos: Videtis 19
quia non proficitis nihil? ecce mundus post eum abiit.

Erant autem quidam Græci ex ascendentibus, 20
vt adorarent in die festo.

Hi ergo accesserunt Philippo illi à Bethsaida Ga- 21
lilææ, & rogabant eum, dicentes: Domine, volumus Iesum videre.

Venit Philippus, & dicit Andreæ, & rursum 22
Andreas & Philippus dicunt Iesu.

At Iesus respondit eis, dicens: Venit hora vt glo- 23
rificetur Filius hominis.

Amen amen dico vobis, si non granum frumen- 24
ti cadens in terram, mortuum fuerit,

Ipsum solum manet, si autem mortuum fuerit, 25
multum fructum affert. Amans animam suam perder eam, & odio habens animam suam in mundo hoc, in vitam æternam custodiet eam:

Si mihi ministrat quis, me sequatur, & vbi sum 26
ego, illic & minister meus erit. Et si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum Pater.

Nunc anima mea turbata est, & quid dicam? Pa- 27
ter saluifica me ex hora hac. Sed propter hoc veni in horam hanc.

Pater glorifica tuum nomen. Venit ergo vox de 28
cælo, & glorificaui & iterum glorificabo.

Ergo turba stans & audiens, dicebat tontiruum 29
esse factum. Alij dicebant: Angelus ei locutus est.

Respondit Iesus & dixit: Non propter me vox 30
hæc facta est, sed propter vos.

Nunc iudicium est mundi: nunc princeps mun- 31
di huius eiicietur foras.

Et ego si exaltatus fuero à terra, omne traham 32
ad meipsum.

Hoc autem dicebat, significans qua morte futu- 33
rus esset mori.

Respondit ei turba: Nos audiuimus ex lege, quia 34
Christus manet in æternum: & quomodo tu dicis: Oportet exaltari Filium hominis? Quis est iste Filius hominis?

Dixit ergo eis Iesus: Adhuc modicum tempus 35
lumen cum vobis est. Ambulate dum luce habetis, vt non tenebræ vos comprehendant, & ambulans in tenebris, nescit quo vadat.

Dum lucem habetis, credite in lucem, vt filij lu- 36
cis fiatis. Hæc locutus est Iesus: & abiens abscondit se ab eis.

Tot autem eo signa faciente coram eis, non cre- 38
debant in eum.

Transl. Erasm. Roterod

ad diem festum, cum audissent quod veniret Iesus Hierosolymam,

Acceperunt ramos palmarum, & processerunt obuiam 13
ei, & clamabant: Hosanna, benedictus qui venit in nomine domini rex Israel.

Nactus autem Iesus asellam, sedit super eam: sicut scri- 14
ptum est:

Noli timere filia Sion, ecce rex tuus venit sedens super 15
pullum asinæ,

Hæc autem non cognouerunt discipuli eius primum, 16
sed quando glorificatus est Iesus, tunc recordati sunt, quod hæc essent scripta de eo, & quod hæc fecissent ei.

Testificabatur igitur turba, quæ erat cum eo, quando 17
Lazarum vocauit de monumento, & suscitauit eum à mortuis:

Propterea & obuiam venit ei turba, quod audierant t 18
eum edidisse hoc signum.

Pharisæi ergo dixerunt inter se: Videtis quod nihil pro- 19
ficitis? Ecce mundus post eum abiit.

Erant autem quidam Græci ex his qui ascenderant, vt 20
adorarent in festo.

Hi ergo accesserunt ad Philippum qui erat à Betsaida 21
Galileæ, & rogabant eum, dicentes: Domine, volumus Iesum videre.

Venit Philippus, & dicit Andreæ. Andreas rursum & 22
Philippus dicunt Iesu:

Iesus autem respondit eis, dicens: Venit hora vt glorifi- 23
cetur Filius hominis.

Amen amen dico vobis, nisi granum frumenti deiectum 24
in terram mortuum fuerit,

Ipsum solum manet, Si vero mortuum fuerit, multum 25
fructum affert. Qui amat animam suam, perdet eam. Et qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodiet eam.

Si quis mihi ministrat, me sequatur, & vbi sum ego, 26
illic & minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit, cohonestabit eum pater.

Nunc anima mea turbata est. Et quid dicam? Pater, ser- 27
uato me ex hora hac. Sed propterea veni in horam hanc.

Pater illustra nomen tuum. Venit ergo vox de cælo, di- 28
cens: Et illustraui, & rursus illustrabo.

Turba ergo quæ stabat & audierat, dicebat tonitruum 29
esse factum. Alij dicebant: Angelus ei locutus est.

Respondit Iesus, & dixit: Non propter me hæc vox ve- 30
nit, sed propter vos.

Nunc iudicium est mundi huius. Nunc princeps mundi 31
huius eiicietur foras.

Et ego si exaltatus fuero à terra, omnes traham ad 32
meipsum.

Hoc autem dicebat, significans quæ morte esset mori tu- 33
rus.

Respondit eis turba: Nos audiuimus ex lege, quod Chri- 34
stus manet in æternum, & quomodo tu dicis, oportet exalti Filium hominis? Quis est iste Filius hominis?

Dixit ergo eis Iesus: Adhuc ad breue tempus lumen vo- 35
biscum est. Ambulate donec lucem habetis, ne vos tenebræ occupent. Et qui ambulat in tenebris, nescit quo vadat.

Dum lucem habetis, credite in lucem, vt filij lucis sitis. 36
Hæc locutus est Iesus, ac digressus abscondit se ab eis. 37

Cum autem tam multa signa fecisset coram eis, non 38
credebant in eum.

Vulgat. Editio.

Vt sermo Isaiæ prophetæ impleretur quem dixit: *Domine, quis credidit auditui nostro? & brachium Domini cui reuelatum est?

*Isa. 53. 1. Ro. 10. 16.

Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Isaias:

*Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum, vt non videant oculis, & non intelligant corde, & conuertantur, & sanem eos.

*Isa. 6. 10. Ioan. 12. 39. Ro. 11. 8. Mat. 13. 14. Mar. 4. 12. Luc. 8. 10. Act. 28. 27

Hæc dixit Isaias, quando vidit gloriam eius, & locutus est de eo.

Verumtamen & ex Principibus multi crediderunt in eum: sed propter Pharisæos non confitebantur, vt è synagoga non eiicerentur.

Dilexerunt enim gloriam hominum magis, quam gloriam Dei.

Iesus autem clamauit, & dixit: Qui credit in me, non credit in me, sed in eum, qui misit me.

Et qui videt me, videt eum, qui misit me.

Ego lux in mundum veni: vt omnis qui credit in me, in tenebris non maneat.

Et si quis audierit verba mea, & non custodierit, ego non iudico eum, non enim veni vt iudicem mundum, sed vt saluificem mundum.

Qui spernit me, & non accipit verba mea: habet qui iudicet eum: *sermo, quem locutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die:

*Mat. 16. 16.

Quia ego ex meipso non sum locutus, sed qui misit me pater, ipse mihi mandatum dedit, quid dicam, & quid loquar.

Et scio quia mandatum eius vita æterna est. Quæ ergo ego loquor, sicut dixit mihi Pater, sic loquor.

CAP. XIII.

ANte diem festum Paschæ, sciens Iesus quia venit hora eius vt transeat ex hoc mundo ad Patrem: cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.

Mat. 26. 2. Mar. 14. 1. Luc. 22. 1.

Et cœna facta, cum diabolus iam misisset in cor vt traderet eum Iudas Simonis Iscariotæ.

Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit:

Surgit à cœna, & ponit vestimenta sua: & cum accepisset linteum, præcinxit se.

Deinde mittit aquam in peluim, & cæpit lauare pedes discipulorum, & extergere linteo, quo erat præcinctus.

Venit ergo ad Simonem Petrum. Et dicit ei Petrus: Domine, tu mihi lauas pedes?

Respondit Iesus, & dixit ei: Quod ego facio, tu nescis modo, scies autem postea.

Dicit ei Petrus: Non lauabis mihi pedes in æternum. Respondit ei Iesus: Si non lauero te, non habebis partem mecum.

Dicit ei Simon Petrus: Domine, non tantum pedes meos, sed & manus, & caput.

Dixit ei Iesus: Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus. Et vos mundi estis, sed non omnes.

Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum: propterea dixit: Non estis mundi omnes.

Postquam ergo lauit pedes eorum, & accepit vestimenta sua: cum recubuisset iterum, dixit eis: Scitis quid fecerim vobis?

Vos vocatis me Magister, & Domine: & bene dicitis, sum etenim.

Transl. ex Syriac.

38 *Vt impleretur sermo Eschaio prophetæ dicentis: Domine mi, quis credidit auditui nostro, & brachium Domini cui reuelatum est?*

39 *Propterea non poterant credere, quia rursus dixit Eschaios*

40 *Obcæcati sunt oculi eorum, & tenebris offusa sunt corda eorum, ne videant oculis suis, intelligantque cordibus suis, & conuertantur, & sanem eos.*

41 *Hæc dixit Eschaio, quando vidit gloriam eius, & locutus est de eo.*

42 *Verumtamen etiam ex proceribus multi crediderunt in eum: sed propter Perischæos non confitebantur, ne extra synagogam eiicerentur.*

43 *Dilexerunt enim gloriam hominum potius, quam gloriam Dei.*

44 *Ieschua vero clamauit & ait: Qui credit in me, non in me credit, sed in eum qui misit me.*

45 *Et qui me videt, videt eum qui misit me.*

46 *Ego Lux veni in mundum, vt quisquis crediderit in me, non maneat in tenebris;*

47 *Et qui audierit sermones meos, & non custodierit eos, ego non condemno eum: non enim veni vt condemnem mundum, sed vt seruem mundum.*

48 *Qui reicit me, nec recipit sermones meos, habet qui condemnet eum: sermo quem locutus sum, ille iudicaturus est ipsum vltimo illo die.*

49 *Quia ego ex meipso non sum locutus, sed Pater meus qui misit me, ipse dedit mihi mandatum quid dicam, & quid loquar.*

50 *Et scio mandatum eius vitam æternam esse. Quæ igitur loquor, prout dixit mihi Pater meus, ita loquor.*

CAP. XIII.

1 *ANte festum autem Pezcho sciebat Ieschua venisse horam vt discederet ex hoc mundo ad Patrem suum. & dilexit suos qui erant in hoc mundo, & vsque in finem dilexit eos.* Lectio 1. et 2. feriæ

2 *Quumque facta esset cœna, iniecerat se Satanas in cor Ihoudo filij Schemeoun Scarioutо, vt proderet eum.*

3 *Ipse autem Ieschua quum sciret Patrem omnia dedisse sibi in manus, & se à Deo exisse, & ad Deum abire:*

4 *Surgit à cœna, & deponit vestimenta sua: acceptaque sindone, præcinxit lumbos suos.*

5 *Et iniecit aquam in peluim, & cæpit abluere pedes discipulorum suorum, & abstergere sindone qua erat lumbos præcinctus.*

6 *Quum autem venisset ad Schemeoun Kipho. Dixit ei Schemeoun: Tu Domine mi, pedes meos lauabis mihi?*

7 *Respondit Ieschua & dixit ei: Quod ego facio, tu nescis nunc, postea vero cognosces.*

8 *Dixit ei Schemeoun Kipho: In æternum non lauabis mihi pedes meos. Dixit ei Ieschua: Nisi lauero te, nullam habes partem mecum.*

9 *Dixit ei Schemeoun Kipho: Ergo Domine mi, non solum pedes meos laues mihi, sed & manus meas, sid & caput meum.*

10 *Dixit ei Ieschua: Is qui lotus est, non indiget, nisi vt pedes suos tantum lauet: totus enim mundus est. Et vos mundi estis, sed non omnes.*

11 *Nouerat enim Ieschua eum qui ipsum prodebat: propterea dixit: Vos omnes mundi non estis.*

12 *Quum autem abluisset pedes eorum, assumit vestimenta sua, & discubuit, dixitque eis: Scitis quid fecerim vobis?*

13 *Vos vocatis me Magister noster, & Domine noster, & bene dicitis, sum etenim.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Vt sermo Esaiæ Prophetæ impleretur quem dixit: Domine, quis credidit auditui nostro? & brachium Domini cui reuelatum est?

Propter hoc non poterant credere, quia iterum dixit Esaias:

Excæcauit eorum oculos, & indurauit eorum cor: vt non videant oculis, & intelligant corde: & conuertantur, & sanem eos.

Hæc dixit Esaias, quando vidit gloriam eius, & locutus est de eo.

Verumtamen & ex principibus multi crediderunt in eum: sed propter Pharisæos non confitebantur, vt non extra synagogam fierent.

Dilexerunt enim gloriam hominum magis, quam gloriam Dei.

Iesus autem clamauit, & dixit: Credens in me, non credit in me, sed in mittentem me.

Et spectans me, spectat mittentem me.

Ego lux in mundum veni: vt omnis credens in me, in tenebris non maneat.

Et si quis mea audierit verba, & non crediderit, ego non iudico eum, non enim veni vt iudicem mundum, sed vt saluificem mundum.

Reiciens me, & non accipiens verba mea, habet iudicatum eum: sermo quem locutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die.

Quia ego ex meipso non sum locutus, sed ille mittens me pater, ipse mihi mandatum dedit, quid dicam, & quid loquar.

Et scio quia mandatum eius vita æterna est. Quæ ergo loquor ego, sicut dixit mihi Pater, sic loquor.

CAP. XIII.

Ante diem festum Paschæ, sciens Iesus quia venit eius hora, vt transeat ex mundo hoc ad Patrem: diligens proprios qui in mundo, in finem dilexit eos.

Et cœna facta, diabolo iam iniulato in cor Iudæ Simonis Iscariotæ, vt eum traderet.

Sciens Iesus quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit:

Surgit à cœna, & ponit vestimenta & accepiens linteum, præcinxit seipsum.

Deinde iniicit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes discipulorum, & extergere linteo, quo erat præcinctus.

Venit ergo ad Simonem Petrum, & dicit ei ille: Domine, tu meos lauas pedes?

Respondit Iesus, & dixit ei: Quod ego facio tu nescis modò: scies autem post hac.

Dicit ei Petrus: Non lauabis pedes meos in æternum. Respondit ei Iesus: Si non lauero te, non habes partem cum me.

Dicit ei Simon Petrus: Domine, non pedes meos tantum, sed & manus, & caput.

Dixit ei Iesus: Lotus non opus habet quàm pedes lauare, sed est mundus totus. Et vos mundi estis, sed non omnes.

Sciebat enim tradentem se, propter hoc dixit: Non omnes mundi estis.

Postquam ergo lauit pedes eorum, & accepit vestimenta sua recumbens iterum, dixit eis: Scitis quid fecerim vobis?

Vos vocatis me Magister, & Dominus: & pulchrè dicitis: sum etenim.

Transl. Erasm. Roterod.

Vt sermo Esaiæ prophetæ impleretur quem dixit: Domine mi, quis credidit sermoni nostro: & brachium Domini cui reuelatum est?

Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Esaias:

Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum, ne videant oculis, & ne intelligant corde, & conuertantur, & sanem eos.

Hæc dixit Esaias, quando vidit gloriam eius, & locutus est de eo.

Verumtamen etiam ex principibus multi crediderunt eum: sed propter pharisæos non confitebantur, ne è synagoga eiicerentur.

Dilexerunt enim gloriam hominum magis quam gloriam Dei.

Iesus autem clamauit & dixit: Qui credit in me, non credit in me sed in eum qui misit me.

Et qui videt me, videt eum qui misit me.

Ego lux in mundum veni, vt omnis qui credit in me, in tenebris non maneat.

Et si qui audierit verba mea, & non custodierit ego non iudico eum. Non enim veni vt iudicem mundum, sed vt seruem mundum.

Qui reiicit me nec accipit verba mea, habet qui iudicet ipsum. Sermo quem locutus sum, ille iudicabit eum in extremo die.

Quia ego ex meipso non sum locutus, sed qui misit me pater, ipse mihi mandatum dedit, quid dicam & quid loquar.

Et scio, quod mandatum eius vita æterna est. Quæ ergo loquor, sicut dixit mihi pater, sic loquor.

CAP. XIII.

Ante festum autem paschæ sciens Iesus, quod venisset hora ipsius, vt transiret ex hoc mundo ad patrem, cum dilexisset suos qui erant in mundo, vsque ad finem dilexit eos.

Et cœna facta, cum diabolus iam immisisset in cor Iudæ Simonis Iscariotæ vt proderet eum.

Sciens Iesus quod omnia dedisset sibi pater in manus, & quod à Deo exisset, & ad Deum iret,

Surgit à cœna, & ponit vestimenta: & cum accepisset linteum, præcinxit se.

Deinde misit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes discipulorum, & extergere linteo, quo erat præcinctus.

Venit ergo ad Petrum, & dicit ei Petrus Domine, tu mihi lauas pedes?

Respondit Iesus, & dixit ei: Quod ego facio, tu nescis nunc scies autem postea.

Dicit ei Petrus: Non lauabis meos pedes in æternum. Respondit ei Iesus: Si non lauero te, non habes partem mecum.

Dicit ei Simon Petrus: Domine, non tantum pedes meos, sed & manus & caput.

Dicit ei Iesus: Qui lotus est non opus habet, nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus. Et vos mundi estis, sed non omnes.

Sciebat enim quis nam esset qui proderet ipsum, propterea dixit: non estis mundi omnes.

Postquam ergo lauisset pedes eorum, receptisq; vestibus suis accubuisset, iterum dixit eis: Scitis quid fecerim vobis?

Vos vocatis me magistrum ac Dominum, & bene dicitis, sum etenim.

Vulgat. Editio.

Si ergo ego lauí pedes veſtros Dominus, & Magiſter: & vos debetis alter alterius lauare pedes.

Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis.

*Amen, amen dico vobis: Non eſt ſeruus maior Domino ſuo, neque Apoſtolus maior eſt eo, qui miſit illum.

Si hæc ſcitis, beati eritis ſi feceritis ea.

Nõ de omnibus vobis dico: ego ſcio quos elegerim: ſed vt adimpleatur Scriptura: * Qui manducat mecũ panem, leuabit contra me calcaneũ ſuũ.

Amodo dico vobis, priuſquàm fiat: vt cum factum fuerit, credatis quia ego ſum.

*Amen, amen dico vobis: Qui accipit ſi quem miſero, me accipit: qui autem me accipit, accipit eum, qui me miſit.

Cum hæc dixiſſet Ieſus, turbatus eſt ſpiritu, & proteſtatus eſt, & dixit: * Amen, amen dico vobis: Quia vnus ex vobis tradet me.

Aſpiciebant ergo ad inuicem diſcipuli, hæſitantes de quo diceret.

*Erat ergo recumbens vnus ex diſcipulis eius in ſinu Ieſu, quem diligebat Ieſus.

Innuit ergo huic Simon Petrus, & dixit ei: Quis eſt, de quo dicit?

Itaque cum recubuiſſet ille ſupra pectus Ieſu, dicit ei: Domine quis eſt?

Reſpondit Ieſus: Ille eſt, cui ego intinctum panem porrexero. Et cum intinxiſſet panem, dedit Iudæ Sim. nis Iſcariotæ.

Et poſt buccellam, introiuit in eum ſatanas. Et dixit ei Ieſus: Quod facis, fac citius.

Hoc autem nemo ſciuit diſcumbentium ad quid dixerit ei.

Quidam enim putabant, quia loculos habebat Iudas, quod dixiſſet ei Ieſus: Eme ea, quæ opus ſunt nobis ad diem feſtum; aut egenis vt aliquid daret

Cum ergo accepiſſet ille buccellam, exiuit continuo. Erat autem nox.

Cum ergo exiſſet, dixit Ieſus: Nunc clarificatus eſt Filius hominis: & Deus clarificatus eſt in eo.

Si Deus clarificatus eſt in eo, & Deus clarificabit eum in ſemetipſo & continuo clarificabit eum.

Filioli, adhuc modicum vobiſcum ſum. * Quæretis me: & ſicut dixi Iudæis: Quò ego vado, vos non poteſtis venire: & vobis dico modo.

*Mandatum nouum do vobis: Vt diligatis inuicem: ſicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem.

In hoc cognoſcent omnes quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis ad inuicem.

Dicit ei Simon Petrus: Domine quò vadis? Reſpondit Ieſus: Quò ego vado, non potes me modo ſequi: ſequeris autem poſtea.

Dicit ei Petrus: Quare non poſſum ſequi modo? animam meam pro te ponam.

Reſpondit ei Ieſus: * Animam tuam pro me ponés? Amen, amen dico tibi: Non cantabit gallus, donec ter me neges.

CAP. XIIII.

NOn turbetur cor veſtrum. Creditis in Deum, & in me credite.

In domo patris mei mãſiones multæ ſunt: ſi quo minus dixiſſẽ vobis: Quia vado parare vobis locũ.

Et ſi abiero, & præparauero vobis locum: iterum veniõ, & accipiam vos ad meipſum, vt vbi ſum ego, & vos ſitis.

Tranſl. ex Syriac.

Si ego igitur Dominus veſter & Magiſter veſter ablui vobis pedes veſtros, quanto magis vos debetis alij aliorum pedes lauare?

Hoc enim exemplum dedi vobis, vt quemadmodum feci vobis, vos etiam faciatis.

Amin amin dico vobis: Non eſt ſeruus maior Domino ſuo, neque Apoſtolus maior eo, qui ipſum miſit.

Si hæc noueritis: beati eſtis ſi ea feceritis.

Non de vobis omnibus dico: ſcio enim quos elegerim: ſed vt Scriptura adimpleatur: Is qui edit mecum panem, ſuſtulit aduerſum me calcaneum ſuum.

Iam nunc dico vobis priuſquam fiat, vt quum factum fuerit, credatis me eum eſſe.

Amin amin dico vobis: Quiſquis recipit, quem ego miſero, me recipit: & qui me recipit, recipit eum qui miſit me.

Hæc dixit Ieſchua, & infremuit ſpiritu & teſtatus eſt, dixitque: Amin amin dico vobis: Vnus ex vobis prodet me.

Intuebantur autem diſcipuli alius alium, quippe qui non noſſent de quonam dixiſſet.

Erat autem ex diſcipulis ipſius vnus recumbens in ſinu eius, is quem amabat Ieſchua.

Huic innuit Schemeoun Kipho vt ſciſcitaretur ab eo quiſnam eſſet de quo diceret.

Incubuit itaque diſcipulus ille pectori ipſius Ieſchua, & dixit ei: Domine mi, quiſnam iſte eſt?

Reſpondit Ieſchua & ait: Ille eſt cui intinctum panem dedero. Proinde intinxit Ieſchua panem, deditque Iihoudo filio Schemeoun Schariouto.

Ac poſt panem, tunc ingreſſus eſt in eum ſatanas. Et dixit ei Ieſchua: Quod facis, fac cito.

Hoc autem nemo ſciebat ex diſcumbentibus illis de qua re dixerat ei.

Quidam enim ex eis putabant propterea quod marſupium ad latus eſſet ipſius Iihoudo, præcipiendo præcipiſſe ei Ieſchua; Vt emeret quod requirebatur ad feſtum; aut vt daret quidpiam pauperibus.

Ipſe vero Iihoudo accepit panem eo momento, & exijt foras: Nox autem erat quum exiit.

Porro dixit Ieſchua: Nunc glorificatus eſt Filius hominis, & Deus glorificatus eſt in eo.

Quod ſi Deus glorificatus eſt in eo, Deus quoque glorificat eum in ſeſe: & ſtatim glorificabit eum.

Filioli mei pauliſper adhuc vobiſcum ſum: Et quæretis me: ſed quemadmodum dixi Iihoudæis: Quò ego vado, vos non poteſtis venire: etiam vobis nunc dico.

Præceptum nouum do vobis: Vt diligatis alius alium: prout ego dilexi vos, vos quoque diligatis alius alium.

In hoc nouerit vnuſquiſque diſcipulos meos vos eſſe, ſi dilectio fuerit in vobis vnius ad alium.

Dixit ei Schemeoun Kipho: Domine noſter quò vadis? Reſpondit Ieſchua & dixit ei: Quò vado non potes nunc venire poſt me, tandem verò venies.

Dixit ei Schemeoun Kipho: Domine mi, quare non poſſum poſt te ire nunc? animam meam pro te ponam.

Dixit ei Ieſchua: Animam tuam pro me pones? Amin amin dico tibi: Non cantabit gallus vſque quò me abneganeris tribus vicibus.

CAP. XIIII.

NOn turbetur cor veſtrum: Credite in Deum, & in me credite.

Multæ ſunt manſiones in domo Patris mei: alioqui dixiſſem vobis; Proficiſcor paraturus vobis locum.

Et ſi proficiſcor paraturus vobis locum: rurſus veniam & aſſumam vos ad me, vt vbi ego ſum, & vos quoque ſitis.

+Ioſ.13. 20. Mat.10. 24. Luc.6.40

+Pſ.40.10

+Mat.26. 40. Luc.10. 16.

+Mat.26. 23. Mar.14.1 Luc.22.4

+Luc.22. 22.

+Sup.734 Leu.11. 8.

+Mat.22. 39. Inf.15.12

+Mat.26. 35. Mat.14. 29. Luc.22. 33.

Mirabilis Dominicæ vſque poſt Reſurrectionem.

In commemoratione Thomæ Apoſtoli & Philippi

Transl. B. Ariæ Mont.

Si ergo ego laui vestros pedes Dominus, & Magister: & vos debetis alij aliorum lauare pedes.

Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, & vos faciatis.

Amen, amen dico vobis, non est seruus maior Domino suo, neque Apostolus maior mittente illum.

Si hæc scitis, beati eritis si feceritis ea.

Nõ de omnibus vobis dico: ego scio quos elegerim: Sed vt scriptura adimpleatur: manducans cũ me panem, leuauit contra me calcaneum suum.

Amodo dico vobis, ante fieri, vt cum factum fuerit, credatis, quia ego sum.

Amen, amen dico vobis, accipiens si quem misero, me accipit: at me accipiens, accipit mittentem me.

Hæc dicens Iesus, turbatus est spiritu: & protestatus est, & dixit: Amen, amen dico vobis quia vnus ex vobis tradet me.

Aspiciebant ergo ad inuicem discipuli, hæsitantes de quo diceret.

Erat autem recumbens vnus discipulorum eius in sinu Iesu, quem diligebat Iesus.

Innuit ergo huic Simon Petrus, percontari, Quis esset de quo dicit?

Iucumbens autem ille supra pectus Iesu, dicit ei: Domine quis est?

Respondit Iesus: Ille est, cui ego intingens buccellam dedero. Et intingens buccellam dat Iudæ Simonis Iscariotæ.

Et post buccellam, tunc introiuitin eum satanas. Dicit ergo ei Iesus: Quod facis, fac citius.

Hoc autem nemo sciuit recumbentium ad quid dixerit ei.

Quidam enim putabant, quandoquidem marsupium habebat Iudas, quod dixit ei Iesus: Eme quorum opus habemus ad festum: aut egenis vt aliquid daret.

Accepiens ergo buccellam ille, continuo exiuit. Erat autem nox.

Cum exĩsset, dixit Iesus: Nunc glorificatus est Filius hominis: & Deus glorificatus est in eo.

Si Deus glorificatus est in eo, & Deus glorificabit eum in semetipso. & continuo glorificabit eum.

Filioli, adhuc modicum cum vobis sum. Quæretis me: & sicut dixi Iudæis: Quod quò vado ego, vos non potestis venire: & vobis dico modo.

Mandatum nouum do vobis, Vt diligatis inuicem: sicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem.

In hoc cognoscent omnes quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis ad inuicem.

Dicit ei Simon Petrus: Domine quò vadis? Respondit ei Iesus: Quò ego vado, non potes me modo sequi, poltea autem sequeris me:

Dicit ei Petrus: Domine, propter quid non possum te sequi modo? animam meam pro te ponam.

Respondit ei Iesus: Animam tuam pro me ponesne? Amen, amen dico tibi, non gallus cantabit, donec ter neges me.

CAP. XIIII.

NOn turbetur vestrum cor. Creditis in Deum, & in me credite.

In domo patris mei mãsiones multæ sunt. Si autẽ non dixissem vobis, Vado parare locum vobis.

Et si abiero, & præparauero vobis locum: iterum venio, & accipiam vos ad meipsum, vt vbi sum ego, & vos sitis.

Transl. Erasm. Roterod.

14 *Si ergo ego laui pedes vestros Dominus & magister, vos quoque debetis inuicem alij aliorum lauare pedes.*

15 *Exemplum enim præbui vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis.*

16 *Amin amen dico vobis, non est seruus maior domino suo, neque legatus maior est eo qui legauit ipsum.*

17 *Si hæc nouistis, beati estis si feceritis ea.*

18 *Non de omnibus vobis loquor. Ego scio quos elegerim. Sed vt adimpleatur scriptura: Qui edit mecum panem, sustulit aduersum me calcaneum suum.*

19 *Nunc dico vobis priusquam fiat: vt cum factum fuerit, credatis, quod ego sim.*

20 *Amen amen dico vobis, qui recipit quemcunque misero, me recipit. Qui autẽ me recipit, recipit eum, qui me misit.*

21 *Cum hæc dixisset Iesus, turbatus est spiritu, & testificatus est, dixitque: Amen amen dico vobis, quod vnus ex vobis proditurus est me.*

22 *Aspiciebant ergo se inuicem discipuli, hæsitantes de quo diceret.*

23 *Erat autem vnus ex discipulis Iesu recumbens in sinu ipsius, nimirum is quem diligebat Iesus.*

Innuit ergo huic Simon Petrus, vt sciscitaretur, quis esset de quo loqueretur.

24 *Itaque cum recubuisset ille super pectus Iesu, dicit ei: Domine, quis est?*

25 *Respondet Iesus: Ille est, cui ego intinctum panem porrexero. Et cum intinxisset panem, dedit Iudæ Simonis Iscariotæ.*

26 *Et post offulam ingressus est in eum satanas. Dicit igitur ei Iesus: Quod facis, fac citius.*

27 *Hoc autem nemo intelligebat discumbentium ad quid dixisset ei.*

28 *Quidam enim putabant, quia loculos habebat Iudas, quod dixisset ei Iesus, eme ea, quæ opus sunt nobis ad diem festum, aut egenis vt aliquid daret.*

29 *Cum ergo accepisset ille offulam, exiuit continuo. Erat autem nox.*

30 *Cum ergo exisset, dixit Iesus: Nunc glorificatus est Filius hominis, & Deus glorificatus est per eum.*

31 *Si Deus glorificatus est per eum, & Deus glorificabit eum per se, & continuo glorificabit eum.*

32 *Filioli, adhuc pauliſper vobiscum sum. Quæretis me, & sicut dixi Iudæis, quò ego vado, vos non potestis venire: ita & vobis dico nunc.*

33 *Præceptum nouum do vobis, vt diligatis vos mutuo, sicut dilexi vos, vt & vos diligatis vos mutuo.*

34 *In hoc cognoscent omnes quod discipuli mei sitis, si charitatem habueritis inter vos mutuam.*

35 *Dicit ei Simon Petrus: Domine, quò vadis? Respondit ei Iesus: Quò ego vado, non potes me nunc sequi, sequeris autem postea.*

36 *Dicit ei Petrus: Domine, quare non possum te sequi nunc? Animam meam pro te ponam.*

37 *Respondit ei Iesus: Animam tuam pro me pones? Amen amen dico tibi, Non canet gallus, donec ter me negaueris.*

38

CAP. XIIII.

1 *ET ait discipulis suis: Ne turbetur cor vestrum: Creditis in Deum, & in me credite.*

2 *In domo patris mei mansiones multæ sunt. Quod si secus esset, dixissem vobis, vado paraturus vobis locum.*

3 *Et si abiero ad parandum vobis locum iterum veniam & assumam vos ad meipsum, vt vbi ego sum, & vos sitis.*

Vulgat. Editio.		Transl. ex Syriac.
Et quò ego vado scitis,& viam scitis.	4	*Et quò vado scitis,& viam scitis.*
Dicit ei Thomas:Domine,nescimus quò vadis: & quomodo possumus viam scire?	5	*Dixit ei Thouma: Domine noster, nescimus quò abeas: & quomodo possimus viam scire?*
Dicit ei Iesus:Ego sum Via, & Veritas, & Vita: nemo venit ad Patrem,nisi per me.	6	*Dixit ei Ieschua: Ego sum Via,& Veritas,& Vita:nemo venit ad Patrem meum nisi per me.*
Si cognouisseris me,& Patrẽ meum vtiq; cognouisseris:& amodo cognoscetis eũ, & vidistis eum.	7	*Si me nosseris, etiam Patrem meum nosseris: & iam nunc cognoscitis eum, & eum vidistis.*
Dicit ei Philippus, Domine: ostende nobis Patrem,& sufficit nobis.	8	*Dixit ei Philippus: Domine noster: ostende nobis Patrem,& sufficit nobis.*
Dicit ei Iesus:Tãto tẽpore vobiscum sum: & nõ cognouistis me?Philippe,qui videt me,videt & Patrem.Quomodo tu dicis:Ostende nobis Patrem?	9	*Dixit ei Ieschua:Hoc toto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me? Philippe, qui me videt,videt Patrem: Quomodo ergo tu dicis Ostende nobis Patrem?*
Non creditis quia ego in Patre, & Pater in me est?Verba,quæ ego loquor vobis,à me ipso non loquor.Pater autem in me manens,ipse facit opera.	10	*Non credis me in Patre meo, & Patrem meum in me esse? Porrò verba illa quæ ego loquor,à meipso non loquor: Pater autem meus,qui in me manet,ipse facit opera ista.*
Non creditis quia ego in Patre, & Pater in me est?	11	*Credite me esse in Patre meo,& Patrem meum in me.*
Alioquin propter opera ipsa credite. Amen, amen dico vobis,qui credit in me, opera,quæ ego facio,& ipse faciet. & maiora horum faciet: quia ego ad Patrem vado.	12	*Sin minus,saltem opera credite. Amin amin dico vobis,qui credit in me,opera illa quæ ego facio, & ipse faciet;ac maiora his faciet:nam ego ad patrem meum proficiscor.*
*Et quodcumque petieritis Patrem in nomine meo,hoc faciam: vt glorificetur Pater in Filio.	13	*Et quicquid petieritis in nomine meo, faciam vobis: vt glorificetur Pater in Filio suo.*
Si quid petieritis me in nomine meo,hoc faciã.	14	*Quod si petieritis à me in nomine meo, ego faciam.*
Si diligitis me:mandata mea seruate.	15	**Si diligitis me:mandata mea seruate.*
Et ego rogabo Patrem,& alium Paraclitum dabit vobis,vt maneat vobiscum in æternum,	16	*Et ego postulabo à Patre meo, & alium Consolatorem dabit vobis,vt sit vobiscum in æternum.*
Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere,quia non videt eum, nec scit eum:vos autem cognoscetis eum; quia apud vos manebit, & in vobis erit.	17	*Spiritum veritatis,quem mundus non potest recipere, propterea quod non videt eum nec eum novit: vos autem cognoscitis eum,quoniam apud vos manet,& in vobis est.*
Non relinquam vos orphanos: veniam ad vos.	18	*Non relinquam vos orphanos: venturus sum enim ad vos:*
Adhuc modicum:& mundus me iam nõ videt. Vos autẽ videtis me:quia ego viuo, & vos viuetis.	19	*Paulò post: & mundus non videbit me. Vos autem videbitis me:quia viuo ego,& vos viuetis.*
In illo die vos cognoscetis, quia ego sum in Patre meo, vos in me,& ego in vobis.	20	*In illo die scietis me esse in Patre meo, & vos in me, & me in vobis.*
Qui habet mandata mea,& seruat ea:ille est,qui diligit me:Qui autem diligit me,diligetur à Patre meo:& ego diligam eum , & manifestabo ei meipsum.	21	*Apud quem sunt præcepta mea,& qui custodit ea,is ille est qui diligit me:is autem qui diligit me, diligetur à Patre meo: & ego diligam eum,ac ostendam ei meipsum.*
Dicit ei Iudas, non ille Iscariotes: Domine quid factum est, quia manifestaturus es nobis teipsum, & non mundo?	22	*Dixit ei Iihoudo non ille Scarioto: Domine mi, quare nobis ostensurus es teipsum,non autem mundo?*
Respõdit Iesus,& dixit ei:Si quis diligit me sermonem meũ seruabit,& Pater meus diliget eum, & ad eũ veniemus,& mansionẽ apud eũ faciemus.	23	*Respondit Ieschua & dixit ei: Qui diligit me, sermonem meum seruat: & Pater meus diliget eum,& ad eum veniemus,mansionemq; apud eum faciemus.*
Qui non diligit me , sermones meos non seruat. Et sermonem quem auditis,non est meus,sed eius qui misit me,Patris,	24	*Is autem qui non diligit me, sermonem meum non seruat. Et sermo ille quem auditis,meus non est:sed Patris qui misit me.*
Hæc locutus sum vobis apud vos manens.	25	*Hæc locutus sum vobiscum,quum apud vos essem.*
Paraclitus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo , ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quæcumque dixero vobis.	26	*Ipse verò Consolator Spiritus ille sanctitatis, quem missurus est Pater meus in nomine meo ille docebit vos omnia,& suggeret vobis quæcumque dico vobis.*
Pacem relinquo vobis , pacem meam do vobis Non quo modo mundus dat , ego do vobis. Non turbetur cor vestrum,neque formidet.	27	*Pacem relinquo vobis,pacem meam do vobis:non prout dat mundus,ego do vobis. Ne turbetur cor vestrum, nec expauescat.*
Audistis quia ego dixi vobis : Vado,& venio ad vos:Si diligeretis me , gauderetis vtique, quia vado ad Patrem,quia Pater maior me est.	28	*Audistis me dixisse vobis:Abeo, & redeo ad vos. Si diligeretis me,gauderetis abire ad Patrem meum,quia Pater meus maior me est:*
Et nunc dixi vobis prius quam fiat: vt cum factum fuerit,credatis.	29	*Nunc autem ecce dixi vobis priusquam fiat, vt quum factum fuerit,credatis.*
Iam non multa loquar vobiscum : venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quidquam.	30	*Amplius non loquor vobiscum multa: venit enim princeps huius mundi, & in me non habet quicquam.*
Sed vt cognoscat mundus quia diligo Prtrem, & *sicut mandatum dedit mihi Pater , sic facio. Surgite,eamus hinc.	31	*Sed vt sciat mundus me diligere Patrem meum, & prout præcepit mihi Pater meus,similiter facio. Surgite, abeamus hinc.*

*Infr.16. 23. Mar. 7.8 & 11.22 Mat. 11. 24.

*Vesperæ Dominicæ Pentecostes.

Act.2. 22.

Transl. B. Ariæ Mont.

Et quò ego vado ſcitis, & viam ſcitis.
Dicit ei Thomas, Domine, neſcimus quò vadis: & quomodo poſſumus viam ſcire?
Dicit ei Ieſus: Ego ſum via, & veritas, & vita. nemo venit ad Patrem, ſi non per me.
Si cognouiſſetis me, & Patrẽ meũ cognouiſſetis vtique: & à modo cognoſcitis eũ, & vidiſtis eũ.
Dicit ei Philippus: Domine, oſtende nobis patrem, & ſufficit nobis.
Dicit ei Ieſus: Tantũ tẽpus cũ vobis sũ, & non cognouiſti me, Philippe? Videns me, vidit Patrem. Et quomodo tu dicit, Oſtende nobis Patrem?
Non credis quia ego in Patre, & Pater in me eſt? Verba quæ ego loquor vobis, à meipſo non loquor. At Pater in me manens, ipſe facit opera.
Credite mihi quia ego in Patre, & Pater in me eſt?
Si autem non, propter opera ipſa credite mihi. Amen, amen dico vobis, credens in me, opera quæ ego facio, & ipſe faciet, & maiora horum faciet: quia ego ad Patrem meum vado.
Et quodcunque petieritis in nomine meo, hoc faciam: vt glorificetur Pater in filio.
Si quid petieritis in nomine meo, ego faciam.
Si diligitis me, mandata mea ſeruate.
Et ego rogabo Patrem: & alium paracletum dabit vobis, vt maneat cum vobis in æternum.
Spiritum veritatis: quem mundus non poteſt accipere quia non videt eum nec ſcit eum. Vos autem cognoſcitis eum: quia apud vos manet, & in vobis erit.
Non relinquam vos orphanos: venio ad vos.

Adhuc modicum, & mundus me non iam videt. Vos autẽ videtis me, quia ego viuo, & vos viuetis.
In illo die cognoſcetis vos qúia ego in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis.
Habens mandata mea, & ſernans ea ille eſt diligens me. at diligens me, diligetur à Patre meo: & ego diligam eum: & manifeſtabo ei meipſum.

Dicit ei Iudas, non Iſcariotes: Domine, quod factum eſt quia nobis futurus es manifeſtare teipſum: & non mundo?
Reſpondit Ieſus, & dixit ei: ſi quis diligit me, ſermonẽ meũ ſeruabit: Et Pater meus diliget eum & ad eũ veniemus, & mãſionẽ apud eũ faciemus.

Non diligens me, ſermones meos non ſeruat. Et ſermo quem audiſtis, non eſt meus, ſed mittentis me Patris.
Hæc locutus ſum vobis apud vos manens,
At paracletus Spiritus ſanctus, quem mitter Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia quæcunque dixi vobis.
Pacem relinquo vobis: Pacem meam do vobis: non quomodo mundus dat ego do vobis. Non turbetur veſtrum cor, neque formidet.
Audiſtis quia ego dixi vobis: Vado & venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis vtique quia dixi: Vado ad Patrem, quia Pater meus maior me eſt.
Et nunc dixi vobis ante fieri, vt cum factum fuerit, credatis.
Non iam multa loquar cum vobis, venit enim huius mundi Princeps: & in me non habet quicquam.
Sed vt cognoſcat mundus quia diligo Patrem & ſicut mandauit mihi Pater, ſic facio: Surgite eamus huic.

Transl. Eraſm. Roterod.

4 *Et quò ego vado, ſcitis, & viam ſcitis.*
5 *Dicit ei Thomas, Domine, neſcimus quò vadis, & quomodo poſſumus viam ſcire?*
6 *Dicit Ieſus: Ego ſum via, & veritas & vita. Nemo venit ad patrem, niſi per me.*
7 *Si cognouiſſetis me, & patrem meum vtique cognouiſſetis. Et nunc cognoſcitis eum, & vidiſtis eum.*
8 *Dicit ei Philippus: Domine, oſtende vobis patrem, & ſufficit nobis.*
9 *Dicit ei Ieſus: Tanto tempore vobiſcum ſum, & non cognouiſti me? Philippe, qui vidit me, vidit patrem. Et quomodo tu dicis, oſtende nobis patrem?*
10 *Non credis, quod ego in patre ſum, & pater in me? Verba quæ ego loquor vobis, à meipſo non loquor. Pater autem in me manens, ipſe facit opera.*
11 *Credite mihi, quod ego in patre ſum, & pater in me.*
12 *Alioqui propter ipſa facta credite mihi. Amen amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipſe faciet: & maiora his faciet, quia ego ad patrem vado.*
13 *Et quicquid petieritis nomine meo hoc faciam, vt glorificetur pater per filium.*
14 *Si quid petieritis per nomen meum, ego faciam.*
15 *Si diligitis me præcepta mea ſeruate,*
16 *Et ego rogabo patrem, & alium conſolatorem dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum,*
17 *Spiritum veritatis quem mundus non poteſt accipere: quia non videt eum, nec nouit eum. Vos autem cognoſcitis eum, quia apud vos manet, & in vobis erit.*
18 *Non relinquam vos orphanos, venio ad vos.*
19 *Adhuc puſillum, & mundus me iam non videt: vos autem videtis me. Quia ego viuo, & vos viuetis.*
20 *In illo die vos cognoſcetis, quod ego ſum in patre meo, & vos in me, & ego in vobis.*
21 *Qui habet præcepta mea & ſeruat ea, ille eſt qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur à patre meo: & ego diligam eum, & apperiam ei meipſum.*
22 *Dicit ei Iudas, non ille Iſcariotes: Domine, quid factum eſt, quod manifeſtaturus es nobis teipſum, & non mundo?*
23 *Reſpondit Ieſus, & dixit ei: Si quis diligit me, ſermonẽ meum ſeruabit, & pater meus diliget eum: & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus.*
24 *Qui non diligit me, ſermones meos non ſeruat: & ſermo quem auditis, non eſt meus, ſed eius qui miſit me patris.*
25 *Hæc locutus ſum vobis apud vos manens.*
26 *Paracletus autem ille qui eſt Spiritus ſanctus, quem ſpiritum mittet pater nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia quæcunque dixi vobis.*
27 *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Non quomodo mundus dat, ego do vobis. Ne turbetur cor veſtrum, neque formidet.*
28 *Audiſtis quod ego dixi vobis, vado, & venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis vtique, quod dixerim vado ad patrem, quia pater maior me eſt.*
29 *Et nunc dixi vobis priuſquam fiat, vt cum factum fuerit, credatis.*
30 *Poſthac non multa loquar vobiſcum. Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam.*
31 *Sed vt cognoſcat mundus quod diligo patrem, & ſicut mandatum dedit mihi pater, ſic facio. Surgite, eamus hinc.*

Vulgat. Editio.

CAP. XV.

EGo sum vitis vera: & Pater meus agricola est.
Omnem palmitem in me nō ferentem fructum, tollet eum: & omnem, qui fert fructum, purgabit eum, vt fructum plus afferat.
*Sup. 13. 10. *Iam vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis.
Manete in me, & ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit, in vite: sic nec vos, nisi in me manseritis.

Ego sum vitis, vos palmites: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere.
Si quis in me non manserit: mittetur foras sicut palmes, & arescet, & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet.
Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint; quodcumque volueritis petetis, & fiet vobis.

In hoc clarificatus est Pater meus, vt fructum plurimum afferatis, & efficiemini mei discipuli.
Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos. Manete in dilectione mea.
Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea, sicut & ego Patris mei præcepta seruaui, & maneo in eius dilectione.
Hæc locutus sum vobis, vt gaudium meum in vobis sit, & gaudium vestrum impleatur.
*Sup. 13. 34. Eph. 5. 2. 1. Thess. 4. 9. * Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos.
Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis.
Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis.
Iam non dicam vos seruos: quia seruus nescit quid faciat Dominus eius. Vos autem dixi amicos: quia omnia quæcumque audiui à Patre meo, nota feci vobis.
*Mat. 28. 19. *1. Ioa. 3. 1. & 4. 7. *Non vos me elegistis: sed ego elegi vos, & posui vos * vt eatis, & fructum afferatis: & fructus vester maneat, vt quodcunque petieritis Patrem in nomine meo, det vobis.
*Hæc mando vobis vt diligatis inuicem.
Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit.
Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret: quia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propter ea odit vos mundus.
Mementote sermonis mei, quem ego dixi vobis: *Non est seruus maior domino suo. Si me persecuti sunt, & vos persequentur: si sermonem meum seruauerunt, & vestrum seruabunt.
*Sup. 13. 16. Mat. 10. 24. Mat. 24. 9 Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meum, quia nesciunt eum, qui misit me.
Si non venissem, & locutus fuissem eis, peccatum non haberent, nunc autem excusationem non habent de peccato suo.
Qui me odit: & Patrem meum odit.
Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autem & viderunt, & oderunt & me, & Patrem meum.
*Ps. 34. 19 Luc. 24. 25 Sed vt adimpleatur sermo: qui in lege eorum scriptus est: * Quia odio habuerunt me gratis.
Cum autem venerit Paracletus, quem ego mittam vobis à Patre: Spiritum veritatis, qui à Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me:

Transl. ex Syriac.

CAP. XV.

EGo sum vitis illa veritatis: & Pater meus est agricola.
Omnem palmitem qui in me fructus non edit, tollit: eum autem qui edit fructus, purgat, vt fructus plurimos adferat.
Vos iam mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobiscum.
Manete in me, & ego in vobis. Quemadmodum palmes non potest edere fructus à semetipso, nisi permanserit in vite: ita nec vos, nisi permanseritis in me.

Ego sum vitis, & vos palmites. Qui permanet in me, & ego in eo, iste adfert fructus quamplurimos: quoniam sine me nihil potestis facere.
Nisi vero quis in me permanserit, proijcitur foras instar palmitis, arescentis, & collectores conijciunt eum in ignem vt comburatur.
Sed si permanseritis in me, & sermones mei permanserint in vobis: quicquid volueritis postulare, fiet vobis.

In hoc glorificatus est Pater, vt fructus multos adferatis, & eritis discipuli mei.
Prout dilexit me Pater meus, ego quoque dilexi vos. Permanete in charitate mea. *Maturinis Dominicæ Pentecostes.
Si præcepta mea custodieritis, manebitis in meipsius dilectione, quemadmodum ego custodiui præcepta patris mei, & permaneo in dilectione eius.
Hæc locutus sum vobiscum: vt gaudium meum sit in vobis, & impleatur gaudium vestrum.
Hoc est præceptum meum, vt diligatis alius alium, prout ego dilexi vos.
Charitas maior ista nulla est, qua quis animam suam ponat pro amicis suis.
Vos amici mei estis, si feceritis quicquid ego præcipi, vobis.
Non amplius vocaturus sum vos seruos, quandoquidem seruus nescit quid faciat herus ipsius. Amicos autem meos vocaui vos, quoniam quicquid audiui à Patre meo, notum feci vobis.
Non vos elegistis me, sed ego ipse elegi vos, atque posui vos, vt & vos abeuntes afferatis fructus & fructus vestri permaneant, vt quicquid rogaueritis Patrem meum in nomine meo, det vobis.
Hæc præcipio vobis, vt diligatis alius alium.
Quod si mundus oderit vos, scitote quod prius quam vos, me odio habuerit.
At si ex mundo fuisseris: mundus, quod suum est amaret: sed non estis ex mundo; ego enim elegi vos ex mundo, propterea odit vos mundus.
Mementote sermonis, quem ego dixi vobis: Non est seruus maior hero suo. Si me iniectati sunt, & vos iniectabuntur: quod si sermonem meum seruarunt, vestrum quoque seruabunt.
Sed hæc omnia agent in vobis propter nomen meum: quippe qui non nouerunt eum qui misit me.
Nisi ego venissem, & allocutus essem eos, non haberent peccatum: nunc autem nullus est ipsis prætextus pro peccatis suis.
Is qui me odit: & Patrem meum odit.
Quod si opera non fecissem ante oculos eorum, quæ nemo alius fecit, non haberent peccatum; nunc autem & viderunt, & oderunt, & me, & Patrem meum.
Vt impleatur sermo ille qui scriptus est in Lege ipsorum: Oderunt me immerito.
Quum autem venerit Consolator ille quem ego missurus sum vobis à Patre meo: Spiritus ille veritatis qui à Patre meo prodit, ille testabitur de me.

Transl. B. Ariæ Mont.

CAP. XV.

EGo sum vitis illa vera: & Pater meus agricola est.
Omnem palmitem in me nō facientem fructum, tollet eum: & omnem fructum ferentem, purgat eum, vt plurem fructum afferat.
Iam vos mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis.
Manete in me, & ego in vobis. Sicut palmes non potest fructum ferre à semetipso, si non manserit in vite: sic nec vos, si non in me manseritis.

Ego sum vitis, vos palmites, manens in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me non potestis facere nihil.
Si non quis manserit in me, eiectus est foras sicut palmes, & exaruit, & colligunt eos, & in ignem mittunt, & ardent.
Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint, quodcumque volueritis petetis, & fiet vobis.

In hoc glorificatus est Pater meus, vt fructum plurimum afferatis, & efficiemini mei discipuli.
Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos. Manete in dilectione mea.
Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea: sicut ego præcepta Patris mei seruaui, & maneo eius in dilectione.
Hæc locutus sum vobis, vt gaudium meum in vobis maneat, & gaudium vestrum impleatur.
Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos.
Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt quis animam suam ponat pro amicis suis.
Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis.
Non amplius vos dico seruos, quia seruus nescit quid faciat eius Dominus. Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcumque audiui à Patre meo, nota feci vobis.
Non vos me elegistis, sed ego elegi vos: & posui vos, vt vos abeatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat: vt quodcunque petieritis Patrem in nomine meo, det vobis.
Hæc mando vobis vt diligatis inuicem.
Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odit.
Si de mundo hoc fuissetis, mundus proprium amaret: quia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo: propter hoc odit vos mundus.
Mementote sermonis quem ego dixi vobis: Non est seruus maior domino suo. Si me persecuti sunt, & vos persequentur, si sermonem meum seruauerunt, & vestrum seruabunt.
Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meum, quia nesciunt mittentem me.
Si non veniſſem, & locutus fuissem eis, peccatum non haberent, nunc autem excusationem non habent de peccato suo.
Me odio habens, & Patrem meum odit.
Si opera non feciſſem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. Nunc autem & viderunt, & oderunt & me, & Patrem meum.
Sed vt adimpleatur sermo scriptus in Lege eorum: Quia oderunt me gratis.
Cum autem venerit Paracletus, quem ego mittam vobis à Patre, Spiritum veritatis, qui à Patre procedit, ille testabitur de me,

Transl. Eraſm. Roterod.

CAP. XV.

1 *EGo sum vitis vera, & pater meus agricola est.*
2 *Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollit, & omnem qui fert fructum purgat vt fructum copiosiorem afferat.*
3 *Iam vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis.*
4 *Manete in me, & ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in vite, sic nec vos, nisi in me manseritis.*
5 *Ego sum vitis, vos palmites, Qui manet in me & ego in eo hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere.*
6 *Si quis in me non manserit, eiectus est foras sicut palmes, & exaruit: & colligunt eos, & in ignem conjciunt & ardent.*
7 *Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint, quicquid volueritis, petetis, & fiet vobis.*
8 *In hoc glorificatus est pater meus, vt fructum copiosum afferatis, & efficiamini mei discipuli.*
9 *Sicut dilexit me pater, ita & ego dilexi vos. Manete in dilectione mea.*
10 *Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea sicut & ego patris mei præcepta seruaui, & maneo in eius dilectione.*
11 *Hæc locutus sum vobis, vt gaudium meum in vobis maneat, & gaudium vestrum impleatur.*
12 *Hoc est præceptum meum, vt diligatis vos inuicem sicut dilexi vos.*
13 *Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt quis animam suam ponat pro amicis suis.*
14 *Vos amici mei estis, si feceritis quæcunque ego præcipio vobis.*
15 *Non posthac vos dico seruos, quia seruus nescit quid faciat Dominus eius. Vos autem dixi amicos: quia omnia quæ audiui à patre meo, nota feci vobis.*
16 *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos & constitui vos, vt eatis & fructum afferatis, & fructus vester maneat: vt quicquid petieritis patrem nomine meo, det vobis.*
17 *Hæc præcipio vobis, vt diligatis vos mutuo.*
18 *Si mundus vos odit, scitis quod me prius quam vos odio habuerit.*
19 *Si de mundo fuissetis, mundus, quod suum est, diligeret. Quia vero de mundo non estis, sed ego selegi vos de mundo, propterea odit vos mundus.*
20 *Mementote sermonis, quem ego dixi vobis: Non est seruus maior domino suo. Si me persecuti sunt, vos & persequentur. Si sermonem meum seruauerunt, & vestrum seruabunt.*
21 *Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meum, quia non nouerunt eum qui misit me.*
22 *Si non veniſſem & locutus fuissem eis, peccatum non haberent. Nunc autem non habent quod prætexant peccato suo.*
23 *Qui me odit, is & patrem meum odit.*
24 *Si opera non feciſſem inter eos quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. Nunc autem & viderunt & oderunt, non solum me, verumetiam patrem meum.*
25 *Sed hoc accidit vt compleatur sermo: qui in lege eorum scriptus est: Odio habuerunt me gratis.*
26 *Cum autem venerit paracletus, quem ego mittam vobis à patre, Spiritus veritatis, qui à patre procedit, ille testimonium perhibebit de me.*

Vulgat. Editio.

Et vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis.

CAP. XVI.

HÆc locutus sum vobis, vt non scandalizemini.

Atque synagogis facient vos: sed venit hora, vt omnis, qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo.

Et hæc faciẽt vobis, quia non nouerunt Patrem, neque me.

Sed hæc locutus sum vobis: vt cum venerit hora eorum reminiscamini, quia ego dixi vobis.

Hæc autem vobis ab initio non dixi, quia vobiscum eram: Et nunc vado ad eum, qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me: Quò vadis?

Sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia implenit cor vestrum.

Sed ego veritatem dico vobis: expedit vobis vt ego vadam: si enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos: si autem abiero, mittã eum ad vos.

Et cum venerit ille, arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio.

De peccato quidem; quia nõ crediderunt in me:

De iustitia vero: quia ad Patrem vado: & iam non videbitis me:

De iudicio autem: quia princeps huius mundi iam iudicatus est.

Adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modo.

Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem: non enim loquetur à semetipso, sed quæcumque audiet, loquetur, & quæ ventura sunt annunciabit vobis.

Ille me clarificabit: quia de meo accipiet, & annunciabit vobis.

Omnia quæcumque habet Pater, mea sunt: Propterea dixi: quia de meo accipiet, & annunciabit vobis.

Modicum, & iam non videbitis me & iterum modicum, & videbitis me: quia vado ad Patrem.

Dixerunt ergo ex discipulis eius ad inuicẽ: Quid est hoc, quod dicit nobis. Modicum, & non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me, & quia vado ad Patrem?

Dicebant ergo: Quid est hoc, quod dicit, modicum? nescimus quid loquitur.

Cognouit autem Iesus quia volebant eum interrogare. & dixit eis: De hoc quæritis inter vos quia dixi: Modicum, & non videbitis me: & iterum modicum & videbitis me.

Amen, amen dico vobis: quia plorabitis, & flebitis vos, mũdus autem gaudebit: vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudiũ.

Mulier cum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius: cum autem pepererit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudium: quia natus est homo in mundum.

Et vos igitur nunc quidem tristitiam habetis, iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrũ: & gaudium vestrum nemo tollet à vobis.

Et in illo die me non rogabitis quidquam. * Amen amen dico vobis: si quid petieritis Patrem in nomine meo dabit vobis.

Vsq; modo nõ petistis quidquã in nomine meo: Petite, & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum.

Hæc in proverbijs locutus sum vobis. Venit hora cum iam non in proverbijs loquar vobis, sed palam de Patre annunciabo vobis.

*Sup. 14. 13. Matt. 17. & 21. 22. Mar. 11. 24. Luc. 11. 9 Iac.

Transl. ex Syriac.

27 *Sed & vos testamini: quippe qui à principio mecum fuistis,*

CAP. XVI.

1 *HÆc locutus sum vobiscum, ne offendamini.*

2 *Eiicient enim vos ex synagogis suis, venietque hora quum quisquis interficiet vos, putabit oblationem se offerre Deo.*

3 *Hæc autem facient, quoniam non norunt neque Patrem meum, neque me.*

4 **Hæc locutus sum vobiscum: vt quum venerit tempus eorum, reuocetis in memoriam ea, quæ dixi vobis.* *Ad oblationem pertinet.

5 *Hæc autem à principio nõ dixi, quia vobiscũ eram. Nunc autem vado ad eum qui misit me, & nemo interrogat me: Quò vadis?*

6 *Hæc enim dixi vobis; & venit ægritudo, implenitque corda vestra.*

7 *Sed ego veritatem dico vobis, salutis vobis fuerit vt ego abeam: nisi enim abiero, Consolator ille non veniet ad vos: sin autem abiero, mittam eum ad vos.*

8 *Et quum venerit ille arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio.*

9 *De peccato quidem, quia non credunt in me,*

10 *De iustitia autem, quia ad Patrem vado, nec amplius videbitis me.*

11 *De iudicio verò, quia princeps mundi huius iudicatus est.*

12 *Adhuc multa mihi sunt vobis dicenda, sed non potestis capere nunc.*

13 *Quum autem venerit Spiritus ille veritatis, deducet vos in omnem veritatem; non enim loquetur ex meipso ipse, sed quicquid audierit ipse, loquetur, & quæ futura sunt, nota faciet vobis.*

14 *Ipse glorificabit me: quippe qui de meo accipiet, & renuntiabit vobis.*

15 *Quicquid habet Pater meus, meum est: Propterea dixi vobis: Ex meo accipiet & renuntiabit vobis.*

16 **Paulisper & non videbitis me, & iterum paulisper, & videbitis me: quippe qui abeam ad Patrem.*

17 *Dicebant itaque discipuli eius alius ad alium: Quid est hoc quòd dicit nobis. Paulisper, & non videbitis me, & iterum paulisper, & videbitis me: & quia vado ad Patrem meum?* Vetere Diatessaron.

18 *Dicebant igitur: Quid illud est paulisper quod dicit? nescimus quid loquatur.*

19 *Ieschua verò sciens eos velle ipsum interrogare, dixit eis: De hoc quæritis inter vos, quod dixerim vobis: Paulisper & non videbitis me, & iterum paulisper, & videbitis me.*

20 *Amin amin dico vobis, flebitis vos & lamentabimini, mundus autem lætabitur: vos ægritudine afficiemini, sed ægritudo vestra in gaudium emudet.*

21 *Mulier quum parit ægritudine afficitur, quia venit dies partus eius: quum autem pepererit filium, non meminit angoris sui propter gaudium illud: quod natus sit homo in mundo.*

22 *Et vos quidem nunc ægritudine estis affecti, sed iterum videbo vos, & lætabitur cor vestrum: & gaudium vestrum nemo tollet à vobis.*

23 *Et in illo die me non interrogabitis quicquam. Amin, amin dico vobis: quicquid rogabitis Patrem meum in nomine meo, dabit vobis.*

24 *Adhuc vsque nihil petijstis in nomine meo: petite & accipietis, vt sit gaudium vestrum plenum.*

25 *Hæc in parabolis locutus sum vobiscum. Venit ante hora quando non loquar vobiscum in parabolis, sed aperiè renuntiabo vobis de Patre.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Et vos autem teſtabimini, quia ab initio cum me eſtis.

CAP. XVI.

Hæc locutus ſum vobis, vt non ſcandalizemini.

Abſque ſynagogis facient vos: ſed venit hora, vt omnis interficiens vos, exiſtimet cultum adferre Deo.

Et hæc facient vobis, quia non nouerunt Patrem, neque me.

Sed hæc locutus ſum vobis, vt cum venerit hora, reminiſcamini eorum, quia ego dixi vobis.

Hæc autem vobis ex initio non dixi, quia cum vobis eram. Nunc autem vado ad mittentem me: & nemo ex vobis interrogat me, Quò vadis?

Sed quia hæc locutus ſum vobis, triſtitia impleuit veſtrum cor.

Sed ego veritatem dico vobis, expedit vobis, vt ego vadã: Si enim ego nõ abiero, paracletus nõ veniet ad vos: ſi autẽ abiero, mittam eum ad vos.

Et veniens ille arguet mundum de peccato, & de iuſtitia, & de iudicio.

De peccato quidem: quia non credunt in me.

De iuſtitia vero, quia ad Patrem meum vado, & non amplius videbitis me.

De autem iudicio, quia princeps mundi huius iudicatus eſt.

Adhuc multa habeo dicere vobis, ſed non poteſtis portare modo.

Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, deducet vos in omnem veritatem. Non enim loquetur à ſemetipſo, ſed quæcumque audiet loquetur: & ventura annunciabit vobis.

Ille me glorificabit: quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis.

Omnia quæcumque habet Pater, mea ſunt. propter hoc dixi, Quia de meo accepit, & annuntiabit vobis.

Modicum, & non videbitis me: & iterum modicum & videbitis me, quia vado ad Patrem.

Dixerunt ergo ex diſcipulis eius ad inuicem: Quid eſt hoc quod dicit nobis, Modicum & non videbitis me: & iterum modicum & videbitis me? & quia ego vado ad Patrem?

Dicebant ergo: Hoc quid eſt quod dicit, Modicum? neſcimus quid loquitur.

Cognouit autem Ieſus quia volebant eum interrogare, & dixit eis: De hoc quæritis cum alij aliis, quia dixi: Modicum & non videbitis me: & iterum modicum & videbitis me?

Amen, amen dico vobis, quia flebitis & plorabitis vos, at mundus gaudebit: vos autem contriſtabimini, ſed triſtitia veſtra in gaudium fiet.

Mulier cum parit, triſtitiam habet, quia venit hora eius, cum autem genuerit puerum, non amplius meminit tribulationis propter gaudium, quia genitus eſt homo in mundum.

Et vos igitur triſtitiam quidem nunc habetis, iterum autem videbo vos, & gaudebit veſtrum cor & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis.

Et in illo die me non interrogabitis quicquam. Amen amen dico vobis, quod quæcumque petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.

Vſq; modo nõ petiſtis quicquã in nomine meo. Petite, & accipietis, vt gaudium veſtrũ ſit plenum.

Hæc in prouerbiis locutus ſum vobis, ſed venit hora cum non amplius in prouerbiis loquar vobis, ſed palam de Patre annunciabo vobis.

Transl. Eraſm. Roterod.

27 *Quin & vos teſtes eſtis, quia ab initio mecum eſtis.*

CAP. XVI.

1 *Hæc locutus ſum vobis, vt ne quid offendamini.*

2 *Arcebunt à ſynagogis facient vos. Sed veniet tempus, vt quiſquis interfecerit vos, videatur cultum præſtare Deo.*

3 *Et hæc facient vobis, quia non nouerunt patrem neque me.*

4 *Sed hæc locutus ſum vobis, vt cum venerit tempus illud, reminiſcamini eorum, quod ego dixerim vobis.*

5 *Hæc autem vobis ab initio non dixi, quia vobiſcum eram. Nunc autem vado ad eum, qui miſit me, & nemo ex vobis interrogat me, quò vadam.*

6 *Sed quia hæc locutus ſum vobis, mœſtitudo impleuit cor veſtrum.*

7 *Sed ego veritatem dico vobis, expedit vobis, vt ego vadam. Si enim non abiero, conſolator ille non veniet ad vos: Sin autem abiero, mittam eum ad vos.*

8 *Et cum venerit ille, arguet mundum de peccato, & de iuſtitia, & de iudicio.*

9 *De peccato quidem, quia non credunt in me.*

10 *De iuſtitia vero, quia ad patrem vado, & poſthac non videtis me.*

11 *De iudicio autem, quia princeps huius mundi iam iudicatus eſt.*

12 *Ad hæc multa habeo quæ vobis dicam, ſed non poteſtis portare nunc.*

13 *Cum autem venerit ille qui eſt Spiritus veritatis, ducet vos in omnem veritatem. Non enim loquetur à ſemetipſo, ſed quæcunq; audierit, loquetur, & quæ futura ſunt, annunciabit vobis.*

14 *Ille me glorificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis.*

15 *Omnia quæcunque habet pater, mea ſunt, propterea dixi, quod de meo accipiet & annuntiabit vobis.*

16 *Pusillum, & non videtis me, & iterum pusillum, & videbitis me, quia ego vado ad patrem.*

17 *Dixerunt ergo quidam ex diſcipulis eius inter ſe: Quid eſt hoc, quod dicit nobis, pusillum, & non videtis me, rurſus pusillum, & videbitis me, & quia ego vado ad patrem?*

18 *Dicebant ergo: Quid eſt hoc, quod dicit, pusillum? Neſcimus quid loquatur.*

19 *Cognouit autem Ieſus, quod vellent ipſum interrogare, & dixit eis: De hoc quæritis inter vos, quod dixi pusillum & non videtis me, & iterum pusillum & videbitis me.*

20 *Amen dico vobis, plorabitis, & lamentabimini vos, mundus contrà gaudebit. Vos autem mœrore afficiemini, ſed mœror veſter vertetur in gaudium.*

21 *Mulier cum parit dolorem habet, quia venit hora eius. Cum autem pepererit puerum, iam non meminit anxietatis: propterea quod gaudeat hominem eſſe natum in mundo.*

22 *Et vos igitur nunc quidem mœrorem habetis, ſed iterum videbo vos & gaudebit cor veſtrum, & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis.*

23 *Et in illo die me non interrogabitis quicquam. Amen amen dico vobis, quæcumque petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis.*

24 *Hactenus non petiſtis quicquam in nomine meo. Petite & accipietis, vt gaudium veſtrum ſit perfectum.*

25 *Hæc per prouerbia locutus ſum vobis. Veniet tempus, cum iam non per prouerbia loquar vobis, ſed palam de Patre meo annunciabo vobis.*

Vulgat. Editio.

In illo die in nomine meo petetis, & non dico vobis quia ego rogabo Patrem de vobis:

Ipse enim Pater amat vos, quia vos me amastis, & credidistis, quia ego à Deo exiui.

Exiui à Patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem.

Dicunt ei discipuli eius: Ecce nunc palam loqueris, & prouerbium nullum dicis.

Nunc scimus quia scis omnia, & non opus est tibi vt quis te interroget: in hoc credimus quia à Deo existi.

Respondit eis Iesus: Modo creditis?

*Mat.26. 31. Mar.14. 27. *Ecce venit hora, & iam venit, vt dispergamini vnusquisque in propria, & me solum relinquatis: & non sum solus, quia Pater mecum est.

Hæc locutus sum vobis, vt in me pacem habeatis. In mundo pressuram habebitis: sed confidite, ego vici mundum.

CAP. XVII.

HÆc locutus est Iesus: & subleuatis oculis in cælum, dixit: Pater venit hora, clarifica Filium tuum, vt Filius tuus clarificet te.

*Mat.28. 18. *Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, vt omne quod dedisti ei, det eis vitam æternam.

Hæc est autem vita æterna: Vt cognoscãt te solum Deũ verum, & quem misisti Iesum Christum.

Ego te clarificaui super terram: opus consummaui, quod dedisti mihi vt faciam.

Et nunc clarifica me tu Pater apud temeipsum claritate, quam habui prius quam mundus esset apud te.

Manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo. Tui erant, & mihi eos dedisti: & sermonem tuum seruauerunt.

Nunc cognouerunt quia omnia, quæ dedisti mihi, abs te sunt.

Quia verba, quæ mihi dedisti, dedi eis, & ipsi acceperunt, & cognouerunt vere quia à te exiui, & crediderunt quia tu me misisti.

Ego pro eis rogo: Non pro mundo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi, quia tui sunt:

Et mea omnia tua sunt, & tua mea sunt: & clarificatus sum in eis:

Et iam non sum in mundo, & hi in mundo sunt, & ego ad te venio. Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi: vt sint vnũ, sicut & nos.

*Isa.18.9 *Psal.108.8 Cum essem cum eis, ego seruabam eos in nomine tuo.* Quos dedisti mihi, custodiui: & nemo ex eis periit, nisi filius perditionis,* vt Scriptura impleatur.

Nunc autem ad te venio: & hæc loquor in mundo, vt habeant gaudiũ meũ repletũ in semetipsis.

Ego dedi eis sermonem tuum, & mundus eos odio habuit, quia non sunt de mundo, sicut & ego non sum de mundo.

Non rogo vt tollas eos de mundo, sed vt serues eos à malo.

De mundo non sunt, sicut & ego non sum de mundo.

Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est.

Sicut tu me misisti in mundum, & ego misi eos in mundum.

Et pro eis ego sanctifico meipsum: vt sint & ipsi sanctificati in veritate.

Non pro eis autem rogo tantum, sed & pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me.

Vt omnes vnum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint: vt credat mundus: quia tu me misisti.

Transl. ex Syriac.

26 *In illo die petetis in nomine meo: & non dico vobis me postulaturum à Patre pro vobis,*

27 *Ipse enim Pater diligit vos, quippe qui dilexeritis me & credideritis me à Patre exisse.*

28 *Prodij à Patre, & veni in mundum: & iterum relinquo mundum, & proficiscor ad Patrem.*

29 *Dicunt ei discipuli eius: En nunc apertè loqueris, nec parabolam vllam dicis.*

30 *Nunc scimus te omnia scire, nec indiges vt quis te interroget: per hoc credimus te à Deo exiuisse.*

31 **Dixit eis Ieschua, Credite:*

32 *Ecce enim veniet hora, & iam venit, quum dispergemini vnusquisque ad locum suum, & relinquetis me solum: sed non sum solus, quia Pater mecum est.* *Matutinis Dominicæ ignis post festi resurrectionem & consecrationē à Presbyterorum.

33 *Hæc dixi vobis, vt in me habeatis pacem, in mundo vobis futura est oppressio: sed bono animo estote, ego vici mundum.*

CAP. XVII.

1 *HÆc locutus est Ieschua: & sustulit oculos suos in cælum, dixitque: Pater mi, venit hora illa, glorifica Filium tuum, vt Filius tuus glorificet te.*

2 *Quemadmodum dedisti ei potestatem super omnem carnem, vt quotquot dedisti ei, det eis vitam æternam.*

3 *Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te esse Deum Veritatis solum, & quem misisti Ieschua Meschicho.*

4 *Ego te glorificaui in terra: opus, quod mihi dederas faciendum, absolui.*

5 *Nunc itaque glorifica me tu Pater mi apud temetipsum, ea gloria quam habui apud te priusquam fieret mundus.*

6 *Patefeci nomen tuum hominibus illis, quos dedisti mihi è mundo. Tui erant & mihi eos dedisti: & seruarunt sermonem tuum.*

7 *Nunc noui quicquid dedisti mihi, à te esse.*

8 *Quia verba quæ dedisti mihi, dedi eis: ipsiq; receperunt, & verè norunt me à te exisse, & crediderunt me à te missum fuisse.*

9 *Ego vero pro eis rogo: Non pro mundo rogo, sed pro ijs quos dedisti mihi: quia tui sunt.*

10 *Et omnia mea tua sunt, & tua mea sunt, & glorificatus sum in eis.*

11 *Amplius non sum in mundo, illi autem in mundo sunt, & ego ad te venio. Pater sancte, serua eos in nomine tuo illo quod dedisti mihi, vt sint vnum sicut & nos.*

12 *Quum essem cum eis in mundo, ego seruabam eos in nomine tuo. Illos quos dedisti mihi custodiui: & nemo ex eis periit, nisi filius perditionis, vt impleretur Scriptura.*

13 **Nunc autem ad te venio: & hæc loquor in mundo, vt sit gaudium meum plenum in eis.* * Dominica iij. post festi Crucis.

14 *Ego dedi eis sermonem tuum, & mundus eos odio habuit, quippe qui non sint ex mundo sicut & ego non sum ex mundo.*

15 *Non, vt tollas eos ex mundo, rogo, sed vt serues eos à malo.*

16 *Non sunt enim ex mundo, sicut & ego non sum ex mundo.*

17 *Pater sanctifica eos in veritate tua, quia sermo tuus veritas est.*

18 *Prout me misisti in mundum, & ego misi eos in mundũ*

19 *Et pro eis ego sanctifico animam meam (meipsum) vt sint & ipsi sanctificati in veritate.*

20 *Neque pro eis rogo tantummodo, sed & pro ijs qui credituri sunt in me per sermonem eorum.*

21 *Vt omnes sint vnum, sicut tu Pater meus in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint, vt credat mundus me à te missum esse.*

Transl. B. Ariæ Mont.

In illo dic in nomine meo petetis : & non dico vobis quia ego rogabo Patrem de vobis.
Ipse enim Pater amat vos. quia vos me amastis, & credidistis, quia ego à Deo exiui.
Exiui à Patre, & veni in mundum : iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem.
Dicunt ei discipuli eius : Ecce nunc palam loqueris, & prouerbium nullum dicis.
Nunc scimus quia scis omnia, & non vsum habes vt quis te interroget. in hoc credimus quia à Deo existi.
Respondit eis Iesus: Modo creditis?
Ecce venit hora, & iam venit, vt dispergamini vnusquisque in propria, & me solum relinquatis: & non sum solus, quia Pater cum me est.
Hæc locutus sum vobis, vt in me pacem habeatis. In mundo tribulationem habetis : sed confidite, ego vici mundum.

CAP. XVII.

HÆc locutus est Iesus: & sustulit oculos suos in cælum, & dixit: Pater venit hora, glorifica tuum Filium, vt & Filius tuus glorificet te.
Sicut dedisti ei auctoritatem omnis carnis, vt omne quod dedisti ei, det eis vitam æternam.
Hæc autem est æterna vita : Vt cognoscãt te solum verum Deũ, & quem misisti Iesum Christum.
Ego te glorificaui super terram : opus consummaui, quod dedisti mihi vt faciam:
Et nunc glorifica me tu Pater apud temetipsum, gloria quam habui ante mundum esse, apud te.

Manifestaui tuum nomen hominibus quos dedisti mihi de mundo. Tui erant. & mihi eos dedisti; & sermonem tuum seruauerunt.
Nunc cognouerunt quia omnia, quæ dedisti mihi, abs te sunt.
Quia verba, quæ dedisti mihi, dedi eis: & ipsi acceperunt, & cognouerunt vere quia à te exiui, & crediderunt quia tu me misisti.
Ego pro eis rogo: Non pro mundo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi, quia tui sunt:
Et mea omnia tua sunt, & tua mea sunt: & clarificatus sum in eis:
Et nõ amplius sum in mũdo: & hi in mũdo sunt, & ego ad te venio. Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi: vt sint vnum, sicut nos.
Cum essem cum eis in mundo, ego seruabam eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi, custodiui: & nemo ex eis periit, si non filius perditionis, vt Scriptura impleatur.
Nunc autem ad te venio: & hæc loquor in mundo, vt habeant gaudiũ meũ impletũ in semetipsis.
Ego dedi eis sermonem tuum, & mundus odio habuit eos, quia non sunt de mundo, sicut & ego non sum de mundo.
Non rogo vt tollas eos de mundo, sed vt serues eos à malo.
De mundo non sunt, sicut & ego de mundo non sum.
Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est.
Sicut me misisti in mundum, & ego misi eos in mundum.
Et pro eis ego sanctifico meipsum, vt & ipsi sint sanctificati in veritate.
Non pro eis autem rogo tantum, sed & pro credentibus per verbum eorum in me.
Vt omnes vnum sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint: vt mundus credat: quia tu me misisti.

Transl. Erasm. Roterod.

In illo die in nomine meo petetis. Et non dico vobis, quod ego rogaturus sim patrem pro vobis,
Ipse enim pater amat vos, quia vos me amastis, & credidistis, quod à Deo exiuerim.
Exiui à patre, & veni in mundum: & iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem.
Dicunt ei discipuli eius: Ecce nunc apertè loqueris, nec prouerbium vllum dicis.
Nunc scimus, quod scis omnia, nec opus est tibi: vt quis te interroget, Per hoc credimus, quod à Deo existi.
Respondit eis Iesus: Nunc creditis:
Ecce instat tempus, & iam venit, vt dispergamini vnusquisque in suã, meque solum relinquatis. & tamen non sum solus, quia Pater mecum est.
Hæc locutus sum vobis, vt in me pacem habeatis. In mundo afflictionem habetis, sed bono animo sitis, ego vici mundum.

CAP. XVII.

Hæc locutus est Iesus, & sublatis oculis in cælum, dixit: Pater, venit hora, glorifica Filium tuum, vt & Filius tuus glorificet te,
Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, vt quotquot dedisti ei, det eis vitam æternam.
Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te solum, Deum verum, & quem misisti Iesum Christum.
Ego te glorificaui super terram, opus consummaui, quod dedisti mihi vt facerem.
Et nunc glorifica me tu Pater apud temetipsum, gloria quam habui prius quam hic mundus esset apud te.

Manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo. Tui erant, & mihi eos dedisti, & sermonem tuum seruarunt.
Nunc cognouerunt, quod omnia quæcunque dedisti mihi, abs te sunt.
Quia verba quæ dedisti mihi, dedi eis: & ipsi acceperunt, & cognouerunt verè, quod à te exiui: & crediderunt, quod tu me misisti.
Ego pro eis rogo: Non pro mundo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi: quia tui sunt.
Et mea omnia tua sunt, & tua mea sunt, & glorificatus sum in eis.
Et iam non sum in mundo, & in mundo sunt, & ego ad te venio. Pater sancte, serua eos per nomen tuum, quos dedisti mihi, vt sint vnum sicut & nos.
Cum essem cum eis in mundo, ego seruabam eos nomine tuo. Quos dedisti mihi, ego custodiui, & nemo ex eis periit, nisi filius ille perditus, vt scriptura compleretur.
Nunc autem ad te venio, & hæc loquor in mundo, vt habeant gaudium meum impletum in semetipsis.
Ego tradidi eis sermonem tuum, & mundus eos odio habuit, quia non sunt de mundo, sicut & ego non sum de mundo.
Non rogo vt tollas eos è mundo, sed vt serues eos à malo.
De mundo non sunt, sicut & ego non sum de mundo.
Sanctifica eos per veritatẽ tuã. Sermo tuus veritas est.
Sicut tu me misisti in mundum, ita & ego misi eos in mundum.
Et pro eis ego sanctifico meipsum, vt sint & ipsi sanctificati per veritatem.
Non pro eis autem rogo tantum, sed & pro ijs, qui credituri sunt per sermonem eorum in me.
Vt omnes vnum sint, sicut tu pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint, vt credat mundus quod tu me miseris,

Vulgat. Editio.

Et ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis: vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus.

Ego in eis, & tu in me; vt sint consummati in vnum, & cognoscat mundus quia tu me misisti, & & dilexisti eos, sicut & me dilexisti,

Pater: quos dedisti mihi, volo vt vbi sum ego, & illi sint mecum: vt videant claritatem meam, quam dedisti mihi: quia dilexisti me ante constitutionem mundi.

Pater iuste, mundus te non cognouit: ego autem te cognoui, & hi cognouerunt, quia tu me misisti.

Et notum feci eis nomen tuum, & notum faciam: vt dilectio, qua dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis.

CAP. XVIII.

*Mat.26. 36. Mar.14. 32. Luc.22. 39. 2.Reg.15. 23.

HÆc cum dixisset Iesus, egressus est cum discipulis suis trans Torrentem Cedron, vbi erat hortus in quē introiuit ipse, & discipuli eius.

Sciebat autem & Iudas, qui tradebat eum, locum: quia frequenter Iesus conuenerat illic cum discipulis suis.

* Mat.26. 47. Mar.14. 42. Luc.22. 47.

* Iudas ergo cum accepisset cohortem, & à Pontificibus, & Pharisæis ministros, venit illuc cum laternis, & facibus, & armis.

Iesus itaque sciens omnia, quæ uentura erant. super eum, processit & dixit eis: Quem quæritis?

Respondérunt ei: Iesum Nazarenum. Dicit eis Iesus: Ego sum. Stabat autem & Iudas, qui tradebat eum, cum ipsis.

Vt ergo dixit eis: Ego sum: abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram.

Iterum ergo interrogauit eos: Quem quæritis? Illi autem dixerunt: Iesum Nazarenum.

Respondit Iesus: Dixi vobis, quia ego sum: si ergo me quæritis sinite hos abire.

*Sup.17. 12.

Vt impleretur sermo, quem dixit: * Quia quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quemquam.

Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum: & percussit Pontificis seruum, & abscidit auriculam eius dexteram. Erat autem nomen seruo Malchus.

Dixit ergo Iesus Petro: Mitte gladium tuum in vaginam. Calicem quem dedit mihi Pater, non bibam illum?

* Cohors ergo, & tribunus & ministri Iudæorum comprehenderunt Iesum, & ligauerunt eum:

*Luc.3.2 Et adduxerunt eum ad * Annam primum, erat enim socer Caiphæ, qui erat pontifex anni illius.

*Sup.11. Erat autem Caiphas, * qui consiliū dederat Iudæis: Quia expedit vnū hominē mori pro populo.

Sequebatur autem Iesum Simon Petrus, & alius discipulus. Discipulus autem ille erat notus Pontifici & introiuit cum Iesu in atrium Pontificis.

§Mat. 26 58. Mar.14. 54. Luc. 22. 54. Petrus autem stabat ad ostium foris. *Exiuit ergo discipulus alius, qui erat notus Pontifici, & dixit ostiariæ: & introduxit Petrum.

Dicit ergo Petro ancilla ostiaria: Numquid & tu ex discipulis es hominis istius? Dicit ille: Non sum.

Stabant autem serui, & ministri ad prunas: quia frigus erat, & calefaciebant se: erat autem cum eis & Petrus stans & calefaciens se.

Pontifex ergo interrogauit Iesum de discipulis suis, & de doctrina eius.

Transl. ex Syriac.

24 *Et ego gloriam, quam dedisti mihi, dedi eis: vt sint vnum sicut & nos vnum sumus.*

25 *Ego in eis, & tu in me: vt sint perfecti in vnum: & vt cognoscat mundus me à te missum esse, teque eos diligere prout & me dilexisti.*

26 *Pater: eos quos dedisti mihi: velim vt vbi sum ego, & illi sint mecum: vt conspicentur illam gloriam meam, quam dedisti mihi, quoniam dilexisti me ante iacta mundi fundamenta.*

27 *Pater mi iuste, & mundus non nouit te: ego vero te noui, & ipsi norunt me à te missum esse.*

28 *Et patefeci eis nomen tuum, ac patefaciam: vt dilectio illa qua dilexisti me, sit in eis, & ego ero in eis.*

CAP. XVIII.

1 *HÆc dixit Ieschua, & egressus est cum discipulis suis trans vadum Cedroun, vbi erat hortus, in quem introiuit ipse & discipuli eius.* Nota Resurrectionis Christi.

2 *Nouerat autem Iihoudo ille proditor locum illum: quia sæpissimè conuenerat illuc Ieschua cum discipulis suis.*

3 *Ille ergo Iihoudo assumpsit cateruam, & à Principibus sacerdotum, & Perischais assumpsit ministros, venitque illuc cum laternis, & facibus, & armis.*

4 *Ieschua verò quum sciret omnia, qua ei obuentura erant, exiit, ac dixit eis: Quem quæritis?*

5 *Dicunt ei: Ieschua Nazarenum. Dicit eis Ieschua: Ego sum. Stabat autem & Iihoudo proditor cum eis.*

6 *Quumque dixisset eis Ieschua: Ego sum: abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram.*

7 *Et iterum interrogauit eos Ieschua: Quem quæritis: Illi autem dixerunt: Ieschua Nazarenum.*

8 *Ait illis Ieschua: Dixi vobis me eum esse, quod si quæritis me, sinite hos abire.*

9 *Vt impleretur sermo quem dixerat: Ex ijs quos dedisti mihi ne vnum quidem perdidi.*

10 *Schemeoun autem Kipho habens gladium secum, distrinxit illum, & percussit seruum Principis sacerdotum, & abstulit auriculam eius dexteram. Erat autem nomen serui Molec.*

11 *At dixit Ieschua Kipho: Mitte gladium in vaginam eius: Calicem quem dedit mihi Pater meus, an non bibā?*

12 *Tunc caterua, & Chiliarchæ, & ministri Iihoudæorum comprehenderunt Ieschua, & vinxerunt eum.*

13 *Et eum adduxerunt ad Chanon primum, quippe qui socer esset Kaiopho qui erat summus Sacerdos anni illius.*

14 *Erat autem Kaiopho is, qui consilium dederat Iihoudais expedire vnum virum mori pro populo.*

15 *Schemeoun autem Kipho, & vnus ex discipulis alijs veniebant post Ieschua. Illum autē discipulum cognoscebat Princeps sacerdotum, & introijt vnà cum Ieschua in atrium.*

16 *Schemeoun autem stabat foris ad ostium. Exijt itaque alter ille discipulus quem cognoscebat Princeps sacerdotū, & dixit custodi portæ (ostiariæ) & introduxit Schemeoun.*

17 *Dixit autem adolescentula ostiaria ipsi Schemeoun: Nunquid & tu ex discipulis es istius hominis? Dicit ei: Minime.*

18 *Porro stabant serui & ministri, & componebant ignem vt calefacerent se, quia frigus erat. Stabat autem & Schemeoun cum eis, & calefaciebat se.*

19 *Princeps autem Sacerdotum interrogauit Ieschua de discipulis & doctrina ipsius.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Et ego gloriam quam dediſti mihi, dedi eis, vt ſint vnum, ſicut nos vnum ſumus.

Ego in eis, & tu in me: vt ſint conſummati in vnum: & vt cognoſcat mundus quia tu me miſiſti, & dilexiſti eos, ſicut me dilexiſti.

Pater, quos dediſti mihi, volo vt vbi ſum ego, & illi ſint cum me: vt videant gloriam meam quam dediſti mihi: quia dilexiſti me ante conſtitutionem mundi.

Pater iuſte, & mundus te non cognouit, ego autẽ te cognoui: & hi cognouerũt quia tu me miſiſti.

Et notum feci eis nomen tuum, & notum faciam: vt dilectio qua dilexiſti me, in ipſis ſit, & ego in ipſis.

CAP. XVIII.

HÆc dicens Ieſus, egreſſus eſt cum diſcipulis ſuis trans torrentem Cedron, vbi erat hortus in quem introiuit ipſe, & diſcipuli eius.

Sciebat autem & Iudas tradens eum locum: quia frequenter conuenerat Ieſus illuc cum diſcipulis ſuis.

Ergo Iudas accipiens cohortem, & ex principibus Sacerdotum & Phariſæis miniſtros: venit illuc cum laternis & facibus, & armis.

Ieſus itaque ſciens omnia ventura ſuper ſe, exiens dixit eis: Quem quæritis?

Reſponderunt ei: Ieſum Nazarenum. Dicit eis: Ieſus: Ego ſum. Stabat autem Iudas tradens eum cum ipſis.

Vt ergo dixit eis: Quod ego ſum, abierunt in ea quæ poſt, & ceciderunt humi.

Iterum ergo eos interrogauit: Quem quæritis? At dixerunt: Ieſum Nazarenum.

Reſpondit Ieſus: Dixi vobis quia ego ſum, ſi ergo me quæritis, ſinite hos abire.

Vt impleretur ſermo quem dixit: Quia quos dediſti mihi, non perdidi ex eis quenquam.

Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum, percuſſit principis Sacerdotum ſeruum, & abſcidit eius auriculam dexteram. Erat autem nomen ſerui Malchus.

Dixit ergo Ieſus Petro: Iniice gladium tuum in vaginam. Calicem quem dedit mihi Pater non bibam illum?

Ergo cohors, & tribunus, & miniſtri comprehenderunt Ieſum, & ligauerunt eum.

Et adduxerunt eum ad Annam primum: erat enim ſocer Caiphæ, qui erat princeps Sacerdotum anni illius.

Erat autem Caiphas ille conſulens Iudæis, quia expedit vnum hominem perire pro populo.

Sequebatur autem Ieſum Simon Petrus, & alius diſcipulus. At diſcipulus ille erat notus principi Sacerdotum, & ſimul introiuit Ieſu in atrium principis Sacerdotum.

At Petrus ſtabat ad oſtium foris. Exiuit ergo diſcipulus alius, qui erat notus principi Sacerdotum, & dixit oſtiariæ, & introduxit Petrum,

Dicit ergo ancilla oſtiaria Petro: Nunquid tu ex diſcipulis es hominis iſtius? Dicit ille: Non ſum

Stabant autem ſerui & miniſtri prunam facientes, quia frigus erat, & calefaciebant ſe, erat autem cum eis Petrus ſtans & calefaciens ſe.

Ergo princeps Sacerdotum interrogauit Ieſum de diſcipulis, & de doctrina eius.

Transl Eraſm. Roterod.

22 *Et ego gloriam quam dediſti mihi, dedi eis: vt ſint vnum ſicut & nos vnum ſumus.*

23 *Ego in eis, & tu in me: vt ſint conſummati in vnum, & vt cognoſcat mundus, quod tu me miſiſti, & dilexiſti eos, ſicut & me dilexiſti.*

24 *Pater, quos dediſti mihi, volo: vt vbi ſum ego & illi ſint mecum: vt videant gloriam meam, quam dediſti mihi; quia dilexiſti me ante conditum mundum.*

25 *Pater iuſte, & mundus te non cognouit: ego autem te cognoui, & hi cognouerunt, quod tu me miſeris.*

26 *Et notum feci eis nomen tuum, & notum faciam, vt dilectio qua dilexiſti me, in ipſis ſit, & ego in ipſis.*

CAP. XVIII.

1 *HÆc cum dixiſſet Ieſus egreſſus eſt cum diſcipulis ſuis trans torrentem cedron, vbi erat hortus, in quem introiuit ipſe & diſcipuli eius.*

2 *Nouerat autem & Iudas, qui prodebat eum, locum: quia frequenter Ieſus conuenerat illuc cum diſcipulis ſuis.*

3 *Iudas ergo cum accepiſſet cohortem, & à pontificibus ac phariſæis miniſtros, venit illuc cum laternis ac facibus, & armis.*

4 *Ieſus itaque ſciens omnia quæ ventura erant ſuper ſe: proceſſit ac dixit eis: Quem quæritis?*

5 *Reſponderunt ergo ei, Ieſum Nazarenum. Dicit eis Ieſus. Ego ſum. Stabat autem & Iudas, qui prodebat eum, cum ipſis.*

6 *Vt ergo dixit eis, ego ſum, abierunt retrorſum & ceciderunt in terram.*

7 *Iterum ergo interrogauit eos: Quem quæritis? Illi autem dixerunt: Ieſum Nazarenum.*

8 *Reſpondit Ieſus: Dixi vobis, quod ego ſum: Si ergo me quæritis, ſinite hos abire.*

9 *Vt compleretur ſermo quem dixerat: Ex ijs quos dediſti mihi, non perdidi quenquam.*

10 *Simon ergo Petrus cum haberet gladium, eduxit eum, & percuſſit pontificis ſeruum, & abſcidit auriculam eius dextram. Erat autem nomen ſeruo Malchus.*

11 *Dicit ergo Ieſus Petro: Immitte gladium tuum in vaginam. An non bibam poculum quod dedit mihi pater?*

12 *Cohors igitur & tribunus ac miniſtri Iudæorum comprehenderunt Ieſum, & ligauerunt eum.*

13 *Et abduxerunt eum ad Annam primum: erat enim ſocer Caiaphæ, qui erat pontifex anni illius.*

14 *Erat autem Caiaphas is qui conſilium dederat Iudæis, quod expediret vnum hominem mori pro populo.*

15 *Sequebatur autem Ieſum Simon Petrus, & alius diſcipulus. Diſcipulus autem ille erat notus pontifici & introiuit cum Ieſu in atrium pontificis.*

16 *Petrus autem ſtabat ad oſtium foris. Exiuit ergo diſcipulus ille alter, qui erat notus pontifici, & dixit oſtiariæ, & introduxit Petrum,*

17 *Dixit ergo Petro ancilla oſtiaria: Num & tu ex diſcipulis es hominis iſtius? Dicit ille: Non ſum.*

18 *Stabant autem ſerui & miniſtri, qui prunas congeſſerant, quia frigus erat, & calefaciebant ſe. Erat autem cum eis & Petrus ſtans & calefaciens ſe.*

19 *Pontifex ergo interrogauit Ieſum de diſcipulis ſuis & de doctrina ipſius.*

Vulgat. Editio.

Respondit ei Iesus: Ego palam locutus sum mundo: ego semper docui in Synagoga, & in templo, quo omnes Iudæi conueniunt: & in occulto locutus sum nihil.

Quid me interrogas? interroga eos, qui audierunt quid locutus sim ipsis: ecce, hi sciunt quæ dixerim ego.

Hæc autem cum dixisset, vnus assistens ministrorum dedit alapam Iesu, dicens: Sic respondes Pontifici?

*Mat.26. 57. Mar.14. 53. Luc.22. 54. Respondit ei Iesus: *Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem bene, quid me cædis?

Et misit eum Annas ligatum ad Caipham Pontificem.

Erat autem Simon Petrus stans, & calefaciens se. *Dixerunt ergo ei: Nunquid & tu ex discipulis eius es? Negauit ille, & dixit: Non sum.

* Mat.26. 69. Mar.14. 67. Luc.22. 56. Dicit ei vnus ex seruis Pontificis, cognatus eius, cuius abciderat Petrus auriculam: Nonne ego te vidi in horto cum illo?

Iterum ergo negauit Petrus: & statim gallus cantauit.

Adducunt ergo Iesu à Caipha in prætorium. Erat autem mane. & ipsi non introierunt in prætorium,* vt non contaminarentur, sed vt manducarent Pascha.

*Mar.15. 1. Luc.23. 1. Act.10.28 & 11.3 Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit: Quam accusationem affertis aduersus hominem hunc?

Responderunt & dixerunt ei: Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum.

Dixit ergo eis Pilatus: Accipite eum vos, & secundum legem vestram iudicate eum. Dixerunt ergo ei Iudæi: Nobis non licet interficere quenquam.

*Mat 20. 19. *Vt sermo Iesu impleretur quem dixit, significans qua morte esset moriturus.

*Mat.27. 11. Mar.15.2 Luc.23.3 / *Introiuit ergo iterum in prætorium Pilatus, & vocauit Iesum, & dixit ei: Tu es rex Iudæorum?

Respondit ei Iesus: A temetipso hoc dicis, an alij dixerunt tibi de me?

Respondit Pilatus: Nunquid ego Iudæus sum? Gens tua, & Pontifices tradiderunt te mihi: quid fecisti?

Respondit Iesus: Regnum meum non est de hoc mundo: si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei vtique decertarent vt non traderer Iudæis: nunc autem regnum meum non est hinc.

Dixit itaque ei Pilatus: Ergo rex es tu? Respondit Iesus: Tu dicis, quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati: omnis, qui est ex veritate, audit vocem meam.

Dicit ei Pilatus: Quid est veritas? Et cum hoc dixisset, iterum exiuit ad Iudæos, & dicit eis: Ego nullam inuenio in eo causam.

*Mat.27. 15. Mar.15.6 Luc.23.17 / *Est autem consuetudo vobis vt vnum dimittam vobis in Pascha: vultis ergo dimittam vobis regem Iudæorum?

Clamauerunt ergo rursum omnes, dicentes: Non hunc, sed Barabbam, erat autem Barabbas latro.

CAP. XIX.

Mat.27. 27. Mar.15. 16. TVnc ergo apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit.

Et milites plectentes coronam de spinis, imposuerunt capiti eius, & veste purpurea circumdederunt eum.

Et veniebant ad eum, & dicebant: Aue rex Iudæorum, & dabant ei alapas.

Exiuit ergo iterum Pilatus foras, & dicit eis: Ecce adduco vobis eum foras, vt cognoscatis quia nullam inuenio in eo causam.

Transl. ex Syriac.

Et dixit ei Ieschua: Ego palam locutus sum ad populum, semperque docui in Synagoga, & in templo, quo omnes Ithoudæi conueniunt, & in occulto locutus sum nihil.

Quid me interrogas? interroga eos qui audierunt quid collocutus sim eis: ecce hi sciunt quæcumque dixerim.

Quumq; hæc dixisset, vnus ex ministris qui adstabat, percussit maxillam ipsius Ieschua, & dixit ei: Itane das responsum Principi sacerdotum?

Respondit Ieschua, & dixit ei: Si male locutus sum, testificare de malo: sin autem bene, cur me cædis?

Chanon autem misit Ieschua vinctum ad Kaiopho Summum sacerdotem.

Et Schemeoun Kipho stabat & calefaciebat se. Et dicunt ei: Nunquid & tu vnus ex discipulis eius es? At ille negauit, & dixit: Non sum.

Dicit ei vnus ex seruis Summi sacerdotis, cognatus illius cuius Schemeoun ampuiarat auriculam: Nonne ego vidi te cum eo in horto?

Et iterum inficiatus est Schemeoun: & in ea ipsa hora emisit vocem gallus.

Porro abduxerunt Ieschua à Kaiopho in prætorium: Eratq; mane, ipsi non introierunt in prætorium: ne polluerentur prius quàm comedissent Pezcho. *Marcion. vt Tertull. Cruciat. Exocat.

Exiuit autem Pilatus foras ad eos, & dixit eis: Quam accusationem habetis aduersus hunc virum?

Respondentes, ac dicunt ei: Nisi esset maleficus, ne tibi quidem tradidissemus eum.

Dixit eis Pilatus: Accipite eum vos, eumq; iudicate secundum legem vestram. Dicunt Ithoudæi: Non licet nobis interficere quenquam.

Vt impleretur sermo quem dixerat Ieschua, quum patefaceret qua morte esset moriturus.

Introiit autem Pilatus in prætorium, & vocauit Ieschua, ac dixit ei: Tune es rex Iudæorum?

Dixit ei Ieschua: A temetipso dicis hoc, an alij dixerunt tibi de me?

Dixit ei Pilatus: Num ego Ithoudæus sum? Filij gentis tuæ, & Princeps sacerdotum tradiderunt te mihi. Quid fecisti?

Dixit ei Ieschua: Regnum meum non est ex hoc mundo: si ex hoc mundo esset regnum meum, decertarent ministri mei ne traderer Ithoudæis. Nunc autem regnum meum (inquam) non est hinc.

Dixit ei Pilatus: Ergo rex es? Dixit ei Ieschua: Tu dicis me regem esse. Ad hoc ego natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam de veritate: quisquis est ex veritate, audit vocem meam.

Dixit ei Pilatus: Quid est veritas? Et quum hoc dixisset, exiit rursus ad Ithoudæos, & dixit eis: Ego ne vnam quidem causam inuenio in eo.

Moris est autem vobis, vt vnum dimittam vobis in Pezche: vultis igitur dimittam vobis hunc regem Ithoudæorum?

At clamauerunt omnes, dicuntque Non hunc, sed Bar-raba. Erat autem iste Bar-raba latro.

CAP. XIX.

TVnc Pilatus flagellauit Ieschua.

Et milites complicarunt coronam è spinis, & imposuerunt eam capiti ipsius, & amicierunt eum vestimentis coccineis:

Et dicebant: Pax tibi, (Salue) rex Ithoudæorum, & porrigebant eum in maxillas ipsius.

Porro exiuit iterum Pilatus foras, & dixit eis: En adduco eum vobis foras, Vt noueritis me non inuenire possum (in eo) ne vnam quidem occasionem.

Transl. B. Ariæ Mont.

Respondit ei Ie us: Ego palam locutus sum mundo: ego semper docui in synagoga, & in templo, quò vndique Iudęi conueniunt: & in occulto locutus sum nihil. 20

Quid me interrogas? interroga audientes quid locutus sim ipsis: ecce, hi sciunt quæ dixerim ego. 21

Hæc autem eo dicente, vnus ministrorum assistens, dedit alapam Iesu, dicens: Sic respondes principi Sacerdotum. 22

Respondit ei Iesus: Si male locutus sum, testare de malo: si autem pulchre, quid me cædis? 23

Misit eum Annas ligatum ad Caipham principem Sacerdotum. 24

Erat autem Simon Petrus stans, & calefaciens se. Dixerunt ergo ei: Num & tu ex discipulis eius es? Negauit igitur ille, & dixit: Non sum. 5

Dicit vnus ex seruis principis Sacerdotum, cognatus existens cuius abscíderat Petrus auriculam: Non ego te vidi in horto cum illo? 26

Iterum ergo negauit Petrus: & statim gallus cantauit. 27

Adducũt ergo Iesũ à Caipha in prætoriũ, erat autẽ mane & ipsi non introierũt in prætoriũ, vt non contaminarẽtur, sed vt manducarent Pascha. 28

Exiuit ergo Pilatus ad eos, & dixit: Quam accusationem affertis aduersus hominem hunc? 29

Responderunt & dixerunt ei: Si non esset hic malefactor, non vtique tibi tradidissemus eum. 30

Dixit ergo eis Pilatus: Accipite eum vos, & secundum legem vestram iudicate eum. Dixerũt ergo ei Iudæi: Nobis non licet interficere quenquam. 31

Vt sermo Iesu impleretur quem dixit, significans qua morte futurus esset mori. 32

Introiuit ergo in prætorium iterum Pilatus: & vocauit Iesum, & dixit ei: Tu es rex Iudęorum? 33

Respondit ei Iesus: A temetipso tu hoc dicis, an alij tibi dixerunt de me? 34

Respondit Pilatus: Nunquid ego Iudæus sum? Gens tua, & principes Sacerdotum tradiderunt te mihi, quid fecisti? 35

Respondit Iesus: Regnũ meum non est de mundo hoc: si ex mundo hoc esset regnum meum, ministri vtique mei decertarent vt non traderer Iudæis, nunc autem regnum meum non est hinc. 36

Dixit itaque ei Pilatus: Num ergo rex es tu: Respondit Iesus: Tu dicis, quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt tester veritati, omnis existens ex veritate, audit meam vocem. 37

Dicit ei Pilatus: Quid est veritas? Et hoc dicens, iterum exiuit ad Iudæos, & dicit eis: ego nullam causam inuenio in eo. 38

Est autem consuetudo vobis, vt vnum vobis absoluam in Pascha, vultis ergo vobis absoluam regem Iudæorum? 39

Clamauerunt ergo rursum omnes, dicentes: Non hunc, sed Barabbam, erat autẽ Barabbas latro. 40

CAP. XIX.

TVnc ergo accepit Pilatus Iesum, & flagellauit. 1

Et milites plectentes coronam de spinis, imposuerunt eius capiti: & veste purpurea amicierunt eum: 2

Et dicebant: Gaude rex Iudæorum: & dabant ei alapas. 3

Exiuit ergo iterum foras Pilatus, & dicit eis: Ecce adduco vobis eum foras, vt cognoscatis quia in eo nullam causam inuenio. 4

Transl. Erasm. Roterod.

Respondit autem ei Iesus: Ego palam locutus sum mundo. Ego semper docui in synagoga, & in templo, quo omnes Iudæi conueniunt, & in occulto locutus sum nihil.

Quid me interrogas? interroga eos qui audierunt quid locutus sim ipsis. Ecce hi sciunt quid dixerim ego.

Hæc autem cum dixisset, vnus assistens ministrorum, dedit alapam Iesu, dicens: Siccine respondes Pontifici?

Respondit ei Iesus: Si male locutus sum, testificare de malo: sin bene, cur me cædis?

Et misit eum Annas vinctum ad Caiapham pontificem.

Stabat autem Simon Petrus, & calefaciebat se. Dixerunt ergo ei: Num & tu ex discipulis eius es? Negauit ille & dixit: Non sum.

Dicit ei vnus ex seruis pontificis cognatus eius, cuius abscíderat Petrus auriculam: Nonne ego te vidi in horto cum illo?

Iterum ergo negauit Petrus, & statim gallus cecinit.

Ducunt ergo Iesum à Caipha in prætorium. Erat autem mane, & ipsi non introierunt in prætorium, ne contaminarentur, sed vt ederent pascha.

Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit: Quam accusationem affertis aduersus hominem hunc?

Responderunt & dixerunt ei: Si non esset hic nocens, haudquaquam tibi tradidissemus eum.

Dicit ergo eis Pilatus: Accipite eum vos, & secundum legem vestram iudicate eum. Dixerunt ergo ei Iudæi: Nobis non licet interficere quenquam.

Vt sermo Iesu impleretur, quem dixit, significans qua morte esset moriturus.

Introiuit ergo iterum in prætorium Pilatus, & vocauit Iesum, & dixit ei: Tu es ille rex Iudæorum?

Respondit Iesus: A temetipso tu hoc dicis, an alij dixerunt tibi de me?

Respondit Pilatus: Num ego Iudæus sum? Gens tua & pontifices tradiderunt te mihi. Quid fecisti?

Respondit Iesus: Regnum meum non est ex hoc mundo Si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei vtique decertarent, ne traderer Iudæis. Nunc autem regnum meum non est hinc.

Dixit itaque ei Pilatus: Ergo rex es tu? Respondit Iesus: Tu dicis, quod rex sum ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium feram veritati. Omnis qui est ex veritate, audit vocem meam.

Dicit ei Pilatus: Quid est veritas? Et cum hoc dixisset, iterum prodiit ad Iudæos, & dicit eis: Ego nullam inuenio in eo causam.

Est autem consuetudo vobis, vt vnum dimittam vobis in Pascha. Vultis ne ergo dimittam vobis illum regem Iudæorum?

Clamauerunt rursum omnes dicentes: Non hunc, sed Barrabam. Erat autem Barrabas latro.

CAP. XIX.

TVnc ergo apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit.

Et milites plectentes coronam de spinis, imposuerunt capiti eius, & veste purpurea circumdederunt eum,

Ac dicebant: Aue rex Iudæorum. Et dabant ei alapas:

Exiuit iterum Pilatus foras, & dicit eis: Ecce adduco vobis eum foras, vt cognoscatis, quod nullam in eo causam inuenio.

Vulgat. Editio.

(Exiuit ergo Iesus portans coronam spineam, & purpureum vestimentum:) Et dicit eis: Ecce homo.

Cum ergo vidissent eum Pontifices & ministri, clamabant, dicentes: Crucifige, crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Accipite eum vos, & crucifigite: ego enim non inuenio in eo causam.

Respondérunt ei Iudæi: Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia Filium Dei se fecit.

Cum ergo audisset Pilatus hunc sermonem, magis timuit.

Et ingressus est prætorium iterum: & dixit ad Iesū: Vnde es tu? Iesus autē responsū non dedit ei.

Dicit ergo ei Pilatus: Mihi non loqueris? nescis quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te?

Respondit Iesus: Non haberes potestatem aduersum me vllam, nisi tibi datum esset desuper: propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet

Et exinde quærebat Pilatus dimittere eum. Iudæi autem clamabant dicentes: Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris; omnis enim, qui se regem facit, contradicit Cæsari.

Pilatus autem cum audisset hos sermones, adduxit foras Iesum: & sedit pro tribunali, in loco, qui dicitur Lithostrotos, Hebraicè autem Gabbatha.

Erat autem parasceue Paschæ, hora quasi sexta, & dicit Iudæis: Ecce rex vester.

Illi autem clamabant: Tolle tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Regem vestrum crucifícam? Respondérunt Pontifices: Non habemus Regem, nisi Cæsarem.

Tunc ergo tradidit eis illum vt crucifigeretur * Susceperunt autem Iesum, & eduxerunt.

Et bajulans sibi crucem exiuit in eum, qui dicitur Caluariæ, locum, Hebraicè autem Golgotha:

Vbi crucifixerunt eum, & cum eo alios duos hinc & hinc, medium autem Iesum.

Scripsit autem & titulum Pilatus: & posuit super crucem. Erat autem scriptum: IESVS NAZARENVS, REX IVDÆORVM.

Hunc ergo titulum multi Iudæorum legerunt: quia prope ciuitatem erat locus, vbi crucifixus est Iesus: Erat scriptum Hebraicè, Græcè, & Latinè.

Dicebant ergo Pilato Pontifices Iudæorum: Noli scribere, Rex Iudæorum: sed quia ipse dixit: Rex sum Iudæorum.

Respondit Pilatus: Quod scripsi, scripsi.

Milites ergo cum crucifixissent eum, * acceperunt vestimenta eius, (& fecerunt quattuor partes vnicuique militi partem) & tunicam. Erat autem tunica inconsutilis, desuper contexta per totum.

Dixerunt ergo ad inuicem: Non scindamus eam sed sortiamur de illa cuius sit. Vt Scriptura impleretur, dicens: * Partiti sunt vestimenta mea sibi: & in vestem meam miserunt sortem. Et milites quidem hæc fecerunt.

Stabant autem iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius, Maria Cleophæ, & Maria Magdalene.

Cum vidisset ergo Iesus matrem, & discipulum stantem, quem diligebat, dicit matri suæ: Mulier, ecce filius tuus.

Transl. ex Syriac.

* Exiit itaque Ieschua foras, existente super eum corona spinea, & vestimentis coccineis: Et dixit eis Pilatus: Ecce homo. *Ad hostium.

Quum autem vidissent eum Principes sacerdotum & ministri, clamarunt, dicentes: Crucifige eum, crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Accipite vos, eumque cruci suffigite; ego enim nullam inuenio in eo causam.

Dicunt ei Ihoudæi: Nos legem habemus; & prout est in lege nostra, reus est mortis, quippe qui seipsum faciat Filium Dei.

Quum autem audisset Pilatus hunc sermonem, magis timuit.

Et introiit rursus in prætorium, & dixit Ieschua: Vndenam es? Ieschua vero responsum non dedit ei.

Subdit ei Pilatus: Mecum non loqueris? Nescis me habere potestatem dimittendi te, & potestatem crucifigendi te?

Dixit ei Ieschua: Non haberes potestatem aduersus me vllam, nisi datum esset tibi superne: propterea is qui me tradidit tibi, maius peccatum habet quam tuum.

Ob idque volebat Pilatus eum dimittere. Ihoudæi vero clamabant: Si nunc dimiseris, non es amicus Cæsaris, nam quicumque se regem facit, inimicus est Cæsaris.

Quum audisset autem Pilatus hunc sermonem, adduxit Ieschua foras, & sedit pro tribunali in loco qui vocatur Rozzipino (pauimentum) lapidum: Hebraicè verò dicitur Caphiphtho (peribolus.)

Et erat Parasceue Pazcho: erat autem circiter hora sexta: & dixit Ihoudæis: Ecce Rex vester.

* Illi verò clamabant: Tolle eum, tolle eum; crucifige eum, crucifige eum. Dixit eis Pilatus, Regem vestrum crucifigam? Dicunt ei Principes sacerdotum: Non habemus regem, nisi Cæsarem. *Ad horam tertiam.

Tunc tradidit eum ipsis vt crucifigerent eum. Acceperunt itaque Ieschua:

Et abduxerunt eum, quum baiularet crucem suam ad locum qui vocatur Karkaphtho, (Caluariæ) Hebraicè verò dicitur Cogoultho (Cranium capitis.)

Vbi crucifixerunt eum, & cum eo duos alios, vnum hinc, & alterum hinc; Ieschua autem in medio.

Quumetiam scripsit tabulam Pilatus, & imposuit cruci eius. Erat verò scriptum erat: IESVS NAZARENVS REX ILLE IHOVDÆORVM.

Hunc porrò titulum multi ex Ihoudæis legerunt: quia prope ciuitatem erat locus in quo crucifixus fuit Ieschua: Et scriptum erat Hebraicè, & Ionicè, & Romanè.

Dixerunt autem Principes sacerdotum Pilato: Ne scribas: Rex ille Ihoudæorum: sed illum dixisse: Rex sum Ihoudæorum.

Dixit Pilatus: Quod scripsi, scripsi.

* Caterum milites quum crucifixissent Ieschua, sustulerunt vestimenta eius, & fecerunt quatuor partes: partem vnicuique ex militibus. Porrò tunica, eius erat absque futura, à summo contexta tota. *Ad horam sextam.

Dixerunt itaque alius ad alium: Ne scindamus eam; sed sorte experiamur de ea, cuinam futura sit. Et impleta est Scriptura, quæ dicit: Partiti sunt vestimenta mea inter se, & super vestem meam iecerunt sortem. Hæc fecerunt milites.

Stabant autem ad crucem Ieschua mater eius, & soror matris eius, & Mariam Kliuppha, & Mariam Magdeloitho.

Ieschua vero conspicatus matrem suam, & discipulum illum quem ipse amabat adstantem, & dixit matri suæ: Mulier, ecce filius tuus.

Transl. B. Ariæ Mont.

Exiuit ergo Iesus foras, portans spineam coronam,& purpureum vestimentum.Et dicit eis: Ecce homo.

Cum ergo vidissent eum principes Sacerdotum & ministri,clamabant,dicentes,Crucifige, crucifige eum.Dicit eis Pilatus:Accipite eum vos, & crucifigite.ego enim non inuenio in eo causam.

Respondérunt ei Iudæi:Nos legem habemus, & secundum legem nostram debet mori : quia seipsum Filium Dei fecit.

Cum ergo audisset Pilatus hunc sermonem,magis timuit.

Et ingressus est in prætorium iterũ:& dicit Iesu: Vnde es tu?At Iesus responsum non dedit ei.

Dicit ergo ei Pilatus: Mihi non loqueris ? nescis quia auctoritatem habeo crucifigere te,& auctoritatem habeo absoluere te?

Respondit Iesus : Non haberes auctoritatem vllam aduersum me,si non esset tibi datum desuper. Propter hoc tradens me tibi, maius peccatum habet.

Ex hoc quærebat Pilatus absoluere eum. At Iudęi clamabant, dicentes : Si hunc absolueris, non es amicus Cæsaris.omnis regem seipsum faciens,contradicit Cæsari.

Ergo Pilatus audiens hunc sermonem, adduxit foras Iesum:& sedit protribunali in locum dictum Lithostrotum,Hebraicè autem Gabbatha.

Erat autem parasceue Paschæ,hora autem quasi sexta,& dicit Iudæis:Ecce rex vester.

Illi autem clamabant:Tolle,tolle crucifige eum. Dicit eis Pilatus Regem vestrum crucifigam? Respondérunt principes Sacerdotum : Non habemus regem,si non Cæsarem.

Tunc ergo tradidit illum eis vt crucifigeretur. Acceperunt autem Iesum,& eduxerunt.

Et portans crucem suam, exiuit in dictum Caluariæ locum,qui dicitur Hebraicè Golgotha:

Vbi eum crucifixerunt, & cum eo alios duos hinc & hinc,medium autem Iesum.

Scripsit autem & titulum Pilatus:& posuit super crucem: Erat autem scriptum : IESVS NAZARENVS REX IVDÆORVM.

Hunc ergo titulum multi legerunt Iudæorum: quia prope erat locus ciuitatem vbi crucifixus est Iesus.Et erat scriptum Hebraicè. Græcè, Romanè.

Dicebant ergo Pilato principes Sacerdotum Iudæorum:Ne scribe, Rex Iudæorum : sed quia ipse dixit,Rex sum Iudæorum.

Respondit Pilatus:Quod scripsi,scripsi.

Ergo milites cum crucifixissent Iesum,acceperunt vestimenta eius (& fecerunt quatuor partes vnicuique militi partẽ)& tunicã. Erat autẽ tunica inconsutilis,ex ijs quæ desuper cõtexta per totum:

Dixerunt ergo ad inuicẽ:Non scindamus eã:sed sortiamur de illa cuius erit. Vt scriptura impleretur dicens Partiti sunt vestimenta mea sibi ipsis & super vestem meam miserunt sortem. Illi quidem igitur milites hæc fecerunt.

Stabant autem iuxta crucem Iesu,mater eius, & soror matris eius Maria illa Cleopæ,& Maria Magdalene.

Iesus ergo videns matrem & discipulum astantem quem diligebat,dicit matri suæ:Mulier, ecce filius tuus.

Transl. Erasm. Roterod.

5 *Exiuit ergo Iesus foras, & gestans spineam coronam,& purpureum pallium. & dicit eis : Ecce homo.*

6 *Cum ergo vidissent eum Pontifices & ministri clamabant dicentes : Crucifige, crucifige. Dicit eis Pilatus : Accipite eum vos,& crucifigite. ego enim non inuenio in eo causam.*

7 *Respondérunt ei Iudæi : Nos legem habemus, & secundum legem nostram debet mori: quia Filium Dei se fecit.*

8 *Cum ergo audisset Pilatus hunc sermonem , magis timuit ,*

9 *Et ingressus est prætorium iterum, & dicit ad Iesum: Vnde es tu ? Iesus autem responsum non dedit ei?*

10 *Dicit ergo ei Pilatus : Mihi non loqueris ? nescis quod potestatem habeam crucifigendi te, & potestatem habeam absoluendi te?*

11 *Respondit Iesus : Non haberes potestatem aduersum me vllam, nisi tibi datum esset è supernis. Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet.*

12 *Et ex eo quærebat Pilatus absoluere eum. Iudæi autem clamabant dicentes : Si hunc absolueris , non es amicus Cæsaris. Quicumque se regem facit, contradicit Cæsari.*

13 *Pilatus autem cum audisset hunc sermonem , produxit foras Iesum,sedit q; pro tribunali in loco , qui dicitur Lithostrotos, Hebraice autem Gabatha.*

14 *Erat autem parasceue paschæ, hora fermè sexta, & dicit Iudæis : Ecce rex vester.*

15 *Illi autem clamabant : Tolle, tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus : Regem vestrum crucifigam ? Respondérunt pontifices : Non habemus regem, nisi Cæsarem.*

16 *Tunc ergo tradidit eum illis, vt crucifigeretur. Acceperunt autem Iesum,& abduxerunt,*

17 *Atque is bajulans crucem suam, exiuit eum, qui dicitur Caluaria , locum, Hebraicè autem Golgotha,*

18 *Vbi crucifixerunt eum , & cum eo alios duos hinc & hinc, medium autem Iesum.*

19 *Scripsit autem & titulum Pilatus, & posuit super crucem. Erat autem scriptum : IESVS NAZARENVS REX IVDÆORVM.*

20 *Hunc ergo titulum multi Iudæorum legerunt, quia prope ciuitatem erat locus, vbi crucifixus est Iesus. Et erat scriptum Hebraicè, & Græcè, & Latinè.*

21 *Dicebant ergo Pilato pontifices Iudæorum: Noli scribere, rex Iudæorum : sed quod ille dixerit , rex sum Iudæorum.*

22 *Respondit Pilatus : Quod scripsi, scripsi.*

23 *Milites ergo cum crucifixissent Iesum, acceperunt vestimenta eius & fecerunt quatuor partes , vnicuique militi partem & tunicam , Erat autem tunica inconsutilis, à summo contexta per totum.*

24 *Dixerunt ergo inter se: Ne scindamus eam , sed sortiamur de illa cuius sit. Vt scriptura impleretur, dicens: Partiti sunt vestimenta mea sibi , & in vestem meam miserunt sortem. Milites quidem hæc fecerunt.*

25 *Stabant autem iuxta crucem Iesu mater eius , & soror matris eius Maria Cleopæ, & Maria Magdalene.*

26 *Cum vidisset ergo Iesus matrem , ac discipulum astantem, quem diligebat , dicit matri suæ : Mulier ecce filius tuus.*

Vulgat. Editio.

Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua.

Postea sciens Iesus quia omnia cõsummata sunt
*Psal.68. * vt consumaretur Scriptura, dixit: Sitio.

Vas ergo erat positum aceto plenum. Illi autem spongiam plenam aceto, hyssopo circumponentes, obtulerunt ori eius.

Cum ergo accepisset Iesus acetum, dixit: Consummatũ est. Et inclinato capite tradidit spiritũ.

Iudæi ergo, (quoniam Parasceue erat) vt non remanerẽt in cruce corpora sabbato (erat enim magnus dies ille Sabbati) rogauerunt Pilatum vt frangerentur eorum crura, & tollerentur.

Venerunt ergo milites: & primi quidem fregerunt crura & alterius qui crucifixus est cum eo.

Ad Iesum autem cum venissent, vt viderũt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura,

Sed vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis, & aqua.

Et qui vidit, testimonium perhibuit: & verũ est testimonium eius. Et ille scit quia vera dicit: vt & vos credatis.

Facta sunt enim hæc vt Scriptura impleretur:
* Exod. 12. 46. Num. 9. 12. * Os non comminuetis ex eo.

Et iterum alia Scriptura dicit: * Videbunt in
* Zac. 12. 10. quem transfixerunt.

* Mat. 27. 57. Mar. 15. 42. Luc. 23. 50. * Post hæc autem rogauit Pilatum Ioseph ab Arimathæa, (eo quod esset discipulus Iesu, occultus autem propter metum Iudæorum) vt tolleret corpus Iesu. Et permisit Palatus. Venit ergo, & tulit corpus Iesu.

*Sup. 3. 1. Venit autem & Nicodemus, * qui venerat ad Iesum nocte primum, ferens mixturam myrrhæ, & aloes, quasi libras centum.

Acceperunt ergo corpus Iesu, & ligauerunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire.

Erat autem in loco, vbi crucifixus est, hortus: & in horto monumentum nouum, in quo nondum quisquam positus erat.

Ibi ergo propter Parasceuen Iudæorum, quia iuxta erat monumentum, posuerunt Iesum.

CAP. XX.

Mat. 28. 1 Mar. 16. 1 Luc. 24. 1 VNa autem sabbati, Maria Magdalene venit mane, cum adhuc tenebræ essent, ad monumentũ: & vidit lapidem sublatum à monumento.

Cucurrit ergo & venit ad Simonẽ Petrum, & ad alium discipulum, quẽ amabat Iesus, & dicit illis: Tulerunt Dominum de monumento, & nescimus vbi posuerunt eum.

Exiit ergo Petrus, & ille alius discipulus, & venerunt ad monumentum.

Currebant autem duo simul, & ille alius discipulus præcucurrit citius Petro, & venit primus ad monumentum.

Et cum se inclinasset, vidit posita linteamina, non tamen introiuit.

Venit ergo Simon Petrus sequens eum, & introiuit in monumentum, & vidit linteamina posita,

Et sudarium, quod fuerat super caput eius, non cum linteaminibus positum, sed separatim inuolutum in vnum locum.

Tũc ergo introiuit & ille discipulus, qui venerat primus ad monumentum: & vidit, & credidit.

Nondum enim sciebant Scripturam, quia oportebat eum à mortuis resurgere.

Transl. ex Syriac.

Dixit autem discipulo illi: Ecce mater tua. Et ex illa hora recepit eam discipulus ille apud se.

Postea sciens Ieschua omnia absoluta esse, & vt impleretur Scriptura, dixit: Sitio.

Vas autem positum erat plenum aceto. Illi vero impleuerunt spongiam aceto, & imposuerunt eam hyssopo, admouerunt́q; ori eius.

Quum autem accepisset illud acetum Ieschua, dixit: Ecce consummatum est. Et inclinauit caput suum, ac tradidit spiritum suum.

a Vel ne sabbato sed Azymorum essent. * *Ihoudai vero quoniam parasceue erat, dicunt: Nequaquam pernoctabunt corpora ista in cruce, quandoquidem Sabbathi illucesset dies (erat enim magnus dies Sabbathi illius) & efflagitarunt à Pilato, vt confringerent crura eorum suspensorum, atq; tollerent eos.*

Venerunt itaque milites, & confregerunt crura prioris, & eius alterius qui crucifixus erat cum eo.

Quumq; venissent ad Ieschua, viderunt eum iam esse mortuum, neque confregerunt eius crura:

Sed vnus ex militibus ferijt, eum in latere ipsius lancea, & statim exijt sanguis & aqua.

Et qui vidit testatus est, & verum est testimonium eius, ipseq; nouit se vera dicere, vt & vos credatis.

Hæc autem facta sunt vt impleretur Scriptura, dicens: Os non comminuetur in eo.

Et rursus alia Scriptura dicit: Respicient in eum quem perfoderunt.

Posthæc Iauseph ille ex Rametho efflagitauit à Pilato, (siquidem discipulus fuerat Ieschua, sed occultus propter metum Ihoudæorum) vt tolleret corpus Ieschua. Et permisit Pilatus. Proinde venit, & sustulit corpus Ieschua.

Venit autem & Nicodimous, (is qui primum venerat ad Ieschua noctu) & attulit secum misturæ myrrhæ, & aloes quasi centum libras.

Susulerunt itaque corpus Ieschua, & obuoluerunt illud linteis, & aromatibus, prout mos est Ihoudais sepelire.

Erat eo in loco, in quo crucifixus erat Ieschua, hortus: & in ipso horto monumentum nouum in quo nemo adhuc positus fuerat.

Itaque posuerunt illic Ieschua, propterea quod Sabbatum intrabat, quodq; prope esset monumentum.

CAP. XX.

PRimo autem hebdomadis venit Mariam Magdaloitho diluculo, quum adhuc tenebræ essent, ad monumentum, videtq; lapidem sublatum à sepulchro. Iesus manifestat Discipulis resurrectionem.

Cucurrit ergo & venit ad Schemeoun Kipho, & ad illum alium discipulum quem amabat Ieschua: aitq; illis: Susulerunt Dominum nostrum ab illo monumento, & nescio vbi posuerint eum.

Exijt itaque Schemeoun & ille discipulus alius, venerunt́q; ad monumentum.

Currebant autem duo illi simul, sed ille discipulus cursu præcessit Schemeoun, venitque prior ad monumentum.

Et prospiciens vidit lintea posita, introeundo autem non introiuit.

Venit autem Schemeoun post eum, & introijt in monumentum, conspexitq; lintea posita,

Et sudarium illud quo comprehensum fuerat caput eius, non cum linteis, sed inuolutum, positumq; seorsum in vno loco.

Tunc introiuit etiam discipulus ille, qui venerat prior ad sepulchri domum, viditq; & credidit.

Nondum enim nouerant ex Scripturis, eum resurrecturum esse à mortuis.

Transl. B. Abb. Mont.

Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus ille in propria.

Post hæc sciens Iesus quia omnia iam consummata sunt, vt consummaretur Scriptura, dicit: Sitio.

Vas ergo erat positum aceto plenum. Illi verò implentes spongiam aceto, hyssopo circumponentes, obtulerunt eius ori.

Cum ergo accepisset acetum Iesus, dixit: Consummatum est. Et inclinans caput tradidit spiritum.

Ergo Iudæi, vt non remanerent in cruce corpora in Sabbato (quoniam Parasceue erat: erat enim magnus dies ille Sabbati) rogauerunt Pilatum vt frangerentur eorum crura, & tollerentur.

Venerunt ergo milites: & quidem primi fregerunt crura, & alterius concrucifixi ei.

Ad autem Iesum venientes, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura:

Sed vnus militum lancea eius latus fodit, & continuo exiuit sanguis, & aqua.

Et videns, testificauit, & verum est testimonium eius. Et ille scit quia vera dicit: vt vos credatis.

Facta sunt enim hæc vt Scriptura impleretur: Os non comminuetur ex eo.

Et iterum alia Scriptura dicit: Videbunt in quem transfixerunt.

Post hæc autem rogauit Pilatum Ioseph ab Arimathæa, existens discipulus Iesu, occultus autem propter metum Iudæorum, vt tolleret corpus Iesu. Et permisit Pilatus. Venit ergo, & tulit corpus Iesu.

Venit autem & Nicodemus, veniens ad Iesum nocte primum, ferens mixturam myrrhæ, & aloes, quasi libras centum.

Acceperunt ergo corpus Iesu, & ligauerunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire.

Erat autem in loco, vbi crucifixus est, hortus: & in horto monumentum nouum, in quo nondum quisquam positus erat.

Ibi ergo propter Parasceuen Iudæorum, quia iuxta erat monumentum, posuerunt Iesum.

CAP. XX.

1 Aᵀ vna sabbatorum Maria Magdalene venit mane, tenebris adhuc existentibus, ad monumentū: & videt lapidem sublatum ex monumēto.

2 Currit ergo, & venit ad Simonem Petrum, & ad alium discipulum, quē diligebat Iesus, & dicit illis: Tulerunt Dominum de monumento, & nescimus vbi posuerunt eum.

3 Exijt ergo Petrus, & alius discipulus, & venerunt ad monumentum.

4 Currebant autem duo simul: & ille alius discipulus præcucurrit citius Petro, & venit primus ad monumentum.

5 Et inclinatus vidit posita linteamina: non tamen introiuit.

6 Venit ergo Simon Petrus sequens eum, & introiuit in monumentū, & cōspicit linteamina posita,

7 Et sudarium, quod fuerat super caput eius, non cum linteaminibus positum, sed seorsum inuolutum in vnum locum.

8 Tūc ergo introiuit & ille alius discipulus, veniens primus ad monumentū: & vidit, & credidit:

9 Nondum enim sciebant Scripturam, quia oportet eum ex mortuis resurgere.

Transl. Erasm. Roterod.

Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua.

Postea sciens Iesus, quod omnia iam consummata essent, vt consummaretur scriptura, dicit: Sitio.

Vas igitur erat positum aceto plenum. Illi vero implemerunt spongiam aceto & hysopo, & impositam admouerunt ori eius.

Cum ergo accepisset Iesus acetum, dixit: Consummatum est. Et inclinato capite tradidit spiritum.

Iudei ergo quoniam parasceue erat, vt non remanerent in cruce corpora sabbato (erat enim magnus dies ille sabebati) rogauerunt Pilatum, vt frangerentur eorum crura, ac tollerentur.

Venerunt ergo milites, & primi quidem fregerunt crura & alterius qui crucifixus est cum eo.

Ad Iesum autem cum veniissent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura:

Sed vnus militum lancea latus eius fodit, & continuo exiuit sanguis & aqua.

Et qui vidit testimonium perhibuit & verum est testimonium eius. Et ille scit quod vera dicit, vt & vos credatis.

Facta sunt enim hæc vt scriptura impleretur: Os non comminuetur ex eo.

Et rursus alia scriptura dicit: Videbunt in quem pupugerunt.

Post hæc autem rogauit Pilatum Ioseph Arimathiensis: qui erat discipulus Iesu, sed occultus propter metum Iudæorum: vt tolleret corpus Iesu, idque permisit Pilatus.

Venit autem & Nicodemus, qui venerat ad Iesum nocte primum ferens mixturam myrrhæ & aloës ad libras ferme centum.

Acceperunt ergo corpus Iesu, & obuinxerunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire.

Erat autem in eo loco vbi crucifixus est, hortus, & in horto monumentum nouum in quo nondum quisquam positus erat.

Ibi ergo propter parasceuen Iudæorum, quod in propinquo esset monumentum, posuerunt Iesum.

CAP. XX.

1 *PRimo vero sabbatorum Maria Magdalene venit mane, cum adhuc Tenebræ essent, ad monumentum, videtq; lapidem sublatum à monumento.*

2 *Currit ergo & venit ad Simonem Petrum, & ad alterum illum discipulum, quem amabat Iesus, & dicit illis: Sustulerunt dominum è monumento, & nescimus vbi posuerint eum.*

3 *Exijt ergo Petrus & ille alius discipulus, & venerunt ad monumentum.*

4 *Currebant autem duo simul, & ille alius discipulus præcucurrit citius Petro, venitque prior ad monumentum.*

5 *Et cum se inclinasset, vidit posita linteamina, non tamen introiuit.*

6 *Venit ergo Simon Petrus sequens eum & introiuit in monumentum, & videt linteamina posita.*

7 *Et sudarium quod fuerat super caput eius, non cum linteaminibus positum, sed separatim inuolutum in vnum locum.*

8 *Tunc ergo introiuit & ille alius discipulus, qui venerat prior ad monumentum, vidit, & credidit.*

9 *Nondum enim nouerant scripturam, quod oportuisset eum à mortuis resurgere.*

Vulgat. Editio.

Abierunt ergo iterum discipuli ad semetipsos. 10
*Maria aũt stabat ad monumẽtũ foris, plorãs. Dũ 11
ergo fleret, inclinauit se & prospexit in monumẽtũ:
Et vidit duos angelos in albis, sedentes, vnum ad 12
caput & vnum ad pedes, vbi positum fuerat corpus Iesu.
Dicunt ei illi: Mulier, quid ploras? Dicit eis: Quia 13
tulerunt Dominum meum; & nescio vbi posuerunt eum.
Hæc cum dixisset, conuersa est retrorsum, & vidit Iesum stantem: & non sciebat quia Iesus est. 14
Dicit ei Iesus: Mulier, quid ploras? quem quæris? Illa existimans quia hortulanus esset, dicit ei: Domine, si tu sustulisti eum, dicito mihi vbi posuisti eum: & ego eum tollam. 15
Dicit ei Iesus: Maria. Conuersa illa dicit ei: Rabboni (quod dicitur, Magister.) 16
Dicit ei Iesus: Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem meum: vade autem ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad Patrem meum & Patrem vestrum, Deum meum, & Deum vestrum. 17
Venit Maria Magdalene annuntians discipulis: Quia vidi Dominum, & hæc dixit mihi. 18

* Mar. 16. 2. Luc. 24. 36. 1. Cor. 15. 5.
* Cum ergo sero esset die illo, vna Sabbatorum, & fores essent clausæ vbi erant discipuli congregati propter metum Iudæorum, venit Iesus, & stetit in medium, & dicit eis: Pax vobis. 19
Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus & latus. Gauisi sunt ergo discipuli viso Domino. 20

Dixit ergo eis iterum: Pax vobis, sicut misit me Pater, & ego mitto vos. 21
Hæc cum dixisset, insufflauit: & dixit eis: Accipite Spiritum sanctum: 22
* Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: quorum retinueritis, retenta sunt. 23
Thomas autem vnus ex duodecim, qui dicitur Didymus non erat cum eis quando venit Iesus. 24
Dixerunt ergo ei alij discipuli: Vidimus Dominum. Ille autem dixit eis. Nisi videro in manibus eius vestigium clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum, & mittam manum meam in latus eius, non credam. 25
Et post dies octo iterum erant discipuli eius intus, & Thomas cum eis. Venit Iesus, ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit: Pax vobis. 26

Deinde dicit Thomæ: Infer digitum tuum huc, & vide manus meas: & affer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis. 27
Respondit Thomas, & dixit ei: Dominus meus, & Deus meus. 28
Dixit ei Iesus: Quia vidisti me Thoma credidisti: beati qui non viderunt, & crediderunt. 29
* Multa quidẽ & alia signa fecit Iesus in cõspectu discipulorũ suorũ, quæ nõ sunt scripta in libro hoc. 30
Hæc autem scripta sunt vt credatis quia Iesus est Christus Filius Dei: & vt credentes, vitam habeatis in nomine eius. 31

Mat. 28. 1. Mar. 16. 5. Luc. 24. 4.
Ioan. 21.

CAP. XXI.

POst hæc manifestauit se iterum Iesus discipulis, ad mare Tiberiadis. Manifestauit autem sic: 1
Erant simul Simon Petrus, & Thomas qui dicitur Didymus, & Nathanael qui erat à Cana Galilææ, & filij Zebedæi, & alij ex discipulis eius duo. 2
Dicit eis Simon Petrus: Vado piscari. Dicunt ei: Venimus & nos tecum. Exierunt, & ascenderunt in nauim: & illa nocte nihil prendiderunt. 3

Marie

Transl. ex Syriac.

Abierunt itaq; illi discipuli iterum ad locum suum.
Mariam autem stabat ad sepulchrum, flebatque: Dum igitur fleret, prospexit in sepulchrum:
Videtque duos Angelos in albis sedentes, vnum à ceruicali, & alterum à pedibus eius, vbi positum fuerat corpus Ieschua.
Et dicunt ei: Mulier quid ploras? Dicit eis: Quia sustulerunt Dominum meum, nec scio vbi posuerint eum.

Hæc dixit, & conuersa est retrorsum: viditque Ieschua stantem, nec sciebat Ieschua esse.
Dixit ei Ieschua: Mulier, quid ploras? & quem quaris? Illa vero putabat hortulanum esse, & dixit ei: Domine mi, si tu sustulisti eum, dic mihi, vbi eum posueris: proficiscar eum sublatura.
Dixit ei Ieschua: Mariam, & conuersa est, ac dixit ei Hebraïce, Rabbouni; quod dicitur Magister.
Dicit ei Ieschua: Ne me tetigeris, nondum enim ascendi ad Patrem meum. sed proficiscere ad fratres meos, & dicito eis: Ascendo ad Patrem meum & Patrem vestrum, & Deum meum, & Deum vestrum.
Tunc venit Mariam Magdaloitha, & euangelizauit discipulis se vidisse Dominum nostrum, eaque sibi dixisse.

** Quum autem esset vespera diei illius primi hebdomadis, & ianuæ essent clausæ, vbi erant discipuli propter metum Iihoudæorum: venit Ieschua, stetitq; inter eos, & dixit eis: Pax vobiscum.* * Lectio vespertina Dominicæ nonæ.
Hoc dixit, & ostendit eis manus suas & latus suum. Gauisi sunt itaque discipuli quum viderunt Dominum nostrum.
Dixit autem eis Ieschua: Pax vobiscum. Sicut misit me Pater meus & ego mitto vos.
Quumq; hæc dixisset, insufflauit in eos, & dixit eis: Accipite Spiritum sanctitatis.
Si remiseritis peccata cuiquam, remittentur ei: sin alicuius retinueritis, erunt retenta.
Thouma autem vnus ex duodecim, is qui dicitur Gemellus non erat illic cum eis quum venit Ieschua.
Et dicunt ei discipuli: Vidimus Dominum nostrum. Ille vero dixit eis: Nisi videro in manibus eius locum clauorum, & coniecero in eam digitos meos, & immisero manum meam in latus eius, nequaquam crediturus sum.

** Octo itaque post diebus, rursum intus erant discipuli & Thouma cum eis. Et venit Ieschua quum clausa essent valua, stetitque in medio, ac dixit eis: Pax vobiscum.* * Lectio matutina Dominicæ nonæ.

Dicitq; Thouma: Infer digitum tuum huc, & aspice manus meas, & profer manum tuam, & immitte in latus meum: nec sis incredulus, sed fidelis.
Et respondit Thouma, dixitque ei: Domine mi, & Deus mi.
Dicit ei Ieschua: Nunc quia vidisti me, credidisti: Beati illi qui non viderunt me, & crediderunt.
Multa porro signa alia edidit Ieschua coram discipulis suis, quæ non sunt scripta in hoc libro.
Quin & hæc scripta sunt, vt credatis Ieschua esse Meschicho Filium Dei: & quum crediderit is habeatis in nomine eius vitam æternam.

CAP. XXI.

POstea rursus ostendit sese Ieschua discipulis suis ad mare Tiberiadis: Ostendit autem sic:
Erant simul Schemeoun Kipho & Thouma qui dicitur Gemellus, & Nathanail, ille qui erat ex Kotue Galilææ, & filij Zab-dai, duoq; alii ex discipulis.
Dixit eis Schemeoun Kipho: Abeo venatum pisces. Dicunt ei: Nos quoq; imus tecum. Exierunt itaq; & conscenderunt nauiculam: & in illa nocte nihil piscati sunt. Ad oblationem Dominicæ nonæ.

Quum

Transl. B. Ariæ Mont.

Abierunt ergo iterum ad ſemetipſos diſcipuli.
Maria autem ſtabat ad monumentum plorans foris. Dū ergo fleret, inclinauit ſe in monumentū.
Et vidit duos angelos in albis, ſedentes, vnum ad caput & vnum ad pedes, vbi poſitum fuerat corpus Ieſu.
Et dicūt ei illi Mulier quid ploras? Dicit eis: Quia tulerunt Dominū meū, & neſcio vbi poſuerūt eū.
Et hæc locuta conuerſa eſt in ea quæ poſt, & vidit Ieſum ſtantem: & non ſciebat quia Ieſus eſt.
Dicit ei Ieſus: Mulier, quod ploras? Illa exiſtimans quia hortulanus eſt, dicit ei: Domine, ſi tu ſuſtuliſti eum, dicito mihi vbi poſuiſti eum: & ego eum tollam.
Dicit ei Ieſus: Maria. Conuerſa illa dicit ei: Rabboni (quod dicitur, Magiſter.
Dicit ei Ieſus: Ne me tange. (nondum enim aſcendi ad Patrem meum.) vade autem ad fratres meos, & dic eis: Aſcendo ad Patrem meum & Patrem veſtrum, & Deum meum, & Deum veſtrum.
Venit Maria Magdalene annuntians diſcipulis. Quia vidit Dominum, & hæc dixit ei.

Exiſtente ergo veſpere die illo, vna Sabbatorum, & foribus clauſis vbi erant diſcipuli congregati propter metum Iudæorum, venit Ieſus, & ſtetit in medium, & dicit eis: Pax vobis.
Et hoc dicens oſtendit eis manus & latus ſuum. Gauiſi ſunt ergo diſcipuli videntes Dominum.

Dixit ergo eis Ieſus iterum: Pax vobis, ſicut miſit me Pater, & ego mitto vos.
Et hoc dicens, inſufflauit: & dicit eis: Accipite Spiritum ſanctum:

Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis quorum retinueritis, retenta ſunt.
Thomas autem vnus ex duodecim, dictus Didymus non erat cum eis quando venit Ieſus.
Dixerunt ergo ei alij diſcipuli: Vidimus Dominum. Ille autem dixit eis. Si non videro in manibus eius veſtigium clauorum, & mittam digitum meum in veſtigium clauorum, & mittam manum meam in latus eius, non credam.
Et poſt dies octo iterum erant intus diſcipuli eius: & Thomas cum eis. Venit Ieſus, ianuis clauſis, & ſtetit in medio, & dixit: Pax vobis.
Deinde dicit Thomæ: Infer digitum tuum huc, & vide manus meas: & affer manum tuam, & mitte in latus meum, & ne fias incredulus, ſed credēs.
Et reſpondit Thomas, & dixit ei: Dominus meus & Deus meus.
Dicit ei Ieſus: Quia vidiſtis me credidiſti, beati non videntes, & credentes.
Multa quidem igitur & alia ſigna fecit Ieſus in conſpectu diſcipulorum ſuorum, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc.
Hæc autem ſcripta ſunt vt credatis quia Ieſus eſt Chriſtus filius Dei: & vt credentes, vitam habeatis in nomine eius.

CAP. XXI.

POſt hæc manifeſtauit ſeipſum iterū Ieſus diſcipulis, ad mare Tiberiadis. Manifeſtauit autē ſic:
Erant ſimul Simon Petrus, & Thomas ille dictus Didymus, & Nathanael ille à Cana Galilææ, & illi Zebedæi, & alij ex diſcipulis eius duo.
Dicit eis Simon Petrus: Vado piſcari. Dicunt ei: Venimus & nos cum te. Exierunt, & aſcenderunt in nauigiū ſtatim: & in illa nocte prēdiderūt nihil.

Transl. Eraſm. Roterod.

Abierunt ergo diſcipuli rurſus ad ſemetipſos.
Maria autem ſtabat ad monumentum foris plorans. Dum ergo fleret, inclinauit ſe in monumentum,
Et videt duos angelos amictos albis, ſedentes, vnum ad caput, & alterum ad pedes illic, vbi poſuerant corpus Ieſu.

Dicunt ei illi: Mulier quid ploras? Dicit eis: Sustulerunt dominum meum, neſcio vbi poſuerunt eum.
Hæc cum dixiſſet, conuerſa eſt retrorſum, & videt Ieſum ſtantem, nec ſciebat quod Ieſus eſſet.
Dicit ei Ieſus: Mulier, quid ploras? Quem quæris? Illa exiſtimans quod hortulanus eſſet, dicit ei: Domine ſi tu aſportaſti eum, dicito mihi, vbi poſueris eum, & ego eum tollam.
Dicit ei Ieſus: Maria. Conuerſa illa, dicit ei: Rabboni, quod dicitur magiſter.
Dicit ei Ieſus. Noli me tangere. Nondum enim aſcendi ad patrem meum. Sed vade ad fratres meos, & dic eis: Aſcendo ad patrem meum & patrem veſtrum, & Deum meum, & Deum veſtrum.
Venit Maria Magdalene, annuncians diſcipulis, quod vidiſſet Dominum, & ea dixiſſet ſibi.

Cum ergo veſpera eſſet die illo qui erat vnus ſabbatorum, & fores eſſent clauſæ, vbi erant diſcipuli congregati propter metum Iudæorum, venit Ieſus, ſteitq; in medio, & dicit eis: Pax vobis.
Et cum hæc dixiſſet, oſtendit eis manus ac latus ſuum. Gauiſi ſunt ergo diſcipuli, viſo Domino.

Dixit ergo eis iterum: Pax vobis. Sicut miſit me pater, ita & ego mitto vos.
Hæc cum dixiſſet, flauit in eos, & dicit eis: Accipite Spiritum ſanctum.

Quorumcunque remiſeritis peccata, remittuntur eis: quorumcunque tetinueritis, retenta ſunt.
Thomas autem vnus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis quando venit Ieſus.
Dixerunt ergo ei alij diſcipuli: Vidimus Dominum. Ille autem dixit eis: Niſi videro in manibus eius veſtigium clauorum, & mittam digitum meum in veſtigium clauorum, & mittam manum meam in latus eius, non credam.

Et poſt dies octo iterum erant diſcipuli eius intus, & Thomas cum eis, Venit Ieſus ianuis clauſis, & ſtetit in medio, & dixit: Pax vobis.
Deinde dicit Thomæ: Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & admoue manum tuam, & immitte in latus meum, & noli eſſe incredulus, ſed credens.
Reſpondit Thomas, & dixit ei: Dominus meus & Deus meus.
Dicit ei Ieſus: Quia vidiſti me Thoma, credidiſti: beati qui non viderunt & crediderunt.
Multa quidem & alia ſigna fecit Ieſus in conſpectu diſcipulorum ſuorum, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc.

Hæc autem ſcripta ſunt, vt credatis, quod Ieſus eſt Chriſtus ille filius Dei, & vt credentes vitam habeatis per nomen eius.

CAP. XXI.

POſtea manifeſtauit ſe iterum Ieſus ad mare Tiberiadis. Manifeſtauit autem ſic.
Erant ſimul Simon Petrus & Thomas, qui dicitur Didymus: & Nathanael, qui erat à Cana Galilææ, & filij Zebedæi, aliique ex diſcipulis eius duo.
Dicit eis Simon Petrus: Vado piſcatum. Dicunt ei: Venimus & nos tecum. Exierunt & aſcenderunt in nauim ſtatim, & illa nocte nihil ceperunt.

Vulgat. Editio.

Mane autem facto ſtetit Ieſus in littore: non tamen cognouerunt diſcipuli, quia Ieſus eſt.

Dixit ergo eis Ieſus: Pueri numquid pulmentarium habetis? Reſponderunt ei: Non.

Dicit eis: Mittite in dexteram nauigij rete, & inuenietis. Miſerunt ergo: & iam non valebant illud trahere præ multitudine piſcium.

Dixit ergo diſcipulus ille, quem diligebat Ieſus, Petro: Dominus eſt. Simon Petrus cum audiſſet quia Dominus eſt, tunica ſuccinxit ſe (erat enim nudus) & miſit ſe in mare.

Alij autem diſcipuli nauigio venerunt (non enim longe erant à terra, ſed quaſi cubitis ducentis) trahentes rete piſcium.

Vt ergo deſcenderunt in terram, viderunt prunas poſitas & piſcem ſuperpoſitum, & panem.

Dicit eis Ieſus: Afferte de piſcibus, quos prendiſtis nunc.

Aſcendit Simon Petrus & traxit rete in terram, plenum magnis piſcibus cētum quinquaginta tribus. Et cum tanti eſſent, non eſt ſciſſum rete.

Dicit eis Ieſus: Venite, prandete. Et nemo audebat diſcumbentium interrogare eum: Tu quis es? ſcientes, quia Dominus eſt.

Et venit Ieſus, & accipit panem, & dat eis, & piſcem ſimiliter.

Hoc iam tertio manifeſtatus eſt Ieſus diſcipulis ſuis cum reſurrexiſſet à mortuis.

Cum ergo prandiſſent, dicit Simoni Petro Ieſus: Simon Ioannis diligis me plus his: Dicit ei: Etiam Domine, tu ſcis quia amo te. Dicit ei: Paſce agnos meos.

Dicit ei iterum: Simon Ioannis, diligis me? Ait illi: Etiam Domine, tu ſcis quia amo te. Dicit ei: Paſce agnos meos.

Dicit ei tertio: Simon Ioannis, amas me? Contriſtatus, eſt Petrus quia dixit ei tertio, Amas me? & dixit ei: Domine tu omnia noſti tu ſcis quia amo te. Dixit ei: Paſce oues meas.

2. Pet. 2. 19. * Amen, amen dico tibi: cum eſſes iunior, cingebas te, & ambulabas vbi volebas: cum autem ſenueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quò tu non vis.

Hoc autem dixit ſignificans qua morte clarificaturus eſſet Deum. Et cum hoc dixiſſet, dicit ei: Sequere me.

Sap. 13. 25. Conuerſus Petrus vidit illum diſcipulum, quem diligebat Ieſus, ſequentem. * qui & recubuit in cœna ſuper pectus eius, & dixit: Domine quis eſt qui tradet te?

Hunc ergo cum vidiſſet Petrus, dixit Ieſu: Domine hic autem quid?

Dicit ei Ieſus: Si eum volo manere donec veniam, quid ad te? tu me ſequere.

Exijt ergo ſermo iſte inter fratres quia diſcipulus ille non moritur. Et non dixit ei Ieſus: Non moritur, ſed: Si eum volo manere donec veniam, quid ad te?

Hic eſt diſcipulus ille, qui teſtimonium perhibet de his, & ſcripſit hæc: & ſcimus, quia verum eſt teſtimonium eius.

Sap. 24. 34. * Sunt autem & alia multa quæ fecit Ieſus: quæ ſi ſcribantur per ſingula, nec ipſum arbitror mundum capere poſſe eos, qui ſcribendi ſunt, libros.

Tranſl. ex Syriac.

4 *Quum autem eſſet mane, ſtetit Ieſchua ad littus maris: neque nouerunt diſcipuli Ieſchua eſſe.*

5 *Et dixit eis Ieſchua: Pueri, num habetis quid ad manducandum? Dicunt ei: Non.*

6 *Ait illis: Conijcite rete à latere dextro nauicula, & inuenietis. Coniecerunt igitur: nec poterant attrahere rete præ multitudine piſcium quos continebat.*

7 *Dixit autem diſcipulus ille, quem amabat Ieſchua, ipſi Kipho: Hic eſt Dominus noſter. Ille vero Schemeoun, quū audiſſet Dominum noſtrum eſſe, accepta tunica ſua, præcinxit lumbos ſuos (quandoquidem nudus erat) & deiecit ſe in mare, vt veniret ad Ieſchua.*

8 *Alij autem diſcipuli nauicula venerunt, (non enim multum aberant à terra, ſed circiter ducentis cubitis) & trahebant rete illud piſcium.*

9 *Quum autem deſcendiſſent in terram, conſpiciunt prunas poſitas, & piſcem eis impoſitum, & panem.*

10 *Et dixit eis Ieſchua: Afferte ex piſcibus quos modo piſcati eſtis.*

11 *Et aſcendit Schemeoun Kipho, traxitque rete in terram plenum piſcibus magnis, centum & quinquaginta tribus. Et toto illo onere non ſciſſum eſt rete illud.*

12 *Et dixit eis Ieſchua: Venite, prandete. Nemo autem ex diſcipulis audebat interrogare eum quis eſſet, quum ſciret Dominum noſtrum eſſe.*

13 *Acceſſit autem Ieſchua, & accepit panem & piſces, deditq; eis.*

14 *Hac iam tertia vice apparuit Ieſchua diſcipulis ſuis, quum reſurrexiſſet à mortuis.*

15 * *Quum autem prandiſſent, dixit Ieſchuæ Schemeoun Kipho, Schemeoun Barioua, (filij Columbæ) amas me pluſquam hi: Etiam Domine mi, tu noſti quod amem te. Dixit ei Ieſchua: Paſce mihi agnos meos.*

16 *Dixit ei iterum ſecunda vice: Schemeoun Barioua, amas me? Dicit ei: Etiam Domine mi: tu ſcis quod amem te. Dixit ei Ieſchua: Paſce mihi oues meas.*

17 *Dixit ei Ieſchua rurſum tertia vice, Schemeoun Barioua amas me. At triſtis fuit Kipho, quod dixiſſet ipſi tertia vice: Amas me? proinde dixit ei: Domine mi: Tu omnia ſapis, tu noſti quod amem te. Ait illi Ieſchua: Paſce mihi ouiculas meas.*

18 *Amin amin dico tibi, quum puer eſſes, tu ipſe cingebas lumbos tuos, & ibas quo volebas: quum autem ſenueris extendes manus tuas, aliusque cinget tibi lumbos tuos, & ducet te quo nolles.*

19 *Hoc autem dixit, vt indicaret qua morte glorificaturus eſſet Deum. Et quum hæc dixiſſet, ait illi: Poſt me venito.*

20 * *Conuerſus autem Schemeoun vidit diſcipulum illum, quem amabat Ieſchua pone venientem, qui recubuerat in cœna ſuper pectus ipſius Ieſchua, dixeratq; : Domine mi: quis eſt ille qui te prodit?*

21 *Hunc quum vidiſſet Kipho, dixit Ieſchuæ: Domine mi, hic autem quid?*

22 *Dixit ei Ieſchua: Si velim hunc manere vſquedum veniam, quid ad te? tu me ſequere.*

23 *Exuit itaque hic ſermo inter fratres, illum diſcipulum non eſſe moriturum. Ieſchua autem, nequaquam dixerat: Non morietur, ſed: Si velim hunc manere vſquedum veniam, quid ad te?*

24 *Hic eſt diſcipulus ille, qui teſtatus eſt de his omnibus, quique ſcripſit hæc: & ſcimus verum eſſe teſtimonium eius.*

25 *Sunt autem & alia quamplurima, quæ fecit Ieſchua: quæ ſi ſigillatim ſcriberentur, ne ipſe mundus quidem, vt puto, ſufficeret ijs qui ſcriberentur libris.*

* In commentatione de Schemeoun Petri, & de eius ad Eccleſiæ conſecrationem Epiſcopi

* In Commentatione Iechanæ Euangeliſtæ

Transl. B. Ariæ Mont.

Mane autem iam facto stetit Iesus in littore: non tamen cognouerunt discipuli, quia Iesus est.

Dicit ergo eis Iesus: Pueri numquid pulmentarium habetis? Respondérunt ei: Non.

Ille autem dicit eis: Iacite in dexteras partes nauigij rete, & inuenietis. Iecerunt ergo: & non iam illud trahere valebant à multitudine piscium.

Dicit ergo discipulus ille, quem diligebat Iesus, Petro: Dominus est. Simon Petrus audiens quia Dominus est, amiculum succinxit se (erat enim nudus) & misit seipsum in mare.

At alij discipuli nauigio venerunt: (non enim erant longe à terra, sed quasi à cubitis ducentis) trahentes rete piscium.

Vt ergo descenderunt in terram, conspiciunt prunas positas, & piscem superpositum, & panem.

Dicit eis Iesus: Afferte à piscibus, quos prendidistis nunc.

Ascendit Simon Petrus & traxit rete in terram, plenum piscibus magnis cẽtum quinquaginta tribus. Et tot existentibus, non scissum est rete.

Dicit eis Iesus: Venite, prandete. Nemo autem audebat discipulorum interrogare eum: Tu quis es? scientes, quia Dominus est.

Venit ergo Iesus, & accipit panem, & dat eis, & piscem similiter.

Hoc iam tertio manifestatus est Iesus discipulis excitatus ex mortuis

Cum ergo prandissent, dicit Simoni Petro Iesus: Simon Ioannis diligis me plus his? Dicit ei: Etiam Domine, tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos.

Dicit ei iterum secundo: Simon Iona, diligis me? Ait illi: Etiam Domine, tu scis quia amo te. Dicit ei Iesus: Pasce oues meas.

Dicit ei tertio: Simon Iona, amas me? Contristatus, est Petrus quia dixit ei tertio, Amas me? & dixit ei: Domine tu omnia scis tu cognoscis quia amo te. Dixit ei Iesus: Pasce oues meas.

Amen, amen dico tibi: cum esses iunior, cingebas teipsum, & ambulabas vbi volebas: cum autem senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & feret quò non vis.

Hoc autem dixit significans qua morte clarificaturus esset Deum. Et hoc effatus, dicit ei: Sequere me.

Conuersus autem Petrus conspicit discipulum, quem diligebat Iesus, sequentem: qui & recubuerat in cœna super pectus eius, & dixerat: Domine quis est tradens te?

Hunc videns Petrus, dicit Iesu: Domine hic autem quid?

Dicit ei Iesus: Si eum volo manere donec veniam, quid ad te? tu sequere me.

Exiuit ergo sermo iste inter fratres quia discipulus ille non moritur. Et non dixit ei Iesus: Quod non moritur: sed, Si eum volo manere donec veniam, quid ad te?

Hic est discipulus testificans de his, & scribens hæc: & scimus, quia verum est testimonium eius.

Sunt autem & alia multa, quæcunque fecit Iesus: quæ si scribantur ad vnum, nec ipsum arbitror mundum capere scriptos libros. Amen.

Transl. Eras. Roterod.

4 *Mane autem iam facto stetit Iesus in litore, non tamen cognouerunt discipuli, quod Iesus esset.*

5 *Dicit eis Iesus: Pueri, num quid obsonij habetis? Respondérunt ei: Non.*

6 *At ille dicit eis: Mittite in dexteram nauigij partem rete, & inuenietis. Miserunt ergo, & iam non valebant illud trahere præ multitudine piscium.*

7 *Dicit ergo discipulus ille, quem diligebat Iesus, Petro: Dominus est. Simon ergo Petrus cum audisset quod dominus esset, tunica succinxit se, erat enim nudus, & misit se in mare.*

8 *Alij autem discipuli nauigiolo venerunt: non enim longe aberant à terra, sed circiter cubitis ducentis, trahentes rete piscium.*

9 *Vt ergo descenderunt in terram, viderunt prunas positas, & piscem superpositum, & panem.*

10 *Dicit eis Iesus: Afferte de piscibus quos prendidistis nunc.*

11 *Ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terram, plenum magnis piscibus centum quinquaginta tribus. Et cum tot essent, non est scissum rete.*

12 *Dicit eis Iesus: Venite prandete. Et nemo discipulorum audebat interrogare eum, dicens tu quis es? cum scirent quod dominus esset.*

13 *Venit Iesus, & accipit panem, & dat eis, & piscem similiter.*

14 *Hac iam tertia vice manifestatus est Iesus discipulis suis cum resurrexisset à mortuis.*

15 *Cum ergo prandissent, dicit Simoni Petro Iesus: Simon Iohannis, diligis me plus quam hi? Dicit ei: Etiam domine, tu scis quod amem te. Dicit ei: Pasce agnos meos.*

16 *Dicit ei rursus iterum: Simon Iohannis, diligis me? Ait illi: Etiam domine, tu scis quod amem te. Dicit ei: Pasce oues meas.*

17 *Dicit ei tertio: Simon Iohannis, amas me? Indoluit Petrus, quod dixisset sibi tertio, amas me, dixitq; ei: Domine, tu omnia nosti, tu scis quod amem te. Dicit ei Iesus: Pasce oues meas.*

18 *Amen amen dico tibi, cum esses iunior, cingebas te, & ambulabas quo volebas: cum autem senueris extendes manus tuas, & alius te cinget & ducet quo non vis.*

19 *Hoc autem dixit, significans qua morte glorificaturus esset deum. Et cum hoc dixisset, dicit ei: Sequere me.*

20 *Conuersus Petrus, vidit illum discipulum, quem diligebat Iesus, sequentem: qui & recubuit in cœna super pectus eius, & dixit: Domine, quis est ille qui tradit te?*

21 *Hunc ergo cum vidisset Petrus, dixit Iesu: Domine, hic autem quid?*

22 *Dicit ei Iesus: Si eum velim manere donec veniam, quid ad te? tu me sequere.*

23 *Exijt ergo sermo iste inter fratres, quod discipulus ille non moreretur. Et non dixerat ei Iesus, non moritur: sed, si eum velim manere donec veniam, quid ad te?*

24 *Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de his, & scripsit hæc. Et scimus quod verum est testimonium eius.*

25 *Sunt autem & alia multa quæ fecit Iesus: quæ si scribantur per singula, nec ipse, opinor, mundus caperet eos qui scriberentur libros. Amen.*

PRÆFATIO

B. HIERONYMI PRESBYTERI

In librum Actuum Apostolorum.



ANIT Psalmista: Ambulabunt de virtutibus in virtutes. Post Apostoli Pauli epistolas dudum vobis vno volumine translatas, Domnon & Rogatiane charissimi, Actus Apostolorum compellitis vt transferam in Latinum: quem librum nulli dubium est à Luca Antiocheno arte medico, qui postea inseruiens Paulo Apostolo Christi factus est discipulus, fuisse editum. Ceruices premit imposita sæpius oneris magnitudo: quia studia inuidorum reprehensione digna putant ea quæ scribimus. Illorum nunquam odio & detractione, iuuante Christo, meum silebit eloquium.

ALIVS PROLOGVS.



VCAS Antiochenſis natione Syrus, cuius laus in Euangelio canitur, apud Antiochiam medicinæ artis egregius, & Apoſtolorum Chriſti diſcipulus fuit: poſtea vſque ad confeſſionem Paulũ ſecutus Apoſtolum, ſine crimine in virginitate permanens, Deo maluit ſeruire. Qui ſeptuaginta & quatuor annos ætatis agens in Bithynia obiit plenus Spiritu ſancto; quo inſtigante in Achaiæ partibus Euangelium ſcribens Græcis fidelibus incarnationem Domini fideli narratione oſtendit: eundemque ex ſtirpe Dauid deſcendiſſe monſtrauit. Cui non immerito ſcribendorum Actuum Apoſtolicorum poteſtas in miniſterio datur, vt Deo in Deum pleno & filio perditionis extincto, oratione ab Apoſtolis facta ſorte Dominicæ electionis numerus compleretur: ſicque Paulus conſummationem apoſtolicis actibus daret, quem diu contra ſtimulum calcitrantem Dominus elegiſſet. Quod legentibus & requirentibus Deum breui potius voluit oſtendere ſermone; quàm prolixius aliquid faſtidientibus prodidiſſe: ſciens quod operantem agricolam oporteat primum de ſuis fructibus edere. Quem ita diuina ſubſecuta eſt gratia, vt non ſolum corporibus; ſed etiam animabus, eius proficeret medicina.

ACTA APOSTOLORVM.

Vulgat. Editio.

CAPVT PRIMVM.

PRimum quidem sermonem feci de omnibus ô Theophile, quæ cœpit Iesus facere, & docere.

Vsque in diem qua præcipiens Apostolis per Spiritum sanctum quos elegit, assumptus est.

Quibus & præbuit seipsum, viuum post passionem suam, in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno Dei.

*Luc.24. 49. Ioan.14.16. Matth.3. 11.
Et conuescens, * præcepit eis ab Ierosolymis ne discederent, sed expectarent promissionem Patris, * quam audistis (inquit) per os meum.

*Mar.1.8 Luc.3.16 Ioan.1.26.
Quia Ioánes quidẽ baptizauit aqua, vos autẽ baptizabimini in spiritu sãcto nõ post multos hos dies.

Igitur qui conuenerant, interrogabant eum, dicentes: Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israel?

Dixit autem eis: Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate:

*Infr.1.7. Luc.24. 48.
* Sed accipietis virtutem superuenientis Spiritus sancti in vos: & eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad vltimum terræ.

Et cum hæc dixisset, videntibus illis, eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum.

Cumque intuerentur in cælum euntem illum: ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestib. albis,

Qui & dixerunt Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cælum? hic Iesus qui assumptus est à vobis in cælum, sic veniet quemadmodum eum vidistis euntem in cælum.

Tunc reuersi sunt Ierosolymam à monte, qui vocatur Oliueti: qui est iuxta Ierusalem, Sabbati habens iter.

Et cum introissent, in cœnaculum ascenderunt, vbi manebant Petrus, & Ioannes, Iacobus, & Andreas, Philippus & Thomas, Bartholomæus, & Matthæus, Iacobus Alphæi & Simon Zelotes, & Iudas Iacobi.

Hi omnes erant perseuerantes vnanimiter in oratione cum mulieribus, & Maria matre Iesu, & fratribus eius.

In diebus illis exurgens Petrus in medio fratrum dixit: (erat autem turba hominum simul ferè centum viginti.)

*Ps.40.9
Viri fratres, oportet impleri Scripturam, * quam prædixit Spiritus sanctus per os Dauid, de Iuda, * qui fuit dux eorum, qui comprehenderunt Iesum:

*Io. 13. 18.
Quia connumeratus erat in nobis, & sortitus est sortem ministerij huius.

*Mat.27. 7.
*Et hic quidem possedit agrum de mercede iniquitatis, & suspensus crepuit medius, & diffusa sunt omnia viscera eius.

Et notum factum est omnibus habitãtibus Ierusalem: ita vt appellaretur ager ille, lingua eorum, Haceldama hoc est, ager sanguinis.

*Ps.68. 26. *Ps.108.8
Scriptum est enim in libro Psalmorum: * Fiat commoratio eorum deserta: & non sit qui inhabitet in ea: * & episcopatum eius accipiat alter.

ACTA APOSTOLORVM.

Transl. ex Syriac.

CAPVT PRIMVM.

Ascensio Dñi Domi ni nostri.
1 *PRimum librum scripsi ô Theophile, de his omnibus quæ cœpit Dominus noster Ieschua Mesthicho facere & docere,*

2 *Vsque ad diem illum quo sublatus est, postquam mandata dedisset Apostolis illis quos elegit per Spiritum sanctitatis.*

3 *Quibus insuper ostendit seipsum viuentem (postquam passus est) signis quamplurimis, dum per dies quadraginta apparuit eis, & locutus est de regno Dei.*

4 *Quumq; comedisset cum eis panem; præcepit eis ne ab Ourischlem discederent: sed expectarent promissum illud Patris, quod (inquit) audistis ex me:*

5 *Quoniam Iouchanon baptizauit aqua, vos autem baptizabimini in Spiritu sanctitatis non multis post diebus.*

6 *Illi autem quum congregati essent interrogarunt ipsum ac dicunt ei: Domine noster, num hoc tempore restitues regnum Israeli?*

7 *Ait illis. Hoc quidem non est vestrum (nimirum) nosse tempus aut tempora illa, quæ Pater posuit in potestate sua ipsius.*

8 *Sed quum venerit super vos Spiritus ille sanctitatis recipietis virtutem, & eritis mihi testes in Ourischlem, & in tota Iehoudæa, ac etiam inter Schamaritanos, & vsque ad fines terræ.*

9 *Quumq; hæc dixisset, dum ipsi aspicerent eum, sublatus est, nubesque excepit eum, & operuit ab oculis eorum.*

10 *Et quum suspicerent in cælum eo proficiscente: inuenti sunt duo viri ipsis astantes cum vestimentis albis.*

11 *Et dicunt eis: Viri Galilæi, quid statis & suspicitis in cælum? hic Ieschua qui eleuatus est à vobis in cælos, ita veniet, vt eum vidistis scandentem cælos.*

12 *Postea reuersi sunt in Ourischlem à monte, qui vocatur domus oliuarum, qui est iuxta creptainem Ourischlem, & distat ab ea circiter decem stadijs.*

13 *Et postquam introissent, ascenderunt in cœnaculum illud in quo degebant Petrus & Iouchanon, & Iaakoub, & Andreas, & Philippus & Thouma, & Mathai, & Bar-Thoulmai, & Iaakoub filius Chalphai, & Schemeoun Zelotes, & Iehoudo filius Iaakoub.*

14 *Hi omnes perdurabant in oratione animo vno (vnanimes) cum mulieribus, & cum Mariam matre Ieschua, & cum fratribus ipsius.*

15 *Porrò in diebus illis assurgens Schemeoun Kipho in medio discipulorum, (erat autem illic cœtus hominum quasi centum & viginti) dixit:* * Act. 1. Latine non ferè vt Secretarium.

16 *Viri fratres, æquum fuit impleri Scripturam illam, quam prædixit Spiritus sanctitatis per os Dauid, de Iehoudo illo, qui fuit dux iis qui comprehenderunt Ieschua.*

17 *Quia annumerabatur nobiscum, habueratque sortem in hoc ministerio.*

18 *Is est qui acquisiuit sibi fundum mercede sceleris: & cecidit in faciem suam humi, & crepuit per medium sui, & effusa sunt omnia viscera eius.*

19 *Idque notum est omnibus habitantibus in Ourischlem, ita vt fundus ille vocetur lingua regionis Hakal-demo; cuius expositio est, Ager sanguinis.*

20 *Scriptum est enim in libro Psalmorum: Habitaculum eius fiat desertum, & incola non sit in eo: & ministerium eius accipiat alius.*

ACTA APOSTOLORVM

Transl. B. Ariæ Mont.

CAPVT PRIMVM.

ILlum quidem primum sermonem feci de omnibus, ô Theophile, quæ cœpit Iesus facereque & docere.

Vsque qua die præcipiens Apostolis per Spiritum sanctum quos elegerat, receptus est.

Quibus & præbuit seipsum viuum post pati ipsum, in multis signis, per dies quadraginta conspectus eis & dicens quæ de regno Dei.

Et congregans denuntiauit eis, ab Hierosolymis non discere: sed expectare promissionem Patris, quam audistis me.

Quia Ioânes quidẽ baptizauit aqua, vos autẽ baptizabimini in spiritu sãcto nõ post multos hos dies.

Qui autem igitur conuenientes interrogabant eum dicentes: Domine, si in tempore hoc restituis regnum Israeli?

Dixit autem ad eos: Non vestrum est nosse tempora vel oportunitates, quæ Pater posuit in propria auctoritate:

Sed accipietis virtutem superuenientis sancti Spiritus in vos: & eritis mihi testes inque Hierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad vltimum terræ.

Et hæc dicens, videntibus illis eleuatus est: & nubes suscepit eum ab oculis eorum.

Et vt attendentes erant in cælum eunte eo, & ecce viri duo æstiterunt eis in vestitu albo,

Qui & dixerunt Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cælum? hic Iesus receptus à vobis in cælum, sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cælum.

Tunc reuersi sunt in Hierusalem à monte vocato Olineti: qui est prope Hierusalem, Sabbati habens iter.

Et cum introissent, ascenderunt in cœnaculum, vbi erant manentes Petrus & Iacobus, & Ioannes, & Andras, Philippus & Thomas, Bartholomæus, & Matthæus, Iacobus Alphæi & Simon Zelotes, & Iudas.

Hi omnes erant perseueranes concorditer oratione & deprecatione cum mulieribus, & Maria matre Iesu, & cum fratribus eius.

Et in diebus illis exurgens Petrus in medio discipulorum, dixit: (eratq; turba nominum in idipsum quasi centum viginti:)

Viri fratres, oportet impleri scripturam hanc, quam prædixit Spiritus sanctus per os Dauid, de Iuda illo facto duce viæ comprehendentibus Iesum:

Quia adnumeratus erat cum nobis, & sortitus est sortem ministerij huius.

Hic quidem igitur acquisiuit agrum de mercede iniustitiæ: & præceps factus, crepuit medius: & effusa sunt omnia viscera eius.

Et notum factũ est omnibus habitãtibus Hierusalem: ita vt vocari agrum illum proprio idiomate eorum, Haceldama hoc est. Ager sanguinis.

Scriptum est enim in libro Psalmorum: Fiat commoratio eius deserta & non sit habitans in ea. episcopatum eius accipiat alter.

Oportet

ACTA APOSTOLORVM

Transl. Erasm. Roterod.

CAPVT PRIMVM.

1 *SVperiore quidem volumine diximus Theophile, de omnibus quæ cœpit Iesus tum facere, tum docere,*

2 *Ad eum vsque diem, quo postquam impartitus in hoc ipsum spiritum sanctum, mandata dedisset, quos delegerat Apostolis, sursum assumptus est,*

3 *Quibus etiã seipsum exhibuerat viuentẽ posteaquã suppliciũ fuisset affectus idq; cõpluribus argumẽtis diũ per dies quadraginta cõspicitur ab illis, ac loquitur eis de regno dei,*

4 *Et congregans illos in idem loci, præcepit eis ne discederent Hierosolymis, sed vt expectarent promissum patris, de quo (inquit) audistis ex me:*

5 *Quam Ioannes baptizauit quidem aqua, vos autem baptizabimini spiritu sancto post dies hosce non multos.*

6 *Illi igitur vbi conuenissent, percontabantur illum, dicentes: Domine, num in tempore hoc restituis regnum Israeli?*

7 *Dixit autem ad illos: Non est vestrum nosse tempora & [illegible]los temporum, quos pater in sua ipsius constituit potestate:*

8 *Sed accipietis virtutem, posteaquam Spiritus sanctus aduenerit super vos, & eritis mihi testes non solum Hierosolymis verum etiam in vniuersa Iudæa Samariaque denique vsque ad extrema terræ.*

9 *Atque hæc locutus, videntibus ijsdem, in altum sublatus est: & nubes subduxit illum ab oculis eorum.*

10 *Cumq; essent defixis in cœlum oculis, eunte illo, ecce viri duo astiterunt illis amicti vestibus albis.*

11 *Qui & dixerunt Viri Galilæi, quid statis intuentes in cœlum? hic Iesus qui assumptus est à vobis in cœlum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum.*

12 *Tunc reuersi sunt Hierosolymam à monte, qui vocatur olineti, qui abest ab Hierosolymis iter sabbati.*

13 *Et cum introissent, ascenderunt in cœnaculum vbi manebant & Petrus & Iacobus, & Iohannes & Andreas, Philippus & Thomas, Bartholomæus & Matthæus, Iacobus Alphæi & Simon Zelotes, & Iudas Iacobi frater,*

14 *Hi omnes perseuerabant vnanimiter in deprecatione & obsecratione cum mulieribus & Maria matre Iesu, cumq; fratribus illius.*

15 *Et in diebus his exurgens Petrus in medio discipulorum, dixit (eratq; turba hominum simul fere centum viginti)*

16 *Viri fratres, oportuit impleri scripturam hanc, quam prædixit Spiritus sanctus per os Dauid de Iuda, qui fuit dux ijs qui comprehenderunt Iesum:*

17 *Quia cooptatus erat in numerum nostrum & sortitus erat partem ministrij huius.*

18 *Et is quidẽ parauit agrũ ex mercede iniquitatis suspensusque crepuit medius, & effusa sunt omnia viscera eius,*

19 *Et innotuit omnibus habitantibus Hierosolymis, ita vt appellaretur ager ille lingua illis vernacula Acéldama, hoc est, Ager sanguinis.*

20 *Scriptum est enim in libro psalmorum: Fiat commoratio eius deserta, & non sit qui inhabitet in ea. Et episcopatum eius accipiat alter.*

Oportet

Vulgat. Editio.

Oportet ergo ex his viris qui nobiscum sunt congregatis in omni tempore, quo intrauit & exiuit inter nos Dominus Iesus,

Incipiens a baptismate Ioannis vsque in diem, qua assumptus est a nobis, testem resurrectionis eius nobiscum fieri vnum ex istis.

Et statuerunt duos, Ioseph, qui vocabatur Barsabas, qui cognominatus est Iustus, & Matthiam.

Et orantes dixerunt: Tu Domine, qui corda nosti omnium, ostende, quem elegeris ex his duobus vnum,

Accipere locum ministerij huius & apostolatus, de quo præuaricatus est Iudas vt abiret in locum suum.

Et dederunt sortes eis, & cecidit sors super Matthiam, & annumeratus est cum vndecim Apostolis.

CAP. II.

Et cum complerentur * dies Pentecostes, erant omnes pariter in eodem loco.

* Et factus est repente de cœlo sonus tanquam aduenientis spiritus vehementis, & repleuit totam domum vbi erant sedentes.

Et apparuerunt * illis dispertitæ linguæ tanquam ignis, seditque supra singulos eorum.

Et repleti sunt omnes Spiritu Sancto, & cœperunt loqui variis linguis, prout Spiritus Sanctus dabat eloqui illis.

Erant autem in Ierusalem habitantes Iudæi, viri religiosi ex omni natione quæ sub cœlo est.

Facta autem hac voce, conuenit multitudo, & mente confusa est, quoniam audiebat vnusquisque lingua sua illos loquentes.

Stupebat autem omnes & mirabantur dicentes: Nonne ecce omnes isti, qui loquuntur Galilæi sunt.

Et quomodo nos audiuimus vnusquisque linguam nostram in qua nati sumus?

Parthi & Medi & Elamitæ & qui habitant Mesopotamiam Iudæam & Cappadociam, Pontum & Asiam.

Phrygiam & Pamphyliam, Ægyptum & partes Libyæ, quæ est circa Cyrenen, & aduenæ Romani,

Iudæi quoque & Proselyti, Cretes & Arabes audiuimus eos loquentes nostris linguis magnalia Dei.

Stupebant autem omnes & mirabantur ad inuicem dicentes: Quidnam vult hoc esse?

Alij autem irridentes dicebant: Quia musto pleni sunt isti.

Stans autem Petrus cum vndecim leuauit vocem suam & locutus est eis: Viri Iudæi & qui habitatis Ierusalem vniuersi hoc vobis notum sit, & auribus percipite verba mea.

Non enim sicut vos æstimatis, hi ebrij sunt, cum sit hora diei tertia:

Sed hoc est quod dictum est per prophetam Ioel:

* Et erit in nouissimis diebus (dicit Dñs) effundam de Spiritu meo super omnem carnem. & prophetabunt filij vestri & filiæ vestræ & iuuenes vestri visiones videbunt, & seniores vestri somnia somniabunt.

Et quidem super seruos meos, & super ancillas meas in diebus illis effundam de Spiritu meo, & prophetabunt.

Et dabo prodigia in cœlo sursum, & signa in terra deorsum, sanguinem, & ignem, & vaporem fumi:

Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus & manifestus.

Transl. ex Syriac.

Oportet igitur virum ex his viris qui fuerunt nobiscum per omne hoc tempus quo intrauit & exiuit inter nos Dominus noster Iesus Christus,

Qui ex tempore (exordium est) de baptismate Ioannis, ad eum usque diem qui elevatus a nobis, fieri unum testem resurrectionis eius.

Statuerunt itaque duos: Iosephum, qui vocabatur Barsabbam qui cognominatus est Iustus, & Matthiam.

Et orantes dixerunt: Tu Domine nosti corda omnium, ostende unum ex his duobus,

Ut ille accipiat sortem ministerij & Apostolatus à quo discessit Iudas ut iret in locum suum.

Coniecerunt igitur sortes, & sors illa cecidit Matthiæ, proinde annumeratus est cum undecim Apostolis.

CAP. II.

Postea quam impleti essent dies Pentecostes, dum congregati essent omnes pariter:

Factus est repente è cœlo sonus tanquam venti vehementis cursu, replens est tota domus in qua sedebant.

Et visæ sunt eis linguæ quæ dispertitæ erant instar ignis, sedebantque, super vnumquemque eorum.

Et repleti sunt omnes Spiritu Sancto, cœperuntque loqui linguis variis, prout Spiritus dabat eloqui illis.

Erant autem viri quidam commorantes in Ierusalem religiosi Iudæi ex omnibus gentibus quæ sub cœlo sunt.

Quumque exiisset fama hac, conuenit turba populi, & confusa est quia audiebat unusquisque ex eis propria sua lingua eos loquentes.

Perturbabantur autem omnes, dicentes alius ad alium: Ecce omnes qui loquuntur ex gente Galilæa sunt?

Quomodo ergo audiuimus (eos) sua unusquisque lingua qua nati sumus?

Parthi, Medi, & Elamitæ, & qui habitamus inter Iranios (Mesopotamium) Iudæam, & Cappadociam, Ponticam, & regionem Proti & Asiæ:

Et ex regione Persidis, & Pamphyliæ, & Maurus (Ægypti partem) & Libyæ quæ sunt prope Cyrenen, & qui à Roma aduenerunt;

Iudæi & proselyti, & Cretes & Arabes; audiuimus eos loquentes linguis nostris magnalia Dei sanctæ.

Stupebant autem omnes, & dubitabant dicentes alius ad alium: Quid hoc fieri vult?

Alii vero irridentes eos, dicebant: Illi musto inebriati, & insaniunt sunt.

Postea vero stans Simon Petrus cum undecim Apostolis, extulit vocem suam, & ait illis: Viri Iudæi, omnesque qui habitatis in Ierusalem, hoc vobis notum sit, & auscultate verba mea.

Non enim ut vos putatis, isti ebrij sunt, quum nec adhuc sit hora tertia.

Sed hoc illud est quod dictum est per Ioel Prophetam:

Futurum est diebus nouissimis, ut effundam Spiritum meum super omnem carnem: & vaticinabuntur filij vestri & filiæ vestræ, & iuuenes vestri visiones videbunt, & senes vestri somnia somniabunt.

Etiam super seruos meos superque ancillas meas effundam Spiritum meum in diebus illis, & vaticinabuntur.

Et edam signa in cælo, & virtutes super terram, sanguinem, & ignem, & vaporem fumi.

Sol conuertetur in caliginem, & Luna in sanguinem priusquam veniat dies ille Domini magnus & tremendus.

Transl. B. Ariæ Mont.

Oportet ergo conuenientium nobis virorum in omni tempore, in quo intrauit & exiuit inter nos Dominus Iesus,

Incipiens à baptismate Ioannis vsque in diem, qua receptus est à nobis, testem resurrectionis eius cum nobis fieri vnum horum.

Et statuerunt duos: Ioseph, vocatum Barsabam, qui cognominatus est Iustus: & Mathiam,

Et orantes dixerunt: Tu domine, cordium cognitor omnium, ostende, quem elegeris ex his duobus vnum,

Accipere sortẽ ministerij huius & apostolatus, de quo aberrauit Iudas, abire in locum proprium.

Et dederunt sortes eorum, & cecidit sors super Mathiam & simul suffragijs electus est cum vndecim Apostolis.

CAP. II.

ET in compleri diem Pentecostes, erant omnes vnanimiter in eodem:

Et factus est repente de cœlo sonus tamquam ruentis flatus violenti, & replenit totam domum vbi erant sedentes.

Et visæ sunt illis dispertitæ linguæ tamquam ignis, seditque supra vnumquemque eorum:

Et repleti sunt omnes Spiritu sancto, & cœperunt loqui alijs linguis, prout Spiritus sanctus dabat illis eloqui.

Erant autem in Ierusalem habitantes Iudæi, viri religiosi ab omni gente eorum, quæ sub cœlo.

Facta autem voce hac, conuenit multitudo, & confusa est, quoniam audiebat vnusquisque proprio idiomate loquentes illos.

Stupebant autẽ omnes, & mirabantur, dicẽtes ad inuicẽ Nõne ecce omnes isti sũt loquẽtes Galilæi?

Et quomodo nos audimus vnusquisque proprio idiomate nostro in quo nati sumus?

Parthi, & Medi, & Elamitæ, & habitantes Mesopotamiam, Iudæamque, & Cappadociam, Pontum, & Asiam.

Phrygiamque, & Pamphyliam, Ægyptum, & partes Libyæ, quæ secundum Cyrenen, & aduenæ Romani,

Iudæique, & Proselyti, Cretes, & Arabes, audiuimus eos loquentes nostris linguis magnalia Dei.

Stupebant autem omnes, & hæsitabant alius ad alium dicentes: Quidnam vult hoc esse?

Alij autem cauillantes dicebant: Quia musto pleni sunt.

Stans autem Petrus cum vndecim sustulit vocem suam, & locutus est eis: Viri Iudæi, & habitantes Hierusalem vniuersi, hoc vobis notum sit, & auribus percipite verba mea.

Non enim, sicut vos æstimatis, hi ebrij sunt, est enim hora tertia diei:

Sed hoc est dictum per prophetam Ioel:

Et erit in nouissimis diebus, dicit Deus effundam de Spiritu meo super omnem carnẽ: & prophetabunt filij vestri, & filiæ vestræ, & iuuenes vestri visiones videbũt, & seniores vestri somnia somniabũt.

Atqui super seruos meos, & super ancillas meas in diebus illis effundam de Spiritu meo, & propherabunt.

Et dabo prodigia in cœlo sursum, & signa in terra deorsum, sanguinem, & ignem, & vaporẽ fumi:

Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem, antequam venire diem Domini illam magnam & illustrem.

Transl. Erasm. Roterod.

Oportet igitur vt ex his viris, qui nobiscum versati sunt toto tempore, quo dominus Iesus perpetuam vitæ consuetudinem egit nobiscum,

Exorsus à baptismo Iohannis ad eum vsque diem, quo receptus est à nobis: vnus quispiam constituatur, qui sit vnà nobiscum testis resurrectionis eius.

Et statuerunt duos, Ioseph qui vocatur Barsabas, qui cognominatus est Iustus, & Mathiam,

Et facta precatione, dixerunt: Tu domine, qui corda nosti omnium, ostende vtrum elegeris ex his duobus.

Vt accipiat sortem ministerij huius & apostolatus, vnde præuaricatus excidit Iudas, vt abiret in locum suum.

Et dederunt sortes eorum, & cecidit sors super Mathiam, & cooptatus est ad numerum vndecim apostolorum.

CAP. II.

ET cum compleretur dies pentecostes, erant omnes vnanimiter in eodem loco:

Et factus est repente de cœlo sonitus, tanquam impetu venientis flatus vehementis, & replenit totam domum, vbi erant sedentes.

Et visæ sunt illis dissectæ linguæ velut igneæ, sederuntq; super singulos eorum.

Ac repleti sunt omnes Spiritu sancto cœperuntque loqui alijs linguis, prout Spiritus ille dabat eloqui illis.

Erant autem Hierosolymis habitantes Iudæi, viri religiosi ex omni natione earum, quæ sub cœlo sunt.

Is rumor cum increbruisset, conuenit multitudo & confusa est, quod audiret vnusquisque lingua sua illos loquentes.

Stupebant autem omnes, ac mirabantur, dicentes inter se: Nonne ecce omnes isti qui loquuntur Galilæi sunt?

Et quomodo nos audimus eos sua quisque lingua in qua nati sumus?

Parthi & Medi & Elamitæ, & habitatores Mesopotamiæ, Iudææque, & Cappadociæ, Ponti, & Asiæ,

Phrygiæ, & Pamphyliæ, Ægypti, & partium Libyæ eius quæ est finitima Cyrenæ, & aduenæ Romani,

Iudæiq; & Proselyti: Cretes & Arabes, audimus eos loquentes nostris linguis magnifica dei.

Stupebant autem omnes, ac mirabantur, inter se dicentes: Quid nam vult hoc esse?

Alij autem irridentes, dicebant: Musto expleti sunt isti.

Stans autem Petrus cum vndecim, extulit vocem suam ac locutus est eis: Viri Iudæi, & qui habitatis Hierosolymis vniuersi, hoc vobis notum sit, & auribus percipite verba mea.

Non enim sicut vos existimatis, hi ebrij sunt, cum sit hora diei tertia.

Sed hoc est quod dictum est per prophetam Ioël,

Et erit in nouissimis diebus, dicit deus effundam de Spiritu meo super omnem carnem. Et prophetabunt filij vestri, & filiæ vestræ, & iuuenes vestri visiones videbunt, & seniores vestri somnia somniabunt.

Et quidem super seruos meos & super ancillas meas in diebus illis effundam de Spiritu meo, & prophetabunt,

Et dabo prodigia in cœlo, superne, & signa in terra inferne, sanguinem, & ignem & vaporem fumi.

Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem, antequam veniat dies ille domini magnus atque illustris.

Vulgat. Editio.

* Ro. 10. 13. * Et erit, omnis quicunque invocauerit nomen 21
Domini, saluus erit.

Viri Israelitæ audite verba hæc: Iesum Nazarenum, virum approbatum à Deo in vobis, virtutibus & prodigijs & signis, quæ fecit Deus per illum in medio vestri, sicut & vos scitis: 22

Hunc definito consilio & præscientia Dei traditum per manus iniquorum affigentes interemistis. 23

Quem Deus suscitauit, soluris doloribus inferni iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo. 24

* Psal. 15. 26. Dauid enim dicit in eum: * Prouidebam Dominum in conspectu meo semper: quoniam à dextris est mihi ne commouear: 25

Propter hoc lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea: insuper & caro mea requiescet in spe. 26

Quoniam non derelinques animam meam in inferno: nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem. 27

Notas mihi fecisti vias vitæ: & replebis me iucunditate cum facie tua. 28

Viri fratres, liceat audenter dicere ad vos de patriarcha Dauid: * quoniam defunctus est, & sepultus: & sepulchrum eius est apud nos vsque in hodiernum diem. 29 * 3. Reg. 2. 10.

Propheta igitur cum esset, & sciret quia iureiurando * iurasset illi Deus, de fructu lumbi eius sedere super sedem eius: 30 * Ps. 131. 11.

Prouidens locutus est de resurrectione Christi, quia * nec; derelictus est in inferno, neq; caro eius vidit corruptionem. 31 * Ps. 15. 10. Isa. 53. 10.

Hunc Iesum resuscitauit Deus: cuius omnes nos testes sumus. 32

Dextera igitur Dei exaltatus, & promissione Spiritus sancti accepta à Patre, effudit hunc quem vos videtis & auditis. 33

Non enim Dauid ascendit in cælum: dixit autem ipse * Dixit Dominus Domino meo: Sede à dextris meis. 34 * Ps. 109. 1.

Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. 35

Certissimè sciat ergo omnis domus Israel, quia & Dominum eum & Christum fecit Deus, hunc Iesum, quem vos crucifixistis. 36

His autem auditis, compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum & ad reliquos Apostolos: Quid faciemus, viri fratres? 37

Petrus vero ad illos: Pœnitentiam (inquit) agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum, & accipietis donum Spiritus sancti. 38

Vobis enim est repromissio & filijs vestris, & omnibus qui longe sunt, quoscunque aduocauerit Dominus Deus noster. 39

Alijs etiam verbis plurimis testificatus est, & exhortabatur eos, dicens: Saluamini à generatione ista praua. 40

Qui ergo receperunt sermonem eius, baptizati sunt: & appositæ sunt in die illa animæ circiter tria millia. 41

Erant autem perseuerantes in doctrina Apostolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus. 42

Fiebat autem omni animæ timor: multa quoque prodigia & signa per Apostolos in Ierusalem fiebant, & metus erat magnus in vniuersis. 43

Omnes etiam qui credebant, erant pariter & habebant omnia communia. 44

Transl. ex Syriac.

Et futurum est, vt quicunque inuocauerit nomen Domini, seruetur. 21

** Viri filij Israel audite hos sermones Ieschua illum Nazarenum virum, qui à Deo apparuit apud vos virtutibus & præclare factis illis quæ Deus edidit inter vos per manum ipsius, vt & vos nostis,* 22 * Correct. Domini magni Ie. hu Messiæ.

Hunc (inquam) quum ad hoc expositus esset præscientia & voluntate Dei, tradidistis manibus sceleratis, crucique affixistis, atque trucidastis. 23

Deus autem suscitauit eum, soluitque funes inferorum, siquidem impossibile erat eum retineri in inferis. 24

Dauid enim dixit de eo: Coram me prospiciebam Dominum meum semper, quippe qui à dextera mea sit ne commouear. 25

Propterea lætatum est cor meum, & exultauit gloria mea, atque adeo corpus meum commorabitur in spe. 26

Quia non derelinques animam meam in inferis, nec dabis vt Sanctus tuus videat corruptionem. 27

Renelasti mihi viam vitæ, replebis me lætitia cum vultu tuo. 28

Viri fratres, licet palam dicere apud vos de patriarcha Dauid, eum, & mortuum esse, & sepultum, & monumentum eius esse apud nos ad hunc vsq; diem. 29

Etenim Propheta fuit, & sciebat iureiurando sibi iuresse Deum; De fructu ventris tui collocabo super solium tuum. 30

Prospexit & locutus est de resurrectione Meschicho, eum non tri derelictum in inferis, nec corpus quidem ipsius visurum corruptionem. 31

Hunc Ieschua suscitauit Deus, & nos omnes sumus testes ipsius. 32

Porro ille Dextera Dei exaltatus est, & accepit à Patre promissum quod est de Spiritu sanctitatis, & effudit hoc donum, quod ecce vos videtis & auditis. 33

Non enim Dauid ascendit in celum, quandoquidem ipse ait: Dixit Dominus Domino meo, sede à dextera mea. 34

Vsquedum ponam inimicos tuos suppedaneum pedibus tuis. 35

Certo sciat igitur tota domus Israel, Dominum & Meschicho factum esse à Deo hunc Ieschua, quem vos in crucem egistis. 36

** Quumq; hæc audissent, compuncti sunt corde, dixerunt & Schemeoni & cæteris Apostolis: Quid faciemus fratres?* 37 * Versio ex vet. Hebr. mod. vj. Iesuitæ.

Dixit eis Schemeon: Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Domini Ieschua in remissionem peccatorum, & recipietis donum Spiritus sanctitatis. 38

Vobis enim factum est promissum, filijsque vestris, & ijs omnibus qui longe sunt, quippe quos vocauerit Deus. 39

Et aliis sermonibus quamplurimis attestabatur eis; & efflagitabat ab eis, dicens: Seruemini ab hac generatione perversa. 40

Et quidam ex eis prompte exceperunt sermonem eius, credideruntque, ac baptizati sunt: ita vt additæ sint die illo animæ circiter ter mille. 41

Et perseuerabant in doctrina Apostolorum: & communicatione, & oratione, & in fractione Eucharistiæ. 42

Exiterat autem timor in vnaquaque anima & signa multa virtutes & edebantur per Apostolos in Ouirschlem. 43

Cunctiq; qui credebant vna commorabantur: & quæcunq; habebant erant societatis. 44

Transl. B. Ariæ Mont.		Transl. Erasm. Roterod.
Et erit, omnis quicunque inuocauerit nomen Domini, saluus erit.	21	*Et futurum est: vt omnis quicunque inuocauerit nomen Domini, seruetur.*
Viri Israelitæ audite verba hæc: Iesum Nazarenum, virum à Deo approbatum in vobis virtutibus & prodigijs & signis, quæ fecit per illum Deus in medio vestri, sicut & ipsi scitis,	22	*Viri Israelitæ, audite verba hæc: Iesum Nazarenum, virum exhibitum à Deo erga vos virtutibus & propigijs & signis, quæ fecit per illum Deus in medio vestri, sicut & ipsi scitis,*
Hunc definito consilio & præscientia Dei expositum accipientes, per manus exlegum, affigentes interemistis:	23	*Hunc definito consilio & præscientia Dei traditum, cum accepissetis per manus iniquorum, crucifixum interemistis,*
Quem Deus resuscitauit soluens dolores mortis iuxta quod non erat possibile teneri illum ab eo.	24	*Quem Deus suscitauit solutis doloribus mortis, quatinus impossibile erat teneri illum ab ea.*
Dauid enim dicit in eum: Prouidebam Dominũ in conspectu meo semper: quoniam ex dextris meis est vt ne concutiar.	25	*Dauid enim dicit de eo: Prouidebam Dominum coram me semper, quoniam à dextris est mihi, ne commouear.*
Propter hoc lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea: insuper vero & caro mea requiescet in spe.	26	*Propter hoc lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea. insuper & caro mea requiẽscet in spe.*
Quoniam non derelinques animam meam in inferno: nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.	27	*Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec sines vt sanctus tuus videat corruptionem.*
Notas fecisti mihi vias vitæ: replebis me iucunditate cum facie tua.	28	*Notas mihi fecisti vias vitæ, replebis me iucunditate cum facie tua.*
Viri fratres, liceat dicere cum libertate ad vos de patriarcha Dauid, quoniam & defunctus est, & sepultus est: & sepulchrum eius est in nobis vsque diem hanc.	29	*Viri fratres, quandoquidem licet libere dicere apud vos de patriarcha Dauid quod & defunctus est, & sepultus est, & sepulchrum eius est apud nos vsque in hodiernum diem.*
Propheta igitur existẽs, & sciens quia iure iurãdo iurasset illi Deus, de fructu lũbi eius secundũ carnẽ resuscitaturũ Christũ, collocaturũ super throno eius.	30	*Propheta igitur cum esset, & sciret quod iureiurando iurasset sibi Deus, futurum, vt de fructu lumbi ipsius quãtũ ad carnẽ, Christus exoriretur ac sederet super sedẽ eius.*
Prouidens locutus est de resurrectione Christi, quia non derelicta est anima eius in inferno, neque caro eius vidit corruptionem.	31	*Præcisus locutus est de resurrectione Christi, quod non derelicta sit in inferno anima eius, neque caro eius viderit corruptionem.*
Hunc Iesum resuscitauit Deus: cuius omnes nos sumus testes.	32	*Hunc Iesum suscitauit Deus, cuius omnes nos sumus testes.*
Dextera igitur Dei exaltatus, & promissionem sancti Spiritus accipiens à Patre, effudit hũc quem nunc vos videtis & auditis.	33	*Dextera igitur Dei exaltatus, & promissione Spiritus sancti accepta à patre effudit hoc quod nunc vos videtis & auditis.*
Non enim Dauid ascendit in cælum: dicit autem ipse Dixit Dominus Domino meo: Sede ex dextris meis.	34	*Non enim Dauid ascendit in cœlos, sed dicit ipse: Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris mihi,*
Donec ponam inimicos tuos scabellum pedem tuorum.	35	*Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.*
Certò ergo cognoscat omnis domus Israel, quia & Dominum & Christum eum Deus fecit, hunc Iesum, quem vos crucifixistis.	36	*Certo sciat ergo tota domus Israel, quod Dominum & Christum fecerit Deus, hunc Iesum quem vos crucifixistis.*
Audientes autem compuncti sunt corde: dixeruntque ad Petrum & reliquos Apostolos: Quid faciemus, viri fratres?	37	*His autem auditis compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum ac reliquos Apostolos: Quid faciemus viri fratres?*
Petrus vero ait ad illos: Pœnitemini, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum, & accipietis donum sancti Spiritus.	38	*Petrus ait ad illos: Delictorum pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum, & accipietis donum spiritus sancti.*
Vobis enim est repromissio & filijs vestris, & omnibus qui in longe, quoscunque aduocauerit Dominus Deus noster.	39	*Vobis enim facta est repromissio & filijs vestris, & omnibus qui longe sunt, quoscunque aduocauerit Dominus Deus noster.*
Alijsque verbis plurimis obtestabatur & exhortabatur, dicens: Saluamini à generatione praua ista.	40	*Aliisq; verbis plurimis testificatus est, & exhortatus est eos, dicens: Seruemini à generatione ista praua.*
Qui quidem ergo libenter recipientes sermonem eius, baptizati sunt & appositæ sunt die illa animæ circiter tria millia.	41	*Qui ergo libenter acceperunt sermonem eius, baptizati sunt: & accesserunt in die illo animæ circiter ter mille.*
Erant autem perseuerantes doctrina Apostolorum, & communicatione, & fractione panis & orationibus.	42	*Erant autem perseuerantes in doctrina Apostolorum, & communicatione, & fractione panis, & precationibus.*
Fiebat autem omni animæ timor: multaque prodigia & signa per Apostolos fiebant?	43	*Obortus est autem omni animæ timor, multaq; prodigia & signa per Apostolos edebant.*
Omnes autem credentes erant in idem: & habebant omnia communia.	44	*Omnes autem qui credebant erant coniuncti, & habebant omnia communia.*

Vulgat. Editio.

Possessiones & substantias vendebant. & diuidebant illa omnibus prout cuique opus erat.

Quotidie quoque perdurantes vnanimiter in templo & frangentes circa domos panem, sumebant cibum cũ exultatione,& simplicitate cordis,

Collaudantes Deum,& habentes gratiam ad omnem plebem. Dominus autem augebat qui salui fierent quotidie in idipsum.

CAP. III.

PEtrus autem, & Ioannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam.

Et quidam vir,qui erat claudus ex vtero matris suæ,baiulabatur:quem ponebant quotidie ad portam templi,quæ dicitur Speciosa, vt peteret eleemosynam ab introeuntibus in templum.

Is cum vidisset Petrum, & Ioannem incipientes introire in templum, rogabat vt eleemosynam acciperet.

Intuens autem in eum Petrus cum Ioanne, dixit: Respice in nos.

At ille intendebat in eos, sperans se aliquid accepturum ab eis.

Petrus autem dixit: Argentum & aurum non est mihi:quod autem habeo,hoc tibi do.In nomine Iesu Christi Nazareni surge, & ambula.

Et apprehensa manu eius dextera,allenauit eum, & protinus consolidatæ sunt bases eius, & plantæ.

Et exiliens stetit & ambulabat: & intrauit cum illis in templum ambulans, & exiliens, & laudans Deum.

Et vidit omnis populus eum ambulantem, & laudantem Deum.

Cognoscebant autem illum, quod ipse erat,qui ad eleemosynam sedebat ad Speciosam portam templi & impleti sunt stupore & extasi in eo, quod contigerat illi.

Cum teneret autem Petrum,& Ioannem,cucurrit omnis populus ad eos ad porticum quæ appellatur Salomonis,stupentes.

Videns autem Petrus respondit ad populum: Viri Israelitæ quid miramini in hoc,aut nos quid intuemini, quasi nostra virtute aut potestate fecerimus hunc ambulare?

Deus Abraham,& Deus Isaac,& Deus Iacob,Deus patrum nostrorum glorificauit Filium suum Iesum,quem vos quidem tradidistis,& negastis ante faciem Pilati,iudicante illo dimitti.

* Mat. 27. 20. Mar. 5. 11. Luc. 23. 18. Ioan. 18. * Vos autem Sanctum & Iustum negastis,& petistis virum homicidam donari vobis:

Auctorem vero vitæ interfecistis, quem Deus suscitauit à mortuis,cuius nos testes sumus.

Et in fide nominis eius,hunc,quem vos vidistis, & nostis,confirmauit nomen eius:& fides, quæ per eum est,dedit integram sanitatem istam in conspectu omnium vestrum.

Et nunc fratres scio quia per ignorantiam fecistis,sicut & Principes vestri.

Deus autem,quæ prænunciauit per os omnium prophetarum,pati Christum suum,sic impleuit.

Pœnitemini igitur, & conuertimini vt deleantur peccata vestra:

Transl.ex Syriac.

45 *Et ij qui habebant possessionem, vendebant eam,ac diuidebant vnicuique prout egebat.*

46 *Atque quotidie perseuerabant in templo vnanimes, & frangebant munus benedictum,capiebantque cibum exultantes,& cum puritate cordis.*

47 *Laudebant Deum,quum inesset gratiam coram vniuerso populo. At Dominus noster augebat quotidie eos,qui salui fiebant in Ecclesia.*

CAP. III.

1 *FActum est autem quum ascenderent Schemeoun Kipho & Iouchanon simul in templum tempore precationis horæ nonæ:* Ioan. 21. 18. Act. 4.

2 *Vt ecce virum quendam claudum ab vtero matris suæ baiularunt homines illi qui soliti erant eum asserre,& ponere ad ianuam templi, quæ vocatur speciosa, vt peteret eleemosynam ab ijs,qui intrabant in templum.*

3 *Is quum vidisset Schemeoun & Iouchanon introeuntes in templum, petijt ab eis vt darent ipsi eleemosynam.*

4 *Et respexerunt in eum Schemeoun & Iouchanon,dixerunque ei: Intuere nos.*

5 *Ipse autem intuitus est eos,sperans se ab eis aliquid accepturum.*

6 *At ille Schemeoun: Aurum & argentum non habeo: sed quod habeo do tibi: In nomine Domini nostri Ieschua Meschiche Nazoræi surge,ambula.*

7 *Et apprehendit manum eius dexteram, & erexit eum: eoque momento confirmati sunt pedes eius ac plantæ.*

8 *Proinde exiliens stetit & ambulauit, & ingressus est cum eis templum, ambulans, & saliens, & glorificans Deum.*

9 *Viderunt totus populus ambulantem, & glorificantem Deum.*

10 *Et agnouerunt eum esse, qui mendicans sedebat quotidie & petebat eleemosynam ad portam quæ vocatur Speciosa, & impleti sunt stupore & admiratione super eo quod acciderat.*

11 * *Quumque ipse teneret Schemeoun & Iouchanon,cucurrit totus populus mirabundus ad eos in porticum quæ dicitur ipsius Schelemoun.* * Act. 3. 11. Ioan. 10. 23.

12 *Quod quum vidisset Schemeoun,respondit & dixit ei: Viri filij Israel, quid miramini propter hoc, aut cur nos intuemini,quasi virtute nostra aut propria potestate hoc effecerimus vt iste ambularet?*

13 *Deus ille Abrohom,Isaak,& Iaacob,Deus Patrum vestrorum glorificauit Filium suum Ieschua, illum quem vos prodidistis & abnegastis in conspectu Pilati,quum ipse æquum iudicaret eum esse absoluendum.*

14 *Vos autem Sanctum & Iustum abnegastis,& postulastis vobis virum homicidam vt daretur vobis.*

15 *Illum vero principem vitæ interfecistis,quem suscitauit Deus à mortuis,& nos omnes sumus testes eius.*

16 *Et in fide nominis ipsius hunc quem videtis, & nostis ille confirmauit & sanauit:& fides quæ per ipsum est, dedit huic istam sanitatem coram vobis omnibus.*

17 *Nunc autem, fratres mei,scio per errorem vos hoc fecisse prout fecerunt & Primates vestri.*

18 *At Deus sicuti prænunciauerat per os omnium prophetarum passurum Meschicho,sic impleuit.*

19 *Pœnitentiam ergo agite,& conuertimini,vt deleantur peccata vestra.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Et possessiones & facultates vendebant: & diuidebant illa omnibus, prout quis opus habebat. 45
Per diem quoque perdurantes vnanimiter in templo frangentesque per domum panem, sumebãt alimentũ in exultatione & simplicitate cordis, 46
Laudantes Deum, & habentes gratiam ad omnem plebem. At Dominus apponebat eos qui salui fiebant per diem ecclesiæ. 47

CAP. III.

IN idipsum autem Petrus & Ioannes ascendebant in templum, ad horam orationis nonam: 1

Et quidam vir claudus ex vtero matris suæ existens, baiulabatur: quem ponebant per diem ad portam templi, dictam speciosam petere eleemosynam ab iutroeuntibus in templum. 2

Qui videns Petrum & Ioannem futuros introire in templum, rogabat eleemosynam. 3

Intendens autem Petrus in eum cum Ioanne, dixit: Respice in nos. 4
Ille autem intendebat eis, expectans aliquid ab eis accipere. 5
Dixit autem Petrus: Argentum & aurum non est mihi: quod autem habeo, hoc tibi do: in nomine Iesu Christi Nazareni surge, & ambula. 6
Et apprehendens ipsum dextera manu, alleuauit, protinus autem confirmatæ sunt eius bases & plantæ. 7
Et exiliens stetit, & ambulabat: & intrauit cum illis in templum ambulans, & exiliens, & laudans Deum. 8
Et vidit eum omnis populus ambulantem, & laudantem Deum. 9
Cognoscebantque illum quod ipse erat ad eleemosynam sedens ad speciosam portam templi: & impleti sunt stupore & extasi super contingente ei. 10

Tenente autem sanato claudo Petrum & Ioannem, cucurrit ad eos omnis populus ad porticum vocatam Salomonis, stupentes. 11
Videns autem Petrus respondit ad populum: Viri Israelitæ, quid miramini in hoc: aut nobis quid attenditis, quasi propria virtute aut pietate iis qui fecimus ambulare eum? 12
Deus Abraham, & Isaac, & Iacob', Deus patrum nostrorum glorificauit puerum suũ Iesum: quem vos tradidistis, & negastis eum ante faciem Pilati, iudicante illo dimitti. 13

Vos autem sanctum & iustum negastis: & petistis virum homicidam donari vobis. 14

At principem vitæ interfecistis, quem Deus suscitauit ex mortuis: cuius nos testes sumus. 15

Et in fide nominis eius, hunc quem videtis & nostis confirmauit nomen eius: & fides quæ per eum, dedit illi integritatem hanc in conspectu omnium vestrum. 16
Et nunc fratres scio quia per ignorantiam fecistis, sicut & principes vestri. 17
At Deus quæ prænunciauit per os omnium Prophetarum suorum, pati Christum impleuit sic. 18
Pœnitemini igitur & conuertimini ad deleri vestra peccata. 19

Transl. Erasm. Roterod.

Possessiones q; & substantias vendebant, ac diuidebant illa omnibus, prout cuiq; opus erat. 45
Et quotidie perdurantes vnanimiter in templo, & frangentes per singulas domos panem, inuicem sumebant cibum, cum exultatione & simplicitate cordis. 46
Laudantes deum, & habentes gratiam apud totum populum. Dominus autem addebat qui salui fierent quotidie congregationi. 47

CAP. III.

SImul autem Petrus & Iohannes ascendebant in templum, ad horam precationis nonam. 1

Et quidam vir qui erat claudus ex vtero matris suæ, baiulabatur, quem ponebant quotidie ad portam templi, quæ dicitur speciosa, vt peteret eleemosynam ab introeuntibus in templum. 2

Is cum vidisset Petrum ac Iohannem ingressuros in templum, rogabat vt eleemosynam acciperet. 3

Defixis autem in eum oculis Petrus cum Iohanne dixit: Aspice in nos. 4
At ille intendebat in eos, sperans se aliquid accepturum ab eis. 5
Petrus autem dixit Argentum & aurum non est mihi: quod autem habeo, hoc tibi do. In nomine Iesu Christi Nazareni surge, & ambula. 6
Et apprehensa manu eius dextra, erexit eum. Protinus autem consolidatæ sunt plantæ illius ac tali. 7

Et exiliens stetit & ambulabat, intrauitq; cum illis in templum inambulans & saliens ac laudans deum. 8

Et vidit eum totus populus ambulantem ac laudantem deum. 9

Agnouerunt q; illum, quod ipse esset is qui ad eleemosynam sederat ad speciosam portam templi. Et impleti sunt admiratione & stupore super eo quod contigerat illi. 10

Cum teneret autem qui sanatus fuerat claudus, Petrum & Iohannem, cucurrit totus populus ad eos in porticu quæ appellatur Solomonis, stupefactus. 11
Quo viso Petrus respondit ad populum: Viri Israëlitæ, quid miramini super hoc, aut nos quid intuemini, quasi nostra virtute aut pietate effecerimus vt hic ambularet? 12

Deus Abraham, & Isaac, & Iacob, deus patrum nostrorum glorificauit filium suum Iesum quem vos tradidistis ac negastis in conspectu Pilati, cum ille iudicasset esse absoluendum. 13

Vos autem sanctum & iustum negastis, & postulastis, vt virum homicidam donaret vobis: 14

Autorem vero vitæ interfecistis, quem deus suscitauit à mortuis, cuius nos testes sumus: 15

Et per fiduciam nominis eius hunc quem videtis ac nostis, consolidauit nomen ipsius: & fides quæ per eum est, dedit ei integritatem istam in conspectu omnium vestrum. 16

Et nunc fratres scio, quod per ignorantiam feciſtis, sicut & principes vestri. 17
Deus autem quæ prænunciauerat per os omnium prophetarum suorum, Christum passurum, implenit sic. 18
Pœniteat vos igitur erroris & conuertimini vt deleantur peccata vestra. 19

Vulgat. Editio.

Vt cum venerint tempora refrigerij à conſpectu Domini & miſerit eum, qui prædicatus eſt vobis, Ieſum Chriſtum.

Quem oportet quidem cœlum ſuſcipere, vſque in tempora reſtitutionis omnium, quæ locutus eſt Deus per os ſanctorũ ſuorum à ſæculo Prophetarũ

*Deut. 18. 15. Moyſes quidem dixit: Quoniam Propheram ſuſcitabit vobis Dominus Deus veſter de fratribus veſtris, tamquam me, ipſum audietis iuxta omnia, quæcumque locutus fuerit vobis.

Erit autem: omnis anima quæ non audierit Prophetam illum, exterminabitur de plebe.

Et omnes Prophetæ à Samuel, & deinceps, qui locuti ſunt, annunciauerunt dies iſtos.

Vos eſtis filij Prophetarũ & teſtamenti, quod diſpoſuit Deus ad patres noſtros, dicens ad Abraham:

*Ge. 22. 18. * Et in ſemine tuo benedicentur omnes familiæ terræ.

Vobis primum Deus ſuſcitans Filium ſuum, miſit eum benedicentem vobis: vt conuertat ſe vnuſquiſque à nequitia ſua.

CAP. IIII.

LOquentibus autem illis ad populum, ſuperuenerunt Sacerdotes, & Magiſtratus templi, & Sadducæi,

Dolentes quod docerent populum, & annunciarent in Ieſu, reſurrectionem ex mortuis:

Et iniecerunt in eos manus, & poſuerunt eos in cuſtodiam in craſtinum: erat enim iam veſpera.

Multi autem eorũ, qui audierant verbum, crediderunt: & factus eſt numerus virorũ quinq; millia.

Factum eſt autem in craſtinum, vt congregarentur Principes eorum, & Seniores, & Scribæ in Ieruſalem,

Et Annas Princeps ſacerdotum, & Caiphas, & Ioannes, & Alexander, & quotquot erant de genere ſacerdotali.

Et ſtatuentes eos in medio, interrogabant: In qua virtute, aut in quo nomine feciſtis hoc vos?

Tunc repletus Spiritu ſancto Petrus, dixit ad eos: Principes populi, & Seniores audite:

Si nos hodie dijudicamur in benefacto hominis infirmi, in quo iſte ſaluus factus eſt:

Notum ſit omnibus vobis & omni plebi Iſrael: quia in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Nazareni, quem vos crucifixiſtis, quẽ Deus ſuſcitauit à mortuis, in hoc iſte aſtat coram vobis ſanus.

*Pſ. 117. 22. Matt. 21. 42. Mar. 12. 10. Luc. 20. 17. Act. 4. 11. 1. Pet. 2. 7. Rom. 9. 33. * Hic eſt lapis, qui reprobatus eſt à vobis ædificantibus, qui factus eſt in caput anguli:

Et non eſt in alio aliquo ſalus. Nec enim aliud nomen eſt ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri.

Videntes autem Petri conſtantiam, & Ioannis, cõperto quod homines eſſent ſine literis, & idiotæ, admirabantur, & cognoſcebant eos quoniam cum Ieſu fuerant:

Hominem quoque videntes ſtantem cum eis, qui curatus fuerat, nihil poterant contradicere.

Iuſſerunt autem eos foras extra concilium ſecedere: & conferebant ad inuicem dicentes:

Quid faciemus hominibus iſtis? quoniã quidem notũ ſignũ factũ eſt per eos, omnibus habitantibus Ieruſalẽ: manifeſtum eſt, & non poſſumus negare.

Tranſl. ex Syriac.

Et obueniant vobis tempora quietis à conſpectu Domini, mittatque vobis illum, qui paratus erat vobis, Ieſchuam Meſchicho.

Quem oportet cœlo capi vſque ad completum temporum illorum omnium, de quibus locutus eſt Deus per os ſanctorum Prophetarum ſuorum à ſæculo.

Moyſche enim dixit: Prophetam ſuſcitabit vobis Dominus ex fratribus veſtris ſicuti me: hunc audite in omnibus, quæ collocutus fuerit vobis.

Et futurum eſt vt omnis anima, quæ non audierit Prophetam illum, anima inquam illa pereat à populo ſuo.

Et Prophetæ omnes à Schemouil, & ijs qui poſt eum fuerunt, locuti ſunt ac prædicarunt de diebus iſtis.

Vos eſtis filij Prophetarum, & fœderis quod iniit Deus cum patribus noſtris, dum dixit Abrahæ: In ſemine tuo benedictionem conſequentur omnes familiæ terræ.

Vobis primum ſuſcitauit, miſitque Deus filium ſuum, qui benedicere vobis ſi conuerſi fueritis & egeritis pœnitentiam de flagitijs veſtris.

CAP. IIII.

QVamque illi hos ſermones loquerentur ad populum, inſurrexerunt in eos Sacerdotes, & Zadokæi, & Præfecti templi,

Quum excandeſcerent in eos, quippe qui docerent populum, & prædicarent in Meſchicho reſurrectionem à mortuis.

Proinde iniecerunt in eos manus, & cuſtodierunt eos in diem poſterum: quod prope eſſet veſpera.

Multi autem qui audierant ſermonem, crediderunt: & erant numero circiter quinquies mille viri.

Caterum poſtero die congregati ſunt Principes, & Seniores, & Scribæ:

Itemque Chanan Summus ſacerdos, & Kaiapho, & Ieuchanan, & Alexander, & quotquot erant ex genere ſummorum ſacerdotum:

Quumq; ſtatuiſſent eos in medio, interrogabant eos: Quanam virtute, aut quo nomine hoc feciſtis?

Tunc Schemeoun Kepho repletus eſt Spiritu ſanctitatis, & dixit eis: Principes populi, & ſeniores domus Iſraël, audite:

Si nos hodie in ius vocamur à vobis propter beneficium quod collatum eſt in hominem ægrotum, quomodo iſte ſanitati ſit reſtitutus:

Hoc notum ſit vobis, totiq; populo Iſraël: quod in nomine Ieſchua Meſchicho Nazareni illius, quem vos in crucem egiſtis, quem Deus excitauit à mortuis, in hoc ipſo inquam ecce ſtat iſte coram vobis ſanus.

Hic eſt lapis ille, quem vos reprobaſtis ædificantes, qui factus eſt in caput anguli.

Nec eſt in quoquam alio redemptio. Non enim eſt nomen aliud ſub cœlo quod datum ſit hominibus, in quo oporteat eos ſeruari.

Quumq; audiſſent ſermonem Schemeoun, & Ieuchanen quem palam dixerant, intelexerunt eos eſſe literarum imperitos, & idiotas, eoſq; admirati ſunt: atq; agnouerunt ipſos cum Ieſchua verſatos fuiſſe.

Conſpiciebant porro adſtantem cum eis claudum illum qui ſanatus fuerat, nihilque poterant ei contradicere.

Tunc iuſſerunt eos exire è ſynagoga ſua: dicebatq; alius ad alium:

Quid faciemus hominibus iſtis? ecce enim ſignum illud manifeſtum, quod editum eſt per eos, omnibus incolis Ouriſchlem notum eſt, nec poſſumus inficiari.

Transl. B. Ariæ Mont.

Vt cum venerint tempora refrigerij à conſpectu Domini & miſerit propoſitum vobis Ieſum Chriſtum.

Quem oportet cœlũ quidẽ ſuſcipere, vſq; in tẽpora reſtitutionis omniũ, quæ locutus eſt Deus per os omniũ ſanctorũ ſuorum Prophetarũ à ſæculo.

Moyſes quidem enim ad Patres dixit: Quoniam Prophetam vobis reſuſcitabit Dominus Deus veſter de fratribus veſtris, tamquam me ipſum audietis iuxta omnia quæcũq; locutus fuerit ad vos.

Erit autem: omnis anima quæ non audierit Prophetam illum, exterminabitur de plebe.

Et omnes autem Prophetæ à Samuel, & deinceps, quotcumq; locuti ſunt, annũciauerunt dies iſtos.

Vos eſtis filij Prophetarũ & teſtamenti, quod diſpoſuit Deus ad patres noſtros, dicens ad Abraham: Et in ſemine tuo benedicentur omnes familiæ terræ.

Vobis primum Deus reſuſcitans puerum ſuum Ieſum, miſit eum benedicentem vobis, in auerti vnumquemque à nequitijs veſtris.

CAP. IIII.

LOquentibus autem illis ad populum, ſuperuenerunt eis Sacerdotes, & Magiſtratus templi, & Sadducæi,

Labore affecti propter docere eos populum, & annunciare in Ieſu reſurrectionem mortuorum:

Et iniecerunt eis manus, & poſuerunt in cuſtodiam in craſtinum: erat enim veſpera iam.

Multi autem audientium verbum, crediderunt: & factus eſt numerus virorũ quaſi millia quinque.

Factum eſt autem in craſtinum, congregari eorum Principes & Seniores, & Scribas in Hieruſalem.

Et Annam Principem ſacerdotum, & Caipham, & Ioannem, & Alexandrum, & quotquot erant de genere Pontificali.

Et ſtatuentes eos in medio, percuntati ſunt, In qua virtute, aut in quo nomine feciſtis hoc vos?

Tunc Petrus repletus Spiritu ſancto, dixit ad eos: Principes populi, & Seniores Iſrael.

Si nos hodie dijudicamur in benefacto hominis infirmi, in quo iſte ſeruatus eſt:

Notum ſit omnibus vobis & omni plebi Iſrael: quia in nomine Ieſu Chriſti Nazareni, quem vos crucifixiſtis, quem Deus ſuſcitauit ex mortuis, in hoc iſte aſtat coram vobis ſanus.

Hic eſt lapis, qui nihili habitus à vobis ædificantibus, ille factus in caput anguli:

Et non eſt in alio in nemine ſalus. Nullum enim nomen eſt aliud ſub cœlo datum in hominibus, in quo oporteat ſeruari nos.

Videntes autem Petri libertatem, & Ioannis, & deprehendentes quod homines illiterati ſunt & idiotæ, admirabantur, cognoſcebantque eos quoniam cum Ieſu fuerant:

At hominem videntes cum eis ſtantem, illum curatum, nihil habebant contradicere.

Iuſſis autem ipſis extra concilium abire, conferebant ad inuicem Dicentes:

Quid faciemus hominibus iſtis? quoniã quidem enim notum ſignũ factũ eſt per eos, omnibus habitãtib. Hieruſalẽ manifeſtũ, & nõ poſſumus negare.

Transl. Eraſm. Roterod.

Vt cum venerint tempora refrigerationis à conſpectu
20 *domini, & miſerit eum qui ante prædicatus eſt vobis Ieſum Chriſtum,*

21 *Quem oportet quidem cœlum accipere vſque in tempora reſtitutionis omnium, quæ locutus eſt deus per os omnium ſanctorum ſuorum à ſæculo prophetarum.*

22 *Moſes quidem ad patres dixit: Prophetam ſuſcitabit vobis dominus deus veſter de fratribus veſtris, mei ſimilem. Audietis eum iuxta omnia quæcunque locutus fuerit vobis.*

23 *Futurum eſt autem, vt omnis anima quæ non audierit prophetam illum, exterminetur è populo.*

24 *Quin & omnes prophetæ à Samuele ac deinceps quotquot locuti ſunt etiam annunciauerunt dies iſtos.*

25 *Vos eſtis filij prophetarum, ac teſtamenti, quod teſtatus eſt deus erga patres noſtros, dicens ad Abrahã: Et in ſemine tuo benedictionem conſequentur omnes familiæ terræ.*

26 *Vobis primum deus, cum ſuſcitaſſet filium ſuum Ieſum, miſit eum benedicentem vobis, ita vtvnuſquiſque veſtrum conuerteret ſe ab iniquitatibus ſuis.*

CAP. IIII.

1 *LOquentibus autem illis ad populum, ſuperuenerunt illis ſacerdotes, ac magiſtratus templi,*

2 *Et Sadducæi moleſtè ferentes, quod docerent populum, & annunciarent in nomine Ieſu reſurrectionem ex mortuis, & iniecerunt eis manus,*

3 *Poſuerunt que eos in cuſtodiam in poſterum diem. Nam erat iam veſpera.*

4 *Multi vero eorum qui audierant ſermonem crediderũt: & factus eſt numerus virorũ circiter quinque milia.*

5 *Factum eſt autem poſtero die vt congregarentur principes eorum, & ſeniores, & ſcribæ Hieroſolymis,*

6 *Et Annas princeps ſacerdotum, & Caiaphas, & Iohannes, & Alexander & quotquot erant de genere pontificio:*

7 *Et cum ſtatuiſſent eos in medio, interrogabant: Qua virtute, aut quo nomine feciſtis hoc vos?*

8 *Tunc Petrus repletus Spiritu ſancto, dixit ad eos: Principes populi & ſeniores Iſraël,*

9 *Si nos hodie examinamur, de eo quod beneficerimus homini infirmo, qua ratione iſte ſaluus factus ſit:*

10 *Notum ſit omnibus vobis, & toti plebi Iſraël: quod per nomen Ieſu Chriſti Nazareni, quem vos crucifixiſtis, quem deus ſuſcitauit à mortuis, per hunc iſte aſtat coram vobis ſanus.*

11 *Hic eſt lapis ille, qui reiectus eſt à vobis ædificantibus, qui factus eſt caput anguli.*

12 *Nec eſt in alio quoquam ſalus. Nec enim aliud nomen eſt ſub cœlo datum inter homines, in quo oporteat nos ſaluos fieri.*

13 *Videntes autem Petri in dicendo libertatem ac Iohannis, compertoq; quod homines eſſent illiterati & idiotæ, admirabantur, & agnoſcebant eos, quod cum Ieſu fuiſſent,*

14 *Hominem autem videntes ſtantem cum eis qui ſanatus fuerat, nihil poterant contradicere.*

15 *Iuſſis autem illis è concilio ſecedere, conferebant inter ſeſe dicentes:*

16 *Quid faciemus hominibus iſtis? nam conſpicuum ſignum editum eſſe per eos, omnibus habitantibus Hieroſolymis manifeſtum eſt, nec poſſumus inficiari.*

Vulgat. Editio.

Sed ne amplius diuulgetur in populum, comminemur eis, ne vltra loquantur in nomine hoc vlli hominum.

Et vocantes eos, denuntiauerunt ne omino loquerentur, neque docerent in nomine Iesu.

Petrus vero & Ioannes respondentes, dixerunt ad eos: Si iustum est in conspectu Dei, vos potius audire quam Deum, iudicate.

Non enim possumus quæ vidimus & audiuimus, non loqui.

At illi comminantes, dimiserunt eos: non inuenientes quomodo punirent eos propter populum: quia omnes clarificabant id, quod factum fuerat in eo quod acciderat.

Annorum enim erat amplius quadraginta homo in quo factum fuerat signum istud sanitatis.

Dimissi autem venerunt ad suos: & annuntiauerunt eis quanta ad eos principes Sacerdotum, & seniores dixissent.

Qui cum audissent vnanimiter leuauerunt vocem ad Deum, & dixerunt: Domine, tu es qui fecisti cælum, & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt:

+ Ps. 2. Qui Spiritu sancto per os patris nostri Dauid, pueri tui, dixisti: * Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania?

Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum & aduersus Christum eius.

Conuenerunt enim vere in ciuitate ista aduersus sanctum puerum tuum Iesum, quem vnxisti, Herodes, & Pontius Pilatus cum gentibus & populis Israel,

Facere quæ manus tua, & consilium tuum decreuerunt fieri.

Et nunc Domine respice in minas eorum: & da seruis tuis cum omni fiducia, loqui verbum tuum,

In eo quod manum tuam extendas ad sanitates, & signa & prodigia fieri per nomen sancti filij tui Iesu.

Et cum orassent motus est locus in quo erat congregati: & repleti sunt omnes Spiritu sancto: & loquebantur verbum Dei cum fiducia.

Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna: nec quicquam eorum, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia.

Et virtute magna reddebant Apostoli testimonium resurrectionis Iesu Christi Domini nostri: & gratia magna erat in omnibus illis.

Neque enim quisquã egens erat inter illos. Quotquot enim possessores agrorũ aut domorum erant, vendentes afferebant pretia eorum quæ vẽdebant.

Et ponebant ante pedes Apostolorum. Diuidebatur autem singulis, prout cuique opus erat.

Ioseph autem qui cognominatus est Barnabas ab Apostolis (quod est interpretatum, Filius consolationis) Leuites Cyprius genere.

Cum haberet agrum, vendidit eum, & attulit pretium, & posuit ante pedes Apostolorum.

CAP. V.

VIr autem quidam nomine Ananias, cum Saphira vxore sua vendidit agrum:

Et fraudauit de pretio agri, conscia vxore sua, & afferens partem quandam, ad pedes Apostolorum posuit.

Transl. ex Syriac.

17 *Sed ne magis fama isthac pernageatur, interminemur eis, ne amplius loquantur in nomine isto vlli hominum.*

18 *Proinde aduocarunt eos, & præceperunt eis, ne omnino loquerentur, aut docerent in nomine Ieschua.*

19 * *Responderunt Sehemeoun Kipho, & Iouchanon, ac dixerunt eis: An rectum sit apud Deum, vobis obedire potius, quam Deo, iudicate.* Martyrũ.

20 *Non enim possumus quod vidimus, & audiuimus non loqui.* *

21 *Et interminati sunt eis, ac dimiserunt eos: non enim inuenerunt causam quam capiti eorum imponerent propter populum; quandoquidem vnusquisq; glorificabat Deum super eo quod factum fuerat.*

22 *Erat enim plusquam quadraginta annos natus homo ille, in quo editum fuerat hoc signum sanationis,*

23 *Quumque dimissi essent, venerunt ad fratres suos, & renuntiarunt eis quæcumque dixerunt Sacerdotes & Seniores.*

24 *Isti autem quum audissent, simul extulerunt vocem suam ad Deum, dixerunt que: Domine, tu es Deus qui fecisti cœlum & terram, & maria, & omnia quæ in eis sunt:*

25 *Tuque is es, qui locutus es per Spiritum sanctitatis per os Dauid serui tui: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inane?*

26 *Astiterunt Reges terræ, Principes q;. & consilium inierunt simul aduersus dominum, & aduersus Meschicho eius.*

27 *Congregati sunt enim verè in hac ciuitate aduersus sanctum filium tuum Ieschua, quem tu vnxisti, Heroudes & Pilatus cum gentibus, & synagoga Israël,*

28 *Vt facerent quecunque manus tua, & voluntas tua prius designauerat esse faciendа.*

29 *Sed & nunc Domine intuere, & vide minas eorum, & da seruis tuis, vt palam prædicent sermonem tuum.*

30 *Quum manum tuam porriges ad sanandum, vtque virtutes edantur in nomine Filij tui sancti Ieschua.*

31 *Et quum orassent, ac fuissent auspicati predes, commotus est locus in quo erant congregati, & repleti sunt omnes Spiritu sanctitatis, ac loquebantur palam sermonem Dei.*

32 * *Erat autem cœtus hominum illorum, qui crediderant, anima vna, & vna mens: nemoque ex eis dicebat de facultatibus quas possidebat, suas esse, sed omnia, quæ habebant erant societatis.* * Feria iij Candidatorum.

33 *Magnaque virtute testabantur ipsi Apostoli de resurrectione Ieschua Meschicho: & gratia magna inerat illis omnibus,*

34 *Cæterum nemo erat inter eos egenus: Illi enim qui possidebant fundos, & domos: vendebant, & adferebant pretia eorum, quæ vẽdita fuerant,*

Deponebantque ad pedes Apostolorum. Et dabatur vnicuique prout egebat.

36 *Iauseph autem ille, qui cognominatus est Barnabbæ ab Apostolis (quod exponitur Filius consolationis) Leuita, ex regione Cypri,*

37 *Habebat agrum, & vendidit eum, attulitque pretium, & deposuit ante pedes Apostolorum.*

CAP. V.

1 PORrò vir quidam cuius nomen erat Chananiæ, cum vxore sua nomine Schaphira vendiderat fundũ suum. Defunctorum.

2 *Abstulit autem ex precio, abdiditque, conscia vxore sua, & attulit partem pecuniæ, ac deposuit ante pedes Apostolorum.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Sed vt ne super plus perserpat in populum, minaciter comminemur eis, ne vltra loqui in nomine hoc vlli homini.

Et vocantes eos, denuntiauerunt eis omino non loqui neque docere in nomine Iesu.

At Petrus & Ioannes respondentes ad eos dixerunt: Si iustum est in conspectu Dei, vos audire potius quam Deum, iudicate.

Non possumus enim nos quæ vidimus & audiuimus, non loqui.

Illi vero comminantes, dimiserunt eos: nihil inuenientes quomodo punirent eos propter populum: quia omnes glorificabant Deum super facto.

Annorum enim erat plurium quadraginta homo in quo factum fuerat signum istud sanitatis.

Dimissi autem venerunt ad proprios: & annuntiauerunt quanta ad eos principes Sacerdotum & seniores dixissent.

Ij autem audientes vnanimiter leuauerunt vocem ad Deum, & dixerunt: Domine tu Deus qui fecisti cælum, & terram, & mare, & omnia quæ in eis:

Qui per os Dauid pueri tui dicens (fuisti:) vt quid fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania?

Astiterunt reges terræ, & principes coacti sunt in idem aduersus Dominum & aduersus Christum eius:

Coacti sunt enim in veritate in sanctum puerum tuum Iesum, quem vnxisti, Herodesque & Pontius Pilatus cum gentibus & populis Israel,

Facere quæcunque manus tua & consilium tuum præfinuit fieri.

Et nunc Domine respice in minas eorum: & da seruis tuis cum fiducia omni, loqui verbum tuum,

In manum tuam extendere in sanitatem, & signa & prodigia fieri per nomen sancti pueri tui Iesu.

Et precatis eis, motus est locus in quo erant congregati: & repleti sunt omnes Spiritu sancto: & loquebantur verbum Dei cum fiducia.

At multitudinis credentium erat cor & anima vna: & neque vnus quicquam existentium ei dicebat proprium esse: sed erant illis omnia communia.

Et magna virtute reddebant testimonium Apostoli resurrectionis Domini Iesu Christi gratiaque magna erat in omnes eos.

Neque enim egens quisquã erat in ipsis. Quotquot enim possessores agrorum aut domorum erant, vendentes afferebant pretia venditorum,

Et ponebant ante pedes Apostolorum. Diuidebatur autem singulis, prout quis opus habebat.

Ioses autem cognominatus Barnabas ab Apostolis (quod est interpretatum, Filius consolationis) Leuites Cyprius genere.

Existente ei agro, vendito attulit pecuniam, & posuit ante pedes Apostolorum.

CAP. V.

VIr autem quidam Ananias nomine, cum Sapphira vxore sua vendidit possessionem:

Et interuertit de pretio, conscia etiam vxore sua & afferens partem quandam ad pedes Apostolorum posuit.

Transl. Erasm. Roterod.

17 *Sed ne amplius diuulgetur in populum, minaciter interminemur eis, ne posthac loquantur in nomine hoc vlli hominum.*

18 *Et accersitis illis præceperunt, ne omnino loquerentur, neque docerent in nomine Iesu.*

19 *At Petrus & Ioannes respondentes, dixerunt ad eos: An iustum sit in conspectu Dei, vos potius audire, quàm Deum, iudicate.*

20 *Non enim possumus quæ vidimus & audiuimus, non loqui.*

21 *At illi additis minis, dimiserunt eos: nihil inuenientes qua ratione punirent eos propter populum, quia omnes glorificabant deum super eo quod acciderat.*

22 *Annorum enim erat amplius quadraginta homo, in quo editum fuerat signum istud sanationis.*

23 *Dimissi autem venerunt ad suos, & annunciauerunt quæcunque ij, ibi principes sacerdotum & seniores dixerant.*

24 *Qui cum audissent, vnanimiter attollebant vocem ad deum, dixeruntque: Domine, tu es deus qui fecisti cœlum ac terram, mare & omnia quæ in eis sunt,*

25 *Qui per os dauid pueri tui dixisti: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania?*

26 *Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduersus dominum, & aduersus Christum eius.*

27 *Conuenerunt enim vere aduersus sanctum filium tuum Iesum quem vnxeras, Herodes simul & Pontius Pilatus cum gentibus & populis Israël,*

28 *Ad faciendum quæcunque manus tua, & consilium tuum prius decreuerat vt fierent.*

29 *Et nunc domine aspice in minas eorum: & da seruis tuis, vt cum omni fiducia loquantur sermonem tuum,*

30 *Manum tuam, porrigendo in hoc, vt sanatio & signa & prodigia edantur per nomen sancti pueri tui Iesu.*

31 *Et cum orassent illi, motus est locus in quo erant congregati, & repleti sunt omnes Spiritu sancto, & loquebantur sermonem dei cum fiducia.*

32 *Multitudinis autẽ credentium erat cor vnum & anima vna, nec quisquam aliquid eorum quæ possidebat, suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia.*

33 *Et virtute magna reddebant Apostoli testimonium resurrectionis domini Iesu, & gratia magna erat super omnes illos.*

34 *Neque enim quisquam egens erat inter illos. Quotquot enim possessores agrorum aut ædium erant, vendentes afferebant precia eorum quæ vendita fuerant,*

35 *Et ponebant ad pedes Apostolorum. Distribuebatur autem singulis prout cuique opus erat.*

36 *Ioses vero, qui cognominatus est Barnabas ab Apostolis, quod est, filius consolationis, Leuites, Cyprius genere,*

37 *Cum haberet agrum, vendidit eum: & tulit precium & posuit ad pedes Apostolorum.*

CAP. V.

1 *VIr autem quidam nomine Ananias cum Sapphira vxore sua vendiderat possessionem,*

2 *Et sepposuerat de precio, conscia etiam vxore sua, & allatam partem aliquam ad pedes Apostolorum posuit.*

Vulgat. Editio.

Dixit autem Petrus : Anania, cur tentauit satanas cor tuum mentiri te Spiritui sancto, & fraudare de pretio agri?

Nonne manens tibi manebat, & venundatum in tua erat potestate? Quare posuisti in corde tuo hãc rem? Non es mentitus hominibus, sed Deo.

Audiens autem Ananias hæc verba, cecidit, & expirauit. Et factus est timor magnus super omnes, qui audierunt.

Surgentes autem iuuenes amouerunt eum, & efferentes sepelierunt.

Factum est autem quasi horarum trium spatium, & vxor ipsius nesciẽs, quod factũ fuerat, introiuit.

Dixit autem ei Petrus : Dic mihi mulier, si tanti agrum vendidistis? At illa dixit : Etiam tanti.

Petrus autem ad eam : Quid vtique conuenit vobis tentare Spiritum Domini? Ecce pedes eorum, qui sepelierunt virum tuum ad ostium, & efferent te.

Confestim cecidit ante pedes eius, & expirauit. Intrantes autem iuuenes inuenerunt illam mortuam: & extulerunt, & sepelierũt ad virum suum.

Et factus est timor magnus in vniuersa Ecclesia, & in omnes, qui audierunt hæc.

Per manus autem Apostolorum fiebant signa & prodigia multa in plebe. Et erant vnanimiter omnes in porticu Salomonis.

Cæterorum autem nemo audebat se coniungere illis: sed magnificabat eos populus.

Magis autem augebatur credentium in Domino multitudo virorum, ac mulierum,

Ita vt in plateas ejicerent infirmos, & ponerent in lectulis ac grabatis, vt veniente Petro, saltem vmbra illius obumbraret quemquam illorum, & liberarentur ab infirmitatibus suis.

Concurrebat autem & multitudo vicinarum ciuitatum Ierusalem, afferentes ægros, & vexatos à spiritibus immundis: qui curabantur omnes.

Exurgens autem Princeps sacerdotum, & omnes, qui cum illo erant (quæ est hæresis Sadducæorum) repleti sunt zelo:

Et iniecerunt manus in Apostolos, & posuerunt eos in custodia publica.

Angelus autem Domini per noctem aperiens ianuas carceris, & educens eos, dixit:

Ite & stantes loquimini in templo plebi omnia verba vitæ huius.

Qui cum audissent, intrauerunt diluculo in templum, & docebant. Adueniens autem Princeps sacerdotum, & qui cum eo erant, conuocauerunt concilium, & omnes seniores filiorum Israel : & miserunt ad carcerem vt adducerentur.

Cum autem venissent ministri, & aperto carcere non inuenissent illos, reuersi nunciauerunt,

Dicentes: Carcerem quidem inuenimus clausum cum omni diligentia, & custodes stantes ante ianuas: aperientes autem neminem intus inuenimus.

Vt autem audierunt hos sermones Magistratus templi, & Principes sacerdotum ambigebant de illis quidnam fieret.

Adueniens autem quidam nunciauit eis : Quia ecce viri, quos posuistis in carcerem, sunt in templo stantes, & docentes populum.

Transl. ex Syriac.

3 *Cui dixit Schemeoun : Chanania, cur ita implenit Satanas cor tuum, vt mentireris in Spiritum sanctitatis, & interueneres ex pecunia pretij fundi illius?*

4 *Nonne tuus erat priusquam vendidisses? & postquam venundatus est rursus tu potestatem habebas super pretium: quid tibi venit in mentem vt exequereris hanc voluntatem? Non mentitus es in homines, sed in Deum.*

5 *Quumque audisset Chanania hos sermones cecidit, & mortuus est. Et pauor ingens inuasit omnes qui hæc audierant.*

6 *Surrexerunt autem ij qui iuuenes erant inter eos, & collegerunt eum, sepultumque eduxerunt.*

7 *Tribus verò post horis, & vxor eius ingressa est, quum nesciret quid actum esset.*

8 *Cui dixit Schemeoun : Dic mihi, num his pretijs (tanti) vendidistis fundum? Ipsa vero dixit: Etiam, his pretijs (tanti.)*

9 *Dixit ei Schemeoun : Quoniam æquales fuistis ad tentandum Spiritum Domini : Ecce pedes eorum qui sepelierunt maritum tuum sunt pro foribus, & ipsi efferent te.*

10 *Et eo ipso momento cecidit ad pedes eorum & mortua est. Et ingressi sunt iuuenes illi, & nacti sunt eam mortuam: & collectam in feretrum efferentes, sepelierunt eam ad tumulum mariti sui.*

11 *Et extitit timor ingens in tota Ecclesia, & in omnibus qui hæc audierunt.*

12 ** Edebantur autem per manum Apostolorum signa & virtutes multæ in populo: & erant omnes congregati simul in porticu Schelemoun.* * Apostolorum.

13 *Ex alijs autem nemo audebat ad eos accedere, sed magnificabat eos populus.*

14 *Magisq; accrescebant ij qui credebant in Domino cœtus virorum, & mulierum.*

15 *Adeo vt in plateas efferrent ægrotos, conijcerentque in grabatis, vt quum veniret Schemeoun, vel vmbra ipsius operiret eos.*

16 *Conueniebant autem plurimi ad eos ex vrbibus alijs adiacentibus Ourischlem, qui adferebant ægros, eosque in quibus essent spiritus immundi, & sanabantur omnes.*

17 *Proinde repletabatur inuidia Summus sacerdos, cunctique qui cum eo erant (quum essent ex doctrina Zadoukæorum:)*

18 *Et iniecerunt manus in Apostolos, prehensosq; obuinxerunt in carcere.*

19 *Tunc noctu Angelus Domini reseranit fores carceris, & eduxit eos, ac dixit eis:*

20 *Ite, state in templo, & loquimini ad populum omnes hos sermones vitæ.*

21 *Exierunt igitur tempore matutino, & introierunt in templum, ac docebant. Princeps autem Sacerdotum ijque, qui cum eo erant, aduocarunt socios suos & Seniores Israel: miseruntq; in custodiam qui adducerent Apostolos.*

22 *Quumq; profecti essent ij, qui missi fuerant ab eis, non inuenerunt eos in carcere : reuersi itaque venerunt,*

23 *Dicentes : Inuenimus carcerem clausum cautè, atque adeo custodes stantes pro foribus : & aperuimus, at neminem inuenimus illic.*

24 *Quumq; audissent hos sermones Principes sacerdotum & Præfecti templo, obstupescebant super his, & cogitabant quid hoc esset.*

25 *Adueniens autem quidam nunciauit eis : Viri illi quos vinxeratis in carcere ecce stant in templo, & docent populum.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Dixit autem Petrus: Anania, propter quid implenit Satanas cor tuum mentiri te Spiritum ſanctum, & interuertere de pretio prædij?

Nonne manens tibi manebat, & venundatum in tua poteſtate erat? Quod quid poſuiſti in corde tuo rem hanc? Non es mentitus hominibus, ſed Deo.

Audiens autem Ananias verba hæc, cadens expirauit. Et factus eſt timor magnus ſuper omnes audientes hæc.

Surgentes autem iuuenes corripuerunt eum, & efferentes ſepelierunt.

Factum eſt autem quaſi horarum trium ſpatium, & vxor ipſius neſciens factum introiuit.

Reſpondit autem ei Petrus: Dic mihi, ſi tanti agrum vendidiſtis? illa autem dixit: Etiam tanti.

At Petrus ait ad eam: Quid quod conuenit vobis tentare Spiritum Domini? Ecce pedes eorum, qui ſepelierunt virum tuum, ad oſtium, & efferent te.

Cecidit autem confeſtim ante pedes eius, & expirauit. Intrantes autem iuuenes inuenerunt illam mortuam: & efferentes ſepelierunt ad virum ſuum.

Et factus eſt timor magnus in vniuerſa Eccleſia, & in omnes audientes hæc.

Per manus autem Apoſtolorum fiebant ſigna, & prodigia in plebe multa. Et erant vnanuniter omnes in porticu Salomonis.

At cæterorum nemo audebat coniungi illis: ſed magnificabat eos populus.

Magis autem apponebantur credentes Domino multitudines virorumque ac mulierum:

Vt & ſecundum plateas efferre infirmos, & ponere in lectulis ac grabatis, vt venientis Petri, etſi vmbra obumbraret quemquam illorum.

Concurrebat autem & multitudo eorum quæ circa ciuitatum in Ieruſalem, afferentes ægros, & vexatos à ſpiritibus immundis: qui curabantur omnes.

Exurgens autem Princeps ſacerdotum, & omnes, qui cum illo (illa exiſtens hæreſis Sadducæorum) repleti ſunt zelo:

Et iniecerunt manus ſuas in Apoſtolos, & poſuerunt eos in cuſtodia publica.

Angelus autem Domini per noctem aperuit ianuas cuſtodiæ, educenſque eos, dixit:

Ite & ſtantes loquimini in templo plebi omnia verba vitæ huius.

Audientes autem intrauerunt ſub diluculum in templum, & docebant. Adueniens autem Princeps ſacerdotum, & qui cum eo conuocauerunt concilium, & omnem ſenatum filiorum Iſrael: Et miſerunt ad carcerem adduci eos.

At miniſtri accedentes non inuenerunt eos in cuſtodia. reuerſi autem nunciauerunt,

Dicentes: Quod quidem carcerem inuenimus clauſum, in omni ſecuritate, & cuſtodes ſtantes ante ianuas: aperientes autem intus neminem inuenimus.

Vt autem audierunt ſermones hos & Pontifex & præfectus templi, & Principes ſacerdotum ambigebant de illis quidnam fieret hoc.

Adueniens autem quidam nuntiauit eis, dicens: Quia ecce viri, quos poſuiſtis in cuſtodia, ſunt in templo ſtantes, & docentes populum.

Transl. Eraſm. Roterod.

3 *Dixit autem Petrus: Anania, cur implenit ſatanas cor tuum, vt mentireris Spiritui ſancto, & fraudares de precio agri?*

4 *Nonne prorſus tibi manebat & venundatus in tua erat poteſtate? Quare poſuiſti in corde tuo rem iſtam? Non es mentitus hominibus, ſed deo.*

5 *Audiens autem Ananias hæc verba, collapſus expirauit. Et ortus eſt timor magnus ſuper omnes qui audierant hæc.*

6 *Surgentes autem iuuenes amouerunt eum, elatumque ſepelierunt.*

7 *Interceſſit autem ferme horarum trium interualum, vxor quoque ipſius, neſciens quod factū fuerat, introiuit.*

8 *Reſpondit autem ei Petrus: Dic mihi, num tanti agrum vendidiſtis? At illa dixit: Etiam, tanti.*

9 *Petrus autem ait ad eam: Cur conſpiraſtis inter vos, vt tentaretis Spiritum domini? Ecce pedes eorum qui ſepelierunt virum tuum, ad oſtium adſunt, & efferent te.*

10 *Confeſtim autem concidit ad pedes eius, & expirauit. Ingreſſi autem iuuenes, repererunt illam mortuam, & extulerunt ac ſepelierunt iuxta virum ſuum.*

11 *Et ortus eſt timor magnus ſuper vniuerſam congregationem, & ſuper omnes qui audiebant hæc.*

12 *Per manus autem Apoſtolorum edebantur ſigna ac prodigia multa in populo. Et erant vnanimiter omnes in porticu Solomonis.*

13 *Caterorum autem nemo audebat ſe coniungere illis, ſed magnificabat eos populus.*

14 *Magis autem accreſcebat credentium domino multitudo virorum ſimul ac mulierum,*

15 *Ita vt in plateas exportarent infirmos, & ponerent in lectulis ac grabatis, vt venientis Petri vel vmbra obumbraret aliquem illorum.*

16 *Conueniebat autem & multitudo vicinarum ciuitatum Hieroſolymam, afferens ægros ac vexatos à ſpiritibus immundis, qui ſanabantur omnes.*

17 *Exurgens autem princeps ſacerdotum & omnes qui cum illo erant, quæ eſt factio Sadducæorum, repleti ſunt æmulatione.*

18 *Et iniecerunt manus in Apoſtolos, & poſuerunt eos in cuſtodia publica.*

19 *Sed angelus domini per noctem aperuit ianuas carceris, eductisque illis, dixit:*

20 *Ite, & ſtantes loquimini in templo populo omnia verba vitæ huius.*

21 *Illi vero cum hæc audiſſent, intrauerunt diluculo in templum, ac docebant. Aduenies autem princeps ſacerdotum & qui cum eo erant, conuocauerunt concilium & vniuerſum ordinem filiorum Iſraël, miſeruntq; ad carcerem qui adducerent eos.*

22 *Cum autem veniſſent miniſtri, nec reperiſſent illos in carcere, reuerſi nunciauerunt.*

23 *Dicentes: Carcerem inuenimus clauſum cum omni diligentia, & cuſtodes foris ſtantes ante ianuas. Cum aperuiſſemus autem, neminem intus reperimus.*

24 *Vt autem audierunt hos ſermones & ſacerdos & magiſtratus templi, principesq; ſacerdotum, ambigebant de illis, quid nam hoc futurum eſſet.*

25 *Aduenies autem quidam nunciauit eis. Ecce viri quos poſueratis in carcere, ſunt in templo ſtantes, ac docentes populum.*

Vulgat. Editio.

Tunc abiit Magistratus cum ministris, & adduxit illos sine vi timebant enim populum ne lapidarentur.

Et cum adduxissent illos steterunt in concilio: Et interrogauit eos Princeps sacerdotum dicens:

Præcipiendo præcepimus vobis ne doceretis in nomine isto: & ecce replestis Ierusalem doctrina vestra, & vultis inducere super nos sanguinem hominis istius.

Respondens autem Petrus & Apostoli dixerunt: Obedire oportet Deo magis quam hominibus.

Deus patrum nostrorum suscitauit Iesum, quem vos interemistis suspendentes in ligno.

Hunc Principem, & Saluatorem Deus exaltauit dextera sua ad dandam pœnitentiam Israeli, & remissionem peccatorum.

Et nos sumus testes horum verborum, & Spiritus sanctus, quem dedit Deus omnibus obedientibus sibi.

Hæc cum audissent, dissecabantur & cogitabant interficere illos.

Surgens autem quidam in concilio Pharisæus, nomine Gamaliel legisdoctor honorabilis vniuersæ plebi, iussit foras ad breue homines fieri.

Dixitque ad illos: Viri Israelitæ attendite vobis super hominibus istis quid actum sit.

Ante hos enim dies extitit Theodas, dicens se esse aliquem cui consensit numerus virorum circiter quadringentorum: qui occisus est, & omnes, qui credebant ei, dispersi sunt & redacti ad nihilum.

Post hunc exortus Iudas Galilæus in diebus professionis, & auertit populum post se, & ipse periit & omnes, quotquot consentiebant ei, dispersi sunt.

Et nunc itaque dico vobis, discedite ab hominibus istis, & sinite illos: quoniam si est ex hominibus consilium hoc, aut opus, dissipabitur.

Si vero ex Deo est, non poteritis dissoluere illud, ne forte & Deo repugnare inueniamini. Consenserunt autem illi.

Et conuocantes Apostolos, cæsis denuntiauerunt ne omnino loquerentur in nomine Iesu & dimiserunt eos.

Et illi quidem ibant gaudentes à conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.

Omni autem die non cessabant in templo, & circa domos docentes, & euangelizantes Christum Iesum.

CAP. VI.

IN diebus autem illis, crescente numero discipulorum, factum est murmur Græcorum aduersus Hebræos, eo quod despicerentur in ministerio quotidiano viduæ eorum.

Conuocantes autem duodecim multitudinem discipulorum dixerunt: Non est æquum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis.

Considerate ergo fratres, viros ex vobis boni testimonii septem, plenos Spiritu sancto & sapientia, quos constituamus super hoc opus.

Nos vero orationi, & ministerio verbi instantes erimus.

Transl. ex Syriac.

Tunc abierunt Præfecti cum ministris, vt adducerent eos non per vim (timebant enim de lapidibus obruere eos populus.

Et quum adduxissent eos, stare fecerunt coram tota Synagoga: Exorsus est autem Summus sacerdos dicere eis:

Nunc præcipiendo præcepimus vobis vt nemini doceretis in nomine isto: vos autem ecce replestis Ierusalem doctrina vestra, vultisq; inducere super nos sanguinem viri istius.

Respondit Schemaum cum Apostolis, & ait illis: Deo Petrus Comes. Actuum.
oportet obedire potius, quam hominibus.

Deus patrum nostrorum excitauit Iesebum illum, quem vos trucidastis quum suspendistis eum in ligno.

Hunc ipsum exaltauit Deus Principem, & (saluatorem) & exaltauit eum dextera sua, vt det pœnitentiam, & remissionem peccatorum Israeli.

Et nos testes sumus horum sermonum, & Spiritus sanctus, quem dedit Deus omnibus qui credunt in ipsi.

Quumque audissent hos sermones, corripiebantur furore & machinabantur eos occidere.

Surrexit autem vnus ex Pharisæis, cui nomen erat Gamaliel, doctor legis, & honoratus ab vniuerso populo, iussitq; vt ab hominibus Apostolis foras paululum secederent.

Et ait illis: Viri filij Israel, attendite vobismetipsis, & videte quæ vos oporteat facere de his hominibus.

Septimum ante hos tempus surrexerat Theudas, & dixerat se esse aliquem: & iunxit sese ei numerus virorum circiter quadringentorum: qui occisus est, & omnes, qui credebant ei, dispersi sunt, & ad nihilum redacti.

Post hunc vero surrexit Schemaus Galilæus quibus diebus descripsit, & conuertit populum post se: & ipse periit, & omnes quotquot consentiebant ei, dispersi sunt.

Nunc autem dico vobis, abstinete vos ab his hominibus, & dimittite eos: quoniam si ex hominibus est hoc consilium, & hoc opus, dissolvetur, & euanescet.

Sin autem ex Deo est, non poteritis ad vos machinas vertere: aliud namque forte, ne reperiamini etiam contra Deum pugnare. Persuasi sunt autem ei.

Igitur vocatis Apostolis, & flagellatos eos, ac præcepto astrictos, ne loquerentur in nomine Iesu, dimisit eos.

Et egressi ab eorum conspectu gaudentes, quoniam digni habiti essent pro nomine Domini Iesu contumeliam pati.

Neque cessabant quotidie docere in templo, diuinum & euangelizare de Domino nostro Iesu Messiah.

CAP. VI.

IN diebus illis quum multiplicarentur discipuli murmur exortum est Græcorum aduersus Hebræos, eo quod despicerentur in ministerio quotidiano viduæ eorum. Actuum 6. 1 Corinth. 12. 28.

Conuocantes igitur duodecim Apostoli summum cœtum discipulorum, & dixerunt eis: Non decet vt relinquamus sermonem Dei, & ministremus mensis.

Eligamus ergo fratres nos, & eligant septem viros ex vobis de quibus constet testimonium, plenos Spiritu Dei & sapientia, & constituamus eos super hoc opus.

Nos autem perseuerabimus in oratione, & in ministerio sermonis.

Transl. B. Ariæ Mont.

Tunc abiens præfectus cum ministris adduxit illos non cum vi. timebant enim populum vt ne lapidarentur.

Adducentes autem illos, statuerunt in concilio. Et interrogauit eos princeps Sacerdotum,

Dicens: Nonne denuntiatione denuntiauimus vobis non docere in nomine isto: & ecce repleſtis Hieruſalem doctrina veſtra: & vultis ſuperinducere ſuper nos ſanguinem hominis iſtius.

Reſpondens autem Petrus & Apoſtoli dixerunt: Obedire oportet Deo magis, quam hominibus.

Deus patrum noſtrorum ſuſcitauit Ieſum, quem vos interemiſtis ſuſpendentes in ligno.

Hunc Deus principem & ſaluatorem exaltauit dextera ſua, dare pœnitentiam Iſraeli, & remiſſionem peccatorum.

Et nos ſumus eius teſtes verborum horum, & Spiritus vero ſanctus, quem dedit Deus obedientibus ſibi.

Illi autem audientes, furebant: & conſulebant tollere illos.

Surgens autem quidam in concilio Phariſæus, nomine Gamaliel, legiſdoctor, honoratus omni populo, iuſſit foras breue quid apoſtolos fieri.

Dixitque ad illos: Viri Iſraelitæ, attendite vobis ipſis ſuper hominibus iſtis quid eſtis futuri agere.

Ante enim hos dies extitit Theudas, dicens eſſe aliquem ſeipſum magnum: cui aduocatus eſt numerus virorum circiter quadringentorū: qui ſublatus eſt: & omnes quicunque aſſenſi ſunt ei, diſſoluti ſunt, & facti ſunt ad nihilum.

Poſt hunc extitit Iudas Galilæus in diebus deſcriptionis, & auertit populum multum poſt ſe: & ipſe periit: & omnes quotquot aſſenſi ſunt ei, diſperſi ſunt.

Et nunc dico vobis, abſiſtite ab hominibus iſtis, & ſinite illos: quoniam ſi ſit ex hominibus conſilium hoc aut opus hoc, diſſoluetur.

Si vero ex Deo eſt, non poteſtis diſſoluere id: ne forte & Deo pugnantes inueniamini. Conſenſerunt autem illi.

Et conuocantes Apoſtolos, cædentes denuntiauerunt non loqui in nomine Ieſu: & dimiſerunt eos.

Illi quidem igitur ibant gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumelia affici.

Totumque diem in templo & circa domum non ceſſabant docentes, & euangelizantes Ieſum Chriſtum.

CAP. VI.

IN autem diebus illis multiplicantibus diſcipulis factum eſt murmur Græcorum aduerſus Hebræos: quod deſpicerentur in miniſterio quotidiano viduæ eorum.

Aduocãtes autem duodecim multitudinem diſcipulorum, dixerunt: Non placitum eſt nos derelinquentes ſermonem Dei, miniſtrare menſis.

Conſiderate ergo fratres, viros ex vobis teſtimonio probatos ſeptem, plenos Spiritu ſancto & ſapientia, quos conſtituamus ſuper vſu hoc.

Nos vero orationi & miniſterio verbi perdurabimus.

Transl. Eraſm. Roterod.

Tunc abijt magiſtratus cum miniſtris, & adduxit illos ſine vi. Timebant enim populum, ne lapidarentur.

Et cum adduxiſſent illos, ſtatuerunt in concilio. Et interrogauit eos princeps ſacerdotum, dicens:

Nonne etiam atque etiam præcepimus vobis, ne doceretis in nomine iſto? Et ecce repleſtis Hieroſolymam doctrina veſtra, & vultis inducere ſuper nos ſanguinem hominis iſtius.

Reſpondens autem Petrus & Apoſtoli, dixerunt: Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus.

Deus patrum noſtrorum ſuſcitauit Ieſum, quem vos interemiſtis ſuſpendentes in ligno.

Hunc principem & ſeruatorem Deus exaltauit dextera ſua ad dandam pœnitentiam Iſraeli, remiſſionemque peccatorum.

Ac nos ſumus ei teſtes horum quæ dicimus: Inſuper autem & Spiritus ſanctus, quem dedit Deus obedientibus ipſum.

Hæc autem cum audiſſent, diſſecabantur: & conſultabant, vt interficerent illos.

Surgens autem quidam in concilio phariſæus nomine Gamaliel, legis doctor in precio habitus apud totum populum, iuſſit vt pauliſper ſecederent foras Apoſtoli.

Dixitq; ad illos: Viri Iſraelitæ attendite vobis ſuper hominibus iſtis, quid acturi ſitis.

Ante hos enim dies extitit Theudas, dicens ſe eſſe aliquem, cui adheſit numerus virorum circiter quadringentorum, qui occiſus eſt: & omnes qui credebant ei, diſſipati ſunt, & redacti ad nihilum.

Poſt hunc extitit Iudas Galilæus in diebus profeſſionis, & auertit populum multum poſt ſe: & ipſe perijt, & omnes quot paruerant ei diſperſi ſunt.

Et nunc dico vobis, abſtinete ab hominibus iſtis, & ſinite illos. Quoniam ſi eſt ex hominibus conſilium aut opus hoc, diſſoluetur.

Sin ex Deo eſt, non poteſtis diſſoluere, ne quando & Deo repugnare reperiamini. In huius autem ſententiam, pedibus itum eſt à cæteris:

Et cum aduocaſſent Apoſtolos, cæſis præceperunt, ne loquerentur in nomine Ieſu, & dimiſerunt eos.

Et illi quidem ibant gaudentes à conſpectu concilij, quod digni habiti eſſent, vt pro nomine eius contumelia afficerentur.

Et quotidie in templo & in ſingulis domibus non ceſſabant docere & annunciare Ieſum Chriſtum.

CAP. VI.

IN diebus autem illis creſcente numero diſcipulorum, ortum eſt murmur Græcorum aduerſus Hebræos, eo quod deſpicerentur in miniſterio quotidiano viduæ ipſorum.

Caterum duodecim illi, cum iuſſiſſent adeſſe multitudinem diſcipulorum, dixerunt: Non eſt placitum, vt nos derelicto ſermone Dei, miniſtremus menſis.

Circumſpicite ergo fratres, viros ex vobis ſpectatæ probitatis ſeptem, plenos Spiritu ſancto, & ſapientia, quibus delegabimus hoc negocij.

Nos vero deprecationi & adminiſtrando ſermoni incumbemus.

Vulgat. Editio.

Et placuit sermo coram omni multitudine. Et elegerunt Stephanum virum plenum fide & Spiritu sancto,& Philippum & Prochorum,& Nicanorem,& Timonem & Parmenam,& Nicolaum aduenam Antiochenum.

Hos statuerunt ante conspectum Apostolorum: & orantes imposuerunt eis manus.

Et verbum Domini crescebat & multiplicabatur numerus discipulorum in Ierusalem valde: multa etiam turba Sacerdotum obediebat fidei.

Stephanus autem plenus gratia & fortitudine faciebat prodigia & signa magna in populo.

Surrexerunt autem quidam de synagoga, quæ appellatur Libertinorum, & Cyrenensium & Alexandrinorum, & eorum qui erant à Cilicia, & Asia, disputantes cum Stephano:

Et non poterant resistere sapientiæ & Spiritui, qui loquebatur.

Tunc summiserunt viros qui dicerent se audiuisse eum dicentem verba blasphemiæ in Moysen & in Deum:

Commouerunt itaque plebem, & seniores, & Scribas: & concurrentes rapuerunt eum: & adduxerunt in concilium:

Et statuerunt falsos testes, qui dicerent: Homo iste non cessat loqui verba aduersus locum sanctum & legem.

Audiuimus enim eum dicentem: quoniam Iesus Nazarenus hic destruet locum istum, & mutabit traditiones, quas tradidit nobis Moyses.

Et intuentes eum omnes qui sedebant in concilio, viderunt faciem eius tanquam faciem angeli.

Transl. ex Syriac.

5 *Et placuit hic sermo coram vniuerso populo. Proinde elegerunt Stephanum virum plenum fide, & Spiritu sanctitatis, & Philippum, & Prochorum, & Nikanorem, & Timonem, & Parmenam, & Nicolaum proselytum Antiochenum.*

6 *Quos statuerunt in conspectu Apostolorum: quumque precati fuissent, imposuerunt eis manus.*

7 *Itaq; sermo Dei crescebat, & multiplicabatur valde numerus discipulorum in Ourischlem: & populus multus ex Iehudæis auscultabat fidei.*

8 *Stephanus autem plenus erat gratia, & virtute, edebatque signa, & miracula in populo.*

9 *Surrexerunt autem quidam è Synagoga, quæ dicitur Libertinorum, Cyrenæorum, & Alexandrinorum, nec non eorum qui sunt ex Cilicia, & Asia, & disceptabant cum Stephano,*

10 *Nec poterant resistere sapientiæ, & Spiritui per quem loquebatur.*

11 *Tunc miserunt quosdam, & dixerunt eos, vt dicerent: nos audiuimus eum dicentem verba blasphemiæ in Mousche, & in Deum.*

1 *Concitarunt quoque plebem, & Seniores & Scribas: proinde venerunt, & insurrexerunt in eum, correptumque adduxerunt in medium Synagogæ.*

13 * *Et statuerunt testes falsos qui dicerent: Iste homo non cessat loqui verba contra legem, & contra locum hunc sacrosanctum.* * Feria v. Cardinalium.

14 *Nos enim audiuimus eum dicentem Ieschua ipsum Nazarenum destructurum hunc locum, & mutaturum ritus, quos tradidit nobis Mousche.*

15 *Itaque intuiti sunt eum cuncti illi, qui sedebant in synagoga, & conspicati sunt vultū eius quasi vultū Angeli.*

CAP. VII.

Dixit autem princeps Sacerdotum: Si hæc ita se habent?

2 Qui ait: Viri fratres & patres, audite: Deus gloriæ apparuit patri nostro Abrahæ cum esset in Mesopotamia, prius quam moraretur in Charran,

3 Et dixit ad illum: * Exi de terra tua & de cognatione tua & veni in terram quam monstrauero tibi. *Gen.12. 1.

4 Tunc exiit de terra Chaldæorum, & habitauit in Charran. Et inde, postquam mortuus est pater eius, transtulit illum in terram istam, in qua nunc vos habitatis.

5 Et non dedit illi hæreditatem in ea, nec passum pedis: sed repromisit dare illi in eam possessionem, & semini eius post ipsum, cum non haberet filium,

6 Locutus est autem ei Deus: * quia erit semen eius accola in terra aliena & seruituti eos subicient, & male tractabunt eos annis quadringentis: *Gen.15. 13.

7 Et gentem cui seruierint, iudicabo ego, dixit Dominus, & post hæc exibunt, & seruient mihi in loco isto.

8 * Et dedit illi testamentum circumcisionis: * & sic genuit Isaac & circumcidit eum die octauo: & * Isaac, Iacob: & Iacob, duodecim Patriarchas. *Gen.17. 10. *Gen.21. 4. *Gen.25. 26. *Gen.29. 32. & 35. 22.

9 Et Patriarchæ æmultantes * Ioseph vendiderunt in Ægyptum: & erat Deus cum eo:

10 Et eripuit eum ex omnibus tribulationibus eius: & * dedit ei gratiam & sapientiam in cōspectu Pharaonis regis Ægypti, & constituit eum præpositum super Ægyptum, & super omnem domum suam. *Gen.41. 37

CAP. VII.

1 ET interrogauit eum Summus Sacerdos num hæc ita se haberent.

2 *Ipse vero ait: Viri fratres, & patres nostri audite: Deus illa gloria apparuit patri nostro Abrehom, quum esset inter fluuios (in Mesopotamia) priusquam veniisset habitatum in Choran.*

3 *Et dicebat ei: Exi de terra tua, & ex filijs cognationis tuæ, & veni in terram illam quam commonstrauero tibi.*

4 *Tunc igitur exiit Abrehom è terra Chaldæorum, venitque habitatum in Choran. Et illinc quum obiisset pater eius, transtulit eum Deus in terram hanc, quam vos habitatis hodie.*

5 *Nec dedit ei hæreditatem in ea, ne vestigium quidem pedis: tamen pollicitus ei fuerat se daturum ipsam ei possidendam, & semini eius, quum non haberet filium.*

6 *Et allocutus eum fuerat Deus dum diceret ei: Erit semen tuum inquilinum in terra exterarum, & seruituti subijcient illud, malisque afficient per quadringentos annos.*

7 *Sed gentem cui seruitutem seruierint, condemnabo ego, dicit Deus, & post hæc exibunt & colent me in hoc loco.*

8 *Proinde dedit ei fœdus circumcisionis, & tunc genuit Ischok, & circumcidit eum in die octauo: Ischok autem genuit Iaakoub: & Iaakoub genuit duodecim patres nostros.*

9 *Ipsi autem patres nostri inuidia moti sunt in Iausepth, & vendiderunt eum Ægyptijs: sed erat Deus cum eo.*

10 *Et liberauit eum ab omnibus oppressionibus eius, deditque ei gratiam & sapientiam coram Perhoum rege Mezreen (Ægypti,) & constituit eum principem super Ægyptum, ac super totam domum suam.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Et placuit sermo coram omni multitudine. Et elegerunt Stephanum virum plenum fide & Spiritu sancto,& Philippum,& Prochorum,& Nicanorem,& Timonem,& Parmenam,& Nicolaum aduenam Antrochenum.

Quos statuerunt coram Apostolis:& precati imposuerunt eis manus.

Et verbum Dei crescebat:& multiplicabatur numerus discipulorum in Hierusalem valde: multaque turba Sacerdotum obediebat fidei.

Stephanus autem plenus fide & fortudine faciebat prodigia & signa magna in populo.

Surrexerunt autem quidam eorum qui de synagoga dicta Libertinorum,& Cyrenensium Alexandrinorum, & eorum qui à Cilicia & Asia,simul altercantes Stephano:

Et non poterant resistere sapientiæ & Spiritui quo loquebatur.

Tunc summiserunt viros,dicentes: Quod audiuimus eum dicentem verba blasphema in Moysen & Deum.

Commouerunteque plebem,& seniores, & Scribas:& instantes corripuerunt eum: & adduxerunt in concilium:

Statueruntque testes falsos,dicentes: Homo iste non cessat verba blasphema loquens aduersus locum sanctum & Legem.

Audiuimus enim eum dicentem:quoniam Iesus Nazarenus hic dissoluet locum istum: & mutabit mores quos tradidit nobis Moyses.

Et attendentes in eum omnes sedentes in concilio,viderunt faciem eius tanquam faciem angeli.

CAP. VII.

Dixit autem princeps Sacerdotum: Si hæc ita habent?

Is vero ait: Viri fratres & patres,audite: Deus gloriæ apparuit patri nostro Abrahæ existenti in Mesopotamia,prius quam habitare eum in Charran:

Et dixit ad illum: Exi de terra tua & de cognatione,& tu veni in terram quam tibi mostrauero.

Tunc exiens de terra Chaldæorum, habitauit in Charran. Et inde,post mori patrem eius, transtulit illum in terram istam,in quam vos nunc habitatis.

Et non dedit Illi hæreditatem in ea, nec passum pedis:& repromisit dare illi in possessionem eam, & semini eius post ipsum,non existente ei nato.

Locutus est autem sic Deus quia erit semen eius accola in terra aliena:& seruituti subiicient id, & male tractabunt annos quadringentos.

Et gentem cui seruierint,iudicabo ego, dixit Deus,& post hæc exibunt. & seruient mihi in loco isto.

Et dedit illi pactum circuncisionis:& sic genuit Isaac,& circuncidit eum die octauo:& Isaac,Iacob: & Iacob,duodecim patriarchas.

Et Patriarchæ æmultantes Ioseph vendiderunt in Ægyptum:& erat Deus cum eo:

Et eripuit eum ex omnibus tribulationibus eius: & dedit ei gratiam & sapientiam in conspectu Pharaonis regis Ægypti, & constituit eum præpositum super Ægyptum,& omnem domum suam.

Transl. Erasm. Roterod.

5 *Et placuit hic sermo coram tota multitudine. Et elegerunt Stephanum virum plenum fide ac Spiritu sancto, & Philippum, & Prochorum, & Nicanorem, & Timonem, & Parmenam, & Nicolaum proselytum Antiochenum.*

6 *Hos statuerunt in conspectu apostolorum: & cum orassent,imposuerunt eis manus.*

7 *Et sermo Dei crescebat, ac multiplicabatur numerus discipulorum Hierosolymis valde,multaq; turba sacerdotum obediebat fidei.*

8 *Porro Stephanus plenus gratia ac fortitudine edebat prodigia & signa magna in populo.*

9 *Exorti sunt autem quidam è synagoga, quæ appellatur Libertinorum, & Cyrenensium, & Alexandrinorum,& Cilicum,& Asianorum,disputantes cum Stephano,*

10 *Nec poterant resistere sapientiæ, & Spiritui qui loquebatur.*

11 *Tunc subornarunt viros,qui dicerent: Audiuimus eum dicentem verba contumeliosa in Mosen ac Deum.*

12 *Commouerunt que plebem & seniores & scribas atque inuadentes corripuerunt eum, & adduxerunt in concilium,*

13 *Statueruntque falsos testes, qui dicerent: Homo iste non cessat loqui verba contumeliosa aduersus locum sanctum hunc & legem.*

14 *Audiuimus enim eum dicentem: Iesus Nazarenus iste demolietur locum hunc,& mutabit instituta, quæ tradidit nobis Moses.*

15 *Et intuentes eum omnes qui sedebant in concilio,viderunt faciem eius tanquam faciem angeli.*

CAP. VII.

1 *Dixit autem princeps sacerdotum: Num hæc ita se habent?*

2 *At ille ait: Viri fratres & patres, audite: Deus gloria apparuit patri nostro Abrahæ,cum esset in Mesopotamia, priusquam moraretur in Charran.*

3 *Et dixit ad illum: Exi de terra tua, & de cognatione tua,& veni in terram quamcunque monstrauero tibi.*

4 *Tunc exijt è terra Chaldæorum,& habitauit in Charran. Et inde postquam mortuus est pater eius, transtulit illum in terram hanc,in qua nunc vos habitatis.*

5 *Et non dedit illi hæreditatem in ea, ne vestigium quidem pedis,& repromisit ille eam se daturum possidendam, & semini eius post ipsum,cum non haberet filium:*

6 *Locutus est autem Deus sic,quod futurum esset semen eius inquilinum in terra aliena, quodque seruituti illud subiecturi essent,& male tractaturi annis quadringentis.*

7 *Et gentem cuicunque seruierint iudicabo ego, dixit Deus. Et post hæc exibunt & seruient mihi in loco hoc.*

8 *Et dedit illi testamentum circuncisionis, atque hic genuit Isaac, & circuncidit eum in die octauo: & Isaac genuit Iacob, & Iacob genuit duodecim patriarchas.*

9 *Et patriarchæ inuidia moti, Ioseph vendiderunt in Ægyptum. Et erat Deus cum eo.*

10 *Et eripuit eum ex omnibus afflictionibus eius, & dedit ei gratiam & sapientiam coram Pharaone rege Ægyptiorum. Et constituit eum præfectum super Ægyptum, & super totam domum suam.*

Vulgat. Editio.

Venit autem fames in vniuersam Ægyptum, & Chanaan, & tribulatio magna: & non inueniebant cibos patres nostri.

a Gen.42. 2. b Ge.45.8 * Cum audisset autem Iacob esse frumentum in Ægypto: misit patres nostros primum:

* Et in secundo cognitus est Ioseph à fratribus suis, & manifestatum est Pharaoni genus eius.

Mittens autem Ioseph accersiuit Iacob patrem suum, & omnem cognationem suam in animabus septuaginta quinque.

c Ge.46.5 d Gen.49. 32. * Et descendit Iacob in Ægyptum, & * defunctus est ipse, & Patres nostri.

Et translati in Sichem, & positi sunt in sepulchro, e Ge.50.7 Ios.24.32 Ge.23.16 * quod emit Abraham pretio argenti à filiis Hemor filij Sichem.

Cum autem appropinquaret tempus promissionis, quam confessus erat Deus Abrahæ, f Exo.1. * creuit populus, & multiplicatus est in Ægypto,

Quoadusque surrexit alius rex in Ægypto, qui non sciebat Ioseph.

Hic circumueniens genus nostrum, afflixit Patres nostros, vt exponerent infantes suos ne viuificarentur.

g Exo.2.2 Heb.11. 23. * Eodem tempore natus est Moyses & fuit gratus Deo, qui nutritus est tribus mensibus in domo patris sui.

Exposito autem illo, sustulit eum filia Pharaonis, & nutriuit eum sibi in filium.

Et eruditus est Moyses omni sapientia Ægyptiorum, & erat potens in verbis, & in operibus suis.

Cum autem impleretur ei quadraginta annorum tempus, ascendit in cor eius vt visitaret fratres suos filios Israel.

h Exo.11. 12. * Et cum vidisset quemdam iniuriam patientem, vindicauit illum: & fecit vltionem ei, qui iniuriam sustinebat, percusso Ægyptio.

Existimabat autem intelligere fratres, quoniam Deus per manum ipsius daret salutem illis: at illi non intellexerunt.

i Exo.2. 13. * Sequenti vero die apparuit illis litigantibus: & reconciliabat eos in pace, dicens: Viri, fratres estis, vt quid nocetis alterutrum?

Qui autem iniuriam faciebat proximo, repulit eum, dicens: Quis te constituit principem, & iudicem super nos?

Numquid interficere me tu vis, quemadmodum interfecisti heri Ægyptium?

Fugit autem Moyses in verbo isto: & factus est aduena in terra Madian: vbi genuauit filios duos.

k Exo.3.2 Et expletis annis quadraginta, * apparuit illi in deserto montis Sina Angelus in igne flammæ rubi.

Moyses autem videns, admiratus est visum. & accedente illo vt consideraret, facta est ad eum vox Domini, dicens:

Ego sum Deus patrum tuorum, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob. Tremefactus autem Moyses, non audebat considerare.

Dixit autem illi Dominus: Solue calceamentum pedum tuorum: locus enim in quo stas, terra sancta est.

Videns vidi afflictionem populi mei, qui est in Ægypto, & gemitum eorum audiui, & descendi liberare eos. Et nunc veni & mittam te in Ægyptū.

Hunc Moysen, quem negauerunt, dicentes: Quis te constituit principem & iudicem? hunc Deus principem & redemptorem misit, cum manu Angeli, qui apparuit illi in rubo.

Transl. ex Syriac.

* Infanticidij. * *Extitit autem fames & oppressio ingens in vniuersa Ægypto, & in terra Chanaan, nec habebant vnde explerentur Patres nostri.*

Quumq; audisset Iaakoub frumentum esse in Ægypto: miserat Patres nostros primum.

Et quum bis profecti essent, patefecit seipsum Iausephfratribus suis; & innotuit Perhoun cognatio ipsius Iausephi.

Porro misit Iausephi & accersiuit patrem suum Iaakoub, omnemq; cognationem suam: erant autem numero septuaginta quinque anima.

Proinde descendit in Ægyptum, & mortuus est illic ipse & Patres nostri.

Et translati sunt in Schekim, positiq; in sepulchro quod emerat Abrohom argento à filijs Chamour.

Quum autem appropinquaret tempus illius rei quam pollicitus fuerat iureiurando Deus ipsi Abrohom, creuerat populus, preualueraitq; in Ægypto.

Vsquequo surrexit rex alius super Ægyptum, qui non nouerat ipsum Iausephi.

Et dolosè egit in cognationem nostram, maleq; accepit Patres nostros, ac præcepit ejci infantes eorum, ne seruarentur.

Eo ipso tempore natus est Mouschi, qui charus fuit Deo: & educatus est tribus mensibus in ædibus patris sui.

Quumq; fuisset expositus à populo suo, nactaq; est eum filia Perhoun, & nutriuit eum sibi pro filio.

Et eruditus est Mouschi omni sapientia Ægyptiorum; diuesq; erat dictis & factis suis.

Quum autem esset annos quadraginta natus, subijt in animum eius, vt inuiseret fratres suos filios Israel.

Et conspicatus quendam ex filiis suæ prosapiæ vim patientem, vindicauit eum, & causam eius egit, interemitq; Ægyptium illum qui offenderat eum.

Putabat autem filios Israel fratres suos intelligere, Deum per manum ipsius daturum eis liberationem: at non intellexerunt.

Ac postero die visus est eis quum ipsi inter se rixarentur: & suadebant eis vt in gratiam redirent, dicens: Viri fratres estis; cur alius alium offenditis?

Is porrò qui offendebat socium suum, repulit eum à se; & dixit ei: Quis constituit te super nos principem & iudicem?

Num nos interficere quæris, sicut interfecisti heri Ægyptium?

Proinde fugit Mouschi ob hunc sermonem, & factus est inquilinus in terra Median: habuitq; duos filios.

* Matutinis Dominicæ Onschano. *Quumque illic impleuisset quadraginta annos, visus est ei in deserto montis Sinai Angelus Domini in igne qui ardebat in rubo.*

Quod vt conspexit Mouschi, admiratus est visionem: & quum accederet, vt videret, dixit ei Dominus voce:

Ego sum Deus patrum tuorum: Deus Abrohom, & Ischok & Iaakoub. Quumq; tremeret Mouschi, non audebat intueri visum.

Dixit autem ei Dominus: Solue calceos tuos à pedibus tuis: terra enim in qua stas, sancta est.

Videndo vidi oppressionem populi mei, qui est in Ægypto, & gemitus eius audiui: & descendi vt liberem eos. Nunc igitur veni mittam te in Ægyptum.

Hunc Mouschi, quem negauerant dum dicerent: Quis constituit te super nos principem & iudicem? hunc ipsum Deus principem & liberatorem misit eis per manus Angeli illius, qui apparuerat ei in rubo.

Transl. B. Ariæ Mont.

Venit autem fames in vniuersam terram Ægypti, & Chanaan, & tribulatio magna: & non inueniebant cibos patres nostri.

Audiens autem Iacob existentia frumenta in Ægypto: misit patres nostros primum:

Et in secundo cognitus est Ioseph fratribus suis, & manifestum factum est Pharaoni genus Ioseph.

Mittens autem Ioseph accersiuit patrem suum Iacob, & omnem cognationem suam in septuaginta quinque animabus.

Descendit autem Iacob in Ægyptum, & defunctus est ipse, & Patres nostri.

Et translati sunt in Sichem, & positi sunt in sepulchro, quod emit Abraham pretio argenti à filiis Emmor Sichem.

Cum autem appropinquaret tempus promissionis, quam iurauerat Deus Abrahæ, creuit populus, & multiplicatus est in Ægypto:

Quoadusque surrexit rex alius, qui non sciebat Ioseph.

Hic circumueniens genus nostrum malè affecit Patres nostros, ad faciendum expositos infantes suos, ad non soboleſcere.

In quo tempore natus est Moyses & fuit venustus Deo, qui nutritus est menses tres in domo patris sui.

Expositum autem illum, sustulit eum filia Pharaonis, & nutriuit eum sibiipsi in filium.

Et eruditus est Moyses omni sapientia Ægyptiorum, erat autem potens in dictis & factis ipsius.

Cum autem impleretur ei quadraginta annorum tempus, ascendit in cor eius inuisere fratres suos filios Israel.

Et videns quemdam iniuria affectum, vltus est: & fecit vltionem oppresso percutiens Ægyptium.

Existimabat autem intelligere fratres suos, quoniam Deus per manum ipsius daret illis salutem: Ij autem non intellexerunt.

At sequenti die visus est eis pugnantibus, & compulit eos in pacem, dicens: Viri, fratres estis vos: vt quid iniuria afficitis alij alios?

At iniuria afficiens proximum, repulit eum, dicens: Quis te constituit principem, & iudicem super nos?

Non interficere me tu vis, quemadmodum interfecisti heri Ægyptium?

Fugit autem Moyses in verbo isto: & factus est aduena in terra Madian: vbi genera uit filios duos.

Et expletis annis quadraginta, apparuit illi in deserto montis Sina Angelus Domini in flamma ignis rubi.

At Moyses videns, admiratus est visum. Accedente autem illo considerare, facta est vox Domini ad eum:

Ego Deus patrum tuorum, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob. Tremens autem factus Moyses non audebat considerare.

Dixit autem illi Dominus: Solue calceamentum pedum tuorum: enim locus in quo stas, terra sancta est.

Videns vidi afflictionem populi mei, qui in Ægypto, & gemitum eorum audiui, & descendi eruere eos. Et nunc veni, mittam te in Ægyptum.

Hunc Moysen, quem negauerunt, dicentes: Quis te constituit principem & iudicem? hunc Deus principem & redemptorem misit, in manu Angeli, visi illi in rubo.

Transl. Erasm. Roterod.

Venit autem fames in vniuersam terram Ægypti & Chanaan, & afflictio magna, nec inueniebant cibos patres nostri.

Cum audisset autem Iacob esse frumenta in Ægypto, misit patres nostros primum:

Et cum iterum misisset eos, agnitus est Ioseph à fratribus suis, & innotuit Pharaoni genus Ioseph.

Missu autem nuntio Ioseph accersiuit Iacob patrem suum omnemq; cognationem suam in animabus septuaginta quinque.

Et descendit Iacob in Ægyptum, defunctusq; est ipse & patres nostri.

Et translati sunt in Sychem, & positi sunt in sepulchro, quod emit Abraham precio argenti à plys Emor filij Sychem.

Cum autem appropinquaret tempus promissionis, de qua iurauerat deus Abrahæ, creuit populus, & multiplicatus est in Ægypto,

Donec exortus est alius rex, qui non nouerat Ioseph.

Hic circumueniens genus nostrum, afflixit patres nostros: vt exponerent infantes suos, ne fœtus essent vitales.

Eodem tempore natus est Moses, & fuit gratus deo, qui nutritus est tribus mensibus in domo patris.

Expositum autem illum sustulit filia Pharaonis, & nutriuit eum sibi vice filij.

Et eruditus est Moses omni sapientia Ægyptiorum, & erat potens in factis & in dictis,

Vt vero expletum est ei quadraginta annorum tempus, subijt in cor eius, vt inuisaret fratres suos filios Israël.

Et cum vidisset quendam iniuria affici, defendit eum, & vltus est vicem eius qui affligebatur, percusso Ægyptio.

Existimabat autem intelligere fratres suos, quod deus per manum ipsius daret salutem illis. At illi non intellexerunt.

Et sequenti die conspectus est illis litigantibus, & redegit eos in concordiam, dicens: Viri, fratres estis, cur vos inuicem læditis?

Caterum is qui iniuriam faciebat proximo, repulit eum, dicens: Quis te constituit principem ac iudicem super nos?

Numquid interficere me tu vis, quemadmodum interfecisti heri Ægyptium?

Fugit autem Moses ad dictum hoc, & factus est aduena in terra Madian, vbi genera uit filios duos.

Et expletis annis quadraginta, apparuit illi in deserto montis Sina angelus domini in flammeo incendio rubi.

Moses autem vt conspexit, admiratus est visum. Porro cum accederet vt attenderet, facta est ad eum vox domini:

Ego sum deus patrum tuorum, deus Abraham, deus Isaac & Deus Iacob. Tremefactus autem Moses, non audebat attendere.

Dixit autem illi dominus: Solue calceamentum pedum tuorum. Locus enim in quo stas terra sancta est.

Vidi, vidi inquam, afflictionem populi mei qui est in Ægypto, & gemitum eorum audiui, & descendi vt eruam eos. Nunc venito, & mittam te in Ægyptum.

Hunc Mosen quem negauerunt, dicentes, quis te constituit principem & iudicem? hunc inquam deus principem & redemptorem miserat per manum angeli, qui apparuerat illi in rubo.

Vulgat. Editio.

*Exo.7.8 9.10.11 14. * Hic eduxit illos, faciens prodigia & signa in terra Ægypti, & in rubro mari, & in deserto annis quadraginta.

*Exo.16. 7. Deu.18. 15. Hic est Moyses qui dixit filijs Israel: * Prophetam suscitabit vobis Deus de fratribus vestris tanquam me, ipsum audietis.

*Exo.19. 3. Hic est, qui fuit in Ecclesia in solitudine, cum angelo qui loquebatur ei in monte Sina, & cum patribus nostris qui accepit verba vitæ dare nobis.

Cui noluerunt obedire patres nostri: sed repulerunt, & auersi sunt cordibus suis in Ægyptum,

*Exo.32 2. Dicentes ad Aaron: * Fac nobis deos qui præcedant nos: Moyses enim hic qui eduxit nos de terra Ægypti, nescimus quid factum sit ei.

Et vitulum fecerunt in diebus illis: & obtulerunt hostiam simulachro: & lætabuntur in operibus manuum suarum.

*Amos 5. 25. Conuertit autem Deus, & tradidit eos seruire militiæ cæli, sicut scriptum est in libro Prophetarum, Numquid victimas, & hostias obtulistis mihi annis quadraginta in deserto, domus Israel?

Et suscepistis tabernaculum Moloch, & sydus dei vestri Rempham, figuras quas fecistis adorare eas. Et transferam vos trans Babylonem.

Tabernaculum testimonij fuit cum patribus nostris in deserto, sicut disposuit illis Deus *, loquês ad Moysen, vt faceret illud secundum formam, quam viderat.

*Exo.25. 40. *Quod & induxerunt, suscipientes patres nostri cum Iesu in possessionem Gentium, quas expulit Deus à facie patrum nostrorum vsque in diebus Dauid:

*Heb.2.9 Isa.3.14. Qui inuenit gratiam ante Deum: * & petiit vt inueniret tabernaculum Deo Iacob.

1.Reg.16 33. *Salomon autem ædificauit illi domum.

*Pi.131.5 2. Par.17 12. * Sed non excelsus in manufactis habitat, sicut propheta dicit:

*3. Reg.8 2. *Cælum mihi sedes est: terra autem scabellum pedum meorum. Quam domum ædificabitis mihi, dicit Dñs? aut quis locus requietionis meæ est?

*Inf. 17. 25. Isa.66.1. Nonne manus mea fecit hæc omnia?

Dura ceruice & incircuncisis cordib. & auribus, vos semper Spiritui sancto resistitis, sicut patres vestri, ita & vos.

Quem Prophetarum non sunt persecuti patres vestri? Et occiderunt eos, qui prænunciabant de aduentu iusti: cuius vos nunc proditores & homicidæ fuistis:

Qui accepistis Legem in dispositione Angelorum, & non custoditis.

Audientes autem hæc dissecabantur cordib. suis, & stridebant dentibus in eum.

Cum autem esset plenus Spiritu sancto, intendens in cælum, vidit gloriam Dei, & Iesum stantem à dexteris Dei. Et ait. Ecce video cælos apertos, & Filium hominis stantem à dexteris Dei.

Clamantes autem voce magna, continuerunt aures suas, & impetū fecerunt vnanimiter in eum.

Et eiicientes eum extra ciuitatem, lapidabant: & testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescentis, qui vocabatur Saulus.

Et lapidabant Stephanum inuocantem, & dicentem: Domine Iesu suscipe spiritum meum.

Positis autem genibus clamauit voce magna, dicens: Domine ne statuas illis hoc peccatum. Et cum hoc dixisset, obdormiuit in Domino. Saulus autem erat consentiens neci eius.

Transl. ex Syriac.

Hic est, qui eduxit eos dum edidit signa, miracula virtutesque in terra Ægypti, & in mari Souph, (carectolo) & in deserto annis quadraginta.

Hic est Mousche ille, qui dixit filijs Israel: Prophetam suscitabit vobis Dominus Deus ex fratribus vestris sicut me, eum audiatis. Sabbatho Cantidacarum.

Hic est, qui fuit in congregatione in deserto cum Angelo illo, qui alloquebatur eum, & cum Patribus nostris in monte Sinai: is est denique qui excepit eloquia viua, quæ nobis traderet.

Et noluerunt ad eum mentem aduertere Patres nostri: sed dereliquerunt eum, & cordibus suis conuersi sunt ad Ægyptum,

Dicentes Aharouni: Fac nobis Deos, qui præeant nobis: Mousche siquidem isti, qui eduxit nos è terra Mezren, Ægypti, nescimusquid acciderit.

Proinde fecit eis vitulum in diebus illis, & sacrificarunt sacrificia idolis, & oblectarunt sese opere manuum suarum.

Et auersus est Deus, & tradidit eos vt seruirent exercitibus cœli, sicut scriptum est in libro Prophetarum: Num quadraginta annis in deserto victimas, aut sacrificia obtulistis mihi filij Israel?

Quinimo baiulastis Conopæum Malcoum, & sydus Dei Rephon, imagines quas fecistis vt eas adoraretis. Transferam vos trans Babel.

Ecce tabernaculum testimonij Patrum nostrum in deserto fuit, sicuti præceperat is, qui collocutus fuerat Mousche, vt faceret illud ad similitudinem, quam ei ostenderat. De gentibus & hæreticis.

Quod quidem tabernaculum etiam introducendo introduxerunt Patres nostri cum Ieschua in terram quam dedit eis Deus hereditatē ex gentibus illis quas eiecit ab eorum conspectu & deductum est vsque ad dies Dauid,

Qui inuenit gratiam coram Deo, petijtque vt inueniret tabernaculum Deo Iaakoub.

Schelemoun autem edificauit adem.

At Altissimus ille non habitat in manufactis templis, sicut ait Propheta.

Quum cœlum thronus meus sit: & terra suppedaneum pedum meorum. Quam adem ædificabitis mihi dicit Dominus: aut quis est locus requietis meæ?

Nonne manus mea condidit hæc omnia?

O duri cecuice, & incircuncisi corde, & auditu suo, vos semper Spiritui sanctitatis obstitistis, sicut Patres vestri, ita & vos.

Quem enim Prophetarum non sunt persecuti, & interfecerunt Patres vestri? eorum inquam qui prænuntiarunt aduentum Iusti illius, quem vos prodistis, ac interemistis?

At recepistis legem per dispositionem Angelorum, neque seruastis eam.

Quumque hæc audirent, repleti sunt furore intra se, ac frendebant dentibus suis in eum. Commemoratio S. Stephani.

Ipse vero quum plenus esset fide, & Spiritu sanctitatis, suspexit in cœlum, vidit & gloriam Dei, & Ieschuæ adstantem à dextra Dei. Et ait: Ecce video cœlos apertos, & Filium hominis adstantem à dextra Dei.

Proinde clamarunt alta voce, & obturarunt aures suas & irruerunt in eum omnes.

Et comprehensum eum eiecerunt extra ciuitatem: & lapidibus obruebant eum: illi autem qui testimonium tulerant aduersus eum, posuerunt vestimenta sua ad pedes adolescentis, cuiusdam qui vocabatur Schouol.

Itaq; lapidabant Stephanum, quum ipse precaretur, ac diceret: Domine noster Ieschua, suscipe spiritum meum.

Positisq; genibus, clamauit alta voce, & ait: Domine noster, ne statuas eis hoc peccatum. Et quum hoc dixisset, obdormiuit. Schoual autem consentiebat communicabatque in cædem eius.

Transl. B. Ariæ Mont.		Transl. Eraſm. Roterod.
Hic eduxit illos, faciens prodigia & ſigna in terra Ægypti, & in rubro mari, & in deſerto annos quadraginta.	36	*Hic eduxit illos, edens prodigia & ſigna in Ægypto, & in rubro mari, & in deſerto annis quadraginta.*
Hic eſt Moyſes dicens filijs Iſrael: Propheram vobis reſuſcitabit Dominus Deus veſter de fratribus veſtris tanquam me.	37	*Hic eſt Moſes, qui dixit filijs Iſrael: Prophetam ſuſcitabit vobis deus veſter è fratribus veſtris ſimilem mei, illum audietis.*
Hic eſt ille factus in eccleſia in ſolitudine, cum angelo loquente ei in monte Sinai, & patribus noſtris qui accepit verba viuentia dare nobis.	38	*Hic eſt qui fuit in congregatione in ſolitudine cum angelo qui loquebatur ei in monte Sinai, & cum patribus noſtris, qui accepit ſermonem viuum vt daret nobis.*
Cui noluerunt auſcultantes fieri patres noſtri: ſed repulerunt, & auerſi ſunt cordibus ſuis in Ægyptum.	39	*Cui noluerunt obedire patres noſtri, ſed repulerunt & auerſi ſunt corde ſuo in Ægyptum,*
Dicentes ad Aaron: Fac nobis deos qui præcedant nos: Nam Moyſes hic qui eduxit nos de terra Ægypti, neſcimus quid factum ſit ei.	40	*Dicentes ad Aaron: Fac nobis deos qui præcedant nos. Moſi enim huic, qui eduxit nos de terra Ægypti, neſcimus quid acciderit.*
Et vitulum fecerunt in diebus illis: & obtulerunt hoſtiam ſimulachro: & oblectati ſunt in operibus manuum ſuarum.	41	*Et vitulum fecerunt in diebus illis, & obtulerunt hoſtiam ſimulacro, & lætabantur ſuper operibus manuum ſuarum.*
Conuertit autem Deus, & tradidit eos ſeruire militiæ cæli, ſicut ſcriptum eſt in libro Prophetarum, Non victimas & ſacrificia obtuliſtis mihi annos quadraginta in deſerto, domus Iſrael?	42	*Conuertit ſe autem deus, & tradidit eos, vt colerent militiam cæli, ſicut ſcriptum eſt in libro prophetarum: Num victimas & hoſtias obtuliſtis mihi annis quadraginta in deſerto, domus Iſrael?*
Et ſuſcepiſtis tabernaculum Moloch, & ſydus dei veſtri Repham, figuras quas feciſtis adorare eas. Et transferam vos trans Babylonem.	43	*Et ſuſcepiſtis tabernaculum Moloch, & ſydus dei veſtri Remphan, figuras quas feciſtis ad adorandum eas. Et transferam vos vltra Babylonem.*
Tabernaculum teſtimonij erat in patribus noſtris in deſerto, ſicut diſpoſuit ille loquens Moyſi facere illud ſecundum exemplar quod viderat.	44	*Tabernaculum teſtimonij fuit patribus noſtris in deſerto, ſicut ordinauerat illis, loquens ad Moſen vt faceret illud ſecundum formam, quam viderat.*
Quod & induxerunt, ſuſcipientes patres noſtri cum Ieſu in poſſeſſionem Gentium, quas expulit Deus à facie patrum noſtrorum vſque dies Dauid:	45	*Quod & induxerunt, qui ſucceſſerunt, patres noſtri cum Ieſu in poſſeſſionem gentium, quas expulit deus à facie patrum noſtrorum vſque ad dies Dauid,*
Qui inuenit gratiam ante Deum: & petiit inuenire tabernaculum Deo Iacob.	46	*Qui inuenit gratiam coram deo, & petijt vt inueniret tabernaculum deo Iacob.*
Salomon autem ædificauit illi domum.	47	*Salomon autem ædificauit illi domum.*
Sed non excelſus in manufactis templi habitat, ſicut propheta dicit:	48	*Sed excelſiſſimus ille non in manufactis templis habitat ſicut propheta dicit:*
Cælum mihi thronus, at terra ſcabellum pedum meorum. Quam domum ædificabitis mihi, dicit Dominus? aut quis locus requietionis meæ.	46	*Cælum mihi ſedes eſt, terra autem ſcabellum pedum meorum. Quam domum ædificabitis mihi dicit dominus, aut quis locus requietionis meæ eſt?*
Nonne manus mea fecit hæc omnia?	50	*Nonne manus mea fecit hæc omnia?*
Duri ceruice & incircunciſi corde & auribus, vos ſemper Spiritui ſancto reſiſtitis, ſicut patres veſtri & vos.	51	*Duri cervice & incircunciſi corde & auribus, vos ſemper Spiritui ſancto reſiſtitis, ſicut patres veſtri, ita & vos.*
Quem Prophetarum non ſunt perſecuti patres veſtri? Et occiderunt prænunciantes de aduentu iuſti: cuius nunc vos proditores & homicidæ fuiſtis:	52	*Quem prophetarum non ſunt perſecuti patres veſtri? Et occiderunt eos, qui prænunciabant de aduentu iuſti illius, cuius vos nunc proditores & occiſores fuiſtis.*
Qui accepiſtis Legem in diſpoſitiones Angelorum & non cuſtoditis.	53	*Qui accepiſtis legem per diſpoſitiones angelorum, nec ſeruaſtis.*
Audientes autem hæc diſſecabantur cordib. ſuis, & ſtridebant dentes in eum.	54	*Audientes autem hæc diſſecabantur cordibus ſuis, & ſtridebant dentibus ſuis in eum.*
Exiſtens autem plenus Spiritu ſancto, intendens in cælum, vidit gloriam Dei, & Ieſum ſtantem ex dexteris Dei. Et ait. Ecce video cælos apertos, & Filium hominis ex dexteris ſtantem Dei.	55	*Cum autem eſſet plenus Spiritu ſancto, intentis in cælum oculis, vidit gloriam dei, & Ieſum ſtantem à dextris dei. Et ait: Ecce video cælos apertos, & Filium hominis ſtantem à dextris dei.*
Clamantes autem voce magna, continuerunt aures ſuas, & irruerunt vnanimiter in eum.	56	*Exclamantes autem voce magna, continuerunt aures ſuas & impetum fecerunt vnanimiter in eum.*
Et eiicientes extra ciuitatem, lapidabant: & teſtes depoſuerunt veſtimenta ſua ſecus pedes adoleſcentis vocati Sauli.	57	*Et eiectum eum è ciuitate lapidabant, ac teſtes depoſuerunt veſtimenta ad pedes adoleſcentis, qui vocabatur Saulus.*
Et lapidabant Stephanum inuocantem, & dicentem: Domine Ieſu ſuſcipe ſpiritum meum.	58	*Et lapidabant Stephanum inuocantem, ac dicentem: Domine Ieſu, ſuſcipe ſpiritum meum.*
Poſitis autem genibus clamauit voce magna Domine ne ſtatuas illis peccatum hoc. Et hoc dicto obdormiuit. Saulus autem erat conſentiens neci eius.	59	*Poſitis autem genibus clamauit voce magna: Domine ne ſtatuas illis peccatum hoc. Et cum hoc dixiſſet obdormiuit. Saulus autem conſentiebat in necem eius.*

Vulgat. Editio.

CAP. VIII.

FActa eſt autem in illa die perſecutio magna in Eccleſia, quæ erat Ieroſolymis, & omnes diſperſi ſunt per regiones Iudææ, & Samariæ præter Apoſtolos.

Curauerunt autem Stephanum viri timorati, & fecerunt planctum magnum ſuper eum.

Saulus autem deuaſtabat Eccleſiam per domos intrans, & trahens viros, ac mulieres, tradebat in cuſtodiam.

Igitur qui diſperſi erant pertranſibant, euangelizantes verbum Dei.

Philippus autem deſcendens in ciuitatem Samariæ prædicabat illis Chriſtum.

Intendebant autem turbæ his quæ à Philippo dicebantur vnanimiter audientes, & videntes ſigna quæ faciebat.

Multi enim eorum, qui habebant ſpiritus immundos, clamantes voce magna exibant.

Multi autem paralytici, & claudi curati ſunt.

Factum eſt ergo gaudium magnum in illa ciuitate.

Vir autem quidam nomine Simon, qui ante fuerat in ciuitate magus, ſeducens gentem Samariæ, dicens ſe eſſe aliquem magnum:

Cui auſcultabant omnes à minimo vſque ad maximum, dicentes: Hic eſt virtus Dei, quæ vocatur magna.

Attendebant autem eum: propter quod multo tempore magiis ſuis dementaſſet eos.

Cum vero credidiſſent Philippo euangelizanti de regno Dei, in nomine Ieſu Chriſti baptizabantur viri, ac mulieres.

Tunc Simon & ipſe credidit: & cum baptizatus eſſet, adhærebat Philippo. Videns etiam ſigna, & virtutes maximas fieri, ſtupens admirabatur.

Cum autem audiſſent Apoſtoli, qui erant Ieroſolymis, quod recepiſſet Samaria verbum Dei miſerunt ad eos Petrum & Ioannem:

Qui cum veniſſent, orauerunt pro ipſis vt acciperent Spiritum ſanctum.

Nondum enim in quemquam illorum venerat ſed baptizati tantum erant in nomine Domini Ieſu.

Tunc imponebant manus ſuper illos, & accipiebant Spiritum ſanctum.

Cum vidiſſet autem Simon quia per impoſitionem manus Apoſtolorum daretur Spiritus ſanctus, obtulit eis pecuniam,

Dicens: Date & mihi hanc poteſtatem, vt cuicumque impoſuero manus, accipiat Spiritum ſanctum. Petrus autem dixit ad eum:

Pecunia tua tecum ſit in perditionem: quoniam donum Dei exiſtimaſti pecunia poſſideri.

Non eſt tibi pars, neque ſors in ſermone iſto. cor enim tuum non eſt rectum coram Deo.

Pœnitentiam itaque age ab hac nequitia tua: & roga Deum, ſi forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui.

In felle enim amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te eſſe.

Reſpondẽs aũt Simõ, dixit: Precamini vos pro me ad Dnm, vt nihil, veniat ſuper me horũ, quę dixiſtis.

Et illi quidem teſtificati, & locuti verbum Domini, redibant Ieroſolymam, & multis regionibus Samaritanorum euangelizabant.

Tranſl. ex Syriac.

CAP. II.

1 *FActa eſt autem per illud tempus perſecutio magna in Eccleſiam quæ erat in Ouriſchlem: & diſperſi ſunt omnes per pagos Iehoudæa, atque adeo inter Shamaritanos, præter Apoſtolos tantum,*

2 *Collectum autem in aream, ſepelierunt Stephanum viri fideles, & planxerunt ſuper eum vehementer.*

3 ** Porro Schoaol perſequebatur Eccleſiam Dei dum ingrederetur domos, & traheret viros & mulieres, traderetq; carceri.*

4 *Illi autem qui diſperſi erant, perluſtrabant regionem prædicabantq; ſermonem Dei.*

5 *Philippus vero deſcendit in vrbem Schamaritanorum, & prædicabat Meſchicho.*

6 *Quumq; audirent ſermonem eius homines qui illic attendebant ei, tum acquieſcebant omnibus quæ dicebat, quum viderent ſigna quæ edebat.*

7 *Multi enim quos tenebant ſpiritus immundi, clamabant alta voce, & exibant ab eis.*

8 *Alij autem paralytici & claudi ſanitati ſunt reſtituti. Et gaudium magnum exſtitit in illa ciuitate.*

9 *Erat autem illic homo quidam nomine Simoun, qui habitauerat in illa vrbe multo tempore, & magicis ſuis artibus ſeduxerat plebem Schamaritanorum, quum magnificaret ſeipſum, diceretq;: Ego ſum Magnus ille.*

10 *Proinde inclinabantur ad eum tam proceres, quam tenues, ac dicebant: Iſte eſt virtus illa magna Dei.*

11 *Et acquieuerant ei, propterea quod multo tempore magicis ſuis incantationibus obſtupefecerat eos.*

12 *Quum autem credidiſſent Philippo euangelizanti regnum Dei in nomine Domini noſtri Ieſchua Meſchicho baptizabantur, & viri & mulieres.*

13 *Quin & ipſe Simoun credebat, & baptizatus eſt; & adhærebat Philippo. Cumque ſpectaret ſigna & virtutes magnas quæ edebantur per eum, obſtupefiebat & admirabatur.*

14 ** Porro quum audiſſent Apoſtoli qui erant in Ouriſchlem populum Schamaritanorum recepiſſe ſermonem dei, miſerunt ad eos Schemeoun Kipho & Iouchanon.* *Feria ij. hebdomadis tertiæ decimi ſe mensium.

15 *Itaq; deſcenderunt, & precati ſunt pro eis vt reciperent Spiritum ſanctitatis,*

16 *(Nondum enim ingreſſus fuerat in quemquam eorum; ſed tantum baptizabantur in nomine Domini noſtri Ieſchua.)*

17 *Tunc imponebant eis manum, & recipiebant Spiritum ſanctitatis.*

18 *Conſpicatus autem Simoun per impoſitionem manus Apoſtolorum dari Spiritus ſanctitatis, obtulit eis argentum,*

19 *Dicens: Date etiam mihi poteſtatem hanc, vt cuicunq; impoſuero manum: recipiat Spiritum ſanctitatis. Cui dixit Schemeoun Kipho:*

20 *Argentum tuum tecum abeat in perditionem, quippe qui putaueris donum Dei diuitijs mundi acquiri.*

21 *Non eſt tibi pars, ne ſors quidem in fide iſta; quia cor tuum rectum non eſt coram Deo.*

22 *Verum pœnitentiam age de iſta malitia tua, & Deum implora, ſi forte remittatur tibi dolus cordis tui.*

23 *Siquidem in hepate amaritudinis, & in vinculis iniquitatis video te eſſe.*

24 *Reſpondit Simoun & ait: Petite vos pro me à Deo, ne quid mihi obueniat eorum quæ dixiſtis.*

25 *Schemeoun autem & Iouchanon quum teſtificati eſſent eis docuiſſentque ſermonem Dei, reuerſi ſunt ad Ouriſchlem, & in pagis multis Schamaritanorum euangelizarunt.*

Transl. B. Ariæ Mont.

CAP. VIII.

FActa est autem in illa die persecutio magna in Ecclesiam in Hierosolymis: omnesque dispersi sunt per regiones Iudææ & Samariæ, præter Apostolos.

Extulerunt autem Stephanum viri religiosi: & fecerunt planctum magnum super eo.

Saulus verò deuastabat Ecclesiam, per domos intrans, trahensque viros ac mulieres, tradebat in custodiam.

Illi quidem igitur dispersi, pertransibant euangelizantes verbum.

Philippus autem descendens in ciuitatem Samariæ, prædicabat illis Christum.

Intendebant autem turbæ dictis à Philippo vnanimiter in audire eos & videre signa quæ faciebat.

Multorum enim habentium spiritus immundos, clamantes voce magna, exibant.

Multi autem paralytici & claudi curati sunt. Et factum est gaudium magnum in ciuitate illa.

Vir autem quidam nomine Simon antè fuerat in ciuitate magicam exercens, & seducens gentem Samariæ, dicens esse aliquem seipsum magnum:

Cui auscultabant omnes à minimo vsque ad maximum, dicentes: Hic est virtus Dei illa magna.

Attendebant autem ei, propter multo tempore magicis dementasse eos.

Cùm verò credidissent Philippo euangelizanti quæ de regno Dei, & nomine Iesu Christi, baptizabantur virique ac mulieres.

At Simon & ipse credidit: & baptizatus, erat perdurans Philippo. Vidensque virtutes & signa magna facta, obstupefiebat.

Audientes autem qui in Hierosolymis Apostoli, quia recepisset Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum & Ioannem.

Qui descendentes orauerunt pro ipsis, vt acciperent Spiritum sanctum.

Nondum enim erat in quenquam illorum illapsus: tantùm autem baptizati erant in nomen Domini Iesu.

Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum.

Conspiciens autem Simon quia per impositionem manuum Apostolorum daretur Spiritus sanctus, obtulit eis pecunias,

Dicens: Date & mihi potestatem hanc, vt cuicunque imposuero manus, accipiat Spiritum sanctum. Petrus autem dixit ad eum:

Argentum tuum cum te sit in perditionem: quoniam donum Dei existimasti per pecunias possideri.

Non est tibi pars neque sors in sermone isto: nam cor tuum non est rectum coram Deo.

Pœnitere igitur ab nequitia tua hac: & roga Deum, si fortè remittatur tibi cogitatio cordis tui.

In enim felle amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te existentem.

Respondés aũt Simõ dixit: Precamini vos p̃ me ad Dominũ, vt nihil veniat super me horũ quę dixistis.

Illi quidem testificati, & locuti verbum Domini, redibant Ierosolymam, & multis regionibus Samaritanorum euangelizarunt.

Transl. Erasm. Roterod.

CAP. VIII.

1 *FActa est autem in illo die persecutio magna aduersus Ecclesiam, quæ erat Hierosolymis, & omnes dispersi sunt per regiones Iudææ & Samariæ præter Apostolos.*

2 *Curauerunt autem vnà Stephanum viri religiosi, fecerunt́q; planctum magnum super eum.*

3 *Saulus vero deuastabat Ecclesiam per singulas domos intrans, trahenśq; viros ac mulieres tradebat in custodiam.*

4 *Illi igitur dispersi peragrabant, annunciantes sermonem Dei.*

5 *Philippus autem peruenit in ciuitatem Samariæ, ac prædicabat illis Christum.*

6 *Intendebant autem turbæ his, quæ à Philippo dicebantur, vnanimiter audientes, & videntes signa quæ edebat.*

7 *Spiritus enim immundi, è multis qui ab illis tenebantur, exibant, clamantes voce magna.*

8 *Multi autem paralytici & claudi sanati sunt. Et factum est gaudium magnum in illa ciuitate.*

9 *Vir autem quidam nomine Simon, qui ante in ea ciuitate artem exercuerat magicam, ac gentem dementauerat Samariæ, dicens se esse quempiam magnum;*

10 *Cui auscultabant illi à minimo vsque ad maximum, dicentes: Iste est potentia Dei, magna.*

11 *Auscultabant autem ei, propterea quod multo tempore magicis artibus dementasset eos.*

12 *Cum vero credidissent Philippo, euangelizanti de regno Dei, deq; nomine Iesu Christi, baptizabantur viri simul ac mulieres.*

13 *Tunc Simon & ipse credidit, & cum baptizatus esset, adhærebat Philippo. Videnśq; signa & virtutes fieri stupens admirabatur.*

14 *Cum autem audissent Apostoli, qui erant Hierosolymis, quod recepisset Samaria sermonem Dei, miserunt ad eos Petrum ac Ioannem.*

15 *Qui cum descendissent, orauerunt pro ipsis, vt acciperent Spiritum sanctum.*

16 *Nondum enim in quenquam illorum illapsus fuerat, sed baptizati tantum erant in nomine Christi Iesu.*

17 *Tunc imponebant manus super illos, accipiebant́q; Spiritum sanctum.*

18 *Cum vidisset autem Simon, quod per impositionem manuum Apostolorum daretur Spiritus sanctus, obtulit eis pecunias dicens:*

19 *Date & mihi potestatem istam, vt cuicunque imposuero manus, accipiat Spiritum sanctum. Petrus autem dixit ad eum.*

20 *Pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam donum Dei existimasti pecuniis parari.*

21 *Non est tibi pars neque sors in ratione hac. cor enim tuum non est rectum coram Deo.*

22 *Resipisce igitur ab ista malitia tua, & roga Deum, si forte remittatur tibi cogitatio cordis tui.*

23 *In felle enim amaritudinis, & colligatione iniquitatis video te esse.*

24 *Respondens autem Simon, dixit: Precemini vos pro me apud Dominum, ne quid eueniat in me horũ quæ dixistis.*

25 *Et illi quidem testificati & locuti sermonem Dei, reuersi sunt Hierosolymam, & multis oppidulis Samaritanorum euangelizabant.*

Vulgat. Editio.

Angelus autem Domini locutus est ad Philippum dicēs: Surge, & vade contra Meridiānū ad viā, quæ descendit ab Ierusalē in Gaza: hæc est deserta.

Et surgens abijt. Et ecce vir Aethiops, eunuchus, potens Candacis Reginæ Aethiopum, qui erat super omnes Gazas eius: venerat adorare in Ierusalem:

Et reuertebatur sedens super currum suum, legensque Isaiam Prophetam.

Dixit autem Spiritus Philippo: Accede, & adiunge te ad currum istum.

Accurrens aūt Philippus, audiuit eū legentem Isaiā Prophetam, & dixit: Putasne intelligis quæ legis?

Qui ait: Et quomodo possum, si non aliquis ostenderit mihi? Rogauitque Philippum vt ascenderet, & sederet secum.

Locus autem Scripturæ, quam legebat, erat hic: * Tanquam ouis ad occisionem ductus est: & sicut agnus coram tondente se, sine voce, sic non aperuit os suum.

In humilitate iudicium eius sublatum est. Generationem eius quis enarrabit, quoniam tollitur de terra vita eius?

Respōdēs aūt eunuchus Philippo, dixit: Obsecro te, de quo Propheta dicit hoc: de se, an de alio aliquo?

Aperiens autem Philippus os suum, & incipiens à Scriptura ista, euangelizauit illi Iesum.

Et dum irent per viam, venerunt ad quandam aquam, & ait Eunuchus: Ecce aqua, quid prohibet me baptizari?

Dixit autem Philippus: Si credis ex toto corde, licet. Et respondens ait: Credo, Filium Dei esse Iesum Christum.

Et iussit stare currum: & descenderunt vterque in aquam, Philippus, & Eunuchus, & baptizauit eū.

Cum autem ascendissent de aqua, Spiritus Domini rapuit Philippum, & amplius non vidit eum Eunuchus. Ibat autem per viam suam gaudens.

Philippus autem inuentus est in Azoto, & pertransiens euangelizabat ciuitatibus cunctis, donec veniret Cæsaream.

CAP. IX.

Saulus aūt adhuc spirans minarum, & cædis in discipulos Domini, accessit ad Principē sacerdotū,

Et petijt ab eo epistolas in Damascū ad synagogas: vt si quos inuenisset huius viæ viros, ac mulieres, vinctos perduceret in Ierusalem.

* Et cum iter faceret, contigit vt appropinquaret Damasco: & subito circumfulsit eum lux de cœlo.

Et cadens in terram audiuit vocem dicentem sibi: Saule, Saule, quid me persequeris?

Qui dixit: Quis es Domine? Et ille: Ego sum Iesus, quem tu persequeris. Durum est tibi contra stimulum calcitrare.

Et tremēs, ac stupēs dixit: Dñe, quid me vis facere? Et Dominus ad eum: Surge, & ingredere ciuitatem, & ibi dicetur tibi quid te oporteat facere.

Viri autem illi, qui comitabantur cum eo, stabant stupefacti, audientes quidem vocem, neminem autem videntes.

Surrexit autem Saulus de terra, apertisque oculis nihil videbat. Ad manus autem illum trahentes, introduxerunt Damascum.

Et erat ibi tribus diebus non videns, & non manducauit, neque bibit.

Transl. ex Syriac.

Allocutus est autem Angelus Domini Philippum, & dixit ei: Surge, vade ad Austrum per viam desertam, quæ descendit ab Ourischlem ad Gaza.

Proinde surgens abijt, & offendit Eunuchum quendam venientem à Couschi, Aethiopia) Dynasten Kandak reginæ Aethiopum: qui quidem præerat vniuersis opibus eius, veneratque adoraturus in Ourischlem.

Quumque reuerteretur vt abiret, sedebat in curru legebatque in Eschaio prophetæ.

Dixit autem Spiritus sanctitatis Philippo: Accede, & adiunge te ad currum.

Quumq; accessisset, audyt eum legentem in Eschaio Prophetæ: & dixit ei. An intelligis quæ legis?

Ille verò dixit: Qui possum intelligere, nisi quis me præmoneat? Et effagitauit à Philippo vt ascenderet, sedereque secum.

Sectio autem scripturæ quam legebat, hæc erat: Tanquam ouis ad mactationem ductus est: & tanquam agnus coram tonsore mutus est, sic quoque non aperuit os suum.

In ipsius humilitate de claustro, & de iudicio sublatus est. Porrò generationem eius quis enarrabit? quia tollitur vita eius de terra.

Dixit autem Eunuchus ille Philippo: Peto à te, de quo Propheta hoc dicit? de seipso, an de quopiam alio?

Tunc Philippus aperuit os suum, & incipiens ab hac Scriptura euangelizauit ei de Domino nostro Ieschua.

Quumq; ipsi iter facerent, peruenerunt ad locum quemnam in quo erant aquæ: dixit itaque Eunuchus ille: En aquas, quæ prohibitio est quominus baptizer?

Iussitque sisti currum: & descenderunt ambo in aquam, ac baptizauit Philippus Eunuchum illum.

Quumque ascendisset ex aqua, Spiritus Domini rapuit Philippum, nec amplius vidit eum Eunuchus ille, sed pergebat in via gaudens.

Philippus autem inuentus est Azoti, & inde peragrabat, & euangelizabat cunctis vrbibus, vsque dum veniret Cæsaream.

CAP. IX.

Schoul autem adhuc plenus erat minis furoreque cædis aduersus discipulos Domini nostri.

Et poposcit epistolam à summo Pontifice sibi dari ad Darmasouk ad Synagogas: vt si quos inuenire eruditentes hac via, viros aut mulieres, vinctos adduceret eos ad Ourischlem.

Quumque proficisceretur, inciperetque appropinquare Darmasouk, de repentè circumfulsit eum lux è cælo.

Et cecidit in terram audyitque vocem dicentem sibi: Schoul, Schoul, quid me persequeris?*

Respondit ipse & ait: Quis es Domine mi? At Dominus noster dixit: Ego sum Ieschua ille Nazarenus, quem tu persequeris.* Durum est tibi calcitrare ad stimulos.*

Sed surge, ingredere vrbem, & ibi tecum habebitur sermo de eo quid te oporteat agere. Cæterum viri illi, qui cum eo iter faciebant, steterant attoniti, quippe qui vocem tantum audirent, neminem autem apparere eis.

Et surrexit Schoul è terra, nihilque ei apparuit quum oculi eius essent aperti. Et quum prehendissent manum eius, introduxerunt eum in Darmasouk.

Neque visum est ei quicquam tribus diebus, neque comedit, neque bibit.

*Benedictione acquirat & baptismo

Gal. 1. 13.

Daniel. in interpretatione Iesaiæ de baptismo

*Iacta sunt 1. Cor. 15. & 2. Cor. 12.

*Quæ hic duobus alteris Euangeliorum in Translatione Syriaca Bibliis Regiæ habentur in loco vbi nunc adscripsi ex Regia

Transl. B. Ariæ Mont.

Angelus autem Domini locutus est ad Philippum, dicens: Surge, & vade contra Meridianũ ad viã descendentẽ ab Hierusalem in Gazã: hæc est deserta.

Et surgens abijt. Et ecce vir Aethiops, eunuchus, potens, Candacis Reginæ Aethiopum, qui erat super omnem Gazam eius: qui venerat adoraturus in Hierusalem:

Eratque reuertens, & sedens super currum suum, legebat prophetam Esaiam.

Dixit autem Spiritus Philippo: Accede, & agglutinare currui huic.

Præcurrens autem Philippus, audiuit eũ legentem Prophetã Esaiam: & dixit: Nẽpe intelligis quæ legis?

Is autem ait: Quomodo enim possem, si non aliquis dux viæ fuerit mihi? Rogauitque Philippum ascendentem sedere cum eo:

At locus Scripturæ quam legebat, erat hic: Tanquam ouis ad occisionem ductus est: & sicut agnus coram tondente se mutus, sic non aperit os suum.

In humilitate eius iudicium eius sublatum est. At generationem eius quis enarrabit? quoniam tollitur à terra vita eius.

Rñdẽs aũt Eunuchus Philippo, dixit: Obsecro te, de quo Propheta dicit hoc? de seipso, an de alio aliquo?

Aperiens autem Philippus os suum, & incipiens à Scriptura ista, euangelizauit illi Iesum.

Vt verò ibant per viam, venerunt ad quandam aquam, & ait Eunuchus: Ecce aqua: quid prohibet me baptizari?

Dixit autem Philippus: Si credis ex toto corde, licet. Respondens autem ait: Credo Filium Dei esse Iesum Christum.

Et iussit stare currum: & descenderunt vterque in aquã, & Philippus, & Eunuchus, & baptizauit eũ.

Cum autem ascendissent de aqua, Spiritus Domini rapuit Philippum: & non vidit eum amplius Eunuchus. Pergebat enim viam suam gaudens.

Philippus autem inuentus est in Azotum, & præteriens euangelizabat ciuitates omnes donec veniret eum in Cæsaream.

Transl. Erasm. Roterod.

Angelus autem Domini locutus est ad Philippum, dicens: Surge, & vade meridiem versus ad viã quæ descendit ab vrbe Hierosolymorũ ad ciuitatem Gazã, hæc est deserta.

Et surgens abijt, & ecce vir Æthiops, Eunuchus, præfectus Candaces reginæ Æthiopum: quem præfecerat vniuersæ gazæ suæ, venerat adoraturus Hierosolymam,

Et reuertebatur sedens super currum suum, legebatq; Esaiam prophetam.

Dixit autem Spiritus Philippo: Accede, & adiunge te ad currum istum.

Accurrens autem Philippus, audiuit eum legentem Esaiam Prophetam, & dixit: Intelligisne quæ legis?

At ille ait: Qui nam enim possim, nisi aliquis dux viã mihi fuerit: Rogauitq; Philippum, vt ascenderet, sederetque secum.

Argumentum autem scripturæ quam legebat, erat hoc: Tanquam ouis ad occisionem ductus est, & sicut agnus coram tondente se mutus, sic non aperuit os suum.

In humilitate ipsius iudicium eius sublatum est. Generationem autem eius quis enarrabit? Quoniam tollitur de terra vita eius.

Respondens autem Eunuchus Philippo, dixit: Obsecro te, de quo Propheta dicit hoc, de se, an de alio quopiam?

Aperiens autem Philippus os suum, & incipiens à scriptura ista, prædicauit illi Iesum.

Et dum irent per viam, venerunt ad quandam aquam. Et ait Eunuchus: Ecce aqua, quid vetat quo minus baptizer?

Dixit autem Philippus: Si credis ex toto corde, licet. Et respondens ait: Credo Filium Dei esse Iesum Christum.

Et iussit sisti currum. Ac descenderunt ambo in aquam, Philippus simul & Eunuchus, & baptizauit eum.

Cum autem ascendissent ex aqua, Spiritus Domini rapuit Philippum, nec amplius vidit eum Eunuchus. Ibat enim per viam suam gaudens.

Philippus autem repertus est Azoti, & pertransiens euangelizabat ciuitatibus cunctis, donec veniret Cæsaream.

CAP. IX.

AT Saulus adhuc spirans minarum & cædis in discipulos Domini, accedẽs Principi sacerdotũ,

Petijt ab eo epistolas in Damascum ad synagogas: vt si quos inuenisset huius viæ existentes viros q; & mulieres, vinctos perduceret in Hierusalem.

In autem proficisci, factum est eum appropinquare Damasco: & subito circumfulsit eum lux de cœlo.

Et cadens in terram audiuit vocem dicentem sibi: Saule, Saule, quid me persequeris?

Ait autem: Quis es Domine? At Dominus dixit: Ego sum Iesus, quem tu persequeris. durum tibi ad stimulos calcitrare.

Tremẽs q; & pauens dixit: Dñe, quid me vis facere?

Et Dominus ad eum: Sed surge, & ingredere in ciuitatem: & dicetur tibi quid te oporteat facere. At viri simul iter facientes ipsi, steterunt attoniti, audientes quidem vocem, neminem autem videntes.

Surrexit autem Saulus de terra: apertis autem oculis suis, neminem videbat. Manuducentes verò eum, introduxerunt in Damascum.

Et erat dies tres non videns, & non manducauit nẽq; bibit.

CAP. IX.

SAulus autem adhuc spirans minas ac cædem aduersus discipulos Domini, accessit ad principem sacerdotum,

Et petijt ab eo epistolas, quas perferret Damascum ad Synagogas: vt si quos inuenisset eius viæ, seu viros seu mulieres, vinctos duceret Hierosolymam.

Et cum iter faceret, contigit vt appropinquaret Damasco. Et subito circumfulgurauit eum lux de cælo,

Collapsusq; in terram, audiuit vocem, dicentem sibi: Saul, Saul, quid me persequeris?

Dixit autem: Quis es Domine? Dominus autem dixit: Ego sum Iesus, quem tu persequeris. Durum est tibi contra stimulos calcitrare.

Is tremens ac stupens dixit: Domine, quid me vis facere?

Et Dominus ad eum: Surge, & ingredere ciuitatem, & dicetur tibi, quid te oporteat facere. Viri autem illi qui erant ei comites itineris, stabant attoniti, audientes quidem vocem, neminem tamen videntes.

Surrexit autem Saulus è terra, apertisq; oculis, neminem videbat. Sed manu ducentes illum, introduxerunt Damascum.

Et erat tribus diebus non videns, ac non comedit, neque bibit.

Vulgat. Editio.

Erat autem quidam discipulus Damasci, nomine Ananias: & dixit ad illum in visu Dominus: Anania. At ille ait: Ecce ego, Domine.

Et Dominus ad eum: Surge, & vade in vicum, qui vocatur rectus: & quære in domo Iudæ Saulum nomine, Tarsensem. ecce enim orat.

(Et vidit virum Ananiam nomine introeuntem, & imponentem sibi manus vt visum recipiat.)

Respondit autem Ananias: Domine, audiui à multis de viro hoc, quanta mala fecerit sanctis tuis in Ierusalem.

Et hic habet potestatem à Principibus sacerdotum alligandi omnes, qui inuocant nomen tuum.

Dixit autem ad eum Dominus: Vade: quoniam vas electionis est mihi iste: vt portet nomen meum coram gentibus, & regibus, & filiis Israel.

Ego enim ostendam illi quanta oporteat eum pro nomine meo pati.

Et abiit Ananias, & introiuit in domum: & imponens ei manus, dixit: Saule frater, Dominus misit me Iesus, qui apparuit tibi in via, qua veniebas, vt videas, & implearis Spiritu sancto.

Et confestim ceciderunt ab oculis eius tanquam squamæ, & visum recepit: & surgens baptizatus est.

Et cum accepisset cibum, confortatus est. Fuit autem cum discipulis, qui erant Damasci, per dies aliquot.

Et continuò in synagogis prædicabat Iesum, quoniam hic est Filius Dei.

Stupebant autem omnes, qui audiebant, & dicebant: Nonne hic est, qui expugnabat in Ierusalem eos, qui inuocabant nomen istud: & huc ad hoc venit vt vinctos illos duceret ad Principes Sacerdotum?

Saulus autem multo magis conualescebat: & confundebat Iudæos, qui habitabant Damasci, affirmans quoniam hic est Christus.

Cùm autem implerentur dies multi, consilium fecerunt in vnum Iudæi vt eum interficerent.

Notæ autem factæ sunt Saulo insidiæ eorum. 2. Cor. 11. 33. * Custodiebant autem & portas die ac nocte, vt eum interficerent.

Accipientes autem eum discipuli nocte, per murum dimiserunt eum, submittentes in sporta.

Cum autem venisset in Ierusalem, tentabat se iungere discipulis, & omnes timebant eum, non credentes quòd esset discipulus.

Barnabas autem apprehensum illum duxit ad Apostolos, & narrauit illis quomodo in via vidisset Dominum, & quia locutus est ei: & quomodo in Damasco fiducialiter egerit in nomine Iesu.

Et erat cum illis intrans, & exiens in Ierusalem, & fiducialiter agens in nomine Domini.

Loquebatur quoque Gentibus & disputabat cum Græcis: illi autem quærebant occidere eum:

Quod cum cognouissent fratres, deduxerunt eum Cæsaream, & dimiserunt Tarsum.

Ecclesia quidem per totam Iudæam, & Galilæam, & Samariam habebat pacem, & ædificabatur ambulans in timore Domini, & consolatione sancti Spiritus replebatur.

Factum est autem, vt Petrus, dum pertransiret vniuersos, deueniret ad sanctos, qui habitabant Lyddæ.

Transl. ex Syriac.

10 *Erat autem Darmasouk discipulus quidam, cuius nomen erat Chananía, & Dominus dixit ei per visionem, Channania: Et ait: Ex ego ad sum Domine mi.*

11 *Et Dominus noster dixit ei: Surge proficiscere in vicum qui vocatur Rectus, & quære in aedibus Iihoudâ, Schoual, qui est ex Tarso ciuitate.*

12 *Ecce enim dum ille precatur, vidit per visionem virum nomine Chananía introeuntem, & imponentem sibi manum vt aperirentur oculi ipsius.*

13 *Dixit autem Channania: Domine mi, audiui ex multis de viro isto, quot mala intulerit Sanctis tuis in Ourischlem.*

14 *Et ecce etiam hic habet potestatem à Principibus sacerdotum vinciendi illos omnes, qui inuocant nomen tuum.*

15 *Dixit ei Dominus: Surge, proficiscere, quandoquidem vas est mihi electum, vt perferat nomen meum inter Gentes, & Reges, & inter filios Israel.*

16 *Ego enim ostendam ei quanta passurus sit propter nomen meum.*

17 *Tunc Chananía abiit domum ad eum, & imposuit ei manum ac dixit ei: Schoual frater mi, Dominus noster Ieschua misit me, (is qui visus est tibi in via quam veniebas) vt aperiantur oculi tui, & implearis Spiritu sanctitatis.*

18 *Eoque momento decidit ex oculis eius aliquid simile squamæ, & aperti sunt oculi eius: surgensque baptizatus est.*

19 *Cepit autem cibum, & corroboratus est. Fuitque per dies aliquot apud discipulos illos qui erant in Darmasouk.*

20 *Et statim prædicauit in Synagogis Iihoudæorum de Ieschua, eum nempe esse Filium Dei.*

21 *Proinde obstupescant ij omnes, qui audiebant eum, & dicebant: Nonne hic est qui persequebatur eos omnes, qui inuocabant nomen istud in Ourischlem: & ecce etiam huc ob idipsum missus fuerat, vt vinctos adduceret eos ad Principe sacerdotum?*

22 *Schoual autem magis roborabatur, & turbabat Iihoudæos illos, qui degebant in Darmasouk, quum ostenderet eum esse Meschicho.*

23 *Quumque per multos dies illic egisset, faciebant (nectebant) ei dolum Iihoudæi, vt eum interficerent.*

24 *Indicatæ verò fuerunt Schoual insidiæ quas struebant ei struere. Custodiebant autem portas vrbis interdiu, nocteque, vt eum trucidarent.*

25 *Tunc imposuerunt eum discipuli sportæ, & demiserunt eum per murum nocte.*

26 *Et profectus est ad Ourischlem, volebatque se adiungere discipulis, sed omnes timebant ab eo, neque credebant eum esse discipulum.*

27 *Barnabha autem accepit eum, & duxit ad Apostolos, & renunciauit eis quomodo in via vidisset Dominum, & quomodo collocutus fuisset ei, & quomodo in Darmasouk palam locutus esset nomine Ieschuæ.*

28 *Proinde introibat, & exibat (versabatur) cum eis in Ourischlem.*

29 *Et loquebatur in nomine Ieschua palam, & disceptabat cum Iihoudæis illis, qui sciebant Græcè: illi verò volebant eum interimere.*

30 *Quod quum nouissent fratres, deduxerunt eum nocte Cæsaream, illincque emiserunt eum Tarsum.*

31 *Enimverò Ecclesia, quæ erat in tota Iihoudæa, & in Galilæa, & Schomerin, habebat pacem, dum ædificaretur & pergebat in timore Dei, & in consolatione Spiritus sanctitatis multiplicabatur.*

32 *Factum est autem vt quum perlustraret Schemeum vrbes, descenderet etiam ad Sanctos, qui habitabant in Loud ciuitate.*

Transl.B.Ariæ Mont.

Erat autem quidam discipulus in Damasco, nomine Ananias: & dixit ad illum Dominus in visu: Anania. Is autem ait: Ecce ego Domine.

At Dominus ad eum: Surgens vade in vicum vocatum Rectum: & quære in domo Iudæ Saulum nomine, Tarsensem. ecce enim orat.

Et vidit in visione virum nomine Ananiam, introeuntem, & imponentem sibi manum, vt visum recipiat.

Respondit autem Ananias: Domine, audiui à multis de viro hoc, quanta mala fecerit sanctis tuis in Hierusalem.

Et hic habet potestatem à principibus Sacerdotum, alligare omnes inuocantes nomen tuum.

Dixit autem ad eum Dominus: Vade: quoniam vas electionis mihi est ille: ad portandum nomen meum coram Gentibus, & regibus, filiisq; Israel.

Ego enim ostendam illi quanta oporter eum pro nomine meo pati.

Abiit autem Ananias, & introiuit in domum: & imponens in eum manus, dixit: Saule frater, Dominus misit me Iesus visus tibi in via qua veniebas: vt videas, & implearis Spiritu sancto.

Et confestim ceciderunt ab oculis eius tanquam squamæ. visum recepitque statim: & surgens baptizatus est.

Et accepto cibo, confortatus est. Fuit autem Saulus cum iis qui in Damasco discipulis dies aliquot.

Et continuò in synagogis prædicabat Christum, quoniam hic est Filius Dei.

Stupebant autem omnes audientes, & dicebant: Nonne hic est ille populatus in Hierusalem inuocantes nomen istud: & huc ad hoc venit, vt vinctos illos duceret ad principes Sacerdotum?

Saulus autem magis conualescebat: & confundebat Iudæos habitantes in Damasco, conferens quoniam hic est Christus.

Cùm autem implerentur dies multi, simul consilium fecerunt Iudæi interimere eum.

Notæ factæ sunt autem Saulo insidiæ eorum. Adseruabantque portas die quoque ac nocte, vt eum interficerent.

Accipientes autem eum discipuli nocte, demiserunt per murum, submittentes in sporta.

Adueniens autem Saulus in Hierusalem, tentabat iungi discipulis: & omnes timebant eum, non credentes quòd esset discipulus.

Barnabas autem apprehendens illum, duxit ad Apostolos, & narrauit illis quomodo in via vidisset Dominum, & quia locutus est ei: & quomodo in Damasco fiducialiter egerit in nomine Iesu.

Et erat cum illis intrans in Hierusalem, & fiducialiter agens in nomine Domini Iesu:

Loquebaturque & disputabat aduersus Græcos. Illi autem quærebant eum occidere.

Cognoscentes autem fratres, deduxerunt eum in Cæsaream, & dimiserunt eum in Tarsum.

Illæ quidem igitur ecclesiæ per totam Iudæam, & Galilæam, & Samariam habebant pacem: ædificatæ & pergentes timore Domini, & consolatione sancti Spiritus replebantur.

Factum est autem Petrum transeuntem per omnes, deuenire & ad sanctos habitantes Lyddæ.

Transl.Erasm.Roterod.

10 *Erat autem quidam discipulus Damasci, nomine Ananias, & dixit ad illum per visum Dominus: Anania. Et ille ait: Ecce ego Domine,*

11 *Et dominus ad eum: Surge, & vade in vicum qui vocatur rectus, & quære in domo Iudæ, Saulum nomine Tarsensem. Ecce enim orat.*

12 *Et vidit per visum virum. Ananiam nomine introeuntem, & imponentem sibi manum, vt visum reciperet.*

13 *Respondit autem Ananias: Domine, audiui ex multis de viro hoc, quanta mala fecerit sanctis tuis Hierosolymæ.*

14 *Et hoc loco habet potestatem à principibus sacerdotum, vinciendi omnes qui inuocant nomen tuum.*

15 *Dixit autem ad eum Dominus: Vade, quoniam organum electum est mihi iste, vt portet nomen meum coram gentibus, & regibus ac filijs Israel.*

16 *Ego enim ostendam illi, quanta oporteat eum pro nomine meo pati.*

17 *Et abijt Ananias, & introiuit in domum, & imponens ei manus, dixit: Saul frater, Dominus misit me, qui apparuit tibi in via qua veniebas, vt visum recipias, & implearis Spiritu sancto.*

18 *Et confestim deciderunt ab oculis eius tanquam squamæ, & visum recepit, & surgens baptizatus est.*

19 *Cumque cepisset cibum, corroboratus est. Fuit autem Saulus cum discipulis, qui erant Damasci, per dies aliquot.*

20 *Et continuo in synagogis prædicabat Christum, quod is esset Filius Dei.*

21 *Stupebant autem omnes qui eum audiebant, ac dicebant: Nonne hic est qui expugnabat Hierosolymis eos, qui inuocabant nomen istud? Et huc ad hoc venit, vt vinctos illos duceret ad principes sacerdotum?*

22 *Saulus autem multo magis inualescebat, & confundebat Iudæos, qui habitabant Damasci, affirmans quod is esset Christus.*

23 *Expletis autem diebus compluribus, inierunt inter se Iudæi consilium, vt illum occiderent.*

24 *Sed intellecta sunt Saulo insidiæ eorum. Asseruabant & portas die ac nocte, vt eum interficerent.*

25 *Accipientes autem eum discipuli nocte, per murum demiserunt, summittentes in sporta.*

26 *Cum autem Saulus venisset Hierosolymam, tentabat se iungere discipulis, & omnes timebant eum, non credentes, quod esset discipulus.*

27 *Barnabas autem apprehensum illum, duxit ad Apostolos, ac narrauit illis, quomodo in via vidisset dominum, & quod locutus esset ei, & quomodo in Damasco fortiter egisset in nomine Iesu.*

28 *Et erat cum illis versans Hierosolymis cum fiducia loquens in nomine Domini Iesu:*

29 *Loquebaturque & disputabat aduersus Græcos. illi vero quærebant occidere eum.*

30 *Quod cum cognouissent fratres deduxerunt eum Cæsaream, & emiserunt Tarsum.*

31 *Igitur ecclesiæ quidem per totam Iudæam & Galilæam & Samariam habebant pacem, & ædificabantur versantes in timore Domini, & consolatione sancti Spiritus multiplicabantur.*

32 *Factum est autem, vt Petrus, dum peragraret per omnes, deueniret etiam ad sanctos, qui habitabant Lyddæ.*

Vulgat. Edition.

Inuenit autem ibi hominem quendam, nomine Æneam, ab annis octo iacentem in grabato, qui erat paralyticus.

Et ait illi Petrus: Ænea, sanat te Dominus Iesus Christus: surge, & sterne tibi. Et continuo surrexit.

Et viderunt eum omnes, qui habitabant Lyddæ, & Saronæ: qui conuersi sunt ad Dominum.

In Joppe autem fuit quædam discipula, nomine Tabitha, quæ interpretata dicitur Dorcas. Hæc erat plena operibus bonis, & eleemosynis, quas faciebat.

Factum est autem in diebus illis, vt infirmata moreretur. Quam cum lauissent, posuerunt eam in cenaculo.

Cum autem prope esset Lydda ad Joppen, discipuli audientes quia Petrus esset in ea, miserunt duos viros ad eum, rogantes: Ne pigriteris venire vsque ad nos.

Exurgens autem Petrus venit cum illis. Et cum aduenisset, duxerunt illum in cenaculum: & circumsteterunt illum omnes viduæ flentes, & ostendentes ei tunicas, & vestes, quas faciebat illis Dorcas.

Eiectis autem omnibus foras: Petrus ponens genua oravit: & conuersus ad corpus, dixit: Tabitha, surge. At illa aperuit oculos suos: & viso Petro, resedit.

Dans autem illi manum erexit eam: Et cum vocasset sanctos & viduas, assignauit eam viuam.

Notum autem factum est per vniuersam Joppen: & crediderunt multi in Domino.

Factum est autem vt dies multos moraretur in Joppe, apud Simonem quendam corriarium.

CAP. X.

Vir autem quidam erat in Cæsarea, nomine Cornelius, Centurio cohortis, quæ dicitur Italica,

Religiosus, ac timens Deum cum omni domo sua, faciens eleemosynas multas plebi, & deprecans Deum semper:

Is vidit in visu manifeste, quasi hora diei nona, Angelum Dei introeuntem ad se, & dicentem sibi, Cornel.

At ille intuens eum, timore correptus, dixit: Quid est Dne? Dixit autem illi: Orationes tuæ, & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu Dei.

Et nunc mitte viros in Joppen, & accersi Simonem quendam, qui cognominatur Petrus:

Hic hospitatur apud Simonem quendam corriarium, cuius est domus iuxta mare: hic dicet tibi quid te oporteat facere.

Et cum discessisset Angelus, qui loquebatur illi, vocauit duos domesticos suos, & militem metuentem Dominum ex his, qui illi parebant.

Quibus cum narrasset omnia, misit illos in Joppē.

Postera autem die ineuntibus illis, & appropinquantibus ciuitati, ascendit Petrus in superiora vt oraret circa horam sextam.

Et cum esuriret, voluit gustare. Parantibus autem illis, cecidit super eum mentis excessus.

Et vidit cœlum apertum, & descendens vas quoddam, velut linteum magnum, quatuor initijs submitti de cœlo in terram,

In quo erant omnia quadrupedia, & serpentia terræ, & volatilia cœli.

Et facta est vox ad eum: Surge Petre, occide, & manduca.

Transl. ex Syriac.

Et inuenit virum quendam nomine Æneæ decumbentem in grabato, & paralyticum ab annis octo.

Et dixit ei Schemeoun: Anie, sanat te Ieschua Meschicho: surge, & sterne lectum tuum. Eoque momento surrexit.

Et viderunt eum omnes qui habitabant in Lod, & Saronæ, & conuersi sunt ad Deum.

** Erat autem discipula quædam in Ioppi ciuitate nomine Tabitho (Capra.) Hæc erat dives operibus bonis & eleemosynis quæ faciebat.* — Defecerunt.

Aduersa autem valetudine laborauit per dies, & mortua est. Et lauarunt eam, posuerunque in cenaculo.

Et audierunt discipuli Schemeoun esse in Lod (erat autem vrbs illa ad ripidem Ioppi) & miserunt ad eum duos viros effagitantes ab eo ne cunctaretur quin eos adiret.

Surrexit itaque Schemeoun & profectus est cum eis. Quumque venisset, subduxerunt eum in cenaculum: & congregata fuerunt in circuitu eius omnes viduæ flentes, & commonstrantes ei tunicas & vestimenta quæ ipsis dederat Tabitha dum viueret.

Schemeoun autem eiecit omnes homines foras, & precatus est in genua. & precatus est conversus ad cadauer, ait: Tabitha, surge. Illa vero aperuit oculos suos: quumque vidisset Schemeoun, resedit.

Et porrexit ei manum suam, & erexit eam. Et aduocauit sanctos & viduas, eamque illis dedit viuentem.

Id autem innotuit per totam ciuitatem: & multi crediderunt in Dominum nostrum.

Fuit autem in ipsa Ioppi per dies non paucos, quum haberet in ædibus Schemeoun corriarij.

CAP. X.

Cæsareæ porro erat vir quidam Centurio cui nomen erat Cornelius, ex cohorte illa quæ vocatur Italica. — Dominicæ.

Eratque iustus ac timens Deum, ipse, & tota eius domus: erogabat eleemosynas multas in populum, & in omni tempore precabatur Deum:

Is cernebat Angelum Dei per visum manifeste circiter ad nonam horam interdiu, qui venerat ad eum, & dixit ei: Cornel.

At ille intuitus est eum, timuitque, & ait: Quid est Domine mi? Et dixit ei Angelus: Preces tuæ & tuæ eleemosynæ ascenderunt in memoriam coram Deo.

Nunc itaque mitte aliquos in Ioppi ciuitatem, & accersi Schemeoun qui vocatur Kepho.

Iste diuersatur in ædibus Schemeoun, corriarij illius, qui degit iuxta mare.

Quumque discessisset Angelus qui alloquebatur eum, vocauit duos seruos suos, & ministrum quendam timentem Deum qui quidem ipsius erat studiosus.

Et rem omnem ei quicquid viderat, misit eos in Ioppi.

** Postero autem die quum illi pergerent in via, & appropinquarent ciuitati, Schemeoun conscendit tectum, ut precaretur hora sexta.* — Apostolorum.

Esurijt autem, volebatque manducare. Quumque illi pararent ei, excidit in eum mentis excessus.

Et inspexit cælos apertos, & vas quoddam demissum quatuor angulis, eratque simile lintео magno, & protrahebatur a cælo in terram.

Erat autem in eo omne genus animantium quadrupedum, & reptilia terræ, & volucres cæli.

Vocque permenit ad eum, dicens: Schemeoun surge, macta, & manduca.

Transl. B. Ariæ Mont.

Inuenit autem ibi hominem quendam Aeneam nomine, ab annis octo iacentem in grabbato, qui erat paralyticus.

Et ait illi: Petrus: Aenea, sanet te Iesus Christus surge & sterne tibiipsi. Et continuò surrexit.

Et viderunt eum omnes habitantes Lyddæ & Saronæ: qui conuersi sunt ad Dominum.

In Ioppe autem quædam erat discipula nomine Tabitha, quæ interpretata dicitur Dorcas. Hæc erat plena bonis operibus & eleemosynis quas faciebat.

Factum est autem in diebus illis, infirmatam eam mori. Lauantes autem eam, posuerunt in cœnaculo.

Prope autem existente Lydda Ioppe, discipuli audientes quia Petrus est in ea, miserunt duos viros ad eum, rogantes, non pigritari venire vsque ad ipsos.

Surgens autem Petrus, simul venit illis. Quem aduenientem, duxerunt in cœnaculum: & adstiterunt ei omnes viduæ flentes, & ostendentes tunicas & vestes quas faciebat cum illis existens Dorcas.

Eiiciens autem foras omnes Petrus, ponens genua orauit, & conuersus ad corpus, dixit: Tabitha, resurge, illa verò aperuit oculos suos: & videns Petrum resedit.

Dans autem illi manum, erexit eam. vocans autem sanctos & viduas, stitit eam viuam.

Notum autem factum est per vniuersam Ioppen: & multi crediderunt in Dominum.

Factum est autem dies multos manere eum in Ioppe, apud quendam Simonem coriarium.

CAP. X.

VIr autem quidam erat in Cæsarea, nomine Cornelius, Centurio ex cohorte vocata Italica:

Pius & timens Deum, cum omni domo sua, faciensque eleemosynas multas plebi, & deprecans Deum per omne.

Vidit in visu manifestè, quasi horam nonam diei, angelum Dei inroeuntem ad se, & dicentem ei: Corneli.

Ille autem attendens ei, & pauefactus dixit: Quid est Domine? Dixit aũt illi: Orationes tuæ & eleemosynæ tuæ ascenderũt in memoriã in conspectu Dei.

Et nunc mitte in Ioppen viros, & accerse Simonem quendam, qui cognominatur Petrus.

Hic hospitatur apud quendam Simonem coriarium, cui est domus iuxta mare. Hic dicet tibi quid te oporteat facere.

Vt autem discessit angelus ille loquens Cornelio, vocatis duobus famulis suis, & milite pio assistentium ei:

Et expositis illis omnibus, misit illos in Ioppen.

At postridie iter facientibus illis, & ciuitati appropinquantibus, ascendit Petrus supra domum precari, circa horam sextam.

Factus est autem esuriẽs, & voluit gustare. Parantibus autem illis, cecidit super eum mentis excessus:

Et spectat cælum apertum, & descendens super se vas quoddam velut linteum magnum, quatuor initiis vinctum, & demissum in terram:

In quo erant omnia quadrupedia terræ, & feræ, & reptilia, & volatilia cæli.

Et facta est vox ad eum: Surgens Petre, occide & manduca.

Transl. Erasm. Roterod.

33 *Reperit autem ibi hominem quendam nomine Aeneam annis iam octo decumbentem in grabato, qui erat paralyticus.*

34 *Et ait illi Petrus: Aenea, sanet te dominus Iesus Christus. Surge, & sterne tibiipsi. Et continuo surrexit.*

35 *Et viderunt eum omnes qui habitabant Lyddæ & Assarone, qui conuersi sunt ad dominum.*

36 *Ioppe autem fuit quædam discipula nomine Tabitha, quæ interpretata dicitur Dorcas. Hæc erat plena operibus bonis & eleemosynis quas præstabat.*

37 *Factum est autem in diebus illis, vt infirmata moreretur. Quam cum lauissent, posuerunt in cœnaculo.*

38 *Cum autem vicina esset Lydda Ioppæ, ac discipuli audissent, quod Petrus esset in ea, miserunt ad eum, rogantes, ne grauaretur venire vsque ad se.*

39 *Exurgens autem Petrus, venit cum illis. Et cum aduenisset, duxerunt illum in cœnaculum, & circunsteterunt illum omnes viduæ flentes, & ostendentes tunicas vestesq; quas faciebat cum esset cum ipsis Dorcas.*

40 *Eiectis autem omnibus foras, Petrus positis genibus orauit, & conuersus ad corpus, dixit: Tabitha, surge. At illa aperuit oculos suos, visoq; Petro, resedit.*

41 *Data autem illi manu, erexit eam, & cum vocasset sanctos ac viduas, exhibuit eam viuam.*

42 *Id autem innotuit per totam Ioppen, & crediderunt multi in Dominum.*

43 *Factum est autem vt dies multos maneret Ioppæ apud Simonem quendam coriarium.*

CAP. X.

1 *VIr autem quidam erat Cæsareæ, nomine Cornelius, centurio ex cohorte, quæ dicitur Italica,*

2 *Religiosus ac timens Deum cum tota domo sua, præstans eleemosynas multas plebi, deprecansq; Deum semper.*

3 *Is vidit per visum manifestè fermè hora diei nona angelum Dei introeuntem ad se, dicentemq; sibi: Corneli.*

4 *At ille intuens eum, ac timore correptus, dixit: Quid est Domine? Dixit autem illi: Orationes tuæ & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam coram Deo.*

5 *Et nunc mitte viros Ioppen, & accerse Simonem qui cognominatur Petrus.*

6 *Hic diuersatur apud Simonem quendam coriarium, cui est domus iuxta mare. Hic dicet tibi, quid te oporteat facere.*

7 *Et cum discessisset angelus qui loquebatur illi, vocauit duos famulos suos, & militem religiosum ex his qui sibi adhærebant.*

8 *Quibus cum narrasset omnia, misit illos Ioppen.*

9 *Postridie vero facientibus illis iter & appropinquantibus ciuitati, ascendit Petrus in superiora domus, vt oraret, circa horam sextam.*

10 *Et cum esuriret, voluit gustare cibum. Parantibus autem illis, irruit super eum mentis excessus.*

11 *Et videt cœlum apertum, ac descendens ad se vas quoddam velut linteum magnum, quatuor initiis alligatum, summitti è cœlo in terram,*

12 *In quo erant omnia quadrupedia terræ bestiaq; & reptilia, & volatilia cœli.*

13 *Et facta est vox ad eum: Surge Petre, macta & vescere.*

Vulgat. Editio.

Ait autem Petrus: Absit Domine, quia nunquam manducaui omne commune,& immundum. 14

Et vox iterum secundo ab eum: Quod Deus purificauit,tu commune ne dixeris. 15

Hoc autem factum est per ter:& statim receptum est vas in cœlum. 16

Et dum intra se hæsitaret Petrus quidnam esset visio,quam vidisset:ecce viri,qui missi erant à Cornelio, inquirentes domum Simonis, astiterunt ad ianuam. 17

Et cum vocassent,interrogabant,si Simon,qui cognominatur Petrus,illic haberet hospitium. 18

Petro autem cogitante de visione dixit Spiritus ei:Ecce viri tres quærunt te. 19

Surge itaque, descende, & vade cum eis nihil dubitans:quiâ ego misi illos. 20

Descendens autem Petrus ad viros,dixit:Ecce ego sum, quem quæritis: quæ causa est, propter quam venistis? 21

Qui dixerunt: Cornelius Centurio, vir iustus,& timens Deum, & testimonium habens ab vniuersa gente Iudæorum,responsum accepit ab Angelo sancto accersire te in domum suam, & audire verba abs te. 22

Introducens ergo eos, recepit hospitio. Sequenti autem die surgens profectus est cum illis:& quidam ex fratribus ab Ioppe comitati sunt eum. 23

Altera autem die introiuit Cæsaream. Cornelius vero expectabat illos, conuocatis cognatis suis,& necessarijs amicis. 24

Et factum est cum introisset Petrus, obuius venit ei Cornelius,& procidens ad pedes eius adorauit. 25

Petrus vero eleuauit eum,dicens: Surge,& ego ipse homo sum. 26

Et loquens cum illo intrauit, & inuenit multos, qui conuenerant. 27

Dixit ad illos: Vos scitis quomodo abominatum sit viro Iudæo coniungi, aut accedere ad alienigenam:sed mihi ostendit Deus,neminem communem aut immundum dicere hominem. 28

Propter quod sine dubitatione veni accersitus. Interrogo ergo,quam ob causam accersistis me? 29

Et Cornelius ait: A nudiusquarta die vsque ad hanc horam, orans eram hora nona in domo mea, & ecce vir steterit ante me in veste candida,& ait: 30

Corneli, exaudita est oratio tua, & eleemosynæ tuæ commemoratæ sunt in conspectu Dei. 31

Mitte ergo in Ioppen,& accersi Simonem,qui cognominatur Petrus: hic hospitatur in domo Simonis coriarij iuxta mare. 32

Confestim ergo misi ad te: & tu bene feceris veniendo. Nunc ergo omnes nos in conspectu tuo adsumus audire omnia quæcumque tibi præcepta sunt à Domino, 33

Aperiens autem Petrus os suum dixit: in veritate comperi*quia non est personarum acceptor Deus. 34

Sed in omni gente,qui timet eum,& operatur iustitiam,acceptus est illi. 35

Verbum misit Deus filijs Israel, annuncians pacem per Iesum Christum: (hic est omnium Dominus) 36

Vos scitis quod factum est verbum per vniuersam Iudæam:incipiens enim à Galilæa post baptisma,quod prædicauit Ioannes. 37

*Deu.10. 17. 2.Par.19. 7. Iob34.19 Sap.6.8. Eccl.35. 16. Ro.2.11. Gal.2.6. Eph.6.9. Col.3.25. 1.Pet.1. 17.

*Luc.4. 14.

Transl. ex Syriac.

At Schemeoun dixit: Absit Domine mi,quia nunquam comedi quicquam commune,& immundum. 14

Et iterum secunda vice vox exitit ad eum: Ea quæ Deus mundauit,tu ne profanes. 15

Hoc autem factum est tribus vicibus: & sublatum est vas in cœlum. 16

Quumque miraretur Schemeoun apud se quænam esset illa visio quam viderat,accesserunt viri illi,qui missi fuerant à Cornelio,& percontati sunt de domo in qua diuersabatur Schemeoun. 17

Venerunt itaque, & substiterunt pro foribus atrij, & euocauerunnt inde quempiam,ac percontati sunt an Schemeoun qui vocatur Kipho,illic diuersaretur. 18

Quumque Schemeoun meditaretur visionem, dixit ei Spiritus: Ecce tres viri quærunt te. 19

Surge,descende,& proficiscere cum iis,nihil mente tua ambigens,quandoquidem misi eos. 20

Tunc descendit Schemeoun ad viros illos,& dixit eis:Is sum quem quæritis:qua causa est propter quam venistis? 21

Cui dicunt:Vir quidam est nomine Cornelius centurio timens Deum,ac de quo honorificum *fert testimonium tota gens Iehoudæorum, cui dictum est per visionem ab Angelo sancto,vt mittens introducat te domum suam, & audiat sermonem tuum à te.* 22

Et introduxit eos Schemeoun, eosque excepit hospitio. Proinde surrexit postero die,exijt que,& profectus est cum eis, & comitatus est eos vnusquisque ex fratribus Ioppensibus. 23

Posti die verò ingressi sunt Cæsaream. Cornelius autem præstolabatur eos congregatis ad se omnibus filijs cognationis suæ,nec non amicis,& necessarijs quos habebat. 24

Quumque introiret Schemeoun, occurrit ei Cornelius, & procidens ad pedes eius,adorauit. 25 *Feria iij præcedente Ieiunii.

Schemeoun autem erexit eum,ac dixit ei: Surge,& ego ipse homo sum. 26

Quumque colloqueretur ei, introijt, & reperit multos qui conuenerant illic. 27

Et dixit eis:Vos scitis non licere viro Iehoudæo sese adiungere homini extraneo, qui non sit filius generationis suæ:mihi verò Deus indicauit vt neminem dicerem pollutum aut profanum. 28

Quamobrem expedi è veni quum misissetis post me {ad me:} *verum rogo vos,quam ob causam misistis ad me?* 29

Dixit autem ei Cornelius: Quatuor sunt dies etiam nunc, ex quo ecce ieiunus sum, & hora nona quum precarer domi meæ,adstitit vir quidam coram me albis indutus,dixitque mihi: 30

Corneli, exaudita est oratio tua,& de eleemosynis tuis commemoratio fuit coram Deo. 31

Proinde mitte ad Iouppi ciuitatem, & accerse Schemeoun,qui vocatur Kipho:ecce diuersatur in domo Schemeoun coriarij iuxta littus maris,qui quum venerit, colloquetur tibi. 32

Exemplo igitur misi ad te: & tu bene feceris qui adueneris. Nunc itaque nos omnes coram te adsumus, volumusque audire quicquid tibi inuentum est à Deo. 33

Aperuit autem Schemeoun os suum,& ait:In veritate comprehendo Deum,non esse acceptorem vultus. 34 Feria iiij præcedente Ieiunium

Sed in omnibus gentibus quicunque timet eum,& operatur quod rectum est,is acceptus est ei. 35

Est enim verbum illud quod misit ad filios Israel; & annuntiauit pacem, & requiem per Ieschua Meschicho: hic est Dominus omnium. 36

Sed & vos nostis sermonem,qui habitus est in tota Iehoudæa,à Galilæa initio facto,*post baptisma quod prædicauit Iouchanon:* 37

Transl. B. Ariæ Mont.

At Petrus ait: Nequaquam Domine: quia nunquam manducaui omne commune aut immundum.
Et vox iterum ex secundo ad eum: Quę Deus purificauit, tu ne commune dic.
Hoc autem factum est per ter. Et rursum receptum est vas in cælum.
Vt autem in seipso hæsitaret Petrus quidnam esset visio quam vidisset, & ecce viri missi à Cornelio, inquirentes & discentes domum Simonis, astiterunt ad vestibulum.
Et vocantes interrogabant si Simon cognominatus Petrus, illic hospitatur.

At Petro cogitante de visione, dixit ei Spiritus: Ecce viri tres quærunt te.
Sed surgens descende, & vade cum eis, nihil ambigens, quia ego misi illos.
Descendens autem Petrus ad viros missos à Cornelio, dixit ad ipsos: Ecce ego sum quem quæritis. quæ causa propter quam adestis?
Ii verò dixerunt: Cornelius centurio, vir iustus & timens Deum, testimonio ornatusque ab turba gentis Iudæorum, diuinitus admonitus est ab angelo sancto accersiri te in domum suam, & audire verba abs te.
Introuocans ergo eos, recepit hospitio. At sequenti die Petrus exiit cum illis: & quidam fratrum ab Ioppe comitati sunt eum.

Et altera die introierunt in Cæsaream. At Cornelius erat expectans eos, conuocans cognatos suos, & necessarios amicos.

Vt autem factum est ingredi Petrum, occurrens ei Cornelius: procidens ad pedes adorauit.
At Petrus eleuauit eum, dicens: Surge: & ego ipse homo sum.
Et colloquens ei intrauit: & inuenit conuentos multos:
Dixitque ad illos: Vos scitis vt nefas est viro Iudæo coniungi aut accedere alienigenæ. Et mihi Deus ostendit neminem communem aut immundum dicere hominem.
Ideo & incontradicenter veni accersitus. Interrogo ergo, cui causæ accersitis me?

Et Cornelius ait: A nudiusquarta die, vsque ad hanc horam eram ieiunans, & nona hora orans in domo mea: & ecce vir stetit ante me in veste splendida: Et ait:
Corneli, exaudita est tua oratio: & eleemosynæ tuæ commemoratæ sunt in conspectu Dei.
Mitte ergo in Ioppen, & accerse Simonem, qui cognominatur Petrus: hic hospitatur in domo Simonis coriarij iuxta mare, qui aduenies loquetur tibi.
Ex eadem ergo misi ad te: tuque bene feci fti aduenies. Nunc ergo omnes nos coram Deo adsumus, audire omnia præcepta tibi à Deo.

Aperiens autem Petrus os, dixit: In veritate deprehendo quia non est personarum acceptor Deus:
Sed in omni gente timens eum, & operans iustitiam, acceptus illi est.
Verbum quod misit filiis Israel, annuntians pacem per Iesum Christum: (hic est omnium Dominus.)
Vos scitis factum verbum per vniuersam Iudæam, inceptum à Galilæa, post baptismum quod prædicauit Ioannes:

Transl. Erasm. Roterod.

Ait autem Petrus: Nequaquam domine, quia nunquam edi quicquam commune & immundum.
Et vox rursus iterum ad eum: Quæ Deus purificauit, tu communia ne dixeris.
Hoc autem factum est tertio. Et rursum receptum est vas in cælum.
Et dum apud sese hæsitaret Petrus, quanam esset visio quam vidisset, ecce viri qui missi erant à Cornelio, percontati de domo Simonis, astiterunt ad ianuam.

Et euocato quopiam interrogabant an Simon qui cognominaretur Petrus, illic haberet hospitium.

Petro vero cogitante de visione, dixit Spiritus ei: Ecce viri quærunt te.
Surge itaque & descende, & vade cum eis, nihil hæsitans, propterea quod ego misi illos.
Descendens autem Petrus ad viros, qui missi erant à Cornelio ad ipsum, dixit: Ecce ego sum ille quem quæritis. Quæ causa est propter quam venistis?
Qui dixerunt: Cornelius centurio, vir iustus ac timens Deum & testimonium habens ab vniuersa gente Iudæorum, oraculo admonitus est ab angelo sancto, vt accerseret te in domum suam, & audiret verba abs te.

Intro vocatos igitur eos, recepit hospitio. Sequenti vero die Petrus profectus est cum illis, & quidam ex fratribus Ioppensibus comitati sunt eum.

Postridie vero introierunt Cæsaream. Porrò Cornelius expectabat illos, conuocatis cognatis suis, ac necessariis amicis.

Vt autem factum est vt introiret Petrus, obuiam progressus ei Cornelius, ac procidens ad pedes, adorauit eum.
Petrus vero erexit eum, dicens: Surge, & ego ipse homo sum.
Et colloquens cum illo, intrauit, & offendit multos qui conuenerant,
Dixitq; ad illos: Vos scitis, non esse fas viro Iudæo coniungi aut accedere ad alienigenam: sed mihi ostendit Deus, ne quem communem aut immundum dicerem hominem
Quapropter & incunctanter veni accersitus. Interrogo ergo, quam ob causam accersitis me?

Et Cornelius ait: Die abhinc quarta vsque ad hanc horam, sedebam ieiunus, & hora nona precabar in domo mea, & ecce vir stetit ante me in veste splendida, & ait:

Corneli exaudita est deprecatio tua, & eleemosynæ tuæ in memoria habitæ sunt coram Deo.
Mitte ergo qui eant Ioppen, & accerse Simonem qui cognominatur Petrus, hic diuersatur in ædibus Simonis coriarij iuxta mare, qui simulatq; venerit loquetur tibi.

Confestim ergo misi ad te, & tu bene fecisti qui aduenieris. Nunc ergo omnes nos, teste Deo, adsumus, vt audiamus omnia quæcunque tibi præcepta sunt à Deo.

Aperiens autem Petrus os, dixit: Re ipsa comperio, quod non sit personarum respectus apud Deum.
Sed in quauis gente, qui timet ipsum & operatur iustitiam, is acceptus est illi.
Sermonem quem misit Deus filiis Israel, annuncians pacem per Iesum Christum, hic est omnium dominus.

Ipsi nostis, de quo sermone fama diuulgatum fuit in tota Iudæa, rumore primum orto à Galilæa, post baptisma quod prædicabat Ioannes,

Vulgat. Editio.

Iesum à Nazareth: quomodo unxit eum Deus Spiritu sancto & virtute, qui pertransiit benefaciendo, & sanando omnes oppressos à diabolo, quoniam Deus erat cum illo.

39 Et nos testes sumus omnium quæ fecit in regione Iudæorum, & Ierusalem, quem occiderunt suspendentes in ligno.

40 Hunc Deus suscitavit tertia die, & dedit eum manifestum fieri,

41 Non omni populo, sed testibus præordinatis à Deo nobis, qui manducavimus, & bibimus cum illo postquam resurrexit à mortuis.

42 Et præcepit nobis prædicare populo, & testificari, quia ipse est, qui constitutus est à Deo iudex vivorum, & mortuorum.

43 Huic omnes prophetæ testimonium perhibent remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnes, qui credunt in eum.

44 Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit Spiritus sanctus super omnes, qui audiebant verbum.

45 Et obstupuerunt ex circumcisione fideles, qui venerant cum Petro, quia & in nationes gratia Spiritus sancti effusa est.

46 Audiebant enim illos loquentes linguis, & magnificantes Deum.

47 Tunc respondit Petrus: Numquid aquam quis prohibere potest ut non baptizentur hi, qui Spiritum sanctum acceperunt sicut & nos?

48 Et iussit eos baptizari in nomine Domini Iesu Christi. Tunc rogaverunt eum ut maneret apud eos aliquot diebus.

CAP. XI.

1 Audierunt autem Apostoli, & fratres, qui erant in Iudæa: quoniam & Gentes receperunt verbum Dei.

2 Cum autem ascendisset Petrus Ierosolymam, disceptabant adversus illum, qui erant ex circumcisione.

3 Dicentes: Quare introisti ad viros præputium habentes, & manducasti cum illis?

4 Incipiens autem Petrus exponebat illis ordinem, dicens:

5 Ego eram in civitate Ioppe orans, & vidi in excessu mentis visionem, descendens vas quoddam velut linteum magnum quatuor initiis summitti de cælo, & venit usque ad me.

6 In quod intuens contemplabar, & vidi quadrupedia terræ, & bestias, & reptilia, & volatilia cæli.

7 Audivi autem & vocem dicentem mihi: Surge Petre, occide, & manducа.

8 Dixi autem: Nequaquam Domine: quia commune aut immundum numquam introivit in os meum.

9 Respondit autem vox secundo de cælo: Quæ Deus mundavit, tu ne commune dixeris.

10 Hoc autem factum est per ter: & recepta sunt omnia rursum in cælum.

11 Et ecce viri tres confestim astiterunt in domo, in qua eram, missi à Cæsarea ad me.

12 Dixit autem Spiritus mihi, ut irem cum illis, nihil hæsitans. Venerunt autem mecum & fratres hi, & ingressi sumus in domum viri.

13 Narravit autem nobis, quomodo vidisset Angelum in domo sua, stantem & dicentem sibi: Mitte in Ioppen, & accerse Simonem, qui cognominatur Petrus.

Transl. ex Syriac.

Super Iesu Nazarenum: quem Deus unxit Spiritu sanctitatis, & virtute, & is est qui pertransibat regionem, & sanabat eos qui à diabolo fuerant oppressi, quoniam Deus erat cum eo.

Nos quoque summus testes de omnibus, quæ edidit in omnem terram Iudææ, & Ierusalem, hunc ipsum suspenderunt Iudæi in ligno et eum occiderunt.

Et hunc suscitavit Deus: tertia die deditque ei ut videretur palam:

Non quidem toti populo, sed nobis qui à Deo electi sumus, et fuimus ei testes, qui comedimus cum eo et bibimus post resurrectionem eius à mortuis. (à mortuis.)

Præcepit autem nobis ut prædicaremus, et testaremur populo, eum esse qui definitus sit à Deo iudex vivorum, & mortuorum.

Et de eo testati sunt omnes Prophetæ, ut quisquis crediderit per nomen eius, recipiat remissionem peccatorum.

Quumque ipse Schemeum loqueretur hæc sermones, Spiritus sanctitatis irruit in eos omnes qui audiebant sermonem.

Cæterum mirati sunt, & obstupuerunt fratres illi circumcisi, qui venerant cum eo: quod etiam super gentes donum Spiritus sanctificationis effusum esset.

Audiebant enim eos loquentes linguis, & magnificantes Deum.

Tunc dixit Schemeum: Num aquam quis potest prohibere quo minus baptizentur, isti, qui sicut receperunt Spiritum sanctificationis sicut, & nos?

Tunc præcepit eos baptizari in nomine Domini nostri Iesu Messiæ. Et rogaverunt eum ut permaneret apud se per dies aliquot.

CAP. XI.

1 *Audierunt autem Apostoli, & fratres, qui erant in Iudæa: ipsum etiam Gentes recepisse sermonem Dei.*

2 *Quumque ascendisset Schemeum ad Ierosolymam, increpabant eum ei qui erant ex circumcisione,*

3 *Dicentes: Ad homines præputium habentes introisti, & manducasti cum eis.*

4 *Et exponens ei Schemeum singillatim ad ea verba facta sunt.*

5 *Quum precaremur in Ioppe, vidi per excessum defendere vas quoddam, quasi esset funale magnum, erat que demittebatur quatuor angulis, & demittebatur à cælo, & usque ad me perveniebat.*

6 *Pervasi: Ipsud contemplatus sum, videbamque in eo esse animantia quadrupeda, & reptilia terræ, atque alites cæli.*

7 *Et audivi vocem dicentem mihi: Schemeum surge macta, & manducа.*

8 *Et dixi: Absit Domine quicquid vespertinum intrat in os meum quod immundum sanctum est, & profanum.*

9 *Rursus autem vox dixit mihi e cælo: Quod Deus emundavit, tu ne profanum.*

10 *Id factum est tribus vicibus: & receptum ipsa omnia in cælum.*

11 *Et ecce viri tres confestim astiterunt in domo, in qua eram, missi à Cæsarea, venerunt, fuit enim qui per fenestram eos ad me direxit Iaher.*

12 *Dixit autem mihi Spiritus: Proficiscere cum eis absque hæsitatione. Et venerunt mecum ipsi quoque fratres, et ingressi sumus ædes viri.*

13 *Et recensuit mihi quomodo vidisset domi suæ Angelum adstantem, & dicentem sibi: Mitte ad Ioppen, et accersi Schemeum, qui vocatur Kipha.*

Transl.B.Ariæ Mont.

Iesum illum à Nazareth,vt vnxit eum Deus Spiritu sancto & efficacia, qui pertranſiit benefaciens & ſanans omnes poteſtate oppreſſos à diabolo: quoniam Deus erat cum illo.

Et nos ſumus teſtes omnium quæ fecit inque regione Iudæorum & in Hieruſalem: quem & occiderunt ſuſpendentes in ligno.

Hunc Deus ſuſcitauit tertia die:& dedit eum manifeſtum fieri,

Non omni populo, ſed teſtibus præordinatis à Deo, nobis,qui commanducauimus & combibimus ei,poſt reſurrexiſſe eum ex mortuis.

Et præcepit nobis prædicare populo, & teſtificari quia ipſe eſt ille definitus à Deo iudex viuorum & mortuorum.

Huic omnes Prophetæ teſtantur, remiſsionem peccatorum accipere per nomen eius omnem credentem in eum.

Adhuc loquente Petro verba hæc,cecidit Spiritus ſanctus ſuper omnes audientes verbum.

Et obſtupuerunt qui ex circunciſione fideles quotquot comitati fuerant Petrum, quia & in gentes donum ſancti Spiritus effuſum eſt.

Audiebant enim illos loquentes linguis, & magnificantes Deum.

Tunc reſpondit Petrus: Nunquid aquam prohibere poteſt quis,ad non baptizari hos, qui Spiritum ſanctum acceperunt ſicut & nos?

Iuſſitque eos baptizari in nomine Domini Ieſu. Tunc rogauerunt eum manere dies aliquot.

CAP. XI.

AVdierunt autem Apoſtoli & fratres exiſtentes apud Iudæam, quoniam & Gentes receperunt verbum Dei.

Et cùm aſcendiſſet Petrus in Hieroſolymam, diſceptabant aduerſus illum qui ex circunciſione,

Dicentes:Quòd ad viros præputium habentes ingreſſus es,& commanducaſti eis.

Incipiens autem Petrus, exponebat illis ſecundum ordinem dicens:

Ego eram in ciuitate Ioppe orans: & vidi in exceſſu mentis viſionem: deſcendens vas quoddam velut linteum magnum, quatuor initiis demiſſum ex cælo:& venit vſque ad me:

In quod attendens conſiderabam,& vidi quadrupedia terræ,& beſtias,& reptilia,& volatilia cæli.

Audiui autem vocem dicentem mihi: Surgens Petre,occide,& manduca.

Dixi autem: Nequaquam Domine: quia omne commune aut immundum nunquam introiuit in os meum.

Reſpondit autem mihi vox ex ſecundo de cælo: Quæ Deus mundauit,tu ne communē dixeris.

Hoc autem factum eſt per ter: & rurſum recepta ſunt omnia in cælum.

Et ecce ex eadem tres viri aſtiterunt in domo in qua eram,miſsi à Cæſarea ad me.

Dixit autem mihi Spiritus, ſimul ire illis, nihil ambigentem. Venerunt autem cum me & ſex fratres iſti:& ingreſsi ſumus in domum viri.

Annuntiauitque nobis quomodo vidiſſet angelum in domo ſua ſtantem & dicentem ſibi: Mitte in Ioppen viros, & accerſe Simonem cognominatum Petrum:

Transl.Eraſm.Roterod.

Vt Ieſum Nazarenum vnxerit Deus Spiritu ſancto & virtute, qui obambulauit bene faciendo & ſanando omnes oppreſſos à diabolo,quoniam Deus erat cum illo.

Et nos teſtes ſumus omnium quæ fecit & in regione Iudæorum & Hieroſolymis, quem occiderunt ſuſpenſum in ligno.

Hunc Deus ſuſcitauit tertio die, & exhibuit eum vt manifeſtus fieret,

Non toti populo,ſed teſtibus prius ad hoc delectis à Deo nimirum nobis, qui comedimus ac bibimus vnà cum illo, poſteaquam reſurrexit à mortuis.

Et præcepit nobis vt prædicaremus populo ac teſtificaremur, quod ipſe ſit ille qui conſtitutus erat à Deo iudex viuorum ac mortuorum.

Huic omnes prophetæ teſtimonium ferunt, quod remiſſionem peccatorum accepturus ſit per nomen eius quiſquis crediderit in eum.

Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit Spiritus ſanctus ſuper omnes qui audiebant ſermonem,

Et obſtupuerunt hi qui ex circunciſorum genere credebant,quotquot venerant cum Petro, quod & in gentes donum Spiritus ſancti effuſum eſſet.

Audiebant enim illos loquentes linguis ac magnificantes Deum.

Tunc reſpondit Petrus: Num quis prohibere poteſt quominus aqua baptizentur hi qui Spiritum ſanctum acceperunt ſicut & nos?

Et iuſſit eos baptizari in nomine Domini. Tunc rogauerunt eum,vt remaneret aliquot dies.

CAP. XI.

AVdierunt autem Apoſtoli & fratres qui erant in Iudæa, quod & gentes recepiſſent ſermonem Dei.

Cumq; aſcendiſſet Petrus Hieroſolymam, diſceptabant aduerſus illum qui erant ex circunciſione,

Dicentes: Ad viros præputium habentes introiſti, & ediſti cum illis.

Petrus autem rem ab initio repetens, expoſuit illis ordine,dicens:

Ego eram in ciuitate Ioppe orans, & vidi raptus extra me viſionem, deſcendere vas quoddam, ceu linteum magnum, quatuor initiis emiſſum à cælo & venit vſque ad me.

In quod cum intendiſſem oculos, animaduerti & vidi quadrupedia terræ & beſtias & reptilia, & volatilia cæli.

Audiui autem & vocem, dicentem mihi: Surge Petre, macta & veſcere.

Dicebam autem: Nequaquam Domine,quia nihil commune aut immundum vnquam introiuit in os meum.

Reſpondit autem mihi vox rurſum è cælo: quæ Deus mundauit,tu ne communia dixeris.

Idq; accidit tertio, & rurſum omnia ſubducta ſunt in cælum.

Et ecce extemplo tres viri præſto aderant in ædibus in quibus eram,è Cæſarea miſſi ad me.

Dixerat autem mihi Spiritus, vt congrederer cum illis, nihil hæſitans.Porrò comitati me ſunt & ſex fratres hi.Et ingreſſi ſumus in domum viri.

Iſq; retulit nobis, vt vidiſſet angelum domi ſuæ, qui aſtitiſſet ac dixiſſet ſibi: Emitte viros Ioppen, & accerſe Simonem cognomento Petrum,

Vulgat. Editio.

Qui loquetur tibi verba, in quibus saluus eris tu, & vniuersa domus tua.

Cum autem cœpissem loqui, cecidit Spiritus sanctus super eos, sicut & in nos in initio.

Recordatus sum autem verbi Domini, sicut dicebat:* Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu sancto.

Si ergo eandem gratiam dedit illis Deus, & sicut & nobis, qui credidimus in Dominum Iesum Christum: ego quis eram, qui possem prohibere Deum?

His auditis, tacuerunt: & glorificauerunt Deum, dicentes: Ergo & Gentibus pœnitentiam dedit Deus ad vitam.

Et illi quidem, qui dispersi fuerant à tribulatione, quæ facta fuerat sub Stephano, perambulauerunt vsque Phœnicen, & Cyprum, & Antiochiam, nemini loquentes verbum, nisi solis Iudæis.

Erant autem quidam ex eis viri Cyprij, & Cyrenæi, qui cum introissent Antiochiam, loquebantur & ad Græcos, annunciantes Dominum Iesum.

Et erat manus Domini cum eis: multusque numerus credentium conuersus est ad Dominum.

Peruenit autem sermo ad aures Ecclesiæ, quę erat Ierosolymis super istis: & miserunt Barnabam vsque ad Antiochiam.

Qui cum peruenisset, & vidisset gratiam Dei, gauisus est: & hortabatur omnes in proposito cordis permanere in Domino:

Quia erat vir bonus, & plenus Spiritu sancto, & fide. Et opposita est multa turba Domino.

Profectus est autem Barnabas Tarsum, vt quæreret Saulũ: quem cũ inuenisset, perduxit Antiochiã.

Et annum totum conuarsati sunt ibi in Ecclesia: & docuerunt turbam multam, ita vt cognominarentur primum Antiochiæ discipuli, Christiani.

In his autem diebus superuenerunt ab Ierosolymis Prophetæ Antiochiam:

Et surgens vnus ex eis nomine Agabus, significabat per Spiritum famem magnam futuram in vniuerso orbe terrarum, quæ facta est sub Claudio.

Discipuli autem, prout quis habebat, proposuerunt singuli in ministerium mittere habitantibus in Iudæa fratribus.

Quod & fecerunt, mittentes ad seniores per manus Barnabæ, & Sauli.

* Sup. 1. 5. Mat. 3. 11. Mar. 1. 8. Luc. 3. 16. Ioa. 1. 26. Inf. 19. 4.

CAP. XII.

EOdem autem tempore misit Herodes rex manus, vt affligeret quosdam de Ecclesia.

Occidit autem Iacobum fratrem Ioannis gladio.

Videns autem quia placeret Iudæis, apposuit vt apprehenderet & Petrum. Erant autem dies Azymorum.

Quem cum apprehendisset, misit in carcerem, tradens quattuor quaternionibus militum custodiendum, volens post Pascha producere eum populo.

Et Petrus quidem seruabatur in carcere. Oratio autem fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pro eo.

Cum autem productus eum esset Herodes, in ipsa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites, vinctus catenis duabus: & custodes ante ostium custodiebant carcerem.

Transl. ex Syriac.

14 *Et ille colloquetur tibi sermones quibus seruaberis tu & tota domus tua.*

15 *Quumque exorsus essem loqui, obtexit eos Spiritus sanctitatis, tanquam & nos à principio.*

16 *Proinde recordatus sum sermonis Domini nostri, quum diceret: Iouchanon quidem baptizauit aqua; vos autem baptizabimini Spiritu sanctitatis.*

17 *Si ergo Deus æquè dedit illud donum Gentibus illis quæ crediderunt in Dominum nostrum Ieschua Meschicho, sicut & nobis: ego quis eram qui sufficerem ad prohibendum Deum?*

18 *Quumque hos sermones audissent, quieuerunt, & glorificauerunt Deum, ac dicebant: Iam etiam Gentibus Deus dedit pœnitentiam ad vitam.*

19 * *Illi autem qui dispersi fuerant ex oppressione quæ contigerat ob Stephanum, peruenerant vsque in Phœniciam, atque in regionem Cypri, & in Antiochiam; nemini loquentes sermonem Dei, nisi tantùm Iihoudæis.* * Feria sexta præcedēte Lætania.

20 *Erant autem ex eis quidam ex Cypro, & Cyrene, isti introibant Antiochiam, & colloquebantur Græcis, atque euangelizabant super Domino nostro Ieschua.*

21 *Erat porrò cum eis manus Domini: multiq; crediderunt, & conuersi sunt ad Dominum.*

22 *Peruenit autem hic rumor ad aures filiorum Ecclesiæ quæ erat in Ourischlem: proinde miserunt Barnabba in Antiochiam.*

23 *Quumque illuc peruenisset, essetque conspicatus gratiam Dei, gauisus est; & efflagitabat ab eis vt toto corde suo adhærerent Domino nostro.*

24 *Quandoquidem vir bonus erat, & plenus Spiritu sanctitatis & fide. Caterùm adiunxit sè populus multus ad Dominum nostrum.*

25 *Ille autem exijt in Tarsum vt requireret Schoual.*

26 *Quumque cum inuenisset, adduxit secum Antiochiam. Totoque anno simul congregabantur in Ecclesia, docebantque plebem multam. Ex eo autem principio vocati sunt in Antiochia discipuli Christiani.*

27 *Et in diebus illis venerunt ex Ourischlem illuc Prophetæ.*

28 *Surrexitque vnus ex eis, cui nomen erat Agabus, patefecitque eis per Spiritum famem ingentem futuram in tota terra. Et fuit hæc fames in diebus Claudij Cæsaris.*

29 *Enimuerò discipuli, prout suppetebat vnicuique eorum, decreuerunt mittere subsidium fratribus illis qui habitabant in Iihoudæa.*

30 *Itaque miserunt per manum Barnabba & Schoual ad Presbyteros qui illic erant.*

CAP. XII.

1 POrrò in illo tempore iniecit manus in quosdam qui erant in Ecclesia, vt malè acciperet eos; Heroudes ille rex, qui cognominatus est Agripus. Sabbatho præcedēte Iciunium.

2 *Trucidauit autem gladio Iaakoub fratrem Iouchanon.*

3 *Quumque vidisset hoc placuisse Iihoudæis, pergebat comprehendere etiam Schemeoun Kipho. (Erant autem dies Azymorum.)*

4 *Itaque prehendit eum, & coniecit in carcerem; eumque tradidit sexdecim militibus custodiendum, vt post Pezcho traderet eum populo Iihoudæorum.*

5 *Quumque ipse Schemeoun custodiretur in carcere, preces assiduæ pro eo offerebantur ab Ecclesia Deo.*

6 *Et in illa ipsa nocte, cuius diluculo tradendus erat, dum dormiret Schemoeun inter duos milites, vinctusque esset duabus catenis, & alij custodirent fores carceris:*

Transl. B. Ariæ Mont.

Qui loquetur verba ad te, in quibus saluus eris tu, & vniuersa domus tua.

In vero incipere me loqui, cecidit Spiritus sanctus super eos, sicut & in nos in initio.

Recordatus sum autem verbi Domini, sicut dicebat: Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini in Spiritu sancto.

Si ergo per donum dedit illis Deus, sicut & nobis credentibus in Dominum Iesum Christum, ego autem quis eram potens prohibere Deum?

Audientes autem hæc, tacuerunt: & glorificauerunt Deum, dicentes: Nempe & gentibus Deus pœnitentiam dedit ad vitam.

Illi quidem igitur dispersi à tribulatione facta in Stephano, perambulauerunt vsque ad Phœnicen, & Cyprum, & Antiochiam, nemini loquentes verbum, si non solùm Iudæis.

Erant autem quidam ex eis viri Cyprij, & Cyrenæi: qui introeuntes in Antiochiam, loquebantur ad Græcos, euangelizantes Dominum Iesum.

Et erat manus Domini cum eis ad sanandum eos: multusq; numerus credẽs cõuersus est ad Dominũ.

Auditus est autem sermo ad aures Ecclesiæ quæ in Hierosolymis, super istis: & miserunt Barnabam venire in Antiochiam.

Qui aduenies, & videns gratiam Dei, gauisus est: & hortabatur omnes proposito cordis permanere Domino:

Quia erat vir bonus, & plenus Spiritu sancto & fide. Et apposita est turba multa Domino.

Profectus est autẽ in Tarsum Barnabas requirere Saulũ: Et inueniens eum, duxit eum in Antiochiam.

Factum est autem eos annum totum conuenire in Ecclesia: & docere turbam multam: appellarique primùm in Antiochia discipulos, Christianos.

In his autem diebus descenderunt ab Hierosolymis Prophetæ in Antiochiam.

Surgens autem vnus ex eis nomine Agabus, significabat per Spiritum famem magnam futuram in vniuersam habitatam: quæ & facta est sub Claudio Cæsare.

At Discipulorum prout bene agebat quis, decreuerunt singuli eorum in ministerium mittere habitantibus in Iudæa fratribus.

Quod & fecerunt, mittentes ad seniores per manum Barnabæ & Sauli.

CAP. XII.

PEr illud autem tempus iniecit Herodes rex manus male tractare quosdam de Ecclesia.

Occidit autem Iacobum fratrem Ioannis gladio.

Et videns quod gratum est Iudæis, apposuit apprehendere & Petrum. Erant autem dies azymorum.

Quem & prehendens misit in custodiam, tradens quatuor quaterniónibus militum custodire eum: volens post Pascha producere eum populo.

Ille quidem igitur Petrus seruabatur in custodia. Oratio autem erat assidua facta ab Ecclesia ad Deum de eo.

Cum autem futurus esset producere eum Herodes, nocte ipsa erat Petrus dormiens inter duos milites, vinctus catenis duabus: custodesq; ante ostium obseruabant custodiam.

Transl. Erasm. Roterod.

Qui tibi ea dicturus est, per quæ seruetis & tu & vniuersa domus tua.

Cum aut exorsus essem sermonẽ, illapsus est Spiritus sanctus in illos, quemadmodũ & in nos fuerat illapsus initio.

Veniebat autem in mentem quod dixerat Dominus: Ioannes quidem baptizauit aqua, cæterum vos baptizabimini Spiritu sancto.

Proinde si par donum dedit illis Deus, quemadmodum & nobis cum credidissemus in Dominum Iesum Christum: ego porrò quis eram qui possem obsistere Deo?

His autem auditis obticuerunt, & glorificauerunt Deum, dicentes: Igitur & Gentibus Deus pœnitentiam concessit ad vitam.

Et illi quidem qui dispersi fuerant ex afflictione quæ orta fuerat ob Stephanum, perambulauerunt vsque ad Phœnicen, & Cyprum & Antiochiam, nemini loquentes sermonem illum, nisi solis Iudæis.

Erant autem quidam ex eis viri Cyprij & Cyrenenses, qui cum introissent Antiochiam, loquebantur ad Græcos, prædicantes Dominum Iesum.

Et erat manus Domini cum eis, multusq; numerus credentium conuersus est ad Dominum.

Peruenit autem rumor ad aures Ecclesiæ, quæ erat Hierosolymis super his, & miserunt Barnabam vt iret ad Antiochiam.

Qui cum peruenisset, & vidisset gratiam Dei, gauisus est, & hortabatur omnes, vt proposito cordis perseuerarent adhærere Domino.

Nam erat vir bonus, ac plenus Spiritu sancto & fide. Et addita est multa turba Domino.

Profectus est autem Barnabas Tarsum, vt quæreret Saulum, quem cum inuenisset, perduxit Antiochiam,

Accidit autem vt annum totum consuetudinem agerent cum ea congregatione, docerentq; turbam multam, & discipuli cognominarentur primum Antiochiæ Christiani.

In his autem diebus superuenerunt ab vrbe Hierosolymorum Prophetæ Antiochiam.

Surgensque vnus ex eis nomine Agabus, significabat per Spiritum, famem magnam futurãm in toto terrarum orbe, quæ accidit sub Claudio Cæsare.

Discipuli autem prout cuique suppetebat, proposuerunt in subsidium mittere habitantibus in Iudæa fratribus,

Quod & fecerunt, mittentes ad senieres per manum Barnabæ ac Sauli.

CAP. XII.

EOdem autem tempore iniecit Herodes rex manus, vt affligeret quosdam de Ecclesia.

Occidit autem Iacobum fratrem Ioannis gladio.

Videns autem quod gratum esset Iudæis, perrexit comprehendere & Petrum. Erant autem dies Azymorum.

Quem cum etiam apprehendisset, posuit in carcerem, tradens quatuor quaterniónibus militum asseruandum, volens post Pascha producere eum populo.

Et Petrus quidem seruabatur à carcere. Cæterum precatio fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pro eo.

Cum autem producturus eum esset Herodes, in ipsa nocte dormiebat Petrus inter duos milites, vinctus catenis duabus, & custodes ante ostium custodiebant carcerem.

Vulgat. Editio.

Et ecce Angelus Domini astitit: & lumen refulsit in habitaculo, percussoque latere Petri, excitauit eum, dicens: Surge velociter. Et ceciderunt catenæ de manibus eius.

Dixit autem Angelus ad eum: Præcingere, & calcea te caligas tuas. Et fecit sic. Et dixit illi: Circunda tibi vestimentum tuum, & sequere me.

Et exiens sequebatur eum, & nesciebat, quia verum est, quod fiebat per Angelum: existimabat autem se visum videre.

Transeuntes autem primam & secundam custodiam, venerunt ad portam ferream, quæ ducit ad ciuitatem: quæ vltro aperta est eis. Et exeuntes processerunt vicum vnum: & continuò discessit angelus ab eo.

Et Petrus ad se reuersus, dixit: Nunc scio verè quia misit Dominus Angelum suum, & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudæorum.

Consideransque venit ad domum Mariæ matris Ioannis, qui cognominatus est Marcus, vbi erant multi congregati, & orantes.

Pulsante autem eo ostium ianuæ, processit puella ad audiendum, nomine Rhode.

Et vt cognouit vocem Petri, præ gaudio non aperuit ianuam, sed intro currens nunciauit stare Petrum ante ianuam.

At illi dixerunt ad eam: Insanis. Illa autem affirmabat sic se habere. Illi autem dicebant: Angelus eius est.

Petrus autem perseuerabat pulsans. cum autem aperuissent, viderunt eum, & obstupuerunt.

Annuens autem eis manu vt tacerent, narrauit quomodo Dominus eduxisset eum de carcere, dixitque: Nunciate Iacobo, & fratribus hæc. Et egressus abiit in alium locum.

Facta autem die, erat non parua turbatio inter milites, quidnam factum esset de Petro.

Herodes autem cum requisisset eum, & non inuenisset, inquisitione facta de custodibus, iussit eos duci: & descendens à Iudæa in Cæsaream ibi commoratus est.

Erat autem iratus Tyrijs, & Sidonijs. At illi vnanimes venerunt ad eum, & persuaso Blasto, qui erat super cubiculum regis, postulabant pacem, eo quod alerentur regiones eorum ab illo.

Statuto autem die Herodes vestitus veste regia, sedit pro tribunali, & concionabatur ad eos.

Populus autem acclamabat: Dei voces, & non hominis.

Confestim autem percussit eum Angelus Domini eo quod non dedisset honorem Deo: & consumptus à vermibus, expirauit.

Verbum autem Domini crescebat, & multiplicabatur.

Barnabas autem & Saulus reuersi sunt ab Ierosolymis* expleto ministerio, assumpto Ioanne, qui cognominatus est Marcus.

CAP. XIII.

ERant autem in Ecclesia, quæ erat Antiochiæ, Prophetæ, & Doctores, in quibus Barnabas, & Simon, qui vocabatur Niger, & Lucius Cyrenenſis, & Manahen, qui erat Herodis Tetrarchæ collactaneus, & Saulus.

Transl. ex Syriac.

Angelus Domini astitit supra eum, & lux defluxit in totam domum: & pupugit eī latus & excitauit eum, dixitq; ei: Surge festinanter. Et deciderunt catenæ ex manibus eius. 7

Et dixit ei Angelus: Accinge lumbos tuos, & calcia scandalia. Et ita fecit. Et Rursus autem dixit ei: Obuolue te pallio tuo & sequere me. 8

Exijt itaque, & ambulabat post eum quum nesciret verumne esset id, quod fiebat per Angelum, putabat enim se visum videre. 9

Quumque transissent custodiam primam, & secundam, venerunt vsque ad portam ferream, & aperta est eis vltro. At quum exissent, ac pertransissent plateam quandam, discessit ab eo Angelus. 10

Tunc cognouit Schemeaun, & ait: Nunc scio veritissimè Dominum misisse Angelum suum, meque liberasse de manu Herodis regis, & ex eo quod machinabantur aduersum me Iehudæi. 11

Quod quum intelligeret, venit domum Mariam matris Iouchanon illius qui cognominatus est Marcus, propterea quòd multi fratres illic erant congregati, & precabantur. 12

Pulsauit autem fores atrij, & egressa est vt ei responderet puella, nomine Roda. 13

Et agnouit vocem Schemeaun, ac præ gaudio suo non aperuit ei ostium: sed reuersa est cursu, ac dixit eis: Ecce Schemeaun stat pro foribus atrij. 14

Qui dicunt: Terrore conturbata es: Illa vero affirmabat rem ita se habere. Dicunt ei: Forte Angelus eius est. 15

Schemeaun autem pulsabat fores. Proinde exierunt, eumque conspicati obstupuerunt. 16

Porrò innuebat eis sublata manu vt tacerent: & ingressus est, ac renunciauit eis quemodo Dominus eduxerat eum de carcere, ac dixit eis: Renunciate hæc Iaakobi, & fratribus. Et egressus profectus est in alium locum. 17

Quum autem manè esset, exitit tumultus plurimus inter milites propter Schemeaun, quidnam ei factum esset. 18

Herodes verò quum requisisset eum, nec inuenisset, condemnauit illos custodes, & iussit eos necari. Et exiens ab Iehudæa, atque commoratus est in Cæsarea. 19

Quoniam autem iratus erat contra Tyrios, & Tzaidonios: congregati sunt, eumque simul adiere, & persuaso Blasto cubiculario regis, postularunt ab eo vt haberent pacem, propterea quòd victus regionis ipsorum ex regno ipsius Herodis erat. 20

Die autem percelebri indutus erat Herodes veste regia, sedebatq; pro tribunali, verbaque faciebat ad turbam. 21

Totus verò populus clamitat & dicebat: Hæ sunt filij vocum Dei, & non hominum. 22

Verum eo quod non tribuisset gloriam Deo, ea ipsa hora percussit eum Angelus Domini: & exitus est à vermibus, atq; mortuus est. 23

Proinde Euangelium Dei prædicabatur, & excrescebat. 24 Doctrina, i. Ecclesia.

Barnabas autem, & Schaoul reuersi sunt ex Ouriselem Antiochiam, postquam expleuissent ministerium suum: assumpsitque secum Ioannem illum, qui cognominatus est Marcus. 25

CAP. XIII.

ERant verò in Ecclesia, quæ erat Antiochiæ, Prophetæ, & Doctores, Barnabas, & Schemeaun, qui vocatur Niger, & Lucius ex Cyrenæ vrbe, & Manael filius educationis (collactaneus) Herodis Tetrarchæ, & Schaoul.

Quum

Transl. B. Ariæ Mont.

Et ecce angelus Domini astitit: & lumen refulsit in habitaculo: pulsans autem latus Petri, excitauit eum, dicens: Surge in celeritate. Et ceciderunt eius catenæ de manibus.

Dixitque angelus ad eum: Præcingere, & subliga sandalia tua. Fecit autem sic. Et dixit illi: Circunda vestimentum tuum, & sequere me.

Et exiens sequebatur eum: & nesciebat quia verum est factum per angelum: existimabat autem visum videre.

Transeũtes autem primam custodiã & secundam, venerunt ad portã ferream, ducentem ad ciuitatem: quæ spontanea aperta est eis. Et exeuntes processerũt vicum vnum: & continuò discessit angelus ab eo.

Et Petrus factus in seipso, dixit: Nunc scio verè quia emisit Dominus angelum suum, & eripuit me de manu Herodis, & omni expectatione plebis Iudæorum.

Considerans(que) venit ad domum Mariæ matris Ioannis, cognominati Marci, vbi erant multi congregati fratres, & orantes.

Pulsante autem Petro ostium vestibuli, processit puella subauscultare, nomine Rhode.

Et agnoscens vocem Petri, præ gaudio non aperuit vestibulum, introcurrens autem nuntiauit stare Petrum ante vestibulum.

Illi autem ad eam dixerunt: Insanis. Illa autem affirmabat sic habere. Illi autem dicebant: Angelus eius est.

At Petrus perseuerabat pulsans. Aperientes autem, viderunt eum: & obstupuerunt.

Annuens autem eis manu tacere, narrauit eis quomodo Dominus eum eduxisset de custodia: dixit autem: Annuntiate Iacobo & fratribus hæc. Et egressus abiit in alium locum.

Facta autem die, erat turbatio non parua in militibus, quidnam Petrus factus esset.

Herodes autem requirens eum, & non inueniens, inquirens custodes, iussit ad supplicium trahi: & descendens à Iudæa in Cæsaream commoratus est.

Erat autem Herodes iratus Tyriis & Sidoniis. Vno animo autem aduenerunt ad eum: & persuadentes Blastum, qui super cubiculum regis, postulabant pacem, propter ali ipsorum regionem à regia.

Statuto autem die Herodes vestitus vestem regiam, & sedens pro tribunali, concionabatur ad eos.

At populus acclamabat: Vox Dei, & non hominis.

Confestim autem percussit eum angelus Domini, pro quibus non dedisset gloriam Deo: & factus vermibus corrosus, expirauit.

At verbum Dei crescebat & multiplicabatur.

Barnabas autem & Saulus reuersi sunt ex Hierusalem in Antiochiam, implentes ministerium, simul assumentes & Ioannem cognominatum Marcum.

CAP. XIII.

ERant autem quidam in Antiochia apud existentem ecclesiam, prophetæ & doctores: Barnabas & Simon vocatus Niger, & Lucius Cyrenæus, Manahenque Herodis Tetrarchæ coeducatus, & Saulus.

Transl. Erasm. Roterod.

7 *Et ecce angelus domini astitit, & lumen refulsit in habitaculo, percussoq; latere Petri excitauit eum, dicens: Surge velociter. Et exciderunt catenæ de manibus eius.*

8 *Dixit autem angelus ad eum: Præcingere & subliga soleas tuas. Et fecit sic. Et dicit illi: Circunda tibi vestimentum tuum, & sequere me.*

9 *Et exiens sequebatur eum, & nesciebat, quod verum esset quod fiebat per angelum, sed putabat se visum videre.*

10 *Cum autem præteriissent primam ac secundam custodiam, venerunt ad portam ferream, quæ ducit in ciuitatem, quæ vltro aperta est eis. Et exeuntes processerunt vicum vnum, & continuo discessit angelus ab eo.*

11 *Et Petrus ad se reuersus, dixit: Nunc scio vere, quod miserit Dominus angelum suum, & eripuerit me è manu Herodis, & ex omni expectatione plebis Iudæorum.*

12 *Req; perpensa venit ad domum Mariæ, matris Ioannis, qui cognominatus est Marcus, vbi erant multi congregati & orantes.*

13 *Cum pulsasset autem Petrus ostium vestibuli, processit puella vt subauscultaret, nomine Rhode.*

14 *Et vt agnouit vocem Petri, præ gaudio non aperuit vestibulum, sed introcurrens renunciauit stare Petrum ante vestibulum.*

15 *At illi dixerunt ad eam: Insanis. Illa autem affirmabat, sic se habere. At illi dicebant: Angelus eius est.*

16 *Petrus autem perseuerabat pulsans. Cum autem aperuissent, viderunt eum, & obstupuerunt.*

17 *Cum innuisset autem eis manu vt tacerent, narrauit illis, quomodo dominus eduxisset ipsum de carcere. Dixit autem: Nunciate Iacobo & fratribus hæc. Et egressus abijt in alium locum.*

18 *Porrò vbi diluxit, erat turbatio non parua inter milites, quid nam accidisset Petro.*

19 *Herodes autem cum requisisset eum, nec inuenisset, examinatis custodibus, iussit eos duci, descendensq; à Iudæa Cæsaream, ibi commoratus est.*

20 *Erat autem Herodes infensus Tyriis ac Sidoniis. At illi vno animo venerunt ad eum, & persuaso Blasto, qui præerat cubiculo regis, petebant pacem, eo quod aleretur regio ipsorum annona regia.*

21 *Statuto autem die Herodes vestitus veste regia, sedit pro tribunali, & concionabatur ad eos.*

22 *Populus autem acclamabat: vox Dei, & non hominis.*

23 *Confestim autem percussit eum angelus Domini, eo quod non dedisset gloriam Deo, & exosus à vermibus, expirauit.*

24 *Porrò sermo Domini crescebat, ac multiplicabatur.*

25 *Barnabas autem & Paulus reuersi sunt Hierosolymam, expleto ministerio, assumpto & Ioanne, cui cognomen erat Marcus.*

CAP. XIII.

1 *ERant autem quidam in Ecclesia, quæ erat Antiochiæ, Prophetæ ac doctores, Barnabasq; & Simon qui vocabatur Niger, & Lucius Cyrenensis, & Manahen qui erat Herodis Tetrarchæ collactaneus, & Saulus.*

Vulgat. Editio.

Miniſtrantibus autem illis Domino,& ieiunantibus,dixit illis Spiritus ſanctus:Segregate mihi Saulum,& Barnabam in opus,ad quod aſſumpſi eos.

Tunc ieiunantes,& orantes imponenteſque eis manus,dimiſerunt illos.

Et ipſi quidem miſſi à Spiritu ſancto abierunt Seleuciam,& inde nauigauerunt Cyprum.

Et cum veniſſent Salaminam, prædicabant verbum Dei in ſynagogis Iudæorum : habebant autem & Ioannem in miniſterio.

Et cum perambulaſſent vniuerſam inſulam vſque Paphum, inuenerunt quemdam virum magum pſeudoprophetam, Iudæum, cui nomen erat Barieſu,

Qui erat cum Proconſule Sergio Paulo viro prudente.Hic, accerſitis Barnaba, & Saulo, deſiderabat audire verbum Dei,

Reſiſtebat autem illis Elymas magus,(ſic enim interpretatur nomen eius) quærens auertere Proconſulem à fide.

Saulus autem,qui & Paulus,repletus Spiritu ſancto,intuens in eum,

Dixit : O plene omni dolo , & omni fallacia, fili diaboli,inimice omnis iuſtitiæ, non deſinis ſubuertere vias Domini rectas.

Et nunc ecce manus Domini ſuper te, & eris cæcus, non videns Solem vſque ad tempus. Et confeſtim cecidit in eum caligo, & tenebræ : & circuiens quærebat qui ei manum daret.

Tunc Proconſul cum vidiſſet factum,credidit admirans ſuper doctrina Domini.

Et cum à Papho nauigaſſent Paulus, & qui cum eo erant,venerunt Pergen Panphyliæ. Ioannes cum deſcendens ab eis,reuerſus eſt Ieroſolymam.

Illi vero perranſeuntes Pergen, venerunt Antiochiam Piſidiæ:& ingreſſi ſynagogam die ſabbatorum,ſederunt.

Poſt lectionem autem Legis,& Prophetarum,miſerunt Principes ſynagogæ ad eos,dicentes:Viri fratres,ſi quis eſt in vobis ſermo exhortationis ad plebem,dicite.

Surgens autem Paulus, & manu ſilentium indicans,ait:Viri Iſraelitæ,& qui timetis Deum, audite:

Deus plebis Iſrael elegit Patres noſtros,& plebem exaltauit cum eſſent incolæ * in terra Ægypti,& in brachio excelſo eduxit eos ex ea.

* Exo.1.1

* Et per quadraginta annorum tempus mores eorum ſuſtinuit in deſerto.

* Exo.13. 21. 22. & 16.3.

Et deſtruens gentes ſeptem in terra Chanaan, * ſorte diſtribuit eis terram eorum,

* Ioſ.14.2

Quaſi poſt quadringentos & quinquaginta annos * & poſt hæc dedit iudices , vſque ad Samuel Prophetam.

* Iud.3.9.

Et exinde * poſtulauerunt regem : & dedit illi Deus Saul filium Cis,virum de tribu Beniamin,annis quadraginta.

* 1.Reg.8. 5.& 9.16. & 10.1.

Et amoto illo, * ſuſcitauit illis Dauid regem : cui teſtimonium perhibens,dixit:* Inueni Dauid filium Ieſſe,virum ſecundum cor meum,qui faciet omnes voluntates meas.

* 1. Reg. 16.13. * Pſ.88.21

Huius Deus ex ſemine * ſecundum promiſſionem eduxit Iſrael:ſaluatorem Ieſum,

* Iſa.11.1

* Prædicante Ioanne ante faciem aduentus eius baptiſmum pœnetentiæ omni populo Iſrael.

* Mat.3.1 Marc.1.2. Luc.3.3.

Cum impleret autem Ioannes curſum ſuum,dicebat:Quem me arbitramini eſſe,* non ſum ego,ſed

* Io.1.20.

Tranſl. ex Syriac.

2 *Quumque ipſi ieiunarent , & preces auſpicarentur Deo,dixit eis Spiritus ſanctitatis:Secernite mihi Schoual & Barnabba operi ad quod ego vocaui eos.*

3 *Poſtquam igitur ieiunaſſent, ac preces auſpicati fuiſſent,impoſuerunt eis manus,& dimiſerunt eos.*

4 *Ipſi autem quum emiſſi eſſent à Spiritu ſanctitatis,deſcenderunt Seleuciam, & illinc per mare peruenerunt adusque Cyprum.*

5 *Quumque introiſſent Salaminam vrbem,euangelizabant ſermonem Domini noſtri in Synagogis Iehoudæorum: & Iouchanon miniſtrum habebant.*

6 *Porrò quum perluſtraſſent totam inſulam vſque ad Paphum vrbem,nacti ſunt virum quendam magum Iehoudæum, qui erat Pſeudopropheta, cui nomen erat Bar-Schoumo* (filius nominis.)

7 *Iſte adhærebat viro ſapienti, qui erat Proconſul, vocabaturq; Sergius Paulus . Aduocauit autem Proconſul Schoual & Barnabba,& petebat vt audiret ab eis ſermonem Dei.*

8 *Reſiſtebat autem eis ipſe Bar-Schoumo, cuius nomen exponitur Eloumous,quippe qui vellet auertere Proconſulem à fide.*

9 *Schoual autem ille qui vocatus eſt Paulus, repletus eſt Spiritu ſanctitatis,& intuitus eum,*

10 *Dixit : O plene omnibus dolis , omnibusq; flagitijs, fili criminatoris* (diaboli,) *& infenſe omni æquitati,non ceſſabis peruertere vias rectas Domini?*

11 *Nunc itaq; manus Domini contra te eſt;eris q; cæcus,nec aſpicies Solem ad tempus. Et ea ipſa hora incidit in eum caligo & tenebræ:proinde circuibat, quærebat q; qui prehenderet ei manum.*

12 *Quumq; vidiſſet Proconſul quod factum fuerat, perculſus eſt,credidit q; doctrinæ Domini.*

13 * *Paulus autem & Barnabba per mare perrexerunt à Papho vrbe, veneruntque Pergen ciuitatem Pamphyliæ: & diſceſſit ab eis Iouchanon , ac profectus eſt ad Ouriſchlem.*

* Feria ſecunda Paſchatis.

14 *Illi verò egreſſi ſunt ex Perge,& venerunt Antiochiam vrbem Piſidiæ,& introierunt in Synagogam, ſederuntque die Sabbathi.*

15 *Poſtea quàm autem lecta eſſet Lex,& Proyheta,ad eos miſerunt Seniores Synagogæ qui dicerent : Viri fratres, ſi quis eſt in vobis ſermo conſolationis,alloquimini populum.*

16 *Proinde ſurrexit Paulus , indixitque ſilentium manu, & ait:Viri filij Iſroel,voſque qui Deum reueremini,audite.*

17 *Deus huius populi elegit Patres noſtros, extulitque & magnificauit eos quum eſſent incolæ in terra Ægypti,brachioque excelſo eduxit eos ex ea.*

18 *Et nutriuit eos in deſerto quadraginta annis.*

19 *Et deleuit ſeptem Gentes in terra Canaan, illiſque dedit ſolum earum hæreditate poſſidendum.*

20 *Porrò quadringentis & quinquaginta annis dedit eis Iudices vſque ad Schemouil prophetam.*

21 *Tunc q; petierunt ſibi regem,& dedit eis Deus Schoual filium Kis virum ex ſtemmate Ben-Iomin annis quadraginta.*

22 *Et ſuſtulit eum,eisque excitauit Dauid regem: & perhibuit ei teſtimonium , dixitque : Inueni Dauid filium Iſchai virum ſecundum cor meum : is exequetur omnia placita mea.*

23 *Ex ſemine huius ſuſcitauit Deus Iſroiel, quemadmodum pollicitus fuerat: Ieſchua redemptorem.*

24 *Et miſit Iouchanon qui prædicaret ante aduentum eius Baptiſmum pœnitentiæ toti populo Iſroel.*

25 *Quumque expleret Iouchanon miniſterium ſuum, dicebat : Quem me putatis eſſe ? Non ſum ego : ſed*

Transl.B.Ariæ Mont.		Transl.Erasm.Roterod.
Ministrantibus autem illis Domino,& ieiunantibus,dixit Spiritus sanctus:Segregate mihi & Barnabam,& Saulum in opus quod aduocaui eos.	2	*Cum autem illi sacrificarent Domino, ieiunarentq́, dixit Spiritus sanctus : Segregate mihi Barnabam & Saulum in opus ad quod accersiui eos.*
Tunc ieiunantes & precati,& imponentes manus eis,dimiserunt.	3	*Cumq́ ieiunassent & orassent, imposuissentq́ eis manus,dimiserunt.*
Hi quidem emissi à Spiritu sancto, descenderunt in Seleuciam, illincque abnauigauerunt in Cyprum.	4	*Et ipsi quidem emissi à Spiritu sancto, abierunt Seleuciam, & inde naugauerunt in Cyprum.*
Et facti in Salamina, annunciabant verbum Dei in synagogis Iudæorum. Habebant autem & Ioannem ministrum.	5	*Et cum essent Salamine,annunciauerunt sermonem Dei in Synagogis Iudæorum : Habebant autem & Ioannem ministrum.*
Peragrantes autem insulam vsque ad Paphum,inuenerunt quendam magum pseudoprophetam, Iudæum, cui nomen erat Bar-Iesu:	6	*Et peragrata insula vsque ad Paphum, inuenerunt quendam magnum Pseudoprophetam Iudæum, cui nomen erat Bariesu,*
Qui erat cum Proconsule Sergio Paulo, viro prudente. Hic aduocans Barnabam & Saulum, expetebat audire verbum Dei.	7	*Qui erat cum Proconsule Sergio Paulo viro prudente. Hic accersitis Barnaba & Saulo, desiderabat audire sermonem Dei.*
Resistebat autem illis Elymas magus, (sic enim interpretatur nomen eius) quærens auertere Proconsulem à fide:	8	*Resistebat autem illis Elymas magus, sic enim interpretatur nomen eius,quærens auertere Proconsulem à fide.*
Saulus autem,qui & Paulus,repletus Spiritu sancto,& intendens in eum,	9	*Saulus autem qui idem Paulus, repletus Spiritu sancto,intentis in eum oculis,*
Dixit: O plene omni dolo, & omni maleficentia, fili diaboli,inimice omnis iustitiæ, non cessabis peruertens vias Domini rectas?	10	*Dixit: O plene omni dolo & omni versutia fili diaboli, inimice omnis iustitiæ, non desinis inuertere vias Domini rectas.*
Et nunc ecce manus Domini super te: & eris cæcus, non videns Solem vsque ad tempus. Confestim autem cecidit in eum caligo & tenebræ: & circumiens quærebat manu ductores.	11	*Et nunc ecce manus Domini super te, & eris cæcus non videns solem vsque ad tempus. Et confestim cecidit in eum caligo ac tenebræ, & circumiens quærebat, qui se manu ducerent.*
Tunc videns Proconsul factum,credidit,perculsus super doctrina Domini.	12	*Tunc proconsul cum vidisset quod acciderat, credidit, admirans super doctrina Domini.*
Profecti autem à Papho qui circa Paulum, venerunt inPergen Pamphyliæ.Ioannes autem discedens ab eis,reuersus est in Hierusalem.	13	*Cum autem à Papho soluissent Paulus,qui cum eo erant, venerunt Pergen Pamphyliæ. Ioannes autem digressus ab eis,reuersus est Hierosolymam.*
Illi vero pertranseuntes à Perge, venerunt in Antiochiam Pisidiæ :& ingressi in synagogam die Sabbatorum sederunt.	14	*Caterum ipsi peragratis regionibus, à Perga venerunt Antiochiam Pisidiæ, & ingressi synagogam die sabbatorum,sederunt.*
Post autem lectionem Legis & Prophetarum,miserunt Principes synagogæ ad eos,dicentes:Viri fratres, si est sermo in vobis exhortationis ad plebem, dicite.	15	*Post lectionem autem legis ac prophetarum miserunt principes synagogæ ad eos, dicentes : Viri fratres,si quis est in vobis sermo exhortationis ad plebem,dicite.*
Surgens autem Paulus, & silentium indicens manu,ait: Viri Israelitæ, & timentes Deum,audite:	16	*Surgens autem Paulus & manu silentio indicto, ait Viri Israelitæ,& qui timetis Deum,audite.*
Deus plebis huius Israel elegit Patres nostros, & plebem exaltauit in terra Ægypti, & cum brachio excelso eduxit eos ex ea:	17	*Deus populi huius delegit patres nostros,& populum in altum extulit,cum essent incolæ in terra Ægypti, & brachio excelso eduxit eos ex ea,*
Et quasi quadraginta annorum tempus mores sustinuit eorum in deserto:	18	*Et circiter quadraginta annorum tempus mores eorum sustinuit in deserto.*
Et delens gentes septem in terra Chanaan, sorte distribuit eis terram eorum.	19	*Ac deletis gentibus septem in terra Chanaan, sorte distribuit eis terram eorum.*
Et post hæc quasi annis quadringentis & quinquaginta dedit iudices, vsque ad Samuel Prophetam.	20	*Et post hæc annis circiter quadringentis quinquaginta dedit iudices vsque ad Samuelem prophetam.*
Et exinde postulauerunt regem: & dedit illis Deus Saul filium Cis,virum de tribu Beniamin,annos quadraginta.	21	*Et exinde postulauerunt regem, deditq́ illis Deus Saul filium Cis virum de tribu Beniamin, annis quadraginta.*
Et amouens eum, excitauit illis Dauid in regem: cui & dixit testatus:Inueni Dauid ipsius Iesse, virum secundum cor meum: qui faciet omnes voluntates meas.	22	*Et amoto illo, suscitauit illis Dauid vt esset rex, cui testimonium reddens dixit : Inueni Dauid filium Iesse, virum secundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas.*
Huius Deus à semine secundum promissionem excitauit Israel saluatorem Iesum:	23	*Huius è semine Deus ita,vt promiserat, adduxit Israel seruatorem Iesum,*
Prædicante Ioanne ante faciem aduentus eius baptisimum pœnitentiæ omni populo Israel.	24	*Cum ante prædicasset Ioannes ante faciem introitus eius baptismum pœnitentiæ Israeli.*
Cum autem impleret Ioannes cursum, dicebat: Quem me arbitramini esse? non sum ego, sed	25	*Cum autem impleret Ioannes cursum, dixit: Quem me arbitramini esse? Non is sum ego, sed*

	Vulgat. Edtio.		Transl. ex Syriac.
Mar. 1.7. Mat. 3.11	ecce venit post me, cuius non sum dignus calceamenta pedum soluere.		*ecce pone me venit is, cuius non sum dignus qui soluam corrigias calceamentorum.*
	Viri fratres, filij generis Abraham, & qui in vobis timent Deum, vobis verbum salutis huius missum est.	26	** Viri fratres, filij prosapiæ Abrohom, & qui vobiscum timent Deum, vobis ille missus est Verbum vitæ.*
	Qui enim habitabant Ierusalem, & principis eius hunc ignorantes, & voces Prophetarum, quæ per omne sabbatum leguntur, iudicantes impleuerunt,	27	*Illi enim habitatores Ourischlem, & primores eorum non consenserunt ei, nec Scripturis Prophetarum quæ leguntur omni Sabbatho, sed condemnarunt eum, & impleuerunt quæcumque scripta sunt.*
* Mat.27. 20. 22. Marc.15. 13. Luc. 23. 21.23. Io.19.16.	Et nullam causam mortis inuenientes in eo,* petierunt à Pilato, vt interficerent eum.	28	*Quumque non inuenissent causam mortis vllam, petierunt à Pilato vt interficerent eum.*
	Cumque consummassent omnia quæ de eo scripta erant, deponentes eum de ligno, posuerunt eum in monumento.	29	*Et quum expleuissent quicquid scriptum fuerat de eo, detraxerunt eum de cruce, posueruntque in monumento.*
* Mat.28. Mar.16. Luc.24. Ioan.20.	* Deus vero suscitauit eum à mortuis tertia die:	30	*Deus autem excitauit eum à mortuis: & visus est per dies multos ijs,*
	Qui simul ascenderant cum eo de Galilæa in Ierusalem: Qui vsque nunc sunt testes eius ad plebem.	31	*Qui ascenderant cum eo à Galilea ad Ourischlem: Isti& nunc sunt testes eius apud populum.*
	Et nos vobis annuntiamus eam, quæ ad Patres nostros repromissio facta est:	32	*Quin & nos ecce euangelizamus vobis promissum illud, quod factum est ad Patres nostros:*
	Quoniam hanc Deus, adimpleuit filijs nostris resuscitans Iesum: sicut & in Psalmo secundo scriptum est:	33	*Illud impleuisse Deum nobis filijs eorum, quum excitauit Ieschua: quemadmodum scriptum est in Psalmo secundo: Filius meus es tu, ego hodie genui te.*
*Psal.2.7	* Filius meus es tu, ego hodie genui te.		
	Quod autem suscitauit eum à mortuis, amplius iam non reuersurum in corruptionem, ita dixit:	34	*Et ita excitauit eum Deus à mortuis, vt non amplius reuersurus sit videre corruptionem, prout dixit: Dabo vobis beneficentiam Dauid fidelem.*
*Isa.55.3	* Quia dabo vobis sancta Dauid fidelia.		
	Ideoque & alias dicit: *Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem.	35	*Et rursus ait in alio loco: Non dabis Sanctum tuum vt videat corruptibnem.*
*Psa.15. 10.			
	Dauid enim in sua generatione cum administrasset, voluntati Dei * dormiuit: & appositus est ad patres suos, & vidit corruptionem.	36	*Dauid enim in sua generatione inseruiuit voluntati Dei, & obdormiuit: & adiunctus est patribus suis, viditq; corruptionem.*
*3.Reg.2. 10.			
	Quem vero Deus suscitauit à mortuis, non vidit corruptionem.	37	*Is autem quem excitauit Deus, non vidit corruptionem.*
	Notum igitur sit vobis viri fratres, quia per hunc vobis remissio peccatorum annunciatur, & ab omnibus, quibus non potuistis in lege Moysi iustificari,	38	*Scitote ergo fratres, per hunc ipsum prædicari vobis remissionem peccatorum. Et ab omnibus à quibus non potuistis per Legem Mousche iustificari,*
	In hoc omnis, qui credit, iustificatur.	39	*Per hunc quemlibet fidelem iustificari.*
	Videte ergo ne superueniat vobis quod dictum est in Prophetis:	40	*Cauete igitur ne vobis obueniat quod scriptum est in Prophetis:*
*Abd.1.5	* Videte contemptores, & admiramini, & disperdimini: quia opus operor ego in diebus vestris, opus quod non credetis, si quis enarrauerit vobis.	41	*Videte ò contemptores, & admiramini, & abite in corruptionem: quia opus operor ego in diebus vestris, quod quidem non credetis, si quis renuntiarit vobis.*
	Exeuntibus autem illis rogabant, vt sequenti sabbato loquerentur sibi verba hæc.	42	*Quumque discessissent à lateribus eorum, petierunt ab eis vt in Sabbathum alterum colloquerentur eis hos sermones.*
	Cumque dimissa esset synagoga, secuti sunt multi Iudæorum, & colentium aduenarum, Paulum, & Barnabam: qui loquentes suadebant eis vt permanerent in gratia Dei.	43	*Postquam autem solutus est conuentus, plurimi Iihoudæorum secuti sunt eos, atque adeò proselyti qui timebant Deum: hi verò alloquebantur eos, & persuaserunt eis, vt adhærerent gratiæ Dei.*
	Sequenti vero sabbato pene vniuersa ciuitas conuenit audire verbum Dei.	44	** Proinde Sabbatho altero coacta est tota ciuitas sermonis Dei audiendi gratia.*
	Videntes autem turbas Iudæi, repleti sunt zelo, & contradicebant his, quæ à Paulo dicebantur, blasphemantes.	45	*Quum autem viderent Iihoudai turbam multam, repleti sunt inuidia, & resistebant sermonibus quos dicebat Paulus, atque blasphemabant.*
	Tunc constanter Paulus & Barnabas dixerunt: Vobis oportebat primum loqui verbum Dei: sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ: ecce conuertimur ad Gentes.	46	*Dixit autem Paulus & Barnabias apertè: Vobis oportuit primùm annunciari sermonem Dei: sed quia propellitis eum à vobis, ac vosmetipsos rescinditis ne digni sitis vita perenni: en conuertimur ad Gentes.*
	Sic enim præcepit Dominus: * Posui te in lucem Gentium, vt sis in salutem vsque ad extremum terræ.	47	*Quandoquidem ita præcepit nobis Dominus noster, prout scriptum est: Posui te lumen Gentibus, vt sis saluti vsque ad fines terræ.*
*Isa.49.6			
	Audientes autem Gentes gauisæ sunt, & glorificabant verbum Domini: & crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam.	48	*Quod quum audissent Gentes gauisæ sunt, & gloriam tribuebant Deo: & crediderunt ij qui ordinati erant ad vitam æternam.*
	Disseminabatur autem verbum Domini per vniuersam regionem.	49	*Proinde sermo Domini annuntiabatur per totam illam regionem.*

* Dominica magnæ Resurrectionis.

* Feria tertia Paschatis.

Transl.B.Ariæ Mont.		Transl.Erasm.Roterod.
ecce venit post me, cuius non sum dignus calceamentum pedum soluere.		*ecce venit post me, cuius non sum dignus soluem pedum soluere.*
Viri fratres, filij generis Abraham, & qui in vobis timentes Deum, vobis verbum salutis huius missum est.	26	*Viri fratres, filij generis Abrahæ, & qui inter vos timent Deum, vobis sermo salutis huius missus est.*
Nam habitantes Hierusalem, & principis eorum hunc ignorantes, & voces Prophetarum, per omne Sabbatum lectas, iudicantes impleuerunt:	27	*Qui enim habitabant Hierosolymis, & principes eorum cum ignorarent illum, & voces Prophetarum quæ per omne Sabbatum leguntur, condemnato eo impleuerunt,*
Et nullam causam mortis inuenientes, petierunt Pilatum interfici eum.	28	*Nullaque causa mortis inuenta petierunt à Pilato vt interficeret illum.*
Vt autem consummassent omnia de eo scripta, detrahentes à ligno, posuerunt in monumento.	29	*Cumq; consummassent omnia quæ de eo scripta erant depositum de ligno posuerunt in monumento.*
At Deus excitauit eum ex mortuis: Qui visus est per dies multos,	30	*Deus autem suscitauit eum à mortuis, qui visus est per dies multos his,*
Simul ascendentibus eo de Galilæa in Hierusalem: Qui sunt testes eius ad plebem.	31	*Qui simul ascenderant cum eo à Galilea Hierosolymam qui sunt testes eius apud plebem.*
Et nos vobis annuntiamus illam ad Patres repromissionem factam:	32	*Et nos vobis annunciamus, quod eam repromissionem, quæ ad Patres facta est,*
Quoniam hanc Deus adimpleuit natis eorum, nobis resuscitans Iesum: sicut & in Psalmo secundo scriptum est: Filius meus es tu: ego hodie genui te.	33	*Deus adimpleuerit filijs illorum nimirum nobis, resuscitato Iesu, vt & in Psalmo secundo scriptum est: Filius meus es tu, ego hodie genui te.*
Quod autem resuscitauerit eum ex mortuis, non amplius futurum reuerti eum in corruptionem, ita dixit: Quia dabo vobis sancta Dauid fidelia.	34	*Quod autem suscitauit eum à mortuis, iam non amplius reuersurum in corruptionem, ita dixit: Dabo vobis sancta Dauid fidelia,*
Ideoque in alio dicit: Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem.	35	*Ideo & alias dicit: Non permittes vt Sanctus tuus videat corruptionem.*
Dauid quidem enim propria generatione administrans, Dei voluntati dormiuit: & appositus est ad patres suos: & vidit corruptionem.	36	*Nam Dauid quidem cum sua ætati inseruisset, consilio Dei dormiuit, & appositus est ad patres suos, viditq; corruptionem.*
Quem vero Deus suscitauit, non vidit corruptionem.	37	*At is quem Deus suscitauit, non vidit corruptionem.*
Notum igitur sit vobis, viri fratres, quia per hunc vobis remissio peccatorum annunciatur, & ab omnibus quibus non potuistis in lege Moysi iustificari.	38	*Notum igitur sit vobis, viri fratres, quod per hunc vobis remissio peccatorum annunciatur & ab omnibus à quibus non potuistis per legem Mosi iustificari.*
In hoc omnis credens iustificatur.	39	*Per hunc omnis qui credit, iustificatur.*
Videte ergo ne superueniat in vos dictum in Prophetis:	40	*Videte ergo ne superuenint vobis, quod dictum est in Prophetis:*
Videte contemptores, & admiramini, & aspicite, & euanescite: quia opus ego operor in diebus vestris, cui non credetis si quis enarrauerit vobis.	41	*Videte contemptores, & admiramini, & euanescite: quia opus operor ego in diebus vestris, quod non credetis, si quis enarrauerit vobis.*
Exeuntibus autem illis ex synagoga Iudæorum, rogarunt gentes in sequens Sabbatum narrari sibi eadem verba.	42	*Egressis autem è cœtu Iudæis, rogabant gentes, vt sequenti Sabbato loquerentur sibi verba.*
Soluta autem synagoga, secuti sunt multi Iudæorum & colentium Deum proselytarum Paulum & Barnabam; qui adloquentes eos, suadebant eis permanere gratiæ Dei.	43	*Soluto autem cœtu, secuti sunt multi Iudæi & religiosi proselyti Paulum ac Barnabam, qui alloquentes suadebant eis vt perseuerarent in gratia Dei.*
Ipsoque veniente sabbato, pene vniuersa ciuitas conuenit audire verbum Dei.	44	*Sequenti vero Sabbato penè vniuersa ciuitas conuenit ad audiendum sermonem Dei.*
Videntes autem Iudæi turbas, repleti sunt zelo, & contradicebant illis à Paulo dictis, contradicentes & blasphemantes.	45	*Videntes autem turbas Iudæi, repleti sunt zelo, & contradicebant his quæ à Paulo dicebantur contradicentes, ac loquentes blasphemias.*
Libertate vsi vero Paulus & Barnabas, dixerunt: Vobis erat necessarium primùm loqui verbum Dei: quandoquidem verò repellitis illud, & non dignos iudicatis vosipsos æternæ vitæ: ecce conuertimur ad Gentes.	46	*Tunc sumpta fiducia Paulus ac Barnabas dixerunt: Vobis oportebat primum loqui sermonem Dei, sed quoniam repellitis illum, & indignos vos iudicatis æterna vita, ecce conuertimur ad gentes.*
Sic enim præcepit nobis Dominus: Posui te in lucem Gentium, ad existendum te in salutem vsque ad extremum terræ.	47	*Sic enim nobis præcepit Dominus: Posui te in lucem gentium, vt sis salus vsque ad extremum terræ.*
Audientes autem Gentes, gauisæ sunt, & glorificabant verbum Domini, & crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam.	48	*Audientes autem gentes, gauisæ sunt, & glorificabant sermonem Domini, & crediderunt quotquot erant ordinati ad vitam æternam.*
Perferebatur autem verbum Domini per vniuersam regionem.	49	*Diuulgabatur autem sermo Domini per vniuersam regionem.*

Vulgat. Editio.

Iudæi autem concitauerunt mulieres religiosas, & honestas, & primos ciuitatis, & excitauerunt persecutionem in Paulum, & Barnabam: & eiecerunt eos de finibus suis.

*Mat.6. 51. Mar.10. 14. Luc.9.5. * At illi excusso puluere pedum in eos, venerunt Iconium.

Discipuli quoque replebantur gaudio, & Spiritu sancto.

CAP. XIIII.

FActum est autem Iconij, vt simul introirent in synagogam Iudæorum, & loquerentur, ita vt crederet Iudæorum, & Græcorum copiosa multitudo.

Qui vero increduli fuerunt Iudæi, suscitauerunt, & ad iracundiam concitauerunt animas Gentium aduersus fratres.

Multo igitur tempore demorati sunt, fiducialiter agentes in Domino, testimonium perhibente verbo gratiæ suæ, dante signa, & prodigia fieri per manus eorum.

Diuisa est aũt multitudo ciuitatis: & quidã quidem erant cum Iudæis, quidã vero cum Apostolis.

Cum autem factus esset impetus Gentilium, & Iudæorum cum Principibus suis, vt contumelijs afficerent, & lapidarent eos,

Intelligentes confugerunt ad ciuitates Lycaoniæ Lystram, & Derben, & vniuersam in circuitu regionem, & ibi euangelizantes erant.

Et quidam vir Lystris, infirmus Pedibus sedebat, claudus ex vtero matris suæ, qui numquam ambulauerat.

Hic audiuit Paulum loquentem. Qui intuitus eum, & videns quia fidem haberet vt saluus fieret,

Dixit magna voce: Surge super pedes tuos rectus. Et exiluit, & ambulabat.

Turbæ autem cum vidissent quod fecerat Paulus, leuauerunt vocem suam Lycaonicè dicentes: Dij similes facti hominibus, descenderunt ad nos.

Et vocabant Barnabam Iouem, Paulum vero Marcurium: quoniam ipse erat dux verbi.

Sacerdos quoque Iouis, qui erat ante ciuitatem, tauros, & coronas ante ianuas afferens, cum populis volebat sacrificare.

Quod vbi audierunt Apostoli, Barnabas, & Paulus, conscissis tunicis suis exilierunt in turbas clamantes,

Et dicentes: Viri, quid hæc facitis? & nos mortales sumus, similes vobis homines, annunciantes vobis ab his vanis conuerti ad Deum viuum, * qui fecit cœlum, & terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt:

*Ps.145.6 Apo.14.7

Qui in præteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi vias suas.

Et quidem non sine testimonio semetipsum reliquit benefaciens de cœlo, dans pluuias, & tempora fructifera implens cibo, & lætitia corda nostra.

Et hæc dicentes, vix sedauerunt turbas ne sibi immolarent.

Superuenerunt autem quidam ab Antiochia, & Iconio Iudæi: & persuasis turbis, lapidantesque Paulum, traxerunt extra ciuitatem, existimantes eum mortuum esse.

Transl. ex Syriac.

Iihoudai verò exstimularunt priores vrbis, necnon illas mulieres diuites quæ cum eis timebant Deum, & excitarunt persecutionem in Paulum & in Barnabba, & eiecerunt eos è finibus suis.

Quumque electi essent, excutiunt in eos puluerem pedum suorum, veneruntque Iconium vrbem.

Discipuli verò replebantur gaudio & Spiritu sanctitatis.

CAP. XIIII.

POrrò venerunt & introierunt in synagogam Iihoudæorum, & ita allocuti sunt eos, vt crediderint multi ex Iihoudais, & ex Græcis.

At Iihoudai quidam ex ijs, qui non acquieuerant exitimularunt Gentes vt malè acciperent fratres.

Illi autem multum temporis illic egerunt, & palàm locuti sunt de Domino, & ipse suffragabatur sermoni gratiæ suæ signis, & miraculis quæ edebat per manus eorum.

Verrò tota turba ciuitatis diuisa est, alij erant cum Iihoudais, alij verò adherebant Apostolis.

Factus est autem in eos impetus à Gentibus, & à Iihoudais, ac primoribus eorum, ita vt contumelijs afficerint eos, & obruerint lapidibus.

Quæ quum considerassent, discesserunt, sese & receperunt in vrbes Lycaoniæ & Lystræ, & Derbe, Vicosq; circumiacentes, & illic Euangelizabant.

Caterùm vir quidem sedebat in Lystra ciuitate, qui afflictus (impotens) erat pedibus claudus ab vtero matris suæ, qui nunquam ambulauerat. * Feria iij. Passionis.

Hic audiuit Paulum loquentem. Quum autem vidisset eum Paulus, & animaduertisset illum habere fidem se seruatum iri:

Dixit ei alta voce: Tibi dico: In nomine Domini nostri Ieschua Meschicho, surge in pedes tuos: Itaque prosiliens surrexit, & ambulauit.

Cœtus verò populi quum vidissent, quod fecerat Paulus, extulerunt vocem suam idiomatis regionis, dicuntque: Dij assimilati sunt hominibus, & descenderunt ad nos.

Proinde nominabant Barnabbæ Dominũ Deorum, Paulum verò Hermetem, quippe qui inciperet sermonem.

Sacerdos autem illius domini deorum (Iouis) collocati extra vrbem, adduxit tauros & coronas ad fores atrij, quò loci commorabantur, volebatque eis sacrificare.

Barnabba autem, & Paulus quum hæc audissent, sciderunt togas suas, & prosilierunt, exierunt & in tumultum:

Clamabant autem ac dicebant: Viri, quid facitis? & nos homines sumus, passionibus obnoxij sicut & vos, qui annuntiamus vobis, vt ab istis friuolis rebus conuertamini ad viuentem illum, qui fecit cœlum & terram, & maria, & omnia quæ in eis sunt.

Qui quidem primis ætatibus permittebat omnes Gentes suis ipsarum vijs incedere.

Quamuis non permiserit seipsum carere testimonio, quum benefaceret eis è cœlo, demitteretq; pluuiam, daretque incrementum fructibus in tempore suo, & impleret alimento, & iucunditate corda earum.

Quumq; hæc dicerent, vix compescuerunt plebem, ne quis eis sacrificaret.

Illuc autem aduenerunt Iihoudæi ex Iconio, & Antiochia: qui concitarunt in eos plebem, & lapidarunt Paulum, ac protruserunt eum extra ciuitatem, propterea quòd putarent eum mortuum esse.

Transl. B. Ariæ Mont.

At Iudæi concitauerunt religiosas mulieres,& honestas, & primos ciuitatis, & excitauerunt persecutionem in Paulum,& Barnabam,& eiecerunt eos de finibus suis.

Illi verò excutientes puluerem pedum suorum in eos, venerunt in Iconium.

At Discipuli replebantur gaudio , & Spiritu sancto.

CAP. XIIII.

FActum est autem in Iconio iuxta illud ipsum introisse eos in synagogam Iudæorum, & loqui ita, vt crederet Iudæorumque & Græcorum multa multitudo.

At increduli Iudæi suscitauerunt , & male affectas reddiderunt animas Gentium aduersus fratres.

Multo quidem igitur tempore demorati sunt , liberè loquentes in Domino , testante verbo gratiæ suæ , dante signa , & prodigia fieri per manus eorum.

Diuisa est autem multitudo ciuitatis : & hi quidem erant cum Iudæis,hi verò cum Apostolis.

Vt autem factus esset impetus Gentiliumque & Iudæorum cum Principibus suis, iniuriari & lapidare eos:

Intelligentes confugerunt ad ciuitates Lycaoniæ, Lystram & Derben,& circum regionem,& ibi erant euangelizantes.

Et quidam vir in Lystris , impotens pedibus sedebat , claudus ex vtero matris suæ subsistens, qui nunquam ambulauerat.

Hic audiuit Paulum loquentem : qui intuitus eum,& videns quia fidem haberet ad saluum fieri,

Dixit magna voce, Tibi dico,in nomine Domini Iesu Christi,Surge super pedes tuos rectus.& exiluit, & ambulabat.

At turbæ videntes quod fecerat Paulus , leuauerunt vocem suam Lycaonicè dicentes : Dij similati hominibus,descenderunt ad nos.

Vocabantque quidem Barnabam, Iouem: at Paulum,Mercurium,quoniam ipse erat dux verbi.

At Sacerdos Iouis existentis ante ciuitatem eorum, tauros & coronas ante ianuas afferens , cum turbis volebat sacrificare.

Audientes autem Apostoli , Barnabas & Paulus, dirumpentes pallia sua, insilierunt in turbam , clamantes,

Et dicentes : Viri, quid hæc facitis ? & nos similiter passibiles sumus vobis homines , annunciantes vobis ab his vanis conuerti ad Deum viuum,qui fecit cœlum,& terram, & mare, & omnia quæ in eis.

Qui in præteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi vias suas.

Quanquam non inteſtatum semetipsum reliquit, benefaciens, cælitus nobis pluuias dans, & tempora fructifera,implens cibo & lætitia corda nostra.

Et hæc dicentes,vix sedauerunt turbas ad nō sacrificandum sibi. Cunctantibus vero ipsis, & docentib.

Superuenerunt ab Antiochia & Iconio Iudæi, & suadentes turbis , & lapidantes Paulum , traxerunt extra ciuitatem,estimantes eum mortuum esse.

Transl. Erasm. Roterod.

Iudæi verò exitimulauerunt mulieres religiosas & honestas, & primos ciuitatis, & excitauerunt persecutionem in Paulum ac Barnabam, & eiecerunt eos de finibus suis.

At illi excusso puluere pedum suorum in eos, venerunt Iconium.

Porro discipuli replebantur gaudio & Spiritu sancto.

CAP. XIIII.

FActum est autem Iconij vt simul introirent synagogam Iudæorum, & loquerentur sic, vt crederet Iudæorum simul & Græcorum copiosa multitudo.

Qui vero increduli erant Iudæi, concitauerunt & corruperunt animos gentium aduersus fratres.

Multo igitur tempore demorati sunt fortiter agentes præsidio Domini, qui testimonium perhibebat sermoni gratiæ suæ , dabatq; vt signa & prodigia fierent per manus eorum.

Diuisa est autem multitudo ciuitatis : & quidam quidem stebant à Iudæis, quidam vero ab Apostolis.

Cum autem factus esset impetus gentium pariter ac Iudæorum vnà cum principibus suis , vt vim adferrent ac lapidarent eos,

Re intellecta , confugerunt ad ciuitates Lycaoniæ Lystram & Derben, & finitimam vndique regionem, & ibi prædicabant Euangelium.

Et quidam vir Lystris debilis pedibus sedebat , claudus ab vtero matris suæ, qui nunquam ambulauerat.

Hic audiuit Paulum loquentem. Qui intuitus eum & videns, quod fidem haberet fore, vt saluus fieret,

Dixit magna voce : Surge in pedes tuos rectus. Et exiliit, ambulabatq;.

Turba vero cum vidisset quod fecerat Paulus, sustulerunt vocem suam Lycaonicè, dicentes : Dij in specie hominum descenderunt ad nos.

Et vocabant Barnabam, Iouem : Paulum vero Mercurium, quod is esset dux sermonis.

Sacerdos autem Iouis, qui erat ante ciuitatem illorum, tauros & coronas ad vestibula afferens, cum turbis volebat sacrificare.

Quod vbi audierunt Apostoli Barnabas & Paulus conscissis vestibus suis, insilierunt in turbam, clamantes,

Ac dicentes : Viri, cur ista facitis? Nos quoque ijsdem quibus vos, obnoxij malis sumus homines, annunciantes vt ab istis vanis conuertamini ad Deum viuum , qui fecit cœlum & terram & mare, & omnia quæ in eis sunt,

Qui in præteritis ætatibus sinebat omnes gentes ingredi vias suas.

Quanquam non expertem testimonij seipsum esse sinebat, dum beneficia conferret , de cœlo nobis dans pluuias ac tempora fructifera , implens cibo & lætitia corda nostra.

Et hæc dicentes , vix compescuerunt turbas ne sibi immolarent.

Superuenerunt autem quidam ab Antiochia & Iconio Iudæi , qui cum persuasissent turbis , ac Paulum lapidassent, extraxerunt eum è ciuitate, existimantes illum mortuum esse.

Vulgat. Editio.

Circumdantibus autem eum discipulis, surgens intrauit ciuitatem, & postera die profectus est cum Barnaba in Derben,

Cumque euangelizassent ciuitati illi, & docuissent multos, reuersi sunt Lystram, & Iconium, & Antiochiam,

Confirmantes animas discipulorum, exhortantesque vt permanerent in fide: & quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.

Et cum constituissent illis per singulas ecclesias presbyteros, & orassent cum ieiuniationibus, commendauerunt eos Domino, in quem crediderunt.

Transeuntesque Pisidiam, venerunt in Pamphyliam,

Et loquentes verbum Domini in Perge, descenderunt in Attaliam:

Inde nauigauerunt Antiochiam, vnde erant traditi gratiæ Dei in opus, quod compleuerunt.

Cum autem venissent & congregassent Ecclesiam, retulerunt quanta fecisset Deus cum illis, & quia aperuisset Gentibus ostium fidei.

Morati sunt autem tempus non modicum cum discipulis.

CAP. XV.

ET quidam descendentes de Iudæa, docebant fratres: * Quia nisi circumcidamini secundum morem Moysi, non potestis saluari.

Facta ergo seditione non minima Paulo, & Barnabæ aduersus illos, statuerunt vt ascenderent Paulus, & Barnabas, & quidam alij ex alijs ad Apostolos, & presbyteros in Ierusalem super hac quæstione.

Illi ergo deducti ab Ecclesia pertransibant Phœnicem, & Samariam, narrantes conuersionem Gentium: & faciebant gaudium magnum omnibus fratribus.

Cum autem venissent Ierosolymam, suscepti sunt ab ecclesia, & ab Apostolis, & senioribus annunciantes quanta Deus fecisset cum illis.

Surrexerunt autem quidam de hæresi Pharisæorum, qui crediderunt, dicentes: Quia oportet circumcidi eos, præcipere quoque seruare legem, Moysi.

Conuenerunt que Apostoli, & seniores videre de verbo hoc.

Cum aut magna coquisitio fieret, surgens Petrus dixit ad eos: * Viri fratres, vos scitis quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit, per os meum audire Gentes verbum Euangelij, & credere.

Et qui nouit corda Deus, testimonium perhibuit, * dans illis Spiritum sanctum, sicut & nobis.

Et nihil discreuit inter nos & illos, fide purificans corda eorum.

Nunc ergo quid tentatis Deum, imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus?

Sed per gratiam Domini Iesu Christi credimus saluari, quemadmodum & illi.

Tacuit autem omnis multitudo: & audiebant Barnabam, & Paulum narrantes quanta Deus fecisset signa, & prodigia in Gentibus per eos.

Et postquam tacuerunt, respondit Iacobus, dicens: Viri fratres, audite me.

Simon narrauit quemadmodum primum Deus visitauit sumere ex Gentibus populum nomini suo.

Transl. ex Syriac.

*Sed congregati sunt ad eum discipuli, & surgens ingressus ad vrbem, * postridie vero exijt illinc cum Barnabba, venerunt que Derben ciuitatem.* * Feria ij. hebdomadis iij. Iemurj.

Quumq; euangelizassent filijs illius ciuitatis (ciuibus) *& docuissent multos, ipsi redeuntes venerunt Lystram vrbem, & Iconum, & Antiochiam:*

Confirmantes animos discipulorum, & efflagitantes ab eis, vt perseuerarent in fide, & dicentes eis, per oppressiones quamplurimas oportere ingredi regnum Dei.

Porrò constituerunt sibi per omnem Ecclesiam Presbyteros, quum ieiunarent cum eis, ac precarentur, & commendarent eos Domino nostro in quem crediderant.

Quumque perlustrassent regionem Pisidiæ, venerunt in Pamphyliam.

Et quum locuti essent in Perga vrbe sermonem Domini, descenderunt Attaliam.

Et ab hinc pergentes per mare venerunt Antiochiam, quoniam inde commendati fuerant gratiæ Domini, ad opus illud quod peregerunt.

Quum autem conuenissent tota Ecclesia, narrauerunt quæcunque egisset Deus cum ipsis, eumque reseraſſe fores fidei Gentibus.

Et multum temporis illic egerunt apud discipulos.

CAP. XV.

DEscenderant autem quidam à Iehoudæa, & docebant fratres: Nisi circuncidamini ritu legis, non potestis seruari.

Proinde ortus est tumultus plurimus & disceptatio Paulo & Barnabbæ cum eis: factumque est vt ascenderint Paulus, & Barnabba, & alij cum eis ad Apostolos & Presbyteros, qui erant in Ouriſchlem, propter hanc quæstionem.

Itaque deducens dimisit eos Ecclesia: & obierunt totam Phœniciam, atque adeò per Scamaritanos, renuntiantes de conuersione Gentium, & affecerunt gaudio magno omnes fratres.

Quum autem peruenissent ad Ouriſchlem, excepti sunt ab Ecclesia, & ab Apostolis, & Presbyteris & renuntiarunt quæcunque egerat secum Deus. * Martijs feria v. secretorum.

Sed (inquiunt) *surrexerunt homines illi ex doctrina Periſchæorum, qui crediderunt, dicunt autem: Oportebat vos circuncidere eos, & præcipere vt obseruent Legem Mouſche.*

Congregati sunt itaque Apostoli & Presbytori vt prouiderent huic sermoni (negotio.)

Multaque habita disceptatione, surrexit Schemeoun & dixit eis: Viri fratres, vos scitis à primis diebus per os meum, meum, inquam, elegisse Deum vt audirent Gentes sermonem Euangelij, & crederent.

Et Deus qui nouit corda, suffragatus est eis, deditque eis Spiritum sanctitatis sicut & nobis.

Nihilq; discreuit inter nos, & eos, quippe qui purgauerit fide corda eorum.

Nunc ergo quid tentatis Deum, vt imponatis iugum cerui ci discipulorum, quod nec patres nostri, nec nos potuimus perferre?

Sed per gratiam Domini nostri Ieſchua Meſchicho credimus nos seruatum iri perinde vt eos.

Tacuit autem tota turba, & audiebant Paulum & Barnabba referentes quanta edidisset Deus per manus ipsorum signa & virtutes inter Gentes.

** Vbi autem conticuissent surrexit Iaakoub, & ait: Viri fratres, audite me.* * Feria iij. hebdom. iij. Iejunii.

Schemeoun retulit nobis quomodo cœperit Deus eligere ex Gentibus populum nomine suo.

Transl. B. Ariæ Mont.

Circundantibus autem eum discipulis, surgens intrauit in ciuitatem, & postridie exiit cum Barnaba in Derben.

Euangelizantesque ciuitati illi, & docentes multos, reuersi sunt in Lystram, & Iconium, & Antiochiam,

Confirmantes animas discipulorum, exhortantes permanere fide, & quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.

Ordinantes autem illis presbyteros per ecclesiam, precati cum ieiunationibus, commendauerunt eos Domino in quem crediderunt.

Et transeuntes Pisidiam, venerunt in Pamphylyam.

Et loquentes in Perge verbum, descenderunt in Attaliam.

Et inde abnauigauerunt in Antiochiam, vnde erant traditi gratiæ Dei in opus quod compleuerunt.

Aduenientes autem & congregantes Ecclesiam, annuntiauerunt quanta fecisset Deus cum illis, & quia aperuisset Gentibus ostium fidei.

Morati sunt autem illic tempus non modicum cum discipulis.

CAP. XV.

ET quidam descendentes de Iudæa, docebant fratres, Quia si non circuncidamini more Moysi, non potestis saluari.

Facta ergo seditione & disceptatione non exigua Paulo & Barnabæ aduersus illos, statuerunt ascendere Paulum & Barnabam, & quosdam alios ex illis ad Apostolos & presbyteros in Hierusalem, de quæstione hac.

Illi quidem ergo præmissi ab Ecclesia, pertransibant Phœnicen, & Samariam, narrantes conuersionem Gentium, & faciebant gaudium magnum omnibus fratribus.

Aduenientes autem in Hierosolymam, susceptisunt ab Ecclesia, & Apostolis, & senioribus, annuntiauerunt que quanta Deus fecisset cum illis.

Exsurrexerunt autem quidam de hæresi Pharisæorum, credentes, dicentes, Quia oportet circuncidere eos, præcipereque seruare legem Moysi.

Congregati sunt autem Apostoli & seniores videre de verbo hoc.

Multa autem conquisitione facta, surgens Petrus dixit ad eos, Viri fratres, vos scitis quoniam à diebus antiquis Deus in nobis elegit, per os meum audire Gentes verbum Euangelij, & credere:

Et corda noscens Deus testatus est eis, dans illis Spiritum sanctum, sicut & nobis:

Et nihil discreuit inter nosque & illos, fide purificans corda eorum.

Nunc ergo quid tentatis Deum, imponere iugum super ceruicem discipulorum, quod neque patres nostri neque nos potuimus portare?

Sed per gratiam Domini Iesu Christi credimus saluari, quemadmodum & illi.

Tacuit autem omnis multitudo, & audiebant Barnabam & Paulum narrantes quanta fecisset Deus signa & prodigia in Gentibus per eos.

Post autem tacere eos, respondit Iacobus, dicens: Viri fratres, audite me.

Simeon narrauit quemadmodum primùm Deus respexit soluere ex Gentibus populũ in nomine suo:

Transl. Erasm. Roterod.

Circundantibus autem eum discipulis, surrexit & intrauit ciuitatem. Ac postero die profectus est cum Barnaba Derben.

Cumque euangelizassent ciuitati illi, ac docuissent multos, reuersi sunt Lystram & Iconium & Antiochiam,

Denuo confirmantes animas discipulorum, exhortantesq; vt perseuerarent in fide, & quod per multas afflictiones oportuit nos intrare in regnum Dei.

Et cum suffragijs creassent illis per singulas Ecclesias, presbyteros, precatiq; essent cum ieiunijs, commendauerunt eos Domino in quem crediderant.

Peragratag; Pisidia venerunt in Pamphyliam.

Et cum locuti essent sermonem Pergæ, descenderunt in vrbem Attaliam,

Et inde soluerunt Antiochiam, vnde erant traditi gratiæ Dei in opus quod compleuerunt.

Cum autem venissent & congregassent Ecclesiam, retulerunt quæcunque fecisset Deus secum, & quod aperuisset gentibus ostium fidei.

Commorati sunt autem illic multum temporis cum discipulis.

CAP. XV.

ET quidam qui descenderant à Iudæa, docebant fratres nisi circuncidamini secundum morem Mosi, non potestis esse salui.

Cum orta ergo seditio & disceptatio esset non exigua Paulo ac Barnabæ aduersus illos, statuerunt vt ascenderent Paulus & Barnabas & quidam alij ex illis, ad apostolos ac presbyteros Hierosolymam, super hac quæstione.

Illi ergo deducti ab Ecclesia, pertransibant Phœnicen & Samariam, narrantes conuersionem gentium, & adferebant gaudium magnum omnibus fratribus.

Cum autem venissent Hierosolymam, susceptisunt ab Ecclesia & ab Apostolis ac presbyteris, annunciauerunt; quæcunque Deus fecisset cum ipsis.

Surrexerunt autem quidam de factione Pharisæorum, qui crediderant dicentes, quod oporteret circuncidere eos ac præcipere, vt seruarent legem Mosi.

Conuenerunt; Apostoli ac Presbyteri, vt dispicerent de hoc negocio.

Cum autem magna disceptatio fuisset, surgens Petrus dixit ad eos: Viri fratres, vos scitis, quod ab antiquis diebus Deus inter nos elegit, vt per os meum audirent gentes verbum Euangelij, crederent; .

Et qui nouit corda Deus, testimonium prabuit illis, dans illis Spiritum sanctum sicut & nobis,

Nihil; discreuit inter nos & illos, cum fide purificauerit corda illorum.

Nunc ergo quid tentatis Deum, vt imponatur iugum super ceruices discipulorum quod neque patres nostri neq; nos portare potuimus?

Sed per gratiam Domini Iesu Christi credimus nos saluos futuros, quemadmodum & illi:

Tacuit autem tota multitudo, & audiebant Barnabam ac Paulum narrantes, quæ Deus edidisset signa & prodigia inter gentes per ipsos,

Et postquam conticuissent, respondit Iacobus, dicens: Viri fratres, audite me.

Symon narrauit quemadmodum primum Deus visitauerit, vt sumeret ex gentibus populum in nomine suo,

Vulgat. Editio.		Transl. ex Syriac.
Et huic concordant verba Prophetarum, ſicut ſcriptum eſt:	15	*Et huic rei conſonant verba prophetarum, prout ſcriptum eſt.*
*Poſt hæc reuertar, & reædificabo tabernaculum Dauid, quod decidit: & diruta eius reædificabo, & erigam illud:	16	*Poſt hæc reuertar, & erigam tabernaculum Dauid quod cecidit; & ædificabo quod collapſum eſt ex eo, atque illud reſtaurabo.*
Vt requirant cæteri hominum Dominum, & omnes gentes, ſuper quas inuocatum eſt nomen meum dicit Dominus faciens hæc.	17	*Adeò vt requirant cæteri homines Dominum, & omnes Gentes ſuper quas inuocatum eſt nomen meum: dicit Dominus qui facit hæc omnia.*
Notum à ſæculo eſt Domino opus ſuum.	18	*Nota ſunt ab æuo opera Dei.*
Propter quod ego iudico non inquietari eos, qui ex Gentibus conuertuntur ad Deum.	19	*Quamobrem ego dico eos non eſſe contundendos qui ex Gentibus conuertuntur ad Deum.*
Sed ſcribere ad eos vt abſtineant ſe à contaminationibus ſimulachrorum, & fornicationis, & ſuffocatis, & ſanguine.	20	*Sed mittemus ad eos, vt abſtineant à pollutione ſacrificij, & à ſcortatione, & ſtrangulato, & ſanguine.*
Moyſes enim à temporibus antiquis habet in ſingulis ciuitatibus qui eum prædicent in ſynagogis, vbi per omne ſabbatum legitur.	21	*Mouſche enim ab ætatibus antiquis in omni ciuitate habet præcones in ſynagogis, qui per ſingula Sabbatha legant eum.*
Tunc placuit Apoſtolis, & ſenioribus cum omni Eccleſia, eligere viros ex eis, & mittere Antiochiam cum Paulo, & Barnaba, Iudam, qui cognominabatur Barſabbas, & Silam viros primos in fratribus,	22	*Tunc Apoſtoli & Presbyteri cum tota Eccleſia elegerunt viros ex ſe, quos miſerunt Antiochiam vnà cum Paulo & Barnabba, nempe Iihoudo qui vocatur Barſchabbo, & Schilo viros qui primarij erant inter fratres.*
Scribentes per manus eorum. APOSTOLI & ſeniores fratres, his, qui ſunt Antiochiæ, & Syriæ, & Ciliciæ fratribus ex Gentibus, ſalutem.	23	** Porrò ſcripſerunt epiſtolam per manus eorum (quam deferrent) hoc modo. APOSTOLI & presbyteri, & fratres, ijs qui ſunt Antiochiæ, & in Syria, & Cilicia fratres ex Gentibus, pacem.* (Salutem.)
Quoniam audiuimus quia quidam ex nobis exeuntes, turbauerunt vos verbis, euertentes animas veſtras, quibus non mandauimus:	24	*Auditione accepimus quoſdam è nobis exiſſe, vobiſque incuſſiſſe terrorem ſermonibus, ac labefactaſſe animas veſtras, quum dicerent vos eſſe circuncidendos: Legemque obſeruaturos, quibus nos hoc non præceperamus.*
Placuit nobis collectis in vnum, eligere viros, & mittere ad vos cum chariſsimis noſtris Barnaba, & Paulo.	25	*Quapropter cogitauimus omnes congregati, ac delegimus viros, ad vosque mittimus cum Paulo, & Barnabba chariſſimis noſtris:*
Hominibus, qui tradiderunt animas ſuas pro nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti.	26	*Hominibus, qui expoſuerunt animas ſuas pro nomine Domini noſtri Ieſchua Meſchicho.*
Miſimus ergo Iudam, & Silam, qui & ipſi vobis verbis referent eadem.	27	*Itaque miſimus cum eis Iihoudo & Schilo, vt ipſi verbis hæc vobis renuntient.*
Viſum eſt enim Spiritui ſancto, & nobis nihil vltra imponere vobis oneris quam hæc neceſſaria:	28	*Placuit enim Spiritui ſanctitatis ac etiam nobis, nequid imponeremus vobis amplius oneris quàm hæc quæ neceſſaria ſunt.*
Vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulachrorum, & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione, à quibus cuſtodientes vos, bene agetis. Valete.	29	*Vt abſtineatis ab immolato, & à ſanguine, & ſuffocato, & ſcortatione: quumque conſeruaueritis animas veſtras ab his, benè ſe habebunt. Eſtote veraces in Domino noſtro.*
Illi ergo dimiſſi, deſcenderunt Antiochiam: & congregata multitudine tradiderunt epiſtolam.	30	*Illi porrò qui miſſi fuerant, venerunt Antiochiam: congregaruntque totum populum, ac reddiderunt epiſtolam.*
Quam cum legiſſent, gauiſi ſunt ſuper conſolatione.	31	*Quam quum legiſſent, gauiſi ſunt, & conſolationem recepervnt.*
Iudas autem, & Silas, & ipſi cum eſſent Prophetæ, verbo plurimo conſolati ſunt fratres, & confirmauerunt.	32	*Et ſermone diuite roborarunt fratres, confirmarunt que domeſticos Iihoudo & Schilo, quippe qui & ipſi Prophetæ eſſent.*
Facto autem ibi aliquanto tempore, dimiſi ſunt cum pace à fratribus ad eos, qui miſerant illos.	33	*Quumque illic egiſſent aliquandiu, dimiſerunt eos fratres cum pace ad Apoſtolos.*
Viſum eſt autem Silæ ibi remanere: Iudas autem ſolus abiit Ieruſalem,	34	
Paulus autem, & Barnabas demorabantur Antiochiæ docentes & euangelizantes cum alijs pluribus, verbum Domini.	35	** Paulus autem & Barnabba commorati ſunt Antiochiæ, docebantque, & euangelizabant cum plurimis alijs ſermonem Dei.*
Poſt aliquot autem dies, dixit ad Barnabam Paulus: Reuertentes viſitemus fratres per vniuerſas ciuitates, in quibus prædicauimus verbum Domini quomodo ſe habeant.	36	*Poſt aliquot autem dies, dixit Paulus Barnabbæ: Reuertamur, & inuiſamus fratres per vnamquamque ciuitatem in qua prædicauimus ſermonem Dei, vt videamus quid agant.*
Barnabas autem volebat ſecum aſſumere & Ioannem, qui cognominabatur Marcus.	37	*Barnabba autem volebat aſſumere Iouchanon illum qui cognominatus eſt Marcus.*
Paulus autem rogabat eum (vt qui diſceſsiſſet ab eis de Pamphylia, & non iſſet cum eis in opus) non debere recipi.	38	*Paulus verò nolebat aſſumere eum ſecum, quippe qui reliquiſſet eos quum ipſi eſſent Pamphyliæ, nec profectus fuiſſet cum eis.*
Facta eſt autem diſſenſio, ita vt diſcederent ab inuicem,	39	*Propter hanc contentionem diuiſi ſunt alter ab altero:*

* 4 Reg. 9. 11

* Sabbatho iiij. Ieiunij.

* Feria v. hebdomadis iij. Iunij.

Transl. B. Ariæ Mont.

Et huic concordant verba Prophetarum, ſicut 15
ſcriptum eſt,

Poſt hæc reuertar, & reædificabo tabernaculum 16
Dauid collapſum, & diruta eius reædificabo, & erigam illud:

Vt requirant cæteri hominum Dominum, & om- 17
nes Gentes ſuper quas inuocatum eſt nomen meum ſuper eos, dicit Dominus faciens hæc omnia:

Quæ ſunt nota à ſeculo ei. 18

Ideo ego iudico non obturbari eos qui ex Genti- 19
bus conuerſos ad Deum:

Sed mittere eis ad abſtinendum à contaminatio- 20
nibus ſimulachrorum & fornicationis, & ſuffocati, & ſanguinis.

Moyſes enim ex generationibus antiquis per ci- 21
uitatem prædicantes eum habet, in ſynagogis per omne ſabbatum lectus.

Tunc viſum eſt Apoſtolis, & ſenioribus cum om- 22
ni Eccleſia, electos viros ex eis mittere in Antiochiam cum Paulo & Barnaba, Iudam cognominatum Barſabam, & Silam, viros doctores in fratribus:

Scribentes per manus eorum hæc: APOSTOLI, & 23
ſeniores, & fratres, his qui apud Antiochiam, & Syriam, & Ciliciam fratribus, qui ex Gentibus gaudere.

Quandoquidem audiuimus quia quidam exeun- 24
tes, turbauerunt vos verbis, labefactantes animas veſtras, dicentes circuncidi, & ſeruare legem, quibus non mandauimus:

Viſum eſt nobis factis concorditer, electos viros 25
mittere ad vos, cum dilectis noſtris Barnaba & Paulo,

Hominibus tradentibus animas ſuas pro nomine 26
Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Miſimus ergo Iudam & Silam, & eos per ſermo- 27
nem annuntiantes eadem.

Viſum eſt enim ſancto Spiritui & nobis, nihil 28
amplius imponere vobis onus, quàm neceſſarium, horum:

Abſtinere immolatis ſimulachrorum, & ſangui- 29
ne, & ſuffocato, & fornicatione: & quæcunque non vultis vobisipſis fieri, aliis ne facite: ex quibus cuſtodientes vosipſos, bene agetis. Valete.

Illi quidem ergo dimiſſi, venerunt in Antiochiam, 30
& congregantes multitudinem tradiderunt epiſtolam.

Legentes autem gauiſi ſunt ſuper cohortatione. 31

Iudasque & Silas, & ipſi prophetæ exiſtentes, per 32
ſermonem multum exhortati ſunt fratres, & confirmauerunt.

Facientes autem tempus, dimiſſi ſunt cum pace à 33
fratribus ad Apoſtolos.

Viſum eſt autem Silæ remanere ibi. 34

Paulus autem & Barnabas demorabantur in An- 35
tiochia, docentes & euangelizantes cum & aliis pluribus verbum Domini:

Poſt autem aliquot dies dixit Paulus ad Barna- 36
bam: Reuertentes iam viſitemus fratres noſtros per omnem ciuitatem, in quibus annuntiauimus verbum Domini, quomodo habeant.

Barnabas autem conſuluit coaſſumere Ioannem 37
vocatum Marcum:

Paulus autem ducebat illum abſiſtentem ab eis 38
de Pamphylia, & non coëuntem eis in opus, non coaſſumere hunc.

Facta eſt ergo irritatio, ita vt abſcedere eos ab inui- 39

cem

Transl. Eraſm. Roterod.

Et huic conſonant verba prophetarum, ſicut ſcriptum eſt: 15

Poſt hæc reuertar, ac rurſus ædificabo tabernaculum Dauid, quod collapſum eſt, & diruta eius inſtaurabo: & erigam illud, 16

Vt requirant qui reliqui ſunt homines, dominum, & omnes gentes ſuper quas inuocatum eſt nomen meum: dicit Dominus, qui facit hæc omnia. 17

Nota à ſæculo ſunt Deo omnia hæc opera ſua. 18

Propter quod ego cenſeo, non obturbandum eſſe illis, qui ex gentibus conuertuntur ad Deum, 19

Sed ſcribendum ad eos, vt abſtineant ſe ab inquinamentis ſimulacrorum, & ſcortatione, & ſuffocato, & ſanguine. 20

Moſes enim ab ætatibus antiquis in ſingulis ciuitatibus habet qui ipſum prædicent in ſynagogis, vbi per omne ſabbatum legitur. 21

Tunc placuit Apoſtolis & ſenioribus cum tota Eccleſia, vt delectos ex ſeſe viros mitterent Antiochiam cum Paulo & Barnaba, Iudam, cognomento Barſaban & Silam, 22

Viros primarios inter fratres miſſis per manus eorum literis in hanc ſententiã: APOSTOLI & presbyteri & fratres, his qui ſunt Antiochiæ & in Syria & in Cilicia fratribus qui ſunt ex gentibus, ſalutem. 23

Quoniam audiuimus, quod quidam è nobis egreſſi, turbauerunt vos verbis, labefactantes animas veſtras, iubentes vos circuncidi & ſeruare legem, quibus non mandaueramus. 24

Viſum eſt nobis vnanimiter congregatis, delectos viros mittere ad vos, cum dilectis noſtris Barnaba & Paulo, 25

Hominibus qui expoſuerunt animas ſuas pro nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. 26

Miſimus ergo Iudam & Silam, qui & ipſi vobis verbis referent eadem. 27

Viſum eſt enim Spiritui ſancto ac nobis, ne quid amplius imponeremus vobis oneris, quam hæc neceſſaria, videlicet, 28

Vt abſtineatis ab his quæ ſunt immolata ſimulacris, & ſanguine, & ſuffocato, & ſcortatione. A quibus ſi conſeruaueritis vosipſos, benefacitis. Valete. 29

Illi ergo dimiſſi venerunt Antiochiam, & congregata multitudine reddiderunt epiſtolam. 30

Quam cum legiſſent, gauiſi ſunt ſuper conſolatione. 31

Iudas autem & Silas cum eſſent & ipſi prophetæ, ſermone copioſo adhortati ſunt fratres, confirmauerunt q. 32

Commorati autem illic aliquantum temporis, dimiſſi ſunt cum pace à fratribus ad Apoſtolos. 33

Viſum eſt autem Silæ manere ibidem, 34

Paulus vero ac Barnabas demorabantur Antiochiæ, docentes, & annunciantes cum aliis etiam compluribus ſermonem Domini. 35

Poſt aliquot autem dies dixit ad Barnabam Paulus. Reuertentes iam viſitemus fratres noſtros per omnes ciuitates, in quibus annunciauimus ſermonem Domini quomodo ſe habeant. 36

Barnabas autem conſulebat vt aſſumerent & Ioannem, cognomento Marcum, 37

Paulus autem nolebat, vt is qui defeciſſet ab ipſis ex Pamphylia, nec iſſet cum eis in opus, adiungeretur. 38

Tã acris aũ fuit inter eos diſceptatio, vt alter ab altero 39

ſeiun-

Vulgat. Editio.

& Barnabas quidem assumpto Marco nauigaret Cyprum.

Paulus vero electo Sila profectus est, traditus gratiæ Dei à fratribus.

Perambulabat autem Syriam, & Ciliciam, confirmans Ecclesias: præcipiens custodire præcepta Apostolorum, & seniorum.

CAP. XVI.

PEruenit autem Derben, & Lystram. Et ecce discipulus quidam erat ibi nomine Timotheus, filius mulieris Iudææ fidelis, patre Gentili.

Huic testimonium bonum reddebant qui in Lystris erant, & Iconio fratres.

Hunc voluit Paulus secum proficisci & assumens circuncidit eum propter Iudæos, qui erant in illis locis. Sciebant enim omnes quòd pater eius erat Gentilis.

Cum autem pertransirent ciuitates, tradebant eis custodire dogmata, quæ erant decreta ab Apostolis & senioribus, qui erant Ierosolymis.

Et Ecclesiæ quidem confirmabantur fide, & abundabant numero quotidie.

Transeuntes autem Phrygiam, & Galatiæ regionem, vetati sunt à Spiritu sancto loqui verbum Dei in Asia.

Cum venissent autem in Mysiam, tentabant ire in Bithyniam: & non permisit eos Spiritus Iesu.

Cum autem pertransissent Mysiam, descenderunt Troadem:

Et visio per noctem Paulo ostensa est: Vir Macedo quidam erat stans, & deprecans eum, & dicens: Transiens in Macedoniam, adiuua nos.

Vt autem visum vidit, statim quæsiuimus proficisci in Macedoniam, certi facti quod vocasset nos Deus euangelizare eis.

Nauigantes autem à Troade, recto cursu venimus Samothraciam, & sequenti die Neapolim:

Et inde Philippos, quæ est prima partis Macedoniæ ciuitas, colonia. Eramus autem in hac Vrbe diebus aliquot, conferentes.

Die autem sabbatorum egressi sumus foras portam iuxta flumen, vbi videbatur oratio esse: & sedentes loquebamur mulieribus, quæ conuenerant.

Et quædam mulier nomine Lydia, purpuraria ciuitatis Thyatirenorum, colens Deum, audiuit: cuius Dominus aperuit cor intendere his, quæ dicebantur à Paulo.

Cùm autem baptizata esset, & domus eius, deprecata est dicens: Si iudicastis me fidelem Domino esse, introite in domum meam, & manete. Et coegit nos.

Factum est autem euntibus nobis ad orationem, puellam quandam habentem spiritum pythonem obuiare nobis, quæ quæstum magnum præstabat dominis suis diuinando.

Hæc subsecuta Paulum, & nos, clamabat dicens: Isti homines serui Dei excelsi sunt, qui annunciant vobis viam salutis.

Hoc autē faciebat multis diebus. Dolens autē Paulus, & conuersus, spiritui dixit: Præcipio tibi in nomine Iesu Christi exire ab ea. Et exijt eadem hora.

Videntes autem domini eius quia exiuit spes quæstus eorum, apprehendentes Paulum, & Silam perduxerunt in forum ad principes:

Transl. ex Syriac.

& Barnabba assumpsit Marcum, & per mare pertrexerunt, atque profecti sunt Cyprum.

40 *Paulus verò delegit sibi Schilam, & exijt, quum commendatus esset à fratribus gratiæ Dei.*

41 *Obijtque Syriam & Ciliciam, confirmabatque Ecclesias: & peruenit Derben ciuitatem, & Lystram.*

CAP. XVI.

Feria vi. hebdomadis iij. Iunij.

1 ERat autem illic discipulus quidam nomine Timotheus, filius Ishoudæa cuiusdam fidelis, caterum patre Gentili.

2 *Omnesq; discipuli ex Lystris, & Iconio huic dabant testimonium.*

3 *Hunc volebat Paulus assumere, vt eum duceret secum; & acceptum eum circuncidit propter Ihoudæos, qui erant in illa regione, nouerant enim omnes patrem eius Gentilem fuisse.*

4 *Quum autem proficiscerentur per vrbes, prædicabant, & docebant eos, vt obseruarent placita illa, quæ scriptis mandauerant Apostoli & Presbyteri qui erant in Ourischlem.*

5 *Itaque Ecclesiæ confirmabantur fide, multiq; fiebant numero quotidie.*

6 *Porrò peragrarunt Phrygiam & Galatiam regiones, & prohibuit eos Spiritus sanctitatis, ne loquerentur sermonem Dei in Asia.*

7 *Quumque venissent Mysiam regionem, volebant proficisci illinc Bithyniam, sed non permisit eis Spiritus Ieschua.*

* Sabbatho iij. Iesunij. 8 * *Quumque exissent ex Mysia, venerunt Troadem regionem.*

9 *Et per visum nocte apparuit Paulo, quasi vir quidam Macedo stans, & efflagitans ab eo dicens: Veni Macedoniam, & fer mihi opem.*

10 *Quum autem visum vidisset Paulus, statim studuimus adire Macedoniam, quippe qui intelligeremus Dominum nostrum nos vocasse vt euangelizaremus eis.*

11 *Pergentes itaque ex Troade direximus iter ad Samothraciam, & illinc postridie venimus Neapolim vrbem.*

12 *Et illinc Philippos, quæ est principium Macedoniæ, estq; colonia. Egimus autem in ea ciuitate dies aliquot.*

13 *Porrò exiuimus die Sabbathi extra portas ciuitatis ad littus fluminis, quoniam illic conspiciebatur domus precationis: quumq; consedissemus, allocuti sumus mulieres quæ conuenerant illic.*

14 *Eratque mulier quædam venditrix purpuræ, quæ reuerebatur Deum, cui nomen erat Ludia ex Theatira vrbe; cuius aperuit cor Dominus noster, audijtque quod dicebat Paulus.*

15 *Proinde baptizata est, & filij domus eius* (domestici:) *petebat autem à nobis, & dicebat: Si verè confiditis me fidelem esse in Domino nostro, venite, diuersamini in ædibus meis. Et multum adegit nos.*

* Feriæ iij. ea quinta Iesunij. 16 * *Factum est autem quum proficisceremur domum precationis vt occurrerit nobis adolescentula quædam, in qua erat Spiritus diuinationis, & faciebat dominis suis multum quæstum diuinatione, qua diuinabat.*

17 *Et sequebatur Paulum & nos, clamabatq; & dicebat: Viri isti serui sunt Dei excelsi, & annuntiant vobis viam salutis.*

18 *Et ita fecit multis diebus. Sed indignatus est Paulus, dixitque spiritui illi: Præcipio tibi in nomine Ieschua Meschicho, vt exeas ab ea. Eo igitur momento exijt.*

19 *Quumque vidissent heri eius abijsse ex ea spem quæstus sui, prehenderunt Paulum & Schilo, & trahendo adduxerunt eos in plateam.*

Transl. B. Ariæ Mont.

cem, ipsumq. Barnabam assumentem Marcum, enauigare in Cyprum.

Paulus verò eligens Silam, abijt, traditus gratiæ Dei à fratribus.

Perambulabat autem Syriam & Ciliciam, confirmans Ecclesias, præcipiens custodire præcepta Apostolorum & seniorum.

CAP. XVI.

PErvenit autem in Derben & Lystram, & ecce discipulus quidá erat, nomine Timotheus, filius mulieris cuiusdam Iudææ fidelis, patre aũt Græco.

Qui testimonio probabatur ab his qui in Lystris & Iconio fratribus.

Hunc voluit Paulus secum proficisci: & assumens circuncidit eum propter Iudæos exiitentes in locis illis: sciebant enim omnes patrem eius, quod Græcus erat.

Cùm autem pertransirent ciuitates, tradebant eis custodire dogmata iudicata ab Apostolis & senioribus qui in Hierusalem.

Ipsæ quidem ergo Ecclesiæ confirmabantur fide, & abundabant numero per diem.

Transeuntes autem Phrygiam & Galaticam regionem, vetati à sancto Spiritu loqui verbum in Asia,

Venientes versus Mysiam, tentabant versus Bithiniam ire: & non permisit eos Spiritus.

Prætereuntes autem Mysiam, descenderunt in Troadem.

Et visio per noctem conspecta est Paulo: Vir quidam erat Macedo, stans deprecans eum, & dicens: Transiens in Macedoniam adiuua nos.

Vt autem visum vidit, statim quæsiuimus proficisci in Macedoniam, coinstructi quòd vocasset nos Dominus euangelizare eis.

Prouecti ergo à Troade, rectà cucurrimus in Samothraciam: ipsaque adexistenti in Neapolim,

Indeque in Philippos, quæ est prima partis Macedoniæ ciuitas, Colonia: eramus autem in hac vrbe versantes dies aliquot.

Ipsaque die sabbatorum egressi sumus extra vrbem iuxta fluuium, vbi sedebat oratio esse: & sedentes loquebamur conuenientibus mulieribus.

Et quædam mulier nomine Lydia, purpuræ venditrix, ciuitatis Thyatirenorum, colens Deum, audiuit: cuius Dominus aperuit cor, intendere effatis à Paulo.

Vt autem, baptizata est & domus eius, deprecata est, dicens: Si iudicastis me fidelem Domino esse, ingredientes in domum meam manete: & coëgit nos.

Factum est autem euntibus nobis ad orationem, puellam quandam habentem spiritum pythonis occurrere nobis: quæ quæstum multum præstabat dominis suis vaticinans.

Hæc subsecuta Paulum & nos, clamabat, dicens: Isti homines serui Dei excelsi sunt, qui annuntiant nobis viam salutis.

Hoc autem faciebat ad multos dies. dolens autem Paulus, & conuersus, spiritui dixit: Præcipio tibi in nomine Iesu Christi exire ab ea & exiit eadem hora.

Videntes autem domini eius quia exiuit spes quæstus eorum, apprehendentes Paulum & Silam, traxerunt in forum ad principes.

Transl. Erasm. Roterod.

seiungeretur, & Barnabas quidem assumpto Marco nauigaret in Cyprum.

Paulus vero allecto Sila profectus est, traditus gratiæ Dei à fratribus.

Perambulabat autem Syriam ac Ciliciam, confirmans Ecclesias.

CAP. XVI.

PErvenit autem in Derben & Lystram, & ecce discipulus quidam erat ibi, nomine Timotheus, filius mulieris cuiusdam Iudææ fidelis, caterum patre Græco.

Huic testimonium bonum reddebant qui Lystris erant & Iconij fratres.

Hunc voluit Paulus secum proficisci, & assumptum circuncidit eum propter Iudæos, qui erant in illis locis. Sciebant enim omnes quod pater eius erat Græcus.

Cum autem pertransirent ciuitates, tradebant eis seruanda decreta, quæ erant ordinata ab Apostolis & Presbyteris, qui erant Hierosolymis.

Itaque Ecclesiæ confirmabantur fide, & abundabant numero quotidie.

Cum peragrassent autem Phrygiam & Galaticam regionem, vetiti fuerunt à Spiritu sancto loqui sermonem in Asia,

Profecti in Mysiam, tentabant ire in Bithyniam, & non permisit eos Spiritus.

Cum autem pertransissent Mysiam, descenderunt Troadem.

Et visio per noctem Paulo visa est. Vir Macedo quidam erat stans, & deprecans eum, ac dicens: Profectus in Macedoniam, succurre nobis.

Vt autem visum vidit, statim quæsiuimus proficisci in Macedoniam, certi facti, quod vocasset nos Dominus ad euangelizandum eis.

Cum soluissemus igitur à Troade, recto cursu venimus Samothracen & postero die Neapolim,

Et inde Philippos, quæ est prima partis Macedoniæ ciuitas, colonia. Eramus autem in eadem vrbe diebus aliquot commorantes,

Et die sabbatorum egressi sumus è ciuitate iuxta fluuium, vbi solebat esse precatio, & sedentes loquebamur mulieribus quæ conuenerant.

Et quædam mulier nomine Lydia purpurarium venditrix ciuitatis Thyatirorum, colens Deum, audiuit, cuius Dominus aperuit cor, vt intenderet his quæ dicebantur à Paulo.

Cum autem baptizata esset & domus eius, deprecata est dicens: Si iudicastis me fidelem Domino esse, introite in domum meam & manete. & adegit nos.

Accidit autem euntibus nobis ad precationem, vt puella quædam habens spiritum Pythonis, occurreret nobis, quæ quæstum magnum præstabat dominis suis diuinando.

Hæc subsecuta Paulum ac nos, clamabat, dicens: Isti homines serui Dei excelsissimi sunt, qui annunciant nobis viam salutis.

Hoc autem faciebat multos dies, Sed ægrè ferens Paulus, & conuersus, spiritui dixit: Præcipio tibi per nomen Iesu Christi, vt exeas ab ea. Et exijt eadem hora.

Videntes autem Domini eius, quòd abijsset spes quæstus sui, apprehensum Paulum & Silam traxerunt in forum ad principes,

Vulgat. Editio.

Et offerentes eos magistratibus, dixerunt: Hi homines conturbant ciuitatem nostram, cum sint Iudæi:

Et annunciant morem, quem non licet nobis suscipere, neque facere, cum simus Romani.

Et cucurrit plebs aduersus eos: & magistratus, scissis tunicis eorum, * iusserunt eos virgis cædi.

Et cum multas plagas eis imposuissent; miserunt eos in carcerem, præcipientes custodi vt diligenter custodiret eos.

Qui cum tale præceptum accepisset, misit eos in interiorem carcerem, & pedes eorum strinxit ligno.

Media autem nocte Paulus, & Silas orantes, laudabant Deum: & audiebant eos, qui in custodia erant.

Subitò verò terræmotus factus est magnus, ita vt moverentur fundamenta carceris. Et statim aperta sunt omnia ostia: & vniuersorū vincula soluta sunt.

Expergefactus autem custos carceris, & videns ianuas apertas carceris, euaginato gladio volebat se interficere, æstimans fugisse vinctos.

Clamauit autem Paulus voce magna, dicens: Nihil tibi mali feceris: vniuersi enim hic sumus.

Petitoque lumine, introgressus est: & tremefactus procidit Paulo & Silæ ad pedes:

Et producens eos foras, ait: Domini, quid me oportet facere, vt saluus fiam?

At illi dixerunt: Crede in Dominum Iesum: & saluus eris tu, & domus tua.

Et locuti sunt ei verbum Domini cum omnibus qui erant in domo eius.

Et tollens eos in illa hora noctis, lauit plagas eorum: & baptizatus est ipse, & omnis domus eius continuo.

Cumque perduxisset eos in domum suam, apposuit eis mensam, & lætatus est cum omni domo sua credens Deo.

Et cum dies factus esset, miserunt magistratus lictores, dicentes: Dimitte homines illos.

Nunciauit autem custos carceris verba hæc Paulo: Quia miserunt magistratus vt dimittamini, nunc igitur exeuntes, ite in pace.

Paulus autem dixit eis: Cæsos nos publicè, indemnatos, homines Romanos miserunt in carcerem, & nunc occultè nos eijciunt? Non ita: sed veniant,

Et ipsi nos eijciant: Nunciauerunt autem magistratibus lectores verba hæc. Timueruntque audito, quod Romani essent:

Et venientes deprecati sunt eos, & educentes rogabant vt egrederentur de vrbe.

Exeuntes autem de carcere, introierunt ad Lydiam: & visis fratribus consolati sunt eos, & profecti sunt.

CAP. XVII.

CVm autem perambulassent Amphipolim, & Apolloniam, venerunt Thessalonicam, vbi erat synagoga Iudæorum.

Secundum consuetudinem autem Paulus introiuit ad eos, & per sabbata tria differebat eis Scripturis,

Transl. ex Syriac.

Et eos statuerunt ante magistratus, & primores vrbis. Dicebant autem: Homines isti conturbant ciuitatem nostram, quoniam Iihoudæi sunt.

Et prædicant ritus quos non licet nobis recipere, nec exequi, quippe qui Romani simus.

Turba item plurima coacta est aduersus eos: tunc præfecti disruperunt eorum vestimenta, insseruntque eos virgis cædi.

Quumq; multum eos flagellassent, coniecerunt eos in carcerem, & præceperunt custodi domus vinctorum (commentariensi,) vt custoditet eos caute.

Ipse verò quum suscepisset hoc mandatum, intromittens eos occlusit in locum intimum carceris, vinxitque pedes eorum nimella.

Media vero nocte Paulus & Schilo precabantur, & glorificabant Deum, audiebantque eos vincti.

Et repentè terræmotus ingens exstitit, & concussa sum fundamenta carceris, & confestim apertæ sunt fores omnes, & vincula omnium soluta.

Quumque excitatus esset custos domus vinctorum, & videret apertas fores carceris, accepit gladium, volebatque seipsum interficere, quippe qui putaret vinctos effugisse.

Proinde vocauit eum Paulus al. a voce, & dixit ei: Ne quid facias tibipsi mali, quoniam nos omnes hic sumus.

Ille verò accendit sibi lucernam, prosiliitque, & ingressus est tremens, ac procidit ad pedes Pauli & Schil.

Et produxit eos foras, dixitque eis: Domini mei, quid me oportet facere, vt saluus sim?

Illi verò dixerunt ei: Crede in Dominum nostrum Ieshua Meschicho, & seruaberis tu, & domus tua.

Porrò allocuti sunt eum Domini sermonem omnesque domesticos eius.

Et ea ipsa hora, in illa nocte, assumptis illis lauit vlcera eorum, eoque momento baptizatus est, omnesque domestici eius.

Et acceptos eos subduxit domum suam, apposuit eis mensam, exultabatque ipse, & domestici eius in fide Dei.

Exorto autem die miserunt magistratus eos qui ferebant fasces (lictores) qui dicerent præfecto domus vinctorum: Dimitte illos homines.

* *Quæ quum audisset præfectus domus vinctorum ingressus renunciauit hunc sermonem Paulo: Miserunt inquit, magistratus, vt dimittamini. Nunc ergo exite, proficiscamini in pace.*

Dixit ei Paulus Innocentes flagris nos cæciderunt coram toto mundo, quum homines Romani simus nosq; coniecerunt in carcerem, nunc autem clàm eijciunt nos? Minimè sanè: sed veniant ipsi,

Educant nos. Abierunt itaque gestores fascium, (lictores) & renuntiarunt magistratibus hos sermones, qui sibi dicti fuerunt: quumque audissent eos Romanos esse, timuerunt.

Et venerunt ad eos, & effligitarunt ab eis, vt exirent, excederentque ciuitate.

Quum autem egressi fuissent è carcere, ingressi sunt ad Laodiam, & inuiserunt fratres, eosque consolati sunt.

CAP. XVII.

Et exierunt, ac transierunt per Amphipolim, & Apoloniam vrbes, venerunt que Thessalonicam, vbi erat synagoga Iihoudæorum.

Caterùm Paulus, prout consueuerat, introiit ad eos ibusque sabbathis verba fecit ad eos ex Scripturis.

* 1. Cor. 12. 25. 1. Thes. 2. Philip. 1. 13.

* Domini cæna Iesuiti.

* Nodæ Cruciffixionis.

Transl. B. Ariæ Mont.

Et offerentes eos præfectis, dixerunt: Hi homines conturbant nostram ciuitatem, Iudæi subsistentes:

Et annuntiant mores, quos non licet nobis suscipere, neque facere, Romanis existentibus.

Et consurrexit turba aduersus eos: & præfecti dirumpentes eorum vestes, iusserunt flagellare,

Multasque imponentes eis plagas, immiserunt in custodiam, mandantes vinctorum custodi tutò custodire eos.

Qui mandatum tale accipiens, misit eos in interiorem carcerem, & pedes eorum strinxit in lignum.

Secundùm autem mediam noctem, Paulus & Silas orantes laudabant Deum: audiebant autem eos vincti.

Subitò verò terræmotus factus est magnus, ita vt moueri fundamenta carceris: aperta sunt q, statim ostia omnia, & vniuersorum vincula remissa sunt.

E somnis autem factus vinctorum custos, & videns apertas ianuas carceris, educens gladium futurus erat seipsum interficere, æstimans effugisse vinctos.

Clamauit autem voce magna Paulus, dicens, Nihil feceris tibiipsi malum: vniuersi enim sumus hic:

Petens verò lumen, irrupit, & tremefactus factus, procidit Paulo & Silæ.

Et producens eos foras, ait: Domini, quid me oportet facere vt seruer?

Illi autem dixerunt: Crede in Dominum Iesum Christum, & seruaberis tu & domus tua:

Et locuti sunt ei verbum Domini, & omnibus qui erant in domo eius.

Et tollens eos in illa hora noctis, lauit à plagis, & baptizatus est ipse & eius continuò.

Perducensque eos in domum suam, apposuit mensam, & lætatus est cum omni domo credens Deo.

Die autem facto, miserunt magistratus lictores, dicentes: Dimitte homines illos.

Annuntiauit autem carceris custos verba hæc ad Paulum, Quia miserunt magistratus vt dimittamini. nunc igitur exeuntes ite in pace.

At Paulus ait ad eos: Cædentes nos publicè indemnatos, homines Romanos subsistentes miserunt in carcerem, & nunc occultè nos eiiciunt? non enim: sed venientes,

Ipsi nos educant. Renuntiauerunt autem magistratibus lictores verba hæc, & timuerunt audientes quòd Romani essent.

Et venientes deprecati sunt eos: & educentes rogabant egredi vrbe.

Exeuntes autem de custodia, introierunt ad Lydiam: & videntes fratres, consolati sunt eos, & egressi sunt.

CAP. XVII.

ITer facientes autem Amphipolim & Apolloniam, venerunt in Thessalonicam, vbi erat synagoga Iudæorum.

Secundùm autem consuetum Paulo introiuit ad eos: & per sabbata tria differebat eis de scripturis.

Transl. Erasm. Roterod.

Et offerentes eos magistratibus, dixerunt: Hi homines conturbant ciuitatem nostram, cum sint Iudæi,

Et annunciant instituta quæ non licet nobis suscipere, neque seruare, cum simus Romani.

Et concurrit turba aduersus eos, ac magistratus scissis vestibus suis, iusserunt eos virgis cædi.

Cumq; multas plagas eis imposuissent, coniecerunt eos in carcerem, præcipientes custodi carceris, vt diligenter custodiret eos.

Qui cum tale præceptum accepisset, coniecit eos in interiorem carcerem, & pedes eorum strinxit ligno.

Media autem nocte Paulus & Silas orantes laudabant Deum: Exaudiebant autem eos, qui vincti erant.

Subitò verò terræmotus factus est magnus, ita vt conquerentur fundamenta carceris. Et statim aperta sunt omnia ostia, & omnium vincula soluta sunt.

Experrectus autem custos carceris, cum videret ianuas apertas carceris, euaginato gladio, erat seipsum interfecturus, existimans aufugisse vinctos.

Clamauit autem Paulus voce magna, dicens: Ne quid feceris tibijpsi mali, vniuersi enim hic sumus.

Postulatoq; lumine, irrupit, ac tremefactus accidit Paulo & Silæ ad pedes,

Et productis illis foras, ait: Domini, quid me oportet facere, vt saluus fiam?

At illi dixerunt: Crede in Dominum Iesum, & saluus eris tu & domus tua.

Et locuti sunt ei sermonem Domini, & omnibus qui erant in domo eius.

Et assumptis illis in hora noctis, abluit plagas, & baptizatus est ipse, & omnes domestici illius, continuo.

Cumq; perduxisset eos in domum suam, apposuit eis mensam, & exultauit, quod cum vniuersa domo sua credidisset Deo.

Et cum dies ortus esset, miserunt magistratus viatores, dicentes: Dimitte homines illos.

Nunciauit autem custos carceris sermones hos Paulo: miserunt magistratus vt dimittamini. Nunc igitur exeuntes, ite in pace.

Paulus autem dixit eis: Cæsos nos publice, indicta causa, cum simus Romani, coniecerunt in carcerem, & nunc occulte nos ejciunt? Non profecto, sed veniant ipsi,

Ac nos educant. Nunciauerunt autem magistratibus viatores verba hæc. Timueruntq; audito quod Romani essent,

Et venientes deprecati sunt eos, & eductos rogabant vt egrederentur è ciuitate.

Egressi autem è carcere, introierunt ad Lydiam: & visis fratribus, consolati sunt eos, & profecti sunt.

CAP. XVII.

CVm autem iter fecissent per Amphipolim, & Apolloniam, venerunt Thessalonicam, vbi erat synagoga Iudæorum.

Secundum consuetudinem autem suam Paulus introiuit ad eos, & per sabbata tria disserebat eis è scripturis,

Vulgat. Editio.

Adaperiens & insinuans quia Christum oportuit pati, & resurgere à mortuis: & quia hic est Iesus Christus, quem ego annuncio vobis.

Et quidam ex eis crediderunt, & adiuncti sunt Paulo & Silæ, & de colentibus Gentilibusque multitudo magna, & mulieres nobiles non paucæ.

Zelantes autem Iudæi, assumentesque de vulgo viros quosdam malos, & turba facta, concitauerunt ciuitatem: & assistentes domui Iasonis, quærebant eos producere in populum.

Et cum non inuenissent eos, trahebant Iasonem, & quosdam fratres ad principes ciuitatis, clamantes: Quoniam hi, qui Vrbem concitant, & huc venerunt,

Quos suscepit Iason, & hi omnes contra decreta Cæsaris faciunt, regem alium dicentes esse, Iesum.

Concitauerunt autem plebem, & principes ciuitatis audientes hæc.

Et accepta satisfactione à Iasone & à cæteris, dimiserunt eos.

Fratres vero confestim per noctem dimiserunt Paulum, & Silam in Berœam. Qui cum veniissent, in synagogam Iudæorum introierunt.

Hi autem erant nobiliores eorum, qui sunt Thessalonicæ, qui susceperunt verbum cum omni auditate, quotidie scrutantes Scripturas, si hæc ita se haberent.

Et multi quidem crediderunt ex eis & mulierum Gentilium honestarum, & viri non pauci.

Cùm autem cognouissent in Thessalonica Iudæi, quia & Berœæ prædicatum est à Paulo verbum Dei, venerunt & illuc commouentes, & turbantes multitudinem.

Statimque tunc Paulum dimiserunt fratres, vt iret vsque ad mare: Silas autem & Timotheus remanserunt ibi.

Qui autem deducebant Paulum, perduxerunt eum vsque Athenas, & accepto mandato ab eo ad Silam & Timotheum, vt quàm celeriter venirent ad illum, profecti sunt.

Paulus autem cum Athenis eos expectaret, incitabatur spiritus eius in ipso, videns idolatriæ deditam ciuitatem.

Disputabat igitur in synagoga cum Iudæis, & colentibus, & in foro, per omnes dies ad eos, qui aderant.

Quidam autem Epicurei, & Stoici philosophi differebant cum eo: & quidam dicebant: Quid vult seminiuerbius hic, dicere? Alij vero: Nouorum dæmoniorum videtur annuntiator esse: quia Iesum & resurrectionem annuntiabat eis.

Et apprehensum eum ad Areopagum duxerunt, dicentes: Possumus scire quæ est hæc noua, quæ à te dicitur, doctrina?

Noua enim quædam infers auribus nostris: Volumus ergo scire quidnam velint hæc esse.

(Athenienses autem omnes, & aduenæ hospites, ad nihil aliud vacabant nisi aut dicere, aut audire aliquid noui.)

Stans autem Paulus in medio Areopagi, ait: Viri Athenienses, per omnia quasi superstitiosiores vos video.

Transl. ex Syriac.

3 *Dum explicaret, & ostenderet oportuisse Meschicho, pati & resurgere à mortuis, & hunc esse Ieschua Meschicho, quem, inquit, euangelizo vobis.*

4 *Proinde quidam ex eis crediderunt, seseque adiunxerunt Paulo & Schilo, multique ex Græcis illis qui timebant Deum, atque adeò mulieres percelebres non paucæ.*

5 *Sed commoti sunt inuidia Iihoudæi, & adiunxerunt eis homines scelerati ex compitis ciuitatis, coegeruntque turbam multam, & conturbarunt ciuitatem: porrò venerunt & insurrexerunt aduersus domum Iasonis, studebantque eos educere illinc, & tradere eos turbæ.*

6 *Quumque non inuenissent eos illic, litem intendebant Iasoni, & fratribus qui aderant illic, & adduxerunt eos ad primores ciuitatis vociferantes: Hi sunt qui vniuersam terram conturbarunt, Et ecce iterum huc venerunt.*

7 *Eos autem excepit iste Iason, & hi omnes contra mandata Cæsaris insurgunt, quum dicunt alium esse regem Ieschua.*

8 *Concitati sunt autem primores ciuitatis, & omnis populus quum hæc audissent.*

9 *Sed acceperunt fideiussores ab Iasone, nec non à fratribus: & tunc dimiserunt eos.*

10 *Fratres verò statim ea ipsa nocte emiserunt Paulum & Schilo Berœam vrbem. Quò quum veniissent, introierunt in synagogam Iihoudæorum.*

11 *Erant enim nobiliores isti Iihoudæi qui illic aderant: Iihoudæis illis qui erant Thessalonicæ, & audiebant ab eis sermonem quotidie hilariter dum disputarent è scripturis, num hæc ita se haberent.*

12 *Porrò multi ex eis crediderunt, ac similiter quoque ex Græcis viri plurimi, & fœminæ percelebres.*

13 *Quum autem cognouerunt Iihoudæi illi Thessalonicenses sermonem Dei prædicatum esse à Paulo Bœrææ vrbi, Venerunt etiam illuc: nec quieuerunt quin commouerent, & conturbarent plebem.*

14 *Paulum itaque emiserunt fratres vt descenderet ad mare. Commorati sunt autem in illa vrbe Schilo & Timotheus.*

15 ** Cæterum illi qui deduxerunt ipsum Paulum, venerunt cum eo adusque Athenas vrbem: quumque discederent ab eius latere, acceperunt ab eo litteras ad Schilo & Timotheum, vt quàm primùm ad ipsum proficiscerentur.*

*Dominica iiij. post Re, surrectionem.

16 *Ipse verò Paulus quum operiretur eos Athenis, mœrore afficiebatur in spiritu suo, conspiciens totam vrbem refertam idolis.*

17 *Colloquebatur autem in synagoga Iihoudæis, ijsque qui Deum reuerebantur, & in platea quotidie cum quibuslibet obuijs.*

18 *Quinetiam Philosophi ex dogmate Epicuri, alijque qui vocantur Stoici disceptabant cum eo: & vnusquisque ex eis dicebant: Quid vult iste collector verborum (gerro?) Alij vero dicebant: Deos alienos prædicat: quia Ieschua, & resurrectionem prædicabat eis.*

19 *Itaque prehenderunt eum, adduxeruntque in Senatum qui vocatur Areopagus (vicus Martis) dicentes ei: Possumus ne scire quænam sit hæc doctrina noua quam prædicas?*

20 *Verba vim extraneæ disseminas in aures nostras: volumusq; scire quid hæc sibi velint.*

21 *Porro Athenienses omnes, ijque qui illuc venerant alienigenæ, nulli alij rei vacabant, nisi ad dicendum & audiendum aliquid noui.*

22 ** Quumque staret Paulus in Areopago, dixit: Viri Athenienses, video vos inter omnia nimios esse in cultu dæmonum.*

*Dominica v. post Iesuantium Resurrectionis.

Transl. B. Ariæ Mont.

Adaperiens & proponens, quia Christum oportuit pati, & resurgere à mortuis: & quia hic est Christus Iesus, quem ego annuntio vobis.

Et quidam ex eis persuasi sunt, & adiuncti sunt Paulo & Silæ: & religiosorum Græcorum multa multitudo, mulierumque primariarum non paucæ.

Assumentes autem Iudæi impersuasi circumforaneorum quosdam viros malos, & turbam facientes, concitauerunt ciuitatem: assistentesque domui Iasonis, quærebant eos producere in populum.

Non inuenientes autem eos, trahebant Iasonem, & quosdam fratres ad principes ciuitatis, clamantes, Quoniam habitatam subuertentes hi, & hic adsunt:

Quos suscepit Iason: & hi omnes contra decreta Cæsaris faciunt, regem dicentes alium, Iesum.

Concitauerunt autem turbam, & principes ciuitatis audientes hæc.

Et accipientes satisfactionem à Iasone & cæteris, dimiserunt eos.

At fratres confestim per noctem emiserunt Paulum & Silam in Berrœam, qui aduenientes in synagogam Iudæorum abierunt.

Hi autem erant generosiores aliis qui sunt in Thessalonica, qui susceperunt verbum cum omni alacritate, per diem scrutantes scripturas, si haberent hæc ita.

Multi quidem ergo ex eis crediderunt, & Græcarum mulierum honestarum, & virorum non pauci.

Cùm autem cognouissent ex Thessalonica Iudæi, quia & in Berœa annuntiatum est à Paulo verbum Dei, venerunt & illuc, concitantes turbas.

Statim autem tunc Paulum dimiserunt fratres ire vsque ad mare: remanserunt autem hicque Silas & Timotheus ibi.

Ac tutò collocaturi Paulum, perduxerunt eum vsque ad Athenas: & accipientes mandatum ad Silam & Timotheum, vt quàm citissimè venirent ad illum, abierunt.

In autem Athenis expectante eos Paulo, incitabatur spiritus eius in ipso, vidente idolatram existentem ciuitatem.

Disputabat quidem igitur in synagoga Iudæis, & colentibus, & in foro, per omnem diem ad contingentes.

Quidam autem Epicureorum & Stoicorum philosophorum coniiciebant eo: & quidam dicebant, Quid vtique vult seminator verborum hic dicere? hi autem, Peregrinorum dæmoniorum videtur annuntiator esse: quia Iesum & resurrectionem annuntiabat.

Apprehendentesque eum, ad Areopagum duxerunt, dicentes: Possumus scire quæ noua hæc à te effata doctrina?

Peregrina enim quædam infers in aures nostras. volumus ergo scire quid vtique velint hæc esse.

Athenienses autem omnes, & aduenæ hospites, ad nihil aliud vacabant, quam dicere aliquid, & audire nouum,

Stans autem Paulus in medio Areopagi, ait: Viri Athenienses, per omnia quasi superstitiosiores vos aspicio.

Transl. Erasm. Roterod.

3 *Adaperiens & allegans, quod Christum oportuisset pati & resurgere à mortuis, & quod hic esset Christus Iesus, quem ego, inquit, annuncio vobis.*

4 *Et quidam ex eis crediderunt, & adiuncti sunt Paulo & Silæ, & religiosorum Græcorum multitudo magna, mulieresq; primariæ non paucæ.*

5 *Zelo autem commoti Iudæi increduli, & assumptis quibusdam circumforaneis viris malis, ac turba coacta, concitauerunt ciuitatem, & vrgentes domum Iasonis, quærebant eos producere ad populum.*

6 *Et cum non inuenissent eos, trahebant Iasonem, & quosdam fratres ad principes ciuitatis, clamantes: Hi qui terrarum orbem conturbarunt, huc quoque venerunt,*

7 *Quos clanculum excepit Iason. & hi omnes contra decreta Cæsaris faciunt, regem alium dicentes esse, Iesum.*

8 *Concitauerunt autem turbam, & magistratus ciuitatis audientes hæc.*

9 *Et accepta satisfactione ab Iasone & à cæteris, dimiserunt eos.*

10 *Fratres vero confestim per noctem emiserunt Paulum, simul & Silam in Berrhœam. Qui cum aduenissent, abierunt in synagogam Iudæorum.*

11 *Hi autem erant summo genere nati inter eos qui erant Thessalonicæ, qui receperant sermonem cum omni animi promptitudine, quotidie scrutantes scripturas, an hæc ita se haberent.*

12 *Et multi quidem crediderunt ex eis, & Græcæ mulieres honestæ, & viri non pauci.*

13 *Cum autem cognouissent Thessalonicenses Iudæi, quod & Berrhœæ annunciatus esset à Paulo sermo Dei, venerunt, & illic quoque commouebant turbas.*

14 *Statimq; tunc Paulum emiserunt fratres, vt iret velut ad mare. Silas autem & Timotheus remanserunt ibi.*

15 *Porrò qui prosequebantur Paulum, deduxerunt eum Athenas vsque & accepto mandato ad Silam ac Timotheum, vt quàm celerrime venirent ad se, profecti sunt.*

16 *Paulus autem cum Athenis eos expectaret, incandescebat spiritus eius in ipso, cum videret simulacrorum cultui deditam ciuitatem.*

17 *Disputabat igitur in synagoga cum Iudæis & religiosis, & in foro quotidie cum iis qui ipsum forte adissent.*

18 *Quidam autem Epicurei & Stoici philosophi conflictabantur cum eo, & quidam dicebant: Quid vult spermologus hic dicere? Alij vero, nouorum, inquiebant, dæmoniorum videtur annunciator esse, quod Iesum & resurrectionem annunciaret eis.*

19 *Et apprehensum eum ad Martium vicum duxerunt, dicentes: Possumusne scire, quæ sit ista noua quæ à te refertur, doctrina?*

20 *Noua enim quædam ingeris auribus nostris. Volumus ergo scire, quid nam velint hæc esse.*

21 *Athenienses autem omnes, & qui illic versabantur hospites, ad nihil aliud vacabant, nisi ad dicendum aut audiendum aliquid noui.*

22 *Stans autem Paulus in medio Martij vici, ait: Viri Athenienses, per omnia fere superstitiosiores vos video.*

Vulgat. Editio.

Præteriens enim, & videns simulachra vestra, inueni & aram, in qua scriptum erat: IGNOTO DEO. Quod ergo ignorantes colitis, hoc ego annuncio vobis.

* Deus, qui fecit mundum, & omnia quæ in eo sunt, hic cœli & terræ cum sit Dominus, * non sin in manufactis templis habitat,

Nec manibus humanis colitur indigens aliquo, cum ipse det omnibus vitam, & inspirationem, & omnia:

Fecitque ex vno omne genus hominum inhabitare super vniuersam faciem terræ, definiens statuta tempora, & terminos habitationis eorum,

Quærere Deum si forte attrectent eum, aut inueniant, quamuis non longe sit ab vnoquoque nostrum.

In ipso enim viuimus, & mouemur, & sumus: sicut & quidam vestrorum Poetarum dixerunt: Ipsius enim & genus sumus.

Genus ergo cum simus Dei, non debemus æstimare auro, aut argento, aut lapidi, sculpturæ artis, & cogitationis hominis, diuinum esse simile.

Et tempora quidem huius ignorantiæ despiciens Deus, nunc annuit hominibus vt omnes vbique pœnitentiam agant.

Eo quod statuit diem, in quo iudicaturus est orbem in æquitate, in viro, in quo statuit, fidem præbens omnibus, suscitans eum à mortuis.

Cum audissent autem resurrectionem mortuorum, quidam quidem irridebant, quidam uero dixerunt: Audiemus te de hoc iterum.

Sic Paulus exiuit de medio eorum.

Quidam vero viri adhærentes ei, crediderunt: in quibus & Dionysius Areopagita, & mulier nomine Damaris, & alij cum eis.

CAP. XVIII.

POst hæc egressus ab Athenis, venit Corinthum.

Et inueniens quendam Iudæum nomine Aquilam Ponticum genere, qui nuper venerat ab Italia, & Priscillam vxorem eius, (eo quod præcepisset Claudius discedere omnes Iudæos à Roma) accessit ad eos.

Et quia eiusdem erat artis, manebat apud eos, & operabatur: (erant autem scenofactoriæ artis.)

Et disputabat in synagoga per omne sabbatum, interponens nomen Domini Iesu, suadebatque Iudæis, & Græcis.

Cum venissent autem de Macedonia Silas & Timotheus, instabat verbo Paulus, testificans Iudæis esse Christum Iesum,

Contradicentibus autem eis, & blasphemantibus, excutiens vestimenta sua, dixit ad eos: Sanguis vester super caput vestrum: mundus ego, ex hoc ad Gentes vadam.

Et migrans inde, intrauit in domum cuiusdam, nomine Titi Iusti, colentis Deum, cuius domus erat coniuncta synagogæ.

Crispus autem archisynagogus credidit Domino cum omni domo sua: & multi Corinthiorum audientes credebant, & baptizabantur.

Dixit autem Dominus nocte per visionem Paulo: Noli timere, sed loquere, & ne taceas:

Transl. ex Syriac.

23 *Quum perlustrarem & conspicarer ædem Deorum vestrorum, nactus sum aram quandam, cui inscriptum erat, DEI RECONDITI. Hunc igitur, quem ignoranes colitis, hunc ipsum annuncio vobis.*

24 *Deus enim qui condidit mundum, & quicquid in eo est, quique Dominus est cæli & terræ, in templis manufactis non habitat.*

25 *Nec ei ministratur per manus hominum, nullius que rei indiget, quippe qui tribuat omnibus vitam & animam.*

26 *Et ex vno sanguine condidit totum mundum* (omne genus hominum,) *vt degerent in superficie vniuersæ terræ, & distinuit tempora decreto suo, posuit que terminos habitationis hominum.*

27 *Vt quærerent Deum, exquirerentque, & ab ipsius creatura* (creatione) *inuenirent eum: quandoquidem non longe abest ab vnoquoque nostrum.*

28 *In ipso enim viuimus, mouemur, & sumus: prout & quidam è sapientibus vestris dixit: Nam ab eo est progenies nostra.*

29 *Homo igitur nostræ prosapiæ quum sit à Deo, non debemus existimare auro, aut argento, aut lapidi insculpto artificio, & scientia humana simile esse numen.*

30 *Tempora igitur idololatriæ prætervire fecit Deus: hoc autem tempore præcipit omnibus hominibus vt quilibet vbique pœnitentiam agat.*

31 *Quippe qui statuerit diem quo iudecaturus est vniuersam terram cum æquitate, per virum quem definijt, & restituit vnumquemque hominem ad fidem eius, quum excitauit ipsum à mortuis.*

32 *Audientes autem resurrectionem à mortuis, alij subsannabant, alij vero dicebant: Alias te audituri sumus hac de re.*

33 *Et ita exijt Paulus è medio eorum.*

34 *Caterùm quidam ex eis sese adiunxerunt ei, & crediderunt: vnus autem ex eis erat Dionysius ex Iudicibus Areopagi, & mulier quædam nomine Damaris, alijque cum eis.*

CAP. XVIII.

1 POrrò quum Paulus discessit Athenis, venit Corinthum.

2 *Et inuenit illic virum quendam Iihoudæum, cui nomen erat Akaulas: qui quum esset ex regione Ponti, illo tempore venerat ex regione Italiæ ipse & Periskella vxor eius; quandoquidem edixerat Claudius Cæsar, vt omnes Iihoudæi Roma excederent: itaque accessit ad eos,*

3 *Et quoniam erat filius artis ipsorum,* (eiusdem artificij,) *diuersatus est apud eos, & operabatur cum eis: caterum in artificio ipsorum opifices conopeorum erant.*

4 *Verba autem faciebat in synagoga omni Sabbatho, & persuadebat tam Iihoudæis, quàm Ethnicis,*

5 *Quum autem venissent è Macedonia Schilo & Timotheus, constringebatur sermone ipse Paulus,*

6 *Quòd insurgerent in eum Iihoudæi; atque blasphemarent: quum testaretur eis Ieschua fuisse Meschicho, proinde excussis vestibus suis dixit eis, Posthac mundus sum, ego proficiscor ad Gentes.*

7 *Itaque exijt illinc, & ingressus est ædes viri cuiusdam nomine Titi, qui quidem Deum reuerebatur: domus autem eius adhærebat synagogæ.*

8 *Porrò Crispus princeps synagogæ crediderat in Dominum nostrum ipse, & domestici eius omnes plurimique Corinthiorum audiebant, & credebant in Deum, ac baptizabantur.*

9 *Dixit autem Dominus per visum Paulo, Ne timeas, sed loquere, neque tacueris.*

Cõmentationes eorum.

Transl. B. Ariæ Mont.

Præteriens enim & contemplans sacra vestra, inueni & aram in qua scriptum erat, IGNOTO DEO, quem ergo ignorantes colitis, hunc ego annuntio vobis.

Deus faciens mundum, & omnia quæ in eo: hic cæli & terræ Dominus existens, non in manufactis templis habitat.

Nec à manibus hominum colitur, indigens aliquo: ipse dans omnibus vitam & inspirationem per omnia.

Fecitque ex vno sanguine omne genus hominum inhabitare super vniuersam faciem terræ: definiens statuta tempora, & terminos habitationis eorum:

Quærere Dominum, si forte attrectent eum, & inueniant: quamuis non longè ab vnoquoque nostrum subsistentem.

In ipso enim viuimus & mouemur, & sumus: sicut & quidam apud vos Poetarum dixerunt, Ipsius enim & genus sumus.

Genus ergo subsistentes Dei, non debemus æstimare, auro aut argento aut lapidi, sculpturæ artis & cogitationis hominis, Diuinum esse simile.

Ipsa quidem ergo tempora huius ignorantiæ despiciens Deus, nunc annuntiat hominibus omnibus, vbique pœnitere.

Propter quod statuit diem in quo futurus est iudicare habitatam in iustitia, in viro quo statuit, fidem præbens omnibus, suscitans eum à mortuis.

Audientes autem resurrectionem mortuorum, hi quidem irridebant, hi vero dixerunt: Audiemus te iterum de hoc.

Et sic Paulus exiuit de medio eorum.

Quidam vero viri adhærentes ei, crediderunt: in quibus & Dionysius Areopagita, & mulier nomine Damaris, & alii cum eis.

CAP. XVIII.

POst autem hæc egressus Paulus ab Athenis, venit in Corinthum.

Et inueniens quendam Iudæum nomine Aquilam, Ponticum genere, nuper venientem ab Italia, & Priscillam mulierem eius propter ordinasse Claudium discedere omnes Iudæos à Roma: accessit eos.

Et propter eiusdem artis esse, manebat apud eos, & operabatur: erant enim tabernaculi factores arte.

Disputabat autem in synagoga per omne sabbathum, suade batque Iudæis & Græcis.

Vt autem venissent de macedonia, hicque Silas & Timotheus, constringebatur spiritu Paulus, testificans Iudæis Christum, Iesum.

Oppositis autem eis, & blasphemantibus, excutiens vestimenta, dixit ad eos: Sanguis vester super caput vestrum, mundus ego: à nunc ad gentes vadam.

Et migrans inde, intrauit in domum cuiusdam nomine Iusti, colentis Deum, cuius domus erat coniuncta synagogæ.

Crispus autem archisynagogus credidit Domino cum omni domo sua: & multi Corinthiorum audientes credebant & baptizabantur.

Dixit autem Dominus per visionem in nocte Paulo: Ne time, sed loquere, & ne taceas.

Transl. Erasm. Roterod.

23 *Præteriens enim & contemplans culturas vestras, inueni & aram in qua inscriptum erat: IGNOTO DEO Quem ergo ignorantes colitis, hunc ego annuncio vobis.*

24 *Deus qui fecit mundum & omnia quæ in eo sunt, hic cœli & terræ cum sit dominus non in manufactis templis habitat.*

25 *Nec manibus humanis colitur, indigens aliquo, cum ipse det omnibus vitam & halitum per omnia,*

26 *Fecitq; ex vno sanguine omne genus hominum, vt inhabitarent super vniuersam faciem terræ, præfinijtq; præstituta tempora, præfixitq; terminos habitationis eorum,*

27 *Vt quærerent Deum, si forte palpent eum & inueniant, quamuis non longè absit ab vnoquoque nostrum.*

28 *Per ipsum enim viuimus & mouemur & sumus, sicut & quidam vestratium Poëtarum dixerunt: Nam huius progenies etiam sumus.*

29 *Genus ergo cum simus Dei, non debemus existimare auro aut argento, aut lapidi arte sculpto, & inuento hominis, numen esse simile.*

30 *Et tempora quidem huius ignorantiæ cum hactenus, dissimularit Deus, nunc annunciat hominibus, vt omnes vbique respiscant.*

31 *Eo quod statuit diem in quo iudicaturus est orbem terrarum cum iustitia, per eum virum per quem decreuerat, fide præstita omnibus, cum excitarit illum ex mortuis.*

32 *Cum audissent autem resurrectionem mortuorum, alij quidem irridebant, alij vero dixerunt: Audiemus te de hoc iterum.*

33 *Sic Paulus exiuit è medio eorum.*

34 *Quidam vero viri adhærentes ei crediderunt, in quibus & Dionysius Areopagita, & mulier nomine Damaris, aliiq; cum eis.*

CAP. XVIII.

1 *POst hæc Paulus digressus Athenis, venit Corinthum,*

2 *Et nactus quendam Iudæum, nomine Aquilam, Ponticum genere, qui nuper venerat ab Italia & Priscillam vxorem eius, eo quod præcepisset Claudius, omnes Iudæos Roma decedere, accessit ad eos.*

3 *Et quia eiusdem erat artificij, manebat apud eos & operabatur. Erat autem ars illorum texere tabernacula.*

4 *Disputabat autem in synagoga per omne sabbatum, suadebatq; Iudæis pariter & Græcis.*

5 *Cum venissent autem è Macedonia Silas & Timotheus, coartabatur spiritu Paulus, testificans Iudæis Christum esse Iesum.*

6 *Contradicentibus autem eis ac blasphema loquentibus, excussis vestimentis, dixit ad eos: Sanguis vester super caput vestrum. Mundus ego posthac ad gentes vadam.*

7 *Et migrans inde, intrauit in domum cuiusdam, nomine Iusti, colentis Deum, cuius domus erat contigua synagogæ.*

8 *Crispus autem archisynagogus credidit domino cum tota domo sua, multiq; Corinthiorum audientes credebant, ac baptizabantur.*

9 *Dixit autem Dominus nocte per visionem Paulo: Noli timere, sed loquere & ne taceas,*

Vulgat. Editio.

Propter quod ego sum tecum, & nemo apponetur tibi vt noceat te: quoniam populus est mihi multus in hac ciuitate.

Sedit autem ibi annum & sex menses, docens apud eos verbum Dei.

Gallione autem proconsule Achaiæ, insurrexerunt vno animo Iudæi in Paulum, & adduxerunt eum ad tribunal,

Dicentes: Quia contra legem hic persuadet hominibus colere Deum.

Incipiente autem Paulo aperire os, dixit Gallio ad Iudæos: Si quidem esset iniquum aliquid, aut facinus pessimum ô viri Iudæi, recte vos sustinerem.

Si vero quæstiones sunt de verbo, & nominibus, & lege vestra, vosipsi videritis: iudex ego horum nolo esse.

Et minauit eos à tribunali.

Apprehendentes autem omnes Sosthenem, principem Synagogæ percutiebant eum ante tribunal: & nihil eorum Gallioni curæ erat.

Paulus vero cum adhuc sustinuisset dies multos, fratribus valefaciens, nauigauit in Syriam, (& cum eo Priscilla & Aquila,) qui sibi *totonderat in Cenchris caput: habebat enim votum.

*Nu.6.18 Inf.21.24

Deuenitque Ephesum, & illos ibi reliquit. Ipse vero ingressus synagogã, disputabat cum Iudæis.

Rogantibus autem eis, vt ampliori tempore maneret, non consensit,

Sed valedixit & dicens: Iterum reuertar ad vos, Deo volẽte, & profectus est ab Epheso.

Et descendens Cæsaream, ascendit, & salutauit Ecclesiam, & descendit Antiochiam.

Et facto ibi aliquanto tempore, profectus est, perambulans ex ordine Gallicam regionem & Phrygiam, confirmans omnes discipulos

Iudæus autem quidam, Apollo nomine, Alexandrinus genere, vir eloquens, deuenit Ephesum, potens in Scripturis.

Hic erat edoctus viã Domini, & feruens spiritu loquebatur, & docebat diligenter ea quæ sunt Iesu, sciens tantum Baptismã Ioannis.

Hic ergo cœpit fiducialiter agere in synagoga. Quem cum audissent Priscilla & Aquila, assumpserunt eũ, & diligentius exposuerũt ei viã Domini.

Cum autem vellet ire Achaiam, exhortati fratres, scripserunt discipulis vt susciperẽt eum. Qui cum veniisset, contulit multum his, qui crediderant.

Vehementer enim Iudæos reuincebat publice, ostendens per scripturas esse Christum Iesum.

CAP. XIX.

FActum est autem cum Apollo esset Corinthi, vt Paulus peragratis superioribus partibus, veniret Ephesum, & inueniret quosdã discipulos.

Dixitque ad eos: Si Spiritum sanctum accepistis credentes? At illi dixerunt ad eum: Sed neque si Spiritus sanctus est, audiuimus.

Ille vero ait: In quo ergo baptizati estis? Qui dixerunt: In Ioannis baptismate.

*Mat.3.11. Mar.1.8. Luc.3.16 Io.1.26.

Dixit autem Paulus: *Ioannes baptizauit baptismo pœnitentiæ populo, dicens: In eum, qui venturus esset post ipsum vt crederent, hoc est, Iesum.

Transl. ex Syriac.

10 *Siquidem ego sum tecum. nemoque poterit tibi molestiam exhibere, & multus est mihi populus in hac ciuitate.*

11 *Habitauit ergo annum & sex menses Corinthi & docebat eos sermonem Dei.*

12 **Quum autem Gallioun esset proconsul Achaiæ, coacti sunt simul aduersus Paulum, & steterunt eum ante tribunal,*

*Dominica v. post Pentecostẽ

13 *Dicentes: Iste præter legem persuadet hominibus Deum reuereri.*

14 *Quumque postularet Paulus vt aperiret os suum, & loqueretur, dixit Gallioun Iehoudæis: Si de quopiam malo, aut fraude, aut flagitio reum postularetis, ô Iudæi, vt par est, vos reciperem,*

15 *Sin autem quæstiones sunt de sermone, deque nominibus & lege vestra ipsi nostis inter vos: ego enim nolim esse Iudex horum placitorum.*

16 *Proinde amandauit eos à suo tribunali.*

17 *Cæterum comprehenderant omnes Ethnici Sosthenem seniorem synagogæ, & cædebant eum ante tribunal: Gallioun autem hæc paruipendebat.*

18 *Quumque Paulus illic dies multos egisset, dedit pacem, valedixit) fratribus, ac mare sulcauit vt proficisceretur in Syriam, venerunteque cum eo Priskella & Akaulas quum totondisset caput suum Cenchreis, siquidem nuncupauerat.*

19 *Peruenerunt autem Ephesum, & ingressus est Paulus synagogam, verbaque fecit ad Iehoudæos.*

20 *Et affligitabant ab eo, vt commoraretur apud eos: nec assensum præbuit.*

21 *Dicens: Oportet certe festum venturum me in Ourischlem agere: Sed si Deus voluerit, iterum reuertar ad vos. Akaulas autem & Priskella reliquit Ephesi.*

22 *Ipse vero per mare perrexit, & venit Cæsaream, ascenditque, ac salutauit filios Ecclesiæ, tum profectus est Antiochiam.*

23 *Et quum egisset illic dies aliquot discessit, & peragrauit ordine regionem Phrygiæ & Galatiæ, dum confirmaret omnes discipulos.*

24 *Porro vir quidam, cui nomen erat Apollou, Iehoudæus, natione Alexandrinus, & præditus facundia, peritissimusque scripturarum, venit Ephesum.*

25 *Hic erat edoctus viam Domini, & feruens spiritu: proinde loquebatur, planeque docebat de Ieschua, quum nihil sciret, nisi baptismã Iouchanon.*

26 *Cœpitque palam loqui in synagoga. Quem quum audisset Akaulas & Priskella, adduxerunt domi suæ, & plenius ostenderunt ei viam Domini.*

27 *Quumque vellet proficisci Achaiam, prauenerunt eum fratres, scripseruntque ad discipulos vt exciperent eum Itaque vbi aduenisset, multum adiuuit per gratiam omnes fideles.*

28 *Vehementer enim disceptabat contra Iehoudæos coram cœtu, demonstrans per scripturas, Ieschua esse Meschicho*

CAP. XIX.

1 *Quumque degeret Apollou Corinthi, Paulus peragrauit regiones superiores ad Ephesum.*

Mariti-nis Dominicæ Post Pentecostẽ.

2 *Et interrogauit discipulos quos illic inuenit: Num recepistis Spiritum sanctitatis postea quam credidistis? Responderunt & dicunt ei: Ne auditione quidem accepimus an sit Spiritus.*

3 *Dixit eis: In quid ergo baptizati estis? Dicunt: In baptismã Iouchanon.*

4 *Subdit eis Paulus: Iouchanon quidem baptizauit baptismo penitentiæ populos, dicens, vt crederent in eum, qui venturus erat post se, hoc est, Ieschua Meschicho.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Propter quod ego sum tecum,& nemo apponetur tibi ad malefaciendum tibi, propter quod populus est mihi multus in ciuitate hac.

Seditque annum & menses sex docens in eis verbum Dei.

Gallione autem proconsule Achaiæ, insurrexerunt concorditer Iudæi Paulo, & adduxerunt eum ad tribunal.

Dicentes: Quia contra legem hic persuadet hominibus colere Deum.

Futuro autem Paulo aperire os, dixit Gallio ad Iudæos: Si quidem esset iniuria aliqua, aut facinus malum ô Iudæi, iuxta rationem vtique sustinerem vos.

Si vero quæstio est de verbo, & nominibus,& lege quæ secũdum vos videritis ipsi: iudex enim ego horum non volo esse.

Et abegit eos à tribunali.

Apprehendentes autem omnes Græci Sosthenem, principem Synagogæ percutiebant ante tribunal: & nihil eorum Gallioni curæ erat.

At Paulus adhuc admanens dies multos, fratribus valefaciens, enauigauit in Syriam, & cum eo Priscilla & Aquila, tonsus caput in Cenchris, habebat enim votum.

Deuenit autem in Ephesum, & illos reliquit ibi. Ipse vero ingressus in synagogam, disputabat Iudæis.

Interrogantibus autem eos super plus tempus manere apud eos, non consensit:

Sed valedixit eis, dicẽs: Oportet me omnino festũ venientẽ facere in Hierosolyma: iterũ autẽ ad vos reuertar, Deo volẽte,& profectus est ab Epheso.

Et descendens in Cæsaream, ascendens, & salutans ecclesiam. descendit in Antiochiam.

Et faciens tempus aliquod, profectus est, perambulans ex ordine Gallicam regionem & Phrygiam, confirmans omnes discipulos

Iudæus autem quidam Apollos nomine, Alexandrinus genere, vir eloquens, deuenit in Ephesum, potens existens in Scripturis.

Hic erat edoctus viam Domini,& feruens spiritu loquebatur, & docebat diligenter ea quæ de Domino, sciens tantum Baptisma Ioannis.

Hicque cœpit fiducialiter agere in synagoga. audientes autẽ eũ Aquila & Priscilla assumpserũt eum,& diligentius ei exposuerũt viam Domini.

Volente autem eo ire in Achaiam, exhortati fratres, scripserunt discipulis excipere eum, qui aduenien, contulit multum credentibus per gratiam.

Vehementer enim Iudæos redarguebat, publice ostendens per scripturas esse Christum Iesum.

CAP. XIX.

FActum est autem in Apollo esse in Corintho, Paulum Peragrantem superiores partes, venire in Ephesum,& inueniens quosdam discipulos.

Dixit ad eos: Si Spiritum sanctum accepistis credentes? Illi autem dixerunt ad eum: Sed neque si Spiritus sanctus est, audiuimus.

Dixitque ad eos: In quo ergo baptizati, estis. Illi autem dixerunt: In Ioannis baptismate.

Dixit autem Paulus: Ioannes quidem baptizauit baptismate pœnitentiæ populo dicens: In venientem post ipsum vt crederent, hoc est, in Christum Iesum.

Transl. Erasm. Roterod.

Propterea quod ego sim tecum, & nemo adorietur te vt affligat te, quoniam populus est mihi multus in hac ciuitate.

Sedit autem ibi annum & sex menses, docens eos sermonem Dei.

Cæterum cum Gallio ageret proconsulem Achaiæ, insurrexerunt vno animo Iudæi in Paulum, & adduxerunt eum ad tribunal,

Dicentes: contra legem hic suadet hominibus colere Deum.

Cum autem Paulus iam pararet aperire os, dixit Gallio ad Iudæos: si qua iniuria esset aut facinus malum, ô Iudæi, merito vos sustinerem.

Si vero quæstio est de sermone ac nominibus & lege vestrate, vosipsi videritis. Iudex enim ego horum nolo esse.

Et abegit eos à tribunali.

Apprehensum autem omnes Graci Sosthenem principem synagogæ percutiebant ante tribunal, neque quicquam eorum Gallioni curæ erat.

Paulus vero deinde commoratus dies multos, valedictis fratribus, abnauigauit in Syriam, comitantibus eum Priscilla & Aquila, postquam raserat caput in Cenchreis, habebat enim votum.

Deuenit & Ephesum, & illos ibi reliquit. Ipse vero ingressus synagogam, disputabat cum Iudæis.

Rogantibus autem eis vt tempore ampliori maneret apud se, non annuit,

Sed valedixit illis, dicens: Oportet omnino me festum, quod instat, agere Hierosolymis, sed iterum reuertar ad vos, Deo volente. Et soluit Epheso.

Cumque descendisset Cæsaream, ascendissetque, & salutasset ecclesiam, descendit Antiochiam.

Et commoratus ibi aliquantum temporis, profectus est perambulans ex ordine Galaticam regionem ac Phrygiam, confirmans omnes discipulos.

Iudæus autem quidam Apollos nomine, Alexandrinus genere, vir eloquens, deuenit Ephesum, potens in scriptura.

Hic erat institutus in via domini, & fervens spiritu loquebatur & docebat diligenter ea quæ sunt Domini, sciens tantum baptisma Iohannis.

Et hic cœpit liberè loqui in synagoga. Quem cum audissent Priscilla & Aquila, assumpserunt eum, atque exactius exposuerunt ei viam Dei.

Cum autem vellet ire Achaiam, exhortati fratres scripserunt discipulis, vt susciperent eum. Qui cum venisset contulit multum his qui crediderunt per gratiam.

Vehementer enim Iudæos reuincebat publice, ostendens per scripturas, quod Iesus esset Christus.

CAP. XIX.

FActum est autem cum Apollos esset Corinthi, vt Paulus peragratis superioribus partibus, veniret Ephesum, & reperit quibusdam discipulis,

Dixit ad eos: Num Spiritum sanctum accepistis, postea quam credidistis? Ac illi dixerunt ad eum: Imo neque, sit ne Spiritus sanctus, audiuimus.

Et ait ad illos: Quo ergo baptizati estis? At illi dixerunt: Iohannis baptismate.

Dixit autem Paulus: Iohannes quidem baptizauit baptismo pœnitentiæ populo loquens de eo, qui venturus esset post ipsum, vt crederent: hoc est, de Christo Iesu.

Vulgat. Editio.

*Supra 13 & 14.16.

His auditis, baptizati sunt in nomine Domini Iesu.

Et cum imposuisset illis Paulus manus, venit Spiritus sanctus super eos, & loquebantur linguis, & prophetabant.

Erant autem omnes viri fere duodecim.

Introgressus autem synagogam, cum fiducia loquebatur per tres menses, disputans & suadens de regno Dei.

Cum autem quidam indurarentur, & non crederent, maledicentes viam Domini coram multitudine, discedens ab eis, segregauit discipulos, quotidie disputans in schola Tyranni cuiusdam.

Hoc autem factum est per biennium, ita vt omnes qui habitabant in Asia, audirent verbum Domini, Iudæi atque Gentiles.

Virtutesque non quaslibet faciebat Deus per manum Pauli:

Ita vt etiam super languidos deferrentur à corpore eius sudaria, & semicinctia, & recedebant ab eis languores, & spiritus nequam egrediebantur.

Tentauerunt autem quidam & de circumeuntibus Iudæis exorcistis, inuocare super eos, qui habebant spiritus malos, nomen Domini Iesu dicentes: Adiuro vos per Iesum, quem Paulus prædicat.

Erant autem quidam Iudæi Sceuæ Principis sacerdotum septem filii, qui hoc faciebant.

Respondens autem spiritus nequam dixit eis: Iesum noui, & Paulum scio: vos autem qui estis?

Et insiliés in eos homo, in quo erat dæmonium pessimum, & dominatus, amborũ inualuit contra eos, ita vt nudi & vulnerati effugerẽt de domo illa.

Hoc autem notum factum est omnibus Iudæis, atque Gentilibus, qui habitabant Ephesi: & cecidit timor super omnes illos, & magnificabatur nomen Domini Iesu.

Multique credentium veniebant confitentes, & annunciantes actus suos.

Multi autem ex eis, qui fuerant curiosa sectati, contulerunt libros, & combusserunt coram omnibus, & computatis pretiis illorum, inuenerunt pecuniam denariorum quinquaginta millium.

Ita fortiter crescebat verbum Dei, & confirmabatur.

His autem expletis, proposuit Paulus in Spiritu transita Macedonia & Achaia ire Ierosolimam, dicens: quoniam postquam fuero ibi, oportet me & Romam videre.

Mittens autem in Macedoniam duos ex ministrantibus sibi, Timotheum & Erastum, ipse remansit ad tempus in Asia.

Facta est autem illo tempore turbatio non minima de via Domini.

Demetrius autem quidam nomine, argentarius, faciens ædes argenteas Dianæ, præstabat artificibus non modicum quæstum.

Quos conuocans & eos, qui huiusmodi erant opifices, dixit: Viri, scitis quia de hoc artificio est nobis acquisitio.

Et videtis, & auditis, quia non solum Ephesi, sed pene totius Asiæ, Paulus hic suadens auertit multam turbam, dicens: Quoniam non sunt dii, qui manibus fiunt.

Transl. ex Syriac.

5 *Quumque hæc audissent, baptizabantur in nomine Domini nostri Ieschua Meschicho.*

6 *Et imponebat eis manum Paulus, veniebat & Spiritus sanctitatis in eos, proinde loquebantur singulis linguis, ac vaticinabantur.*

7 *Erant autem omnes isti viri duodecim.*

8 *Cæterum ingressus est Paulus syn gogam, & locutus est palàm tribus mensibus, at persuadebat de regno Dei.*

9 *Quidam autem ex eis indurabantur, & excandescebant, atque conuitijs proscindebant viam Dei coram turba Gentium: tunc recedere fecit Paulus, & separauit ab eis discipulos, & quotidie verba faciebat ad eos in schola viri cuiusdam nomine Tourani.*

10 *Hoc autem factum est per biennium, vsquedum audissent sermonem Domini quotquot habitabant in Asia, tam, Ihoudæi quàm Gentiles.*

11 *Porro virtutes maximas edebat Deus per manum Pauli.*

12 *Ita vt etiam à vestimentis quæ erant super corpus eius, sudaria aut scissuræ (semicinthia, deferrentur, & imponerentur ægrotis, & discederent ab eis morbi, atque adeo dæmonia exirent.*

13 **Studebant autem & quidam Ihoudæi qui circulabant, & adiurabant dæmonia, adiurare ea per nomen Domini nostri IESCHVA, super eos in quibus erant spiritus immundi, dicentes: Adiuramus vos per nomen Ieschua quem prædicat Paulus.* *Domi. nostri v. 1. & Pesch.

14 *Erant autem septem filij viri cuiusdam Ihoudæi Summi sacerdotis, cui nomen erat Skiua, qui hoc faciebant.*

15 *Respondit autem cacodæmon ille, & dixit eis: Ieschua noui & Paulum scio, vos autem qui estis?*

16 *Et insilijt in eos homo ille in quo erat Spiritus malus, & inualuit contra eos, eosque subiecit, ita vt nudati saucique fugerent ab ædibus illis.*

17 *Id autem innotuit omnibus tum Ihoudeis, tum Gentilibus qui habitabant Ephesi: & incidit timor in omnes, & exaltabatur nomen Domini nostri Ieschua Meschicho.*

18 *Plurimique ex ijs qui crediderant, veniebant, & renuntiabant offensas suas, confitebanturque quod fecerant.*

19 *Multi porro etiam ex Magis congregarunt libros suos, allatosque concremarunt coram omnibus: cæterum supputarunt pretium eorum, & ascendit ad argenti quinque myriadas.*

20 *Vsque adeo virtute magna inualescebat, progressuque faciebat fides in Deum.*

21 *His autem peractis proposuit Paulus in mente sua, vt perlustraret totam Macedoniam & Achaiam, proficisceturque ad Ourischlem: Dicebat autem: Postquam illuc profectus fuero, oportet me quoque Romam inuisere.*

22 *Miserat autem duos viros ex ijs qui ipsi ministrabant, in Macedoniam, nempe Timotheum, & Erastum: ipse vero subsistit ad tempus in Asia.*

23 **Extitit autem eo tempore tumultus plurimus propter viam Dei.* *Domi nostri v. 1. & Pesch.

Illic enim erat quidam cudens argentum, cui nomen 24 *erat Demetrius, qui faciebat delubra argentea Dianæ, & suppeditabat artificibus maximum lucrum.*

25 *Iste congregauit eos omnes artifices, nec non illos qui cum eis operabantur, & dixit eis: Viri, scitis mercedem nostram omnem ex hoc artificio esse.*

26 *Quin etiam auditis ac videtis non solum ciues Ephesi, sed etiam multitudinem totius Asiæ ab isto Paulo allectam & auersam, quod dicat Deos illos non esse qui manibus hominum fiant.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Audientes autem baptizati sunt in nomine Domini Iesu.

Et imponente illis Paulo manus, venit Spiritus sanctus super eos, loquebanturque linguis, & prophetabant.

Erant autem omnes viri fere duodecim.

Introgressus autem in synagogam, liberè loquebatur per menses tres, disputans & suadens quæ de regno Dei.

Cum autem quidam indurarentur, & non crederent, maledicentes viam coram multitudine, discedens ab eis, segregauit discipulos, quotidie disputans in scola Tyranni cuiusdam.

Hoc autem factum est per annos duos, ita vt omnes habitantes Asiam audire verbum Domini Iesu, Iudæosque & Græcos.

Virtutesque non vulgares faciebat Deus per manus Pauli.

Ita vt etiam super languidos adferri à corpore eius sudaria, vel semicinctia, & abscedere ab eis languores, & spiritus malignos exire ab eis.

Tentauerunt autem quidam de circumeuntibus Iudæis exorcistis inuocare super habitantes spiritus malos, nomen Domini Iesu, dicentes: adiuramus vos Iesum, quem Paulus prædicat.

Erant autem quidam filij Sceuæ Iudæi principis Sacerdotum septem, hoc facientes.

Respondens autem spiritus malignus, dixit: Iesum noui, & Paulum scio: vos autem qui estis?

Et insiliens in eos homo, in quo erat spiritus malignus, & prædominatus eis, inualuit cõtra eos, ita vt nudos, & vulneratos effugere ex domo illa.

Hoc autem factum est notum omnibus, Iudæisque & Græcis habitantibus Ephesum, & cecidit timor super omnes illos, & magnificabatur nomen Domini Iosu.

Multique credentium veniebant confitentes, & annunciantes actus suos.

Multi autem curiosa agentium conferentes libros combusserunt coram omnibus, & computauerunt pretia illorum, & inuenerunt argenti myriades quinque.

Ita per potentiam verbum Domini crescebat, & inualescebat.

Vt autem impleta sunt hęc, proposuit Paulus in spiritu, peruidens Macedoniã & Achaiam, ire in Ierusalem, dicens: Quod post fieri me ibi, oportet me & Romam videre.

Mittens autem in Macedoniam duos ministrantium sibi, Timotheum & Erastum, ipse remansit tempus in Asiam.

Facta est autem secundum tempus illud turbatio non parua de via.

Demetrius enim quidam nomine, argenticælator, faciens ædes argenteas Dianæ, præstabat artificibus quæstum non modicum.

Quos congregans, & eos qui circa talia opifices, dixit: Viri, scitis quia de hoc opificio acquisitio nobis est.

Et spectatis, & auditis, quia non solum Ephesi: sed pene totius Asiæ, Paulus hic suadens auertit multam turbam, dicens: Quoniam non sunt Dij per manus facti.

Transl. Erasm. Roterod.

5 *His auditis baptizati sunt in nomine Domini Iesu.*

6 *Et cum imposuisset illis manus Paulus, venit Spiritus sanctus super eos, & loquebantur linguis & prophetabant.*

7 *Erant autem omnes viri ferè duodecim.*

8 *Introgressus autem synagogam, libere loquebatur ad tres menses, disputans & suadens de regno Dei.*

9 *Cum autem quidam indurarentur nec crederent, malè loquentes de via Domini coram multitudine, digressus ab illis, segregauit discipulos, quotidie disputans in schola Tyranni cuiusdam.*

10 *Hoc autem factum est per biennium, ita vt omnes qui habitabant in Asia, audirent sermonem domini Iesu, Iudæi simul & Græci.*

11 *Virtutesq; non vulgares edebat Deus per manus Pauli.*

12 *Ita vt etiam super infirmos deferrentur à corpore eius sudaria & semicincta: & recederent ab eis morbi & spiritus mali egrederentur.*

13 *Tentauerunt autem quidam è circumeuntibus Iudæis exorcistis inuocare super eos qui habebant spiritus malos, nomen Domini Iesu, dicentes: Adiuramus vos per Iesum, quem Paulus prædicat.*

14 *Erant autem quidam filij Sceuæ Iudæi principis sacerdotum septem, qui hoc faciebant.*

15 *Respondens autem spiritus malus, dixit: Iesum noui, & Paulum scio, vos autem qui estis?*

16 *Et insiliens in eos homo, in quo erat dæmonium malum, & dominatus eis, inualuit contra eos, ita vt nudi & vulnerati effugerent de domo illa.*

17 *Hoc autem innotuit omnibus Iudæis simul & Græcis, qui habitabant Ephesi, & incidit timor super omnes illos, & magnificabatur nomen domini Iesu.*

18 *Multiq; credentium veniebant confitentes & annunciantes facta sua.*

19 *Multi autem ex eis, qui curiosas artes exercuerant, comportatis libris exusserunt coram omnibus, & supputatis precijs illorum, repererunt pecuniæ quinquaginta milia.*

20 *Ita fortiter crescebat sermo Dei, & confirmabatur.*

21 *His autem expletis, proposuit Paulus in spiritu, transita Macedonia & Achaia, ire Hierosolymam, dicens: postquam fuero ibi, oportet me & Romam videre.*

22 *Missis autem in Macedoniam duobus ex ijs, qui ministrabant sibi, videlicet Timotheo & Erasto, & ipse remansit ad tempus in Asia.*

23 *Ortus est autem illo tempore tumultus non exiguus de illa via.*

24 *Nam quidam nomine Demetrius, faber argentarius qui faciebat delubra argentea Diane, præstabat artificibus non exiguum quæstum:*

25 *Quibus conuocatis & ijs qui similium rerum erant opifices, dixit: Viri scitis, quod ex hoc opificio quæstus nobis est.*

Et videtis, & auditis, quod non solum Ephesinæ ciuitatis sed penè totius Asiæ Paulus hic persuasit, & auertit multam turbam, dicens: quod non sint dij, qui manibus fiant.

Vulgat. Editio.

Non solum autē hæc periclitabitur nobis pars in redargutionem venire, sed & magnæ Dianæ templum in nihilum reputabitur, sed & destrui incipiet maiestas eius, quam tota Asia & orbis colit.

His auditis, repleti sunt ira, & exclamauerunt dicentes: Magna Diana Ephesiorum.

Et impleta est ciuitas confusione: & impetum fecerunt vno animo in Theatrum, rapto Gaio, & Aristarcho Macedonibus comitibus Pauli.

Paulo autem volente intrare in populum, non permiserunt eum discipuli.

Quidam autem & de Asiæ principibus, qui erant amici eius, miserunt ad eum, rogantes ne se daret in theatrum.

Alij autem aliud clamabant. Erat enim ecclesia confusa: & plures nesciebant qua ex causa conuenissent.

De turba autem detraxerunt Alexandrum, propellentibus eum Iudæis, Alexander autem manu silentio postulato, volebat reddere rationem populo.

Quem vt cognouerunt quod Iudæus esset, vox facta vna est omnium, quasi per horas duas clamantium, Magna Diana Ephesiorum.

Et cum sedasset Scriba turbas dixit: Viri Ephesij, quis enim est hominum, qui nesciat Ephesiorum ciuitatem cultricem esse magnæ Dianæ Iouisque prolis?

Cum ergo his contradici non possit, oportet vos sedatos esse, & nihil temerè agere.

Adduxistis enim homines istos neque sacrilegos, neque blasphemantes Deam vestram.

Quod si Demetrius & qui cum eo sunt, artifices, habent aduersus aliquem causam, conuentus forenses aguntur, & proconsules sunt: accusent inuicem.

Si quid autem alterius rei quæritis, in legitima ecclesia poterit absolui.

Nam & periclitamur argui seditionis hodiernæ, cum nullus obnoxius sit (de qua possumus reddere rationem) concursus istius.

Et cum hæc dixisset, dimisit ecclesiam.

CAP. XX.

POstquam autem cessauit tumultum, vocatis Paulus discipulis, & exhortatus eos, valedixit, & profectus est vt iret in Macedoniam.

Cum autem perambulasset partes illas, & exhortatus eos fuisset sermone multo, venit ad Græciam,

Vbi cum fecisset menses tres factæ sunt illi insidiæ à Iudeis nauigaturo in Syriam, habuitque consilium vt reuerteretur per Macedoniam:

Comitatus est autem eum Sopater Pyrrhi Beroënsis. Thessalonicensium vero Aristarchus, & Secundus, & Gaius Derbæus, & Timothæus: Asiani vero Tychicus, & Trophimus.

Hi cum præcessissent, sustinuerunt nos Troade.

Nos vero nauigauimus post dies azymorum à Philippis, & venimus ad eos Troadem in diebus quinque, vbi demorati sumus diebus septem.

Transl. ex Syriac.

27 *Neque hoc placitum tantummodo diffamatur, & cessat, sed etiā templum illius Dianæ magnæ Deæ pro nihilo habebitur, atque adeo ipsa Dea totius Asiæ, & quam omnes gentes adorant ludibrio habebitur.*

28 *Quumq; hæc audissent, repleti sunt furore & clamauerunt, dicentes: Magna Diana Ephesiorum.*

29 *Proinde conturbata fuit tota ciuitas, & cucurrerunt simul, ac profecti sunt in theatrum, correptosque abduxerunt secum Gaium & Aristarchum, viros Macedones filios societatis (socios) Pauli.*

30 **Paulus autem volebat prodire in Theatrum, sed prohibuerunt eum discipuli.* * Dominica III. post Pentecosten.

31 *Quinetiam primores Asiæ, qui amici eius erant, miserunt qui efflagitarent ab eo, ne traderet seipsum vt prodiret in theatrum.*

32 *Turba autem quæ erant in theatro, valde tumultuabantur, & alij aliud clamabant: Multi vero ex eis nesciebant cur conuenissent.*

33 *Plebs autem Iehoudæorum qui illic erant, statuerunt ex seipsis virum Iehoudæum, cui nomen erat Alexander. Quumq; staret, silentium indixit manu, volebatq; proferre spiritum populo (rationem reddere populo.)*

34 *Sed quum cognouissent eum esse Iehoudæum, vociferati sunt omnes vna voce circiter ad duas horas: Magna est Diana Ephesiorum.*

35 *Cæterum compescuit eos Princeps ciuitatis quum diceret: Viri Ephesij, quis enim est hominum qui nesciat vrbem Ephesiorum, adituam esse magnæ Dianæ, & simulacri è cælo delapsi?*

36 *Quum igitur huic rei nemo possit contradicere, oportet vos sedatos esse, & nihilq; festinanter agere.*

37 *Adduxistis enim viros istos, quum neque templum expilauerint, neque blasphemos se gesserint in Deam nostram.*

38 *Quod si iste Demetrius & filij artis eius (qui cum eo sunt artifices) litem habent cum aliquo, ecce proconsul est in vrbe, artifices sunt, accedant, iudicium subeant vnus cum alio.*

39 *Quod si quidpiam aliud requiritis, in loco à lege ad concionem dato dirimetur.*

40 *Quandoquidem, & nunc in periculo sumus ne rei postulemur seditionis, quum non possimus reddere rationem de congregatione diei istius quo conuenimus ociosè, & tumultuati sumus nulla de causa.*

41 *Et quum hæc dixisset, dimisit concionem.*

CAP. XX.

1 *POsteaquam autem sedatus est tumultus, aduocauit Paulus discipulos, & consolatus est ac deosculatus eos: & egressus est, profecturus Macedoniam.*

2 *Quumque illas regiones peragrasset, eosque consolatus esset multis sermonibus, venit in Græciæ regionem.*

3 *Et exactis illic tribus mensibus, ei quidem dolos nectebant Iehoudæi quum profecturus esset in Syriam: proinde censuit sibi reuertendum esse Macedoniam.*

4 *Progressi sunt autem cum eo ad Asiam vsque Soupatrous Beroënsis ciuis, & Aristarchus & Secundus Thessalonicenses, necnon Gaius ex Derbe ciuitate, & Timotheus ex Lystra, ex Asia denique Tychicus, & Trophimus.*

5 *Hi præcesserunt nos, & nos præstolati sunt Troade.*

6 *Nos vero progressi sumus Philippos vrbem Macedoniæ post dies azymorum, & mari perreximus, venimusq; Troadem ad diem quintum; illic autem egimus dies septem.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Non solum autem hæc periclitatur nobis pars in redargutionem venire, sed & magnæ deæ Dianæ templum in nihilum reputari, futurum autem & destrui maiestat. eius, quã tota Asia & habitata colit.

Audientes autem & facti plena excandescentia, exclamauerũt dicentes: Magna Diana Ephesiorũ.

Et impleta est ciuitas tota confusione, iueruntque vnanimiter in Theatrum, corripientes Caium & Aristarchum Macedonas comites Pauli.

At Paulo volente intrare in populum, non sinerunt eum discipuli.

Quidam autem & Asiæ principum existentes ei amici, mittentes ad eum, rogarunt non dare seipsum in theatrum.

Alĩ quidem ergo aliud quid clamabant, erat enim ecclesia confusa, & plures nesciebant cuius causa conuenissent.

De autem turba produxerunt Alexandrum, propellentibus eum Iudæis, at Alexander concutiens manum, volebat rationari populo.

Agnoscentes autem quod Iudæus esset, vox facta est vna ex omnibus quasi per horas duas clamantibus, Magna Diana Ephesiorum.

Reprimens autem Scriba turbam dixit: Viri Ephesij, quis enim est homo, qui non cognoscit Ephesiorum ciuitatem edituam existentem magnæ deæ Dianæ & Iouis prolis?

Incontradicibilibus ergo existentibus his, necesse est vos sedatos subsistere, & nihil præceps agere.

Adduxistis enim homines istos neque sacrilegos, neque blasphemantes Deam vestram.

Si quidem ergo Demetrius & qui cum eo artifices, aduersus aliquem sermonem habent, fora aguntur, & proconsules sunt: postulent alij alios.

Si autem quid de aliis requiritis, in legitima ecclesia absoluetur.

Etenim periclitamur postulari seditionis? circa hodiernum, nulla causa subsistente, de qua possumus dare rationem concursus istius.

Et hæc dicens, dimisit ecclesiam.

CAP. XX.

POst autem cessasse tumultum, aduocans Paulus discipulos, & salutans exiit proficisci in Macedoniam.

Perambulans autem partes illas, & exhortatus eos sermone multo, venit in Græciam.

Faciensque menses tres factis ei insidiis à Iudeis futuro prouehi in Syriam, facta fuit sententia ad reuertendum per Macedoniam:

Comitatus est autem eum vsque in Asiam Sopater Berœensis: Thessalonicienſum vero Aristarchus, & Secundus, & Caius Derbæus, & Timothæus: Asiani vero Tychicus, & Trophimus.

Hi accedentes manserunt nos in Troade.

Nos vero enauigauimus post dies azymorum à Philippis, & venimus ad eos in Troadem intra dies quinque, vbi demorati sumus diebus septem,

Transl. Erasm. Roterod.

27 *Non solum autem hæc pars nobis in periculum venit, ne reprobetur, verumetiam ne magnæ Deæ Dianæ templũ pro nihilo habeatur, futurumque sit vt etiam destruatur maiestas eius, quam tota Asia & orbis colit.*

28 *His auditis, repleti sunt iræ, & exclamauerunt, dicentes: Magna Diana Ephesiorum.*

29 *Et impleta est ciuitas tota confusione, & impetum fecerunt vno animo in theatrum, correpto Gaio & Aristarcho Macedonibus, comitibus pauli.*

30 *Paulo autem volente intrare ad populum, non permiserunt discipuli.*

31 *Quidam autem, & ex Asiæ primoribus, qui erant amici eius, miserunt ad eum, rogantes, ne se daret in theatrum.*

32 *Alij quidem igitur aliud clamabant. Erat enim concio confusa, & plerique nesciebant qua ex causa conuenissent.*

33 *De turba autem protraxerunt Alexandrum, propellentibus eum Iudæis. Alexander autem manu silentio postulato, volebat rationem reddere populo.*

34 *Quem vt cognouerunt Iudæum esse, vox orta est vna omnium, fermè ad horas duas clamantium: Magna Diana Ephesiorum.*

35 *Cum autem sedasset scriba turbam, dixit: Viri Ephesij, quis enim est hominum, qui nesciat Ephesiorum ciuitatem cultricem esse magnæ Deæ Dianæ, & à Ioue delapsi simulacri.*

36 *Cum igitur his nemo contradicat, oportet vos sedatos esse, & nihil præcipitanter agere.*

37 *Adduxistis enim homines istos, neque sacrilegos, neque contumeliosos in deam vestram.*

38 *Quod si Demetrius & qui cum eo sunt artifices habent aduersus aliquem causam, conuentus forenses aguntur, & proconsules sunt, accusent inuicem.*

39 *Si quid autem de rebus alijs quæritis in legitima concione dirimet.*

40 *Nam periculum est, ne seditionis hodiernæ rei simus cum nulla subsit causa, vnde poterimus reddere rationem concursus istius.*

41 *Et cum hæc dixisset, dimisit concionem.*

CAP. XX.

1 *POstquam autem cessauit tumultus, vocatis ad se Paulus discipulis, complexusq; illos profectus est, vt iret in Macedoniam.*

2 *Cum autem perambulasset partes illas, & exhortatus eos fuisset multo sermone, venit in Græciam,*

3 *Et ibi peractis mensibus tribus, cum essent illi structæ insidiæ à Iudæis soluturo in Syriam, habebat in animo, vt reuerteretur per Macedoniam.*

4 *Comitatus est autem eum vsque ad Asiam Sopater Berrhœensis, Thessalonicensium vero Aristarchus & Secundus & Gaius Derbæus ac Timotheus, Asiani vero Tychicus & Trophimus.*

5 *Hi cum præcessissent, expectarunt nos Troade:*

6 *Nos vero abnauigauimus post dies azymorum à Philippis, & venimus ad eos Troadem intra dies quinque, vbi demorati sumus diebus septem.*

Vulgat. Editio.

Vna autem Sabbati cum conueniſſemus ad frangendum panem, Paulus diſputabat cum eis profecturus in craſtinum: protraxitque ſermonem vſque in mediam noctem.

Erant autem lampades copioſæ in cœnaculo, vbi eramus congregati.

Sedens autem quidam adoleſcens nomine Eutychus ſuper feneſtram: cum mergeretur ſomno graui, diſputante diu Paulo, ductus ſomno cecidit de tertio cœnaculo deorſum, & ſublatus eſt mortuus.

Ad quem cum deſcendiſſet Paulus, incubuit ſuper eum: & complexus dixit: Nolite turbari, anima enim ipſius in ipſo eſt.

Aſcendens autem, frangenſq; panem, & guſtans, ſatiſque allocutus vſque in lucem, ſic profectus eſt.

Adduxerunt autem puerum viuentem, & conſolati ſunt non minime.

Nos autem aſcendentes nauem, nauigauimus in Aſſon: inde ſuſcepturi Paulum: ſic enim diſpoſuerat ipſe per terram iter facturus.

Cum autem conueniſſet nos in Aſſon, aſſumpto eo, venimus Mitylenen.

Et inde nauigantes, ſequenti die venimus contra Chium, & alia applicuimus Samum, & ſequenti die venimus Miletum.

Proposuerat enim Paulus traſnauigare Epheſū, ne qua mora illi fieret in Aſia. Feſtinabat enim, ſi poſſibile ſibi eſſet, vt diem Pentecoſtes faceret Ieroſolymis.

A Mileto autem mittens Epheſum, vocauit Maiores natu Eccleſiæ.

Qui cum veniſſent ad eum, & ſimul eſſent, dixit eis: Vos ſcitis à prima die, qua ingreſſus ſum in Aſiam, qualiter vobiſcū per omne tempus fuerim.

Seruiens Domino cum omni humilitate, & lachrymis, & tentationibus, quæ mihi acciderunt ex inſidiis Iudæorum.

Quomodo nihil ſubtraxerim vtilium, quo minus annunciarem vobis, & docerem vos publice, & per domos.

Teſtificans Iudæis; atque Gentilibus in Deum pœnitentiam, & fidem in Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Et nunc ecce alligatus ego ſpiritu, vado in Ieruſalem: quæ in ea ventura ſint mihi, ignorans.

Niſi quod Spiritus ſanctus per omnes ciuitates mihi proteſtatur, dicens: Quoniam vincula, & tribulationes Ieroſolymis me manent.

Sed nihil horum vereor, nec facio animam meam pretioſiorē quam me, dummodo conſummem curſum meum, & miniſterium verbi, quod accepi à Domino Ieſu, teſtificare Euangelium gratiæ Dei.

Et nunc ecce ego ſcio quia amplius non videbitis faciem meam vos omnes, per quos tranſiui prædicans regnum Dei.

Quapropter conteſtor vos hodierna die, quia mundus ſum à ſanguine omnium.

Non enim ſubterfugi, quo minus annunciarem omne conſilium Dei vobis.

Attendite vobis, & vniuerſo gregi, in quo vos Spiritus ſanctus poſuit epiſcopos regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo.

Et ſcio quoniam intrabunt poſt diſceſſionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi.

Et ex vobis ipſis peruenient viri loquentes peruerſa, vt abducant diſcipulos poſt ſe.

Tranſl. ex Syriac.

7 **Primo autem die hebdomadis, dum congregati eſſemus ad frangendam Euchariſtiam, verba faciebat ad eos Paulus, quippe qui poſtridie abiturus eſſet: produxitque ſermonem vſque in mediam noctem.* *Defuncti.

8 *Et erant illic lucernæ ignis plurimæ in cœnaculo illo, in quo erant congregati.*

9 *Porrò adoleſcens cui nomen Eutychus, ſedebat in feneſtra, & audiebat, demerſus eſt autem ſomno graui, dum produceret ſermonem ipſe Paulus, & præ ſomno deciderat ex tertia contignatione, ac ſublatus eſt mortuus*

10 *Deſcendens autem Paulus ruit in eum, & eum complexus eſt, dixitque: Ne turbemini, quoniam anima eius in ipſo eſt.*

11 *Quum vero aſcendiſſet, fregit panem & guſtauit, ac locutus eſt vſque dum aſcendiſſet aurora: tum demum exyt per aridam profecturus.*

12 *Et adduxerunt adoleſcentem viuum, & ob eum gauiſi ſunt vehementer.*

13 *Nos autem deſcendimus in nauem, & perreximus ad congregationem Theſus: quoniam illinc excepturi eramus Paulum: ſic enim præceperat nobis, ipſo iter faciente per aridam.*

14 *Vt autem recepimus eum, ex Theſo, naui eo ſublato venimus Mitylenen.*

15 *Et illinc poſtridie abnauigimus contra Cheum inſulam, & rurſus poſtridie venimus Samum ſubſtitimuſque Trogily, & die ſequenti venimus Miletum.*

16 *Conſtituerat enim Paulus præterire Epheſum, ne moram traheret illic: Quippe qui feſtinaret, vt ſi fieri poſſet, diem Pentecoſtes in Ouriſchlem ageret.*

17 **Ex Mileto porro miſit qui accerſerent Presbyteros Eccleſiæ Epheſi.* *Seniores & Patrum

18 *Quumque veniſſent ad eum, dixit eis: Vos ſcitis, à primo die quo ingreſſus ſum Aſiam, quomodo vobiſcum fuerim omni tempore:*

19 *Dum ſeruirem Deo cum humilitate multa, & lachrymis, ac tentationibus, quæ conceptæ fuerant contra me inſidijs Iihoudæorum.*

20 *Vt nihil ſpreuerim quod prodeſſe poſſet animabus veſtris, quominus prædicarem vobis, & docerem vos foris & domi:*

21 *Dum teſtificarer Iihoudæis, & Aramæis (Gentilibus) de conuerſione ad Deum, & fide quæ eſt in Dominum noſtrum Ieſchua Meſchicho.*

22 *Nunc autem ego vinctus ſum ſpiritu, & proficiſcor ad Ouriſchlem, nec ſcio quid mihi obuenturum ſit in ea.*

23 *Enimuero Spiritus ſanctitatis per omnem ciuitatem teſtificatur mihi & ait: Vincula & oppreſſiones parata ſunt tibi.*

24 *Mihi vero pro nihilo habetur anima (vita) mea, vt abſoluam curſum meum, & miniſterium quod accepi à Domino noſtro Ieſchua, vt teſtimonium perhibeam Euangelio gratiæ Dei.*

25 *Nunc igitur ſcio ego non amplius viſuros faciem meam vllos ex vobis omnibus ad quos peragrauī prædicans vobis regnum Dei.*

26 *Teſtor vobis hodierno die me mundum eſſe à ſanguine veſtrum omnium.*

27 *Non enim me excuſaui quo minus patefacerem vobis omnem voluntatem Dei.*

28 *Cauete ergo vobiſmeipſis, & toti gregi illi, in quē conſtituit vos Spiritus ſanctitatis epiſcopos, vt paſcatis Eccleſiam illam Meſchicho, quem acquiſiuit proprio ſanguine.*

29 *Ego ſiquidem noui, poſtquam abiero, ingreſſuros vobiſcum lupos efferos, qui non parcent gregi.*

30 *Quin ex vobis, vobis inquam, ſurrecturos homines qui loquantur peruerſa ad ſubuertendum diſcipulos vt ſe ſequantur.*

31

Transl. B. Ariæ Mont.

In autem vna Sabbatorum congregatis discipulis ad frangendum panem, Paulus disputabat eis futurus exire postridie, protraxitque sermonem vsque in mediam noctem.

Erant autem lampades multæ in cœnaculo vbi eramus congregati.

Sedens autem quidam adolescens nomine Eutychus super fenestram, deiectus somno profundo disputante Paulo diutius, ruens præ sumno, cecidit de tertio cœnaculo deorsum, & sublatus est mortuus.

Descendens autem Paulus, irruit ei, & complexus dixit: Ne tumultueminì: nam anima ipsius in ipso est.

Ascendens autem & frangens panem, & gustans, ad multumque allocutus vsque ad diluculum, sic exiit.

Adduxerunt autem puerum viuentem, & consolati sunt non mediocriter,

Nos autem progressi ad nauem, deuecti sumus in Asson, inde futuri recipere Paulum: sic enim erat constitutus, futurus ipse pedibus ire.

Vt autem congressus est nobis in Asson, recipientes eum venimus in Metylenen.

Et inde abnauigantes, sequenti deuenimus contra Chium: at alia adiecimus in Samon, & manentes in Trogyllio, sequenti venimus in Miletum.

Proposuerat enim Paulus transnauigare Ephesum, vt non fieret ei tempus terere in Asia: festinabat enim, si possibile esset sibi, diem Pentecostes fieri in Hierosolymis.

A autem Milero mittens in Ephesum, vocauit maiores natu ecclesiæ.

Vt autem aduenissent ad eum, dixit eis: Vos scitis à prima die, à qua ingressus sum in Asia, quomodo cum vobis omne tempus fuerim.

Seruiens Domino cum omni humilitate, & multis lachrymis, & tentationibus, euenientibus mihi in insidiis Iudæorum.

Vt nihil remiserim conferentium, ad non annuntiandum vobis, & docendum vos publice, & & per domos.

Testificans Iudæisque & Græcis in Deum pœnitentiam, & fidem in Dominum nostrum Iesum Christum.

Et nuec ecce ego vinctus spiritu vado in Hierusalem, quæ in ea concursura mihi, non noscens.

Nisi quod Spiritus sanctus per ciuitatem protestatur mihi, dicens: quoniam vincula me & tribulationes manent.

Sed nullius rationem facio, nec habeo animam meam prætiosam mihi ipsi, vt finire cursum meum cum gaudio, & ministerium quod accepi à Domino Iesu protestificari euangelium gratiæ Dei.

Et nunc ecce ego scio, quia non amplius videbitis faciem meam vos omnes, in quibus transiui, prædicans regnum Dei.

Ideo & testor vobis in hodierna die, quia mundus ego à sanguine omnium.

Non enim subterfugi ad non annuntiandum vobis omne consilium Dei.

Attendite ergo vobisipsis, & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos, pascere eccleſiã Dei quã acquisiuit per propriũ sanguinẽ.

Ego enim scio hoc, quoniam intrabunt post discessionẽ meã lupi graues in vos, nõ parcẽtes gregi

Et ex vobis ipsis exurgent viri loquentes peruersa ad abstrahendum discipulos post se.

Transl. Erasm. Roterod.

7 *Vno autem die sabbatorum, cum conuenissent discipuli ad frangendum panem, Paulus differebat eis profecturus posteridie, protraxitq; sermonem vsque in mediam noctem.*

8 *Erant autem lucernæ multæ in cœnaculo vbi eramus congregati.*

9 *Sedens autem quidam adolescens, nomine Eutychus in fenestra, cum degrauaretur somno profundo, differente diu Paulo magis depressus somno, decidit ex tertio cœnaculo deorsum, & sublatus est mortuus.*

10 *Cum descendisset autem Paulus, incubuit super eum, & complexus dixit: Nolite turbari, Anima enim eius in ipso.*

11 *Cum ascendisset autem, fregisseq; panem ac degustasset, diu colloquutus vsque ad diluculum, ita demum profectus est.*

12 *Adduxerunt autem puerum viuentem, & refocillati sunt non mediocriter.*

13 *Nos autem consensa naui soluimus Asson, inde excepturi Paulum. Sic enim ordinauerat, ipse per terram iter facturus.*

14 *Cum autem conuenissemus Asson, recepto eo, venimus in Mitylenem.*

15 *Et inde nauigantes, sequenti die venimus contra Chium. Postridie vero appulimus Samum, & commorati Trogyllij, proximo die venimus in Miletum:*

16 *Proposuerat enim Paulus præternauigare Ephesum, ne tempus tereret in Asia. Festinabat enim, si possibile sibi esset, vt diem pentecostes ageret Hierosolymis.*

17 *A Mileto autem missis Ephesum nuncijs, accersiuit presbyteros Ecclesiæ,*

18 *Qui cum peruenissent ad ipsum, dixit eis: Vos scitis à primo die quo ingressus sum Asiam, quomodo vobiscum per omne tempus fuerim,*

19 *Seruiens domino cum omni animi humilitate, cumque multis lachrymis & tentationibus, quæ mihi acciderunt ex insidijs Iudæorum:*

20 *Vt nihil suffugerim eorum quæ essent in rem vestram, quin annunciarem vobis & docerem vos publice ac per singulas domos.*

21 *Testificans Iudæis simul & Gratis, eam quæ erga Deum est pœnitentiam, ac fidem quæ est erga dominum nostrum Iesum.*

22 *Et nunc ecce ego alligatus spiritu, proficiscor Hierosolymam, quæ in ea obuentura sint mihi ignorans,*

23 *Nisi quod Spiritus sanctus per singulas ciuitates testificatur, dicens: quod vincula & afflictiones me manent.*

24 *Verum nihil me mouet, neque vita mea chara est mihi ipsi, vt consummem cursum meum cum gaudio & ministerium quod accepi à Domino Iesu, ad testificandum euangelium gratiæ Dei.*

25 *Et nunc ecce ego scio, quod posthac non videbitis faciem meam, vos omnes per quos transiui, prædicans regnum Dei.*

26 *Quapropter contestor vos hodierno die, quod mundus ego sum à sanguine omnium.*

27 *Non enim subterfugi, quo minus annunciarim omne consilium Dei vobis.*

28 *Attendite igitur vobis & cuncto gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos ad regendum ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo.*

29 *Ego enim noui hoc, quod ingressuri sint: post discessum meum lupi graues in vos, non parcentes gregi.*

30 *Et ex vobisipsis exorientur viri, loquentes peruersa, vt abducant discipulos post se.*

Vulgat. Editio.

Propter quod vigilate memoria retinentes quòd triennium per noctem & diem non cessavi cum lacrymis monens unumquemque vestrum.

Et nunc commendo vos Deo & verbo gratiæ ipsius, qui potens est ædificare, & dare hæreditatem in sanctificatis omnibus.

Argenti, & auri, aut vestem nullius concupivi.

Sine cessatione ad ea quæ mihi opus erant & his qui mecum sunt ministravi manus istæ.

Omnia ostendi vobis, quoniam sic laborantes oportet suscipere infirmos, ac meminisse verbi Domini Jesu: quoniam ipse dixit: Beatius est magis dare quàm accipere.

Et cum hæc dixisset, positis genibus suis oravit cum omnibus illis.

Magnus autem fletus factus est omnium, & procidentes super collum Pauli osculabantur eum.

Dolentes maxime in verbo quod dixerat, quòd nunquam visuri essent faciem ejus non addentes ut navem.

CAP. XXI.

Cum autem factum esset ut navigaremus abstracti ab eis, recto cursu venimus Coum, & sequenti die Rhodum, inde Patara.

Et cum invenissemus navem transfretantem in Phœnicen, ascendentes navigavimus.

Cum apparuissemus autem Cypro, relinquentes eam à sinistris navigabamus in Syriam, & venimus Tyrum: ibi enim navis expleret onus.

Inventis autem discipulis, mansimus ibi diebus septem: qui Paulo dicebant per Spiritum ne ascenderet Jerosolymam.

Et expletis diebus profecti ibamus: deducentibus nos omnibus cum uxoribus & filiis usque foras civitatem: & positis genibus in littore oravimus.

Et cum valefecissemus invicem, ascendimus navem, illi autem reversi sunt in sua.

Nos vero navigatione expleta à Tyro descendimus Ptolemaidam: & salutatis fratribus mansimus die una apud illos.

Alia autem die profecti venimus Cæsaream. Et intrantes domum Philippi evangelistæ, qui erat unus de septem, mansimus apud eum.

Huic autem erant quatuor filiæ virgines prophetantes.

Et cum moraremur per dies aliquot, superveniens quidam à Judæa propheta nomine Agabus.

Is cum venisset ad nos, tulit cingulum Pauli: et ligans sibi pedes & manus dixit: Hæc dicit Spiritus Sanctus: Virum cujus est cingulum hoc, sic alligabunt in Jerusalem Judæi, & tradent in manus Gentium.

Quod cum audissemus, rogabamus nos, & qui loci illius erant, ne ascenderet Jerosolymam.

Tunc respondit Paulus, & dixit: Quid facitis flentes, & affligentes cor meum? Ego enim non solùm alligari, sed & mori in Jerusalem paratus sum propter nomen Domini Jesu.

Et cum suaderi ei non posset, quievimus dicentes: Domini voluntas fiat.

Post dies autem illos præparati ascendebamus in Jerusalem.

Transl. ex Syriac.

Quamobrem vigilate & memores estote me per triennium non cessasse nocte & interdiu cum lacrymis admonere unumquemque ex vobis.

Nunc autem commendo vos Deo, & verbo gratiæ ipsius, quod quidem potest vos ædificare, & dare vobis hæreditatem cum omnibus sanctis.

Argentum, aurum, aut vestimenta non concupivi.

Et vos ipsi, intelligitis vos, & ea quæ mecum sunt ipsis manibus meis ministravi.

Et in omnibus ostendi vobis per operum laborem, & oportet nos laborare, & sustinere infirmitates eorum, memores sermonum Domini nostri Jesu Christi, quia ipse dixit: Melius est quàm dare, quàm accipere.

Cum hæc dixisset, procidens in genua, & precatus est cum omnibus eis.

Fletus autem magnus factus est omnium, & procidentes super collum Pauli osculabantur eum.

Dolentes maxime in verbo quod dixerat, quòd amplius faciem ejus non essent visuri. Et comitabantur eum ad navem.

CAP. XXI.

Et cum separati essemus ab eis, & recta navigassemus, venimus Coum insulam, sequenti die Rhodum, & inde Patara.

Et inventa navi transfretante Phœnicen, ascendentes navigavimus.

Apparuimus autem sinistrorsum Cypro, relinquentes eam à dextris navigabamus in Syriam, & venimus Tyrum, illic enim navis exponebat onus suum.

Et inventis discipulis, permansimus ibi diebus septem, illi autem dicebant per Spiritum Paulo ne ascenderet Jerosolymam.

Illi autem qui nobiscum erant, deducebant nos cum uxoribus & filiis, donec extra civitatem exiremus, et positis genibus in littore, precati sumus.

Et valefacientes invicem, ascendimus navem, illi autem reversi sunt in sua.

Nos vero navigationem explevimus à Tyro, & venimus ad Ptolemaidam, et salutatis fratribus mansimus apud eos die una.

Postridie vero profecti venimus Cæsaream. Et ingressi domum Philippi evangelistæ unius ex septem, mansimus apud eum.

Huic autem erant quatuor filiæ virgines prophetantes.

Et cum moraremur per dies aliquot, descendit ex Judæa propheta quidam nomine Agabus.

Et veniens ad nos, tulit cingulum Pauli, et ligans sibi pedes & manus dixit: Hæc dicit Spiritus Sanctus: Virum cujus est cingulum hoc, sic alligabunt Judæi in Jerusalem, et tradent in manus Gentium.

Quod cum audissemus, rogabamus nos, & qui loci illius erant, ne ascenderet Jerosolymam.

Tunc respondit Paulus, & dixit: Quid facitis flentes, & affligentes cor meum? Ego enim non solùm alligari, sed & mori in Jerusalem paratus sum propter nomen Domini nostri Jesu Christi.

Et cum suaderi ei non posset, quievimus, dicentes: Domini voluntas fiat.

Post dies autem illos præparati ascendebamus in Jerusalem.

Transl. B. Ariæ Mont.

Ideo vigilate memores quoniam triennium noctem & diem non cessaui, cum lacrymis monens vnumquemque.

Et nunc commendo vos fratres, Deo, & verbo gratiæ ipsius, potenti superædificare, & dare vobis hæreditatem in sanctificatis omnibus.

Argentum, & aurum, aut vestem nullius concupiui.

Ipsi noscitis: quoniam vsibus meis & existentibus cum me, ministrauerunt manus istæ.

Omnia ostendi vobis, quoniam sic laborantes oportet susciperе infirmos, meminisseque verborum Domini Iesu, quoniam ipse dixit: Beatius est dare magis quam accipere.

Et hæc dicens, ponens genua sua cum omnibus illis orauit.

Magnus autem factus est fletus omnium: & procubentes super collũ Pauli exosculabantur eũ.

Dolentes maxime in verbõ, quod dixerat, quoniam non amplius futuri essent faciem eius spectare, præmittebant autem eum ad nauem.

CAP. XXI.

VT autem factum est prouehi nos auulsos ab eis, rectà currentes venimus in Coum: at sequenti in Rhodum, & inde in Pataram.

Et inuenientes nauem transferentem in Phœnicem, ascendentes prouecti sumus.

Apparentes autem Cypro, & relinquentes eam ad sinistram, nauigauimus in Syriam, & deuecti sumus in Tyrum: ibi enim erat nauis expositura onus.

Et inuenientes discipulos, admansimus eidiebus septem, qui Paulo dicebant per Spiritum non ascendere in Hierusalem.

Quando autem factum est nos peragere dies, exeuntes ibamus, præmittentibus nos omnibus cum vxoribus & filiis vsque foras ciuitatem: & ponentes genua in littore orauimus.

Et salutantes inuicem, ascendimus in nauem: illi autem redierunt in propria.

Nos vero nauigationem perficientes, à Tyro descendimus Ptolemaidam: & salutantes fratres, mansimus die vna apud illos.

At postridie egressi venimus in Cæsaream. Et intrantes in domum Philippi Euangelistæ existentis ex septem, mansimus apud eum.

Huic autem erant filiæ virgines quatuor prophetantes.

Admanentibus autem nobis, dies plures, descendit quidã à Iudæa propheta, nomine Agabus.

Et veniens ad nos, & tollens zonam Pauli, alligansque sibi manus & pedes, dixit: Hæc dicit Spiritus sanctus, Virum cuius est zona hæc, sic vincient in Hierusalem Iudæi, & tradent in manus Gentium.

Vt autem audiuimus hæc, rogabamus nosque & qui loci illius ad non ascendere eum in Hierusalem.

Respondit que Paulus: Quid facitis flentes, & comminuentes meum cor? ego enim non solum vinciri, sed & mori in Hierusalem paratè habeo pro nomine Domini Iesu.

Non suaso autem eo, quieuimus, dicentes: voluntas Domini fiat.

Post autem dies istos præpatati ascendebamus in Hierusalem.

Transl. Erasm. Roterod.

31 *Propter quod vigilate, memores, quod per triennium nocte & die non cessauerim cum lachrymis monere vnumquemque.*

32 *Et nunc commendo vos fratres Deo, & sermoni gratiæ ipsius, qui potens est superstruere & dare vobis hæreditatem inter sanctificatos omnes.*

33 *Argentum & aurum, aut vestem nullius concupiui.*

34 *Imo ipsi scitis, quod necessitatibus meis & his qui mecum sunt, suppeditauerunt manus hæ.*

35 *Omnia ostendi vobis, quod sic laborantes oportet suscipere infirmos, ac meminisse verborum Domini Iesu, quoniam ipse dixit: Beatum est dare potius quàm accipere.*

36 *Et cum hæc dixisset, positis genibus suis, orauit cum omnibus illis.*

37 *Magnus autem fletus coortus est omnium, & ruentes in collum Pauli osculabantur eum.*

38 *Dolentes, maxime ob sermonem quem dixerat, quod amplius faciem eius non essent visuri. Et deducebant eum ad nauem.*

CAP. XXI.

1 *CVm autem factum esset vt soluissemus auulsi ab eis recto cursu venimus Coum, & sequenti die Rhodum, & inde Pataram.*

2 *Et nacti nauem, quæ traijceret in Phœnicen, ea conscensa soluimus.*

3 *Cum autem cœpisset nobis apparere Cyprus, relictaque ad sinistram, nauigauimus in Syriam, ac venimus Tyrum. Nam huc nauis exponebat onus.*

4 *Repertisq; discipulis, mansimus ibidem diebus septem. Qui Paulo dicebant per Spiritum ne ascenderet Hierosolymam.*

5 *Et expletis diebus profecti ibamus, deducentibus nos omnibus vnà cum vxoribus & filijs, donec exissemus ciuitatem: & positis genibus in litore, precati sumus.*

6 *Et consalutatis nobis inuicem, conscendimus nauim, illi autem redierunt ad sua:*

7 *Nos vero nauigatione explicita à Tyro, descendimus Ptolemaidam, & salutatis fratribus, mansimus diem vnum cum illis.*

8 *Postridie vero nos qui eramus cum Paulo, venimus Cæsaream. Et ingressi domum Philippi euangelistæ, qui erat vnus è septem, mansimus apud eum.*

9 *Huic autem erant quatuor filiæ virgines prophetantes.*

10 *Et cum permaneremus dies complures, aduenit quidam à Iudæa propheta, nomine Agabus.*

11 *Is cum venisset ad nos, tulit cingulum Pauli, & alligans sibi pedes ac manus, dixit: Hæc dicit Spiritus sanctus: Virum cuius est cingulum hoc, sic alligabunt Hierosolymæ Iudæi, tradentq; in manus gentium.*

12 *Cum autem audissemus hæc, rogabamus & nos & cæteri qui loci illius erant, ne ascenderet Hierosolymam.*

13 *Tunc respondit Paulus, ac dixit: Quid facitis flentes & affligentes cor meum? Ego vero non solum vinciri, sed & mori paratus sum Hierosolymis pro nomine Domini Iesu.*

14 *Cum vero illi non persuaderetur, acquieuimus dicentes: Domini voluntas fiat.*

15 *Post dies autem sublatis sarcinis, conscendebamus Hierosolymam.*

Vulgat. Editio.

Venerunt autem & ex discipulis à Cæsarea nobiscum, adducentes secum apud quem hospitaremur Mnasonem quendam Cyprum, antiquum discipulum.

Et cum venissemus Ierosolymam, libenter exceperunt nos fratres.

Sequenti autem die introibat Paulus nobiscum ad Iacobum, omnesque collecti sunt seniores.

Quos cum salutasset, narrabat per singula, quæ Deus fecisset in Gentibus per ministerium ipsius.

At illi cum audissent, magnificabant Deum, dixeruntque ei: Vides frater, quod millia sunt in Iudæis, qui crediderunt, & omnes æmulatores sunt legis.

Audierunt autem de te quia discessionem doceas à Moyse eorum, qui per Gentes sunt, Iudæorum: dicens non debere eas circumcidere filios suos, neque secundum consuetudinem ingredi.

Quid ergo est? vtique oportet conuenire multitudinem: audient enim te superuenisse.

Hoc ergo fac, quod tibi dicimus: Sunt nobis viri quatuor, votum habentes super se.

His assumptis, sanctifica te cum illis, & impende in * illis vt radant capita: & scient omnes quia quæ de te audierunt, falsa sunt, sed ambulas & ipse custodiens legem Domini.

De his autem, qui crediderunt ex Gentibus, * nos scripsimus iudicãtes vt abstineant se ab idolis immolato, & sãguine, & suffocato, & fornicatione.

Tunc Paulus assumptis viris, postera die purificatus cum illis intrauit in templum, annuntians expletionem dierum purificationis, donec offerretur pro vnoquoque oblatio.

Dũ autẽ septẽ dies consũmarẽtur, hi qui de Asia erant, Iudæi, cũ vidissent eũ in tẽplo, cõcitauerunt omnẽ populũ, & iniecerunt ei manus, clamantes:

Viri Israelitæ, adiuuate: hic est homo, qui aduersus populum, & legem, & locum hunc, omnes vbique docens, insuper & Gentiles induxit in templum, & violauit sanctum locum istum.

Viderant enim Trophimum Ephesium in ciuitate cum ipso, quem estimauerunt quoniam in templum introduxisset Paulus.

Commotaque est ciuitas tota, & facta est concursio populi. Et apprehendentes Paulũ, trahebant eum extra templum, & statim clausæ sunt ianuæ.

Quærentibus autem eum occidere, nunciatum est tribuno cohortis: Quia tota confunditur Ierusalem.

Qui statim assumptis militibus, & centurionibus, decurrit ad illos. Qui cum vidissent tribunum, & milites, cessauerunt percutere Paulum.

Tunc accedens tribunus apprehendit eum, & iussit eum alligari catenis duabus: & interrogabat quis esset, & quid fecisset.

Alĩ autem aliud clamabant in turba. Et cum non posset certum cognoscere præ tumultu, iussit duci eum in castra.

Et cum venisset ad gradus, contigit vt portaretur à militibus propter vim populi.

Sequebatur enim multitudo populi, clamans: Tolle eum.

Et cum cœpisset induci in * castra Paulus, dicit tribuno: Si licet mihi loqui aliquid ad te? Qui dixit: Græce nosti?

Transl. ex Syriac.

16 *Et venerunt nobiscum quidam discipuli à Cæsarea, adducentes secum fratrem quendam ex primis discipulis, cui nomen erat Mnasoun, (erat autem ex Cypro) vt exciperet nos domi suæ.*

17 *Quum igitur venissemus ad Ourischlem, fratres exceperunt nos hilariter.*

18 *Sequenti autem die introiuimus cum Paulo ad Iaakoub, cum apud eum essent omnes Presbyteri.*

19 *At salutauimus eos, ac renunciauit eis sigillatim Paulus, quidquid fecisset Deus inter Gentes ministerio suo.*

20 *Quod quum audissent, glorias tribuerunt Deo, dixeruntque ei: Vides frater noster quot sint millia in Iihoudæa eorum qui crediderunt, & isti omnes zelatores sunt Legis.*

21 *De te autem dictum est eis, te docere vt deficiant à Mouschе cuncti Iihoudæi, qui sunt inter Gentes, quum dicas vt non circumcidant filios suos, neque secundum ritus Legis ambulent.*

22 *Quamobrem quia auditione acceperunt nos huc venisse*

23 *Fac quod dicimus tibi: Sunt nobis viri quatuor voto obnoxij, vt mundentur.*

24 *Assume eos, & proficiscere, mundator cum eis, & expende pro eis expensas, vt radant capita sua, & innotescat omnibus, quod dictum est de te falsum esse, teque Legem adimplere & conseruare.*

25 *De iis porro qui crediderunt ex Gentibus, nos scripsimus vt custodiant se ab immolato, & à scortatione, & suffocato, & sanguine.*

26 *Tunc Paulus assumpsit viros illos sequenti die, & purificatus est cum eis, & introiens profectus est in templum, patefaciens eis expletionem dierum purificationis, vsquedum oblata fuit oblatio vniuscuiusque ex eis.*

27 *Quumque aduenissent dies septimus: Iihoudæi ex Asia vt conspicati sunt eum in templo, concitarunt aduersus eum totam plebem, & iniecerunt in eum manus.*

28 *Clamantes & dicentes: Viri filij Israel ferte opem: hic est homo ille, qui aduersus gentem nostram docet vbique, & aduersus Legem, atque aduersus hunc locum: quinetiam Aramæos (gentes) introduxit in templum, & profanauit hunc locum sacrosanctum.*

29 *Viderant enim iamante cum eo Trophimum Ephesium in ciuitate, & putabant eum cum Paulo ingressum fuisse in templum.*

30 *Proinde commota est tota ciuitas, & coactus est vniuersus populus Iihoudæorum, & prehenderunt Paulum, traxeruntque eum extra templum: & eo momento clausæ sunt valuæ.*

31 *Quumque studeret turba interficere eum, auditione accepit tribunus cohortis totam ciuitatem conturbatam esse.*

32 *Proinde eo momento assumpsit Centurionem, & milites quamplurimos, & excurrerunt in eos: Quum autem illi vidissent Tribunum & milites, cessarunt ij, qui percutiebant Paulum.*

33 *Et accedens ad eum Tribunus, prehendit eum, iussitque eum vinciri duabus catenis, & scisciatus est super eo quisnam esset, & quid fecisset.*

34 *Clamabant autem in eum quidam ex turba, alij aliud, ita vt præ vociferatione eorum non potuerit cognoscere quæ esset veritas: proinde iussit eum duci in castra.*

35 *Quumque peruenisset Paulus ad gradus, portauerunt eum milites propter violentiam plebis.*

36 *Veniebat enim post eum populus multus, & vociferabantur ac dicebant: Tolle eum.*

37 *Et quum iam introducendus esset in castra, ipse Paulus dixit Tribuno: Si permiseris mihi, loquar tecum. Ille vero dixit ei: Græcè nosti?*

Transl. B. Ariæ Mont.

Simul venerunt autem & discipulorum à Cæsarea nobiscum, adducentes apud quem hospitaremur Mnasonem quendam Cyprium, antiquum discipulum.

Factis autem nobis in Hierosolymam, libenter exceperunt nos fratres.

At sequenti introibat Paulus nobiscum ad Iacobum, omnesque adfuerunt seniores.

Et salutans eos, exposuit per vnum singulum, quæ fecisset Deus in Gentibus per ministerium illius.

At audientes glorificabant Deum, dixeruntque ei: Conspicis frater, quod decem millia sunt Iudæorum credentium, & omnes zelatores legis subsistunt.

Edocti erant autem de te, quia discessionem doceas à Moyse eos, qui per Gentes omnes Iudæos, dicens non circuncidere ipsos filios, neque ritibus ambulare.

Quid ergo est? omnino oportet multitudinem conuenire: audient enim quod superueneris.

Hoc ergo fac quod tibi dicimus: Sunt nobis viri quatuor, votum habentes super seipsos.

Hos assumens purificator cum illis: & impende in illis, vt radant caput, & scient omnes, quia ea quæ audierunt de te, nihil est, sed incedis & ipse legem custodiens.

De autem credentibus Gentibus, nos scripsimus iudicantes nihil huiusmodi obseruare eos, si non cauere eos hoc, & idolis immolatum, & sanguinem, & suffocatum, & fornicationem.

Tunc Paulus assumens viros sequenti die cum illis purificatus intrauit in templum annuncians expletionem dierum purificationis, donec offerretur pro vnoquoque eorum oblatio.

Vt autem futuri erant septem dies consummari, hi qui de Asia Iudæi, conspicientes eum in templo, confuderunt omnem turbam, & iniecerunt manus in eum.

Clamantes: Viri Israelitæ adiuuate: hic est homo, qui aduersus populum, & legem, & locum hunc omnes vbique docēs, insuperq; & Græcos induxit in templum, & polluit sanctum locum istum.

Fuerant enim videntes Trophimum Ephesium in ciuitate cum ipso quem existimauerunt quoniam templum introduxisset Paulus.

Commotaque est ciuitas tota, & facta est concursio populi: Et apprehendentes Paulum, trahebant eū extra templū, & statim clausæ sunt ianuæ.

Quærentibus autem eum occidere, ascendit fama tribuno cohortis, Quia tota confunditur Hierusalem.

Qui ex ipsa assumens milites, & centuriones, decurrit ad illos, illi autem videntes tribunum & milites, cessauerunt percutientes Paulum.

Appropinquans autem tribunus, apprehendit eum, & iussit vinciri eum catenis duabus: & interrogabat quisnam esset, & quid est perpetrans?

Alij autem aliud quid clamabant in turba, non potens autem cognoscere certum propter tumultum, iussit duci eum in castra.

Cum autem factus est ad gradus, contigit portari à militibus propter violentiam turbæ.

Sequebatur eum multitudo populi clamans: Tolle eum.

Futurusque induci in castra Paulus dicit Tribuno: Si licet mihi dicere aliquid ad te? Ille vero dixit: Græcè nosti.

Transl. Erasm. Roterod.

Venerunt autem vna quidam ex discipulis à Cæsarea nobiscum, adducentes secum, apud quem hospitaremur, Mnasonem quendam Cyprium, antiquum discipulum.

Et cum venissemus Hierosolymam, libenter exceperunt nos fratres.

Postero autem die, introibat Paulus nobiscum ad Iacobum, omnesq; conuenerunt presbyteri.

Quos cum salutasset, narrabat per singula, quæ Deus fecisset inter gentes per ministerium ipsius.

At illi cum audissent, glorificabant Dominum, dixeruntq; ei: Vides frater, quot milia sunt Iudæorum qui crediderunt, & omnes studiosi sectatores sunt legis.

Audierunt autem de te, quod defectionem doceas à Moyse, omnes qui inter gentes sunt Iudæos, dicens, non debere eos circuncidere filios, neque secundum institutia viuere.

Quid est ergo? omnino oportet conuenire multitudinem. Audient enim te venisse.

Hoc ergo fac, quod tibi dicimus. Sunt nobis viri quatuor votum habentes super se.

His assumptis, purificate cum illis, & impende super illis, vt radant capita: & scient omnes quod quæ de te audierunt, nihil sunt, sed ambulas & ipse custodiens legem.

De his autem qui crediderunt ex gentibus nos scripsimus, decernentes, ne quid huiusmodi obseruent, nisi vt caueant & ab his quæ sunt immolata simulacris, & à sanguine, & suffocato, & fornicatione.

Tunc Paulus assumptis viris postero die purificatus cum illis intrauit in templum, annuntians expletionem dierum purificationis, donec offerretur pro vnoquoque eorum oblatio.

Dum autem septem dies iam pene essent expleti, hi qui ab Asia erāt Iudæi, cū vidissent eum in templo, conturbarunt totum populum, & iniecerunt ei manus, clamantes:

Viri Israelitæ, succurrite. Hic est ille homo qui aduersus populum & legem & locum hunc omnes vbique docet, insuper & Græcos induxit in templum, & prophanauit sanctum locum hunc.

Viderant enim Trophimum Ephesium in ciuitate cum ipso, quem existimauerunt, quod in templum introduxisset Paulus.

Commotaq; est ciuitas tota & factus est concursus populi. Et apprehensum Paulum, protrahebant è templo, statimque clausa sunt fores.

Quærentibus autem illis eum occidere, nunciatum est tribuno cohortis, quod tota conturbata esset Hierosolyma.

Qui statim assumptis militibus at centurionibus, decucurrit ad illos. At illi cum vidissent tribunum ac milites cessauerunt percutere Paulum.

Tunc accedens tribunus apprehendit eum, & iussit alligari catenis duabus, & interrogabat quis nam esset, & quid fecisset?

Alij autem aliud clamabant in turba. Et cum non posset certum cognoscere pra tumultu, iussit duci eum in castra.

Et cum venisset ad gradus, contigit vt portaretur à militibus propter violentiam turbæ.

Sequebatur enim multitudo populi clamans, tolle eum.

Et cum cœpisset induci in castra Paulus, dicit tribuno: Licet ne mihi loqui ad te? Qui dixit: Græce nosti.

Vulgat. Editio.

Nonne tu es Ægyptius, qui ante hos dies tumultum concitasti, & eduxisti in desertum quatuor millia virorum sicariorum.

Et dixit ad eũ Paulus: Ego homo sum quidẽ Iudæus à Tarso Ciciliæ, non ignotæ ciuitatis municeps. Rogo aũt te: permitte mihi loqui ad populũ.

Et cum ille permisisset, Paulus stans in gradibus, annuit manu ad plebem, & magno silentio facto, allocutus est lingua Hebræa, dicens:

CAP. XXII.

Viri fratres, & patres, audite quam ad vos nunc reddo rationem.

Cum audissent autem quia Hebræa lingua loqueretur ad eos, magis præstiterunt silentium.

Et dicit: Ego sum vir Iudæus, natus in Tarso Ciliciæ, nutritus autem in ista ciuitate circa pedes Gamalielis, eruditus iuxta veritatem paternæ legis, æmulator legis, sicut & vos omnes estis hodie:

*Sup.8.3 *Qui hanc viam persecutus sum vsque ad mortem, alligans & tradens in custodias viros ac mulieres,

*Sup.9.2 Sicut princeps sacerdotum mihi testimonium reddit, & omnes maiores natu, à * quibus & epistolas accipiens ad fratres Damascum pergebam, vt adducerem inde vinctos in Ierusalem, vt punirentur.

Factum est autem, eunte me, & appropinquante Damasco media die, subito de cælo circumfulsit me lux copiosa:

Et decidens in terram, audiui vocem dicentem mihi: Saule, Saule, quid me persequeris

Ego autem respondi: Quis es Domine? Dixitque ad me: Ego sum Iesus Nazarenus, quem tu persequeris.

Et qui mecum erant, lumen quidem viderunt, vocem autem non audierunt eius, qui loquebatur mecum.

Et dixi: Quid faciam Domine? Dominus autem dixit ad me: Surgens vade Damascum: & ibi tibi dicetur de omnibus, quæ te oporteat facere.

Et cum non viderem præ claritate luminis illius, ad manum deductus à comitibus veni Damascum.

Ananias autẽ quidam, vir secundum legẽ testimoniũ habẽs ab omnibus cohabitãtibus Iudæis.

Veniens ad me & astans dixit mihi: Saule frater respice. Et ego eadem hora respexi in eum.

At ille dixit: Deus patrum nostrorum præordinauit te vt cognosceres voluntatem eius, & videres iustum, & audires vocem ex ore eius.

Quia eris testis illius ad omnes homines eorum, quæ vidisti, & audisti.

Et nunc quid moraris? Exurge, & baptizare, & ablue peccata tua inuocato nomine ipsius.

Factum est autem reuertenti mihi in Ierusalem, & oranti in templo, fieri me in stupore mẽtis.

Et videre illum dicentem mihi: Festina, & exi velociter in Ierusalem: quoniam non recipient testimonium tuum de me.

*Sup.8.3 Et ego dixi: Domine ipsi sciunt quia ego eram concludens in carcerem, & cædens per synagogas eos, qui credebant in te.

Et cum funderetur sanguis Stephani testis tui, *Sup.8. 3d. ego astabam, & consentiebam, & custodiebam vestimenta interficientium illum.

Transl. ex Syriac.

38 *Nonne tu es Ægyptius ille qui ante hos dies concitasti & in desertum abduxisti quatuor millia hominum sceleratorum?*

39 *Dixit: ei Paulus: Ego sum vir Iudoudæus ex Tarso Cilicia vrbe celeberrima, in qua natus sum: Rogo te, permitte mihi vt alloquar populum.*

40 *Quum itaque permisisset ei, surrexit Paulus super gradus, & silentium eis indixit manu, & quum sedati essent, allocutus est eos Hebraicè, dixitq; eis,*

CAP. XXII.

1 *Fratres & patres audite prolationem spiritus (defensionem) quam apud vos habeo.*

2 *Quumq; audissent eum Hebraicè ipsos alloqui, magis cessarunt:*

3 *Itaque dixit eis. Ego sum vir Iihoudæus natusq; Tarsi Cilitiæ, educatus verò in hac ipsa ciuitate ad pedes Gamalielis, & eruditus perfectè in Lege patrum nostrorum, fuitq; zelator Dei prout & vos omnes estis.*

4 *Et hanc viam (doctrinam) persecutus sum ad mortem vsque, dum vincirem, & traderem in carceres, tum viros, tum mulieres.*

5 *Quemadmodum mihi testis est summus Sacerdos, & omnes Seniores, à quibus accepi epistolas, vt proficiscerer ad fratres qui erant in Darmasouk, adducturus etiam eos qui illic essent ad Ourischlem vinctos, vt multam capiti impositam subirent.*

6 *Quumq; iter facerem, & inciperem appropinquare Darmasouk circiter meridiem, de repente è cælo circumfulsit me lux plurima.*

7 *Cecidique humi, & audiui vocem dicentem: mihi Schoual, Schoual quid me persequeris?*

8 *Ego verò respondi, & dixi: Quis es Domine mi? At ille dixit mihi: Ego sum Ieschua ille Nazarenus, quem tu persequeris.*

9 *Porrò quidam qui mecum erant, viderunt quidem lucem, vocem autem non audiuerunt eius qui loquebatur mecum.*

10 *Tum dixi: Quid faciam Domine mi? Dominus autem noster dixit mihi: Surge, proficiscere ad Darmasouk: & illic dicetur tibi quicquid præcipiatur tibi vt facias.*

11 *Quum verò nihil appareret mihi præ gloria lucis illius, apprehenderunt me manibus meis ij, qui mecum erant, & ascendi ad Darmasouk.*

12 *Quidam autem vir Chanania iustus in Lege, prout dant ei testimonium omnes Iihoudæi, qui illic sunt*

13 *Venit ad me, & dixit mihi: Schoual frater mi, aperi oculos tuos. Et eo momento aperti fuerunt oculi mei, & eum intuitus sum.*

14 *At dixit mihi: Deus patrum nostrorum constituit te vt cognosceres voluntatem eius, & conspiceres iustum illum, atque audires vocem ex ore ipsius.*

15 *Proinde eris ei testis apud homines super iis omnibus quæ vidisti & audisti.*

16 *Nunc ergo quid cunctaris? Surge, baptizare, & purgare à peccatis tuis inuocans nomen eius.*

17 *Reuertens autem huc veni, nempe, ad Ourischlem, & præcatus sum in templo.*

18 *Vidique visione quum diceret mihi: Festina, & egredere ex Ourischlem, quandoquidem non accipient testimonium tuum de me.*

19 *Ego vero dixi: Domine mi & ipsi norunt me tradidisse in carcerem, & verberasse per omnes synagogas eos, qui credebant in te.*

20 *Et quum funderetur sanguis Stephani testis tui, ego quoque cum eis adstabam, & adimplebam voluntatem eorum qui ipsum trucidabant, atque custodiebam pallia eorum, qui lapidabant illum.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Nonne tu es Ægyptius ille ante hos dies tumultum mouens, & educens in desertum quatuor mille viros sicariorum?

Dixit autē Paulus: Ego homo quidē sum Iudæus Tarsensis, Ciliciæ non obscuræ ciuitatis ciuis. Rogo autem te: permitte mihi loqui ad populum.

Permittente autem eo, Paulus stans in gradibus, annuit manu populo: multo vero silentio facto, allocutus est Hebræa lingua, dicens:

CAP. XXII.

Viri fratres, & patres, audite meam ad vos nunc excusationem.

Audientes autem quia Hebræa lingua alloqueretur illos, magis præstiterunt silentium. Et dicit:

Ego quidem sum vir Iudæus, natus in Tarso Ciliciæ, nutritus autem in ciuitate ista secus pedes Gamalielis, eruditus iuxta exquisitionem paternæ legis, zelotes existens Dei, sicut omnes vos estis hodie.

Qui hanc viam persecutus sum vsque ad mortem: vinciens & tradens in custodias virosque & mulieres:

Sicut princeps sacerdotum testatur mihi, & omnis senatus: à quibus & epistolas accipiens, ad fratres Damascum pergebam, adducturus & illic existentes vinctos in Hierusalem, vt punirentur.

Factum est autem mihi profecto & appropinquanti Damasco, circa meridiem subito de cælo circumfulgere lucem copiosam circa me.

Cecidique in solum, & audiui vocem dicentem mihi: Saule, Saule, quid me persequeris

Ego autem respondi: Quis es Domine? Dixitque ad me: Ego sum Iesus Nazarenus, quem tu persequeris.

Qui vero cum me existentes, quidem lumen spectabant, & expauefacti sunt, at vocem non audierunt loquentis mihi.

Dixi autem: Quid faciam Domine? at Dominus dixit ad me: Surgens vade in Damascum, & illic tibi dicetur de omnibus, quæ constituta sunt tibi facere.

Cum autem non viderem præ gloria luminis illius, manuductus à simul existentibus mihi, veni in Damascum.

Ananias autem quidam vir pius secundum legem, testimonio ornatus ab omnibus habitantibus in Damasco Iudæis.

Veniens ad me & astans dixit mihi: Saule frater, respice. Et ego eadem hora respexi in eum.

Ille autem dixit: Deus patrum nostrorum præordinauit te cognoscere voluntatem eius, & videre iustum, & audire vocem ex ore eius.

Quia eris testis eius ad omnes homines eorum quæ vidisti, & audisti.

Et nunc quid moraris? Surgens, baptizare, & ablue peccata tua inuocans nomen Domini.

Factum est autem mihi reuertenti in Ierusalem, & orante me in templo, fieri me in exstasi.

Et videre illum dicentem mihi: Festina, & exi in celeritate ex Ierusalem: quoniam non recipient tuum testimonium de me.

Et ego dixi: Domine ipsi sciunt quia ego eram carcerans & cædens per synagogas credentes in te.

Et cum effunderetur sanguis Stephani primi testis tui, & ipse eram astans & consentiens interemptioni eius, & custodiens vestimenta interficientium illum.

Transl. Erasm. Roterod.

38 *Nonne tu es ille Ægyptius, qui ante hos dies tumultum concitasti, & eduxisti in desertum quatuor millia virorum sicariorum?*

39 *Dixit autem Paulus: Ego sum homo quidem Iudæus Tarsensis, non obscuræ Cilicum ciuitatis ciuis. Rogo autem te, permitte mihi loqui ad populum.*

40 *Et cum ille permisisset, Paulus stans in gradibus, annuit manu ad plebem. & magno silentio facto, allocutus est lingua Hebræa, dicens:*

CAP. XXII.

1 *Viri, fratres & patres audite meam, qua apud vos utor, excusationem.*

2 *Cum audissent autem, quod Hebræa lingua sibi loqueretur, magis præstiterunt silentium.*

3 *Et dicit. Ego quidem sum vir Iudæus, natus in Tarso Ciliciæ, caterum educatus in hac ciuitate ad pedes Gamalielis, institutus accuratè in patria lege, sectator Dei, sicut & vos omnes estis hodie.*

4 *Qui hanc viam persecutus sum vsque ad mortem, alligans ac tradens in carceres viros pariter ac mulieres.*

5 *Sicut & princeps sacerdotum mihi testis est, & totus seniorum ordo, à quibus etiam epistolis ad fratres acceptis Damascum pergebam, adducturus & illos qui illic essent vinctos Hierosolymam, vt punirentur.*

6 *Accidit autem mihi iter facienti & appropinquanti Damasco circiter meridiem, vt subito de cælo circumfulgeret me lux multa.*

7 *Cecidique in solum, & audiui vocem dicentem mihi: Saul Saul, quid me persequeris?*

8 *Ego verò respondi: Quis es Domine? Dixitq; ad me: Ego sum Iesus ille Nazarenus, quem tu persequeris.*

9 *Et qui mecum erant, lumen quidem viderunt, & exterriti sunt vocem autem non audierunt eius qui loquebatur mecum.*

10 *Dicebam autem: Quid faciam Domine? Dominus autem dixit mihi: Surge, ac vade Damascum, & ibi tibi dicetur de omnibus, quæ ordinata sunt tibi vt facias.*

11 *Et cum non viderem præ gloria luminis illius, per manum deductus à comitibus qui erant mecum veni Damascum.*

12 *Ananias autem quidam vir pius, secundum legem testimonio probatus omnium illic habitantiũ Iudæorum,*

13 *Veniens ad me & astans, dixit mihi: Saul frater, recipe visum, Et ego eadem hora recepto visu, vidi illum.*

14 *At illedixit: Deus patrum nostrorum præparauit te vt cognosceres voluntatem suam, & videres id, quod iustum est, & audires vocem ex ore eius.*

15 *Quia eris testis illi apud omnes homines, eorum quæ vidisti & audisti.*

16 *Et nunc quid contaris? Exurge & baptizare, & ablue peccata tua inuocato nomine Domini.*

17 *Factum est autem cum essem reuersus Hierosolymam, & orarem in templo, vt raperer extra me,*

18 *Et viderem eum dicentem mihi: Festina & exi velociter Hierosolymis, quoniam non recipient testimonium tuum de me.*

19 *Et ego dixi: Domine ipsi sciunt quod ego pertrahebam in carcerem, & cædebam in singulis synagogis eos, qui credebant in te.*

20 *Et cum funderetur sanguis Stephani testis tui, ego quoque assistebam & assentiebar mortiillius, & custodiebam vestimenta interficientium illum.*

Vulgat. Editio.

Et dixit ad me: Vade, quoniam ego in nationes longe mittam te.

Audiebant autem eum vsque ad hoc verbum, & leuauerunt vocem suam dicentes: Tolle de terra huiusmodi: non enim fas est eum viuere.

Vociferantibus autem eis, & proiicientibus vestimenta sua, & puluerem iactantibus in aërem,

Iussit tribunus induci eum in castra, & flagellis cædi, & torqueri eum, vt sciret propter quam causam sic acclamarent ei.

Et cum astrinxissent eum loris, dicit astanti sibi Centurioni Paulus: Si hominem Romanum, & indemnatum licet vobis flagellare?

Quo audito, Centurio accessit ad tribunum, & nunciauit ei, dicens: Quid acturus es? hic enim homo ciuis Romanus est.

Accedens autem tribunus, dixit illi: Dic mihi si tu Romanus es? At ille dixit: Etiam.

Et respondens tribunus: Ego multa summa ciuilitatem hanc consecutus sum: Et Paulus ait: Ego autem & natus sum.

Protinus ergo discesserunt ab illo, qui illum torturi erant. Tribunus autem timuit postquam resciuit, quia ciuis Romanus esset, & quia alligasset eum.

Postera autem die volens scire diligentius, qua ex causa accusaretur à Iudæis, soluit eum, & iussit sacerdotes conuenire, & omne concilium, & producens Paulum, statuit inter illos.

CAP. XXIII.

INtendens autem in concilium Paulus ait: Viri fratres, ego omni conscientia bona conuersatus sum ante Deum vsque in hodiernum diem.

Princeps autem sacerdotum Ananias præcepit astantibus sibi percutere os eius.

Tunc Paulus dixit ad eum: Percutiet te Deus, paries dealbate. Et tu sedens iudicas me secundum legem, & contra legem iubes me percuti.

Et qui astabant dixerunt: Summum sacerdotem Dei maledicis?

Dixit autem Paulus: Nesciebam fratres quia princeps esset sacerdotum. Scriptum est enim: * Principem populi tui non maledices.

*Exo. 22. 28.

Sciens autem Paulus, quia vna pars esset Sadducæorum, & altera Pharisæorum, exclamauit in concilio: Viri fratres, * ego Pharisæus sum, filius Pharisæorum, de spe & resurrectione mortuorum ego iudicor.

*Phil. 3. 5.

Et cum hæc dixisset, facta est dissentio inter Pharisæos, & Sadducæos, & soluta est multitudo.

*Mat. 22. 23.

* Sadducæi enim dicunt non esse resurrectionem, neque Angelum, neque Spiritum: Pharisæi autem vtraque confitentur.

Factus est autem clamor magnus. Et surgentes quidam Pharisæorum, pugnabant, dicentes: Nihil mali inuenimus in homine isto: quid si Spiritus locutus est ei, an Angelus?

Et cum magna dissentio facta esset, timens tribunus ne discerperetur Paulus ab ipsis, iussit milites descendere, & rapere eum de medio eorum, ac deducere eum in castra.

Sequenti autem nocte assistens ei Dominus, ait: Constans esto, sicut enim testificatus es de me in Ierusalem, sic te oportet & Romæ testificari.

Transl. ex Syriac.

21 *At dixit mihi: Proficiscere, quoniam ego te missurus sum procul vt prædices gentibus.*

22 *Quumque audissent Paulum ad hunc vsque sermonem, sustulerunt vocem suam, & clamauerunt: Tollatur è terra qui est eiusmodi, nec enim oportet eum viuere.*

23 *Quum autem clamarent, & proiicerent pallia sua, & facerent ascendere puluerem in cælum:*

24 *Iussit tribunus eum introduci in castra, præcepitque vt verberibus inquireretur, vt resciret quam ob causam vociferarentur aduersus eum.*

25 *Et quum extendissent eum loris, dixit ipse Paulus Centurioni, qui insurrexerat in eum: Vobisne licet virum Romanum indemnatum flagellare?*

26 *Quod quum audisset Centurio, adiit tribunum, & dixit ei: Quid agis? homo enim iste Romanus est.*

27 *Proinde accessit ad eum tribunus, & dixit ei: Cedo mihi, num tu Romanus es? dixit ei: Etiam.*

28 *Respondit autem tribunus, & dixit ei: Ego multa pecunia acquisiui ius municipij Romani. Dixit ei Paulus: Ego vero etiam cum eo natus sum.*

29 *Statim igitur discesserunt ab eo ij, qui fuerant in eum flagellatione inquisituri, timuitque tribunus quum didicisset eum Romanum esse, quoniam eum vinxerat.*

30 * *Sequenti autem die voluit certissime scire quenam esset illa accusatio quam afferebant aduersus eum Iehoudai, & soluit eum, iussitque venire Principes sacerdotum, totumque primorum cœtum, ac deduxit Paulum, demittensque statuit ipsum inter eos.* Matutinis feriæ vi. Crucifixionis.

CAP. XXIII.

1 *QVum autem intueretur in concessum eorum Paulus, dixit: Viri fratres mei, ego omni conscientia bona versatus sum coram Deo vsque ad hunc diem.*

2 *Chananio autem Sacerdos præcepit iis, qui ipsi astabant, vt caderent Paulo in os ipsius.*

3 *At Paulus dixit: Futurum est vt te Deus percutiat paries dealbate. Et tu sedes iudicans me secundum legem, quum legem transgrediaris, & iubeas me cædi?*

4 *Illi vero qui illic adstabant, dicunt ei: Sacerdotem Dei conuicio affici?*

5 *Dixit eis Paulus: Nesciebam fratres mei, eum esse Sacerdotem. Scriptum est enim: Principi populi tui non maledices.*

6 *Quum vero nosset Paulus partem populi esse Sadoukaorum, partem vero Perischaorum, clamabat in concessu: Viri fratres mei, ego sum Perischæus filius Perischæi, deque spe resurrectionis mortuorum in iudicium vocor.*

7 *Quumque hoc dixisset, alij in alios irruerunt Perischæi, & Zadoukæi, & ortum est populi dissidium.*

8 *Zadoukæi siquidem dicunt non esse resurrectionem, neque Angelos, neque Spiritum: Perischæi vero hæc omnia confitentur.*

9 *Extitit ergo vox magna. Proinde surrexerunt quidam Scribæ ex delectis Perischaorum, & altercabantur cum eis dicentes: Nihil comperimus mali in hoc viro: quod si Spiritus, aut Angelus locutus est cum eo, quid in hoc rei est?*

10 *Quum autem ortus esset tumultus magnus inter eos timebat Tribunus ne discerperent Paulum, itaque misit Romanos, qui venientes raperent eum è medio illorum & subducerent in castra.*

11 *Quumque facta esset nox visus est Dominus nosser Paulo, & dixit ei: Obfirma te: nam quemadmodum testatus es de me in Ourischlem, ita futurum est vt & Romæ testificeris.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Et dixit ad me : Vade, quoniam ego in gentes longe emittam te.

Audiebant autem eum vsque ad hoc verbum, & eleuauerunt vocem suam dicentes : Tolle de terra huiusmodi : non enim conuenit eum viuere.

Vociferantibus autem eis, & proiicientibus vestimenta, & puluerem iactantibus in aërem,

Iussit eum tribunus induci in castra, & dicens flagellis inquiri eum, vt sciret propter quam causam sic acclamarent ei.

Cum autem astrinxissent eum loris, dixit ad astantem Centurionem Paulus : Si hominem Romanum, & indemnatum licet vobis flagellare?

Audiens autem Centurio, accedens nunciauit tribuno, dicens: Vide quid futurus es facere: nam homo hic Romanus est.

Accedens autem tribunus, dixit illi : Dic mihi si tu Romanus es? Ille autem dixit : Etiam.

Respondit que tribunus : Ego multo capitali ciuilitatem hanc consecutus sum : At Paulus ait: Ego autem & natus sum.

Protinus ergo discesserunt ab illo, futuri eum inquirere. & tribunus vero timuit, cognoscens quia Romanus esset, & quia erat eum vinciens.

At postridie volens scire certum, hoc, quid accusaretur à Iudæis, soluit eum à vinculis, & iussit venire principes sacerdotum & omnem concessum eorum, & producens Paulum, statuit inter illos.

CAP. XXIII.

INtendens Paulus confessui ait : Viri fratres, ego omni conscientia bona ministraui Deo vsque in hunc diem.

At princeps sacerdotum Ananias præcepit astantibus sibi percutere eius os.

Tunc Paulus ad eum dixit : Percutere te futurus est Deus, paries dealbate. Et tu sedens iudicas me secundū legē, & cōtra legem iubes me percuti?

At astantes dixerunt : Summum sacerdotem Dei conuiciaris?

Dixitque Paulus : Nesciebam fratres quia est princeps sacerdotum. Scriptum est enim: Principem populi tui non dices male.

Sciens autem Paulus, quia vna pars esset Sadducæorum, at altera Pharisæorum, exclamauit in consessu : Viri fratres, ego Pharisæus sum, filius Pharisæi, de spe & resurrectione mortuorum ego iudicor.

Hoc autem ipso locuto, facta est seditio Pharisæorum, & Sadducæorum, & diuisa est multitudo.

Sadducæi quidem enim dicunt non esse resurrectionem, neque Angelum, neque Spiritum: Pharisæi autem confitentur vtraque.

Factus est autem clamor magnus. Et exsurgentes Scribæ partis Pharisæorum, depugnabant, dicentes : Nihil malum inuenimus in homine isto: si autem Spiritus locutus est ei, aut Angelus, ne repugnemus Deo.

Multa autem facta seditione, veritus tribunus ne discerperetur Paulus ab ipsis, iussit milites descendere, & rapere eum de medio eorum, deducereque in castra.

At existenti nocte assistens ei Dominus, ait: Confide Paule, sicut enim testificatus es quæ de me in Ierusalem, sic te oportet & in Romam testificari.

Transl. Erasm. Roterod.

Et dixit ad me : Vade, quoniam ego ad gentes procul mittam te.

Audiebant autem eum vsque ad hoc verbum, atque sublatis vocibus, dicebant: Tolle de terra hominem istiusmodi, non enim phas est eum viuere.

Vociferantibus autem eis, & proiicientibus vestimenta, & puluerem iactantibus in aerem,

Iussit tribunus induci eum in castra, & imperauit eum flagris examinari, vt sciret propter quam causam sic acclamarent ei.

Et cum astrinxissent eum loris, dixit astanti sibi Centurioni Paulus: Num hominem Romanum & indemnatum licet vobis flagellare?

Quo audito, Centurio accessit ad tribunum, & nunciauit ei dicens : Quid facturus es? Hic enim homo Romanus est.

Accedens autem tribunus dixit illi: Dic mihi, num tu Romanus es? At ille dixit : Etiam.

Et respondit tribunus: Ego multa summa ciuitatem istam comparaui. At Paulus ait: Ego vero natus sum.

Protinus ergo discesserunt ab illo, qui eum fuerant examinaturi. Tribunus quoque timuit postquam resciuit, quod Romanus esset, & quod vinxisset eum.

Postero autem die volens scire certum, qua ex causa accusaretur à Iudæis, solum eum à vinculis, & iussit Principes sacerdotum conuenire totumque concilium, ac deductum Paulum sistebat coram illis.

CAP. XXIII.

1 *INtentis autem oculis in concilium, Paulus ait : Viri fratres, ego omni conscientia bona conuersatus sum coram Deo vsque in hodiernum diem.*

2 *Princeps autem Sacerdotum Ananias præcepit astantibus sibi, vt percuterent os eius.*

3 *Tunc Paulus dixit ad eum: Percussurus est te Deus, paries dealbate. Et tu sedes iudicans me secundum legem, & contra legem iubes me percuti?*

4 *Et qui astabant, dixerunt: Summo Sacerdoti Dei maledicis?*

5 *Dixit autem Paulus : Nesciebam fratres, quod pontifex esset. Scriptum est enim : Principi populi tui non maledices.*

6 *Sciens autem Paulus, quod vna pars esse Sadducæorum, & altera pharisæorum, clamabat in concilio: Viri fratres, ego pharisæus sum, filius pharisæi, de spe & resurrectione mortuorum ego iudicor.*

7 *Et cum hoc dixisset, facta est dissensio inter pharisæos ac Sadducæos & dissecta est multitudo.*

8 *Nam Sadducæi quidem dicunt, non esse resurrectionem, neque Angelum, neque Spiritum: pharisæi autem confitentur.*

9 *Factus est autem clamor magnus & cum surrexissent Scribæ de factione pharisæorum, depugnabant, dicentes: Nihil mali inuenimus in homine isto. Quod si Spiritus locutus est ei Aut Angelus, ne repugnemus Deo.*

10 *Et cum magna seditio coorta esset, veritus tribunus, ne discerperetur Paulus ab ipsis, iussit milites descendere & rapere eum de medio eorum, ac deducere eum in castra.*

11 *Sequenti autem nocte assistens ei Dominus, ait: Bono animo esto Paule. Vt enim testificatus es de me Hierosolymis, sic te oportet & Romæ testificari.*

Vulgat. Editio.

Facta autem die, collegerunt se quidam ex Iudæis, & deuouerunt se, dicentes neq; manducaturos neque bibituros, donec occiderent Paulum.

Erant autem plus quam quadraginta viri, qui hanc coniurationem fecerant.

Qui accesserunt principes sacerdotum & seniores, & dixerunt: Deuotione deuouimus nos nihil gustaturos, donec occidamus Paulum.

Nunc ergo vos notum facite tribuno cum consilio, vt illum producat ad vos, tamquam aliquid certius cogniturí de eo. Nos vero prius quàm appropiet, parati sumus interficere illum.

Quod cum audisset filius sororis Pauli insidias, venit, & intrauit in castra, nuntiauitque Paulo.

Vocans autem Paulus ad se vnum ex centurionibus, ait: Adolescentem hunc perduc ad tribunum: habet enim aliquid indicare illi.

Et ille quidem assumens eum, duxit ad tribunum, & ait: Vinctus Paulus rogauit me hunc adolescentem perducere ad te, habentem aliquid loqui tibi.

Apprehendens autem tribunus manum illius secessit cum eo seorsum, & interrogauit illum: Quid est quod habes indicare mihi?

Ille autem dixit: Iudæis conuenit rogare te vt crastina die producas Paulum in consilium, quasi aliquid certius inquisituri sint de illo.

Tu vero ne credideris eis: insidiantur enim ei ex eis viri amplius quam quadraginta, qui se deuouerunt non manducare neque bibere, donec interficiant eum: & nunc parati sunt expectantes promissum tuum.

Tribunus igitur dimisit adolescentem, præcipiés ne cui loqueretur, quoniam hæc nota sibi fecisset.

Et vocatis duobus centurionibus, dixit illis parate milites ducentos, vt eant vsque Cæsaream, & equites septuaginta, & lancearios ducentos à tertia hora noctis.

Et iumenta præparate: vt imponentes Paulum, saluum perducerent ad Felicem præsidem.

Timuit enim ne forte raperent eum Iudæi, & occiderent, & ipse postea calumniam sustineret, tanquam accepturus pecuniam.

Scribens epistolam continentem hæc: CLAVDIVS Lysias optimo præsidi Felici salutem

Virum hunc comprehensum à Iudæis, & incipientem interfici ab eis, superueniens cum exercitu, eripui cognito, quia Romanus est.

Volensque scire causam quam obiiciebant illi, deduxi eum in consilium eorum.

Quem inueni accusari de quæstionibus legis ipsorum, nihil vero dignum morte aut vinculis habentem criminis.

Et cum mihi perlatum esset de insidiis, quas parauerant illi, misi eum ad te, denuntians & accusatoribus vt dicant apud te, Vale.

Milites ergo secundum præceptum sibi, assumentes Paulum, duxerunt per noctem in Antipatridem.

At postera die, dimissis equitibus, vt cum eo irent, reuersi sunt ad castra.

Qui cum venissent Cæsaream, & tradidissent epistolam præsidi, statuerunt ante illū & Paulum.

Cum legisset autem, & interrogasset de qua prouincia esset, & cognoscens quia de Cilicia,

Audiam te, inquit, cum accusatores tui venerint, iussitque in prætorio Herodis custodiri eum.

Transl. ex Syriac.

12 *Facto autem diluculo conuenerunt quidam ex Iihoudæis, seseque anathemate deuouerunt, neque esuros se, neque bibituros, vsquedum interfecissent Paulum.*

13 *Erant autem ij, qui pepigerant iureiurandi hoc pactum plures quam quadraginta viri.*

14 *Et accesserunt ad Sacerdotes, & Seniores, dicentesque Deuotione deuouimus nos, nihil gustaturos (quousque interfecerimus Paulum.*

15 *Nunc itaque petite vos, & primores synagogæ à tribuno, vt adducat eum ad nos tanquam studentes verius comprobari facinus eius, nos vero parati sumus eum trucidare, antequam perueniat ad vos.*

16 *Audierat autem filius sororis Pauli has insidias, proinde introiuit in castra, & renunciauit Paulo.*

17 *Misit itaque Paulus vocatum quendam ex Centurionibus cui dixit: Abducito hunc adolescentem ad tribunum; Habet enim quod ei dicat.*

18 *Assumpsit igitur centurio adolescentem, & introduxit eum ad tribunum, & ait: Paulus vinctus aduocauit me, petiitque à me vt adducerem hunc adolescentem ad te, quippe qui habeat quod dicat tibi.*

19 *Prehendit itaque tribunus manum adolescentis, & traxit cum ad vnum latus (seorsum) & scisitatus est ab eo: Ecquid habes mihi dicendum?*

20 *At dixit ei adolescens: Iihoudæi machinati sunt petere à te, vt dimittas Paulum cras in consessum eorum, quasi velint aliquid accuratius discere ab eo.*

21 *Tu ergo assensum eis ne præbueris, ecce enim plures quã quadraginta viri ex eis, obseruant eum in insidijs, & sese anathemate deuouerunt neque esuros, neque bibituros, vsquequo interfecerint eum: & ecce parati sunt, & expectant promissum tuum.*

22 *Et dimisit tribunus adolescentem quum præcepisset ei, nemini palefacias te ista mihi indicasse.*

23 *Caterum aduocauit duos Centuriones, & dixit eis: Ite, apparate Romanos ducentos qui proficiscantur Cæsaream & equites septuaginta, speculatores & à dextera ducentos, qui exeant à tertia hora noctis.*

24 *Parate autem, & iumentum, vt imponatis ei Paulum, & ereptum eum perducatis ad Felicem præsidem.*

25

26 *Scripsit autem epistolam, deditque eis, quæ erat huiusmodi: CLAVDIVS Lysias Felici præsidi victoriosо pacem (salutem.)*

27 *Virum hunc prehenderant Iihoudæi vt trucidarent eum, sed obstiti ego cum Romanis, eumque liberaui quum didicissem eum Romanum esse.*

28 *Ac dum studerem scire causam ob quam reum postularent eum, demisi eum in consessum illorum.*

29 *Et compert quod de quæstionibus Legis suæ reum postularent eum, sed nullam in eo esse causam dignam vinculis aut morte.*

30 *Quum porrò indicatum esset mihi dolum insidijs nectere in eum Iihoudæos, confestim misi eum ad te: & præcepi delatoribus eius, vt venirent aganique cum eo coram te; Vale.*

31 *Tunc Romani sicut inimunctum eis fuerat, acceperunt Paulum noctu, & adduxerunt eum in Antipatrida vrbem.*

32 *Postridie verò equites dimiserunt pedibus socios suos vt reuerterentur in castra.*

33 *Et adduxerunt eum Cæsaream, reddiderunt & epistolam præsidi, ac sisteruat coram eo Paulum.*

34 *Quum & legisset epistolam, interrogauit eum ex quanã prouincia esset: & quum dexisset ex Cilicia, dixit ei.*

35 *Auditurus sum te quum venerint accusatores tui. Et iussit eum custodiri in prætorio Herodis.*

Hora iij. feriæ vi. crucifixionis.

Transl. B. Ariæ Mont.

Facta autem die, facientes quidam Iudæorum concionem deuouerunt seſe, dicentes neque edere, neque bibere, vſquequo occiderent Paulum.

Erant autem plus quadraginta hanc coniurationem facientes.

Qui accedentes principes ſacerdotum & ſeniores, dixerunt: Deuotione deuouimus nosipſos, nihil guſtare vſquequo occidamus Paulum.

Nunc ergo vos indicate tribuno cum conſeſſu, vt cras illum producat ad vos vt futuros cognoſcere exquiſitiùs quæ de eo, nos vero, aut appropinquare eum, parati ſumus interficere illum.

Audiens autem filius ſororis Pauli inſidias, adueniens & intrans in caſtra, nuntiauit Paulo.

Aduocans autem Paulus vnum centurionum, ait: Adoleſcentem hunc adduc ad tribunum: habet enim aliquid indicare illi.

Ille quidem ergo aſſumens eum, duxit ad tribunum, & ait: Vinctus Paulus aduocans me rogauit hunc adoleſcentem perducere ad te, habentem aliquid loqui tibi.

Apprehendens autem manum illius tribunus, & ſecedens ſeorſum, interrogauit, Quid eſt quod habes indicare.

Dixit autem, Quia Iudæi conſtituerunt rogare te vt cras in conſeſſum producas Paulum, vt futuri aliquid exquiſitius percunctari de illo.

Tu ergo ne credideris illis: inſidiantur enim ei ex eis viri plures quadraginta, qui deuouerunt ſeſe neque manducare neque bibere vſquequo interficiant eum: & nunc parati ſunt expectantes à te renuntationem.

Ipſe quidã igitur tribunus dimiſit adoleſcentem, præcipiens nemini eloqui, quoniam hæc indicaueris ad me.

Et aduocans duos quoſdam centurionum, dixit Parate milites ducentos, vt eant vſque Cæſaream, & equites ſeptuaginta, & ſtipatores ducentos à tertia hora noctis.

Iumentaque adparare, vt imponentes Paulum, ſaluum perducerent ad Felicem præſidem:

Scribens epiſtolam continentem formam hanc:

Claudius Lyſias præſtantiſſimo præſidi Felici gaudere.

Virum hunc comprehenſum à Iudæis, & futurum interfici ab eis, ſuperueniens cum exercitu, eripui eum, diſcens quia Romanus eſt.

Volens autem ſcire cauſam ob quam incuſarẽt eum, deduxi eum in conſeſſum eorum.

Quem inueni appellatum de quæſtionibus legis ipſorum, nihil vero dignum morte aut vinculis crimen habentem.

Indicatis autem mihi inſidiis in virum futuris eſſe à Iudæis, ſtatim miſi ad te, denuntians & accuſatoribus dicere quæ ad eum apud te. Vale.

Ipſi quidem milites ſecundum conſtitutum, ſibi aſſumentes Paulum, duxerunt per noctem in Antipatridem.

At poſtridie dimittentes equites, ire cum eo, reuerſi ſunt in caſtra.

Qui ingreſſi in Cæſaream, & reddentes epiſtolam præſidi, ſtatuerunt & Paulum ei.

Legens autem præſes, & interrogans ex quali prouincia eſſet, & cognoſcens quia de Cilicia,

Audiam te, inquit, cum & accuſatores tui adfuerint, iuſſitque eum in prætorio Herodis cuſtodiri.

Transl. Eraſm. Roterod.

12 *Facto autem die collegerunt ſe quidam ex Iudæis, & deuouerunt ſe, dicentes: neque eſuros ſe, neque bibituros, donec occiderent Paulum.*

13 *Erant autem plures quàm quadraginta viri, qui hanc coniurationem fecerant.*

14 *Qui acceſſerunt ad principes ſacerdotum ac ſeniores, & dixerunt: Deuotione deuouimus noſipſos, nihil guſtaturos, donec occidamus Paulum.*

15 *Nunc ergo vos ſignificate tribuno & concilio, vt cras producat illum ad nos tanquam aliquid certius cognituros de eo. Nos vero priuſquam appropinquet, parati ſumus interficere illum.*

16 *Cum autem audiſſet filius ſororis Pauli inſidias, venit & intrauit in caſtra, nunciauitq; Paulo.*

17 *Accerſito autem Paulus ad ſe vno ex centurionibus, ait: Adoleſcentem hunc abduc ad tribunum. Habet enim quod renuntiet illi.*

18 *Et ille quidem aſſumens eum, duxit ad tribunum, & ait: Vinctus Paulus accerſitum me rogauit, vt hunc adoleſcentem perducerem ad te, habentem aliquid quod loquatur tibi.*

19 *Apprehenſa autem tribunus manu illius, ſeceſſit cum eo ſeorſum, & percontatus eſt illum, Quid eſt quod habes ſignificandum mihi?*

20 *Ille autem dixit, Iudæi conſpirarunt vt rogarent te, vti craſtino die educeres Paulum in concilium, quaſi aliquid certius inquiſituri ſint de illo.*

21 *Tu vero ne moveris gefferis illis. Inſidiantur enim ei ex eis viri plures quadraginta, qui ſeipſos deuouerunt, non vel edant vel bibant, donec interficiant eum, & nunc parati ſunt expectantes, vt promittas.*

22 *Tribunus igitur dimiſit adoleſcentem, præcepitq; ei, ne cui effutiat inquiens, quod hæc indicaueris mihi.*

23 *Et accerſitis duobus quibuſdam centurionibus, dixit Parate milites ducentos, vt eant Cæſaream, & equites ſeptuaginta, & lancearios ducentos, à tertia hora noctis,*

24 *Et iumenta præbete, vt impoſitum Paulum, ſaluum perducant, ad Felicem præſidem,*

25

26 *Scriptis literis in hanc formam. Claudius Lyſias potentiſſimo præſidi Felici ſalutem.*

27 *Virum hunc comprehenſum à Iudæis, cum iam eſſet interficiendus ab eis, ſuperueniens cum exercitu, eripui, cognito, quod Romanus eſſet.*

28 *Volensq; ſcire cauſam, ob quam accuſarent illum, deduxi eum in concilium eorum.*

29 *Quem comperi accuſari de quæſtionibus legis ipſorum, nullum dignum morte aut vinculis habentem crimen.*

30 *Et cum indicatum eſſe mihi de inſidijs, quas parauerant illi Iudæi, protinus miſi eum ad te, præcepto dato etiam accuſatoribus: vt quæ habent aduerſus eum, dicant apud te. Vale.*

31 *Milites vero iuxta quod ſibi iniunctum erat, receptum Paulum duxerunt per noctem Antipatridem.*

32 *Poſtero autem die dimiſſis equitibus vt cum eo irent, reuerſi ſunt in caſtra.*

33 *Qui cum veniſſent Cæſaream, ac tradidiſſent epiſtolam præſidi, ſtatuerunt coram eo & Paulum.*

34 *Cum legiſſet autem præſes, & interrogaſſet ex qua prouincia eſſet, & cognouiſſet quod ex Cilicia,*

35 *Audiam te, inquit, cum accuſatores quoque tui aduenerint. Iuſſitq; in prætorio Herodis cuſtodiri eum.*

Vulgat. Editio.

CAP. XXIIII.

POst quinque autem dies descendit Princeps sacerdotum, Ananias cum senioribus quibusdam,& Tertullo quodam oratore, qui adierunt præsidem aduersus Paulum.

Et citato Paulo cœpit accusare Tertullus, dicens: Cum in multa pace agamus per te,& multa corrigantur per tuam prouidentiam.

Semper & vbique suscipimus,optime Felix,cum omni gratiarum actione.

Ne diutius autem te protraham, oro, breuiter audias nos pro tua clementia.

Inuenimus hunc hominem pestiferum, & concitantem seditiones omnibus Iudæis in vniuerso orbe,& auctorem seditionis sectæ Nazarenorum.

Qui etiam templum violare conatus est: quem & apprehensum voluimus secundum legem nostram iudicare.

Superueniens autem tribunus Lysias, cum vi magna eripuit eum de manibus nostris,

Iubens accusatores eius ad te venire: à quo poteris ipse iudicans,de omnibus istis cognoscere, de quibus nos accusamus eum.

Adiecerunt autem & Iudæi, dicentes hæc ita se habere.

Respondit autem Paulus, (annuente sibi Præside dicere) Ex multis annis te esse iudicem genti huic sciens,bono animo pro me satisfaciam.

Potes enim cognoscere quia non plus sunt mihi dies quam duodecim,ex quo ascendi adorare in Ierusalem:

Et neque in templo inuenerunt me cum aliquo disputantem,aut concursum facientem turbæ,neque in synagogis,

Neque in ciuitate:neque probare possunt tibi de quibus me nunc accusant.

Confiteor autem hoc tibi: quod secundum sectam,quam dicunt hæresim, sic deseruio Patri,& Deo meo, credens omnibus, quæ in Lege & Prophetis scripta sunt:

Spem habens in Deum, quam & hi ipsi expectant resurrectionem futuram iustorum, & iniquorum.

In hoc & ipse studeo sine offendiculo conscientiam habere ad Deum,& ad homines semper.

Post annos autem plures eleemosinas facturus in gentem meam,veni,& oblationes,& vota,

*In quibus inuenerunt me purificatum in templo, non cum turba,neque cum tumultu.

Quidam autem ex Asia Iudæi, quos oportebat apud te præsto esse, & accusare si quid haberent aduersum me.

* Aut hi ipsi dicant si quid inuenerunt in me iniquitatis cum stem in concilio.

Nisi de vna hac solummodo voce, qua clamaui inter eos stans: * Quoniam de resurrectione mortuorum ego iudicor hodie à vobis.

Distulit autem illos Felix, certissime sciens de via hac,dicens: Cum tribunus Lysias descenderit, audiam vos.

Iussitque Centurioni custodire eum, & habere requiem, nec quemquam de suis prohibere ministrare ei.

Transl. ex Syriac.

CAP. XXIIII.

1 *Vinâ autem post diebus descendit Chananio Summus sacerdos cum senioribus, & cum Tertullo Rhetore,atque ostendit se præsidi.* comparuit coram præside) *aduersus Paulum.*

Multo die Pentecostes crucifixionis

2 *Quumq; conuocatus esset,exorsus est Tertullus, accusans eum,& ait;*

3 *In multa quidem tranquillitate degimus propter te, multæq; directiones sunt huic genti pondere rationis tuæ,nosq; omnes vbiq; gratiam tuam recipimus,victoriosse Felix.*

4 *Ne vero pluribus te fatigem. peto à te, vt audias nostram humilitatem præcisa oratione.*

5 *Comperimus enim hunc virum esse pernicioſum, & concitantem seditionem omnibus Iehoudæis per vniuersam terram.Est enim princeps doctrinæ Nazarenorum.*

6 *Ac templum nostrum voluit polluere: quum autem prehendissemus eum, voluimus eum iudicare secundum legem nostram.*

7 *Venit autem Lysias tribunus, ac multa vi è manibus nostris abduxit eum.*

8 *Et ad te misit eum,iussitque accusatores eius venire ad te:proinde poteris quum eum interrogaueris,discere ab eo ea omnia de quibus accusamus eum.*

9 *Litem porro imposuerunt ei etiam illi Iehoudæi, dicentes,hæc ita se habere.*

10 *Innuit autem præses Paulo vt loqueretur: Respondit itaq; Paulus & ait: A multis annis scio te esse iudicem huius gentis, & ideo maiori cum gaudio depromam Spiritum* (redditurus sum orationem) *pro me ipso.*

11 *Quum tu possis nosse non plures mihi præteriisse dies quàm duodecim,eis quo ascendi ad Ouriſchlem adorandi gratia:*

12 *Neque,inuenerunt me loquentem, cum aliquo in templo,nec etiam turbam congregantem siue in synagogis eorum,siue in vrbe.*

13 *Neque in eorum potestate situm est,vt demonstrent coram te,quicquam eorum de quibus nunc me accusant.*

14 *Ita inquam hoc confiteor me hac eadem doctrina, quam dicunt,colere Deum patrum meorum, vt qui credam omnibus quæ scripta sunt in Lege & in prophetis.*

15 *Et qui spem habeam in Deum de ea, quam & ij ipsi exspectant futuram resurrectionem à mortuis, iustorum & iniustorum.*

16 *Propterea etiam laboro vt conscientiam puram habeam coram Deo,& coram hominibus perseueranter.*

17 *Annis porro multis veni ad filios mea gentis largiturus eleemosynam,oblaturusq; oblationem.*

18 *Et me ipsi inuenerunt in templo quum expurgatus essem,non cum turba,neque cum tumultu.*

19 *Nisi quod tumultuati sunt Iehoudæi illi qui venerant ex Asia:quos oportuit sistere mecum coram te, vt accusarent si quid haberent.*

20 *Aut hi ipsi dicant quid inuenerint in me flagitij quum starem ante conspectum eorum,*

21 *Nisi vnicum hoc verbum, quod clamaui stans inter eos: De resurrectione mortuorum in iudicium vocor hodie coram vobis.*

22 *Felix autem,quia hanc viam cognoscebat plane distulit eos. Quum,inquit, venerit tribunus, auditurus sum inter vos* (vestrum negotium.)

23 *Et imperauit Centurioni, vt custodiretur Paulus in requie,vtq; nemo ex familiaribus ipsius prohiberetur ei ministrare.*

Transl. B. Ariæ Mont.

CAP. XXIIII.

POst autem quinque dies descendit Princeps sacerdotum, Ananias cum senioribus,& oratore Tertullo quodam, qui comparuerunt præsidi aduersus Paulum.

Citato autem eo, cœpit accusare Tertullus, dicens: Multæ pacis compotes per te,& directionum factarum genti huic per tuam prudentiam,

Prorsusque & vbique suscipimus, præstantissime Felix, cum omni gratiarum actione.

Vt autem non super plus te interpellem, oro, audire te nos concisè tua æquitate.

Inuenientes enim hominem hunc pestiferum, & mouentem seditionem omnibus Iudæis qui per habitatam, antistitem quæ Nazarenorum sectæ.

Qui etiam templum tentauit prophanare: quem & apprehendimus, & secundum nostram legem volumus iudicare.

Adueniens autem Lysias tribunus vi multa ex manibus nostris eripuit & ad te misit:

Iubens & accusatores eius venire: à quo poteris ipse iudicans, de omnibus istis cognoscere, quorum nos accusamus eum.

Consenserunt autem & Iudæi, dicentes hæc ita habere.

Respondit autem Paulus, annuente sibi Præside dicere, Ex multis annis existentem te iudicem genti huic sciens, meliore animo quæ de meipso defendam.

Potente te cognoscere quia non plures sunt mihi dies quam duodecim, ex quo ascendi adoraturus in Hierusalem:

Et neque in templo inuenerunt me apud aliquẽ disputantem, aut seditionem facientem turbæ, neque in synagogis,

Neque per vrbem. Neque probare possunt de quibus nunc accusant me.

Confiteor autem hoc tibi, quod secundum viam quam dicunt hæresim, sic deseruio Patrio Deo, credens omnibus, quæ secundum legem, & Prophetis scriptis:

Spem habens in Deum, quam & hi ipsi expectant resurrectionem futuram esse mortuorum, iustorumque, & iniustorum.

In hoc autem ipse exerceo conscientiam habens ad Deum, & homines semper.

Per annos autem plures acceßi eleemosinas facturus in gentem meam,& oblationes,

In quibus inuenerunt purificatum in templo non cum turba, neque cum tumultu.

Quidam autem ex Asia Iudæi, quos oportebat apud te præsto esse, & accusare si quid haberent aduersus me.

Aut ipsi hi dicant si quid inuenerunt in me iniquum, stante me in consessu.

Aut de vna hac voce, qua clamaui stans in eis, quoniam de resurrectione mortuorum ego iudicor hodie à vobis.

Audiens autem hæc Felix, distulit illos, exquisitius cognoscens quæ de via, dicens: Cum Lysias tribunus descenderit, pernoscam quæ per vos.

Constituensque Centurioni custodire Paulum, habereque Laxationem, & neminem prohibere propriorum ei ministrare, aut adire eum.

Transl. Erasm. Roterod.

CAP. XXIIII.

POst quinq; autem dies descendit princeps sacerdotum Ananias cum senioribus & Tertullo quodam oratore, qui odierunt præsidem contra Paulum.

Et citato Paulo, cœpit accusare Tertullus, dicens: Cum in multa pace agamus per te, & multa recte gerantur in populo hoc per tuam prouidentiam;

Et semper & vbique comprobamus præstantissime Felix, cum omni gratiarum actione.

Sed ne diutius te detineam, aro te, vt audias nos paucis pro tua humanitate.

Nacti enim sumus virum hunc pestiferum & concitantem seditionem omnibus Iudæis in vniuerso orbe, & autorem sectæ Nazarenorum.

Qui etiam templum prophanare conatus est, quem & apprehensum voluimus secundum legem nostram iudicare.

Sed superueniens tribunus Lysias, cum magna vi eripuit eum è manibus nostris,

Iubens accusatores eius ad te venire, ex quo poteris ipse inquisitione facta de omnibus istis cognoscere, de quibus nos accusamus eum.

Adiecerunt autem & Iudæi, dicentes hæc ita se habere.

Respondit autem Paulus, cum annuisset ipse præses, vt diceret: Æquiore animo pro meipso causam dico, cum sciam te multis iam annis iudicem fuisse genti huic,

Qui possis cognoscere, quod non plures sunt mihi dies quàm duodecim, ex quo ascendi adoraturus Hierosolymam.

Et neque in templo compererunt me cum aliquo disputantem, aut concursum facientem turbæ, neque in synagogis,

Neque in ciuitate, neque probare possunt ea de quibus me accusant.

Confiteor autem hoc tibi, quod iuxta viam, quam vocant hæresim, sic colo patrium Deum credens omnibus quæ in lege & prophetis scripta sunt,

Spem habens in Deum fore, quam & hi ipsi expectant, resurrectionem mortuorum, iustorum simul & iniustorum.

Quin in hoc & ipse studeo sine offendiculo conscientiam habere erga Deum, & erga homines semper.

Post annos autem plures acceßi, eleemosynas exhibiturus in gentem meam, & oblationes.

In quibus compererunt me purificatum in templo, haud cum turba, neque cum tumultu.

Quidam autem ex Asia Iudæi, quos oportebat apud te præsto esse & accusare, si quid haberent aduersum me,

Aut hi ipsi dicant, si quid deprehenderunt in me iniquitatis, cum ßem in concilio,

Nisi de vna hac voce, qua clamaui inter eos stans, de resurrectione mortuorum ego iudicor hodie à vobis.

Auditis autem his, Felix distulit illos, certò sciens quæ ad eam viam attinebant, dicens: Cum tribunus Lysias descenderit, pernoscam causam vestram.

Iussitq; centurioni, vt custodiret Paulum, sineretq; eum relaxari, & ne quem ex illius familiaribus vetaret, subministrare ei, aut adire eum.

Vulgat. Editio.

Post aliquot autem dies veniens Felix cum Drusilla vxore sua, quæ erat Iudæa, vocauit Paulum: & audiuit ab eo fidem, quæ est in Christum Iesum.

Disputante autem illo de iustitia & castitate, & de iudicio futuro, tremefactus Felix, respondit: Quod nunc attinet, vade, tempore autem opportuno accersam te.

Simul & sperans, quod pecunia ei daretur à Paulo, propter quod & frequenter accersens eum, loquebatur cum eo.

Biennio autem expleto, accepit successorem Felix Portium Festum. Volens autem gratiam præstare Iudæis Felix, reliquit Paulum vinctum.

CAP. XXV.

FEstus ergo cum veniſſet in prouinciam, post triduum ascendit Ierosolymam à Cæsarea.

Adieruntque eum principes sacerdotum, & primi Iudæorum aduersus Paulum: & rogabant eum.

Postulantes gratiam aduersus eum, vt iuberet perduci eum in Ierusalem, insidias tendentes vt interficerent eum in via.

Festus autem respondit seruari Paulum in Cæsarea: se autem maturius profecturum.

Qui ergo in nobis (ait) potentes sunt: descendentes simul, si quod est in viro crimen, accusent eum.

Demoratus autem inter eos dies non amplius quam octo, aut decem, descendit Cæsaream, & altera die sedit pro tribunali & iussit Paulū adduci.

Qui cum perductus esset, circumsteterunt eum, qui ab Ierosolyma descenderant Iudæi, multas, & graues causas obiicientes, quas non poterant probare.

Paulo rationem reddente: Quoniam neque in legem Iudæorum, neque in templum, neque in Cæsarem quidquam peccaui.

Festus autem gratiam volens præstare Iudæis, respondens Paulo, dixit: Vis Ierosolymam ascendere, & ibi de his iudicari apud me?

Dixit autem Paulus: Ad tribunal Cæsaris sto, ibi me oportet iudicari: Iudæis non nocui, sicut tu melius nosti.

Si enim nocui, aut dignum morte aliquid feci, non recuso mori: si vero nil est eorum, quæ hic accusant me, nemo potest me illis donare. Cæsarem appello.

Tunc Festus cum consilio locutus, respondit: Cæsarem appellasti? ad Cæsarem ibis.

Et cum dies aliquot transacti essent: Agrippa rex, & Bernice descenderunt Cæsaream ad salutandum Festum.

Et cum dies plures ibi demorarentur, Festus regi indicauit de Paulo: dicens Vir quidem est derelictus à Felice vinctus.

De quo cum essem Ierosolymis, adierunt me Principes sacerdotum, & seniores Iudæorum, postulantes aduersus illum damnationem.

Ad quos respondi: Quia non est Romanis consuetudo damnare aliquem hominem, prius quam is, qui accusatur, præsentes habeat accusatores, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina.

Cum ergo huc conuenissent sine vlla dilatione, sequenti die sedens pro tribunali, iussit duci virū.

Transl. ex Syriac.

24 *Caterum paucis post diebus misit Felix, & Drusilla vxor eius, quæ erat Iehoudæa, qui adiicerent Paulum: & audierunt ab eo, quæ ad fidem in Meschicho pertinent.*

25 *Quumque verba faceret ad eos de iustitia, & sanctimonia, & de iudicio futuro, repletus est timore Felix, dixitque: Nunc quidem abi: quando vero erit mihi, mittam ad te.*

26 *Sperabat enim munus sibi datum iri à Paulo, propterea frequentius mittebat accersitum eum, & colloquebatur cum eo.*

27 *Biennio autem expleto, alius præses venerat in locum ipsius, qui vocabatur Porcius Festus. Felix autem vt inret gratiam à Iehoudæis, reliquit Paulum vinctum.*

CAP. XXV.

1 *POrro quum veniſſet Festus Cæsaream, triduo post ascendit ad Ouriſchlem.*

2 *Et indicarunt ei Principes Sacerdotum ac primores Iehoudæorum de Paulo.*

3 *Petebantque ab eo, rogantes eum hanc gratiam, vt mitteret qui adduceret eum ad Ouriſchlem, dum struerent ei insidias in via vt ipsum interimerent.*

4 *Festus vero responsum dedit asseruari Paulum Cæsareæ: ego vero, inquit, festinans illuc peregre proficiscar.*

5 *Qui ergo inter vos per se possunt: descendant, mobiscum, & de quocumque delicto quod sit in hoc homine, accusent.*

6 *Quumque illic egisset dies octo, aut decem, descendit Cæsaream, & postridie sedit prò tribunali, iussitque accersiri Paulum.*

7 *Quum autem veniſſet, circumdederunt eum Iehoudæi qui descenderant ab Ouriſchlem, criminationesque multas, & graues adducebant in eum, quas non poterant demonstrare.*

8 *Et quum Paulus depromeret spiritum (defensione vteretur,) se nihil deliquisse, nec in legem Iehoudæorum, nec in templum, nec in Cæsarem.*

9 *Festus vtpote volens fœnerari gratiam Iehoudæis, dixit Paulo: Vis ad Ouriſchlem ascendere, & illic de his iudicium subire coram me?*

10 *Respondit Paulus, & ait: Ad tribunal Cæsaris sto, hic æquum est me iudicium subire: nihil peccaui in Iehoudæos, sicut & tu nosti.*

11 *Quod si aliquod flagitium admisi, aut aliquid dignum morte, mortem non deprecor: si vero nihil est in me eorum de quibus me accusant, nemo me daturus est illis dono. Cæsaris prouocationes appello.*

12 *Tunc Festus collocutus est cum consiliariis suis, & ait: Cæsaris prouocationem appellasti? ad Cæsarem proficiscēris.*

13 **Exactis autem diebus aliquot, descendit Agrippa & Bernice Cæsaream, vt postularent pacem Festi, vt salutarent Festum.*

14 *Quumque egissent apud eum dies aliquot, renunciauit Festus regi iudicium Pauli, dicens: Vir quidam vinctus relictus est per manus Felicis.*

15 *Et quum essem in Ouriſchlem indicarunt mihi de eo Principes Sacerdotum, & Seniores Iehoudæorum, efflagitarunt que vt sibi de eo iudicium exequerer.*

16 *Illis vero dixi: Morem non esse Romanis, donò tradere quempiam interficiendum, donec venerit aduersarius eius, & arguet eum in faciem, deturque ei locus depromendi spiritum (rationis reddendæ) contra id de quo reus postulatur.*

17 *Quum itaque huc veniſſem absque dilatione, die sequenti sedi pro tribunali, iussique adme adduci hominē.*

* Hoc festum a Græcis dicitur

De

Adstiterunt

Transl. B. Ariæ Mont.

Post autem dies aliquot aduenies Felix cum Drusilla vxore propria existente Iudæa, accersiuit Paulum. & audiuit eum de quæ in Christum Iesum fide.

Disserente autem illo de iustitia & castitate, & iudicio futuro esse, tremefactus factus Felix, respõdit, Quod nunc habens, vade, opportunitatem autem nactus accersam te:

Simul & sperans quod pecunia daretur ei à Paulo, vt solueret eum ideo & frequenter eum accersens, loquebatur ei.

Biennio autem expleto, accepit successorem Felix Porcium Festum. Volensque gratiam præstare Iudæis Felix, reliquit Paulum vinctum,

CAP. XXV.

FEstus ergo ingressus prouinciam, post tres dies ascendit in Hierosolymam à Cæsarea.

Indicauerunt autem ei & princeps sacerdotũ, & primi Iudæorũ aduersus Paulũ: & rogabant eum.

Postulantes gratiam aduersus eum, vt accerseret eum in Hierusalem: insidias facientes interficere eum per viam.

Ipse quidem ergo Festus respondit seruari Paulum in Cæsarea, seipsum autem futurum in festinatione proficisci.

Qui ergo potentes in vobis, ait, simul descendentes, si quod est in viro hoc, accusent eum.

Demoratus autem in illis dies plures quam octo, descendit in Cæsaream, postridie sedens pro tribunali iussit Paulum adduci.

Adueniente autem eo, circumsteterunt qui ab Hierosolymis descensi Iudæi, multas & graues causationes ferentes aduersus Paulum, quas non poterant probare,

Ratiocinante eo, Quoniam neque in legem Iudæorum, neque in templum, neque in Cæsarem peccaui.

Festus autem volens gratiam præstare respondens Paulo, dixit: Vis in Hierosolymam ascendens ibi de his iudicari apud me?

Dixit autem Paulus: Ad tribunal Cæsaris stans sum, vbi me oportet iudicari. Iudæis nihil nocui, sicut tu pulchrius nosti.

Si quidem enim nocui, & dignum morte feci aliquid, non recuso mori: si vero nihil est quorum hi accusant me, nemo me potest illis glorificare. Cæsarem appello.

Tunc Festus collocutus cum consilio, respondit: Cæsarem appellasti? ad Cæsarem ibis.

Diebus autem peractis quibusdam, Agrippa rex & Bernice descenderunt in Cæsaream salutaturi Festum.

Vt autem plures dies demorarentur ibi, Festus regi indicauit quæ ad Paulum, dicens: Vir quidam est derelictus à Felice vinctus.

De quo facto me in Hierosolyma, indicauerunt Principes sacerdotum, & seniores Iudæorum, postulantes aduersus illum damnationem.

Ad quos respondi, Quia non est consuetudo Romanis donare aliquem hominem ad perditionem, prius quam accusatus ad conspectum habeat accusatores, locumque defensionis accipiat de criminatione.

Conuenientibus ergo illis hic dilationem nullam faciens, sequenti sedens pro tribunali, iussit adduci virum.

Transl. Erasm. Roterod.

24 *Post aliquot autem dies cum aduenisset Felix cum Drusilla vxore sua, quæ erat Iudæa, accersiuit Paulum, & audiuit ab eo fidem, quæ est in Christum.*

25 *Disputante autem illo de iustitia, & temperantia, & de iudicio futuro, tremefactus Felix respondit: In præsentia abi, caterum opportunitatem nactus accersam te.*

26 *Simul & illud sperans fore, vt pecunia sibi daretur à Paulo vt solueret ipsum, propter quod & frequentius eum accersens, loquebatur cum eo.*

27 *Biennio autem expleto, accepit successorem Felix Porcium Festum. Volens autem gratiam præstare Iudæis Felix, reliquit Paulum vinctum.*

CAP. XXV.

1 *FEstus ergo suscepta prouincia, post triduum ascendit Hierosolymam ab vrbe Cæsarea.*

2 *Significarunt ei illi princeps sacerdotum ac primores Iudæorum de Paulo, & rogabant eum.*

3 *Postulantes fauorem aduersus eum, vt accerseret eum Hierosolymam, insidias tendentes vt interficerent eum in via.*

4 *Festus autem respondit, vt seruaretur quidem Paulus Cæsaree, se vero breui illo profecturum.*

5 *Qui ergo inter vos, inquit, potentes sunt vnà nobiscum descendant, & si quod est in hoc viro crimen, accusent eum.*

6 *Demoratus autem inter eos diebus amplius quàm decem, descendit Cæsaream: & postero die sedit pro tribunali, iussitq; Paulum adduci.*

7 *Qui cum perductus esset, circumsteterunt eum qui ab Hierosolymis descenderant Iudæi, multa & grauia crimina intendentes aduersus Paulum quæ non poterant probare,*

8 *Paulo pro se respondente, quod neque in legem Iudæorum, neque in templum, neque in Cæsarem quicquam peccasset.*

9 *Festus autem volens gratificari Iudæis, respondens Paulo, dixit: Vis Hierosolymam ascendere, & ibi de his iudicari apud me?*

10 *Dixit autem Paulus: Ad tribunal Cæsaris sto, vbi me oportet iudicari. Iudæis nullam iniuriam feci, sicut & tu melius nosti.*

11 *Si enim nocui, ac dignum morte aliquid feci, non recuso mori. Si vero nihil est eorum, de quibus hi accusant me, nemo potest me illis donare. Cæsarem appello.*

12 *Tunc Festus cum consilio colloquutus respondit: Cæsarem appellasti? ad Cæsarem ibis.*

13 *Et cum dies aliquot transacti essent, Agrippa rex & Bernice descenderunt Cæsaream salutaturi Festum.*

14 *Et cum dies complures ibi commorarentur, Festus regi retulit causam Pauli, dicens: Vir quidam est relictus à Felice vinctus,*

15 *De quo cum veniissem Hierosolymam, significarunt mihi principes sacerdotum & seniores Iudæorum postulantes aduersus illum sententiam.*

16 *Quibus respondi: Non est Romanis consuetudo ob gratiam donare aliquem hominem vt pereat, priusquam is qui accusatur præsentes habeat accusatores, locumq; defendendi accipiat de crimine.*

17 *Cum ergo huc conuenissent, sine vlla dilatione, sequenti die sedens pro tribunali iussit adduci virum.*

Vulgat. Editio.

De quo, cum ſteriſſent accuſatores, nullam cauſam deferebant, de quibus ego ſuſpicabar malum:

Quæſtiones vero quaſdam de ſua ſuperſtitione habebant aduerſus eum, & de quodam Ieſu defuncto, quem affirmabat Paulus viuere.

Hæſitans autem ego de huiuſmodi quæſtione, dicebam ſi vellet ire Ieroſolymam, & ibi iudicari de iſtis.

Paulo autem appellante vt ſeruaretur ad Auguſti cognitionem, iuſſi ſeruari eum, donec mittam eum ad Cæſarem.

Agrippa autem dixit ad Feſtum: Volebam & ipſe hominem audire. Cras, inquit, audies eum.

Altera autem die cum veniſſet Agrippa, & Bernice cum multa ambitione, & introiſſent in auditorium cum tribunis, & viris principalibus ciuitatis, iubente Feſto, adductus eſt Paulus.

Et dicit Feſtus: Agrippa rex, & omnes, qui ſimul adeſtis nobiſcum viri, videtis hunc, de quo omnis multitudo Iudæorum interpellauit me Ieroſolymis, petentes & acclamantes non oportere eum viuere amplius.

Ego vero comperi nihil dignum morte eum admiſiſſe. Ipſo autem hoc appellante ad Auguſtum, iudicaui mittere.

De quo quid certum ſcribam domino, non habeo. Propter quod produxi eum ad vos, & maxime ad te, rex Agrippa, vt interrogatione facta habeam quid ſcribam.

Sine ratione enim mihi videtur mittere vinctum, & cauſas eius non ſignificare.

CAP. XXVI.

AGrippa vero ad Paulum ait: Permittitur tibi loqui pro temetipſo. Tunc Paulus extenta manu cœpit rationem reddere.

De omnibus, quibus accuſor à Iudæis, rex Agrippa, æſtimo me beatum apud te cum ſim defenſurus me hodie,

Maximè te ſciente omnia, & quæ apud Indæos ſunt conſuetudines, & quæſtiones: propter quod obſecro patienter me audias.

Et quidem vitam meam à iuuentute, quæ ab initio fuit in gente mea in Ieroſolymis, nouerunt omnes Iudæi:

Præſcientes me ab initio (ſi velint teſtimonium perhibere) quoniam ſecundum certiſſimam ſectam noſtræ religionis vixi Phariſæus.

Et nunc in ſpe, quæ ad patres noſtros repromiſſionis facta eſt à Deo, ſto iudicio ſubiectus:

In quam duodecim tribus noſtræ nocte ac die deſeruientes, ſperant deuenire. De qua ſpe accuſor à Iudæis, rex.

Quid incredibile iudicatur apud vos, ſi Deus mortuos ſuſcitat?

Et ego quidem exiſtimaueram, me aduerſus nomen Ieſu Nazareni debere multa contraria agere.

*Sup. 8. 9 *Quod & feci Ieroſolymis, & multos ſanctorum ego in carceribus incluſi, à Principibus ſacerdotum poteſtate accepta: & cum occiderentur, detuli ſententiam.

Et per omnes ſynagogas frequenter puniens eos, compellebam blaſphemare: & amplius inſaniens in eos, perſequebar vſque in exteras ciuitates.

Tranſl. ex Syriac.

18 *Adſtiterunt autem cum eo delatores eius, nec potuerunt vllam culpam flagitioſam demonſtrare aduerſus eum, prout arbitratus fueram.*

29 *Sed quæſtiones quaſdam de ſuperſtitione ipſorum, habebant aduerſus eum, & de quodam Ieſchua, qui mortuus eſt, quem Paulus dicebat viuere.*

20 *Et quia non mihi conſtabat de eiuſmodi quæſtione, dixeram Paulo, num vis proficiſci ad Ouriſchlem, illicque iudicium ſubire ſuper iſtis?*

21 *Ipſe verò petijt vt ſeruaretur iudicio Cæſaris: proinde iuſſi eum ſeruari quouſque mitterem eum ad Cæſarem.*

22 *Dixit autem Agrippa: Velim audire hunc virum. Proinde Feſtus ait, Cras eum audies.*

23 *Poſtero itaque die venit Agrippa, & Berenice cum multo apparatu, & ingreſſus eſt in auditorium cum tribunis, & primoribus ciuitatis, & iubente Feſto venit Paulus.*

24 *Tum Feſtus: Agrippa rex, inquit, & omnes viri, qui adeſtis nobiſcum, aduerſus hunc virum quem videtis, tota gens Iihoudæorum compellauit me in Ouriſchlem, & hic, vociferantes non amplius oportere eum viuere.*

25 *Ego verò nihil deprehendi dignum morte eum admiſiſſe. Sed quia ipſe poſtulauit ſeruari iudicio Cæſaris; decreui eum miſſum iri.*

26 *Cæterum neſcio quid de eo ſcribam Cæſari. Idcireo volui eum ſiſtere coram vobis, & maximè coram te, rex Agrippa, vt inquiſitione habita de ipſo inueniam quod ſcribam.*

27 *Non enim oportet nos mittere virum vinctum, cuius non ſcribamus delictum.*

CAP. XXVI.

1 POrrò dixit Agrippa Paulo: Permittitur tibi pro teipſo verba facere. Tunc Paulus extendit manum ſuam, & deprompſit ſpiritum, (reddidit rationem) aitque:

2 *Super omnibus de quibus reus poſtulor à Iihoudæis, rex Agrippa, de meipſo hoc exiſtimo me beatum eſſe, quòd coram te hodie ſim rationem redditurus:*

3 *Maximè quòd te ſciam aſſenſum præbere omnibus quæſtionibus, & legibus Iihoudæorum: quapropter peto à te, vt attento animo me audias.*

4 *Norunt enim, & ipſi Iihoudæi, ſi velint teſtari, conuerſationes meas à pueritia mea, quæ extiterunt mihi à principio tum in gente mea, tum in Ouriſchlem,*

5 *Quoniam à longo tempore perſuaſi ſunt de me, ſciuntque in illa præcipua diſciplina Periſchæorum me vixiſſe.*

6 *Nunc autem ob ſpem promiſſionis, quæ facta eſt patribus noſtris à Deo, ſto, & in iudicium vocor.*

7 *Ad quam ſpem duodecim tribus noſtræ ſperant ſe peruenturas precibus aſſiduis interdiu noctuque: & de hac quidem ſpe reus poſtulor per manus Iihoudæorum, rex Agrippa.*

8 *Quid? iudicatis non oportere nos credere Deum excitaturum mortuos?*

9 *Ego quidem à principio in animum induxeram, contraria multa patrare aduerſus nomen Ieſchua Nazareni.*

10 *Quod ego etiam egi in Ouriſchlem, & Sanctos quamplurimos conieci in carcerem poteſtate quam acceperam à Principibus ſacerdotum: quumq; interficerentur nonnulli ex eis ſuffragabar ijs, qui damnabant eos.*

11 *Et per omnes ſynagogas ſæuiebam in eos, dum vi eos adigerem ad blaſphemandum nomen Ieſchua, & cum furore multo quo replebar aduerſus eos etiam in ciuitates exteras ingrediebar ad perſequendum eos.*

Transl. B. Ariæ Mont.

De quo ſtantes accuſatores, nullam cauſam deferebant quorum ſuſpicabar ergo.

Quæſtiones vero quaſdam de propria ſuperſtitione habebant aduerſus eum, & de quodam Ieſu defuncto, quem affirmabat Paulus viuere.

Hæſitans autem ego in eam quæ de hoc quæſtionem, dicebam, ſi vellet ire in Hieruſalem, & ibi iudicari de iſtis.

At Paulo appellante ſeruari ſe ad Auguſti cognitionem, iuſſi ſeruari eum, vſque quò mittam eum ad Cæſarem.

Agrippa autem ad Feſtum dixit: Volebam & ipſe hominẽ audire, ille autem, Cras, inquit, audies eũ.

Ergo poſtridie veniente Agrippa & Bernice cum multa ambitione, & introeuntibus in auditorium cũque tribunis & viris ſecundũ eminentiá exiſtẽtibus ciuitatis, & iubẽte Feſto, adductus eſt Paulus.

Et dicit Feſtus: Agrippa rex, & omnes qui ſimul adſtantes nobis viri, ſpectatis hunc, & de quo omnis multitudo Iudæorum interpellauit me inque Hieroſolymis & hic, acclamantes non oportere viuere eum amplius.

Ego vero comperiens, nihil dignum morte eum admiſiſſe, & Ipſo autem hoc appellante Auguſtum, iudicaui mittere eum.

De quo certum quid ſcribere domino, non habeo ideo produxi eum ad vos, & maxime ad te, rex Agrippa, vt interrogatione facta, habeam quid ſcribere.

Irrationabile enim mihi videtur, mittentem vinctum, nec & eas quæ contra eum cauſas ſignificare.

CAP. XXVI.

AGrippa vero ad Paulum ait: Permittitur tibi pro temetipſo dicere. tunc Paulus rationabatur extendens manum:

De omnibus quibus accuſor à Iudæis, rex Agrippa, æſtimo meipſum beatum, futuris defendi apud te hodie.

Maxime cognitorem exiſtentem te omnium illorum apud Iudæos morumque & quæſtionum. ideo obſecro te patienter audire me.

Illam quidem ergo vitam meam illam à iuuentute illam ab initio factam in gente mea in Hieroſolymis, nouerunt omnes Iudæi.

Præſcientes me antea, (ſi velint teſtari) quoniam ſecundum diligentiſſimam ſectam noſtræ religionis vixi Phariſæus.

Et nunc in ſpe quæ ad patres repromiſſionis factæ à Deo, ſto iudicio ſubiectus.

Inquam duodecim tribus noſtræ in aſſiduitate nocte & die deſeruientes, ſperant deuenire: de qua ſpe accuſor, rex Agrippa, à Iudæis.

Quid incredibile iudicatur apud vos, ſi Deus mortuos ſuſcitat?

Ego quidem ergo videbar mihi ipſi aduerſus nomen Ieſu Nazareni debere multa contraria agere:

Quod & feci in Hieroſolymis, & multos ſanctorum ego carceribus incluſi, à Principibus ſacerdotum poteſtatem accipens: interemptisque illis, detuli ſuffragium.

Et per omnes ſynagogas frequenter puniens eos, compellebam blaſphemare, immoderateque inſaniens eis, perſequebar vſque & in exteras ciuitates:

Transl. Eraſm. Roterod.

De quo cum ſtetiſſent accuſatores, nullum crimen intendebant ſuper hiſce rebus, de quibus ego ſuſpicabar,

Sed quæſtiones quaſdam de ſua ſuperſtitione habebant aduerſus eum, & de quodam Ieſu defuncto, quem affirmabat Paulus viuere.

Hæſitans autem ego de huiuſmodi quæſtione, dicebam, num vellet ire Hieroſolymam, & ibi iudicari ſuper iſtis.

Paulus autem cum appellaſſet vt ſeruaretur Auguſti cognitioni, iuſſi ſeruari eum, donec mitterem eum ad Cæſarem,

Agrippa autem dixit ad Feſtum: Volebam & ipſe hominem audire. Cras, inquit, audies eum.

Poſtero autem die cum veniſſet Agrippa & Bernice cum multo apparatu, & introiſſent in auditorium cum tribunis & viris principalibus ciuitatis, iubente Feſto adductus eſt Paulus.

Et dicit Feſtus: Agrippa rex, & omnes qui ſimul adeſtis nobiſcum viri, videtis hunc hominem, de quo omnis multitudo Iudæorum interpellauit me, & Hieroſolymis & hic, acclamantes non oportere eum viuere amplius.

Ego vero comperi nihil dignum morte eum admiſiſſe. Caterum cum is ipſe appellaſſet Auguſtum, ſtatui mittere eum.

De quo quid certum ſcribam Domino, non habeo. Quapropter produxi eum ad vos, & maxime ad te, rex Agrippa, vt examinatione facta, habeam quod ſcribam.

Iniquum enim mihi videtur mittere vinctum, & crimina de quibus accuſatur non ſignificare.

CAP. XXVI.

AGrippa vero ad Paulum ait: Permittitur tibi loqui pro temetipſo. Tunc Paulus extenta manu pro ſe dicebat.

Super omnibus de quibus accuſor à Iudæis, rex Agrippa, exiſtimo me beatum, qui cauſam dicturus ſim apud te hodie.

Cum tu maxime ſis gnarus earum, quæ apud Iudæos ſunt, & conſuetudinum & quæſtionum. Quapropter obſecro te, vt patienter me audias.

Itaque vitam quidem meam, quam egi ab adoleſcentia, quæ ab initio fuit in gente Hieroſolymis nouerunt omnes Iudæi,

Qui prius nouerant me ab initio, ſi velint teſtimonium ferre, quod ſecundum exquiſitiſſimam ſectam noſtræ religionis, vixerim phariſæus.

Et nunc fretus ſpe repromiſſionis, quæ ad patres noſtros facta eſt à Deo, ſto iudicio ſubiectus,

Ad quam duodecim tribus noſtræ inſtanter nocte & die colentes Deum ſperant ſe peruenturas. De qua ſpe accuſor, rex Agrippa, à Iudæis.

Cur incredibile iudicatur apud vos, ſi deus mortuos ſuſcitat?

Et ego quidem exiſtimabam me aduerſus nomen Ieſu Nazareni multa repugnando facturum,

Quod & feci Hieroſolymis. Et multos ſanctorum ego carceribus incluſi, à principibus ſacerdotum poteſtate accepta: & cum occiderentur, detuli ſententiam.

Et per omnes ſynagogas frequenter puniens eos compellebam blaſphemare, & amplius inſaniens in eos, perſequebar etiam in exteras vſque ciuitates.

Vulgat. Editio.

*Sup.9.1 In quibus *dum irem Damaſcum cum poteſtate & permiſſu Principum ſacerdotum.

Die media in via vidi, rex, de cœlo ſupra ſplendorem Solis, circumfulſiſſe me lumen, & eos, qui meçum ſimul erant.

Omneſque nos cum decidiſſemus in terram, audiui vocem loquentem mihi Hebraica lingua, Saule, Saule, quid me perſequeris? durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare.

Ego autem dixi, Quis es Domine? Dominus autem dixit: Ego ſum Ieſus, quem tu perſequeris.

Sed exurge, & ſta ſuper pedes tuos: ad hoc enim apparui tibi, vt conſtituam te miniſtrum, & teſtem eorum quæ vidiſti & eorum, quibus apparebo tibi.

Eripiens te de populo, & Gentibus, in quas nunc ego mitto te,

Aperire oculos eorum, vt conuertantur à tenebris ad lucem, & de poteſtate Satanæ ad Deum, vt accipiant remiſſionem peccatorum, & ſortem inter ſanctos per fidem quæ in me.

Vnde, rex Agrippa, non fui incredulus cæleſti viſioni:

*Sup.13. & 14. *Sed his qui ſunt Damaſci primum, & Ieroſolymis, in omnem regionem Iudææ, & Gentibus annuntiabam, vt pœnitentiam agerent, & conuerterentur ad Deum, digna pœnitentiæ opera facientes.

*Sup.21.31 Hac ex cauſa me Iudæi, cum eſſem in templo, *comprehenſum tentabant interficere.

Auxilio autem adiutus Dei vſque in hodiernum diem ſto, teſtificans minori, atque maiori, nihil extra dicens quam ea, quæ Prophetæ locuti ſunt futura eſſe, & Moyſes:

Si paſsibilis Chriſtus, ſi primus ex reſurrectione mortuorum, lumen annunciaturus eſt populo, & Gentibus.

Hæc loquente eo, & rationem reddente, Feſtus magna voce dixit, Inſanis Paule: multæ te literæ ad inſaniam conuertunt.

Et Paulus: Non inſanio (inquit) optime Feſte, ſed veritatis, & ſobrietatis verba loquor.

Scit enim de his rex, ad quem & conſtanter loquor: latere enim eum nihil horum arbitror. Neque enim in angulo quidquam horum geſtum eſt.

Credis rex Agrippa Prophetis? ſcio quia credis.

Agrippa autem ad Paulum: In modico ſuades me Chriſtianum fieri.

Et Paulus ait: Opto apud Deum, & in modico, & in magno, non tantum te, ſed etiam omnes, qui audiunt, hodie fieri tales, qualis & ego ſum, exceptis vinculis his.

Et exurrexit rex, & Præſes, & Bernice, & qui aſſidebant eis.

Et cum ſeceſſiſſent, loquebantur ad inuicem, dicentes: Quia nihil morte, aut vinculis dignum quid fecit homo iſte.

Agrippa autem Feſto dixit: Dimitti poterat homo hic, ſi non appellaſſet Cæſarem.

CAP. XXVII.

VT autem iudicatum eſt, nauigare eum in Italiam, & tradi Paulum cum reliquis cuſtodijs centurioni, nomine Iulio, cohortis Auguſtæ.

Tranſl. ex Syriac.

12 *Quumque profectus fuiſſem hac de re ad Darmaſouk cum poteſtate & procuratione Principum Sacerdotum.*

13 *Media Die in via vidi è cœlo, ô rex, me circumfulſiſſe, cunctoſque qui mecum erant lucem Solis (luce) praſtantiorem.*

14 *Et omnes cecidimus in terram, atque audiui vocem dicentem Hebraicè, Schoaol, Schoaol quid me perſequeris? Durum eſt tibi calcitrare ad ſtimulos.*

15 *Ego vero dixi: Quis es Domine mi? Et Dominus noſter dixit mihi: Ego ſum Ieſchua ille Nazarenus quem tu perſequeris.*

16 *Subdu que mihi: Sta in pedes tuos: propterea enim apparui tibi, vt conſtituam te miniſtrum & teſtem eius rei, nempe quod me conſpexeris, atque conſpecturus es.*

17 *Proinde eripiam te ex populo Ithoudæorum, & ex alijs Gentibus, ad quas te ſum miſſurus.*

18 *Vt aperias oculos eorum, vt conuertantur à tenebris ad lucem, & à poteſtate Satanæ ad Deum, vtque recipiant remiſſionem peccatorum, & ſortem cum ſanctis per fidem, quæ eſt in me,*

19 *Idcirco, rex Agripra, per contumaciam non obſtiti viſioni cæleſti.*

20 *Sed prædicaui primum ijs qui erant in Darmaſouk, & ijs qui in Ouriſchlem, ac per omnes pagos Ithoudææ, atque adeo Gentibus prædicaui vt pœnitentiam agerent, & conuerterentur ad Deum, facerentque opera dignapœnitentiæ.*

21 *Horum autem cauſa prehenderunt me Ithoudæi in templo, & ſtudebant me interimere.*

22 *Sed opem tulit mihi Deus ad hunc vſque diem: & ecce ſto, teſtimoniumque perhibeo cum paruis tum magnis, quum nihil præter Mouſche & prophetas dicam, ſed ea quæ ipſi prædixerunt ventura:*

23 *Nempe paſſurus Meſchicho, futurumque primitias reſurrectionis à mortuis, & prædicaturum lucem huic populo & Gentibus.*

24 *Quumque ita rationem redderet Paulus, exclamauit Feſtus alta voce: Inſanis Paule. Multæ litera efficiunt vt inſanias.* *Dominicæ poſt Pentecoſt

25 *Dixit et Paulus: Non inſanio, victorioſe Feſte. ſed verba veritatis & rectitudinis eloquor.*

26 *Quinetiam rex Agrippa horum eſt maximè gnarus, quod ſint huiuſmodi, & ideo aperte coram eo loquor: quippe qui putem ne vnam quidem harum rerum latere ipſum, quum in abdito actæ non ſint.*

27 *Credis Rex Agrippa prophetis? ſcio te credere.*

28 *Dixit ei rex Agrippa: Minimo negotio perſuaderes mihi vt fierem Chriſtianus.*

Tum Paulus dixit: Optarim à Deo, vt minimo, maximoque negotio non tu ſolum, ſed etiam omnes qui audiunt me hodie, euaſiſſent mei ſimiles præter hæc vincula.

29 *Surrexit autem rex, ac præſes, & Bernice, ijque qui ſedebant cum eis.*

30 *Quumque illinc diſceſſiſſent, colloquebantur alij ad alios ac dicebant: Nihil dignum morte aut vinculis egit vir iſte.*

31 *Dixit autem Agrippa Feſto: Poterat vir iſte dimitti niſi prouocationem Cæſaris appellaſſet.*

CAP. XXVII.

1 *DEcreuit autem de eo Feſtus ipſum miſſum iri ad Cæſarem in Italiam, proinde tradidit Paulum, & alios vinctos cum eo viro cuidam Centurioni ex cohorte Auguſta, cui nomen erat Iulius.*

Transl. B. Ariæ Mont.

In quibus & profectus in Damascum cum potestate & procuratione à principibus sacerdotum.

Die media, per viam vidi, rex, cælitus supra splendorem Solis, circumfulgens me lumen, & eos qui cum me proficiscentes.

Omnibus autem decidentibus nobis in terram, audiui vocem loquentem ad me, & dicentem Hebraica lingua, Saule, Saule, quid me persequeris: durum tibi ad stimulos calcitrare.

Ego autem dixi, Quis es Domine? Ille autem dixit: Ego sum Iesus, quem tu persequeris.

Sed exurge, & sta supra pedes tuos: ad hoc enim apparui tibi, designare te ministerium & testem quorumque vidisti, quorumque apparebo tibi.

Eripiens te de populo, & Gentibus, in quas ego te mitto,

Aperire oculos eorum, ad conuertendum à tenebris ad lucem, & potestate Satanæ ad Deum, ad accipiendum eos remissionem peccatorum, & sortem in sanctificatis fide quæ in me.

Vnde, rex Agrippa, non fui incredulus cælesti visioni:

Sed his qui in Damasco primum, & Hierosolymis, in omnemque regionem Iudææ, & Gentibus annuntiabam pœnitere, & conuerti ad Deum, digna pœnitentiæ opera facientes.

Causa horum me Iudæi comprehendentes in templo, tentabant interficere.

Auxilium igitur nactus à Deo, vsque in diem hanc sto, testificans paruoque & magno, nihil extra dicens eorum quæ & Prophetæ locuti sunt futurorum esse, & Moyses:

Si passibilis Christus, si primus ex resurrectione mortuorum, lumen futurus est annuntiare populo & Gentibus.

Hæc autem eo defendente, Festus magna voce dixit, Insanis Paule: multæ te literæ ad insaniam conuertunt.

Ille vero. Non insanio, inquit, optime Feste, sed veritatis & sobrietatis verba eloquor.

Scit enim de his rex, ad quem & libertate vsus eloquor: latere enim quicquam horum non arbitror: neque in angulo gestum hoc est.

Credis rex Agrippa Prophetis? scio quia credis.

Ipse autem Agrippa ad Paulum ait: In paruo me suades Christianum fieri.

At Paulus ait: Optarim vtique Deo, & in paruo, & in multo, non solum te, sed omnes audientes me hodie fieri tales, qualis & ego sum, exceptis vinculis his.

Et hæc dicente eo, exsurrexit rex, & Præses, & confidentes eis.

Et secedentes loquebantur ad inuicem, dicentes, Quia nihil morte dignum aut vinculis facit homo iste.

Agrippa autem Festo dixit: Dimitti poterat homo hic, si non appellasset Cæsarem.

CAP. XXVII.

VT autem iudicatum est, nauigare nos in Italiam, tradiderunt & Paulum, & quosdam alios vinctos centurioni, nomine Iulio, cohortis Augustæ.

Transl. Eras. Roterod.

Quarum rerum studio cum irem Damascum cum autoritate & permissu principum sacerdotum.

Die medio, rex, in via vidi è cœlo supra splendorem solis circumfulsisse me lumen, & eos qui mecum faciebant iter.

Cum autem omnes nos decidissemus in terram, audiui vocem loquentem ad me, ac dicentem Hebraica lingua: Saul, Saul, quid me persequeris? Durum est tibi contra stimulos calcitrare.

Ego autem dixi: Quis es Domine? At ille dixit: Ego sum Iesus quem tu persequeris.

Sed exurge & sta super pedes tuos. Ad hoc enim apparui tibi, vt constituam te ministrum ac testem & eorum quæ vidisti, & eorum in quibus apparebo tibi,

Eripiens te à populo & gentibus, in quas nunc te mitto:

Et aperias oculos eorum, vt conuertantur à tenebris ad lucem, & à potestate Satanæ ad Deum: vt accipiant remissionem peccatorum, & sortem inter eos qui sanctificati sunt per fidem, quæ est erga me.

Vnde, rex Agrippa, non fui inobediens cœlesti visioni,

Sed his qui sunt Damasci primum & Hierosolymis, & per omnem regionem Iudææ, deinde & gentibus annunciabam, vt pœnitentiam agerent, & conuerterentur ad Deum, digna pœnitentia opera facientes.

Hac ex causa Iudæi me in templo comprehensum tentauerunt interficere.

Auxilium igitur nactus Dei, vsque in hodiernum diē sto, testificans paruoque & magno, nihil aliud dicens quàm ea quæ prophetæ prædixerant futura esse, & Moyses,

An passurus fuerit Christus, an primus ex resurrectione mortuorum lumen renunciaturus sit populo & gentibus.

Hæc autem cum pro se diceret, Festus magna voce ait: Insanis Paule. Multæ te literæ ad insaniam conuertunt.

Et Paulus, non insanio, inquit, optime Feste, sed veritatis & sobrietatis verba eloquor.

Scit enim de his rex apud quem & libere loquor. Latere enim eum nihil horum arbitror. Neque enim hoc in angulo gestum est.

Credis rex Agrippa prophetis? Scio quod credis.

Agrippa autem ad Paulum ait: Modica ex parte persuades mihi vt fiam Christianus.

Et Paulus ait: Optarim à Deo, non solum modica ex parte, verumetiam magna: non te modo, sed omnes etiam, qui me audiunt hodie, esse tales, qualis ego sum, exceptis vinculis his.

Et hæc eo locuto, surrexit rex, ac præses, & Bernice, & qui assidebant eis.

Et cum secessissent loquebantur inter se dicentes: Nihil morte aut vinculis dignum facit homo ille.

Agrippa autem Festo dixit: Dimitti poterat homo hic, si non appellasset Cæsarem.

CAP. XXVII.

POstquam autem decretum est, vt nos nauigaremus in Italiam, tradiderunt & Paulum & quosdam alios vinctos centurioni, nomine Iulio, cohortis Augustæ.

Vulgat. Editio.

Ascendentes nauem Adrumetinam, incipientes nauigare circa Asiæ loca, sustulimus, perseuerante nobiscum Aristarcho, Macedone Thessalonicensi.

Sequenti autem die deuenimus in Sidonem, humane autem tractans Iulius Paulum, permisit ad amicos ire, & curam sui agere.

Et inde cum sustulissemus, subnauigauimus Cyprum, propterea quod essent venti contrarij.

Et pelagus Ciliciæ & Pamphiliæ nauigantes, venimus Lystram, quæ est Lyciæ.

Et ibi inueniens Centurio nauem Alexandrinam, nauigantem in Italiam, transposuit nos in eam.

Et cum multis diebus tarde nauigaremus, & vix deuenissemus contra Gnidum, prohibente nos vento, adnauigauimus Cretæ iuxta Salmonem.

Et vix iuxtà nauigantes, venimus in locum quendam qui vocatur Boniportus, cui iuxtà erat ciuitas Thalassa.

Multo autem tempore peracto, & cum iam non esset tuta nauigatio, eo quod & ieiunium iam præteriisset, consolabatur eos Paulus,

Dicens eis: Viri video quoniam cum iniuria & multo damno, non solum oneris & nauis, sed etiam animarum nostrarum incipit esse nauigatio.

Centurio autem gubernatori & nauclero magis credebat, quam his quæ à Paulo dicebantur.

Et cum aptus portus non esset ad hyemandum, plurimi statuerunt consilium nauigari inde, si quo modo possent deuenientes Phœnicen, hyemare, portum Cretæ respicientem ad Africum & ad Chorum.

Adspirante autem Austro, æstimantes propositum se tenere, cum sustulissent de Asson, legebant Cretam.

Non post multum autem misit se contra ipsam ventus Typhonicus, qui vocatur Euro aquilo.

Cumque arrepta esset nauis, & non posset conari in ventum, data naue flatibus ferebamur.

In insulam autem quandam decurrentes, quæ vocatur Cauda, potuimus vix obtinere scapham.

Qua sublata, adiutoriis vtebantur, accingêtes nauem, timentes ne in Syrtim incidederent, summisso vase, sic ferebantur.

Valida autem nobis tempestate iactatis, sequenti die iactum fecerunt.

Et tertia die suis manibus armamenta nauis proiecerunt.

Neque autem sole, neque syderibus apparentibus per plures dies, & tempestate non exigua imminente, iam ablata erat spes omnis salutis nostræ.

Et cum multa ieiunatio fuisset, tunc stans Paulus in medio eorum dixit: Oportebat quidem ô viri, audito me, non tollere à Creta lucrique facere iniuriam hanc & iacturam.

Et nunc suadeo vobis bono animo esse, amissio enim nullius animæ erit ex vobis, præterquam nauis.

Adstitit enim mihi hac nocte Angelus Dei, cuius sum ego, cui & deseruio.

Dicens: Ne timeas Paule, Cæsari te oportet assistere & ecce donauit tibi Deus omnes qui nauigant tecum.

Transl. ex Syriac.

2 *Quumque nauigandum esset, venimus in nauigium quod erat ex Adramanto ciuitate, & profecturum erat ad regionem Asiæ: ingressus autem fuerat nauigium nobiscum Aristarchus Macedo ex Thessalonica vrbe.*

3 *Postero autem die peruenimus Tzaidon: Et vsus est Centurio misericordia erga Paulum, eique permisit vt proficisceretur ad amicos suos, atque respiraret.*

4 *Illinc porrò abnauigauimus, & quoniam venti erant contrarij, sublegimus Cyprum.*

5 *Et traiecimus mare Ciliciæ, & Pamphyliæ, ac deuenimus Myram vrbem Lyciæ.*

6 *Nactusque illic Centurio nauem ex Alexandria proficiscentem in Italiam, imposuit nos in eam.*

7 *Et quia grauiter nauigatum fuerat plurimis diebus, vt vix peruenissemus secundum Kaindum insulam, quoniamque non permittebat ventus vt rectà proficisceremur, sublegimus Cretam è regione Salamounæ vrbis.*

8 *Quumque vix præternauigaremus, peruenimus ad locum, qui vocatur Portus pulchri.* Erat autem ei propinqua ciuitas nomine Lasia. Dominic. cavi-post Pascha

6 *Vbi egimus multum temporis ad hunc vsque diem, quia iam præterierat dies ieiunij Iihoudæorum, ita vt periculosum esset aliquem sulcare mare: proinde consilium eis dabat Paulus,*

10 *Et dicebat: Viri, video cum oppressione, & inopia multa futuram nauigationem nostram, non solum oneris nauis nostræ, sed etiam animarum (vitarum) nostrarum.*

11 *Centurio autem gubernatorem, & dominum nauis (nauclerum) potius audiebat, quam sermones Pauli.*

12 *Et quia commodus non erat portus ad hybernandum in eo hyeme, plurimi nostrorum volebant illinc vela facere, vt si quo modo possent, hybernarent in portu quodam qui erat Cretæ, vocabaturq; Phonix, & spectabat Austrum versus.*

13 *Quum autem perflaret ventus Australis, putarentque se quasi voluntatem suam consecutos, nauigabamus circa Cretam.*

14 *Sed non multò post impegit in nos flatus turbinis, qui vocatur Touphaunicous Euraclidon (Turbulentus Euro Aquilo.*

15 *Proinde abrepta est nauis, nec potuit obsistere vento, itaque eius manui (potestati,) dati sumus.*

16 *Et quum præteriissemus insulam quamdam, quæ vocatur Kouro, vix potuimus prehendere scapham.*

17 *Ea verò sublata, cingebamus, & dirigebamus nauim, & quia timebamus ne forte incideret in Syrtim maris, submisimus antennam, & ita perreximus.*

18 *Quum autem in nos insurrexisset grauis tempestas, sequenti die supellectilia nostra in mare proiecimus.*

19 *Die vero tertia armamenta nauis manibus nostris abiecimus.*

20 *Quumque tempestas corripuisset eam per dies complures, nec sol appareret, neque luna, neque sydera, omnis spes vitæ nostræ præcisa erat.*

21 *Quumque nemo quicquam cibi cepisset, tunc stans Paulus inter eos, ait: Si assensum mihi præbuisseris, viri, non soluissemus à Creta, & caruissemus hac penuria, & hac oppressione.*

22 *Nunc autem consilium do vobis ne anxij fueritis, nemo enim vestrum peribit, sed tantum nauis.*

23 *Visus est enim mihi hac nocte Angelus Dei illius cuius sum, & cui seruio.*

24 *Dixitque mihi: Ne timeas Paule, oportet enim te sisti coram Cæsare: & ecce dono tibi dedit Deus omnes, qui nauigant tecum.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Ascendentes autem nauem Adramytenam, futuri nauigare quæ circa Asiam loca, auecti sumus, existente cum nobis Aristarcho, Macedone Thessalonicensi.

Ipsaque altera deuenimus in Sidonem, humaneque Iulius Paulo vsus, permisit ad amicos euntem curam sui nanciscí.

Et inde auecti, subnauiganimus Cyprum, propter hoc, ventos esse contrarios.

Hocque pelagus quod iuxta Ciliciam & Pamphiliam pernauigantes, delati sumus in Myra ipsius Lyciæ.

Et ibi inueniens Centurio nauem Alexandrinam, nauigantem in Italiam, imposuit nos in eam.

In multis autem diebus tarde nauigantes, & vix deuenientes secundum Cnidum, non permittente nos vento, subnauigauimus Cretam secundum Salmonem.

Vixque præterlegentes eam, venimus in locum quendam vocatum pulchros portus, cui iuxta erat ciuitas Lasæa.

Multo autem tempore peracta, & existente iam periculosa nauigatione, propter & ieiunium iam præteriisse admonebat Paulus.

Dicens eis: Viri conspicite quoniam cum iniuria & multo damno, non solum oneris & nauis, sed etiam animarum nostrarum futuram esse nauigationem.

At Centurio gubernatori & nauclero credebat magis, quam illis a Paulo dictis.

Inapposito autem portu subsistente ad hyemationem, plerique posuerunt consilium subduci inde, si quo modo possent deuecti in Phœnicem, hyemare portum Cretæ respicientem ad Africum & ad Chorum.

Adspirante autem Noto, æstimantes propositum tenere, soluentes Asson, legebant Cretam.

Post non multum autem misit contra ipsam ventus Typhonicus, vocatus Euroclydon.

Correpta autem naui, & non porente obtueri vento, concedentes ferebamur.

Insulam autem quandam succurrentes, vocatam Claudam, vix potuimus compotes fieri scaphæ.

Quam subducentes, adiutoriis vtebantur, accingentes nauem, timentesque ne in Syrtim incidederent, submittentes vas, sic ferebantur.

Vehementer autem tempestate iactatis nobis, sequenti iactum fecerunt.

Et tertia nostris manibus armamenta nauis eiecimus.

Neque autem sole, neque syderibus apparentibus per plures dies, tempestateque non exigua imminente, reliquũ ablata erat omnis spes ad seruari nos.

Multa autem inedia existente, tunc stans Paulus in medio eorum dixit: Oportebat quidem ô viri obedientes mihi non auehi à Creta lucrarique iniuriam hanc & iacturam.

Et nunc suadeo vobis bono animo esse. iactura enim animæ nulla erit ex vobis præterquã nauis.

Adstitit enim mihi nocte hac Angelus Dei, cuius sum, cui & deseruio.

Dicens: Ne timeas Paule, Cæsari te oportet assistere, & ecce donauit tibi Deus omnes nauigantes cum te.

Transl. Erasm. Roterod.

2 *Conscensa autem naue Adramyttina nauigaturi iuxta loca Asiæ, soluimus, perseuerante nobiscum Aristarcho Macedone Thessalonicensi.*

3 *Sequenti autem die appulimus Sidonem. Et Iulius humaniter tractato Paulo, permisit vt ad amicos profectus, ab illis curaretur.*

4 *Et inde cum soluissemus, subnauigauimus iuxta Cyprum, propterea quod essent venti contrarij.*

5 *Et pelagus quod est contra Ciliciam & Pamphyliam, emersi, peruenimus Myram, quæ est Lyciæ.*

6 *Et ibi nactus centurio nauem Alexandrinam, nauigantem in Italiam impossuit nos in eam.*

7 *Et cum multis diebus tarde nauigaremus, vixq; deuenissemus contra Gnidum, prohibente nos vento, adnauigauimus Cretæ iuxta Salmonem.*

8 *Et vix præterlegentes illam, peruenimus in locum quendam qui vocatur Pulchri portus, cui vicina erat ciuitas Lasæa.*

6 *Multo autem tempore peracto, & cum esset iam periculosa nauigatio, ob id quoque quod iam vltra tempus sustinuissent inediam, admonebat eos Paulus.*

10 *Dicens eis: Viri, video quod cum iniuria multoq; damno, non solum oneris & nauis, sed etiam animarum nostrarum futura sit nauigatio.*

11 *Centurio autem gubernatori & nauclero magis credebat, quam his quæ à Paulo dicebantur.*

12 *Et cum aptus portus non esset ad hybernandum, complures cœperunt consilium soluendi illinc, si quo modo possent peruecti Phœnicem illic hybernare. Is est portus Cretæ spectans ad Africum & ad Chorum.*

13 *Aspirante autem Austro, rati se propositi compotes, cum soluissent Asson, præterlegebant Cretam.*

14 *Verum haud multo post coortus est contra ipsum ventus Typhonicus qui vocatur Euroaquilo.*

15 *Cumq; correpta esset nauis, nec posset obniti vento, data naue flatibus, ferebamur.*

16 *In insulam autem quamdam deuecti, quæ vocatur Clauda, vix potuimus obtinere scapham.*

17 *Qua sublata adiutorijs vtebantur, subcingentes nauem timentes ne in Syrtim inciderent, demisso vase, sic ferebantur.*

18 *Cum autem vehementi tempestate iactaremur sequenti die iactum fecerunt.*

19 *Ac tertia die nostris manibus armamenta nauis proiecimus.*

20 *Porro neque sole neque syderibus apparentibus ad complures dies, & tempestate non exigua imminente, iam ablata erat spes omnis salutis nostræ.*

21 *Cum autem multa iam esset media, tunc stans Paulus in medio eorum, dixit: Oportebat quidem ô viri, audito me, non soluere à Creta, nec accersere nobis iniuriam hanc & iacturam.*

22 *Et nunc hortor, vt bono animo sitis. Iactura enim animæ nulla erit ex vobis, sed tantum nauis.*

23 *Astitit enim mihi hac nocte Angelus Dei cuius sum ego, quem & colo.*

24 *Dicens Ne timeas Paule, Cæsari te oportet sisti. Et ecce donauit tibi Deus omnes qui nauigant tecum.*

	Vulgat. Editio.		Transl. ex Syriac.
	Propter quod bono animo estote viri: credo enim Deo, quia sic erit, quemadmodum dictum est mihi.	25	*Quamobrem bono animo estote viri: credo enim in Deum, ita fore quemadmodum locutus est mecum.*
	In insulâ autē quandam oportet nos deueni	26	*Verum in insulam quandam eiiciendi sumus.*
	Sed postea quam quarta decima nox superuenit, nauigantibus nobis in Adria circa mediam noctem, suspicabantur nautæ apparere sibi aliquam regionem.	27	** Post diem autem decimum quartum quum errauemus, & ferremur in Adriaticum mare, medio nocte putarunt nautæ ad terram se accedere.*
	Qui & summittentes bolidem, inuenerunt passus viginti: & pusillum inde separati, inuenerunt passus quindecim.	28	*Proinde iecerunt bolidem, & inuenerunt passus viginti: rursusque paulum prouecti, inuenerunt passus quindecim.*
	Timentes autem ne in aspera loca incideremus, de puppi mittentes anchoras quatuor, optabant diem fieri.	29	*Quumque timeremus ne forte nos ipsos nancisceremur (incideremus) in loca scopulosa, iecerunt è puppi nauis ancoras quatuor, & precabantur diem oriri.*
	Nautis vero quærentibus fugere de naui, cum misissent scapham in mare, sub obtentu quasi inciperent à prora anchoras extendere.	30	*Nautæ vero studebant fugere è naui, proinde dimiserunt scaphan in mare, occasione abeundi in ea, nauisque ad terram alligandæ.*
	Dixit Paulus Centurioni & militibus: Nisi hi in naui manserint, vos salui fieri non potestis.	31	*Quod quum vidisset Paulus, dixit Centurioni, & militibus: Nisi isti in naui permanserint, vos non potestis seruari.*
	Tunc abscciderunt milites funes scaphæ, & passi sunt eam excidere.	32	*Tunc præciderunt milites funes scaphæ à naui, & sinerunt eam aberrantem.*
	Et cum lux inciperet fieri, rogabat Paulus omnes sumere cibum, dicens: Quartadecima die hodie expectantes ieiuni permanetis, nihil accipientes.	33	*Ipse verò Paulus vsquedum fieret diluculum, hortabatur omnes vt caperent cibum, dicens eis: Ecce hodie decimus quartus agitur dies, ex quo præ periculo nihil gustauistis.*
	Propter quod rogo vos accipere cibum pro salute vestra: quia nullius vestrum capillus de capite peribit.	34	*Idcirco peto à vobis, vt cibum capiatis ad confirmationem vitæ vestræ: capillus enim ex capite ne vnus quidem à vobis peribit.*
	Et cum hæc dixisset, sumens panem, gratias egit Deo in conspectu omnium: & cum fregisset, cæpit manducare.	35	*Et quum hæc dixisset, accepit panem, & glorificauit Deum coram omnibus: fregitque, & cæpit comedere:*
	Animæquiores autem facti omnes, & ipsi sumpserunt cibum.	36	*Consolationem itaque acceperunt omnes, sumpseruntque cibum.*
	Eramus vero vniuersæ animæ in naui ducentæ septuaginta sex.	37	*Eramus autem in naui ducenta, & septuaginta sex animæ.*
	Et satiati cibo alleuiabant nauem, iactantes triticum in mare.	38	*Quumque expleti essent cibo, alleuabant nauim, & tollebant triticum, proiiciebantque in mare.*
	Cum autem dies factus esset, terram non agnoscebant: sinum vero quendam considerabant habentem littus, in quem cogitabant, si possent, eiicere nauem.	39	*Orto autem die nautæ, quanam illa esset terra, non agnoscebant. sed conspicati sunt secus aridam, littus quoddam maris, quo meditabantur, si fieri posset, impellere nauim.*
	Et cum anchoras sustuliissent, committebant se mari, simul laxantes iuncturas gubernaculorum: & leuato artemone secundum auræ flatum tendebant ad littus.	40	*Et abscciderunt ancoras à naui, & laxarunt illas in mare, & soluerunt vincula gubernaculorum, suspenderuntque parum velum (artemonem) ad ventum flantem itaque abnauigabamus ad superficiem aridæ.*
	Et cum incidissemus in locum dithalassum, impegerunt nauem, & prora quidem fixa manebat immobilis, puppis vero soluebatur à vi maris.	41	*Impegit autem nauis in locum quendam iacentem inter duas profunditates maris, eoque illisa est: illic autem stabat latus anterius (prora) neque mouebatur latus alterum (puppis) vero soluebatur pra violentia fluctuum.*
	Militum autem consilium fuit, vt custodias occiderent: ne quis cum enatasset effugeret.	42	*Volebant autem milites interficere vinctos, ne natatui se committerent, &, & fugerent ab ipsis.*
	Centurio autem volens seruare Paulum, prohibuit fieri, iussitque eos, qui possent natare, emittere se primos, & euadere, & ad terram exire:	43	*Sed Centurio prohibuit eos ab hoc, quippe qui vellet seruare Paulum, illis porro qui poterant natatui se committere, præcepit vt inter primos enatarent, & in terram euaderent.*
	Et cæteros alios in tabulis ferebant: quosdam super ea, quæ de naui erant. Et sic factum est, vt omnes animæ euaderent ad terram.	44	*Cæteros vero super tabulas, ac super alia ligna nauis traiecit, & sic omnes salui euaserunt in terram.*
	CAP. XXVIII.		CAP. XXVIII.
	Et cum euasissemus, tunc cognouimus quia Melita insula vocabatur. Barbari vero præstabant non modicam humanitatem nobis.	1	*Postea vero didicimus Melitam vocari illam insulam. Porro Barbari qui habitabant in ea, multam charitatem in nos ostendebant.*
	Accensa enim pira, reficiebant nos omnes propter imbrem, qui imminebat, & frigus.	2	*Accenderunt enim ignem, nosque omnes conuocauerunt at caleficremus propter imbrem pluvimum, existensque frigus.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Ideo bono animo estote viri: credo enim Deo, quia sic erit, quemadmodum dictum est mihi.

In insulã autem quandam oportet nos incidere.
Vt vero quartadecima nox facta est, perlatis nobis in Adria circa medium noctis, suspicabantur nautæ afferri aliquam sibi regionem.
Et bolisantes, inuenerunt passus viginti: breui autem distantes, & rursum bolisantes, inuenerunt passus quindecim.
Timentesque ne in aspera loca incideremus, de puppi proiicientes anchoras quatuor, optabant diem fieri.
Ipsis vero nautis quærentibus fugere ex naui, & laxantibus scapham in mare', obtentu quasi è prora futurorum anchoras extendere.
Dixit Paulus Centurioni & militibus: Si non hi manserint in naui, vos seruari non potestis.

Tunc milites abscinderunt funes scaphæ, & siuerunt eam excidere.
Vsque autem quo futurus erat dies fieri, hortabatur Paulus omnes sumere cibum, dicens: Quartamdecimam hodie diem expectantes ieiuni per manetis, nihil accipientes.
Ideo hortor vos accipere cibum, hoc enim ad vestram salutem est: nullius enim vestrum capillus ex capite cadet.
Dicens autem hæc, & sumens panem, gratias egit Deo in conspectu omnium: & frangens cœpit manducare.
Bono animo autem facti omnes, & ipsi adsumpserunt cibum.
Eramus vero in naui vniuersæ animæ ducentæ septuaginta sex.
Satiati autem cibo alleuiabant nauem, iactantes triticum in mare.
Cum autem dies factus esset, terram non agnoscebant: sinum vero quendam considerabant habentem littus, in quem cogitabant, si possent, expellere nauem.
Et ancoras sustollentes, permiserunt in mari, simul laxantes iuncturas gubernaculorum: & sustollentes artemonem flanti, tendebant ad litus.

Incidentes autem in locum bimarem, illiserunt nauem, & quidem prora fixa manebat immobilis, at puppis soluebatur à vi fluctuum.

At militum consilium fuit, vt vinctos occiderent: ne quis enatans effugeret.
At centurio volens seruare Paulum, prohibuit eos consilio, iussitque potentes natare abiicientes primos, ad terram exire:

Et reliquos, hos quidem in tabulis, hos autem super quædam eorum quæ de naui. Et sic factum est, omnes perseruari ad terram.

CAP. XXVIII.

ET salui euasi, tunc cognouerunt quia Melita insula vocabatur. at Barbari præstabant non vulgarem humanitatem nobis.
Accendentes enim pyram acceperunt omnes nos propter imbrem, instantem, & propter frigus.

Transl. Erasm. Roterod.

Propter quod bono animo estote viri. Credo enim Deo, quod sic erit quemadmodum dictum est mihi.

In insulam autem quandam oportet nos eijci.
Sed posteaquam quartadecima nox superuenit, nauigantibus nobis in Adria circa medium noctis, suspicabantur nautæ apparere sibi aliquam regionem.

Qui & demissa bolide, repererunt passus viginti, ac pusillum inde digressi, rursumque demissa bolide reperierunt passus quindecim.
Timentesque, ne in aspera loca incident, de puppi iactis ancoris quatuor, optabant diem oriri.

Nautis vero quærentibus fugere è naui, cum demississent scapham in mare, sub prætextu velut è prora ancoras extensuri,
Dixit Paulus centurioni & militibus: Nisi hi in naui manserint, vos salui fieri non potestis.

Tunc abscinderunt milites funes scaphæ, & passi sunt eam excidere.
Et cum dies inciperet apparere, hortabatur Paulus omnes sumere cibum, dicens: Dies hic decimusquartus est, quod expectantes ieiuni permanetis, nihil accipientes,

Propter quod hortor vos, vt sumatis cibum: hoc enim ad salutem vestram pertinet, quia nullius vestrum capillus de capite cadet.
Et cum hæc dixisset, sumpto pane gratias egit Deo in conspectu omnium, & cum fregisset, cœpit edere.

Porro animis iam recreatis omnium, sumpserunt & ipsi cibum.
Eramus vero vniuersæ animæ in naui ducentæ septuaginta sex.
Et satiati cibo, alleuabant nauem, ejicientes triticum in mare.
Cum autem dies esset, terram non agnoscebant: sinum vero quendam animaduerterunt, habentem litus in quod cogitabant, si possent, impingere nauem.

Et cum ancoras sustulissent, committebant se mari, simul laxatis iuncturis gubernaculorum, & sublato artemone ad auræ flatum, tendebant ad litus.

Et cum incidissent in locum bimarem, impegerunt nauem. Ac prora quidem infixa manebat immobilis: puppis vero soluebatur à vi undarum.

Militum autem consilium erat, vt vinctos occiderent, ne quis cum enatasset, effugeret.
At centurio volens seruare Paulum, compescuit eos à consilio, iussitque, vt qui possent natare, abycerent se primos, & in terram exaderent,

Cæteri autem partim in tabulis, partim in quibusdam nauis fragmentis. Et sic factum est, vt omnes incolumes exaderent in terram.

CAP. XXVIII.

ET cum euasissent, tunc cognouerunt, quod Melite insula vocaretur, Barbari vero præstabant non vulgarem humanitatem nobis.
Accensa enim pyra, recipiebant nos omnes propter imbrem qui imminebat, & propter frigus.

Vulgat. Editio.

Cum congregasset aũt Paulus sarmentorum aliquantam multitudinẽ, & imposuisset super ignẽ, vipera à calore cũ processisset, inuasit manũ eius.

Vt vero viderunt Barbari pendentem bestiam de manu eius, ad inuicem dicebant: Vtique homicida est homo hic, qui cum euaserit de mari, vltio non sinit eum viuere.

Et ille quidem excutiens bestiam in ignem, nihil mali passus est.

At illi existimabant eum in tumorem conuertendum, & subito casurum, & mori. Diu autem illis expectantibus, & videntibus nihil mali in eo fieri, conuertentes se, dicebant eum esse Deum.

In locis autem illis erant prædia principis insulæ, nomine Publij, qui nos suscipiens, triduo benigne exhibuit.

Contigit autem, patrem Publii febribus, & dysenteria vexarum iacere. Ad quem Paulus intrauit: & cum orasset, & imposuisset ei manus, saluauit eum.

Quo facto, omnes, qui in insula habebant infirmitates, accedebant, & curabantur:

Qui etiã multis honoribus nos honorauerunt, & nauigantibus imposuerunt, quæ necessaria erãt.

Post menses autem tres nauigauimus in naui Alexandrina, quæ in insula hiemauerat, cui erat insigne Castorum.

Et cum venissemus Syracusam, mansimus ibi triduo.

Inde circumlegentes deuenimus Rhegium: & post vnum diem flante Austro, secunda die venimus Puteolos:

Vbi inuentis fratribus rogati sumus manere apud eos dies septem: & sic venimus Romam.

Et inde cum audissent fratres, occurrerunt nobis vsque ad Appii forum, ac tres Tabernas. Quos cum vidisset Paulus, gratias agens Deo, accepit fiduciam.

Cum autem venissemus Romam, permissum est Paulo manere sibimet cum custodiente se milite.

Post tertium autem diem conuocauit primos Iudæorum. Cumque conuenissent, dicebat eis: Ego, viri fratres, nihil aduersus plebem faciens, aut morem paternum, vinctus ab Ierosolymis traditus sum in manus Romanorum.

Qui cum interrogationem de me habuissent, voluerunt me dimittere, eo quod nulla esset causa mortis in me.

Contradicentibus autem Iudæis, coactus sum appellare Cæsarem, non quasi gentem meam habens aliquid accusare.

Propter hanc igitur causam rogaui vos videre, & alloqui. Propter spem enim Israel catena hac circumdatus sum.

At illi dixerunt ad eum: Nos neque litteras accepimus de te à Iudæa, neque aduenies aliquis fratrum nunciauit, aut locutus est quid de te malum.

Rogamus autem à te audire, quæ sentis: nam de secta hac notum est nobis, quia vbique ei contradicitur.

Cum constituissent autem illi diem, venerunt ad eum in hospitium plurimi, quibus exponebat testificans regnum Dei, suadensque eis de Iesu ex Lege Moysi, & Prophetis à mane vsque ad vesperam.

Transl. ex Syriac.

3 *Tulit autem Paulus multa sarmenta, inque pyram imposuit, prodiit autem ex eis vipera pra calore ignis, ac momordit manum eius.*

4 *Quam quum vidissent Barbari pendentem ex ipsius manu, dicebant: Forsitan homo iste homicida est, quem quum saluus euaserit è mari, iustitia non sinit viuere.*

5 *Ipse vero Paulus sublata manu sua viperam, dejecit in ignem, nihilque aduersi ei contigit.*

6 *Putabant autem Barbari eo momento eum intumescere debere, mortuumque in terram casurum. Sed quum multum temporis expectassent, viderentque eum nihil aduersi pati, mutarunt sermones suos, & dicebant eum Deum esse.*

7 *Erant autem prædia eo ipso loco viro cuidam nomine Publio qui erat insulæ Princeps: isque excepit nos domi sua per triduum hilariter.*

8 *Caterum ipsius Publij pater febre, ac dolore visterum (dysenteria) laborabat. Proinde introyt ad eum Paulus, precesque fudit: & impositis ei manum suam, eumque sanitati restituit.*

9 *Hoc itaque peracto, cæteri quoque, qui in ea insula ægrotabant, accedebant ad eum, & sanabantur.*

10 *Proinde maximis honoribus nos honorarunt, quumque illinc progederemur, viaticum nobis suppeditarunt.*

11 * *Exiuimus autem tribus pòst mensibus, & nauigauimus naui Alexandrina, quæ hyemauerat in insula, eratque ei insigne Geminorum.* Romanis ir. post Pascha

12 *Porro venimus Syracusas vrbem, illicque mansimus triduum.*

13 *Illinc autem circumlegimus, & peruenimus Rhegium vrbem, & altero post die efflauit nos ventus Australis, secundoque venimus puteolos ciuitatem Italiæ.*

14 *Et inuenimus illic fratres, & efflagitarunt à nobis, vt apud se maneremus dies septem: tum demum profecti sumus Romam.*

15 *Quod quum auditione accepissent fratres, qui illic erant, exierunt nobis obuiam vsque ad plateam, quæ vocatur Appij forum, & vsque ad tres tabernas. Quumque vidisset eos Paulus, gratias egit Deo, & confirmatus est.*

16 *Et ingressi sumus Romam, permisitque Centurio Paulo vt habitaret quocumque vellet cum milite ipsum custodiente.*

17 *Triduo autem post misit Paulus conuocatum primores Iehoudæorum, ipsisque congregatis dixit. Viri fratres mei, ego quamvis nullo modo insurrexerim aduersus populum, aut legem patrum meorum, in vinculis traditus sum ex Ourischlem in manus Romanorum.*

18 *Et ipsi quum me interrogassent, volebant me dimittere, quippe qui in me culpam nullam dignam morte inuenissent.*

19 *Sed quum insurgerent aduersum me Iehoudæi, coactus sum clamare Cæsaris appellationem, non quasi habeam de quo accusem filios gentis meæ.*

20 *Propterea petij à vobis, vt veniretis, vt vos viderem, vobisque hoc renunciarem. Quandoquidem propter spem Israelis vinctus sum hac catena.*

21 *At illi dixerunt ei: Nos neque epistolam de te accepimus à Iehoudæa, neque quisquam ex fratribus, qui venerunt ab Ourischlem dixerunt nobis quicquam mali de te.*

22 *Velimus autem ex te audire, quod sentias: quoniam hanc doctrinam scimus à nemine recipi.*

23 * *Proinde constituerunt ei diem, & congregati sunt conueneruntque ad eum plurimi quo loci diuersabatur, & reuelauit eis regnum Dei, testificans & persuadens eis super Ieschua ex lege Mouschè, & ex Prophetis, à mane ad vsque vesperam.* Dominica xv. post Pentecosten

Et

Quidam

Transl. B. Ariæ Mont.

Congregante autem Paulo ſarmentorum multitudinem,& imponente ſuper pyram,vipera à calore exiens inuaſit manum eius.

Vt vero viderunt Barbari pendentem beſtiam de manu eius, dicebant ad inuicem:Omnino homicida eſt homo hic,quem ſaluum euaſum de mari, vltio viuere non ſinit.

Ille quidem ergo excutiens beſtiam in ignem paſſus eſt nullum malum.

Illi autem expectabant eum futurum intumeſcere,aut decidere repente mortuum in multo autem illis expectantibus, & videntibus nihil incõmodum in illum factum, mutati dicebant Deum eum eſſe.

In autem illis quæ circa locum illum erant prædia primario inſulæ, nomine Pũplio,qui ſuſcipiens nos tres dies amicè hoſpitio excepit.

Factum eſt autem patrem Publij febribus & dyſenteria detentum decumbere: ad quem Paulus ingreſſus,& precatus,imponens manus ei,ſanauit, eum.

Hoc ergo facto,& reliqui habentes infirmitates in inſula,accedebant,& curabantur.

Qui etiam multis honoribus honorauerunt nos, & nauigantibus impoſuerunt quæ ad vſum.

Poſt autem tres menſes nauigauimus in naui quæ hyemauerat in inſula Alexandrina, adſignata Caſtori & Polluci.

Et deuecti in Syracuſas,manſimus dies tres.

Vnde circumuenientes deuenimus in Rhegium: & poſt vnum diem adueniente Auſtro, ſecundantes venimus in Puteolos.

Vbi inuenientes fratres rogati ſumus apud eos manere dies ſeptem: & ſic in Romam venimus.

Et inde fratres audientes ea quæ de nobis,exierunt in occurſum nobis vſque ad Appij forum,& Tres tabernas. quos videns Paulus, gratias agens Deo,accepit fiduciam.

Cum autẽ veniſſemus in Romam cẽturio tradidit vinctos præfecto caſtrorũ: at Paulo permiſſum eſt manere per ſeipſum cum cuſtodiente ſe milite.

Factum eſt autem poſt dies tres conuocare Paulum exiſtentes Iudæorum primos.Conuenientibus autem eis, dicebat ad eos: Viri fratres, ego nihil contrariũ faciens populo,aut morib.patriis vinctus ex Hieroſolymis traditus ſũ in manus Romanorũ.

Qui examinantes me,voluerunt dimittere, propter nullam cauſam mortis eſſe in me.

Contradicentibus autem Iudæis,coactus ſum appellare Cæſarem,non quaſi gentem meam habens aliquid accuſare.

Propter hanc igitur cauſam rogaui vos videre, & alloqui. propter enim ſpem Iſrael catenam hanc circundatus ſum.

Illi autem ad eum dixerunt:Nos neque literas de te accepimus à Iudæa,neque aduenies aliquis fratrum nuntiauit,aut locutus eſt quid de te malum.

Digni ſumus autem à te audire quæ ſentis: de quidem enim ſecta hac notum eſt nobis, quia vbique contradicetur.

Conſtituentes autem illi diem,venerunt ad eum in hoſpitium plures;quibus exponebat, teſtificans regnum Dei,ſuadenſque eis ea, quæ de Ieſu exque lege Moyſi & Prophetis, à mane vſque ad veſperam.

Transl. Eraſm. Roterod.

3 *Cum congregaſſet autem Paulus ſarmentorum multitudinem,& impoſuiſſet in ignem,vipera è calore prorepens, inuaſit manum eius.*

4 *Vt vero viderunt Barbari pendentem beſtiam de manu eius,inter ſeſe dicebant:Omnino homicida eſt homo hic, quem ſeruatum è mari vltio non ſinit viuere.*

5 *Et ille quidem excuſſa vipera in ignem,mali nihil paſſus eſt.*

6 *At illi exiſtimabant futurum vt incenderetur,aut concideret repente mortuus.Diu autem illis expectantibus,& inuentibus nihil mali illi accedere, mutata mente dicebant eum eſſe deum.*

7 *In locis autem illis erant prædia primati inſulæ,nomine Publio,qui nos exceptos,triduo benigne tractauit hoſpitio,*

8 *Contigit autem patrem Publij febribus ac dyſenteria vexatum decumbere. Ad quem Paulus intrauit: & cum oraſſet impoſuiſſeque ei manus, ſanauit eum.*

9 *Hoc igitur facto,ceteri quoque qui habebant infirmitates in inſula,accedebant,& ſanabantur:*

10 *Qui etiam multis honoribus nos honorauerunt,& ſoluentibus impoſuerunt,quæ neceſſaria erant.*

11 *Poſt menſes autem tres nauigauimus in naui Alexandrina, quæ in inſula hyemauerat,cui erat inſigne Caſtor & Pollux.*

12 *Et cum veniſſemus Syracuſas,manſimus triduo.*

13 *Inde circumlegentes deuenimus Rhegium,& poſt vnum diem aſſlante auſtro, poſtridie venimus Puteolos.*

14 *Vbi repertis fratribus rogati ſumus manere apud eos dies ſeptem,& ſic venimus Romam,*

15 *Et inde cum audiſſent fratres de nobis prodierunt in occurſum nobis vſque ad Appij forum ac tres tabernas. Quos cum vidiſſet Paulus,gratijs actis deo,ſumpſit fiduciam.*

16 *Cum autem veniſſemus Romam, centurio tradidit vinctos principi exercitus.Permiſſum eſt autem Paulo,vt maneret ſolus cum cuſtodiente ipſum milite.*

17 *Poſt tertium autem diem conuocauit Paulus Iudæorum primores.Cumq; conuenirent,dicebat eis:Ego viri fratres cũ nihil fecerim aduerſus plebem, aut inſtituta maiorum, vinctus ab Hieroſolymis, traditus ſum in manus Romanorum.*

18 *Qui cum examinaſſent,voluerunt me dimittere, eo quod nulla eſſet cauſa mortis in me.*

19 *Sed contradicentibus Iudæis,coactus ſum appellare Cæſarem,non quaſi habeam de quo gentem meam accuſem.*

20 *Propter hanc igitur cauſam aduocaui vos, vt viderem & alloquerer.propter ſpem enim Iſraëlis catena hac circundatus ſum.*

21 *At illi dixerunt ad eum:Nos neque literas accepimus de te à Iudæa,neque aduentens aliquis fratrum nunciauit, aut locutus eſt aliquid de te mali,*

22 *Volumus autem ex te audire quæ ſentias.Nam de ſecta iſta notum eſt nobis,quod vbique ei contradicitur.*

23 *Cum conſtituiſſent autem illi diem, venerunt ad eum in hoſpitium complures,quibus exponebat teſtificans regnum dei,ſuadensq; eis de Ieſu ex lege Moſi & prophetis, à mane vſq; ad veſperam.*

Vulgat. Editio.

Et quidam credebant his, quæ dicebantur: quidam vero non credebant.

Cumque inuicem non essent consentientes, discedebant dicente Paulo vnum verbum: Quia bene Spiritus sanctus locutus est per Isaiam prophetam ad Patres nostros,

Isa. 6. 9. Mat. 13. 14. Dicens: * Vade ad populum istum, & dic ad eos: Aure audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non perspicietis.

Mat. 13. 15. Luc. 8. 10. Ioan. 12. 40 Ro. 11. 8. Incrassatum est enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos suos compresserunt: ne forte videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur, & sanem eos.

Notum ergo sit vobis, quoniam Gentibus missum est hoc salutare Dei, & ipsi audient.

Et cum hæc dixisset, exierunt ab eo Iudæi, multam habentes inter se quæstionem.

Mansit autem biennio toto in suo conducto: & suscipiebat omnes, qui ingrediebantur ad eum,

Prædicans regnum Dei, & docens quæ sunt de Domino Iesu Christo, cum omni fiducia, sine prohibitione.

Transl. ex Syriac.

Quidam autem ex eis assentiebantur sermonibus ipsius, alij verò non assentiebantur.

Caterum discesserant ab eo, quum discordes essent inter se, & dixisset eis ipsemet Paulus hoc verbum: Perbelle locutus est Spiritus sanctitatis per os Eschaio prophetæ aduersus patres vestros.

Dum dixit: Vade ad populum istum, & dic eis: Auditu audietis, & non intelligetis, vidabitisq; & non animaduertetis.

Tenebris enim offusum est cor populi istius, & auribus suis grauiter audierunt, & oculis suis conniuerunt: ne videant oculis suis, & audiant auribus suis, & intelligant corde suo, & conuertantur ad me, & remittam eis culpam.

Notum ergo sit vobis hoc, gentibus missam esse hanc redemptionem Dei, & illos quidem hanc audituros.

Conduxit autem sibi Paulus proprias ædes, in eisq; egit biennium: & illuc excipiebat eos omnes, qui ad ipsum veniebant.

Prædicabatq; de regno Dei, & docebat palàm de Domino nostro Ieschua Meschicho absque prohibitione.

Transl. B. Ariæ Mont.

Et hi quidam persuadebantur dictis, hi vero non credebant.

Discordes autem existentes adinuicem discedebant, dicente Paulo verbum vnum: Quia pulchrè Spiritus sanctus locutus est per Esaiam prophetam ad Patres nostros,

Dicens: Vade ad populum istum, & dic Auditu audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non cernetis.

Incrassatum est enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos suos compresserunt: ne quando videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur, & sanem eos.

Notum ergo sit vobis, quoniam Gentibus missum est salutare Dei, & ipsi audient.

Et hæc eo dicente, abierunt Iudæi, multam habentes in seipsis quæstionem.

Manfit autem Paulus biennio toto in proprio conducto: & suscipiebat omnes, qui ingrediebantur ad eum:

Prædicans regnum Dei, & docens ea quæ de Domino Iesu Christo, cum omni libertate, improhibitè.

Transl. Erasm. Roterod.

Et quidam credebant his quæ dicebantur, quidam vero non credebant.

Cumq; inter se non essent concordes: discedebant, vbi dixisset Paulus vnum verbum: Bene Spiritus sanctus locutus est per Esaiam prophetam ad patres nostros.

Dicens: Vade ad populum istum, & dic: Auribus audietis & non intelligetis, & videntes videbitis, & non perspicietis.

Incrassatum est enim cor populi huius, & auribus graviter audierunt, & oculos suos compresserunt: ne quando videant oculis & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur & sanem eos.

Notum ergo sit vobis, quod gentibus missum est hoc salutare dei, & ipsi audient.

Et cum hæc dixisset, exierunt ab eo Iudæi, multam habentes inter se disceptationem.

Mansit autem Paulus biennio toto in suo conducto, & suscipiebat omnes qui ingrediebantur ad ipsum,

Prædicans regnum dei, ac docens quæ sunt de domino Iesu, cum omni fiducia, nemine prohibente.

PRÆFATIO
S. HIERONYMI
PRESBYTERI,

In omnes Epistolas Beati Pauli Apostoli.

PRIMVM quæritur: Quare post euangelia, quæ supplementum Legis sunt, & in quibus nobis exempla & præcepta viuendi plenissimè digesta sunt: voluerit Apostolus has epistolas ad singulas Ecclesias destinare. Hac autem causa factum videtur, vt scilicet initia nascentis Ecclesiæ nouis causis existentibus præueniret, & vt præsentia atque orientia resecaret vitia, & post futuras excluderet quæstiones: exemplo prophetarum, qui post editam legem Moysi, in qua omnia Dei mandata legebantur, nihilominus tamen doctrina sua reditiua semper populi compressere peccata, & propter exemplum viuendi, libros ad nostram etiam memoriam transmiserunt. Deinde quæritur: Cur non amplius quàm decem epistolas ad Ecclesias scripserit. Decem sunt enim cum ea quæ dicitur ad Hebræos. Nam reliquæ quatuor ad discipulos specialiter sunt porrectæ. Vt ostenderet nouum nõ discrepare à veteri testamento, & se contra legem non facere Moysi ad numerum primorum decalogi mandatorum suas epistolas destinauit: & quot ille præceptis à Pharaone instituit liberatos, totidem hic epistolis à diaboli, & idolatriæ seruitute edocet acquisitos. Nam & duas tabulas lapideas duorum testamentorum figuram habuisse, viri eruditissimi tradiderunt. Epistolam sanè, quæ ad Hebræos scribitur, quidam Pauli non esse contendunt, eo quòd non sit eius nomine titulata, & propter sermonis stiliq́ue distantiam: sed aut Barnabæ iuxta Tertullianum, aut Lucæ iuxta quosdam, vel certè Clementis discipuli Apostolorum, & Episcopi Romanę Ecclesiæ post Apostolos ordinati. Quibus respondendum est: Si propterea Pauli non erit, quia eius non habet nomen: ergo nec alicuius erit, quia nullius nomine intitulatur. Quod si inconueniens absurdumq́ue est, ipsius magis esse credenda est, quæ tanto doctrinæ suæ fulget eloquio. Sed quoniam apud Hebræorum Ecclesias quasi destructor Legis falsa suspicione habebatur, voluit tacito nomine de figuris Legis, & veritate Christi reddere rationem, ne odium nominis in fronte prætitulati vtilitatem excluderet lectionis. Non est sanè mirum si eloquentior videatur in proprio, id est, in Hebræo, quàm in Peregrino, id est, in Greco, quo cæteræ epistolæ sunt scriptæ sermone. Mouet etiam quosdam quare Romanorum

epistola

epiſtola in primo ſit poſita, cum eam non primo ſcriptam ratio manifeſtet. Nam hanc ſe proficiſcentem Hieroſolymam ſcripſiſſe teſtatur, cum Corinthios, & alios iam ante vt miniſterium quod ſecum portaturus erat, colligerent; litteris adhortatus ſit. Vnde & intelligi quidam volunt, ita omnes epiſtolas ordinatas, vt prima poneretur, quamuis poſterior fuerit deſtinata, vt per ſingulas epiſtolas gradibus ad perfectiora veniretur. Romanorum namque pleriqne tam rudes erant, vt non intelligerent Dei ſe gratia, & non ſuis meritis eſſe ſaluatos, & ob hoc duo inter ſe populi conflictarent. Idcirco illos indigere aſſerit corrigi, vitia gentiliatis priora commemorans. Corinthijs autem iam dicit ſcientiæ gratiam eſſe conceſſam, & non tam omnes increpat, quam, cur peccantes non increpauerunt, reprehendit, ſicut ait. Auditur inter vos fornicatio. Et iterum: Congregatis vobis cum meo ſpiritu, tradere huiuſmodi Satanæ. In ſecunda vero laudantur, & vt magis, ac magis proficiant commonentur. Galatæ vero iam nullius criminis arguuntur, niſi hoc tantum, quod callidiſſimis Pſeudoapoſtolis crediderunt. Epheſij ſane nulla reprehenſione, ſed multa laude, ſunt digni, quia fidem Apoſtolicam ſeruauerunt. Philippenſes etiam multo magis collaudantur, qui nec audire quidem falſos Apoſtolos voluerunt. Theſſalonicenſes nihilominus in duabus epiſtolis omni laude proſequitur, eo quod non ſolum fidem incõcuſſam ſeruauerint veritatis, ſed etiam in perſecutione ciuium fuerint conſtantes inuenti. Coloſſenſes autem tales erant, vt cum ab Apoſtolo viſi corporaliter non fuiſſent, hac laude digni haberentur. Et ſi corpore, inquit, abſens ſum, ſed ſpiritu vobiſcum ſum gaudens, & videns ordinem veſtrum. De Hebræis vero quid dicendum eſt, quorum Theſſalonicenſes, qui plurimum laudati ſunt, imitatores facti eſſe dicuntur? Sicut ipſe ait: Et vos fratres imitatores facti eſtis Eccleſiarum Dei, quæ ſunt in Iudæa. Eadem enim paſſi eſtis, & vos à contribulibus veſtris, quæ & illi à Iudæis. Apud ipſos quoque Hebræos eadem commemorat, dicens: Nam & vinctis compaſſi eſtis, & rapinam bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis, cognoſcentes vos habere meliorem, & manentem ſubſtantiam.

EPISTOLÆ BEATI PAVLI APOSTOLI AD ROMANOS,

Vulgat. Editio.

CAPVT PRIMVM.

PAulus,seruus Iesu Christi, vocatus Apostolus,
*AA.13.2. * segregatus in Euangelium Dei,
Quod ante promiserat per Prophetas suos in Scripturis sanctis.
De Filio suo,qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem,
Qui prædestinatus est Filius Dei in virtute secundum Spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Iesu Christi Domini nostri:
Per quem accepimus gratiam,& Apostolatum ad obdiẽdũ fidei in omnib. Gẽtibus pro nomine eius.
In quibus estis & vos vocati Iesu Christi:

Omnibus qui sunt Romæ,dilectis Dei, vocatis sanctis. Gratia vobis,& pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo.
Primum quidem gratias ago Deo meo per Iesum Christum pro omnibus vobis:quia fides vestra annunciatur in vniuerso mundo.
Testis enim mihi est Deus, cui seruio in spiritu meo in Euangelio Filij eius,quod sine intermissione memoria vestri facio.
Semper in orationibus meis:obsecrans,si quomodo tandem aliquando prosperum iter habeam in voluntate Dei veniendi ad vos.
Desidero enim videre vos:vt aliquid impertiar vobis gratiæ spiritualis ad confirmandos vos:
Id est,simul consolari in vobis per eam,quæ inuicem est,fidem vestram,atque meam.
Nolo autem vos ignorare fratres:quia sæpe proposui venire ad vos,(& prohibitus sum vsque adhuc)vt aliquem fructum habeam & in vobis, sicut & in ceteris Gentibus.
Græcis ac Barbaris,sapientibus, & insipientibus debitor sum:
Ita(quod in me)promptum est & vobis, qui Romæ estis,euangelizare.
Non enim erubesco Euangelium. Virtus enim Dei est in salutem omni credenti,Iudæo primum, & Græco.
Iustitia enim Dei in eo reuelatur ex fide in fidem:
Heb.1.4 Heb.10. 38. Gal.3.11. sicut scriptum est: Iustus autem ex fide viuit.
Reuelatur enim ira Dei de cælo super omnẽ impietatem,& iniustitiam hominum,eorum,qui veritatem Dei iniustitia detinent:
Quia quod notum est Dei,manifestum est in illis.Deus enim in illis manifestauit.
Inuisibilia enim ipsius,à creatura mundi,per ea quæ facta sunt,intellecta,conspiciuntur:sempiterna quoque eius virtus,& diuinitas:ita vt sint inexcusabiles.
*Eph.4. 17. *Quia cum cognouissent Deum,non sicut Deum glorificauerunt,aut gratias egerunt: sed euanuerunt in cogitationibus suis,& obscuratum est insipiens cor eorum:
Dicentes enim se esse sapientes,stulti facti sunt.

EPISTOLÆ BEATI PAVLI APOSTOLI AD ROMANOS,

Transl. ex Syriac.

CAPVT PRIMVM.

PAulus seruus Ieschua Meschicho vocatus,& Apostolus, separatus ad Euangelium Dei,
Quod ante promiserat per Prophetas suos in Scripturis sanctis.
De Filio illo suo(qui natus est secundum carnem ex semine domus Dauid,
Et agnitus Filius Dei in virtute,& Spiritu sancto, qui resurrexit à mortuis,)nempe Ieschua Meschicho Domino nostro.
Per quem accepimus gratiam, & Apostolatum inter omnes gentes, vt obediant fidei nominis ipsius,
Ex quibus, & vos vocati estis per Ieschua Meschicho:

Omnibus qui Romæ estis,dilectis Dei vocatis,& sanctis Pax & gratia vobiscum sit à Deo Patre nostro Ieschua Meschicho.
In primis gratias ago Deo meo per Ieschua Meschicho vestrum omnium causa,quod fides vestra audiatur in vniuerso mundo.
Testis est enim mihi Deus,cui seruio spiritu in Euangelio Filij ipsius,quod absque cessatione semper memnerim vestri in precibus meis.
Rogoque vt si tandem aperiatur mihi via voluntate Dei,veniam ad vos.

Quandoquidem vehementer opto videre vos vt largiar vobis donum spiritus quo stabiliamini:
Simulque consolationem capiamus fide vestra meaque.

Feria sexta ante dom. septuagesimæ.
Velim autem sciatis fratres mei;me multoties desiderasse venire ad vos sed prohibitum fuisse etiam nunc, vt etiam inter vos fructum haberem, sicut & inter ceteras Gentes.
Græcis & Barbaris,sapientibus,& stultis,quoniam omni homini debitor sum ad prædicandum.
Itaque diligenter satago,vt vobis quoque, qui Romæ estis,euangelizem.
Non enim pudet me Euangelij,quoniam virtus Dei est ad salutem omnibus in ipsum credentibus,siue ex Iehoudais primum,siue etiam ex Aramæis Gentilibus.
Iustitia enim Dei per illud reuelatur ex fide in fidem:sicut scriptum est:Iustus ex fide viuet,
Siquidem reuelata est ira Dei è cœlo aduersus omnem iniquitatem,& impietatem hominum illorum,qui veritatem iniquitate detinent.
Quia cognitio Dei patefacta est in ipsis.Deus enim patefecit in eis.
Recondita enim Dei à iactis mundi fundamentis ex ipsius creatione intellectu conspiciuntur cum eius potestas, tum eius diuinitas æterna,ita vt sint absq; prolatione Spiritus excusatione.
Quippe qui Deum cognouerint, non autem vt Deum glorificauerunt eum,nec ei gratias egerunt;sed inanes facti sunt in cogitationibus suis,ac tenebris obductum est cor eorum desipiens.
Quumque animo suo reputarent se esse sapientes,ipsi insanierunt.

EPISTOLÆ BEATI PAVLI APOSTOLI AD ROMANOS,

Transl. B. Ariæ Mont.

CAPVT PRIMVM.

PAulus, seruus Iesu Christi, vocatus Apostolus, discretus in Euangelium Dei,
Quod ante promiserat per Prophetas suos in Scripturis sanctis.
De Filio suo, facto ex semine Dauid secundum carnem.
Illo definito Filio Dei in virtute secundum Spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Iesu Christi Domini nostri:
Per quem accepimus gratiam, & Apostolatum ad obediẽtiã fidei in omnib. Gẽtib. pro nomine eius.
In quibus estis & vos vocati Iesu Christi:

Omnibus existentibus in Roma, dilectis Dei, vocatis sanctis, gratia vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo.
Primum quidem gratias ago Deo meo per Iesum Christum pro omnibus vobis: quia fides vestra annunciatur in vniuerso mundo.
Testis enim meus est Deus, cui seruio in spiritu meo in Euangelio Filij eius, vt indefinenter memoriam vestri facio.
Semper in orationibus meis: obsecrans, si quomodo tandem aliquando prosperum iter habeam in voluntate Dei venire ad vos.
Desidero enim videre vos: vt aliquid impertiar donum vobis spirituale ad stabiliri vos:
Hoc autem est, simul exhortari in vobis per eam, quæ inuicem fidem vestram, atque meam.
Non volo autem vos ignorare fratres: quia sæpe proposui venire ad vos, & prohibitus sum vsque adhuc, vt fructum aliquem habeam in vobis, sicut & in ceteris Gentibus.
Græcisque ac Barbaris, sapientibusque, & insipientibus debitor sum:
Ita quod in me promptum, & vobis, qui in Roma euangelizare.
Non enim erubesco Euangelium Christi: Virtus enim Dei est in salutem omni credenti, Iudæoque primum & Græco.
Iustitia enim Dei in eo reuelatur ex fide in fidem, sicut scriptum est: At Iustus ex fide viuet.
Reuelatur enim ira Dei de cælo super omnẽ impietatem & iniustitiam hominum, eorum, veritatem in iniustitia detinentium,
Propter quod notum Dei, manifestum est in illis: nam Deus illis manifestauit.
Nam inuisibilia ipsius, à creatura mundi factis intellecta, conspiciuntur, ipsaque sempiterna eius virtus, & diuinitas, ad esse eos inexcusabiles.

Quoniam cognoscentes Deum, non sicut Deum glorificauerunt aut gratias egerunt: sed euanuerunt in ratiocinationibus suis, & obscuratum est insipiens eorum cor:
Dicentes esse sapientes, stulti facti sunt.

EPISTOLÆ BEATI PAVLI APOSTOLI AD ROMANOS,

Transl. Erasm. Roterod.

CAPVT PRIMVM.

1 *PAulus seruus Iesu Christi vocatus ad munus Apostolicum segregatus in euangelium dei,*
2 *Quod ante promiserat per prophetas suos, in scripturis sanctis,*
3 *De Filio suo, qui gentius fuit ex semine Dauid, secundum carnem,*
4 *Qui declaratus fuit Filius dei potentia, secũdum Spiritum sanctificationis, ex eo quod resurrexit è mortuis Iesus Christus Dominus noster.*
5 *Per quẽ accepimus gratiã ac muneris apostolici functionẽ vt obediatur fidei inter omnes gentes, super ipsius nomine.*
6 *Quorum de numero estis & vos, vocati Iesu Christi.*

7 *Omnibus qui Romæ estis dilectis dei vocatis sanctis, gratia vobis & pax à deo patre nostro Iesu Christo.*
8 *Primum quidem gratias ago deo meo per Iesum Christum super omnibus vobis, quod fides vestra annunciatur in toto mundo.*
9 *Testis enim mihi est deus, quem colo spiritu meo in euangelio filij ipsius, quod indesinenter mentionem vestri faciam,*
10 *Semper in precibus meis orans, si quo modo tandem aliquando prosperum iter contingat, volente deo, vt veniam ad vos.*
11 *Desidero enim videre vos, vt aliquod impertiar vobis donum spirituale, quo confirmemini:*
12 *Hoc est, vt communem capiam consolationem in vobis, per mutuam fidem, vestram simul & meam.*
13 *Nolo autem vos ignorare fratres, quod sæpe proposueram venire ad vos licet præpeditus fuerim ad hunc vsque diẽ, quo fructum aliquem haberem inter vos quoq́, quemadmodum & inter reliquas gentes.*
14 *Græcis simul & barbaris eruditis pariter ac rudibus, debitor sum.*
15 *Ita quantum in me est, paratus sum vobis quoque qui Romæ estis, euangelizare.*
16 *Non enim me pudet euangelij Christi. Potentia siquidem est dei, ad salutem omni credenti, Iudæo primum simul & Græco.*
17 *Iustitia enim Dei per illud patefit ex fide in fidem: sicut scriptum est: Iustus autem ex fide viturus est.*
18 *Palam fit enim ira dei de cælo aduersus omnem impietatem, & iniustitiam hominum, qui veritatem in iniustitia detinent.*
19 *Propterea quod id quod de deo cognosci potest, manifestum est in illis. Deus enim illis patefecit.*
20 *Siquidem quæ sunt inuisibilia illius, ex creatione mundi, dum per opera intelliguntur, perueniuntur ipsaq́, eterna eius potentia ac diuinitas, in hoc, vt sint inexcusabiles,*

21 *Propterea quod cum deum cognouerint, non vt deum glorificauerunt, neque grati fuerunt, sed frustrati sunt per cogitationes suas, & obtenebratum est insciens cor eorum.*
22 *Cum se crederent esse sapientes, stulti facti sunt,*

Vulgat. Editio.

Et mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum,& quadrupedum,& serpentium.

Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum,in immunditiam:vt contumelijs afficiant corpora sua in semetipsis.

Qui commutauerunt veritatem Dei in mendacium:& coluerunt,& seruierunt creaturæ potius quam Creatori,qui est benedictus in sæcula.Amen.

Propterea tradidit illos Deus in passiones ignominiæ.Nam fœminæ eorum immutauerunt naturalem vsum in eum vsum,qui est contra naturã.

Similiter autem & masculi,relicto naturali vsu fœminæ , exarserunt in desideriis suis in inuicem, masculi in masculos turpitudinem operantes , & mercedem,quam oportuit,erroris sui in semetipsis recipientes.

Et sicut non probauerunt Deum habere in notitia:tradidit illos Deus in in reprobum sensum: vt faciant ea,quæ non conueniunt.

Repletos omni iniquitate,malitia, fornicatione, auaritia,nequitia,plenos inuidia,homicidio, contentione,dolo,malignitate , susurrones.

Detractores,Deo odibiles,contumelioſos,superbos,elatos,inuentores malorum , parentibus non obedientes.

Insipientes,incompositos,sine affectione, absque fœdere,sine misericordia.

Qui cum iustitiam Dei cognouissent, non intellexerunt:quoniam qui talia agunt,digni sunt morte:& non solum qui ea faciunt,sed etiam qui consentiunt facientibus.

CAP. II.

PRopter quod inexcusabilis es ô homo omnis, qui iudicas. * In quo enim iudicas alterum,teipsum condemnas:Eadem enim agis,quæ iudicas.

Scimus enim quoniam iudicium Dei est secundum veritatem in eos,qui talia agunt.

Existimas autem hoc ô homo,qui iudicas eos,qui talia agunt, & facis ea , quia tu effugies iudicium Dei?

An diuitias bonitatis eius,& patientiæ,& longanimitatis contemnis?ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit?

Secundum autem duritiam tuam , & impœnitens cor,thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei.

* Qui reddet vnicuique secundum opera eius:

Ijs quidem,qui secundum patientiam boni operis,gloriam,& honorem,& incorruptionem quærunt,vitam æternam:

Ijs autem,qui sunt ex contentione , & qui non acquiescunt veritati,credunt autem iniquitati,ira, & indignatio.

Tribulatio,& angustia in omnem animam hominis operantis malum,Iudæi primum,& Græci:

Gloria autem,& honor,& pax omni operanti bonum,Iudæo primum,& Græco:

*Non enim est acceptio personarum apud Deum.

Quicumque enim sine lege peccauerunt,sine lege peribunt: & quicumque in lege peccauerunt per legem iudicabuntur:

Transl. ex Syriac.

Et mutauerunt gloriam Dei corruptionis expertis, in similitudinem imaginis hominis corruptioni obnoxij, & in similitudinem volucrium,& quadrupedum, ac reptilium terræ.

Propterea tradidit eos Deus cupiditatibus impuris cordium ipsorum,vt ignominia afficerent corpus suum inter se.

Perrò commutarunt veritatem Dei in mendacium: & reueriti sunt,& seruierunt creaturis potius quam Creatori earum, cui sint laudes & benedictiones in saculum seculorum. Amin.

Propterea tradidit eos Deus perturbationibus ignominiosis. Quandoquidem fœminæ eorum mutarunt vsum suum rectum,& quod rectum non est vsurparunt. Quidã

Et rursus masculi quoque eorum,similiter reliquerunt rectum vsum fœminarum, libidine& prurierunt alius in alium,& masculi in masculos pudenda perpetrarunt.proinde retributionem erroris suo iustè debitam in semetipsos receperunt.

Et quemadmodum non iudicarunt apud se, vt cognoscerent Deum,ita tradidit eos Deus in notitiam vanam,vt agerent,quæ non oportebat.

Repleti omni iniquitate , & scortationibus, & amarulentia,& malitia,& contumelia,& liuore,& cæde,& furore,& fraude,& pessimis cogitationibus:

Et murmuratione,& obtrectatione,& Dei osores,contumelioſi, tumidi,superbi,inuentores malorum , rationis experies, qui parentibus suis immorigeri sunt.

Item cum quibus nullum est certum fœdus, nulla charitas;nulla pax,nulla denique misericordia in eis.

Qui quum norint iudicium Dei , quod eos qui talia perpetrant ad mortem damnat : non solum ea peragunt, sed etiam associantur ijs,qui ea faciunt.

CAP. II.

QVamobrem omni excusatione caret ô homo , qui condemnas proximum. Etenim hoc ipsum quod condemnas proximum tuum,teipsum peragis reũ: quandoquidẽ in ea etiam, quæ damnas tu ipse reuelueris.

Porrò scimus iudicium Dei esse cum veritate aduersus eos,qui in his versantur.

Quid autem cogitas ô homo iudicans eos , qui in his versantur,quum tu quoque in ijsdem versẽris? te effugere iudicium Dei?

An contra diuitias dulcedinis eius , & contra longanimitatem eius,atque contra locum quem dedit tibi (tolerantiam) *audes? & ignoras te Dei clementia ad pœnitentiam deduci?*

Sed propter duritiam cordis tui quod non respiscit ,reponis tibi thesaurum ira in diem indignationis , & reuelationis iusti iudicij Dei.

Qui quidẽ rependit vnicuiq; secundum opera ipsius?

Iis quidem,qui in perseuerantia boni operis gloriam,& honorem,& incorruptionem expetunt,his inquam dabit vitam aternam:

Iis vero,qui calumniatores sunt, nec acquiescunt veritati,sed iniquitati obtemperant , rependet iram, & furorem.

Et oppressionem,& cruciatum cuius homini scelera perpetranti, Iihoudais primum,tum Araméis (Gentilibus.)

Gloriam vero, & honorem , & pacem cuilibet operanti bona Iihoudais primum,tum Gentilibus.

Non est enim acceptio facierum (delectus personarum) *apud Deum.*

Ii siquidem qui sine lege peccauerint , sine lege quoque peribunt:illi autem qui in lege peccauerunt , à lege condemnabuntur.

*Mat.7.1 *Mat.16.27. *Deut.16.17. 2.Par.19.7. Iob.34.19 Act.10.34 Mat.7.21 *Seriv. terdigitatum.

Transl. B. Ariæ Mont.

Et mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in 23
similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & reptilium.

Quapropter & tradidit illos Deus in desideria 24
cordium eorum in immunditiam, ad dedecore afficiendum corpora sua in semetipsis.

Qui comutauerunt veritatem Dei in menda- 25
cium, & coluerunt & seruierunt creaturæ præter creatorem, qui est benedictus in secula. Amen.

Propter hoc tradidit illos Deus in passiones ig- 26
nominiæ. ipsęque enim fœminæ eorum immutarunt naturalem vsum in eum qui contra natura.

Similiter & masculi, relinquentes naturalem 27
vsum fœminæ exarserunt in libidine sua in inuicem, masculi in masculos turpitudinem operantes, & mercedem quam oportuit, erroris sui in semetipsis recipientes.

Et sicut non probauerunt Deum habere in noti- 28
tia, tradidit illos Deus in reprobum sensum, facere ea quæ non conuenientia:

Repletos omni iniustitia, fornicatione, nequitia, 29
auaritia, malitia, plenos inuidia, cæde, contentione dolo, malignitate, susurrones:

Detractores, Deo odibiles, contumeliosos, super- 30
bos, arrogantes, inuentores malorum, parentibus inobedientes,

Insipientes, incompositos, inaffectibiles, infœde- 31
rabiles, immisericordes.

Qui ius Dei cognoscentes, quoniam talia agen- 32
tes digni morte sunt, non solum ea faciunt, sed etiam consentiunt facientibus.

CAP. II.

IDeo inexcusabilis es ô homo omnis iudicans, in 1
quo enim iudicas alterum, teipsum condemnas: nam eadem agis iudicans.

Scimus autem quoniam iudicium Dei est secun- 2
dum veritatem in eos qui talia agentes.

Existimas autem hoc, ô homo iudicans eos qui 3
talia agentes, & faciens ea quia tu effugies iudicium Dei?

An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longa- 4
nimitatis contemnis, ignorans quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit?

Secundum autem duritiam tuam, & impœni- 5
tens cor, thesaurizas tibiipsi iram in die iræ, & reuelationis, & iusti iudicij Dei.

Qui reddet vnicuique secundum opera eius. 6

Ijs quidem secundum permanentiam operis bo- 7
ni gloriam, & honorem, & incorruptionem inquirentibus, vitam æternam.

Ijs autem ex contentione, & incredulis quidem 8
veritati, credentibus autem iniustitiæ, indignatio & ira.

Tribulatio & angustia in omnem animam ho- 9
minis operantis malum, Iudæique primũ & Græci.

Gloria autem & honor, & pax omni operanti 10
bonum Iudæoque primum & Græco,

Non enim est acceptio personarum apud Deum. 11

Quicunque enim sine lege peccauerunt, sine lege 12
& peribunt. & quicunque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur.

Transl. Erasm. Roterod.

Mutauerunt & gloriam immortalis Dei, per imaginem, non solum ad mortalis hominis similitudinem efficiam, verumetiam volatilium & quadrupedum & reptilium.

Quapropter tradidit illos Deus per cupiditates cordium suorum, in immunditiam, vt ignominia afficiant corpora sua, inter se mutuo.

Qui commutarunt veritatem eius mendacio, & venerati sunt coluerunt & ea quæ condita sunt, supra eum qui condidit, qui est laudandus in secula Amen.

Quamobrem tradidit eos Deus in cupiditates ignominiosas. Nam & fœminæ illorum mutauerunt naturalem vsum, in eum qui est præter naturam.

Similiter & Masculi, relicto naturali vsu fœminæ, exarserunt per appetentiam sui, alius in alium, masculi in masculos fœditatem perpetrantes, & pramium quod oportuit erroris sui in sese recipientes.

Et quemadmodum non probauerunt, vt Deum agnoscerent: ita tradidit eos Deus in reprobam mentem, vt facerent, quæ non conueniebat,

Replet omni iniustitia, scortatione, versutia, auaritia malitia, pleni inuidia, cæde, contentione, dolo, malis praditi moribus, susurrones,

Obtrectatores, Dei osores, contumeliosi, elati, glorioſi, excogitatores malorum, parentibus immorigeri.

Expertes intelligentiæ, pactorum haud quaquam tenaces, alieni à charitatis affectu, nescij fœderis, immisericordes,

Qui cum Dei iustitiam nouerint, nempe quod ij qui talia faciunt, digni sint morte: non solum ea faciunt, verum etiam assentiuntur ijs, qui faciunt.

CAP. II.

QVapropter inexcusabilis es ô homo, quisquis es qui iudicas. Nam hoc ipso quod iudicas alterum, teipsum condemnas. Eadem enim facis tu, qui iudicas

Scimus autem quod iudicium Dei est secundum veritatem aduersus eos qui talia agunt.

Cogitas autem hoc ô homo, qui iudicas eos qui talia faciunt, & facis eadem, quod tu suffugies iudicium Dei?

Aut diuitias bonitatis illius, ac tolerantiæ, lenitatisque contemnis, ignorans, quod bonitas Dei ad pœnitentiam te inuitat?

Sed iuxta duritiam tuam, & cor pœnitere nescium, colligis tibiipsi iram in die iræ, quo pateſiet iustum iudicium Dei,

Qui redditurus est vnicuique iuxta facta sua.

His quidem qui perseuerantes in benefaciendo, gloriam & honorem & immortalitatem quærunt, vitam æternam:

Iis vero qui sunt contentiosi, & qui veritati quidem non obtemperant, sed obtemperant iniustitiæ, ventura est indignatio & ira.

Afflictio, & anxietas, aduersus omnem animam hominis perpetrantis malum, Iudei primum simul & Græci.

Gloria vero & honor & pax omni operanti bonum, Iudæo primum simul & Græco.

Non enim est personarum respectus apud Deum.

Quicunque enim sine lege peccauerunt, sine lege & peribunt: & quicunque in lege peccauerunt per legem iudicabuntur.

Vulgat. Editio.

*Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. 13

Cum enim gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt, faciunt, eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex: 14

Qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus, 15

In die cum iudicabit Deus occulta hominum secundum Euãgelium meum per Iesum Christum. 16

Si autem tu Iudæus cognominaris, & requiescis in lege, & gloriaris in Deo, 17

Et nosti voluntatem eius, & probas vtiliora, instructus per legem. 18

Confidis teipsum esse ducem cæcorum, lumen eorum qui in tenebris sunt, 19

Eruditorem insipientium, magistrum infantium habentem formam scientiæ & veritatis in lege. 20

Qui ergo alium doces, teipsum non doces: qui prædicas non furandum, furaris: 21

Qui dicis non mœchandum, mœcharis: qui abominaris idola, sacrilegium facis? 22

Qui in lege gloriaris, per prævaricationem legis Deum inhonoras. 23

(*Nomen enim Dei per vos blasphematur inter Gentes, sicut scriptum est.) 24

Circuncisio quidem prodest, si legem obserues: si autem prævaricator legis sis, circuncisio tua præputium facta est. 25

Si igitur præputiũ iustitias legis custodiat, nonne præputiũ illius in circuncisionem reputabitur? 26

Et iudicabit id quod ex natura præputium, legem consummans, te, qui per literam & circuncisionem prævaricator legis es? 27

Non enim qui in manifesto, Iudæus est: neque quæ in manifesto in carne, circuncisio. 28

Sed qui in abscondito, Iudæus est: & circuncisio cordis in spiritu, non litera, cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est. 29

CAP. III.

QVid ergo amplius Iudæo est? aut quæ vtilitas circuncisionis? 1

Multum per omnem modum. primum quidem quia credita sunt illis eloquia Dei. 2

Quid enim, si quidã illorũ nõ crediderunt? *Nũquid incredulitas illorũ fidẽ Dei euacuabit? Abſit. 3

* Est autem Deus verax, omnis autem homo mendax, sicut scriptum est, * Vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. 4

Si autem iniquitas nostra iustitiam Dei commendat, quid dicemus? Numquid iniquus est Deus, qui infert iram? 5

(Secundum hominem dico.) Abſit. alioquin quomodo iudicabit Deus hunc mundum? 6

Si enim veritas Dei in meo mendacio abundauit in gloriam ipsius, quid adhuc & ego tanquam peccator iudicor? 7

Et non (sicut blasphemamur, & sicut aiunt quidam nos dicere) faciamus, mala, vt veniant bona: quorum damnatio iusta est. 8

Quid ergo præcellimus eos? Nequaquam. * Causati enim sumus Iudæos, & Græcos, omnes sub peccato esse: 9

Sicut scriptum est: * Quia non est iustus quisquam. 10

Transl. ex Syriac.

Non enim auditores legis iusti sunt coram Deo, sed qui legem præstant, iustificantur. 13

* *Si enim Gentes legem non habentes ex natura sua præstiterint legem, hi quum Legem non habeant, sibiipsis sunt lex.* 14

Et hi ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis & testimonium reddit eis ipsorum conscientia, cogitationibus eorum mutuo sese accusantibus, aut excusantibus, 15

In die quo iudicabit Deus hominum recondita secundum Euangelium meum per Ieschua Meschicho. 16

Et vero tu qui Iihoudæus vocaris, & quietem tibi polliceris (acquiescis) *in lege, & tete in Deo effers,* 17

Vt qui noris voluntatem eius, & discernis vtilia, quum edoctus sis ex lege. 18

Confidisq; de teipso te esse ducem cæcorum, & lucem eorum qui sunt in tenebris. 19

Et eruditorem rationis expertium, ac doctorem puerorum, quod habeas informationem scientiæ, & veritatis in lege. 20

Tu tamen qui doces alium, non teipsum doces, & qui prædicas non furandum, tu furaris, 21

Quiq; dicis non mœchandum, tu mœcharis; tuque qui execraris Idola, diripis eadem sacram. 22

Tu quoque, qui tete effers lege, eo ipso quod transgrederis legem: Deum ignominia afficis. 23

Etenim nomen Dei propter vos blasphematur inter Gentes, sicut scriptum est. 24

Nam circuncisio prodest si legem adimpleueris, sin autem transgrediaris legem circuncisio tua facta est præputium. 25

Quod si præputium seruauerit præcepta legis, nonne præputium reputabitur ei pro circuncisione. 26

Itaq; præputium, quod ex natura sua præstat legem, condemnabit te, qui per scripturam & circuncisionem transgressor es legis. 27

* *Non qui palam est, Iihoudæus est, nec etiam ea, quæ conspicitur in carne, circuncisio.* 28

Sed is demum Iihoudæus est, qui est in abdito: & ea circuncisio, quæ cordis est spiritu, non autem scriptura, cuius gloria non est ex hominibus, sed ex Deo. 29

CAP. III.

QVæ est igitur excellentia Iihoudæi? aut quæ est vtilitas circuncisionis? 1

Multum per omnem modum. In primis quod concrediti sint eis sermones Dei. 2

Si enim ex eis nonnulli increduli fuerunt: nunquid incredulitate fidem Dei otiosam reddiderunt? Absit. 3

Siquidem Deus verax, est: omnis autem homo mendax, sicut scriptum est: Vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum tu iudicaris. 4

Sed si iniquitas nostra iustitiam Dei confirmat, quid dicemus? num iniquus Deus, qui inferat iram suam? 5

(Tanquam homo loquor.) Absit: alioquin quomodo iudicabit Deus mundum? 6

Si enim veritas Dei abundat per mendacium meum ad laudem ipsius: cur igitur ego quasi peccator condemnabor? 7

Aut nunquid vt quidam obtrectant nobis, aiuntq; nos dicere, faciamus mala, vt veniant bona? quorum damnatio seruatur ad iustitiam. 8

Quid igitur præstantia obtinebimus, qui iam ante determinauimus de Iihoudæis & Gentilibus, nempe omnes esse sub peccato? 9

Prout scriptum est: Non est iustus, ne vnus quidem, 10

---

*Rom. 1. 18.

*Quotidie.

*Esa. 52. 5 Ezec. 36. 20.

*2. Tim. 2. 13. *1 Io 3. 33. Psal. 115. 11 *Psal. 50. 6

*Gal. 3. 22.

*Psal. 13. 4.

*Lectio quotidiana.

Transl. B. Ariæ Mont.

Non enim auditores legis iusti apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. 13

Cum enim gentes quæ non legem habentes, natura ea quæ legis, faciunt, eiusmodi legem non habentes, sibiipsi sunt lex. 14

Qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, conteſtante ipſorum conſcientia, & inter se inuicem cogitationum accusantium, aut etiam defendentium: 15

In die cum iudicabit Deus occulta hominum secundum Euãgelium meum per Iesum Christum. 16

Ecce tu Iudæus cognominaris, & requiescis legi, & gloriaris in Deo: 17

Et nosti voluntatem, & probas differentia, instructus ex lege. 18

Confidisque teipsum ducem esse cæcorum, lumen eorum qui in tenebris: 19

Eruditorem insipientium, magistrum infantium habentem formam scientiæ & veritatis in lege. 20

Ergo docens alium teipsum non doces? prædicans non furari, furaris? 21

Qui dicens non mœchari mœcharis? abominans idola, sacrilegium facis? 22

Qui in lege gloriaris, per transgressionem legis Deum inhonoras? 23

Ipsum enim nomen Dei per vos blasphemauit in Gentibus sicut scriptum est. 24

Circumcisio quidem enim prodest, si legem obserues: si autem transgressor legis sis, circumcisio tua præputium facta est. 25

Si igitur præputiũ iustitias legis custodiat, nonne præputiũ illius in circumcisionem reputabitur? 26

Et iudicabit id quod ex natura præputium, legem consummans, te per literam & circumcisionem transgressorem legis? 27

Non enim qui in manifesto, Iudæus est: neque quæ in manifesto in carne, circumcisio. 28

Sed qui in abscondito, Iudæus: & circumcisio cordis in spiritu non litera, cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo. 29

CAP. III.

QVid ergo præstans Iudæo? aut quæ vtilitas circumcisionis? 1

Multum per omnem modum. primum quidem enim, quia & credita sunt eloquia Dei. 2

Quid enim, si nõ crediderunt quidam, num incredulitas illorũ fidem Dei inutilem reddet? ne fiat. 3

Esto autem Deus verax, omnis autem homo mendax. sicut scriptum est, Vt vtiqüe iustificeris in sermonibus tuis, & vincas in iudicari te. 4

Si autem iniquitas nostra Dei iustitiam commendat, quid dicemus? Num iniustus Deus, inferens iram? 5

(Secundum hominem dico.) Ne fit. alioquin quomodo iudicabit Deus mundum? 6

Si enim veritas Dei in meo mendacio abũdauit in gloriam ipsius, quid adhuc & ego tanquam peccator iudicor? 7

Et non (sicut blasphemamur, & sicut aiũt quidam nos dicere) quia faciamus mala, vt veniant bona: quorum damnatio iusta est. 8

Quid ergo præcellimus? non omnino. præcausati sumus enim Iudæosq; & Græcos, omnes sub peccato esse: 9

Sicut scriptum est, Non est iustus, neq; vnus. 10

Transl. Erasm. Roterod.

Non enim qui audiunt legem, iusti sunt apud Deum; sed qui legem factis exprimunt, iusti habebuntur. 13

Nam cum gentes quæ legem non habent, naturæ quæ legis sunt, fecerint, ea legem non habentes sibipsis sunt lex. 14

Qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis simul attestante illorum conscientia, & cogitationibus inter se accusantibus, aut etiam excusantibus, 15

In eo die, cum iudicabit Dominus occulta hominum, iuxta euangelium meum per Iesum Christum. 16

Ecce tu Iudæus cognominaris, & acquiescis in lege, & gloriaris in Deo, 17

Et nosti voluntatem, ac probas eximia, institutus ex lege, 18

Confidisq; teipsum ducem esse cæcorum, lumen in tenebris versantium. 19

Eruditorem insipientium, doctorem imperitorum, habentem formam cognitionis ac veritatis per legem. 20

Qui igitur doces alium, teipsum non doces. qui prædicas non furandum, furaris, 21

Qui dicis non adulterandum, adulterium committis. qui execraris simulacra, sacrilegium admittis: 22

Qui de lege gloriaris, per legis transgressionem deum dehonestas? 23

Nam nomen dei propter vos male audit inter gentes: quemadmodum scriptum est. 24

Nam circumcisio quidem prodest, si legem seruaris. Quod si transgressor legis fueris, circumcisio tua in præputium versa est. 25

Ergo si præputium iustificationes legis seruauerit, nonne præputium illius pro circumcisione imputabitur? 26

Et iudicabit quod est ex natura præputium, si legem seruauerit, te qui per literam & circumcisionem transgressor es legis? 27

Non is qui in manifesto Iudæus sit, Iudæus est: nec ea quæ in manifesto fit carnis circumcisio, circumcisio est: 28

Sed qui in occulto Iudæus fuerit, is Iudæus est: & circumcisio cordis circumcisio est, quæ spiritu constat, non litera: cuius laus non ex hominibus est, sed ex deo. 29

CAP. III.

Quid igitur habet in quo præcellat Iudæus? aut quæ utilitas circumcisionis? 1

Multum per omnem modum. Nam primum quidem illud, quod illis commissa sunt oracula dei. 2

Quid enim, si quidam fuerunt incredulæ? Num incredulitas illorum fidem dei faciet irritam? Absit. 3

Imo si deus verax, omnis autem homo mendax. Quemadmodum scriptum est: Vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. 4

Quod si iniustitia nostra, dei iustitiam commendat, quid dicemus? Num iniustus deus, qui inducat iram. 5

Humano more loquor. Absit. Nam quomodo iudicabit deus mundum? 6

Etenim si veritas dei per meum mendacium excelluit, in gloriam ipsius, quid posthac & ego veluti peccator iudicor? 7

Ac non potius (quemadmodum de nobis male loquuntur & sicut quidam aiunt nos dicere) faciamus mala, vt veniant bona; quorum damnatio iusta est. 8

Quid igitur? præcellimus eos: Nullo modo. Nam antè causis redditis ostendimus & Iudæos & Græcos omnes peccato esse obnoxios, 9

Sicut scriptum est: Non est iustus, ne vnus quidem, 10

Vulgat. Editio.

Non est intelligens, non est requirens Deum:
Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.
* Sepulchrum patens est guttur eorum: linguis suis dolosè agebant: venenum aspidum sub labijs eorum:
* Quorum os maledictione & amaritudine plenum est:
* Veloces pedes eorum ad effundendũ sanguinẽ:
Contritio & infelicitas in viis eorum:
Et viam pacis non cognouerunt:
* Non est timor Dei ante oculos eorum.
* Scimus autem, quoniam quæcunque lex loquitur, ijs, qui in lege sunt, loquitur, vt omne os obstruatur & subditus fiat omnis mundus Deo:
Quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo. Per legem enim cognitio peccati.
Nunc autem sine lege iustitia Dei manifestata est: testificata à lege & Prophetis.
Iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi, in omnes & super omnes, qui credunt in eum: non enim est distinctio.
Omnes enim peccauerunt & egent gloria Dei:

Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem, quæ est in Christo Iesu.
Quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiæ suę propter remissionem præcedentium delictorum,
In sustentatione Dei, ad ostensionem iustitiæ eius in hoc tempore, vt sit ipse iustus, & iustificans eum, qui est ex fide Iesu Christi.

Vbi est ergo gloriatio tua? Exclusa est. Per quam legem? Factorum? non, sed per legem fidei.
Arbitramur enim iustificari hominem per fidem sine operibus legis.
An Iudæorum Deus tantum? nonne & Gentium? immo & Gentium.
Quoniam quidem vnus est Deus, qui iustificat circumcisionem ex fide, & præputium per fidem.
Legem ergo destruimus per fidem? Absit: sed legem statuimus.

CAP. IIII.

QVid ergo dicemus inuenisse Abraham patrem nostrum secundum carnem?
Si enim Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum.
Quid enim dicit scriptura? * Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam.
Ei autem, qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum.
Ei vero, qui non operatur, credenti autem in eum, qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam secundum propositum gratiæ Dei.
Sicut & Dauid dicit beatitudinem hominis, cui Deus accepto fert iustitiam sine operibus:
*Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.
Beatus vir, cui non imputabit Dominus peccatum.
Beatitudo ergo hęc in circumcisione tantum manet, an etiam in præputio? Dicimus enim, quia reputata est Abrahæ fides ad iustitiam.
Quomodo ergo reputata est? in circumcisione, an in præputio? Nõ in circumcisione, sed in præputio.

Transl. ex Syriac.

Nec est qui intelligat, neq; qui quærat Deum.
Omnes declinarunt simul, & improbati sunt, nec est qui faciat bonum, ne vnus quidem.
Sepulchra patentia guttura eorum, & lingua eorum fraudulenta, & venenum aspidis sub labiis eorum.
Os eorum plenum est imprecatione & felle.
Et pedes eorum veloces ad effundendum sanguinem:
Contritio & miseria in vys eorum.
Et viam pacis non cognouerunt.
Nec timor Dei est coram oculis eorum.
* *Scimus autem quæcunque dicit Lex, ijs qui sunt in Lege dicere: vt omne os obturetur, & vniuersus mundus obnoxius fiat condemnationi Dei.* Lectio Maurit.
Quandoquidem ex operibus Legis non iustificabitur omnis (vlla) caro coram eo, per Legem enim innotuit peccatum.
Nunc autem sine Lege iustitia Dei reuelata est, cui suffragatur ipsa Lex & Prophetæ.
Iustitia vero Dei per fidem illam Ieschua Meschicho in omnes, atq; super omnes qui credunt in eum; non est enim differentia.
Quoniam omnes peccauerunt, ac destituuntur gloria Dei.
Iustificantur autem per gratiam gratis, & per redemptionem quæ facta est per Ieschua Meschicho.
Quem proposuit Deus propitiatorem per fidem sanguinis ipsius, propter peccata nostra quæ antea patrauimus.
Per locum quem dedit nobis Deus, longanimitate sua ad demonstrationem iustitiæ suæ hoc tempore: vt sit ipse iustus, & iustitia eum, qui est ex fide Domini nostri Ieschua Meschicho.
Vbi ergo gloriatio? ociosa est. Per quam legem? operum? nequaquam: sed per legem fidei.
Ratiocinamur ergo fide iustificari hominem, non autem operibus legis.
Num enim Deus Iihoudæorum est tantum: Gentium vero minime? sane & Gentium,
Quia vnus est Deus, qui iustificat circumcisionem fide, atq; præputium per ipsam fidem.
Nunquid igitur legem ipsam abrogamus per fidem? Absit: quinimo legem ipsam stabilimus.

CAP. IIII.

QVid ergo dicemus de Abrohom Principe Patrum (Patriarcha) eum adeptum esse carne?
Si enim Abrohem ex operibus iustificatus fuit, gloriationem habet sed non apud Deum.
Quid enim ait Scriptura? Credidit Abrohom Deo, & imputatum est ei ad iustitiam.
Operanti autem non imputatur merces sua quasi per gratiam, sed perinde ac si ei debeatur.
Ei vero qui non operatur, sed credit modo in eum qui iustificat peccatores, imputatur fides ad iustitiam.
Quemadmodũ Dauid quoq; dixit de beatitudine illius hominis, cui Deus imputat iustitiã absque operib. dũ ait:
Beati illi, quibus remittitur iniquitas ipsorum, & quorum tecta sunt peccata.
Et beatus vir ille, cui non imputarit Deus peccatum ipsius.
Ista igitur beatitudo super circumcisionem ipsam, an super præputium sit? Dicimus enim imputatam fuisse Abrohom fidem suam ad iustitiam.
Quomodo ergo imputata est ei? in circumcisione, an in præputio? non in circumcisione, sed in præputio.

Transl. B. Ariæ Mont.

Non est intelligens, non est requirens Deum:
Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: non est faciens bonitatem, non est vsque ad vnum.
Sepulchrum patens guttur eorum: linguis suis dolose agebant: venenum aspidum sub labijs eorum:
Quorum os maledictione & amaritudine plenum est.
Veloces pedes eorum effundere sanguinem:
Contritio & calamitas in viis eorum:
Et viam pacis non cognouerunt:
Non est timor Dei ante oculos eorum.
Scimus autem, quoniam quæcunque lex dicit, ijs qui in lege loquitur, vt omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus Deo.
Propterea ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo per enim legem cognitio peccati.
Nunc autem sine lege iustitia Dei manifestata est testificata à lege, & Prophetis.
Iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi, in omnes, & super omnes credentes: non enim est distinctio.
Omnes enim peccauerunt & deficiuntur gloria Dei:
Iustificati gratis ipsius gratia, per redemptionem quæ in Christo Iesu.
Quem proposuit Deus propitiationem per fidem in ipsius sanguine, ad ostensionem iustitiæ suę per remissionem præfactorum delictorum:
In sustentatione Dei, ad ostensionem iustitiæ eius in nunc tempore, ad esse ipsum iustum, & iustificantem eum qui ex fide Iesu.

Vbi ergo gloriatio? exclusa est per quam legem? operum? non, sed per legem fidei.
Ratione colligimus ergo fide iustificari hominem sine operibus legis.
An Iudæorum Deus tantum? nonne vero & Gentium? imo & Gentium.
Siquidem vnus Deus, qui iustificabit circuncisionem ex fide, & præputium per fidem.
Legem ergo destruimus per fidem? ne fiat: sed legem stabilimus.

CAP. IIII.

QVid ergo dicemus Abraham patrem nostrum inuenisse secundum carnem?
Si enim Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriationem, sed non apud Deum.
Quid enim scriptura dicit? Credidit autem Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam.
At operanti merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum.
At non operanti, credenti autem in iustificantem impium, reputatur fides eius ad iustitiam.

Sicut & Dauid dicit beatitudinem hominis, cui Deus imputat iustitiam sine operibus:
Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.
Beatus vir, cui non imputabit Dominus peccatum.
Beatitudo ergo hęc in circuncisione, an etiam in prępucio? dicimus enim, quia reputata est Abrahæ fides ad iustitiam.
Quomodo ergo reputata est? in circũcisione existenti an in præputio? non in circuncisione, sed in præputio.

Transl. Eraſm. Roterod.

Non est qui intelligat, non est qui exquirat Deum,
Omnes deflexerunt: simul inutiles facti sunt, non est qui exerceat bonitatem, non est vsque ad vnum.
Sepulchrum apertum guttur eorum, linguis suis ad dolum vsi sunt, venenum aspidum sub labiis eorum.
Quorum os execratione & amarulentia plenum est,
Veloces pedes illorum ad effundendum sanguinem:
Contritio & calamitas in vijs eorum,
Et viam pacis non cognouerunt.
Non est timor Dei coram oculis eorum.
Scimus autem, quod quæcunque lex dicit, his qui in lege sunt dicat: vt omne os obturetur, & obnoxius fiat totus mundus Deo,
Propterea quod ex ex operibus legis non iustificabitur omnis caro in conspectu eius. Per legem enim agnitio peccati.
Nunc vero absque lege iustitia Dei manifestata est, dum comprobatur testimonio legis ac prophetarum.
Iustitia vero Dei per fidem Iesu Christi in omnes, & super omnes eos qui credunt. Non enim est distinctio.
Omnes enim peccauerunt, ac destituuntur gloria Dei:
Iustificantur autem gratis per illius gratiam, per redemptionem quæ est in Christo Iesu.
Quem proposuit Deus reconciliatorem per fidem interueniente ipsius sanguine, ad ostensionem iustitiæ suæ, propter remissionem præteritorum peccatorum,
Quæ Deus tolerauit, ad ostendendam iustitiam suam, in præsenti tempore: in hoc, vt ipse sit iustus: & iustificans eum qui est ex fide Iesu.
Vbi igitur gloriatio? Exclusa est. Per quam legem? Operum? Non, imo per legem fidei.
Arbitramur igitur fide iustificari hominem absque operibus legis.
An Iudæorum Deus tantum? An non & gentium? Certe & gentium,
Quandoquidem vnus Deus, qui iustificabit circuncisionem ex fide, & præputium per fidem?
Legem igitur irritam facimus per fidem? Absit. Imò legem stabilimus.

CAP. IIII.

QVid igitur dicemus inuenisse Abraham patrem nostrum secundum carnem?
Nam si Abraham ex operibus iustificatus fuit, habet quod glorietur, at non apud Deum.
Quid enim scriptura dicit? Credidit autem Abraham Deo, & imputatum est ei ad iustitiam.
Ei vero qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum.
Porro ei qui non operatur, sed credit in eum, qui iustificat impium, imputatur fides sua ad iustitiam.
Quemadmodum & Dauid explicat beatificationem hominis, cui Deus imputat iustitiam absque operibus.
Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum obtecta sunt peccata.
Beatus vir, cui non imputabit Dominus peccatum.
Beatificatio igitur hæc, in præputium tantum, an & in circuncisionem deuenit? Dicimus enim, quod imputata fuerit Abrahæ fides ad iustitiam.
Quomodo ergo imputata est? cum esset in circuncisione, an cum esset in præputio? Non in circuncisione, sed in præputio.

Vulgat. Editio.

* Et signum accepit circuncisionis, signaculum iustitiæ fidei quæ est in præputio: vt sit pater omnium credentium per præputium, vt reputetur & illis ad iustitiam.

Et sit pater circuncisionis, non iis tantum, qui sunt ex circuncisione sed & iis, qui sectantur vestigia fidei, quæ est in præputio patris nostri Abrahæ.

Non enim per legem promissio Abrahæ, aut semini eius, vt hæres esset mundi, sed per iustitiam fidei.

Si enim qui ex lege hæredes sunt: exinanita est fides, abolita est promissio.

Lex enim iram operatur. Vbi enim non est lex: nec præuaricatio.

Ideo ex fide, vt secundum gratiam, firma sit promissio omni semini non ei quiex lege solum, sed & ei qui ex fide est Abrahæ, qui pater est omnium nostrum.

(Sicut scriptum est: * Quia patrem multarum gentium posui te) ante Deum cui credidit, qui viuificat mortuos, & vocat ea quæ non sunt, tamquam ea quæ sunt.

Qui contra spem in spem credidit, vt fieret pater multarum gentium, secundum quod dictum ei: * Sic erit semen tuum.

Et non infirmatus est fide, nec considerauit corpus suum emortuum, cum iam fere centum esset annorum: & emortuam vuluam Saræ.

In repromissione etiam Dei non hæsitauit diffidentia, sed cōfortatus est fide, dans gloriā Deo:

Plenissime sciens quia quæcunque promisit, potens est & facere:

Ideo & reputatum est illi ad iustitiam.

Non est autem scriptum tantum propter ipsum quia reputatum est illi ad iustitiam:

Sed & propter nos, quibus reputabitur credentibus in eum, qui suscitauit Iesum Christum Dominum nostrum à mortuis.

Qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram.

CAP. V.

IVstificati ergo ex fide, pacem habemus ad Deum per Dominum nostrum Iesum Christum.

* Per quem & habemus accessum per fidem in gratiam istam in qua stamus, & gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei.

Non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus, * scientes quod tribulatio patientiam operatur:

Patientia autē probationem, probatio vero spē.

Spes autem non confundit: * quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis.

Vt quid enim Christus, cum adhuc infirmi essemus secundūm tempus pro impiis mortuus est?

Vix enim pro iusto quis moritur: nam pro bono forsitan quis audeat mori.

Commendat autem charitatem suam Deus in nobis: quoniam cum adhuc peccatores essemus, secundum tempus.

Christus pro nobis mortuus est. Multò igitur magis nunc iustificati in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per ipsum.

Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filij eius, multo magis reconciliati salui erimus in vita ipsius.

Transl. ex Syriac.

Signum enim accepit sibi circuncisionem, & sigillum iustitiæ fidei suæ, quæ fuerat in præputio, vt esset pater eorum omnium, qui crediturі essent ex præputio, vt imputetur etiam ipsis ad iustitiam,

Pater autem ad circuncisionem, non ijs tantum qui ex circuncisione sunt, sed etiam qui perfecte insistunt vestigijs fidei patris nostri Abrohom, quæ fuit in præputio.

* *Non enim per legem extitit promissio ipsi Abrohom & semini eius, vt hæres esset mundi: sed per iustitiam fidei.* * Quoi die.

Si enim ij qui ex lege sunt, hæredes sunt; vana fuit fides, & abrogata est promissio.

Siquidem lex effectrix est iræ: quum enim lex non est, nec etiam transgressio legis.

Propterea ex fide, quæ per gratiam est iustificabitur, vt vera sit promissio toti eius semini: non solum ei quod est ex lege, sed etiam ei quod est ex fide ipsius Abrohom, qui est pater omnium nostrum.

Sicut scriptum est: Posui te patrem multitudini gentium coram Deo cui credidisti, qui viuificat mortuos, & vocat ea quæ non sunt, perinde ac si essent.

Ac sine spe in spem credidit, vt fieret pater multitudinis Gentium, prout scriptum est: Ita erit sementuum.

Nec infirmus fuit in fide sua considerans corpus suum emortuum, cum esset centum annos natus, & emortuam vuluam Saro.

Nec de promissione Dei dubitauit tanquam expers fidei, sed roboratus est fide, dedit q; gloriam Deo.

Et confirmatus fuit Deum posse perficere, quod ei pollicitus fuerat.

Idcirco imputatum est ei ad iustitiam.

Non autem propter eum solum hoc scriptum est, nempe imputatam fuisse fidem eius ad iustitiam:

Sed etiam propter nos, quippe nobis quo q; futurum est vt imputetur ijs qui credunt in eum qui excitauit Dominum nostrum Ieschua Meschicho à mortuis.

Qui quidem traditus fuit propter peccata nostra, & resurrexit vt iustificet nos.

CAP. V.

Quoniam igitur iustificati sumus per fidem, habemus pacem apud Deum per Dominum nostrum Ieschua Meschicho. Lectio secunda Feriæ C. diduum.

Per quem accessimus fide ad hanc gratiam, qua stamus: & gloriamur in spe gloriæ Dei.

Nec ita tantum, sed etiam in oppressionibus gloriamur, vt qui cognoscamus quod oppressio patientiam in nobis perficiat.

Patientia vero experientiam, experientia vero spem.

Spes autem pudore non afficit, quoniam amor Dei diffusus est in cordibus nostris per Spiritum sanctitatis qui datus est nobis.

Porro si Meschicho propter infirmitates nostras hoc tempore pro impijs mortuus est:

Enimuero vix quisquam pro impijs morietur: nam probonis forsitan audebit aliquis mori.)

Hic ostendit Deus dilectionem suam erga nos, quod quum essemus peccatores:

Meschicho pro nobis mortuus sit: quanto magis igitur iustificabimur nunc sanguine ipsius, per eum liberabimur ab ira?

Si enim quum essemus inimici, reconciliatus est nobiscum Deus per mortem Filij sui, quanto magis ergo eius reconciliatione seruabimur per vitam ipsius?

* Gen. 17. 10. 11.

* Gen. 17. 4.

* Ge. 15. 5

* Eph. 2. 18.

* Iac. 1. 3.

* Heb. 9. 14. 1. Pet. 3. 18.

Transl. B. Ariæ Mont.

Et signum accepit circuncisionis, signaculum iustitiæ fidei quæ in præputio ad esse eum patrem omnium credentium per præputium, ad reputari, & illis iustitiam.

Et patrem circuncisionis, iis non ex circuncisione solum, sed & incedentibus vestigiis eius, quæ in præputio fidei patris nostri Abrahæ.

Non enim per legem promissio Abrahæ, aut semini eius, hæredem eum esse mundi, sed per iustitiam fidei.

Si enim qui ex lege hæredes, exinanita est fides, & inutilis reddita est promissio.

Nam lex iram adoperatur. vbi enim non est lex, nec transgressio.

Propter hoc ex fide, vt secundum gratiam, ad esse firmam promissionem omni semini non ei qui ex lege solum, sed & ei, qui ex fide Abrahæ, qui est pater omnium nostrum.

Sicut scriptum est, Quia patrem multarum gentium posui te, ante cui credidit Deum, viuificantem mortuos, & vocantem non existentia vt existentia.

Qui contra spem in spem credidit, ad fieri eum patrem multarum gentium, secundum dictum, Sic erit semen tuum.

Et non infirmatus fide, non considerauit suum ipsius corpus iam emortuum, centum annorum ferè subsistens, & mortificationem vuluæ Saræ.

In autem repromissionem Dei non disceptauit diffidentia, sed cõfortatus est fide, dans gloriã Deo.

Et plenissime sciens quia quod promisit, potens est & facere:

Ideo & reputatum est illi ad iustitiam.

Non scriptum est autem propter ipsum solum, quia reputatum est illi,

Sed & propter nos, quibus futurum est imputari, credentibus in excitantem Iesum Dominum nostrum à mortuis.

Qui traditus est propter delicta nostra, & excitatus est ptopter iustificationem nostram.

CAP. V.

IVstificati ergo ex fide, pacem habemus ad Deum per Dominum nostrum Iesum Christum.

Per quem & accessum habuimus fide in gratiam istam in qua stetimus, & gloriamur in spe gloriæ Dei.

Non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur.

At patientia probationem, at probatio spem.

At spes non confundit, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum datum nobis.

Adhuc enim Christus existentibus nobis infirmis, secundùm tempus pro impiis mortuus est.

Vix enim pro iusto quis moritur: pro enim bono forsitan quis & audeat mori.

Commendat autem suam ipsius charitatem in nobis Deus: quòniam adhuc peccatoribus existentibus nobis.

Christus pro nobis mortuus est. Multò igitur magis iustificati nunc in sanguine ipsius, seruabimur per ipsum ab ira.

Si enim inimici existentes reconciliati sumus Deo per mortem filij eius, multo magis reconciliati seruabimur in vita ipsius.

Transl. Erasm. Roterod.

Et signum accepit circuncisionis, signaculum iustitiæ, fidei, quæ fuerat in præputio; vt esset pater omnium credentium per præputium, vt imputaretur & illis iustitia,

Et pater circuncisionis, ijs qui non solum genus ducerent à circuncisis, verum etiam ingrederentur vestigijs fidei, quæ fuit in præputio patris nostri Abrahæ.

Non enim per legem promissio contigit Abrahæ, aut semini eius, illum hæredem fore mundi, sed per iustitiam fidei.

Etenim si ij qui ad legem pertinent, hæredes sunt, inanis facta est fides, & irrita facta est promissio.

Nam lex iram operatur. Siquidem vbi non est lex ibi nec transgressio est.

Idcirco ex fide datur hæreditas, vt secundum gratiam, vt firma sit promissio vniuerso semini: non ei, quod est ex lege tantum, verum etiam ei, quod est ex fide Abrahæ, qui est pater omnium nostrum.

Sicut scriptum est: Patrem multarum gentium constitui te, nimirum ad exemplum dei cui crediderat, qui vitæ restituit mortuos: ac vocat ea quæ non sunt, tanquam sint:

Qui præter spem sub spe credidit, se fore patrem multarum gentium, iuxta id quod dictum est: Sic erit semen tuum.

Ac non infirmatus fide, haud considerauit suum ipsius corpus iam emortuum, cum centum fere natus esset annos, nec emortuam vuluam Saræ:

Verum ad promissionem dei non hæsitabat ob incredulitatem, sed robustus factus est fide, tribuens gloriam deo:

Certa persuasione concepta, quod is qui promiserat, idem potens esset & præstare.

Quapropter illum tantum, imputatũ est illi ad iustitiã.

Non scriptum est autem propter illum tantum, imputatum fuisse illi,

Sed etiam propter nos, quibus imputabitur, credentibus in eum, qui excitauit Iesum dominum nostrum à mortuis.

Qui traditus fuit propter peccata nostra, & excitatus est propter iustificationem nostri.

CAP. V.

IVstificati igitur ex fide, pacem habemus erga deum, per dominum nostrum Iesum Christum:

Per quem & contigit nobis, vt fide perduceremur in gratiam hanc, in qua stamus & gloriamur sub spe gloriæ dei,

Nec id solum, verum etiam gloriamur super afflictionibus: scientes, quod afflictio patientiam parat,

Patientia vero probationem, probatio autem spem.

Porro spes non pudefacit, quod dilectio dei effusa sit in cordibus nostris, per Spiritum sanctum qui datus est nobis.

Christus enim, cum adhuc essemus infirmi iuxta temporis rationem, pro impijs mortuus est.

Nam vix pro iusto quisquam morietur. Siquidem pro bono forsitan aliquis etiam mori sustinet.

Commendat autem suam charitatem erga nos deus, quod cum adhuc essemus peccatores,

Christus pro nobis mortuus fuit. Multo igitur magis iustificati nunc sanguine eius, seruabimur per eum ab ira.

Nam si cum inimici essemus, reconciliati fuimus deo per mortem filij eius, multo magis reconciliati seruabimur per vitam ipsius.

Vulgat. Editio.

Non ſolum autem: ſed & gloriamur in Deo per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, per quem nunc reconciliationem accepimus.

Propterea ſicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertranſiit, in quo omnes peccauerunt.

Vſque ad legem enim peccatum erat in mundo: peccatum autem non imputabatur, cum lex non eſſet.

Sed regnauit mors ab Adam vſque ad Moyſen, etiam in eos, qui non peccauerunt in ſimilitudinem præuaricationis Adæ, qui eſt forma futuri.

Sed non ſicut delictum, ita & donum: ſi enim vnius delicto multi mortui ſunt: multo magis gratia Dei & donum in gratia vnius hominis Ieſu Chriſti in plures abundauit.

Et non ſicut per vnum peccatum, ita & donum: nam iudicium quidem ex vno in condemnationem: gratia autem ex multis delictis in iuſtificationem.

Si enim vnius delicto mors regnauit per vnum: multo magis abundantiam gratiæ, & donationis, & iuſtitiæ accipientes, in vita regnabunt per vnum Ieſum Chriſtum.

Igitur ſicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem: ſic & per vnius iuſtitiam in omnes homines in iuſtificationem vitæ,

Sicut enim per inobedientiam vnius hominis, peccatores conſtituti ſunt multi: ita & per vnius obeditionem, iuſti conſtituentur multi.

Lex autem ſubintrauit, vt abundaret delictum: Vbi autem abundauit delictum, ſuperabundauit gratia.

Vt ſicut regnauit peccatum in mortem: ita & gratia regnet per iuſtitiam in vitam æternam, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.

CAP. VI.

QVid ergo dicemus? permanebimus in peccato vt gratia abundet?

Abſit. Qui enim mortui ſumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo?

An ignoratis quia quicunque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus?

* Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortem: vt quomodo Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.

Si enim complantati facti ſumus ſimilitudinis mortis eius, ſimul & reſurrectionis erimus.

Hoc ſcientes, quia vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, vt deſtruatur corpus peccati, & vltra non ſeruiamus peccato.

Qui enim mortuus eſt, iuſtificatus eſt à peccato.

Si autem mortui ſumus cum Chriſto: credimus quia ſimul etiam viuemus cum Chriſto.

* Scientes quod Chriſtus reſurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur.

Quod enim mortuus eſt peccato, mortuus eſt ſemel: quod autem viuit, viuit Deo.

Ita & vos exiſtimate, vos mortuos quidem eſſe peccato, viuentes autem Deo, in Chriſto Ieſu Domino noſtro.

Tranſl. ex Syriac.

Nec ita tantum: ſed etiam gloriabimur in Deo per Dominum noſtrum Ieſchua Meſchicho, per quem nunc accepimus reconciliationem.

** Quemadmodum per vnum hominem introiit peccatum in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes filios hominum tranſiit mors, in ipſo quod omnes peccarunt.*

Nam quum vſque ad legem peccatum fuerit in mundo, (tamen) non imputabatur peccatum, quia non erat lex.

Sed regnauit mors ab Odom vſque ad Mouſche, in eos quoque qui non peccauerant in ſimilitudine tranſgreſſoris legis Odom ipſius, qui eſt typus illius qui erat futurus.

At non vt erratum, ita & donum eius: ſi enim propter erratum vnius, multi mortui ſunt: quanto igitur magis gratia Dei, & donum eius propter vnum hominem Ieſchua Meſchicho in multos redundabit?

Neque vt delictum vnius, ita & donum: extitit enim iudicium ab vno ad condemnationem, extitit autem donum ex peccatis multis ad iuſtificationem.

Nam ſi propter delictum vnius regnauit mors, multo magis ij qui accipiunt multitudinem illam gratiæ, & doni, & iuſtitiæ, in vita regnabunt per vnum Ieſchua Meſchicho.

Sicut ergo propter delictum vnius, extitit condemnatio in omnes homines, ita propter iuſtitiam vnius futurum eſt meritum ad vitam in omnes homines.

Quemadmodum enim per inobedientiam vnius hominis, peccatores multi extiterunt; ita etiam per obedientiam vnius, multi iuſti facti ſunt.

Introitus porro patuit legi vt multiplicaretur peccatum: vbi autem multiplicatum fuerat peccatum, ibi ſuperabundauit gratia.

Vt quemadmodum regnauit peccatum in mortem, ita regnet gratia per iuſtitiam ad vitam æternam, per Dominum noſtrum Ieſchua Meſchicho.

CAP. VI.

QVid igitur dicemus? permanebimus in ipſo peccato vt gratia abundet?

Abſit. Qui enim mortui ſumus peccato, quomodo adhuc viuemus in eo?

An neſcitis qui baptizati ſumus in Ieſchua Meſchicho, in mortem ipſius eſſe baptizatos?

Sepulti enim ſumus cum eo per baptiſma ad mortem: vt quemadmodum excitatus eſt Ieſchua Meſchicho à mortuis in gloriam ſui Patris, ita & nos vita noua ambulemus.

Si enim vna cum eo plantati ſumus per ſimilitudinem mortis eius, ita quoque in reſurrectione eius erimus.

Nouimus enim veterem illum noſtrum hominem crucifixum eſſe cum eo, vt aboleatur corpus peccati, ne amplius ſeruiamus peccato.

Is namque qui mortuus eſt, liberatus eſt à peccato.

Si igitur mortui ſumus cum Meſchicho: credimus fore vt cum ipſo Meſchicho viuamus.

Scimus enim Meſchicho excitatum ex mortuis, nec amplius moriturum, nec mortem ei amplius dominaturam.

Qui enim mortuus eſt, peccato mortuus eſt ſemel, qui autem viuit, viuit Deo.

Ita etiam vos exiſtimate vos ipſos, nempe mortuos eſſe peccato, viuere autem Deo per Dominum noſtrum Ieſchua Meſchiſcho.

Feria ſecunda hebdomadis ſecundæ Ieiunij & Baptiſmatis.

* Gal. 3. 27. Coloſ. 2. 12.
* Eph. 4. 23. Heb 12. 1 1. Pet. 2. 5

Feria prima præced. te ſeptimanam.

Transl. B. Ariæ Mont.

Non ſolum autem ſed & gloriantes in Deo per 11
Dominum noſtrum Chriſtum, per quem nunc reconciliationem accepimus.

Propter hoc ſicut per vnum hominem peccatum 12
in mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertranſiit. in quo omnes peccauerunt.

Vſque ad enim legem peccatum erat in mundo: 13
peccatum autem non imputatur, non exiſtente lege.

Sed reguauit mors ab Adam vſque ad Moyſem. 14
& in non peccantes in ſimilitudinem tranſgreſſionis Adæ, qui eſt typus illius futuri.

Sed non ſicut delictum, ita & donum, ſi enim v- 15
nius delicto multi mortui ſunt, multo magis gratia Dei & bonum, in gratia vnius hominis Ieſu Chriſti in multos abundauit.

Et non ſicut per vnum peccantem, donum, ip- 16
ſum quidem nam iudicium ex vno, in condemnationem at donatio ex multis delictis, in iuſtificationem.

Si enim vnius delicto mors regnauit per vnum, 17
multo magis abundantiam gratiæ & donationis iuſtitiæ accipientes, in vita regnabunt per vnum Ieſum Chriſtum.

Igitur ſicut per vnam offenſam in omnes homi- 18
nes in condemnationem, ſic & per vnum iuſtificationem in omnes homines in iuſtificationem vitę.

Sicut enim per inobedientiam vnius hominis 19
peccatores conſtituti ſunt multi, ita & per obeditionem vnius, iuſti conſtituentur multi.

Lex autem ſubintrauit, vt abundaret delictum. 20
vbi autem abundauit peccatum, ſuperabundauit gratia.

Vt ſicut regnauit peccatum in mortem, ita & 21
gratia regnet per iuſtitiam in vitam æternam, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.

CAP. VI.

QVid ergo dicemus? Permanebimus peccato, 1
vt gratia abundet?

Ne fiat. qui mortui ſumus peccato, quomodo ad- 2
huc viuemus in illo?

An ignoratis, quia quicunque baptizati ſumus in 3
Chriſtum Ieſum, in morte ipſius baptizati ſumus?

Conſepulti ſumus ergo illi per baptiſmum in 4
mortem, quomodo excitatus eſt Chriſtus à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.

Si enim complantati facti ſumus ſimilitudini 5
mortis eius ſed & reſurrectionis erimus.

Hoc ſcientes, quia vetus noſter homo ſimul cru- 6
cifixus eſt, vt deſtruatur corpus peccati, ad non vltra ſeruiendum nos peccato.

Nam mortuus iuſtificatus eſt à peccato. 7

Si autem mortui ſumus cum Chriſto, credimus 8
quia etiam ſimul viuemus ei:

Sciętes quod Chriſtus reſurgens ex mortuis, non 9
amplius moritur. mors illi non vltra dominatur.

Quod enim mortuus eſt peccato, mortuus eſt ſe- 10
mel: quod autem viuit, viuit Deo.

Ita & vos exiſtimate vos ipſos mortuos quidem 11
eſſe peccato, viuentes autem Deo in Chriſto Ieſu Domino noſtro.

Transl. Eraſm. Roterod.

Non ſolum autem hoc, verumetiam gloriantes in Deo 11
per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, per quem nunc reconciliationem aſſecuti ſumus.

Propterea, quemadmodum propter vnum hominem pec- 12
catum in mundum introiit, ac per peccatum mors, & ſic in omnes homines mors pertranſit, quatenus omnes peccauimus.

Vſque ad legem enim peccatum erat in mundo: porro 13
peccatum non imputatur, cum non eſt lex.

Imo regnauit mors ab Adam vſque ad Moſen, in eos 14
quoque qui non peccauerant ad ſimilitudinem transgreſſionis Adam, qui typum gerit illius futuri.

At non vt peccatum, ita & donum. Nam ſi vnius deli- 15
cto multi mortui ſunt, multo magis gratia Dei, & donum per gratiam, quæ fuit vnius hominis Ieſu Chriſti, in multos exuberauit.

Et non ſicut per vnum, qui peccauerat, venerat mors, 16
ita donum. Nam condemnatio quidem ex vno delicto ad condemnationem, donum autem ex multis delictis ad iuſtificationem.

Etenim ſi per vnius delictum mors regnauit per vnum, 17
multo magis ij, qui exuberantiam gratiæ & doni iuſtitiæ accipiunt per vitam regnabunt auctore vno Ieſu Chriſto.

Itaque ſicut per vnius delictum propagatum eſt malum 18
in omnes homines ad condemnationem, ita & per vnius iuſtificationem propagatur bonum in omnes homines ad iuſtificationem vitæ.

Quemadmodum enim per inobedientiam vnius homi- 19
nis, peccatores conſtituti fuimus multi. ita per obedientiam vnius, iuſti conſtituentur multi.

Caterum lex obiter ſubijt, vt abundaret delictum. Vbi 20
vero exuberauit peccatum, ibi magis exuberauit gratia.

Vt quemadmodum regnauerat peccatum in morte, ſic & 21
gratia regnaret per iuſtitiam ad vitam æternam per Ieſum Chriſtum.

CAP. VI.

QVid igitur dicemus: Manebimus in peccato, vt gra- 1
tia abundet?

Abſit. Qui mortui ſumus peccato, quomodo poſthac vi- 2
uemus in eodem?

An ignoratis, quod quicunque baptizati ſumus in Chri- 3
ſtum Ieſum, in mortem eius baptizati ſumus?

Sepulti igitur ſumus vnà cum illo per baptiſmum in 4
mortem, vt quemadmodum excitatus eſt Chriſtus ex mortuis, per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.

Nam ſi inſitiji, facti ſumus illi per ſimilitudinem 5
mortis eius, nimirum & reſurrectionis participes erimus.

Illud ſcientes, quod vetus ille noſter homo cum illo cru- 6
cifixus eſt, vt aboleretur corpus peccati, vt poſthac non ſeruiamus peccato.

Etenim qui mortuus eſt, iuſtificatus eſt à peccato. 7

Quod ſi mortui ſumus cum Chriſto, credimus quod & 8
viuemus cum illo.

Scientes quod Chriſtus excitatus à mortuis, non am- 9
plius moritur: mors illi non amplius dominatur.

Nam quod mortuus fuit peccato, mortuus fuit ſemel: 10
quod autem viuit viuit Deo.

Ita & vos reputate voſmet ipſos, mortuos quidem eſſe pec- 11
cato, viuentes autem Deo, per Chriſtum Ieſum Dominum noſtrum.

Vulgar. Editio.

Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore vt obediatis concupiscentiis eius.

Sed neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato: sed exhibete vos Deo, tanquam ex mortuis viuentes: & membra vestra arma iustitiæ Deo.

Peccatum enim vobis non dominabitur: non enim sub lege estis, sed sub gratia.

Quid ergo? peccabimus, quoniam non sumus sub lege, sed sub gratia? Absit.

* Nescitis quoniam cui exhibetis vos seruos ad obediendum, serui estis eius, cui obeditis, siue peccati ad mortem, siue obeditionis ad iustitiam?

Gratias autem Deo quod fuistis serui peccati, obedistis autem ex corde in eam formam doctrinæ, in quam traditi estis.

Liberati autem à peccato, serui facti estis iustitiæ.

Humanum dico, propter infirmitatem carnis vestræ. Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem.

Cum enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ.

Quæ ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est.

Nunc vero liberati à peccato, serui autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitam æternam.

Stipendia enim peccati, mors: Gratia autem Dei vita æterna, in Christo Iesu Domino nostro.

CAP. VII.

AN ignoratis fratres (scientibus enim legem loquor) quia lex in homine dominatur quanto tempore viuit?

* Nam quæ sub viro est mulier, viuente viro alligata est legi: si autem mortuus fuerit vir eius, soluta est a lege viri.

Igitur, viuente viro, vocabitur adultera si fuerit cum alio viro: si autem mortuus fuerit vir eius, liberata est a lege viri: vt non sit adultera si fuerit cum alio viro.

Itaque fratres mei, & vos mortificati estis legi per corpus Christi: vt sitis alterius, qui ex mortuis resurrexit, vt fructificemus Deo.

Cum enim essemus in carne, passiones peccatorum, quæ per legem erant, operabantur in membris nostris vt fructificarent morti.

Nunc autem soluti sumus à lege mortis, in qua detinebamur, ita vt seruiamus in nouitate spiritus, & non in vetustate litteræ.

Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit. Sed peccatum non cognoui nisi per legem. Nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret: * Non concupisces.

Occasione autem accepta, peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. Sine lege enim peccatum mortuum erat.

Ego autem viuebam sine lege aliquando. Sed cum venisset mandatum, peccatum reuixit.

Ego autem mortuus sum: & inuentum est mihi mandatum, quod erat ad vitam, hoc esse ad mortem.

Nam peccatum occasione accepta per mandatum, seduxit me, & per illud occidit.

* Itaque lex quidem sancta, & mandatum sanctum, & iustum, & bonum.

Transl. ex Syriac.

Ne regnet igitur peccatum in corpore vestro mortali, vt obediatis concupiscentiis eius.

Nec exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato: sed parate vos Deo, tanquam homines qui ex mortuis viuentes, & membra vestra arma iustitiæ Deo.

Et peccatum non dominabitur vobis: non enim estis sub lege, sed sub gratia.

Quid ergo? peccabimus, quod non sumus sub lege, sed sub gratia? Absit.

Nescitis quod cui paratis vos ipsi vt obediatis ei ad seruitutem, eius serui estis, vt obediatis ei siue ad peccatum, siue mandato ad iustitiam?

Gratia autem sit Deo, quod fuistis serui peccati, obedistis autem ex corde ei formæ doctrinæ cui traditi estis.

Quamquam liberati sitis à peccato, subditi estis iustitiæ.

Sicut dicit hominem loquor propter infirmitatem carnis vestræ: sicut enim exhibuistis membra vestra ad seruiendum immunditiæ, & iniquitati, ita nunc exhibete membra vestra ad seruiendum iustitiæ, & sanctificationi.

Quum enim serui essetis peccati, liberi eratis iustitiæ.

Et quem fructum habebatis tunc in ea re cuius nunc pudet? nam finis eius mors est.

Nunc autem qui liberati estis a peccato, & facti estis serui Dei, habetis fructum sanctificationis, quorum finis est vita æterna.

Merces enim peccati mors est: Et donum Dei vita æterna per Dominum nostrum Iesum Messiham.

CAP. VII.

AN ne scitis fratres, (loquor enim legis sapientibus) quod lex dominari vult quamdiu vivit?

Vir mulieri, quæ desponsata est viro sui per legem vivente viro: sed si mortuus fuerit vir eius, soluta est a lege viri sui.

Igitur si vivente viro sui fuerit copulata cum altero viro, adultera nuncupata erit: sed si mortuus fuerit vir eius, liberata est a lege illius viri mortui, ita vt non adulteretur.

Itaque fratres mei, & vos mortificati estis legi per corpus Messiæ vestri, vt sitis alterius, illius scilicet qui excitatus est a mortuis, vt fructificemus Deo.

Quum enim essemus in carne, passiones peccatorum, quæ per legem operabantur in membris nostris, vt fructificarent morti.

Nunc autem exsoluti sumus a lege, & mortui facti sumus ei, in quo detinebamur, vt seruiamus in nouitate spiritus, non secundum veterem scripturam.

Quid ergo dicemus? legem peccatum esse? Absit: Sed peccatum non cognouissem, nisi per legem. Nam etiam concupiscentiam nescissem, nisi lex diceret: Non concupisces.

Peccatum igitur per præceptum occasionem peccandi accipiens, omnem concupiscentiam in me operatum est. Sine lege enim peccatum mortuum erat.

Ego vero vivebam olim sine lege: quando autem venit præceptum, peccatum revixit.

Et ego mortuus sum: & reperitur mihi præceptum illud vitæ ad mortem.

Peccatum enim occasionem illa quæ mihi data est per præceptum, fefellit me, & per illud occidit me.

Lex itaque sancta est, & præceptum sanctum, & justum, & bonum.

Transl. B. Ariæ Mont.

Non ergo regnet peccatum in mortali vestro corpore, ad obediendum ei in concupiscentiis eius. 12

Neque sistite membra vestra arma iniustitiæ peccato: sed exhibete vosipsos Deo, tanquam ex mortuis viuentes: & membra vestra arma iustitiæ Deo. 13

Peccatum enim vobis non dominabitur: non enim estis sub lege, sed sub gratia. 14

Quid ergo? peccabimus, quoniam non sumus sub lege, sed sub gratia? ne fiat. 15

Nescitis quoniam cui exhibetis vosipsos seruos ad obediendum, eius serui estis, cui obeditis, siue peccati ad mortem, siue obeditionis ad iustitiam? 16

Gratia autem Deo quod fuistis serui peccati, obedistis autem ex corde in quam traditi estis formam doctrinæ, 17

Liberati autem à peccato, serui facti estis iustitiæ. 18

Humanum dico, propter infirmitatem carnis vestræ: sicut enim exhibuistis membra vestra seruia immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra vestra seruia iustitiæ in sanctificationem. 19

Cum enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ. 20

Quem ergo fructum habuistis tunc in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors. 21

Nunc vero liberati à peccato, serui facti autem Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, at finem vitam æternam. 22

Non stipendia peccati, mors: at donatio Dei vita æterna, in Christo Iesu Domino nostro. 23

CAP. VII.

AN ignoratis fratres (scientibus enim legem loquor) quia lex dominatur homini ad quantum tempus viuit? 1

Nam quæ sub viro est mulier, viuenti viro alligata est lege: si autem mortuus fuerit vir soluta est à lege viri. 2

Igitur, viuente viro, adultera decernetur, si fuerit viro alteri: si autem mortuus fuerit vir liberata est à lege, ad non esse eam adulteram, factam viro alteri. 3

Itaque fratres mei & vos mortificati estis legi per corpus Christi: ad esse vos viro alteri ex mortuis excitato, vt fructificemus Deo. 4

Cum enim essemus in carne, passiones peccatorum, illæ per legem operabantur in membris nostris ad fructificandum morti. 5

Nunc autem soluti sumus à lege mortui, in qua detinebamur, ita vt seruire nos in nouitate spiritus, & non vetustate litteræ. 6

Quid ergo dicemus? quia lex peccatum? ne fiat: sed peccatum non cognoui si non per legem: ipsamque nam concupiscentiam nesciebam, si non lex diceret. Non concupisces. 7

Occasionem autem accipiens, peccatum per mandatum adoperatum est in me omnem concupiscentiam: sine enim lege, peccatum mortuum: 8

Ego autem viuebam sine lege aliquando. veniente autem mandato, peccatum vixit. 9

Ego autem mortuus sum: & inuentum est mihi mandatum, quod ad vitam, hoc ad mortem. 10

Nam peccatum occasionem accipiens per mandatum, seduxit me, & per illud occidit. 11

Itaque quidem lex sancta, & mandatum sanctum, & iustum, & bonum. 12

Transl. Erasm. Roterod.

Ne regnet igitur peccatum in mortali vestro corpore, vt obediatis illi per cupiditates eius. 12

Neq; accommodetis membra vestra, arma iniustitiæ peccato, sed accommodetis vosmetipsos deo, velut ex mortuis viuentes, & membra vestra arma iustitiæ Deo. 13

Peccatum enim vobis non dominabitur. Non enim estis sub lege, sed sub gratia. 14

Quid igitur? Peccabimus quod non simus sub lege, sed sub gratia? Absit. 15

An nescitis quod cui accommodatis vosipsos seruos ad obediendum, eius serui estis, cui obeditis, siue peccati ad mortem, siue obedientiæ ad iustitiam? 16

Gratia autem Deo quod fuistis quidem serui peccati, sed obedistis ex animo, in eam in quam traducti estis formam doctrinæ. 17

Caterum liberati à peccato serui estis iustitiæ. 18

Humanum quiddam dico, propter infirmitatem carnis vestræ. Quemadmodum enim præbuistis membra vestra seruia immunditiæ & iniquitati, ad aliam atq; aliam iniquitatem, sic & nunc præbete membra vestra seruia iustitiæ ad sanctificationem. 19

Cum enim serui essetis peccati, liberi eratis iustitiæ. 20

Quem igitur fructum habebatis tunc in his, de quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors. 21

Nunc vero manumissi à peccato, serui autem facti deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem autem vitam æternam: 22

Etenim autoramenta peccati, mors: donum autem Dei, vita æterna, per Christum Iesum Dominum nostrum. 23

CAP. VII.

AN ignoratis fratres, scientibus enim legem loquor. quod lex tantisper dominetur homini, quoad ea vixerit? 1

Nam viro obnoxia mulier, viuenti viro alligata est per legem, quod si mortuus fuerit vir, liberata est à lege viri. 2

Proinde viuente viro, adultera vocabitur, si se iunxerit alteri viro. Sin autem mortuus fuerit vir, libera est à iure viri, vt non sit adultera, si iuncta fuerit alteri viro. 3

Itaque fratres mei, vos quoque mortificati estis legi per corpus Christi, vt iungeremini alteri, nimirum ei qui ex mortuis surrexit, vt fructificemus deo. 4

Cum enim essemus in carne, affectus peccatorum, qui per legem, vigebant in membris nostris ad fructificandum morti. 5

Nunc autem liberati sumus à lege, mortui ei in qua detinebamur vt seruiamus per nouitatem spiritus, & non per vetustatem literæ. 6

Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit: Sed peccatum non cognoui, nisi per legem. Nam & concupiscentiam non nouissem, nisi lex dixisset: Non concupisces. 7

Sed occasione accepta, peccatum per præceptum genuit in me omnem concupiscentiam. Siquidem absque lege peccatum erat mortuum. 8

Ego autem viuebam sine lege quondam. Porro veniente mandato, peccatum reuixit: 9

Ego vero mortuus sum. Et repertum est, mandatum quod institutum erat ad vitam, mihi cedere ad mortem. 10

Nam peccatum occasione accepta per præceptum, decepit me: & per illud occidit. 11

Itaque lex ipsa quidem sancta & præceptum sanctum ac iustum & bonum. 12

Vulgat. Editio.

Quod ergo bonum est, mihi factum est mors? Absit. Sed peccatum, vt appareat peccatum, per bonum operatum est mihi mortem: vt fiat supra modum peccans peccatum per mandatum.

Scimus enim quia lex spiritualis est: ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato.

Quod enim operor, non intelligo: nó enim quod volo bonũ, hoc ago: sed quod odi malũ: illud facio.

Si autem quod nolo, illud facio; consentio legi, quoniam bona est.

Nunc autem iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum.

Scio enim quia non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum. Nam velle, adiacet mihi: perficere autem bonum, non inuenio.

Non enim quod volo bonum, hoc facio: sed quod nolo malum, hoc ago.

Si autem quod nolo, illud facio: iam non ego operor illud, sed quod habitat in me, peccatum.

Inuenio igitur legem, volenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adiacet:

Cõdelector.n. legi Dei secundũ interiorẽ hominẽ:

Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis.

Infelix ergo homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?

Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum.

Igitur ego ipse mente seruio legi Dei: carne autem, legi peccati.

Transl. ex Syriac.

Bonum ergo mihi ad mortem factum est? Absit. Imo peccatum, vt appareret peccatum esse, quod per bonum consummauit in me mortem, vt magis pœnæ obnoxium esset peccatum per præceptum.

Scimus enim legem spiritus esse; ego vero carnis sum, & venditus peccato.

Quod enim perpetro non agnosco: neque quod volo facio, sed quod odi, illud ipsum ago.

Sed si quod nolo, ego facio, suffragium fero legi eam bonam esse.

Nunc autem non ego quidem hoc perpetro, sed peccatum quod habitat in me.

Noui enim non habitare in me, (hoc est autem in carne mea) bonum. Nam vt velim bonum, facile quidem mihi est, at vt illud exequar, impotens sum,

Non enim bonum quod volo facere, facio: sed malum quod nolo exequi, idipsum exequor.

Quod si illud quod nolo facio: non ego quidem facio, sed peccatum quod habitat in me.

Comperio ergo hanc legem consentientem menti meæ volenti bene agere, quoniam malum propinquum est mihi.

Delector enim lege Dei in homine interiore.

Sed video legem aliam in membris meis quæ pugnat aduersus legem mentis meæ, & captiuum me reddit legi peccati, quæ est in membris meis.

Miser ego homo, quis me liberabit à corpore isto mortis?

Gratias ago Deo, in manu Domini nostri Ieschua Meschicho.

Nunc igitur ego quidem mente mea seruus sum legis Dei, carne vero mea sum seruus legis peccati. *Vigilia Dominicæ nativitatis celebratur.

CAP. VIII.

NIhil ego nunc damnationis est ijs, qui sunt in Christo Iesu: qui non secundum carnem ambulant.

Lex enim spiritus vitæ in Christo Iesu liberauit me à lege peccati, & mortis.

Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem: Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne.

Vt iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundũ carnẽ ambulamus, sed secundum spiritũ.

Qui enim secundum carnem sunt, quæ carnis sunt, sapiunt: qui vero secundum spiritum sunt, quæ sunt spiritus, sentiunt.

Nam prudentia carnis, mors est: prudentia autem spiritus, vita, & pax.

Quoniam sapientia carnis inimica est Deo: legi enim Dei non est subiecta, nec enim potest.

Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt.

Vos autem in carne non estis, sed in spiritu; si tamen Spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem Spiritum Christi non habet: hic non est eius.

Si autem Christus in vobis est: corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus vero viuit propter iustificationem.

Quod si Spiritus eius, qui suscitauit Iesum à mortuis, habitat in vobis: qui suscitauit Iesum Christum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra, propter inhabitantem Spiritum eius in vobis.

Ergo fratres debitores sumus non carni, vt secundum carnem viuamus.

CAP. VIII.

PRoinde nulla est condemnatio ijs, qui non ambulant secundum carnem in Ieschua Meschicho.

Lex enim spiritus vitæ, qui est in Ieschua Meschicho, liberauit te à lege peccati & mortis,

Nam quum impotens esset lex propter infirmitatem carnis, misit Deus Filium suum in similitudine carnis peccati propter peccatum, vt reum perageret peccatum in carne ipsius.

Vt iustitia legis in nobis adimpleatur, qui non carne ambulamus, sed spiritu.

Ii enim qui secundum carnem sunt, quæ carnis sunt, eligunt: qui vero secundum spiritum sunt, quæ sunt spiritus eligunt.

Nam electio carnis, mors est; electio vero spiritus vita & pax.

Propterea quod electio carnis inimicitia est aduersus Deum: legi enim Dei non subijcitur, quippe qua non possit.

Proinde ij, qui in carne sunt, placere Deo non possunt.

Vos autem non estis in carne, sed in spiritu si vere Spiritus Dei habitat in vobis. Sin autem est aliquis in quo non sit Spiritus Meschicho, is non est eius.

Enimvero si Meschicho in vobis est: corpus mortuum est propter peccatum; spiritus autem vita est propter iustitiam.

Quod si Spiritus illius, qui excitauit Dominum nostrum Ieschua Meschicho à mortuis, habitat in vobis: is qui excitauit Dominum nostrum Ieschua Meschicho à mortuis, etiam corpora vestra mortua viuificabit per Spiritum eius habitantem in vobis.

Nunc fratres, debitores sumus non carni, vt secundum carnem ambulemus. *Feriali hebdomadis feria ieiunij.

Transl. B. Ariæ Mont.

Ergo bonum mihi factum est mors? ne fiat: sed peccatum, vt appareat peccatum, per bonum mihi adoperatum mortem: vt fiat secundum hyperbolen peccans peccatum per mandatum.

Scimus enim quia lex spiritualis est: ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato.

Quod enim adoperor, non cognosco: non enim quod volo, hoc ago: sed quod odi malū illud facio.

Si autem quod non volo, illud facio; consentio legi, quoniam bona.

Nunc autem non amplius ego adoperor illud, sed habitans in me peccatum.

Scio enim quia non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum. Nam velle adiacet mihi: at perficere bonum, non inuenio.

Non enim quod volo, facio bonum: sed quod non volo malum, hoc ago.

Si autem quod non volo, ego illud facio, non iam ego adoperor illud, sed habitās in me, peccatū.

Inuenio igitur legem, volenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adiacet:

Cōdelector.n. legi Dei secundū interiorē hominē.

Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, existente in membris meis.

Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?

Gratias habeo Deo per Iesum Christum Dominum nostrum.

Igitur ipse ego quidem mente seruio legi Dei, at carne legi peccati.

CAP. VIII.

NVlla nempe nunc condemnatio his qui in Christo Iesu: non secundum carnem ambulantibus, sed secundum spiritum.

Nam lex spiritus vitæ in Christo Iesu liberauit me à lege peccati, & mortis.

Nam impossibile legis, in quo infirmabatur per carnem: Deus suum ipsius Filium mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne.

Vt iustificatio legis impleretur in nobis, non secundum carnē ambulantibus, sed secundū spiritū.

Nam secundum carnem existentes, ea quæ carnis, sapiunt: qui vero secundum spiritum ea quæ spiritus.

Nam prudentia carnis, mors: at prudentia spiritus, vita, & pax.

Propter quod prudentia carnis inimica in Deum: nam legi Dei non subiicitur, nec enim potest.

At in carne existentes, Deo placere non possunt.

Vos autem non estis in carne, sed in spiritu, siquidem Spiritus Dei habitat in vobis. Si autem quis Spiritum Christi non habet: hic non est eius.

Si autem Christus in vobis, ipsum quidem corpus mortuum propter peccatum: at spiritus vita propter iustitiare.

Si autem Spiritus excitantis Iesum ex mortuis, habitat in vobis, suscitans Christum ex mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra, propter inhabitantem eius Spiritum in vobis.

Vtique ergo fratres debitores sumus non carni, ad secundum carnem viuere.

Transl. Erasm. Roterod.

Ergo quod bonum erat, mihi factum est mors? Absit. Imo peccatum, vt appareret peccatum, per id quod erat bonum mihi gigneret mortem, vt fieret maiorem in modum peccans peccatum, per præceptum.

Scimus enim quod lex spiritualis est; At ego carnalis sum, venditus sub peccatum.

Quod enim ago, non probo. Non enim quod volo, hoc facio; sed quod odi, hoc ago.

Si vero quod non volo, hoc facio, consentio legi, quod bona sit.

Nunc autem non iam ego perpetro illud, sed inhabitans in me peccatum.

Noui enim, quod non habitet in me, hoc est in carne mea bonum. Nam velle adest mihi; at vt faciam bonum, non reperio.

Non enim quod volo, facio bonum, sed quod non volo malum, hoc ago.

Porro si quod non volo ego, hoc facio: non iam ego perpetro illud, sed inhabitans in me peccatum.

Reperio igitur per legem volenti mihi facere bonum, quod mihi malum adiunctum sit.

Delectat enim me lex Dei secundū internū hominem.

Sed video aliam legem in membris meis, rebellantem legi mentis meæ, & captiuum reddentem me legi peccati, quæ est in membris meis.

Miser ego homo, quis me eripiet ex hoc corpore morti obnoxio?

Gratias ago Deo per Iesum Christum Dominum nostrum.

Itaq; idem ego mente quidem seruio legi Dei, carne vero legi peccati.

CAP. VIII.

NVlla igitur nunc est condemnatio, his qui insiti sunt Christo Iesu, qui non iuxta carnem versantur, sed iuxta spiritum.

Nam lex spiritus vitæ per Christum Iesum, liberum me reddidit à iure peccati & mortis.

Etenim quod lex præstare non poterat, ea parte qua imbecillis erat per carnem, hoc deus proprio Filio, misso sub specie carnis peccato obnoxiæ, præstitit, ac de peccato condemnauit peccatum per carnem,

Vt iustificatio legis impleretur in nobis: qui non secundum carnem versamur, sed secundum spiritum.

Nam qui carnales sunt, quæ carnis sunt curant, at qui spirituales, quæ spiritus sunt.

Nam affectus carnis, mors est: Affectus vero spiritus vita & pax.

Propterea quod affectus carnis inimicitia est aduersus Deum: nam legi Dei non subditur, siquidem ne potest quidem.

Qui vero in carne sunt, Deo placere non possunt.

Vos autem non estis in carne, sed in spiritu: siquidem Spiritus Dei habitat in vobis. Quod si quis Spiritum Christi non habet, hic non est eius.

Porro si Christus in vobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autem vita est propter iustificationem.

Quod si Spiritus eius, qui excitauit Iesum à mortuis, habitat in vobis, is qui excitauit Christum ex mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra, propter ipsius Spiritum inhabitantem in vobis.

Proinde fratres, debitores sumus non carni, vt secundum carnem viuamus.

Vulgat. Editio.		Transl. ex Syriac.
Si enim ſecundum carnem vixeritis, moriemini: ſi autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.	13	*Si enim in carne vixeritis, futurum eſt vt moriamini: ſed ſi ſpiritu conuerſationes corporis mortificetis, viuetis.*
Quicumque enim ſpiritu Dei aguntur, ij ſunt filij Dei.	14	*Ii enim qui Spiritu Dei ducuntur, hi (inquam) ſunt filij Dei.*
* Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: Abba (Pater.)	15	*Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis rurſus ad timorem, ſed recepiſtis ſpiritum (adoptionis) poſitionis filiorum, ſed quem clamamus, Abba, Pater noſter.*
Ipſe enim Spiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro quod ſumus filij Dei.	16	*Et ipſe Spiritus ſuffragatur ſpiritui noſtro, nos eſſe filios Dei.*
Si autem filij, & hæredes; hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti: ſi tamen compatimur, vt & conglorificemur.	17	*Quod ſi filij, etiam hæredes: hæredes Dei, filij autem hereditatis, (cohæredes) Ieſchua Meſchicho: quod ſi patiamur cum eo, etiam cum eo glorificabimur.*
Exiſtimo enim quod non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.	18	*Siquidem exiſtimo nequaquam dignas eſſe propeſſiones huius temporis gloria illa, quæ reuelanda eſt in nobis.*
Nam expectatio creaturæ: renelationem filiorum Dei expectat.	19	*Omnis enim creatura expectat & proſpicit in reuelationem filiorum Dei.*
Vanitati enim creatura ſubiecta eſt non volens, ſed propter eum, qui ſubiecit eam in ſpe:	20	*Nam creatura ſubiecta eſt vanitati, non ſua ſponte, ſed propter eam ſub ſpe:*
Quia & ipſa creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei.	21	*Quod & ipſa creatura aſſeretur ex ſeruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei.*
Scimus enim quod omnis creatura ingemiſcit, & parturit vſque adhuc.	22	*Scimus enim omnes creaturas ſuſpirare, & parturire ad hunc vſq; diem.*
Non ſolum autem illa, ſed & nos ipſi primitias habentes: & ipſi intra nos gemimus adoptionem filiorum Dei expectantes, redemptionem corporis noſtri.	23	*Nec illa tantummodo, ſed & nos, qui habemus primitias Spiritus: ſuſpiramus in nobis ipſis, & proſpicimus in adoptionem, (ideſt) redemptionem corporum noſtrorum.*
Spe enim ſalui facti ſumus. Spes autem, quæ videtur, non eſt ſpes: nam quod videt quis, quid ſperat?	24	*Quandoquidem per ſpem illam viuimus, ſalui ſumus.) Spes autem quæ conſpicitur, non eſt ſpes. ſi enim illud aſpicimus, cur illud expectabimus:*
Si autem quod non videmus, ſperamus: per patientiam expectamus.	25	*Sed ſi quod non cernitur ſperamus: per patientiam expectamus.*
Similiter autem & Spiritus adiuuat infirmitatẽ noſtram: nam quid oremus, ſicut oportet, neſcimus: ſed ipſe Spiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.	26	*Similiter etiam Spiritus ipſe opitulatur infirmitatibus noſtris: quid enim precemur vt oportet, non nouimus: at Spiritus ille deprecatur pro nobis gemitibus inenarrabilibus.*
Qui autem ſcrutatur corda, ſcit quid deſideret Spiritus: quia ſecundum Deum poſtulat pro ſanctis.	27	*Qui vero ſcrutatur corda, is nouit quæ ſit intentio Spiritus: qui iuxta placitam Dei deprecatur pro Sanctis.*
Scimus autem quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, ijs, qui ſecundum propoſitum vocati ſunt ſancti.	28	**Scimus enim quod ijs quid diligunt Deum omni re id auxiliatur ad bonum, ijs (inquam) quos præordinauit vt ſint vocati.*
Nam quos præſciuit, & prædeſtinauit conformes fieri imaginis Filij ſui, vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus.	29	*Et à principio cognouit eos, & ipſos obſignauit in ſimilitudine imaginis Filij ſui, vt is ſit primogenitus fratrum multorum.*
Quos autem prædeſtinauit, hos & vocauit: & quos vocauit, hos & iuſtificauit: quos autem iuſtificauit filios, & glorificauit.	30	*Quos autem prius obſignauit (præordinauit,) eos vocauit: & quos vocauit, eos iuſtificauit: quos vero iuſtificauit, eoſdem glorificauit.*
Quid ergo dicemus ad hæc? ſi Deus pro nobis, quis contra nos?	31	*Quid igitur dicemus ad hæc? Si Deus pro nobis, quis contra nos?*
Qui etiam proprio Filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit?	32	*Quod ſi ne proprio quidem Filio pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit eum, quomodo omnia cum eo non largietur nobis?*
Qui accuſabit aduerſus electos Dei? Deus qui iuſtificat.	33	*Quis ſeſe opponet electis Dei? Deus iuſtificat.*
Quis eſt qui condemnet? Chriſtus Ieſus, qui mortuus eſt, immo qui & reſurrexit, qui eſt ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis.	34	*Quis condemnabit? Meſchicho mortuus eſt, & excitatus, eſt q̃ ad dexteram Dei, & poſtulat pro nobis.*
Quis ergo nos ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio? an anguſtia? an fames? an nuditas? an periculum? an perſecutio? an gladius?	35	*Quis me ſeparabit à dilectione Meſchicho? oppreſſio, aut anguſtia, aut perſecutio, aut fames, aut nuditas, aut periculum, aut gladius;*
(Sicut ſcriptũ eſt: * Quia propter te mortificamur tota die: æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis.)	36	*(Sicut ſcriptum eſt: Propter te quotidie morimur, & habiti ſumus, quaſi oues ad mactationem.)*
Sed in his omnibus ſuperamus propter eum, qui dilexit nos.	37	*Verum in his omnibus victoria potimur per eum qui dilexit nos.*
Certus ſum enim, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principatus, neque Virtutes, neque inſtãtia, neque futura, neque fortitudo.	38	*Perſuaſum enim habeo, neque mortem, neq̃ vitam, neq̃ Angelos, neq̃ Principatus, neq̃ Poteſtates, neq̃ inſtantia, neq̃ futura,*

* 2. Thes. 2. Gal. 4. 5.

Pſ. 43. 23

* Lectio Matryrũ.

	Transl. B. Ariæ Mont.	Transl. Erasm. Roterod.
13	Si enim secundum carnem vixeritis, futuri estis mori: si autem spiritu actiones corporis mortificaueritis, viuetis.	*Nam si secundum carnem vixeritis, moriemini. Quod si spiritu facta corporis mortificatis, viuetis.*
14	Quicumque enim Spiritu Dei aguntur, ij sunt filij Dei.	*Etenim quicunq; Spiritu Dei ducuntur, hi sunt filij Dei.*
15	Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timorem, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus: Abba (Pater.)	*Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum ad timorem, sed accepistis spiritum adoptionis: per quem clamamus, Abba pater.*
16	Ipse Spiritus contestatur spiritui nostro quod sumus filij Dei.	*Idem Spiritus testatur vna cum spiritu nostro, quod sumus filij Dei.*
17	Si autem filij, & hæredes; hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi: si modo compatimur, vt & conglorificemur.	*Quod si filij igitur, & hæredes Hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi. Siquidem simul cum eo patimur, vt & vna cum illo glorificemur.*
18	Existimo enim quod non dignæ passiones nunc temporis, ad futuram gloriam reuelari in nobis.	*Nam reputo non esse pares afflictiones præsentis temporis ad gloriam, quæ reuelabitur erga nos.*
19	Nam anxia expectatio creaturæ reuelationem filiorum Dei expectat.	*Etenim solicita creaturæ expectatio expectat vt palàm fiant filij Dei.*
20	Nam vanitati creatura subiecta est non volens, sed propter subiicientem in spe:	*Quippe vanitati creatura subiacet: non volens, sed propter eum, qui subiecit illam sub spe:*
21	Quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei.	*Quoniam & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei.*
22	Scimus enim quod omnis creatura ingemiscit, & comparturit vsque nunc.	*Scimus enim quod omnis creatura congemiscit, simulq; nobiscum parturit vsq; ad hoc tempus.*
23	Non solum autem, sed & ipsi primitias spiritus habentes: & nos ipsi in nobisipsis gemimus adoptionem filiorum expectantes, redemptionem corporis nostri.	*Non solum autem illa, sed & ipsi, qui primitias Spiritus habemus & nos ipsi in nobisipsis gemimus adoptionem expectantes, redemptionem corporis nostri.*
24	Nam spe seruati sumus. Spes autem visa, non est spes: quod enim videt quis, quid & sperat?	*Siquidem spe seruati sumus. Porro spes si videatur, non est spes. Quod enim quis cernit, cur idem speret?*
25	Si autem quod non videmus, speramus: per patientiam expectamus.	*Si vero quod non videmus, speramus, id per patientiam expectamus.*
26	Similiter autem & Spiritus simul recipit infirmitates nostras: nam quid oremus, sicut oportet, nescimus: sed ipse Spiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.	*Consimiliter autem & Spiritus auxiliatur infirmitatibus nostris. Siquidem hoc ipsum, quid oraturi simus, vt oportet, non nouimus: verum ipse Spiritus intercedit pro nobis gemitibus inenarrabilibus.*
27	At scrutans corda, scit quid prudentia Spiritus: quia secundum Deum interpellat pro sanctis.	*At ille qui scrutatur corda, nouit quis sit sensus Spiritus: quoniam secundum Deum intercedit pro sanctis.*
28	Scimus autem quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, secundum propositum vocatis existentibus.	*Scimus autem quod his qui diligunt Deum omnia simul adjumento sunt in bonum, nimirum his qui iuxta propositum vocati sunt.*
29	Nam quos præsciuit, & prædestinauit conformes imaginis Filij sui, ad esse eum primogenitum in multis fratribus,	*Quoniam quos præscierat, eosdem & præfiniuit, conformes imaginis Filij sui, vt ipse sit primogenitus inter multos fratres.*
30	Quos autem prædestinauit, hos & vocauit: & quos vocauit, hos & iustificauit: quos autem iustificauit, illos & glorificauit.	*Porro quos prædefinierat, eosdem & vocauit. Et quos vocauit, eos iustificauit. Quos autem iustificauit, hos & glorificauit.*
31	Quid ergo dicemus ad hæc? si Deus pro nobis, quis contra nos?	*Quid igitur dicemus ad hæc? Si Deus pro nobis, quis contra nos?*
32	Qui etiam proprio Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum; quomodo non etiam cum illo omnia nobis gratificabit?	*Quod proprio Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum qui fieri potest, vt non & cum eodem omnia nobis donet?*
33	Quis accusabit aduersus electos Dei? Deus iustificans,	*Quis intentabit crimina aduersus electos Dei? Deus est qui iustificat.*
34	Quis condemnans? Christus mortuus, magis vero & excitatus, qui & est in dextera Dei, qui etiam interpellat pro nobis.	*Quis ille, qui condemnet? Christus est, qui mortuus est, imo qui & suscitatus est, qui etiam est ad dexteram Dei, qui & intercedit pro nobis.*
35	Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio? an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius?	*Quis nos separabit à dilectione dei? num afflictio? num angustia? num persecutio? num fames? num nuditas? num periculum? num gladius?*
36	Sicut scriptum est: Quia propter te mortificamur totâ die: æstimati sumus sicut oues occisionis.	*Quemadmodum scriptum est: Propter te morti tradimur tota die, habiti sumus velut oues destinata mactationi.*
37	Sed in his omnibus superamus propter diligentem nos.	*Verum in his omnibus superamus, per eum qui dilexit nos.*
38	Persuasus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principatus, neque potestates, neque instantia, neque futura,	*Nam mihi persuasum habeo, quod neque mors neq; vita, neq; Angeli, neq; Principatus, neq; Potestates, neq; instantia, neq; futura,*

Vulgat. Editio.

Neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro.

CAP. IX.

VEritatem dico in Christo, non mentior: testimonium mihi perhibente conscientia mea in Spiritu sancto.

Quoniam tristitia mihi magna est, & continuus dolor cordi meo.

* Act. 9. 2. Cor. 11. 7. * Optabam enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratrib. meis, qui sunt cognati mei secundum carnem,

Qui sunt Israelitæ, quorum adoptio est filiorum, & gloria, & testamentum, & legislatio, & obsequiū, & promissa:

Quorum patres, & ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in secula. Amen.

Non autem quod exciderit verbum Dei. Non enim omnes qui ex Israel sunt, ij sunt Israelitæ:

* Gen. 21. 12. Neque qui semen sunt Abrahæ, omnes filij: * sed in Isaac vocabitur tibi semen:

* Gal. 4. 28. Id est, non qui filij carnis, hi filij Dei: sed * qui filij sunt promissionis, æstimantur in semine,

* Gen. 18. 10. * Gen. 25. 24. Promissionis enim verbum hoc est: * Secundum hoc tempus veniam: & erit Saræ filius.

Non solum autem illa: * sed & Rebecca ex vno concubitu habens, Isaac patris nostri.

Cum enim nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent aut mali, (vt secundum electionem propositum Dei maneret:)

Non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei:

* Gen. 25. 23. * Quia maior seruiet minori.

Mal. 1. 2. Sicut scriptum est: Iacob dilexi, Esau autem odio habui.

Quid ergo dicemus? nunquid iniquitas apud Deum? Absit.

* Exod. 33. 19. Moysi enim dicit: * Miserebor cuius misereor: & misericordiam præstabo cuius miserebor.

Igitur non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei.

* Exo. 9. 16. Dicit enim Scriptura Pharaoni: * Quia in hoc ipsum excitaui te, vt ostendam in te virtutem meam & vt annuncietur nomē meum in vniuersa terra.

Ergo cuius vult miseretur, & quē vult indurat.

Dicis itaque mihi: Quid adhuc quæritur? voluntati enim eius quis resistit?

* Sap. 15. 7. Isa. 45. 9. Ier. 18. 6. O homo, tu quis es, qui respondeas Deo? * Nunquid dicit figmentum ei, qui se finxit: Quid me fecisti sic?

An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam?

Quod si Deus volens ostendere iram, & notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia, vasa iræ, apta in interitum,

Vt ostenderet diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam.

Quos & vocauit nos non solum ex Iudæis, sed etiam ex Gentibus, sicut in Osee dicit:

* Osee 2. 23. 1 Pet. 2. 10. * Vocabo non plebem meam, plebem meam: & non dilectam, dilectam: & non misericordiam consecutam, misericordiam consecutam.

* Osee 1. 10. * Et erit in loco, vbi dictum est eis: Non plebs mea vos: ibi vocabuntur filij Dei viui.

Transl. ex Syriac.

39 *Neque altitudinem, neque profunditatem, nec denique vllam creaturam posse me seiungere à dilectione Dei, quæ est in Domino nostro Ieschua Meschicho.*

CAP. IX.

1 *VEritatem dico per Meschicho, neque mentior: sed suffragatur mihi conscientia mea per Spiritum sanctitatis,*

2 *Magnam mihi esse ægritudinem, & dolorem cordi meo indesinentem.*

3 *Optarim enim ego ipse anathema esse à Meschicho pro fratribus meis, & patruelibus meis secundum carnem:*

4 *Qui sunt filij Israel, quorum est adoptio & gloria, & pacta, & lex, & ministerium, & promissiones, & Patres,*

5 *Et ex quibus apparuit Meschicho in carne, qui est Deus supra omnes. Cui sint laudes & benedictiones in saeculum seculorum; Amin.*

6 * *Neque enim prorsus excidit sermo Dei. Si quidem non omnes qui sunt ex Israel, sunt Israel.* * Aquila, Symm. & Theod.

7 *Neque etiam quia sunt ex semine Abrahom, sunt omnes filij, quoniam dictum est: in Ischok vocabitur tibi semen.*

8 *Hoc est autem, non qui filij quantum ad carnem; sunt filij Dei: sed filij promissionis habentur pro semine.*

9 *Promissionis enim sermo hic est: Hoc ipso tempore veniam, & erit ipsi Saro filius.*

10 *Neque hic tantum, sed etiam Raphko, quum vnius patris nostri Ischok habuisset consuetudinem,*

11 *Priusquam geniti essent filij, necdum fecissent bonum aut malum, præcognita est electio Dei, vt ipsa permaneret.*

12 *Non per opera, sed per eum qui vocauit; dictum est enim: Senior erit seruus minori.*

13 *Sicut scriptum est: Iaakoub dilexi: Esau autem odio habui.*

14 *Quid igitur dicemus? num iniquitas est apud Deum? Absit.*

15 *Ecce etiam ipsi Mouschi dixit: Miserebor cuius misertus sum, & gratiosum me exhibebo in eum, cui futurus sum gratiosus.*

16 *Non est ergo per eum, cui velit, neque per eum, qui curat, sed per Deum miserentem.*

17 *Ait enim in Scriptura ipsi Perhoun: Ad hoc ipsum excitaui te, vt ostendam in te potentiam meam, vtq; prædicetur nomen meum in vniuersa terra.*

18 *Itaque cuius vult, miseretur, & quem vult, indurat.*

19 *Iam vero dices: Quamobrem arguis? quis enim obsistat eius voluntati?*

20 *Tu igitur quis es, ô homo, qui responsum Deo das? Num dicet figmentum ei, qui ipsum effinxit: Cur me ita effinxisti?*

21 *An non habet potestatem figulus in lutum suum, vt ex eadem massa conficiat vasa, vnum ad honorem, & alterum ad ignominiam?*

22 * *Sin volens Deus ostendere iram suam, & patefacere pœnitentiam suam, intulit plurima longanimitate sua, iram aduersus vasa ira consummata ad exitium:* * Lect. perperam.

23 *Et effudit miserationes suas in vasa misericordiæ, quæ parata sunt Deo ad gloriam?*

24 *Quippe nos sumus vocati non tantum ex Iihoudaïs, sed etiam ex Gentibus, sicut & in Houschoo dixit:*

25 *Vocabo eos qui non erant populus meus: Populum meum: & quæ misericordiam non erat consecuta: Misericordiam consecutam.*

26 *Futurum est enim in loco vbi vocabantur: Non populus meus; illic vt vocentur filij Dei viuentis,*

Transl. B. Ariæ Mont.

Neque altitudo,neque profunditas,neque aliqua creatura alia,poterit nos separare à charitate Dei, quæ in Christo Iesu Domino nostro.

CAP. IX.

VEritatem dico in Christo,non mentior, contestante mihi conscientia mea in Spiritu sancto.

Quoniam tristitia mihi est magna, & continuus dolor cordi meo.

Optabam enim ipse ego anathema esse à Christo pro fratribus meis,cognatis meis secundum carnẽ:

Qui sunt Israelitæ,quorum adoptio filiorum, & gloria,& testamenta,& legislatio,& cultus, & promissa.

Quorum patres,& ex quibus Christus quod secundum carnem:existens super omnia Deus benedictus in secula. Amen.

Non fieri potest autem, quod exciderit verbum Dei: non enim omnes qui ex Israel,ij Israel.

Neque quia sunt semen Abrahæ,omnes filij: sed in Isaac vocabitur tibi semen:

Id est,non filij carnis,hi filij Dei sed filij promissionis,æstimantur in semine.

Promissionis enim verbum hoc,Secundum tempus hoc veniam & erit Saræ filius.

Non solum autem,sed & Rebecca ex vno concubitum habens,Isaac patris nostri.

Nondum enim natis,neque agentibus quid bonum aut malum, (vt secundum electionem Dei propositum maneret,)

Non ex operibus,sed ex vocante, dictum est ei, Quia maior seruiet minori:

Sicut scriptum est,Iacob dilexi, at Esau odio habui.

Quid ergo dicemus? nunquid iniquitas apud Deum?Ne fiat.

Nam Moysi dicit,Miserebor cuius misereor, & miserabor quemcunque miseror.

Nempe igitur non volentis,neque currentis,sed miserentis Dei.

Dicit enim scriptura Pharaoni, Quia in ipsum hoc excitaui te,vt ostendam in te virtutem meam, & vt annuntietur nomen meum in vniuersa terra.

Nempe ergo cuius vult miseretur,,quem autem vult indurat.

Dicet itaque mihi, Quid adhuc quæritur? nam voluntati eius quis resistit?

Imo vero, ô homo, tu quis es respondens Deo nunquid dicit figmentum fictori, Quid me fecisti sic?

An non habet potestatem figulus luti, ex eadem massa facere hoc quidem in honorem vas,hoc vero in contumeliam?

Si autem volens Deus ostendere iram, & notam, facere potentiam suam,sustinuit in multa lõganimitate vasa iræ adoptata in interitum:

Et vt notas faceret diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ,quæ præparauit in gloriam:

Quos & vocauit nos,non solum ex Iudeis, sed etiam ex Gentibus:Sicut & in Osee dicit:

Vocabo non populum meum,populum meum: & non dilectam,dilectam.

Et erit,in loco vbi dictum est eis, Non populus meus vos,ibi vocabuntur filij Dei viui.

Transl. Erasm. Roterod

Neque altitudo,neque profunditas, neque vlla creatura alia poterit nos separare à dilectione Dei,quæ est in Christo Iesu Domino nostro.

CAP. IX.

VEritatem dico in Christo, non mentior, attestante mihi simul conscientia mea per Spiritum sanctum,

Quod dolor mihi sit magnus, & assiduus cruciatus cordi meo.

Optarim ego ipse,anathema esse à Christo pro fratribus meis,cognatis meis secundum carnem,

Qui sunt Israelitæ quorum est adoptio,& gloria, & testamenta, & legis constitutio, & cultus,& promissiones,

Quorum sunt patres, & ij, ex quibus est Christus quantum attinet ad carnem,qui est in omnibus Deus laudandus in secula,Amen.

Non autem hoc loquor quod exciderit sermo Dei. Non enim omnes qui sunt ex Israel,sunt Israel:

Neque quia sunt semen Abrahæ,statim omnes filij, sed per Isaac nominabitur tibi semen:

Hoc est,non qui filij carnis, ij filij Dei: sed qui sunt filij promissionis,recensentur in semen.

Promissionis enim sermo hic est. In tempore hoc veniam, & erit Saræ filius.

Non solum autem hoc sed & Rebecca ex vno conceperat Isaac patre nostro:

Nondum enim natis pueris, cum neque boni quippiam feciſſent neque mali, vt secundum electionem propositum Dei maneret:

Non ex operibus,sed ex vocante dictum est illi: Maior seruiet minori.

Sicut scriptum est:Iacob dilexi, Esau vero odio habui.

Quid igitur dicemus? Num iniustitia est apud Deum? Absit.

Nam Mosi dicit: Miserebor, cuiuscunque misereor:& commiserabor quemcunque commiseror.

Itaque non volentis est,neque currentis, sed miserentis Dei.

Dicit enim scriptura Pharaoni: In hoc ipsum te excitaui,vt ostendam in te potentiam meam, & vt annuncietur nomen meum in tota terra.

Itaque cui vult,miseretur, quem autem vult,indurat.

Dices ergo mihi: Quid adhuc conqueritur? Nam voluntati illius quis resistit?

At qui ô homo, tu qui es,qui ex aduerso respondes deo? Num dicet figmẽtum ei,qui finxit cur me finxisti ad hunc modum?

An non habet potestatem figulus luti,vt ex eadem massa,fingat aliud quidem vas in honorem,aliud vero in ignominiam?

Quod si Deus volens ostendere iram, & notam facere potentiam suam,tulit multa animi lenitate vasa iræ, apparata in interitum,

Et vt notas faceret diuitias gloriæ suæ, erga vasa misericordia,quæ præparauerat in gloriam.

Quos & vocauit nimirum nos,non solum ex Iudæis, verumetiam ex gentibus. Quemadmodum & Osee dicit:

Vocabo populum qui meus non erat,populum meum:& eam quæ dilecta non erat,dilectam.

Et erit in loco,vbi dictum fuerat eis: Non populus meus vos ibi vocabuntur filij Dei viuentis.

Vulgat. Editio.

*Isa.10. 22. Isaias autem clamat pro Israel,*Si fuerit numerus filiorum Israel tanquam arena maris, reliquiæ saluæ fient.

Verbum enim consummans, & abbreuians in æquitate: quia verbum breuiatum faciet Dominus super terram.

Et sicut prædixit Isaias: Nisi non Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus, & sicut Gomorrha similes fuissemus.

Quid ergo dicemus? Quod Gentes quæ non sectabantur iustitiam apprehenderunt iustitiam: iustitiam autem quæ ex fide est:

Israel vero sectando legem iustitiæ, in legem iustitiæ non peruenit.

Quare? Quia non ex fide, sed quasi ex operibus. Offenderunt enim in lapidem offensionis,

Isa.14. & 28.16. 1.Pet.2.7 Sicut scriptum est. Ecce pono in Sion lapidem offensionis, & petram scandali: & omnis, qui credit in eum, non confundetur.

CAP. X.

FRatres, voluntas quidem cordis mei, & obsecratio ad Deum, fit pro illis in salutem.

Testimonium enim perhibeo illis, quod æmulationem Dei habent, sed non secundum scientiam.

Ignorantes enim iustitiam Dei, & suam quærentes statuere, iustitiæ Dei non sunt subiecti.

Finis enim legis Christus, ad iustitiam omni credenti.

Moyses enim scripsit, quoniam Iustitiam quæ ex lege est,* qui fecerit homo, viuet in ea.

*Leui.18 § Deut.10 11 *Deu.30. 12. Quæ autem ex fide est iustitia, sic dixit,* Ne dixeris in corde tuo, Quis ascendet in cælum? id est. Christum deducere:

Aut, quis descendet in abyssum hoc est, Christum a mortuis reuocare.

Deu.30. 14. Sed quid dicit Scriptura? Prope est verbum in ore tuo & in corde tuo, hoc est verbum fidei, quod prædicamus.

Quia si confitearis in ore tuo Dominum Iesum, & in corde tuo credideris, quod Deus illum suscitauit a mortuis, saluus eris.

Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.

Isa.28. 16. Dicit enim scriptura, Omnis, qui credit in illum, non confundetur.

Non enim est distinctio Iudæi & Græci: nam idem Dominus omnium, diues in omnes, qui inuocant illum.

*Joel.2. 32. Act.2.21. * Omnis enim quicunq; inuocauerit nomen Domini, saluus erit.

Quomodo ergo inuocabunt in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ei, quem non audierunt? quomodo autem audient sine prædicante?

Quomodo vero prædicabunt, nisi mittantur? sicut scriptum est:* Quam speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona!

*Isa.52.7 Nah.1.15 Sed non omnes obediunt Euangelio. Isaias enim

Isa.53.1 Io.12.38. dicit: Domine, quis credidit auditui nostro?

Ergo fides ex auditu: auditus autem per verbum Christi.

Ps.18.5. Sed dico, Nunquid non audierunt. Et quidem in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.

Transl. ex Syriac.

27 *Eschaio porro prædicat de filijs Israel: Si fuerit numerus filiorum Israel sicut arena maris, reliquiæ eorum seruabuntur.*

28 *Sermonem ad consummationem contulit: & præcidit, eumq; præstabit Dominus super terram.*

29 *Et quemadmodum prædixerat ipse Eschaio: Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis superstitem (semen,) vt Sodoma facti fuissemus, & Gomorra fuissemus similes.*

30 ** Quid igitur dicemus? Gentes quæ non currebant post iustitiam, assecutas fuisse iustitiam, iustitiam vero eam, quæ est ex fide.* *De intrat in Dominum. Ebræis 12. Gal. 3. & de Ebræis & Apostolo.

31 *Israel autem qui currebat post legem iustitiæ: Legem iustitiæ non fuisse assecutum.*

32 *Quamobrem? quia non ex fide, sed ex operibus legis. Impegerunt enim ad lapidem offendiculi.*

33 *Sicut scriptum est: Ecce pono in Tzhioun lapidem offendiculi, & petram offensionis; & qui credit in eum, pudore non suffundetur.*

CAP. X.

1 FRatres, voluntas cordis mei, & deprecatio mea quæ fit ad Deum, pro ipsis, est vt seruentur.

2 *Testor enim de eis, ipsos zelum Dei habere, sed non in scientia.*

3 *Iustitiam porro Dei ignorarunt, sed studuerunt propriam iustitiam constituere: & propterea iustitiæ Dei non fuerunt subiecti.*

4 *Scopus enim legis Meschicho est, ad iustitiam cuilibet in ipsum credenti.*

5 ** Siquidem Mouschen ita descripsit iustitiam, quæ est ex lege, dicens: quod qui peregerit, per ipsam viuet.* *Instit. Ebræ. cap.

6 *Iustitia vero quæ est ex fide, ita dicit: Ne dixeris in corde tuo: quis scandit cælos, & Meschicho deduxit?*

7 *Et quis descendit in abyssum inferorum, & eduxit Meschicho ex mortuis.*

8 *Sed quid ait? Prope te est verbum in ore tuo & in corde tuo. Hic est sermo illius fidei, quem prædicamus.*

9 *Quod si confitearis ore tuo Dominum nostrum Ieschuam & credideris corde tuo Deum excitasse eum à mortuis, seruaberis.*

10 *Cor enim quod credit in eum, iustificatur, & os quod confitetur eum, seruatur.*

11 *Dicit enim Scriptura: Quisquis credit in eum, pudore non suffunditur.*

12 *Et in hoc quidem non distinguit neq; Ihoudæos neq; Aramæos (Gentiles:) vnus est enim Dominus omnium, qui diues est in quemlibet à quo inuocatur.*

13 *Quisquis enim inuocauerit nomen Domini, seruabitur.*

14 *Quomodo igitur inuocabunt eum, in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ei, de quo non audierunt? Aut quomodo audient absque concionatore?*

15 *Aut quomodo concionabuntur, nisi missi fuerint? prout scriptum est: Quam speciosi pedes euangelizantium pacem, & euangelizantium bona.*

16 *Sed non omnes auscultarunt nuntiationi Euangelij. Eschaio enim ait: Domine mi, quis credidit filiæ vocis nostræ?*

17 *Ergo fides ex auditu auris est, & auditus auris ex verbo Dei.*

18 *At inquam: An non audierunt? Et ecce in omnem terram exiuit filia vocis eorum, & in fines orbis sermones eorum.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Esaias autem clamat pro Israel, Si fuerit numerus filiorum Israel tanquam arena maris, reliquiæ seruabuntur.

Verbum enim consummans, abbreuians in iustitia, quia verbum concisum faciet Dominus super terram.

Sicut prædixit Esaias, Si non Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma vtique facti essemus, & sicut Gomorrha vtique similes fuissemus.

Quid ergo dicemus; Quod Gentes non sectantes iustitiam, apprehenderunt iustitiam: iustitiam autem quæ ex fide:

Israel vero sectans legem iustitiæ, in legem iustitiæ non peruenit.

Propter quid? quia non ex fide, sed quasi ex operibus legis. offenderunt enim lapidi offensionis:

Sicut scriptum est: Ecce ego pono in Sion lapidem offensionis, & petram scandali: & omnis credens in eum, non confundetur.

CAP. X.

FRatres, ipsa quidem bona voluntas mei cordis, & obsecratio ad Deum, pro Israel est in salutē.

Testor enim illis, quod zelum Dei habent, sed non secundum scientiam.

Ignorantes enim Dei iustitiam, & propriam iustitiam quærentes statuere, iustitiæ Dei non sunt subiecti.

Finis enim legis Christus, ad iustitiam omni credenti.

Moyses enim scribit, Iustitiam quæ ex lege, quod faciens ea homo, viuet in eis.

Quæ autem ex fide iustitia sic dicit, Ne dixeris in corde tuo, Quis ascendet in cælum: id est Christum deducere.

Aut, quis descendit in abyssum hoc est, Christum à mortuis reducere.

Sed quid dicit? Prope te verbum est in ore tuo, & in corde tuo. hoc est verbum fidei, quod prædicamus.

Quia si confitearis in ore tuo Dominum Iesum, & credideris in corde tuo, quod Deus illum suscitauit à mortuis, saluaberis.

Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.

Dicit enim scriptura, Quia omnis credens in illum, non confundetur.

Non enim est distinctio Iudæique & Græci: nam idem Dominus omnium, diues in omnes inuocantes illum.

Omnis enim quicunque inuocauerit nomen Domini, seruabitur.

Quomodo ergo inuocabunt in quem non crediderunt: quomodo autem credent quem non audierunt? quomodo autem audient sine prædicante?

Quomodo vero prædicabunt, si non mittantur? sicut scriptum est, Quam specioſi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona!

Sed non omnes auscultarunt Euangelio. Esaias enim dicit, Domine, quis credidit auditui nostro?

Ergo fides ex auditu: at auditus per verbum Dei,

Sed dico, Nunquid non audierunt; imo vero in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines habitatæ verba eorum.

Transl. Erasm. Roterod.

Esaias autem clamat super Israël: Si fuerit numerus filiorum Israël, vt arena maris, reliquiæ saluæ erunt.

Sermonem enim perficiens & abbreuians cum iustitia, quoniam sermonem abbreuiatum faciet dominus in terra

Et quemadmodum prius dixit Esaias. Nisi dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, vt Sodoma facti fuissemus, & Gomorrhæ assimilati fuissemus.

Quid igitur dicemus; Quod gentes quæ non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam, iustitiam autem eam quæ est ex fide.

Contra Israël, qui sectabatur legem iustitiæ, ad legem iustitiæ non peruenit.

Propter quid; Quia non ex fide, sed tanquam ex operibus legis. Impegerunt enim in lapidem offendiculi:

Quemadmodum scriptum est: Ecce pono in Sion lapidem offendiculi, & petram offensionis: & omnis qui credit in eo, non pudefiet.

CAP. X.

FRatres, propensa quidem voluntas cordis mei, & deprecatio quæ fit ad Deum, pro Israël est ad salutem.

Testimonium enim illis perhibeo, quod studium dei habent, sed non secundum scientiam.

Nam ignorantes dei iustitiam, & propriam iustitiam quærentes constituere, iustitiæ dei non fuerunt subditi.

Nam perfectio legis Christus, ad iustificationem omni credenti.

Moses enim scribit de iustitia quæ est ex lege, quod qui fecerit ea homo, viuet per illa.

Cæterum quæ ex fide est iustitia, ea sic loquitur: Ne dixeris in corde tuo: Quis ascendet in cælum: Hoc est Christum ex alto deducere.

Aut, quis descendet in abyssum; Hoc est Christum ex mortuis reducere.

Sed quid dicit? Prope te verbum est in ore tuo, & in corde tuo. Hoc est, verbum fidei, quod prædicamus.

Nempe si confessus fueris ore tuo dominum Iesum, & credideris in corde tuo, quod deus illum excitauit à mortuis, saluus eris.

Corde enim creditur ad iustitiam; ore autem confessio fit ad salutem.

Dicit enim scriptura: Omnis qui fidit illi, non pudefiet.

Non enim est distinctio vel Iudæi, vel Græci. Nam idem dominus omnium, diues in omnes inuocantes se.

Quisquis enim inuocauerit nomen domini, saluus erit.

Quomodo igitur inuocabunt eum, in quem non crediderunt? Quomodo autem credēt ei, de quo non audierunt? Quomodo autem audient absque prædicante?

Quomodo autem prædicabunt nisi missi fuerint: Sicut scriptum est: Quam specioſi pedes annunciantium pacem, annunciantibus bona.

At non omnes obedierunt euangelio. Esaias enim dicit: Domine quis credidit sermonibus nostris.

Ergo fides ex auditu est: auditus autem per Verbum dei.

Sed dico, an non audierunt. Atqui in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terrarum verba illorum.

Vulgat. Editio.

Sed dico, Nunquid Israel non cognouit? Primus Moyses dicit: *Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem, in gentem insipientem in iram vos mittam.

Isaias autem audet, & dicit: * Inuentus sum à non quærentibus me: palam apparui iis, qui me non interrogabant.

Ad Israel autem dicit: * Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, & contradicentem.

CAP. XI.

Dico ergo. Nunquid Deus repulit populum suum? Absit. Nam & ego Israelita sum, ex semine Abraham, de tribu Beniamin:

Non repulit Deus plebem suam, quam præscivit. An nescitis in Elia quid dicit scriptura: quemadmodum interpellat Deum aduersus Israel?

* Domine, prophetas tuos occiderunt, altaria tua suffoderunt: & ego relictus sum solus, & quærunt animam meam.

Sed quid dicit illi diuinum responsum? *Reliqui mihi ipsi septem millia virorum, qui non curuauerunt genua ante Baal.

Sic ergo & in hoc tempore, reliquiæ secundum electionem gratiæ factæ sunt.

Si autem gratia, iam non ex operibus: alioquin gratia iam non est gratia.

Quid ergo? quod quærebat Israel, hoc non est consecutus: electio autem consecuta est: ceteri vero excæcati sunt:

Sicut scriptum est: * Dedit illis Deus spiritum compunctionis: oculos, vt non videant. & aures vt non audiant, vsque in hodiernum diem.

Et Dauid dicit: Fiat mensa eorum in laqueum & in captionem, & in scandalum, & in retributionem illis.

Obscurentur oculi eorum ne videant: & dorsum eorum semper incurua.

Dico ergo: Nunquid sic offenderunt, vt caderent? Absit. Sed illorum delicto, salus est Gentibus, vt illos æmulentur.

Quod si delictum illorum diuitiæ sunt mundi, & diminutio eorum diuitiæ Gentium, quanto magis plenitudo eorum?

Vobis enim dico Gentibus, quandiu quidem ego sũ Gentiũ Apostolus ministerũ meũ honorificabo.

Si quomodo ad æmulandum prouocem carnem meam, & saluos faciam aliquos ex illis.

Si enim amissio eorum, reconciliatio est mundi, quæ assumptio, nisi vita ex mortuis?

Quod si delibatio sancta est, & massa: & si radix sancta, & rami.

Quod si aliqui ex ramis fracti sunt, tu autem cum oleaster esses, insertus es in illis, & socius radicis, & pinguedinis oliuæ factus es,

Noli gloriari aduersus ramos. Quod si gloriaris, non tu radicem portas, sed radix te.

Dices ergo: Fracti sunt rami, vt ego inserar.

Bene propter incredulitatem fracti sunt. Tu autem fide stas: noli altum sapere, sed time.

Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat.

Transl. ex Syriac.

Sed inquam: Nunquid non cognouit Israel? Primus Mousche ita dixit: Ad æmulationem prouocabo vos per populum, qui non est populus, & per gentem immorigeram vos commouebo ad iram.

Eschaio autem ausus dicere: Visus sum ab iis, qui non quærebant me, & inuentus sum ab iis, qui de me non interrogabant,

Israeli vero dicit: Expandi manus meas tota die ad populum ira percitum, & non acquiescentem.

CAP. XI.

Sed inquam ego: Nunquid repulit Deus populum suum? Absit. Nam & ego sum, ex Israel, ex semine Abrohom, ex prosapia Beniomen. Lectio tertia feriæ Pentecostes.

Non depulit Deus populum suum, qui fuit ei præcognitus. An nescitis Scripturam de Elia quid dicat: quomodo inuocet Deum aduersus Israel? & ait.

Domine mi, Prophetas tuos trucidarunt, & altaria tua euerterunt: ac ego ipse tantum relictus sum, quærunt & animam meam.

At dictum est ei per reuelationem: Ecce reseruaui mihi ipsi septem millia virorum, qui non flexerunt genua sua, nec adoraueruntBaalo.

Ita & hoc tempore, reliquiæ remanserunt per electionem gratiæ.

Sed si per gratiam, non iam ex operibus, alioquin gratia non est gratia. Sin ex operibus, non est ex gratia, alioquin opus non est opus.

Quid ergo? quod requirebat Israel non inuenit; electio vero inuenit, cæteri autem corde suo abcæcati sunt?

(Sicut scriptum est: Dedit eis Deus spiritum stupiditatis, vt oculis non videant, & auribus non audiant) vsque ad hodiernum diem.

Et Dauid rursus ait: Fiat mensa eorum coram ipsis pro laqueo, & retributio eorum pro offendiculo.

Caligine obducantur oculi eorum ne videant, & tergum eorum semper incurueturr.

Ego vero dico: Nunquid impegerunt vt ruerent? Absit. Sed per eorum lapsum vita (salus) obuenit Gentibus, vt eos ad æmulationem prouocarei.

Quod si lapsus eorum fuit opulentia mundo, & eorum cmarmatio diuitiæ Gentibus, quanto magis eorum plenitudo?

Vos autem alloquor Gentes, ego qui sum Apostolus Gentium ministerium meum celebrasso: * Dominica Octauæ.

Si forte ad æmulationem prouocem filios carnis mee, (consanguineos meos,) & seruem quosdam ex ipsis.

Si enim eorum reprobatio in reconciliationem mundo cessit, quidnam ergo erit eorum restitutio, nisi vita ex mortuis?

Sed si primitiæ sanctæ, & massa: & si radix sancta est, sic etiam rami.

Quod si ex ramis naturalibus amputati sunt, tuque cum esses oleaster, insitus es in locum ipsorum, & factus es particeps radicis ac pinguedinis ipsius oleæ:

Ne vero efferas aduersus ramos. Quod si tu ipsum excuterè, non tu sustines radicem, sed ipsa radix sustinet te.

Iam vero dices: Amputati sunt rami, vt ego in locum ipsorum inserrer.

Pulchre: illi quidem, quia non credidernnt, amputati sunt. Tu vero fidem stabilisce effertur mente tua, sed time.

Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit: ne tibi quidem forte parcat.

Transl. B. Ariæ Mont.

Sed dico, Nunquid non cognouit Israel? primus Moyses dicit: Ego ad æmulationem adducam vos, in non gentem, in gentem insipientem in iram mittam vos.

Esaias autem audet, & dicit, Inuentus sum me non quærentibus: conspicuus factus sum me non interrogantibus.

Ad autem Israel dicit: Totam diem expandi manus meas ad populum imperfuasum, & contradicentem.

CAP. XI.

Dico ergo. Numquid repulit Deus populum suum? ne fiat: etenim ego Israelita sum, ex semine Abraham, tribus Beniamin.

Non repulit Deus plebem suam, quam præsciuit. an nescitis in Elia quid dicit scriptura? vt interpellat Deum aduersum Israel? dicens:

Domine, prophetas tuos occiderunt, & altaria tua fussoderunt. & ego relictus sum solus, & quærunt animam meam.

Sed quid dicat illi diuinum responsum? Reliqui mihi ipsi septies mille viros, qui non curuauerunt genua Baal.

Sic ergo & in nunc tempore, relictio secundum electionem gratiæ facta est.

Si autem gratia, non iam ex operibus: alioquin gratia nō iam est gratia. si autē ex operibus, nō amplius est gratia: alioqui opus nō amplius est opus.

Quid ergo? quod inquirit Israel, hoc non est cōsecutus: at electio consecuta est, at ceteri obdurerunt:

Sicut scriptum est: Dedit illis Deus spiritum compunctionis, oculos, ad non videndum, & aures ad non audiendum, vsque in hodiernum diem.

Et Dauid dicit: Fiat mensa eorum in laqueum & in captionem, & in scandalum, & in retributionem illis.

Obscurentur oculi eorum ad non videndum, & dorsum eorum semper incurua.

Dico ergo: Nunquid offenderunt, vt caderent? ne fiat, sed illorum ruina, salus Gentibus, ad æmulatione excitandum illos.

Si vera ruina illorum diuitiæ mundi, & diminutio eorum diuitiæ Gentium, quanto magis plenitudo eorum.

Vobis enim dico Gentibus, ad quantū quidē sum ego Gentiū Apostolus ministeriū meum glorifico.

Si quomodo ad æmulandum prouocem meam carnem, & saluem aliquos ex illis.

Si enim abiectio eorum, reconciliatio mundi, quæ assumptio, si non vita ex mortuis?

Si vero primitia sancta, & massa: & si radix sancta, & rami.

Si vero aliqui ramorum defracti sunt, tu autem oleaster existens insertus es in illis, & particeps radicis, & pinguedinis oliuæ factus es:

Ne obglorieris ramis. si vero obgloriaris, non tu radicem portas, sed radix te.

Dices ergo: Defracti sunt rami, vt ego inserar.

Pulchrī incredulitate defracti sunt, tu autem fide stas? ne efferaris animo, sed time.

Si enim Deus ipsis secundum naturam ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat.

Transl. Erasm. Roterod.

Sed dico: Nunquid non cognouit? Israel Primus Moses dicit: Ego ad æmulationem prouocabo vos per gentem quæ non est gens, per gentem stultam ad iram commouebo vos.

Esaias autem post hunc audet, ac dicit: Inuentus sui his, qui me non quærebant: conspicuus factus sum his, qui de me non interrogabant,

Aduersus Israël autem dicit: Toto die expandi manus meas ad populum non credentem, & contradicentem.

CAP. XI.

Dico igitur: Num repulit deus populum suum? Absit. Nam & ego Israëlita sum, ex semine Abrahæ, tribus Beniamin.

Non repulit deus populum suum, quem ante agnouerat. An nescitis, de Elia quid dicat scriptura? Quomodo interpellat apud deum aduersus Israël, dicens:

Domine, prophetas tuos occiderunt, & altaria tua subruerunt: & ego relictus fui solus, & insidiantur vitæ meæ.

Sed quid dicit ei diuinum responsum? Reliqui mihi ipsi septem milia virorum, qui non inflexerunt genu imagini Baal.

Sic igitur & in hoc tempore, reliquiæ secundum electionē gratiæ fuerunt. Quod si per gratiam, nō iã ex operibus.

Quandoquidem gratia, iam non est gratia. Sin ex operibus, iam non est gratia. Quandoquidem opus, iam non est opus.

Quid igitur? Quod quærit Israël, hoc non assecutus est: sed electio consecuta est, reliqui vero excæcati sunt.

Quemadmodum scriptum est: Dedit eis deus spiritum compunctionis: oculos, vt non videant: & aures, vt non audiant, vsque ad hodiernum diem.

Et Dauid dicit: Vertatur mensa illorum in laqueum, & in captionem, & in offendiculum, & in retaliationem ipsis.

Obtenebrentur oculi eorum, vt non videant, & tergum illorum semper incurua.

Dico igitur: Num ideo impegerunt, vt concíderent? Absit. Sed per lapsum illorum salus contigit gentibus, in hoc vt eos, ad æmulandum prouocaret.

Quod si lapsis illorum diuitiæ sunt mundi: & diminutio illorum, diuitiæ gentium, quanto magis plenitudo illorum.

Vobis enim dico gentibus: quatenus ego quidem sum Apostolus gentium ministerium meum illustro.

Si quomodo ad æmulandum prouocem, carnem meam, & saluos reddam nonnullos ex illis.

Nam si reiectio illorum, est reconciliatio mundi: quæ erit assumptio, nisi vita ex mortuis?

Quod si primitiæ sanctæ, sancta est & conspersio. Et si radix sancta, sancti erunt & rami.

Quod si nonnulli rami defracti sunt, tu vero cum esses oleaster, insitus fusti illis, & consors radicis & pinguitudinis oleæ factus es,

Ne glorieris aduersus ramos, quod si gloriaris, non tu radicem portas, sed radix te.

Dices igitur, defracti sunt rami, vt ego inserer er.

Benè dicis. Per incredulitatem defracti sunt, tu vero fide constitisti. Ne efferaris animo, sed timeas.

Nam si Deus naturalibus ramis non pepercit, vide ne qua fiat, vt nec tibi parcat.

Vulgat. Editio.

Vide ergo bonnitatem, & seueritatem Dei: in eos quidem, qui ceciderunt, seueritatem: in te autem bonnitatem Dei, si permanseris in bonitate, alioquin & tu excideris.

Sed & illi, si non permanserint in incredulitate, inserentur. potens est enim Deus iterum inserere illos.

Nam si tu ex naturali excisus es oleastro, & contra naturam insertus es in bonam oliuam: quanto magis ij qui secundum naturam, inserentur suæ oliuæ?

Nolo enim vos ignorare, fratres, mysterium hoc: (vt non sitis vosipsis sapientes) quia cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo Gentium intraret.

Et sic omnis Israel saluus fieret, sicut scriptum est: * Veniet ex Sion, qui eripiat, & auertat impietates à Iacob.

Et hoc illis à me testamentum: cum abstulero peccata eorum.

Secundū euangelium quidē inimici propter vos: secundū electionē autē, charissimi propter patres.

Sine pœnitentia enim sunt dona, & vocatio Dei.

Sicut enim aliquando & vos non credidistis Deo, nunc autem misericordiam cōsecuti estis propter incredulitatem illorum:

Ita & isti nunc non crediderunt in vestram misericordiā, vt & ipsi misericordiam consequantur.

Conclusit enim Deus omnes in incredulitate: vt omnium misereatur.

O altitudo diuitiarum, & sapientiæ, & scientiæ Dei: quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius?

* Quis enim cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit?

Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei?

Quoniam ex ipso & per ipsum, & in ipso sunt omnia: ipsi gloria in secula. Amen.

CAP. XII.

Obsecro itaque vos fratres, per misericordiam Dei, * vt exhibeatis corpora vestra, hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum.

Et nolite conformari huic sæculo, sed reformamini in nouitate sensus vestri, * vt probetis quæ sit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta.

Dico enim per gratiam quæ data est mihi, omnibus qui sunt inter vos: non plus sapere quàm oportet sapere: sed sapere ad sobrietatem: * & vnicuique sicut Deus diuisit mensuram fidei.

Sicut enim in vno corpore multa membra habemus: membra autem omnia non eundem actum habent:

Ita multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterus membra.

Habentes autem donationes secundum gratiam, quæ data est nobis, differentes, siue prophetiam secundum rationem fidei:

Siue ministerium, in ministrando: siue qui docet in doctrina:

Qui exhortatur in exhortando, qui tribuit in simplicitate, qui præest in solicitudine, qui miseretur in hilaritate.

Dilectio sine simulatione: * Odientes malum, adhærentes bono.

Transl. ex Syriac.

22 *Videigitur benignitatem, & seueritatem Dei: in eos quidem, qui ceciderunt seueritatem: in te vero benignitatem, si permanseris in ipsa benignitate aliouin tu quoque amputaberis.*

23 *Et illi, nisi permanserint in defectu fidei suæ, ipsi quoque inserentur: siquidem potest Deus rursum eos inserere.*

24 *Nam si tu ex tua olea syluestri naturali amputatus es, & præter naturam tuam insitus es in oleam optimam, quanto magis ergo ij si inseruntur in oleam suam naturalem.*

25 *Volim autem vos fratres mei, hoc arcanum (vt ne sitis sapientes propria opinione) obcæcationem cordis ex modico loco (ex parte) accidisse Israeli, vsquedum introierit plenitudo Gentium.*

26 *Et tunc omnis Israel seruabitur: sicut scriptum est: Veniet ex Tzehioun Redemptor, ille, & auertet iniquitatem à Iaakoub.*

27 *Tuncque habebunt fœdus illud quod à me est, quum remiserim ipsi peccata eorum.*

28 *Cæterum in Euangelio hostes sunt propter vos: in electione autem dilecti propter Patres.*

29 *Non enim mutauit Deus donum suum, vocationemque suam.*

30 *Quemadmodum enim vos etiam quondam non acquieuistis Deo, nunc autem misericordiam adepti estis propter eorum inobedientiam:*

31 *Sic & illi non acquieuerunt nunc miserationibus quæ in vos exiterunt: vt ipsis quoq; miserationes fiant.*

32 *Conclusit enim Deus omnes inobedientia, vt omnium misereatur.*

33 *O altitudo diuitiarum & sapientiæ, & scientiæ Dei! nemo scrutatus est iudicia eius, & viæ eius sunt imperuestigabiles.*

34 *Quis enim nouit mentem Domini, aut quis fuit ei consiliarius?*

35 *Aut quis prior dedit ei, vt ita recipiat ab eo?*

36 *Quandoquidem omnia ex eo, & omnia in eo, & omnia per eum. Cui sint laudes & benedictiones in secula seculorum, Amin.*

CAP. XII.

1 *Peto igitur à vobis fratres mei, per miserationes Dei, vt sistitis corpora vestra hostiam viuam & sanctam, & acceptam Deo per ministerium verbale* (rationale.) Feria secunda hebdomadis præcedentis ieiunium.

2 *Et ne assimilemini huic seculo, sed transformemini per renouationem mentis vestræ, & distinguite quæ sit voluntas Dei bona & accepta, ac perfecta.*

3 *Dico autem vobis omnibus per gratiam quæ data est mihi, ne sentiatis extra quam oporteat vos sentire: sed sentiatis cum modestia omnes, prout partitus est Deus vnicuiq; fidem in mensura.*

4 *Quemadmodum enim in vno corpore membra multa habemus: omnia autem membra vnam non habent actionem.*

5 *Ita & nos qui multi sumus, vnum sumus corpus in Meschicho: singuli autem ex nobis alij aliorum sumus membra:*

6 *Sed habemus dona varia pro gratia quæ data est nobis: alius quidem prophetiam pro mensura fidei suæ:*

7 *Alius autem ministerium habet, in ministerio suo occupetur: & alius qui est doctor, in doctrina sua.*

8 *Et alius qui consolatur, in consolatione sua: & qui dat, cū simplicitate, & qui in capite* (præest) *cum sedulitate: & qui miseretur cum hilaritate.*

9 *Nec sit fraudulenta dilectio vestra. Sed odio habete mala, & vos adiungite bono.*

Isa. 59. 20. * Veniet ex Sion, qui eripiat, & auertat impietates à Iacob.

Iob. 9. 13. Isa. 40. 13. 1. Cor. 2. 16. * Quis enim cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit?

Phil. 4. 18. * Obsecro itaque vos fratres, per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra, hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum.

Eph. 5. 17. 1. Thes. 4. 3. * Et nolite conformari huic sæculo, sed reformamini in nouitate sensus vestri, vt probetis quæ sit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta.

1. Cor. 12. 11. Ephe. 4. 7. * Dico enim per gratiam quæ data est mihi, omnibus qui sunt inter vos: non plus sapere quàm oportet sapere: sed sapere ad sobrietatem: * & vnicuique sicut Deus diuisit mensuram fidei.

Amos 5. 15. * Odientes malum, adhærentes bono.

Transl. B. Ariæ Mont.

Vide ergo benignitatem,& seueritatem Dei: in quidem lapsos,seueritatem: in autem te benignitatem, si permanseris benignitati. alioquin & tu excideris.

Et illi autem,si non permanserint incredulitati inferentur. potens enim est Deus iterum inserere illos.

Si enim tu ex illo secundum naturam excisus es oleastro,& contra naturam insertus es in bonam oliuam, quanto magis ij qui secundum naturam inserentur propriæ oliuæ?

Non enim volo vos ignorare,fratres,mysterium hoc,(vt non sitis apud vosipsos arrogantes) quia obduratio ex parte Israel facta est,vsquequo plenitudo Gentium intraret.

Et sic omnis Israel seruabitur,sicut scriptum est. Veniet ex Sion liberator,& auertet impietates à Iacob.

Et hoc illis à me fœdus, cum abstulero peccata eorum.

Secundum quidem euangelium inimici propter vos:secundū autē electionē dilecti propter patres.

Impœnitibilia enim dona,& vocatio Dei.

Sicut enim aliquando & vos non credidistis Deo, nunc autem misericordiam cōsecuti estis illorum incredulitate:

Ita & isti nunc non crediderunt vestræ misericordiæ,vt & ipsi misericordiam consequantur.

Conclusit enim Deus omnes in incredulitatem, vt omnium misereatur.

O profunditas diuitiarum,& sapientiæ,& scientiæ Dei: quàm incomprehensibilia iudicia eius, & imperuestigabiles viæ eius?

Quis enim cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit?

Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei?

Quoniam ex ipso & per ipsum,& in ipso omnia: ipsi gloria in secula. Amen.

CAP. XII.

HOrtor itaque vos fratres, per miserationes Dei,sistere corpora vestra hostiam viuentem sanctam,beneplacentem Deo, rationalem cultum vestrum.

Et ne configuramini sæculo huic: sed reformamini renouatione sensus vestri,ad probandum vos quæ voluntas Dei bona,& beneplacens,& perfecta.

Dico enim per gratiam datam mihi,omni existenti in vobis,non super sapere præter quod oportet sapere: sed sapere ad sobrium esse, vnicuique sicut Deus partitus est mensuram fidei.

Sicut enim in vno corpore membra multa habemus,at membra omnia non eundem habent actum:

Ita multi vnum corpus sumus in Christo,at singulum alia aliorum membra.

Habentes autem donationes secundum gratiam datam nobis,differentes, siue prophetiam, secundum rationem fidei:

Siue ministerium, in ministerio: siue docens in doctrina:

Siue exhortans,in exhortatione: distribuens, in simplicitate: præfectus in solicitudine: miserescens in hilaritate.

Dilectio sine simulatione:odientes malum, adhærentes bono.

Transl. Erasm. Roterod.

22 *Ecce igitur bonitatem ac seueritatem Dei:in eos quidem, qui ceciderunt,seueritatem: in te vero bonitatem, si permanseris in bonitate. Quoniam & tu excideris:*

23 *Et illi rursum,si non permanserint in incredulitate,inserentur. Potest enim Deus denuo inserere illos.*

24 *Etenim si tu ex naturali exectus es oleastro, & præter naturam insitus es in veram oleam,quanto magis hi, qui naturales sunt,inserentur propriæ oleæ?*

25 *Non enim volo vos ignorare fratres mysterium hoc, vt ne sitis apud vosmetipsos elati animo, quod excæcatio ex parte Israeli accidit,donec plenitudo gentium aduenerit,*

26 *Et sic totus Israel saluus erit, Sicut scriptum est: Aduenier ex Sion ille qui liberat,& auertet impietates à Iacob.*

27 *Et hoc illis à me testamentum, cum abstulero peccata ipsorum.*

28 *Secundum euangelium quidem inimici propter vos, secundum electionem autem dilecti propter patres.*

29 *Nam dona quidem & vocatio Dei, eiusmodi sunt, vt eorum illum pœnitere non possit.*

30 *Quemadmodum enim & vos quondam increduli fuistis Deo: nunc autem misericordiam estis consecuti per illorum incredulitatem,*

31 *Sic & isti nunc increduli facti sunt,ex eo quod vos misericordiā estis adepti,vt & ipsi misericordiā cōsequātur.*

32 *Concluserat enim Deus omnes sub incredulitatem,vt omnium misereretur.*

33 *O profunditatem diuitiarum & sapientiæ & cognitionis Dei,quàm inscrutabilia sunt iudicia eius, & imperuestigabiles viæ eius.*

34 *Quis enim cognouit mentem Domini? Aut quis illi fuit à consiliis?*

35 *Aut quis prior dedit illi, & reddetur ei?*

36 *Quoniam ex illo,& per illum, & in illum omnia. Ipsi gloria in secula. Amen.*

CAP. XII.

1 *OBsecro igitur vos fratres, per miserationes Dei, vt præbeatis corpora vestra,hostiam viuentem,sanctam,acceptam Deo,rationalem cultum vestrum.*

2 *Et ne accommodetis vos ad figuram sæculi huius, sed transformemini per renouationē mentis vestræ,vt probetis quæ sit voluntas Dei,quod bonū est acceptū,& perfectū.*

3 *Dico enim per gratiam,quæ data est mihi, cuilibet versanti inter vos, ne quis arroganter de se sentiat, supra quam oportet de se sentire,sed ita sentiat,vt modestus sit & sobrius,vt cuique Deus partitus est mensuram fidei.*

4 *Quemadmodum enim in vno corpore membra multa habemus:membra vero non omnia eundem habent actum.*

5 *Sic multi vnum corpus sumus in Christo: singulatim autem alij aliorum membra:*

6 *Sed tamen habentes dona iuxta gratiam datam nobis varia,siue prophetiam iuxta portionem fidei,*

7 *Siue ministerium in administratione, siue qui docet in doctrina,*

8 *Siue qui exhortatur in exhortatione, qui impertit in simplicitate,qui præest in diligentia, qui miseretur in hilaritate.*

9 *Dilectio sit non simulata, sitis odio prosequentes quod malum est, adhærentes ei,quod bonum est,*

Vulgat. Editio.

*Ephe.4. 3. *1.Pet.2. 17. * Charitate fraternitatis inuicem diligentes: Honore inuicem prævenientes:

* Solicitudine non pigri: Spiritu feruentes: Domino seruientes:

Spe gaudentes: In tribulatione patientes: Orationi instantes:

*Heb.13. 3. 2.Per.4.9 Necessitatibus sanctorum communicantes: * Hospitalitatem sectantes.

Benedicite persequentibus vos: benedicite, & nolite maledicere.

Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus:

Idipsum inuicem sentientes: Non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Nolite esse prudentes apud vosmetipsos:

*a.Cor.8 21. Nulli malũ pro malo reddẽtes: *prouidẽtes bona nõ tamẽ corã Deo, sed & corã omnib⁹ hominibus.

*Heb.12. 14. * Si fieri potest, quod ex Vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes:

*Eccl.28. 1.2.3. Mar.5.39 *Deu.32. 35. Heb.10. 30. Prou. 25. 21. * Non vosmetipsos defendentes charissimi, sed date locum iræ: Scriptum est enim: *Mihi vindicta: ego retribuam, dicit Dominus.

Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi: hoc enim faciens, carbones ignis cõgeres super caput eius.

Noli vinci à malo, sed vince in bono malum.

CAP. XIII.

Sap. 6.4. 1.Per. 2. 13. OMnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, Non est enim potestas nisi à Deo: quæ autem sunt à Deo ordinatæ sunt.

Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt:

Nam principes non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem? Bonum fac, & habebis laudem ex illa:

Dei enim minister est tibi in bonum. Si autem malum feceris, time: non enim sine causa gladium portat, dei enim minister est, vindex, in iram ei, qui malum agit.

Ideo necessitate subditi estote non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam.

Ideo enim & tributa præstatis: ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum seruientes.

*Mat.22. 21. *Reddite ergo omnibus debita: cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: Cui timorem, timorẽ cui honorem, honorem.

Nemini quidquam debeatis: nisi vt inuicem diligatis: qui enim diligit proximum, legem implevit.

*Exo.20. 14. Deu.5.18 Nam: *Nõ adulterabis: Non occides: Nõ furaberis Non falsum testimonium dices: Non concupisces: & si quod est aliud mandatum in hoc verbo instauratur: * Diliges proximum tuum sicut teipsum.

*Leui.19 18. Mat.22. 39. Mar. 12. 31. Gal.5.14 Iac. 2. 8. Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio.

Et hoc scientes tempus: quia hora est iam nos de somno surgere. Nunc enim propior est nostra salus, quam cum credidimus,

Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis.

*Luc. 21. 34. Sicut in die honeste ambulemus: * non in comessationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus, & impudicitijs, non in contentione, & æmulatione.

Transl. ex Syriac.

10 *Amate fratres vestros, & alij alios diligite: Et honore præoccupate alij alios.*

11 *Estote diligentes, & non pigri: Estote feruentes spiritu: Seruite Domino vestro.*

12 *Gaudete spe vestra: Sustinete oppressiones vestras: Perseuerate in oratione.*

13 *Participes estote indigentia sanctorum: Diligite hospites.*

14 *Bene precamini persecutoribus vestris: bene precamini, & ne imprecemini.*

15 *Gaudete cum gaudentibus: & flete cum flentibus.*

16 *Et quæ sentitis de vobismetipsis & de fratribus vestris sentite: Nec sentiatis elata mente, sed adiungite vos ijs qui submissi sunt. Nec estote sapientes propria opinione.*

17 *Neminiq; rependatis malum pro malo, sed vobis cura sit benefacere coram hominibus omnibus.*

18 *Et, si fieri potest, quantum in vobis est, cum quolibet pacem componite.*

19 *Nec vlciscamini vosmetipsos dilecti mei, sed date locum iræ: Scriptum est enim: Quod si iudicium non exequutus fueris tibi ipsi, ego iudicium tuum exequar, inquit Deus.*

20 *Quod si esurierit inimicus tuus, ciba eum, & si sitierit, præbe ei potum: quod si hæc feceris ei, prunas ignis coacerabis in caput eius.*

21 *Ne vincat vos malum, sed vincite malum bonitate.*

CAP. XIII.

1 *Omnis anima potestatibus dignitate præditis subijciatur: Non enim est potestas, quæ non sit à Deo: & quæ sunt potestates, à Deo sunt ordinatæ.* Quo rem pure describit Ecclesia.

2 *Qui igitur resistit potestati, mandato Dei resistit: ij autem qui ipsis resistunt, condemnationem accipient.*

3 *Iudices enim non sunt terrori bonis operibus, sed malis. Vis igitur vt non reformides potestatem? Quod bonum est age, & laus tibi futura est ab ea.*

4 *Minister enim Dei est, sed, tibi ad bonum. Quod si quod malum est egeris reformida: non enim frustrà accinctus est gladio, si quidem minister Dei est, vltor iræ ijs qui malè agunt.*

5 *Quamobrem necesse est nobis vt subijciamur, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam nostram.*

6 *Propterea etiam pecuniam capitatim (tributum) datis: ministri enim Dei sunt super huiusmodi rebus constituti.*

7 *Rependite igitur vnicuique prout ei debetur: cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem, cui denique honorem, honorem.*

8 *Et nemini rei vllius debitores sitis: nisi vt alter alterum diligat: nam qui diligit proximum suum, Legem adimpleuit.*

9 *Etenim id quod dictum est: Non occides, neque mœchaberis, neque furaberis, neque concupisces, & si quod est aliud præceptum, in hoc sermone continetur, nempe: Diliges proximum tuum sicut teipsum.*

10 *Dilectio proximum suum malo non afficit: quandoquidem dilectio est adimpletio legis.*

– * *Quinetiam hoc scitote, quod tempus est: & iam hora expergiscendi à somno nostro. Nunc enim propius accessit vita (salus,) quàm quum credidimus.* * Matutinis Dominicæ introitus ieiunij.

12 *Iam nox præterijt, dies vero appropinquauit. Propellamus ergo à nobis opera tenebrarum, & induamur amictu lucis.*

13 *Vt interdiu cum honestate ambulemus, non in cantu (comessatione) neque temulentia, neque in discubitu impuro, nec inuidia, & excandescentia.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Fraterna charitate in ſeſe mutuo amore propenſi: honore alij alios prævenientes.
Solicitudine non pigri, Spiritu feruentes, Domino ſeruientes.
Spe gaudentes, tribulatione patientes, orationi inſtantes.
Vſibus ſanctorum communicantes, hoſpitalitatem ſectantes.
Benedicite perſequentibus vos: benedicite, & ne imprecamini.
Gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus.
Idipſum in inuicem ſentientes: non alta ſapientes, ſed humilibus conſentientes. Ne eſte prudentes apud voſmetipſos.

Nulli malum pro malo reddentes, procurantes honeſta coram omnibus hominibus.
Si poſsibile, quod ex vobis, cum omnibus hominibus pacem habentes:
Non voſmetipſos vlciſcentes, dilecti, ſed date locum iræ: ſcriptum eſt enim, Mihi vindicta, ego retribuam, dicit Dominus.

Si ergo eſurierit inimicus tuus, ciba illum: ſi ſitit, potum da illi. hoc enim faciens, carbones ignis congeres ſuper caput eius.
Ne vincitor à malo, ſed vince in bono malum.

CAP. XIII.

OMnis anima poteſtatibus ſuperhabẽtibus ſubdita ſit: non enim eſt poteſtas ſi non à Deo: quę autem exiſtentes poteſtates à Deo ordinatæ ſunt.
Itaque reſiſtens poteſtati, ipſi Dei ordinationi reſiſtit. at reſiſtentes, ſibiipſis damnationem accipient.

Nam principes non ſunt pauor bonorum operum, ſed malorum. vis autẽ non timere poteſtatem? bonum fac, & habebis laudem ex illa.
Dei enim miniſter eſt tibi in bonum. ſi autem malum feceris, time: non enim fruſtrà gladium portat: Dei enim miniſter eſt, vindex in iram ipſi malum agenti.
Ideoque neceſſitas ſubiici, non ſolùm propter iram, ſed etiam propter conſcientiam.

Propter hoc enim & tributa ſoluitis: miniſtri enim Dei ſunt, in hoc ipſum forriter incumbentes.

Reddite ergo omnibus debita: cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem.
Nemini quicquam debeatis, ſi non diligere alij alios: nam diligens alterum, legem impleuit.

Hoc enim, Non mœchaberis, Non occides, Non furaberis, Non falſum teſtaberis, non concupiſces, & ſi quod aliud mandatum, in hoc verbo recapitulatur, in hoc, Diliges proximum tuum ſicut teipſum.
Dilectio proximi malum non operatur. plenitudo ergo legis dilectio.
Et hoc, ſcientes tempus, quia hora nos iam de ſomno excitari: nunc propior noſtra ſalus, quàm cùm credidimus.
Nox præceſſit, at dies appropinquauit. abiiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis.

Sicut in die, decenter ambulemus, non comeſſationibus & ebrietatibus, non cubilibus & laſciuiis, non lite & æmulatione:

Transl. Eraſm. Roterod.

Per fraternam charitatem, ad mutuo vos diligendos propenſi, honore alius alium prauenientes,
Studio non pigri, ſpiritu feruentes, tempori ſeruientes,
Spe gaudentes, in afflictione patientes, precationi inſtantes,
Neceſſitatibus ſanctorum communicantes, hoſpitalitatem ſectantes.
Bene loquamini de iis, qui vos inſectantur: bene loquamini, inquam, & ne male precemini.
Gaudete cum gaudentibus, & flete cum flentibus:
Eodem animo alij in alios affecti, non arroganter de vobisipſis ſentientes, ſed humilibus vos accommodantes. Ne ſitis arrogantes apud voſmetipſos,

Neque cuiquam malum pro malo reddatis. Prouide parantes honeſta in conſpectu omnium hominum:
Si fieri poteſt, quantum in vobis eſt, cum omnibus hominibus in pace viuentes,
Non voſmetipſos vlciſcentes dilecti, quin potius date locum ire. Scriptum eſt enim: Mihi vltio, ego rependam, dicit Dominus.

Si igitur eſurit inimicus tuus, paſce illum: ſi ſitit, da illi potum. Hoc enim ſi feceris carbones ignis coacernabis in caput illius.
Ne vincaris à malo, imò vince bono malum.

CAP. XIII.

OMnis anima poteſtatibus ſupereminentibus ſubdita ſit. Non enim eſt poteſtas niſi à Deo: quæ vero ſunt poteſtates, à Deo ordinata ſunt.
Itaque quiſquis reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Qui autem reſiſtiterint, ſibiipſis iudicium accipient.

Nam principes non terrori ſunt bene agentibus, ſed male. Vis autem non timere poteſtatem? Quod bonum eſt facito: & feres laudem ab illa.
Dei enim miniſter eſt tibi in bonum. Quod ſi feceris, id quod malum eſt, time. Non enim fruſtra gladium geſtat. Nam Dei miniſter eſt, vltor ad iram, ei qui, quod malum eſt, fecerit.
Quapropter oportet eſſe ſubditos, non ſolum propter iram, verumetiam propter conſcientiam.

Propter hoc enim & vectigalia ſoluitis. Siquidem miniſtri Dei ſunt, in hoc ipſum incumbentes.

Reddite igitur omnibus, quod debetur: cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem.
Nemini quicquam debeatis, niſi hoc, vt inuicem diligatis. Nam qui diligit alterum, legem expleuit.

Si quidem illa: Non mœchaberis, non occides, non furaberis, non falſum teſtimonium dices, non concupiſces: & ſi quod aliud præceptum, in hoc ſermone ſummatim comprehenditur: Nempe, diliges proximum tuum ſicut teipſum.
Dilectio proximo malum non operatur. Conſummatio itaque legis, eſt dilectio.
Præſertim cum ſciamus tempus, quod tempeſtiuum ſit, nos iam à ſomno expergiſci. Nunc enim propius adeſt nobis ſalus, quàm tum, cum credebamus.
Nox progreſſa eſt, dies autem appropinquat. Abijciamus igitur opera tenebrarum, & induamur arma lucis:

Tanquam in die compoſitè ambulemus, non comeſſationibus & ebrietatibus, non cubilibus ac laſciuiis, non contentione & æmulatione,

Vulgat. Editio.

* Sed induimini Dominum Iesum Christum, & carnis curam ne feceritis in desiderijs.

CAP. XIIII.

Infirmum autem in fide assumite, non in disceptationibus cogitationum.

Alius enim credit se manducare omnia: qui autem infirmus est, olus manducet.

Is, qui manducat, non manducantem non spernat: & qui non manducat, manducantem non iudicet: Deus enim illum assumpsit.

* Tu quis es, qui iudicas alienum seruum? Domino suo stat, aut cadit: stabit autem: potens enim Deus statuere illum.

Nam alius iudicat diem inter diem: alius autem iudicat omnem diem: vnusquisque in suo sensu abundet.

Qui sapit diem, Domino sapit: Et qui manducat, Domino manducat, gratias enim agit Deo. Et qui non manducat, Domino non manducat, & gratias agit Deo.

Nemo enim nostrum sibi viuit, & nemo sibi moritur,

Siue enim viuimus, Domino viuimus: siue morimur, Domino morimur. Siue ergo viuimus, siue morimur, Domini sumus.

In hoc enim Christus mortuus est, & resurrexit: vt & mortuorum & viuorum dominetur.

Tu autem quid iudicas fratrem tuum? aut tu quare spernis fratrem tuum? * Omnes enim stabimus ante tribunal Christi.

Scriptum est enim: * Viuo ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu: & omnis lingua confitebitur Deo.

Itaque vnusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo.

Non ergo amplius inuicem iudicemus: sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri, vel scandalum.

Scio, & confido in Domino Iesu, quia nihil commune per ipsum, nisi ei qui existimat quid commune esse, illi commune est.

Si enim propter cibum frater tuus contristatur: iam non secundum charitatem ambulas. * Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Christus mortuus est.

Non ergo blasphemetur bonum nostrum.

Non est enim regnum Dei esca, & potus: sed iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu sancto:

Qui enim in hoc seruit Christo, placet Deo, & probatus est hominibus.

Itaque quæ pacis sunt, sectemur: & quæ ædificationis sunt, in inuicem custodiamus.

Noli propter escam destruere opus Dei. * Omnia quidem sunt munda: sed malum est homini, qui per offendiculum manducat.

* Bonum est non manducare carnem, & non bibere vinum, neque in quo frater tuus offenditur, aut scandalizatur, aut infirmatur.

Tu fidem habes? penes temetipsum habe coram Deo: Beatus, qui non iudicat semetipsum in eo, quod probat.

Qui autem discernit, si manducauerit, damnatus est: quia non ex fide. Omne autem, quod non est ex fide, peccatum est.

* Gal. 5. 16. 1. Pet. 2. 11.

* Iac. 4. 12.

* 2. Cor. 10. Isa. 45. 23. * Phil. 2. 10.

* 1. Cor. 8. 12.

* Ti. 1. 15

1. Cor. 8. 13.

Transl. ex Syriac.

14 *Sed induite Dominum nostrum Ieschua Meschicho, nec solliciti sitis carnis vestræ ad concupiscentias.*

CAP. XIIII.

1 *Et qui verò est infirmus in fide, date manum, nec sitis dissidentes in cogitationibus vestris.*

2 *Est qui credit re omni vescendum esse, qui verò infirmus est, olus comedit.*

3 *Is autem qui comedit, non comedentem ne despiciat: & qui non comedit, comedentem ne condemnet. Deus enim eum assumpsit.*

4 *Tu quis es, qui condemnas seruum non tuum? si stat, hero suo stat: & si cadit, hero suo cadit: stando autem ipse stat: fieri enim potest per manus heri sui vt stabiliatur.*

5 *Est qui æstimet diem præ die: est & qui omnes dies iudicet: cæterum vnusquisque in scientia animæ suæ confirmetur.*

6 *Qui deligit diem Domino suo deligit: Et quicunque non deligit diem: Domino suo non deligit. Et qui comedit: Domino suo comedit: Deoque gratias agit. Et qui non comedit: Domino suo non comedit, & gratias agit Deo.*

7 *Nullus est enim ex nobis qui sibiipsi viuat, nullusq; qui sibiipsi moriatur.*

8 *Quoniam siue viuimus: Domino nostro viuimus: siue morimur: Domino nostro morimur. Siue igitur viuamus, siue moriamur: Domini nostri sumus.*

9 *Propterea & Meschicho mortuus est, & reuixit, ac resurrexit: vt sit Dominus tum mortuis, tum viuentibus.*

10 *Tu verò cur condemnas fratrem tuum; aut etiam cur tu despicis fratrem tuum: Futurum est enim vt nos omnes sistamur ante tribunal ipsius Meschicho.*

11 *Sicut scriptum est: Viuo ego, inquit Dominus: mihi sese incurvabit omne genu, mihiq; confitebitur omnis lingua.*

12 *Nempe vnusquisque nostrum rationem pro seipso reddet Deo.*

13 *Nequaquam igitur alius alium condemnet: sed hoc iudicate potius, vt ne offendiculum fratri tuo ponas.*

14 *Noui siquidem & persuasum habeo per Dominum Ieschua, nihil esse prophanum ex seipso; sed et qui meditatur aliquid impurum esse, id ei tantummodo esse impurum.*

15 *Sed si propter cibum molestiam exhibes fratri tuo: non in dilectione ambulas. Ne perdas cibo tuo eum, propter quem mortuus est Meschicho.*

16 *Ne blasphemetur bonum nostrum.*

17 *Namque regnum Dei non est cibus aut potus: sed iustitia, & pax, & lætitia per Spiritum sanctitatis.*

18 *Qui enim per hæc ministrat Meschicho, placet Deo, & coram hominibus probatur.*

19 *Nunc post pacem curramus, & post ædificationem mutuam.*

20 *Neque propter cibum destruamus opera Dei. Omnia siquidem munda sunt: sed mala sunt homini, qui cum offendiculo comedit.*

21 *Bonum est non edere carnem, nec bibere vinum, neque quicquam in quo offendatur frater noster.*

22 *Tu qui fidem habes, eam complectere coram Deo: Beatus est qui non iudicat seipsum, in eo quod discernit.*

23 *Qui enim dubitat, & comedit, reus est sibi, propterea quòd non in fide. Quicquid enim non est ex fide, peccatum est.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Sed induimini Dominum Iesum Christum, & carnis curam ne feceritis in desiderijs.

CAP. XIIII.

IPsum autem infirmum fide assumite, non in disceptationibus disputationum.
Hic quidem credit manducare omnia, at infirmus olus edit.
Manducans non manducantem non spernat, & non manducans manducantem non iudicet: Deus enim illum assumpsit.
Tu quis es iudicans alienum seruum? proprio Domino stat aut cadit. stabit autem: potens enim est Deus statuere illum.

Hic quidem iudicat diem inter diem, hic autem iudicat omnem diem: vnusquisque in proprio sensu abunder.
Sapiens diem, Domino sapit: & non sapiens diem, Domino non sapit: & manducans, Domino manducat, gratias agit enim Deo: & non manducans, Domino non manducat, & gratias agit Deo.

Nemo enim nostrum sibiipsi viuit, & nemo sibiipsi moritur.
Siue enim viuimus, Domino viuimus: siue morimur, Domino morimur. siue ergo viuimus, siue morimur, Domini sumus.
In hoc enim Christus & mortuus est, & resurrexit, & reuixit, vt & mortuorum & viuorum dominetur.
Tu autem quid iudicas fratrem tuum? aut & tu quid spernis fratrem tuum? omnes enim adstabimus tribunali Christi.
Scriptum est enim, Viuo ego, dicit Dominus, quoniã mihi flectet omne genu, cælestium, & terrestriũ, & inferorum, & omnis lingua confitebitur Deo.
Itaque vnusquisque nostrum pro seipso rationem reddet Deo.
Non amplius ergo inuicem iudicemus, sed hoc iudicate magis, hoc, non ponere offendiculum fratri, vel scandalum.
Scio & persuasus sum in Christo Iesu, quia nihil commune per ipsum, si non existimanti aliquid commune esse, illi commune.

Si verò propter cibum frater tuus contristatur, non amplius secundùm charitatem ambulas. ne cibo tuo illum perde, pro quo Christus mortuus est.
Non blasphemetur ergo vestrum bonum.
Non enim est regnum Dei esca & potus, sed iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu sancto.
Nam in his seruiens Christo, beneplacens Deo, & probatus hominibus.
Nempe igitur quæ pacis sectemur, & quæ ædificationis ad inuicem.
Ne propter escam destruito opus Dei. omnia quidem munda, sed malum est homini per offendiculum edenti.
Honestum hoc non manducare carnem, neque bibere vinum, neque in quo frater tuus offenditur, aut scandalizatur, aut infirmatur.
Tu fidem habes? penes temetipsum habe coram Deo. beatus non iudicans semetipsum in eo quod probat.
At ambigens, si manducauerit, damnatus est, quia non ex fide. omne autem quod non ex fide, peccatum est.

Transl. Erasm. Roterod.

Sed induamini Dominum Iesum Christum. Et carnis curam ne agatis ad concupiscentias.

CAP. XIIII.

POrrò eum qui infirmatur fide, assumite, non ad dijudicationes disceptationum.
Alius quidem credit vescendum esse quibuslibet, Alius autem qui infirmus est, holeribus vescitur.
Qui vescitur, non vescentem ne despiciat. Et qui non vescitur vescentem ne iudicet. Deus enim illum assumpsit.
Tu quis es, qui iudicas de alieno famulo? Proprio Domino stat, aut cadit, imò fulcietur vt stet. Potens enim est Deus efficere vt stet.

Hic quidem iudicat, diem ad diem conferens: ille autem idem iudicat de quouis die. Vnicuique sua mens satisfaciat.
Qui curat diem, Domino curat. Et qui non curat diem, Domino non curat. Qui vescitur, Domino vescitur, gratias enim agit Deo: & qui non vescitur, Domino non vescitur, & gratias agit Deo.

Nullus enim nostrum sibijpsi viuit, & nullus sibijpsi moritur.
Nam siue viuimus, Domino viuimus: siue morimur, Domino morimur. Siue igitur viuamus, siue moriamur Domini sumus.
In hoc enim Christus & mortuus est, & resurrexit, & reuixit, vt mortuis ac viuentibus dominetur.
Tu vero cur iudicas fratrem tuum? Aut etiam tu, cur despicis fratrem tuum? Omnes enim stabuemur apud tribunal Christi.
Scriptum est enim: Viuo ego dicit Dominus: Mihi sese flectet omne genu, & omnis lingua confitebitur Deo.
Igitur vnusquisque nostrum de seipso rationem reddet Deo.
Ne posthac igitur alius alium iudicemus, verum illud iudicate magis, ne offendiculum ponatur fratri, aut lapsus occasio.
Noui siquidem, & persuasum habeo per Dominum Iesum, nihil esse commune per se, nisi ei qui existimat aliquid esse commune, illi commune est.

Verum si propter cibum frater tuus contristatur, non iam secundum charitatem ambulas. Ne cibo tuo illum perdas, pro quo Christus mortuus est.
Ne vestrũ igitur bonũ, hominũ maledicentie sit obnoxiũ.
Non enim est regnum Dei cibus ac potus, sed iustitia & pax & gaudium, in Spiritu sancto.
Et enim qui per hæc seruit Christo, acceptus est Deo, & probatus hominibus.
Itaque quæ pacis sunt, sectemur: & quæ edificationis, alius erga alium.
Ne cibi causa, destruas opus Dei. Omnia quidem pura, sed malum est homini, qui per offendiculum vescitur.

Bonum est non edere carnes, neque bibere vinum, neque quicquam, per quod frater tuus impingit, aut offenditur, aut infirmatur.
Tu fidem habes? Apud temetipsum habe coram Deo. Beatus qui non iudicat seipsum, in eo quod probat.
At qui dijudicat, si ederit condemnatus est: quoniam non edit ex fide. Porrò quicquid ex fide non est peccatum est.

Vulgat. Editio.

CAP. XV.

DEbemus autem nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere,& non nobis placere.
Vnusquisque vestrum proximo suo placeat in bonum, ad ædificationem.
Etenim Christus non sibi placuit, sed sicut scriptum est: * Improperia improperantium tibi ceciderunt super me.
Quæcunque enim scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, vt per patientiam,& consolationem Scripturarum,spem habeamus.
Deus autem patientiæ,& solatij * det vobis idipsum sapere in alterutrum secundùm Iesum Christum:
Vt vnanimes:vno ore honorificetis Deum,& Patrem Domini nostri Iesu Christi.
Propter quod suscipite inuicem,sicut & Christus suscepit vos in honorem Dei.
Dico enim Iesum Christum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrum:
Gentes autem super misericordia honorare Deũ, sicut scriptum est: * Propterea confitebor tibi in Gentibus Domine,& nomini tuo cantabo.
Et iterum dicit: Lætamini Gentes cum plebe eius.
Et iterum:* Laudate omnes Gentes Dominum:& magnificate eum omnes populi.
Et rursus Esaias ait:* Erit radix Iesse,& qui exurget regere Gentes,in eum Gentes sperabunt.

Deus autem spei repleat vos omni gaudio,& pace in credendo: vt abundetis in spe,in virtute Spiritus sancti.
Certus sum autem fratres mei, & ego ipse de vobis, quoniam & ipsi pleni estis dilectione, repleti omni scientia,ita vt possitis alterutrum monere.
Audacius autem scripsi vobis fratres ex parte, tanquam in memoriam vos reducens: propter gratiam,quæ data est mihi à Deo,
Vt sim minister Christi Iesu in Gentibus: sanctificans Euangelium Dei, vt fiat oblatio Gentium accepta,& sanctificata in Spiritu sancto.
Habeo igitur gloriam in Christo Iesu ad Deum.

Non enim audeo aliquid loqui eorum, quæ per me non effecit Christus in obedientiam Gentium, verbo & factis:
In virtute signorum & prodigiorum, in virtute Spiritus sanctitata vt ab Ierusalem & circuitum vsque ad Illyricum repleuerim Euangelium Christi.

Sic autem prædicaui Euangelium hoc, non vbi nominatus est Christus, ne super alienum fundamentum ædificarem:sed sicut scriptum est.

* Quibus non est annuntiatum de eo,videbunt:& qui non audierunt,intelligent.
Propter quod & impediebar plurimùm venire ad vos,& prohibitus sum vsque adhuc.
Nunc verò vlterius locum non habens in his regionibus cupiditatem autem habens veniendi ad vos ex multis iam præcedentibus annis:
Cum in Hispaniam proficisci cœpero,spero quod præteriens videam vos, & à vobis deducar illuc, si vobis primùm ex parte fruitus fuero.
Nunc igitur proficiscar in Ierusalem ministrare sanctis.

Transl. ex Syriac.

CAP. XV.

Debemus ergo nos fortes infirmitates imbecillium ferre, neque nobismetipsis placere. Fortes intelligit Paulus Gentes.
Sed vnusquisque nostrum proximo suo placeat in bonum, tanquam ad ædificationem.
Quandoquidem ne Meschicho quidem sibijpsi placuit: sed sicut scriptum est: Conuitium eorum qui conuitiantur tibi, incidit in me.
Quicquid enim quondam est, ad doctrinam nostram scriptum est; vt per patientiam, & consolationem Scripturarum, spem habeamus.
Deus autem patientiæ & consolationis det vobis vt æqualitatem meditemini vnus erga alium in Ieschua Meschicho.
Vt vna mente, vnoq; ore glorificetis Deum, Patrem Domini nostri Ieschua Meschicho.
Propterea assumite & portate alij alios, quemadmodum & Meschicho assumpsit nos in gloriam Dei.
Dico autem Ieschua Meschicho ministrasse circuncisioni pro veritate Dei, vt veras redderet promissiones Patrum.
Et vt Gentes laudibus celebrent Deum pro miserationibus, quæ in ipsas exiterunt, sicut scriptum est: Confitebor tibi inter Gentes, & nomini tuo psallam.
Et rursum ait: Lætamini Gentes cum populo eius.
Et rursum ait: Laudate Dominum omnes Gentes, laudate eum omnes nationes.
Et rursum Eschaio dicit: Erit radix ipsi Ischai, & qui exurget, erit princeps Gentibus; & in eo sperabunt Gentes.

Cæterùm Deus spei impleat vos omni gaudio, & pace per fidem; vt abundetis spe ipsius in virtute Spiritus sanctitatis.
Porrò ego quoq; persuasum habeo de vobis fratres mei, vos etiam plenos esse bonitate, & cumulatos omni scientia, vosque adeò posse & alios monere. *Hominis confecta ieiunij.
Paululum verò audacius scripsi vobis, fratres mei, vt commonefacerem vos per gratiam, quæ mihi data est à Deo.
Vt sim minister Ieschua Meschicho inter Gentes, & inseruiam euangelio Dei, vt fiat oblatio Gentium accepta, & sanctificata per Spiritum sanctitatis.
Est mihi igitur gloria in Ieschua Meschicho apud Deum.

Non enim ausim quicquam dicere, quod non effecerit per me Meschicho ad obedientiam Gentium sermone & operibus,
Virtute signorum ac miraculorum, & virtute Spiritus Dei: adeò vt ab Ourischlem peregrauerim adusque Illyricum, & adimpleuerim Euangelium Meschicho.

Dum diligentem operam nauo euangelizandi non vbi inuocatum est nomen Meschicho; vt ne ædificarem super fundamentum extraneum: sed sicut scriptum est:

Ii quibus non annunciatum est de eo, ipsum videbunt: & ij qui non audierant, acquiescent.
Propterea impeditus sum pluries ne venirem ad vos.
Nunc autem quia nullus mihi relictus est locus in his regionibus, desiderium vero habeam iam à multis annis veniendi ad vos:
Quum proficiscar in Hispaniam, spero venire, vosque inuisere: & vos eritis mihi comites illuc, quum aliquantulum oblectatus fuero conspectu vestro.
Nunc autem proficiscor ad Ourischlem Sanctis ministraturus.

Transl. B. Ariæ Mont.

CAP. XV.

DEbemus autem nos potentes, imbecillitates impotentium portare,& nō nobisipsis placere.
Vnusquisque enim vestrum proximo placeat in bonum ad ædificationem.
Etenim Christus non sibiipsi placuit, sed, sicut scriptum est, Improperia impropriantium tibi ceciderunt super me.
Quæcunque enim antè scripta sunt, ad nostram doctrinam antè scripta sunt, vt per patientiam, & per consolationem scripturarum,spem habeamus.
At Deus patientiæ & solatij, det vobis id ipsum sapere in inuicem,secundùm Christum Iesum.

Vt vnanimiter in vno ore glorificetis Deum, & Patrem Domini nostri Iesu Christi.
Ideo suscipite alij alios, sicut & Christus suscepit vos in honorem Dei.
Dico autem Iesum Christum ministrum fuisse circuncisionis propter veritatem Dei,ad confirmandum promissiones patrum.
At gentes super misericordia glorificare Deum, sicut scriptum est, Propter hoc confitebor tibi in Gentibus,Domine,& nomini tuo psallam.
Et iterum dicit: Lætamini Gentes cum plebe eius.
Et iterum : Laudate Dominum omnes Gentes,& magnificate eum omnes populi.
Et rursus Esaias ait: Erit radix Iesse, & exurgens regere Gentes,in eum Gentes sperabunt.

At Deus spei repleat vos omni gaudio & pace in credere,ad abundandum vos in spe,in virtute Spiritus sancti.
Persuasus sum autem, fratres mei, & ipse ego de vobis, quoniam & ipsi pleni estis bonitate, repleti omni scientia,potentes & alios monere.
Audacius autem scripsi vobis, fratres, ex parte, tanquam in memoriam reducens vos, per gratiam datam mihi à Deo:
Ad esse me ministrum Iesu Christi in Gentibus sanctificantem Euangelium Dei,vt fiat oblatio Gentium accepta,sanctificata in Spiritu sancto.
Habeo igitur gloriationem in Christo Iesu quæ ad Deum.
Non enim audebo loqui aliquid eorum quæ non effecit Christus per me,in obedientiam Gentium,& verbo & opere.
In virtute signorum & prodigiorum, in virtute Spiritus Dei,ita vt me ab Hierusalem & circum vsque ad Illyricum impleuisse Euangelium Christi.

Sic autem amanter contendentem euangelizare, non vbi nominatus est Christus,vt non super alienū fundamentum ædificarem.Sed,sicut scriptum est.
Quibus non annuntiatum est de eo,videbunt: & qui non audierunt,intelligent.
Ideo & impediebar plurimùm venire ad vos.

Nunc verò non vlterius locum habens in regionibus his, cupiditatem autem habens veniendi ad vos à multis annis.
Vt si proficiscar in Hispaniam, veniam ad vos: spero enim præteriens conspicere vos,& à vobis præmitti illuc,si vobis primùm ex parte impletus fuero.

Nunc autem proficiscor in Hierusalem ministrans sanctis.

Transl.Erasm.Roterod.

CAP. XV.

DEbemus autem nos qui potentes sumus, infirmitates impotentium portare,ac non placere nobisipsis.
Nam vnusquisque nostrum proximo placeat in bonum ad ædificationem.
Etenim Christus non placuit sibiipsi, sed quemadmodum scriptum est : Opprobria opprobrantium tibi, inciderunt in me.
Nam quæcunque præscripta sunt,in nostram doctrinam præscripta sunt : vt per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus.
Deus autem patientiæ & consolationis det vobis idem mutuo inter vos sentire secundum Iesum Christum,
Vt vnanimiter vno ore glorificetis Deum, ac patrem Domini nostri Iesu Christi.
Quapropter assumite vos inuicem, quemadmodum & Christus assumpsit nos in gloriam Dei.
Illud autem dico,Iesum Christum ministrum fuisse circuncisionis pro veritate Dei, ad confirmandas promissiones patrum.
Cæterum, vt gentes pro misericordia glorificent Deum. Sicut scriptum est:Propter hoc confitebor tibi in gentibus, & nomini tuo canam.
Et rursum dicit: Gaudete gentes cum populo eius.
Et rursum: Laudate Dominum omnes gentes, & collaudate eum omnes populi.
Et rursum Esaias dicit:Erit radix Iesse, & qui exurget ad imperandum gentibus,in eo gentes sperabunt.

Deus autem spei, impleat vos omni gaudio & pace, in credendo in hoc, vt exuberetis in spe per potentiam Spiritus sancti.
Persuasum enim habeo fratres mei,& ipse ego de vobis, quod & ipsi pleni estis bonitate,impleti omni scientia,valentes etiam inuicem alius alium admonere.
Sed tamen audacius scripsi vobis fratres ex parte,veluti commonefaciens vos,propter gratiam,quæ data est mihi à Deo,
In hoc vt sim minister Iesu Christi in gentes, administrans euangelium Dei,vt fiat oblatio gentium acceptabilis,sanctificata per Spiritum sanctum.
Habeo igitur quod glorier per Christum Iesum, in his quæ ad Deum pertinent.
Non enim ausim loqui quicquam eorum, quæ non effecit Christus per me, in obedientiam gentium, verbo & facto,
Per potentiam signorum ac prodigiorum,per potentiam Spiritus Dei, vt ab Hierusalem & in circumacentibus regionibus vsque ad Illyricum impleuerim euangelium Christi:
Ita porrò annitens prædicare euangelium, non vbi nominatus erat Christus, vt ne super alienum fundamentum ædificarem,sed quemadmodum scriptum est:
Quibus non est annunciatum de eo, videbunt, & qui non audierant,intelligent.
Quapropter & prepeditus sum sæpe, quo minus venirem ad vos.
Nunc vero cum non amplius habeam locum in regionibus his,desiderium autem habeam veniendi ad vos multis iam annis,
Quandocunque iter instituero in Hispaniam, veniam ad vos. Spero enim fore,vt istac iter faciens,videam vos,& à vobis producar illuc, si tamen vestra consuetudine prius ex parte fuero expletus.
Nunc autem proficiscor Hierosolymam, ministrans sanctis.

Vulgat. Editio.		Transl. ex Syriac.
Probauerunt enim Macedonia & Achaia collationem aliquam facere in pauperes sanctorum, qui sunt in Ierusalem.	26	*Voluerunt enim ij qui sunt in Macedonia & in Achaia, communicationem habere cum pauperibus & sanctis qui sunt in Ouirschlem.*
Placuit enim eis: & debitores sunt eorum. * Nam si spiritalium eorum participes facti sunt Gentiles: debent & in carnalibus ministrare illis.	27	*Voluerunt* inquam *vt qui sint eis debitores. Si enim Spiritu participes fuerunt cum eis Gentes . debent etiam ipsa in ijs quæ carnis sunt, illis ministrare.*
Hoc igitur cum consummauero, & assignauero eis fructum hunc per vos, proficiscar in Hispaniam.	28	*Hoc igitur vbi perfecero , & consignauero eis hunc fructum, transiturus sum per vos in Hispaniam.*
Scio autem quoniam veniens ad vos, in abundantia benedictionis Euangelij Christi veniam.	29	*Scio enim quum veniam ad vos, me cum plenitudine benedictionis Euangelij Meschicho venturum.*
Obsecro ergo vos fratres per Dominum nostrum Iesum Christum, & per charitatem sancti Spiritus, vt adiuuetis me in orationibus vestris pro me ad Deum:	30	*Peto autem à vobis, fratres mei, per Dominum nostrum Ieschua Meschicho, & per dilectionem Spiritus , vt mecum laboretis oratione, quæ pro me fiat ad Deum,*
Vt liberer ab infidelibus, qui sunt in Iudæa, & obsequij mei oblatio accepta fiat in Ierusalem sanctis.	31	*Vt liberer ab ijs qui sunt immorigeri in Iihoudæa, vt ij ministerium quod per sero sanctis qui sunt in Ouirschlem bene recipiatur.*
Vt veniam ad vos in gaudio per voluntatem Dei, & refrigerer vobiscum.	32	*Vt veniam ad vos cum gaudio per voluntatem Dei, & vobiscum requiescam*
Deus autem pacis sit cum omnibus vobis. Amen.	33	*Deus pacis sit cum vobis omnibus. Amin.*

CAP. XVI.

CAP. XVI.

COmmendo autem vobis Phœben sororem nostram, quæ est in ministerio Ecclesiæ, quæ est in Cenchris:	1	*COmmendo autem vobis Phœben sororem nostram, quæ est ministra Ecclesiæ Cenchreensis,* Mulierē laudari.
Vt eam suscipiatis in Domino dignè sanctis, & assistatis ei in quocunque negotio vestri indiguerit: etenim ipsa quoque astitit multis, & mihi ipsi.	2	*Vt eam excipiatis in Domino nostro, prout æquum est Sanctis: & in omni voluntate quam ipsa postulet à vobis, adsitis ei , quandoquidem & ipsa adstitit cum multis, tum etiam mihi.*
Salutate * Priscillam, & Aquilam adiutores meos in Christo Iesu:	3	*Postulate pacem* (salutate) *Priskellæ & Akaulæ, adiutorum meorum in Ieschua Meschicho,*
(Qui pro anima mea suas ceruices suppposuerunt: quibus non solus ego gratias ago, sed & cunctæ ecclesiæ Gentium.)	4	*Qui quidem pro anima mea ceruicem suam præbuerunt: quibus non ego tantum gratias ago, sed etiam omnes Ecclesiæ Gentium,*
Et domesticam Ecclesiam eorum. Salutate Epænetum dilectum mihi , qui est primitiuus Asiæ in Christo.	5	*Et date pacem Ecclesiæ* (Salutate quoque Ecclesiam,) *quæ est in domo ipsorum. Salutate Epænetum mihi charissimum, quæ sunt primitiæ Achaiæ in Meschicho.*
Salutate Mariam , quæ multùm laborauit in vobis.	6	*Salutate Mariam, quæ plurimum laborauit in vobis.*
Salutate Andronicum, & Iuniam cognatos, & concaptiuos meos, qui sunt nobiles in Apostolis, qui & ante me fuerunt in Christo.	7	*Salutate Andronicum & Iuniam cognatos meos, qui mecum captiui fuerunt, sunt que percelebres inter Apostolos , & in Meschicho me præcesserunt.*
Salutate Ampliatum dilectissimum mihi in Domino.	8	*Salutate Ampliam mihi charissimum in Domino nostro.*
Salutate Vrbanum adiutorem nostrum in Christo Iesu, & Stachyn dilectum meum.	9	*Salutate Vrbanum adiutorem nostrum in Meschicho, & Stachyn mihi dilectum.*
Salutate Apellen probum in Christo. Salutate eos qui sunt ex Aristoboli domo.	10	*Salutate Appellen electum in Domino nostro: salutate domesticos Aristobuli.*
Salutate Herodionem cognatum meum. Salutate eos qui sunt ex Narcissi domo, qui sunt in Domino.	11	*Salutate Herodionem cognatum meum. Salutate domesticos Narcissi, eos qui sunt in Domino nostro.*
Salutate Tryphænam & Tryphosam, quæ laborant in Domino. Salutate Persidem charissimam , quæ multùm laborauit in Domino.	12	*Salutate Tryphænam & Tryphosam , quæ laborant in Domino nostro. Salutate Persidam mihi charissimam, quæ quidem plurimum laborauit in Dmino nostro.*
Salutate Rufum electum in Domino , & matrem eius, & meam.	13	*Salutate Rufum, electum in Domino nostro, & matrem eius ac meam.*
Salutate Asyncritum , Phlegontem, Hermam, Patrobam, Hermen: & qui cum eis sunt, fratres.	14	*Salutate Asyncritum, & Phlegontem, & Hermam, & Patrobam, & Hermerem, & fratres qui cum eis sunt.*
Salutate Philologum & Iuliam , Nereum & sororem eius , & Olympiadem, & omnes, qui cum eis sunt sanctos.	15	*Salutate Philologum, & Iuliam, & Nereum ac sororem eius, & Olympam, omnes denique Sanctos qui cum eis sunt.*
Salutate inuicem in osculo sancto. Salutant vos omnes Ecclesiæ Christi.	16	*Salutate alij alios osculo sancto. Salutant vos omnes Ecclesiæ Meschicho.*
Rogo autem vos, fratres, vt obseruetis eos, qui dissensiones & offendicula præter doctrinam, quam vos didicistis, faciunt, & declinate ab illis.	17	*Peto autem à vobis, fratres mei, vt caueatis ab ijs, qui dissidiorum, & offendiculorum autores sunt. præter disciplinam quam vos didicistis, vt procul recedatis ab illis.*

* 1. Cor. 9. 11.

* Act. 2. 2. 26.

Transl. B. Ariæ Mont.

Probauerunt enim Macedonia & Achaia collationem aliquam facere in pauperes sanctorum qui in Hierusalem.

Placuit eis enim, & debitores eorum sunt. si enim spiritalibus eorum participarunt Gentes, debent & in carnalibus ministrare eis.

Hoc igitur perficiens, & assignans eis fructum hunc, proficiscar per vos in Hispaniam.

Scio autem quoniam veniens ad vos, in plenitudine benedictionis Euangelij Christi veniam.

Obsecro autem vos, fratres, per Dominum nostrum Iesum Christum, & per charitatem Spiritus simul contendere mihi in orationibus pro me ad Deum:

Vt liberer ab infidelibus in Iudæa, & vt ministerium meum in Hierusalem acceptum fiat sanctis.

Vt in gaudio veniam ad vos per voluntatem Dei, & simul recreer vobis.

At Deus pacis cum omnibus vobis. Amen.

CAP. XVI.

COmmendo autem vobis Phœben sororem nostram, existentem ministram Ecclesiæ quæ in Cenchris:

Vt eam suscipiatis in Domino dignè sanctis, & assistatis ei in quocunque vestri vsus fuerit negotio: etenim ipsa adsistrix multis facta est, & ipsi mihi.

Salutate Priscillam & Aquilam simul operantes meos in Christo Iesu:

(Qui pro anima mea suam ipsorum ceruicem suppossuerunt: quibus non ego solus gratias ago, sed & cunctæ Ecclesiæ Gentium.)

Et domesticam eorum Ecclesiam. salutate Epænetum dilectum mihi, qui est primitiæ Achaiæ in Christo.

Salutate Mariam, quæ multum laborauit in nobis.

Salutate Andronicum & Iuniam cognatos meos, & concaptiuos meos, qui sunt insignes in Apostolis, qui & ante me fuerunt in Christo.

Salutate Ampliam dilectum meum in Domino.

Salutate Vrbanum simul operantem nostrum in Christo, & Stachyn dilectum meum.

Salutate Apellen probum in Christo. salutate eos qui ex Aristobuli.

Salutate Herodionem cognatum meum. salutate eos qui ex Narcissi, existentes in Domino.

Salutate Tryphænam & Tryphosam, laborantes in Domino, salutate Persidem dilectam, quæ multum laborauit in Domino.

Salutate Rufum electum in Domino, & matrem eius & meam.

Salutate Asyncritum, Phlegontem, Herman, Patrobam, Hermen, & qui cum eis fratres.

Salutate Philologum & Iuliam, Nereum & sororem eius, & Olympan, & qui cum eis omnes sanctos.

Salutate alij alios in osculo sancto. salutant vos Ecclesiæ Christi.

Rogo autem vos, fratres, speculari ipsos dissensiones & offendicula præter doctrinam quam vos didicistis, facientes, & declinate ab illis.

Transl. Erasm. Roterod.

Visum est enim Macedoniæ & Achaiæ, communicationem aliquam facere in pauperes sanctos, qui sunt Hierosolymis.

Nam ita visum est ipsis, & debitores illorum sunt. Etenim si spiritualia sua communicauerunt gentibus, debent & ha in carnalibus ministrare illis.

Hoc igitur vbi perfecero, & obsignauero illis fructum hunc, reuertar per vos in Hispaniam.

Scio namque, quod vbi venero ad vos, cum plenitudine benedictionis Euangelij Christi venturus sim.

Obsecro autem vos fratres per Dominum nostrum Iesum Christum, & per dilectionem Spiritus, vt me laborantem adiuuetis, precationibus pro me ad Deum,

Vt liberer ab incredulis in Iudaa, vtq; ministerium hoc meum, quod exhibebo Hierosolymis, acceptum sit sanctis,

Vt cum gaudio veniam ad vos, per voluntatem Dei, vnaq; vobiscum refociller.

Deus autem pacis, sit cum omnibus vobis. Amen.

CAP. XVI.

COmmendo autem vobis Phœben, sororem nostram, quæ est ministra Ecclesiæ Cenchreensis,

Vt illam suscipiatis in Christo, ita vt decet sanctos, & adsitis ei, in quocunque vobis egerit negotio. Nam hæc cum multis adjuit, tum mihi etiam ipsi.

Salutate Priscam & Aquilam, adiutores meos in Christo Iesu,

Qui pro anima mea suam ipsorum ceruicem suppossuerunt. Quibus non ego solus gratias ago, sed & omnes Ecclesiæ gentium,

Item quæ in domo illorum est congregationem. Salutate Epænetum dilectum meum; qui est primitiæ Achaiæ in Christo.

Salutate Mariam quæ multum laborauit erga nos.

Salutate Andronicum, & Iuniam, cognatos meos, & concaptiuos meos, qui sunt insignes inter Apostolos, qui etiam ante me fuerunt in Christo.

Salutate Ampliam dilectum meum in Domino.

Salutate Vrbanum, adiutorem nostrum in Christo, & Stachyn dilectum meum.

Salutate Appellam, probatum in Christo. Salutate eos qui sunt ex Aristobuli familiaribus.

Salutate Herodionem, cognatum meum. Salutate eos quis sunt ex Narcissi familiaribus, hos qui sunt in Domino.

Salutate Tryphænam & Tryphosam, quæ laborant in Domino. Salutate Persidem dilectam, quæ multum laborauit in Domino.

Salutate Rufum, electum in Domino, & matrem illius ac meam.

Salutate Asyncritum, Phlegontem, Hermam, Patrobam Mercarium, & qui cum his sunt fratres.

Salutate Philologum, & Iuliam, Nereum & sororem eius, & Olympam, & qui cum his sunt, omnes sanctos.

Salutate vos inuicem cum osculo sancto. Salutant vos ecclesiæ Christi.

Obsecro autem vos fratres, vt consideretis eos, qui dissidia & offendicula contra doctrinam, quam vos didicistis, gignunt, & declinetis ab illis.

Vulgat. Editio.		Transl. ex Syriac.
Huiuſcemodi enim Chriſto Domino noſtro non ſeruiunt, ſed ſuo ventri: per dulces ſermones, & benedictiones ſeducunt corda innocentium.	18	*Ii enim, qui eiuſmodi ſunt, non inſeruiunt Domino noſtro Ieſchua Meſchicho, ſed ventri ſuo: ac ſermonibus blandis, & benedictionibus ſeducunt corda ſimplicium.*
Veſtra enim obedientia in omnem locum diuulgata eſt. Gaudeo igitur in vobis: ſed volo vos ſapientes eſſe in bono, & ſimplices in malo.	19	*Obedientia autem veſtra cuilibet homini eſt perquam notiſſima. Gaudeo igitur propter vos: veloque vt ſitis ſapientes in rebus bonis, innocentes vero in malis.*
Deus autem pacis conterat Satanam ſub pedibus veſtris velociter. Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti vobiſcum.	20	*Caterùm Deus pacis citò conterat Satanam ſubter pedes veſtros. Gratia Domini noſtri Ieſchua Meſchicho ſit vobiſcum.*
* Salutat vos Timotheus adiutor meus, & Lucius, & Iaſon, & Soſipater cognati mei.	21	*Salutant vos Timotheus coadiutor meus, & Lucius, & Iaſon, & Soſipater cognati mei.*
Saluto vos ego Tertius, qui ſcripſi epiſtolam, in Domino.	22	*Saluto vos ego Tertius, qui deſcripſi epiſtolam in Domino noſtro.*
Salutat vos Gaius hoſpes meus, & vniuerſa Eccleſia. Salutat vos Eraſtus arcarius ciuitatis, & Quartus, frater.	23	*Salutat vos Gaius hoſpes meus, totiuſque Eccleſiæ. Salutat vos Eraſtus œconomus vrbis, & Quartus frater.*
Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti cum omnibus vobis. Amen.	24	
Ei autem, qui potens eſt vos confirmare iuxta Euangelium meum, & prædicationem Ieſu Chriſti, ſecundum reuelationem myſterij temporibus æternis taciti.	25	*Deo autem qui poteſt vos confirmare in Euangelio meo, quod prædicatum eſt de Ieſchua Meſchicho, per reuelationem arcam, quod à temporibus æternis abſconditum fuit:*
(Quod nunc patefactum eſt per Scripturas Prophetarum ſecundum præceptum æterni Dei, ad obeditionem fidei) in cunctis Gentibus cogniti,	26	*Reuelatum autem hoc tempore per Scripturas Prophetarum, & per mandatum Dei æterni patefactum omnibus Gentibus ad obedientiam fidei:*
Soli ſapienti Deo, per Ieſum Chriſtum, cui honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.	27	*Qui ſolus ſapiens eſt, gloria per Ieſchua Meſchicho in ſecula ſeculorum. Amin. Gratia Domini noſtri Ieſchua Meſchicho ſit cum omnibus vobis. Amin.*

* Act. 16. 1.



Transl. B. Ariæ Mont.		Transl. Erasm. Roterod.
Nam huiuscemodi Domino nostro Iesu Christo non seruiunt, sed suo ipsorum ventri: & per blandiloquentiam & benedicentiam seducunt corda innocentium.	18	*Nam qui eiusmodi sunt, Domino Iesu Christo non seruiunt sed suo ventri: & per blandiloquentiam, & assentationem decipiunt corda simplicium.*
Nam vestra obedientia in omnes deuenit. gaudeo igitur hoc in vobis: volo autem vos sapientes quidem esse in bono, simplices autem in malo.	19	*Nam vestra obedientia ad omnes permanauit. Gaudeo igitur sanè de vobis. Sed volo vos sapientes quidem esse ad bonum, synceros autem ad malum.*
At Deus pacis conteret Satanam sub pedibus vestris in celeritate. gratia Domini nostri Iesu Christi vobiscum.	20	*Deus autem pacis conteret Satanam sub pedes vestros breui. Gratia Domini nostri Iesu Christi sit vobiscum.*
Salutant vos Timotheus simul operans meus, & Lucius, & Iason, & Sosipater cognati mei.	21	*Salutant vos Timotheus cooperarius meus, & Lucius, & Iason, & Sosipater, cognati mei.*
Saluto vos ego Tertius, scribens epistolam, in Domino.	22	*Saluto vos ego Tertius, qui scripsi epistolam in Domino.*
Salutat vos Caius hospes meus, & Ecclesiæ vniuersæ. salutat vos Erastus procurator ciuitatis, & Quartus frater.	23	*Salutat vos Caius hospes meus & Ecclesiæ totius. Salutat vos Erastus quæstor erarius ciuitatis, & Quartus frater.*
Gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis. Amen.	24	*Gratia Domini nostri Iesu Christi, sit cum omnibus vobis. Amen.*
At potenti vos stabilire iuxta euangelium meum, & prædicationem Iesu Christi, secundùm reuelationem mysterij temporibus æternis taciti:	25	*Et autem qui potens est vos confirmare secundum Euangelium meum, & præconium Iesu Christi, iuxta reuelationem mysterij, temporibus æternis taciti,*
(Manifestati autem nunc perque scripturas propheticas, secundùm adordinationem æterni Dei, ad obeditionem fidei) in cunctis Gentibus cogniti:	26	*Manifestati vero nunc, & per scripturas prophetic as iuxta delegationem æterni Dei, in obedientiam fidei, in omnes gentes patefacti,*
Soli sapienti Deo per Iesum Christum, gloria in secula. Amen.	27	*Soli sapienti Deo, per Iesum Christum, cui gloria in secula. Amen.*



PRIORIS EPISTOLÆ B. PAVLI APOSTOLI AD CORINTHIOS,

Vulgat. Editio.

CAPVT PRIMVM.

PAulus vocatus Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, & Sosthenes frater,
Ecclesiæ Dei, quæ est Corinthi, sanctificatis in Christo Iesu, vocatis sanctis, cum omnibus, qui inuocant nomen Domini Iesu Christi, in omni loco ipsorum, & nostro.
Gratia vobis, & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo.
Gratias ago Deo meo semper pro vobis in gratia Dei, quæ data est vobis in Christo Iesu:
Quod in omnibus diuites facti estis in illo, in omni verbo, & in omni scientia:
Sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis:
Ita vt nihil vobis desit in vlla gratia, expectantibus reuelationem Domini nostri Iesu Christi,
Qui & confirmabit vos vsque in finem sine crimine, in die aduentus Domini nostri Iesu Christi.

* 1. Tho. 5. 24. * Fidelis Deus: per quem vocati estis in societatem Filij eius Iesu Christi Domini nostri.
Obsecro autem vos fratres per nomen Domini nostri Iesu Christi: vt idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata: sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia:
Significatum est enim mihi de vobis fratres mei ab ijs, qui sunt Chloes, quia contentiones sunt inter vos.
Hoc autem dico, quòd vnusquisque vestrum dicit: Ego quidem sum Pauli: ego autem * Apollo: ego vero Cephæ: ego autem Christi. * Act. 18. 24.

Diuisus est Christus? Numquid Paulus crucifixus est pro vobis? aut in nomine Pauli baptizati estis?

Gratias ago Deo, quòd neminem vestrum baptizaui, * nisi Crispum, & Caium: * Act. 18. 1.
Ne quis dicat, quòd in nomine meo baptizati estis,
Baptizaui autem & Stephanæ domum: ceterum nescio si quem alium baptizauerim.
Non enim misit me Christus baptizare, sed euangelizare: * non in sapientia verbi, vt non euacuetur crux Christi. * 2. Pet. 1. 16. Inf. 3. 1. 4.
Verbum enim crucis pereuntibus quidem stultitia est: ijs autem, qui salui fiunt, id est nobis, Dei virtus est.
Scriptum est enim: * Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. * Rom. 1. 16. Isa. 29. 14.

* Vbi sapiens? vbi scriba? vbi conquisitor huius sæculi? Nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi? * Isa. 33. 18.
Nam quia in Dei sapientia non cognouit mundus per sapientiam Deum: placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes.

PRIORIS EPISTOLÆ B. PAVLI APOSTOLI AD CORINTHIOS,

Transl. ex Syriac.

CAPVT PRIMVM.

Paulus vocatus, & Apostolus Ieschua Meschicho, per voluntatem Dei, & Sosthenes frater, 1 — Feria sexta Crucifixionis.
Ecclesiæ Dei, quæ est Corinthi, vocatis, & sanctis qui per Ieschua Meschicho sanctificati sunt, ijsque omnibus qui inuocant nomen Domini nostri Ieschua Meschicho in omni loco ipsorum & nostro; 2
Gratia vobiscum, & pax à Deo Patre nostro, & à Domino nostro Ieschua Meschicho. 3
Gratias ago Deo meo in omni tempore pro vobis, ob gratiam Dei quæ data est vobis pro Ieschua Meschicho: 4
Quod in omni re ditati estis per ipsum in omni sermone, omnique cognitione, 5
(Prout testimonium Meschicho confirmatum est in vobis,) 6
Ita vt non destituamini vllo ex donis ipsius, sed expectatis reuelationem Domini nostri Ieschua Meschicho; 7
Qui quidem confirmabit vos vsque ad finem, vt absque crimine sitis in die Domini nostri Ieschua Meschicho. 8

Fidelis est Deus, per quem vocati estis in consortium Filij ipsius Ieschua Meschicho Domini nostri. 9
Peto autem à vobis, fratres mei, per nomen Domini nostri Ieschua Meschicho, vt sit vnus sermo vobis omnibus; nec sint inter vos dissidia, sed vt sitis perfecti vna mente vnaque voluntate. 10
Miserunt enim ad me de vobis nuntium, fratres mei, ex domesticis Chloæ, quòd contentiones sint inter vos. 11

Hoc autem dico, quia est ex vobis qui dicit: Ego sum Pauli: est & qui dicit: Ego sum Apollos: est & qui dicit: Ego sum Kipho: est denique qui dicit: Ego sum ipsius Meschicho. 12
Nunquid dimissus est Meschicho? aut nunquid Paulus crucifixus est pro vobis: aut in nomine Pauli baptizati fuistis? 13
Gratias ago Deo meo quòd neminem vestrum baptizauerim, nisi Crispum & Caium: 14
Ne quis dicat, quòd in nomine meo baptizauerim. 15

Baptizaui porrò domum Stephanæ: amplius autem haud scio num quem alium baptizauerim. 16
Non enim misit me Meschicho vt baptizarem, sed vt euangelizarem: non sapientia sermonum, ne inanis reddatur crux Meschicho. 17
** Sermo enim crucis pereuntibus stultitia est: nobis verò, qui quidem salutem consequimur, virtus Dei est.* 18 — *Matutinis Feriæ sextæ Crucifixionis.
Siquidem scriptum est: Perdam sapientiam sapientum, & aspernabor intelligentiam intelligentium. 19
Vbi est sapiens, aut vbi est scriba, aut vbi est disputator sæculi huius? Nonne stultam reddidit Deus sapientiam mundi huius? 20
Nam propterea quòd in sapientia Dei non cognouit mundus per sapientiam Deum: voluit Deus per stultitiam prædicationis seruare eos qui credunt. 21

PRIORIS EPISTOLÆ B.PAVLI APOSTOLI AD CORINTHIOS,

Transl. B. Ariæ Mont.

CAPVT PRIMVM.

PAulus vocatus Apostolus Iesu Christi, per voluntatem Dei,& Sosthenes frater,

Ecclesiæ Dei existenti in Corintho,sanctificatis in Christo Iesu, vocatis sanctis, cum omnibus inuocantibus nomen Domini nostri Iesu Christi, in omni loco ipsorumque & nostro:

Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo.

Gratias ago Deo meo semper pro vobis, in gratia Dei data vobis in Christo Iesu:

Quia in omnibus ditati estis in illo, in omni verbo,& omni scientia.

(Sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis)

Ita vt vos non desici in vllo gratuito dono,expectantes reuelationem Domini nostri Iesu Christi:

Qui & confirmabit vos vsque in finem inculpatos,in die Domini nostri Iesu Christi.

Fidelis Deus, per quem vocati estis in communionem Filij eius Domini nostri Iesu Christi.

Obsecro autem vos, fratres, per nomen Domini nostri Iesu Christi, vt idipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata: sitis autem perfecti in eadem mente,& in eadem sententia.

Manifestatum est enim mihi de vobis,fratres mei, ab ijs qui Chloes, quia contentiones in vobis sunt:

Dico autem hoc, quòd vnusquisque vestrum dicit: Ego quidem sum Pauli,ego autem Apollo, ego verò Cephæ,ego autem Christi.

Diuisus est Christus? Num Paulus crucifixus est pro vobis?aut in nomen Pauli baptizati estis?

Gratias ago Deo, quòd neminem vestrum baptizaui,si non Crispum & Caium:

Vt ne quis dicat quòd in meum nomen baptizaui.

Baptizaui autem & Stephanæ domum.Cæterùm, nescio si quem alium baptizauerim.

Non enim misit me Christus baptizare,sed euangelizare: non in sapientia verbi, vt non euacuetur crux Christi.

Verbum enim crucis,quidem pereuntibus stultitia est:at seruatis,nobis virtus Dei est.

Scriptum est enim, Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo.

Vbi sapiens? vbi scriba? vbi inquisitor seculi huius? Nonne infatuauit Deus sapientiam mundi huius?

Postquam enim in sapientia Dei, non cognouit mundus per sapientiam Deum, placuit Deo per stultitiam prædicationis seruare credentes.

PRIORIS EPISTOLÆ B.PAVLI APOSTOLI AD CORINTHIOS,

Transl. Erasm.Roterod.

CAPVT PRIMVM.

1 *PAulus vocatus Apostolus Iesu Christi,per voluntatem Dei,& Sosthenes frater*

2 *Ecclesiæ Dei, quæ est Corinthi, sanctificatis per Christum Iesum, vocatis sanctis, vnà cum omnibus qui inuocant nomen Domini nostri Iesu Christi,in quouis loco,vel suo vel nostro,*

3 *Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo.*

4 *Gratias ago Deo meo semper pro vobis, de gratia Dei, quæ data est vobis per Christum Iesum,*

5 *Quod in omnibus ditati estis per ipsum, in omni sermone,& omni cognitione,*

6 *Quibus rebus testimonium Iesu Christi confirmatum fuit in vobis,*

7 *Adeo, vt non desituamini in vllo dono, expectantes reuelationem Domini nostri Iesu Christi,*

8 *Qui & confirmabit vos vsque ad finem,inculpatos,in die Domini nostri Iesu Christi.*

9 *Fidelis Deus, per quem vocati estis in consortium Filij ipsius Iesu Christi Domini nostri.*

10 *Obsecro autem vos fratres, per nomen Domini nostri Iesu Christi, vt idem loquamini omnes, & non sint inter vos dissidia,sed sitis integrum corpus eadem mente,& eadem sententia.*

11 *Significatum est enim mihi de vobis fratres mei, à familiaribus Chloæ,quòd contentiones sint inter vos.*

12 *Dico autem illud,quod vnusquisque vestrum dicit: Ego quidem sum Pauli, ego vero Apollo, ego vero Cephæ, ego vero Christi.*

13 *Num diuisus est Christus? num Paulus crucifixus est pro vobis? aut in nomine Pauli baptizati fuistis?*

14 *Gratias ago Deo meo quòd neminem vestrum baptizauerim,nisi Crispum & Gaium:*

15 *Ne quis dicat,quòd in meo nomine baptizauerim.*

16 *Baptizaui autem & Stephanæ familiam. præterea haud scio,num quem alium baptizarim.*

17 *Non enim misit me Christus, vt baptizarem, sed vt euangelizarem, non erudito sermone, ne inanis reddatur crux Christi.*

18 *Nam sermo crucis,iis quidem qui pereunt,stultitia est: at nobis qui salutem consequimur,potentia Dei est,*

19 *Scriptum est enim: Perdam sapientiam sapientium, & intelligentiam intelligentium reijciam.*

20 *Vbi sapiens? vbi scriba? vbi disputator seculi huius? Nonne infatuauit Deus sapientiam mundi huius?*

21 *Nam postquam in sapientia Dei, non cognouit mundus per sapientiam Deum, visum est Deo, per stultitiam prædicationis saluos facere credentes.*

Vulgat. Editio.

Quoniam & Iudæi signa petunt,& Græci sapientiam quærunt:

Nos autem prædicamus Christum crucifixum: Iudæis quidem scandalum, Gentibus autē stultitiā,

Ipsis autem vocatis Iudæis, atque Græcis Christum Dei virtutem,& Dei sapientiam:

Quia quod stultū est Dei, sapientius est hominibus:& quod infirmū est Dei,fortius est hominibus.

Videte enim vocationem vestram fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes,non multi nobiles:

Sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat sapientes: & infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia:

Et ignobilia mundi,& contemptibilia elegit Deus, & ea,quæ non sunt,vt ea quæ sunt,destrueret:

Vt non glorietur omnis caro in conspectu eius.

Ex ipso autem vos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia à Deo,& * iustitia,& sanctificatio,& redemptio:

* Ier.9. Vt quemadmodum scriptum est:* Qui gloriatur, in Domino glorietur.

CAP. II.

ET ego,cum venissem ad vos,fratres, veni * non in sublimitate sermonis, aut sapientiæ, annuncians vobis testimonium Christi.

* Sup. 1. 17. Non enim iudicaui me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum,& hunc crucifixum.

*Act.18.1 * Et ego in infirmitate,& timore, & tremore multo fui apud vos.

* 2.Pet.1 17. Et sermo meus, & prædicatio mea *non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus,& virtutis:

Vt fides vestra non sit in sapientia hominum,sed in virtute Dei.

Sapientiam autem loquimur inter perfectos: sapientiam vero non huius sæculi, neque principum huius sæculi,qui destruuntur:

Sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est,quam prædestinauit Deus ante sæcula in gloriam nostram,

Quam nemo principum huius sæculi cognouit:si enim cognouissent, numquam Dominum gloriæ crucifixissent.

6.Isa.64.4 Sed sicut scriptum est:* Quod oculus non vidit, nec auris audiuit,nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus ijs,qui diligunt illum:

Nobis autem reuelauit Deus per spiritum suum: Spiritus enim omnia scrutatur , etiam profunda Dei.

Quis enim hominum scit quæ sunt hominis,nisi spiritus hominis, qui in ipso est? ita & quæ Dei sunt,nemo cognouit,nisi Spiritus Dei.

Nos autem, non spiritum huius mundi accepimus,sed Spiritum,qui ex Deo est,vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis:

* 2.Pet.1. 16. * Quæ & loquimur, non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina Spiritus, spiritualibus spiritualia comparantes.

Animalis autem homo non percipit ea,quæ sunt Spiritus Dei:stultitia enim est illi, & non potest intelligere:quia spiritualiter examinatur.

Spiritualis autem iudicat omnia:& ipse à nemine iudicatur.

Transl. ex Syriac.

22 *Quandoquidem Iihoudæi signa petunt,& Gentiles sapientiam quærunt.*

23 *Nos autem prædicamus Meschicho crucifixum, offendiculum Iihoudæis,Gentilibus verò stultitiam:*

24 *Illis autem qui vocati sunt Iihoudæis & Gentilibus Meschicho est virtus Dei,& sapientia Dei.*

25 *Quoniam stultitia Dei sapientior est hominibus, & imbecillitas Dei potentior est filijs hominum.*

26 *Etenim videte vocationem vestram, fratres mei, quòd non multos inter vos sapientes secundùm carnem,nec multos inter vos potentes, nec multos inter vos magno stemmate natos:*

27 *Sed elegit Deus stultos mundi,vt pudore afficiat sapientes:& imbecilles mundi elegit,vt pudore afficiat potentes:*

28 *Et elegit eos qui erant infimo genere orti in mundo,& abiectos, eosque qui non sunt,vt obliteret eos qui sunt.*

29 *Vt ne glorietur omnis* (vlla) *caro coram ipso.*

30 *Quinetiam vos ex eo estis in Ieschua Meschicho illo, qui factus est nobis sapientia à Deo,& iustitia,& sanctificatio,& redemptio:*

31 *Vt,quemadmodum scriptum est: Quisquis gloriatur,in Domino glorietur.*

CAP. II.

1 *ET ego,fratres mei,quum venirem ad vos,non sermone grandiloquo, neque sapientia annuntiabam vobis arcanum Dei.*

2 *Neque iudicaui meipsum inter vos quasi qui scirem aliquid,nisi Ieschua Meschicho,& ipsum crucifixum.*

3 *Et ego cum timore multo,ac tremore egi apud vos.*

4 *Et sermo meus,meaque prædicatio non erat in persuasione verborum sapientiæ* (eruditorum) *sed in demonstratione spiritus,& virtutis.*

5 *Vt ne sit fides vestra in sapientia humana,sed in virtute Dei.*

6 *Sapientiam porrò loquimur inter perfectos: sapientiam quidem non huius sæculi, neque principum mundi huius, qui desinent:*

7 *Sed loquimur sapientiam Dei in arcano, quæ est abscondita, & quam præfinierat Deus ante secula ad gloriam nostram.*

8 *Quam nullus ex principibus mundi huius cognouit : si enim cognouissent eam,nequaquam Dominum gloriæ crucifixissent.*

9 *Sed,sicut scriptum est: Quod oculus non vidit,& auris non audiuit,& in cor hominis non ascendit, quod præparauit Deus ijs,qui diligunt ipsum.*

10 * *Nobis autem reuelauit Deus per Spiritum suum: Spiritus enim omnia perueſtigat , etiam profunditates Dei.* Dominica prima non Pentecosten.

11 *Quis est enim homo qui nouerit quæ sunt in homine, nisi Spiritus Filij hominis qui est in ipso? Sic etiam quæ in Deo sunt,nemo nouit,nisi Spiritus Dei.*

12 *Nos autem non spiritum mundi accepimus, sed Spiritum qui ex Deo est,vt sciamus quæ donæ à Deo donata sint nobis.*

13 *Quæ & loquimur, non doctrina sermonum sapientiæ humanæ,sed doctrina Spiritus;ac spiritualibus spiritualia comparamus.*

14 *Siquidem homo animalis non recipit spiritualia : stultitia enim ei sunt;nec potest cognoscere quòd spiritu dijudicatur.*

15 *Spiritualis verò omnia dijudicat , & ipse à nemine dijudicatur.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Quandoquidem enim Iudæi signum petunt, & Græci sapientiam quærunt:
Nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, Gentibus autē stultitiā:
Ipsis autem vocatis Iudæis atque Græcis, Christum Dei virtutem & Dei sapientiam.
Quia quod stultum Dei, sapientius hominibus est: & quod infirmum Dei, fortius hominibus est.
Videte enim vocationem vestram, fratres, quia non multi sapientes secundùm carnem, non multi potentes, non multi nobiles:

Sed stulta mundi elegit Deus, vt sapientes pudefaciat: & infirma mundi elegit Deus, vt pudefaciat fortia.
Et ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus, & non existentia, vt existentia aboleret:

Vt non glorietur omnis caro in conspectu Dei.
Ex ipso autem vos estis in Christo Iesu: qui factus est nobis sapientia à Deo, iustitiaque, & sanctificatio & redemptio:
Vt, quemadmodum scriptum est, Glorians, in Domino glorietur.

CAP. II.

ET ego veniens ad vos, fratres, veni non in sublimitate sermonis aut sapientiæ, annuncians vobis testimonium Dei.
Non enim iudicaui scire aliquid in vobis si non Iesum Christum, & hunc crucifixum.

Et ego in infirmitate, & in timore, & in tremore multo factus sum apud vos:
Et sermo meus, & prædicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis:
Vt fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei.
Sapientiam autem loquimur in perfectis, sapientiam vero non seculi huius, neque principum seculi huius qui destruuntur:
Sed loquimur sapientiam Dei in mysterio occultatam, quam prædestinauit Deus ante secula in gloriam nostram:
Quam nemo principum seculi huius cognouit. si enim cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent.
Sed, sicut scriptum est, Quæ oculus non vidit, & auris non audiuit, & in cor hominis non ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus illum:
Nobis autem reuelauit Deus per Spiritum suum: nam Spiritus omnia scrutatur, etiam profunda Dei.
Quis enim scit hominum quæ hominis, si non spiritus hominis qui in ipso? ita & quæ Dei nemo nouit, si non Spiritus Dei.

Nos autem non spiritum mundi accepimus, sed Spiritum qui ex est Deo: vt sciamus ipsa à Deo donata nobis:
Quæ & loquimur non in doctis humanæ sapientiæ verbis, sed in doctis Spiritus sancti, spiritualibus spiritualia conferentes.
Animalis autem homo non percipit ea quæ Spiritus Dei. stultitia enim illi est: & non potest cognoscere, quia spiritualiter dijudicantur.
At spiritualis dijudicat quidem omnia: ipse verò à nemine dijudicatur.

Transl. Erasm. Roterod.

Quandoquidem & Iudæi signum postulant, & Græci sapientiam quærunt.
Nos autem prædicamus Christum crucifixum Iudæis quidem offendiculum, Græcis vero stultitiam,
Sed ijsdem vocatis, Iudæis pariter & Græcis, Christum Dei potentiam, ac Dei sapientiam.
Quoniam stultitia Dei sapientior est quàm homines, & imbecillitas Dei robustior est quam homines.
Videtis enim vocationem vestram fratres, quod non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi claro genere nati:

Verum quæ stulta erant secundum mundum, delegit Deus, vt pudefaceret sapientes: & quæ erant imbecillia in mundo, delegit Deus, vt pudefaceret ea quæ sunt robusta.
Et quæ ignobilia erant in mundo contemptaq́, delegit Deus, & ea quæ non erant, vt ea quæ sunt obliteraret,

Vt ne gloriaretur vlla caro coram ipso.
Ex eodem autem vos estis, in Christo Iesu, qui factus fuit nobis sapientia à Deo, iustitiaq́, & sanctificatio, & redemptio.
Vt quemadmodum scriptum est: Qui gloriatur, in Domino glorietur.

CAP. II.

ET ego cum venirem ad vos fratres, non veniebam cum eminentia sermonis aut sapientia, annuncians vobis testimonium Dei.
Non enim me iudicaui quicquam scire inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum.

Et ego per infirmitatem, & cum timore, ac in tremore multo apud vos versatus sum.
Et sermo meus, & prædicatio mea, non erat in persuasoꝝ ijs humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus ac potentiæ,
Vt fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in potentia Dei.
Porrò sapientiam loquimur inter perfectos: sapientiam autem, non seculi huius, neque principum seculi huius qui abolentur:
Sed loquimur sapientiam Dei in mysterio, quæ est recondita, quam præfinierat Deus ante secula, in gloriam nostram,
Quam nemo principum seculi huius cognouit. Nam si cognouissent, haudquaquàm Dominum gloriæ crucifixissent.
Sed quemadmodum scriptum est: Quæ oculus non vidit, & auris non audiunt, & in cor hominis non ascenderunt, quæ præparauit Deus diligentibus se.
Nobis autem Deus reuelauit per Spiritum suum. Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunditates Dei.

Quis enim hominum nouit ea, quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui est in eo? Sic & ea quæ sunt Dei, nemo nouit, nisi Spiritus Dei.

Nos vero non spiritum mundi accepimus, sed Spiritum qui est ex Deo, vt sciamus, quæ à Christo donata sint nobis,
Quæ & loquimur, non sermonibus quos docet humana sapientia, sed quos docet Spiritus sanctus, spiritualibus spiritualia comparantes.
Animalis autem homo non accipit ea quæ sunt Spiritus Dei: stultitia siquidem illi sunt, nec potest cognoscere, quod spiritualiter dijudicantur.
At spiritualis dijudicat quidem omnia: ipse verò à nemine dijudicatur.

Vulgat. Editio.

* Quis enim cognouit sensum Domini, qui instruat eum? Nos autem sensum Christi habemus.

* Isa. 40. 13. Sap. 9. 13. Ro. 11. 34

CAP. III.

ET ego, fratres, non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Tanquam parvulis in Christo:

Lac vobis potum dedi, & non escam: nondum enim poteratis, sed nec nunc quidem potestis, adhuc enim carnales estis.

Cùm enim sit inter vos zelus, & contentio: nonne carnales estis, & secundùm hominem ambulatis?

Cùm enim quis dicat: Ego quidem sum Pauli. Alius autem: Ego Apollo: nonne homines estis? Quid igitur est Apollo? quid verò Paulus?

Ministri eius, cui credidistis, & vnicuique sicut Dominus dedit.

Ego plantaui, Apollo rigauit: sed Deus incrementum dedit.

Itaque neque qui plantat est aliquid: neque qui rigat: sed, qui incrementum dat, Deus.

* Qui autem plantat, & qui rigat, vnum sunt. * Vnusquisq; autem propriam mercedem accipiet secundùm suum laborem.

* Psa 61. 13. * Gal. 6. 5.

Dei enim sumus adiutores: Dei agricultura estis, Dei ædificatio estis.

Secundùm gratiam Dei, quæ data est mihi vt sapiens architectus fundamentum posui; alius autem superædificat. Vnusquisque autem videat quomodo superædificet.

Fundamentum enim aliud nemo potest ponere præter id, quod positum est, quod est Christus Iesus.

Si quis autem superædificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam,

Vniuscuiusque opus manifestum erit: Dies enim Domini declarabit, quia in igne reuelabitur: & vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit.

Si cuius opus manserit quod superædificauit, mercedem accipiet.

Si cuius opus arserit, detrimentum patietur: ipse autem saluus erit: sic tamen quasi per ignem.

Nescitis quia templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis?

Si quis autem templum Dei violauerit, disperdet illum Deus. * Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos.

* 1 Cor. 6. 19. 2. Cor. 6. 16.

Nemo se seducat: si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc sæculo, stultus fiat vt sit sapiens.

Sapientia enim huius mundi, stultitia est apud Deum. Scriptum est enim: * Comprehendam sapientes in astutia eorum.

* Iob 5. 13

Et iterum: * Dominus nouit cogitationes sapientium quoniam vanæ sunt.

* Ps. 93. 11

Itaque nemo glorietur in hominibus.

Omnia enim vestra sunt: siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue mundus, siue vita, siue mors, siue præsentia, siue futura: omnia enim vestra sunt.

Vos autem Christi: Christus autem Dei.

CAP. IIII.

1. Cor. 4. 1

SIc nos existimet homo vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei.

Hic iam quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur.

Transl. ex Syriac.

Quis enim cognouit mentem Domini, vt doceat eum? Nos autem mentem Meschicho habemus.

CAP. III.

ET ego, fratres mei, non potui loqui vobiscum, vt cum spiritualibus, sed veluti cum corporeis. Et quasi infantibus in Meschicho. Dominica ij. post Pentecosten

Lacte potaui vos, nec dedi vobis cibum: nondum enim poteratis: sed necdum potestis nunc, adhuc siquidem in carne estis.

Quum enim sit inter vos æmulatio, & contentio, & dissidia: nonne corporei estis, & in carne ambulatis?

Nam quum vnusquisque vestrum dicat: Ego sum Pauli. Alius autem dicat: Ego sum Apollou, nonne corporei estis? Quis enim est Paulus, aut quis est Apollou?

Nisi ministri per quos credidistis? & prout vnicuique dedit Dominus?

Ego plantaui, & Apollou rigauit: sed Deus dedit incrementum.

Non igitur is, qui plantat est aliquid, nec is qui rigat: sed Deus qui dat incrementum.

Qui autem plantat, & qui rigat, vnum sunt. Vnusquisque iuxta laborem suum mercedem accepturus est.

Cum Deo enim operamur: & agricolatio Dei, & ædificatio Dei estis.

Et secundum gratiam Dei, quæ data est mihi, posui fundamentum, vt architectus sapiens; alius autem super illud ædificat. Porrò quisque videat quomodo super illud ædificat.

Fundamentum enim aliud, præter hoc quod positum est, nemo potest ponere, quod est Ieschua Meschicho.

Quòd si quis ædificat super hoc fundamentum aurum, vel argentum, vel lapides pretiosos, vel lignum, vel fœnum, vel stipulam,

Cuiusque opus reuelabitur: Dies enim ille patefaciet illud, quippe quod in igne reuelatur: & cuiusque opus quale sit ignis discernet.

Cæterum, is cuius permanebit opus quod ædificauit, mercedem suam accipiet.

Is verò cuius opus exuretur, deficiet: ipse autem saluus fiet, sed ita quasi per ignem.

Nescitis vos esse templum Dei, & Spiritum Dei habitare in vobis? Dominica iij. post Pentecosten.

Quisquis corrumpit templum Dei, perditurus est eum Deus. Siquidem templum Dei sanctum est, quod estis vos.

Nemo seducat seipsum: qui putat inter vos se sapientem esse, in hoc seculo, stultus euadat, vt fiat sapiens.

Sapientia enim mundi huius, stultitia est apud Deum. Scriptum est enim: Qui comprehendit sapientes in calliditate ipsorum.

Et rursus: Dominus nouit cogitationes sapientum, nempe eas esse vanas.

Quapropter nemo glorietur in hominibus:

Omnia enim vestra sunt, siue Paulus, siue Apollou, siue Kipho, siue mundus, siue vita, siue mors, siue præsentia, siue futura, omnia sunt vestra:

Vos autem Meschicho: Meschicho vero Dei.

CAP. IIII.

SIc existimati sumus à vobis, vt ministri Meschicho: & dispensatores arcanorum Dei.

Hic iam requiritur in dispensatoribus, vt fidelis quispiam inueniatur.

Transl. B. Ariæ Mont.

Quis enim cognouit sensum Domini, qui instruet eum? Nos autem sensum Christi habemus.

CAP. III.

ET ego, fratres, non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus: tanquam infantibus in Christo:

Lac vobis potum dedi, & non escam: nondum enim poteratis, sed nec adhuc nunc potestis. Adhuc enim carnales estis.

Cum enim in vobis zelus & contentio, & dissidia, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis?

Cùm enim dicat quis: Ego quidem sum Pauli: alius autem, ego Apollo: nonne carnales estis? Quis igitur est Paulus? quis verò Apollo?

Nisi ministri per quos credidistis, & vnicuique sicut Dominus dedit.

Ego plantaui, Apollo rigauit: sed Deus incrementum dedit.

Itaque neque plantans est aliquid: neque rigans, sed ille incrementum dans Deus.

Plantans autem & rigans vnum sunt. (vnusquisque autem propriam mercedem accipiet secundùm proprium laborem.)

Dei enim sumus cooperatores: Dei agricultura, Dei ædificatio estis.

Secundùm gratiam Dei datam mihi, vt sapiens architectus fundamentum posui: alius autem superædificat. Vnusquisque autem videat quomodo superædificet.

Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter iactum, quod est Iesus Christus.

Si autem quis superædificat super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam:

Vniuscuiusque opus manifestum fiet. nam dies declarabit: quia in igne reuelatur: & vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit.

Si cuius opus manserit quod superædificauit, mercedem accipiet.

Si cuius opus exuretur, damnum faciet: ipse autem seruabitur, ita verò quasi per ignem.

Nescitis quia templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis?

Si quis templum Dei corrumpit, disperdet illum Deus. Nam templum Dei sanctum est, qui estis vos.

Nemo seipsum seducat: si quis videtur sapiens esse in vobis, in seculo hoc, stultus fiat, vt fiat sapiens.

Nam sapientia mundi huius, stultitia apud Deum est. Scriptum est enim, Comprehendens sapienees in astutia eorum.

Et iterum: Dominus nouit cogitationes sapientium, quoniam sunt vanæ.

Itaque nemo glorietur in hominibus.

Omnia enim vestra sunt: Siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue mundus, siue vita, siue mors, siue præsentia, siue futura: omnia vestra sunt.

Vos autem Christi: Christus autem Dei.

CAP. IIII.

SIc nos existimet homo vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei.

At reliquum, quæritur in dispensatoribus, vt fidelis quis inueniatur.

Transl. Erasm. Roterod.

16 *Quis enim cognouit mentem Domini, qui consilium daturus sit illi? Nos autem mentem Christi tenemus.*

CAP. III.

1 *ET ego fratres, non potui loqui vobis, vt spiritualibus, sed loquendum fuit, vt carnalibus, vt infantibus in Christo.*

2 *Lactis potu vos alui, & non cibo. Nondum enim poteratis, imò ne nunc quidem adhuc potestis: nam adhuc carnales estis.*

3 *Siquidem cum in vobis sit æmulatio & contentio, & factiones, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis?*

4 *Etenim cum dicat aliquis: ego quidem sum Pauli, alter vero, ego Apollo, nonne carnales estis? Quis igitur est Paulus? quis autem Apollo?*

5 *Nisi ministri, per quos credidistis, & vt cuique Dominus dedit.*

6 *Ego plantaui, Apollo rigauit, sed Deus dedit incrementum.*

7 *Itaque neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui dat incrementum Deus.*

8 *Cæterum is qui plantat, & is qui rigat, vnum sunt. Vnusquisque tamen suam mercedem accipiet, iuxta suum laborem.*

9 *Dei enim Dei sumus cooperarij, Dei agri colatio, Dei ædificatio estis,*

10 *Iuxta gratiam Dei, quæ data est mihi. Vt sapiens architectus fundamentum posui, alius autem super illud ædificat. Porrò quisque videat quomodo superstruat.*

11 *Nam fundamentum aliud nemo potest ponere, præter hoc quod positum est, quod est Iesus Christus.*

12 *Quod si quis superstruit super fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, fœnum, stipulam,*

13 *Cuiusque opus manifestum fiet. Dies enim declarabit, quod in igne reuelatur. & cuiusque opus quale sit, ignis probabit.*

14 *Si cuius opus manserit, quod superstruxit, mercedem accipiet:*

15 *Si cuius opus exustum fuerit, damnum patietur: ipse vero saluus fiet, sed sic tanquàm per ignem.*

16 *An nescitis quod templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis?*

17 *Si quis templum Dei prophanat, hunc perdet Deus. Nam templum Dei sanctum est, quod estis vos.*

18 *Ne quis seipsum fallat. Si quis sibi videtur sapiens esse inter vos, in sæculo hoc stultus fiat, vt reddatur sapiens.*

19 *Etenim sapientia mundi huius, stultitia est apud Deum. Scriptum est enim: Qui comprehendit sapientes in astutia ipsorum.*

20 *Et rursum: Dominus nouit cogitationes sapientum, quod sint vanæ.*

21 *Itaque ne quis glorietur in hominibus.*

22 *Omnia namque vestra sunt siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue mundus, siue vita, siue mors, siue præsentia, siue futura, omnia inquam vestra sunt,*

23 *Vos autem Christi, Christus vero Dei.*

CAP. IIII.

1 *SIc nos æstimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei.*

2 *Quod superest autem, illud requiritur in dispensatoribus, vt fidus aliquis reperiat.*

Vulgat. Editio.

Mihi autem pro minimo eſt, vt à vobis iudicer, aut ab humano die: ſed neque meipſum iudico.

Nihil enim mihi conſcius ſum: ſed non in hoc iuſtificatus ſum, qui autē iudicat me, Dominus eſt.

Itaque nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat Dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium: & tunc laus erit vnicuique à Deo.

Hæc autem, fratres, transfiguraui in me, & Apollo, propter vos: vt in nobis diſcatis, ne ſupra quàm ſcriptum eſt, vnus aduerſus alterū infletur pro alio.

Quis enim te diſcernit? Quid autem habes quod non acceperis? Si autem acceperis, quid gloriaris quaſi non acceperis?

Iam ſaturati eſtis, iam diuites facti eſtis: ſine nobis regnatis: & vtinam regnetis, vt & nos vobiſcum regnemus.

Puto enim quod Deus nos Apoſtolos nouiſſimos oſtendit, tamquam morti deſtinatos: quia ſpectaculum facti ſumus mundo, & Angelis, & hominibus.

Nos ſtulti propter Chriſtum, vos autem prudentes in Chriſto: nos infirmi, vos autem fortes: vos nobiles, nos autem ignobiles.

Vſque in hanc horam, & eſurimus, & ſitimus, & nudi ſumus, & colaphis cædimur, & inſtabiles ſumus,

* Act. 20. 34. 1. Theſſ. 2. 9. 2. Theſſ. 3. 8. Et * laboramus operantes manibus noſtris: maledicimur, & benedicimus: perſecutionem patimur, & ſuſtinemus:

Blaſphemamur, & obſecramus: tamquam purgamenta huius mundi facti ſumus, omnium peripſema vſque adhuc.

Non vt confundam vos, hæc ſcribo, ſed vt filios meos chariſſimos moneo.

Nam ſi decem millia pædagogorum habeatis in Chriſto: ſed non multos patres. Nam in Chriſto Ieſu per Euangelium ego vos genui.

Rogo ergo vos, imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti.

Ideo miſi ad vos Timotheum, qui eſt filius meus chariſſimus, & fidelis in Domino: qui vos commonefaciet vias meas, quæ ſunt in Chriſto Ieſu, ſicut vbique in omni Eccleſia doceo.

Tamquam non venturus ſim ad vos, ſic inflati ſunt quidam.

Veniam autem ad vos cito, ſi Dominus voluerit: & cognoſcam non ſermonem eorum, qui inflati ſunt, ſed virtutem.

Non enim in ſermone eſt regnum Dei, ſed in virtute.

Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in charitate, & ſpiritu manſuetudinis?

CAP. V.

Leu. 18. 22. & 20. 21. OMnino auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter Gentes, ita vt vxorem patris ſui aliquis habeat.

Et vos inflati eſtis: & non magis luctum habuiſtis, vt tollatur de medio veſtrū, qui hoc opus fecit.

* Col. 2. 5 * Ego quidem abſens corpore, præſens autem ſpiritu, iam iudicaui vt præſens, eum, qui ſic operatus eſt.

In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, congregatis vobis & meo ſpiritu, cum virtute Domini noſtri Ieſu,

Tradere huiuſmodi ſatanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit in die Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Tranſl. ex Syriac.

3 *Mihi verò pro minimo eſt, vt à vobis dijudicer, aut à quouis homine: ſed ne meipſum quidem iudico.*

4 *Nullius enim rei mihi ipſi conſcius ſum: ſed non per hoc iuſtificatus ſum; ſiquidem iudex meus Dominus eſt.*

5 *Quamobrem ne ante tempus iudicaueritis, vſque dum venerit Dominus ille, qui illuſtraturus eſt recondita tenebrarum & reuelauit cogitationes cordium: tunc laus erit vnicuique à Deo.*

6 * *Hæc autem, fratres mei, propter vos tranſtuli in faciem* (perſonam) *meam, & Apollou, vt per nos diſcat: non amplius de vobis ſentire quàm ſcriptum eſt; vt ne qui ſupra proximum efferatur propter aliquem.* * Dominus ea quæ ſupra dicta ſunt.

7 *Quis enim ſcrutatur te? Aut quid habes quod non acceperis? Quòd ſi acceperis, quid gloriaris, quaſi non acceperis?*

8 *Iam verò ſaturati eſtis, & ditati, & ſine nobis regnum adepti eſtis: vtinam autem regnum adepti ſitis, vt & nos regnemus vobiſcum.*

9 *Exiſtimo autem quòd Apoſtolos poſtremos nos conſtituerit Deus tanquam ad mortem: vt ſimus ſpectaculum mundo, Angelis, & hominibus.*

10 *Nos ſtultos propter Meſchicho, vos autem ſapientes in Meſchicho: nos imbecilles, vos autem potentes: vos percelebres, nos autem infames.*

11 *Ad hanc vſque horam eſurimus & ſitimus, & nudi ſumus, & colaphis cædimur, nec domum ſtabilem habemus:*

12 *Et laboramus operantes manibus noſtris: ignominia afficiunt nos, nos autem beneprecamur: inſectantur nos, & ſuſtinemus.*

13 *Conuitijs proſcindunt nos, & obſecramus eos: tanquam ſtercus mundi facti ſumus, & piaculum omnium nunc vſque.*

14 *Non vt pudore vos ſuffundam hæc ſcribo, ſed vt filios chariſſimos admoneo.*

15 *Nam ſi decem millia pædagogorum habeatis in Meſchicho: at non multos patres. Siquidem in Ieſchua Meſchicho ego genui vos per Euangelium,*

16 *Peto igitur à vobis, vt mei ſimiles ſitis.*

17 * *Propterea miſi ad vos Timotheum, qui eſt filius meus dilectus, & fidelis in Domino; qui quidem vobis in memoriam reducet vias meas quæ ſunt in Meſchicho, iuxta id quod doceo in omnibus Eccleſijs.* * Dominus ea quæ per Ieſchuam.

18 *Quaſi verò ipſe venturus non ſim ad vos, ſuperbierunt quidam ex vobis.*

19 *Sed ſi Dominus voluerit, citò veniam ad vos: & cognoſcam non ſermonem eorum, qui ſeſe efferunt ſed virtutem ipſorum.*

20 *Quandoquidem regnum Dei non eſt in ſermone, ſed in virtute.*

21 *Quomodo vultis? cum virga veniam ad vos, an cum dilectione & ſpiritu manſueto?*

CAP. V.

1 *OMnino auditur inter vos ſcortatio, taliſque ſcortatio, qualis nec inter Ethnicos nominatur, ita vt accipiat filius vxorem patris ſui.*

2 *Et vos ſuperbitis: ac non potius ſedetis in luctu, vt tollatur è medio veſtrum is, qui hoc facinus admiſit.*

3 *Ego quidem abſum à vobis corpore, vobis autem proximus ſum ſpiritu, iamque condemnaui, vt proximus, eum, qui hoc perpetrauit:*

4 *Vt in nomine Domini noſtri Ieſchua Meſchicho vos omnes congregemini, & ego vobiſcum ſpiritu, cum virtute Domini noſtri Ieſchua Meſchicho.*

5 *Vt tradatis eum Satanæ ad exitium coraporis vt ſpiritus ſeruetur in die Domini noſtri Ieſchua Meſchicho.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Mihi autem in minimum est vt à vobis dijudicer, aut ab humano die: sed neq; meipsum dijudico.
Nihil enim mihi ipsi conscius sum: sed non in hoc iustificatus sum: at dijudicans me, Dominus est.
Itaque ne ante tempus quid iudicate, quoad vsque veniat Dominus: qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium: & tunc laus erit vnicuique à Deo.
Hæc autem, fratres, transfiguraui in meipsum & Apollo propter vos: vt in nobis discatis, ne suprà quod scriptum est, sapere: vt ne vnus super vnum inflemini aduersus alterum.
Quis enim te discernit? Quid autem habes quod non accepisti? Si autem & accepisti, quid gloriaris quasi non accipiens?
Iam saturati estis, iam ditati estis, sine nobis regnastis: & vtinam sanè regnetis, vt & nos vobis simul regnemus.
Puto enim quòd Deus nos Apostolos nouissimos edidit tanquam morti destinatos: quia spectaculum facti sumus mundo, & angelis, & hominibus.
Nos stulti propter Christum: vos autem prudentes in Christo: nos infirmi, vos autem fortes: vos glorioti, nos autem ignominiosi.
Vsque in hanc horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur, & instabiles sumus,
Et laboramus, operantes propriis manibus, conuitiis affecti, benedicimus: persecutionem patientes, sustinemus.
Blasphemati, obsecramus. tanquam purgamenta mundi facti sumus, omnium peripsema vsque adhuc.
Non pudore afficiens vos scribo hæc: sed vt natos meos charissimos moneo.
Si enim decem millia pædagogorum habeatis in Christo: sed non multos patres. In enim Christo Iesu per Euangelium ego vos genui.
Rogo ergo vos, imitatores mei estote.

Propter hoc misi vobis Timotheum, qui est natus meus dilectus & fidelis in Domino, qui vos commonefaciet vias meas quæ in Christo, sicut vbique in omni ecclesia doceo.
Tanquam non venturo autem me ad vos, inflati sunt quidam.
Veniam autem citò ad vos, si Dominus voluerit: & cognoscam non sermonem inflatorum, sed virtutem.
Non enim in sermone regnum Dei, sed in virtute.
Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in charitate, spirituque mansuetudinis?

CAP. V.

OMnino auditur in vobis fornicatio: & talis fornicatio, qualis nec in Gentibus nominatur: ita vt vxorem quendam patris habere.
Et vos inflati estis: & non magis luxistis, vt tollatur de medio vestrum qui opus hoc fecit.
Ego quidem enim vt absens corpore, præsens autem spiritu, iam iudicaui vt præsens, eum sic hoc operatum,
In nomine Domini nostri Iesu Christi, congregatis vobis & meo spiritu, cum virtute Domini nostri Iesu Christi.
Tradere eiusmodi satanæ in interitum carnis, vt spiritus seruetur in die Domini Iesu Christi.

Transl. Erasm. Roterod.

3 *Mihi vero pro minimo est, vt à vobis dijudicer, aut ab humano iudicio, imò nec meipsum dijudico.*
4 *Nullius enim rei mihi conscius sum, sed non per hoc iustificatus sum. Caterum qui me iudicat, Dominus est.*
5 *Proinde ne ante tempus quicquam iudicetis, donec venerit Dominus, qui & illustraturus est occulta tenebrarum, & patefaciet consilia cordium, ac tunc laus erit vnicuique à Deo.*
6 *Hæc autem fratres per figuram transtuli in meipsum, & in Apollo, propter vos, vt in nobis disceretis, ne quis supra id quod scriptum est, de se sentiat: vt ne, hic illius, ille huius nomine inflemini, alius aduersus alium.*
7 *Quis enim te dijudicat? Quid autem habes, quod non accepisti? Quod si etiam accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis?*
8 *Iam saturati estis, iam ditati estis, absque nobis regnum adepti estis: atque vtinam sanè adepti sitis, vt & nos simul vobiscum regnemus.*
9 *Arbitror enim quod Deus nos, qui sumus Apostoli postremi, ostenderit tanquam morti addictos. Quoniam spectaculum facti sumus mundo & angelis, & hominibus.*
10 *Nos stulti propter Christum, vos autem prudentes per Christum, nos imbecilles: vos autem validi, vos clari, nos contempti.*
11 *Ad hoc vsque tempus & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur, & incertis vagamur sedibus,*
12 *Et laboramus operantes propriis manibus, male audientes, benedicimus, persecutionem patientes, sustinemus,*
13 *Conuitiis affecti, obsecramus, velati excrementa mundi facti sumus, omnium reiectamentum ad hunc vsque diem.*
14 *Non quo vos pudore suffundam hæc scribo, sed vt filios meos dilectos admoneo.*
15 *Nam etiamsi innumeros pædagogos habeatis in Christo, non multos tamen habetis patres.*
Siquidem in Christo Iesu, per euangelium ego vos genui.
16 *Adhortor itaque vos, vt imitatores mei sitis.*
17 *Hac de causa misi vobis Timotheum, qui est filius meus dilectus, & fidelis in Domino, qui vobis in memoriam reducet vias meas, quæ sunt in Christo, quemadmodum vbique in omni ecclesia doceo.*
18 *Perinde quasi non sim venturus ad vos, inflati sunt quidam.*
19 *Sed veniam breui ad vos, si Dominus voluerit, & cognoscam non sermonem istorum qui inflati sunt, sed virtutem.*
20 *Non enim in sermone regnum est Dei, sed in virtute.*
21 *Quid vultis? Cum virga venio ad vos, an cum charitate, & spiritu lenitatis?*

CAP. V.

1 *OMnino auditur inter vos stuprum, & huiusmodi stuprum, quod nec inter gentes nominatur, vt aliquis vxorem patris habeat.*
2 *Et vos inflati estis, ac non potius luxistis, vt tolleretur de medio vestrum, qui facinus hoc perpetrasset.*
3 *Nam ego quidem, vt absens corpore, præsens autem spiritu, iam decreui tanquam præsens, vt is qui sic hoc patrauit,*
4 *In nomine Domini nostri Iesu Christi, congregatis vobis & meo spiritu, vnà cum potestate Domini nostri Iesu Christi,*
5 *Tradatur Satanæ ad interitum carnis, quo spiritus saluus sit in die Domini Iesu.*

Vulgat. Editio.

1 Cal. 5.9 Non est bona gloriatio vestra. * Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit?

Expurgate vetus fermentum, vt sitis noua conspersio, sicut estis azymi. Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus.

Itaque epulemur, non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ, & nequitiæ: sed in azymis sinceritatis & veritatis.

Scripsi vobis in epistola: Ne commiscearnini fornicariis.

Non vtique fornicariis huius mundi, aut auaris, aut rapacibus, aut idolis seruientibus: alioquin debueratis de hoc mundo exisse.

Nunc autem scripsi vobis non commisceri: si is, qui frater nominatur, est fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum eiusmodi nec cibum sumere.

Quid enim mihi de ijs, qui foris sunt, iudicare? Nonne de iis, qui intus sunt, vos iudicatis?

Nam eos, qui foris sunt, Deus iudicabit. Auferte malum ex vobis ipsis.

CAP. VI.

Audet aliquis vestrum habens negotium aduersus alterum, iudicari apud iniquos, & non apud sanctos?

An nescitis quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt? Et si in vobis iudicabitur mundus, indigni estis qui de minimis iudicetis?

Nescitis quoniam Angelos iudicabimus? quanto magis sæcularia?

Sæcularia igitur iudicia si habueritis: contemptibiles qui sunt in Ecclesia, illos constituite ad iudicandum

Ad verecundiam vestram dico. Sic non est inter vos sapiens quisquam, qui possit iudicare inter fratrem suum?

Sed frater cum fratre iudicio contendit: & hoc apud infideles.

* Matt. 5 39. Luc. 6. 29. Ro. 12. 17. 1. The. 4. 6 * Iam quidem omnino delictū est in vobis, quod iudicia habetis inter vos. Quare non magis iniuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini?

Sed vos iniuriam facitis, & fraudatis: & hoc fratribus.

An nescitis quia iniqui regnum Dei non possidebunt? Nolite errare: Neque fornicarii, neque idolis seruientes, neque adulteri,

Neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt.

Et hæc quidem fuistis: sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine Domini nostri Iesu Christi, & in Spiritu Dei nostri.

Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt: Omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate.

Esca ventri, & venter escis: Deus autem hunc, & has destruet. corpus autem non fornicationi, sed Domino: & Dominus corpori.

Deus vero & Dominum suscitauit: & nos suscitabit per virtutem suam:

Nescitis quoniam corpora vestra membra sunt Christi? tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? Absit.

Transl. ex Syriac.

6 * *Ind cora est gloriatio vestra, fratres mei. Nescitis quod paululum fermenti totam conspersionem fermentat?* * Dominica ante festum azymorum.

7 *Expurgate à vobis fermentum vetus, vt sitis conspersio noua, sicut estis azymi. Pezcho enim nostrum Meschicho est, qui mactatus est pro nobis.*

8 *Idcirco festum agamus, non in fermento veteri, nec in fermento malitiæ, & mœroris, (abinthij) sed in azymo syncerit ete, & sanctimonia.*

9 *Scripsi vobis per epistolam: Ne commiscearnini cum scortatoribus,*

10 *Non autem dico tum scortatoribus, qui sunt in hoc mundo, aut de auaris, aut rapacibus aut cultoribus idolorum: alioqui debueratis etiam ex hoc mundo exisse.*

11 *Hoc autem scripsi vobis ne commiscearnini: quod si sit, qui vocetur frater, sitque scortator, aut auarus, aut cultor idolorum, aut conuiciator, aut temulentus, aut raptor, cum eiusmodi ne panis quidem comedendus est.*

12 *Quid enim ad me attinet iudicare de his, qui foris sunt? vos autem eos, qui intus sunt iudicate.*

13 *Ceterum eos, qui foris sunt, Deus iudicat. Tollite autem scelerat um è medio vestri.*

CAP. VI.

1 *Audet aliquis vestrum habens litem cum fratre suo experiri iudicio coram iniquis, non autem coram sanctis?* Dominica ante Pentecost.

2 *An nescitis, quod sancti mundum iudicabunt? quod si per vos mundus iudicandus est, indigni estis dirimere minuta iudicia?*

3 *Nescitis quod Angelos iudicaturi sumus? quanto magis ea, quæ sunt seculi huius.*

4 *Sed si vobis iudicium competit de his, quæ sunt mundi: eos qui contempti sunt in Ecclesia constituite vobis in iudicio.*

5 *Ad erubescentiam autem dico vobis. Adeo non est inter vos sapiens ne vnus quidem, qui possit æquum ferre iudicium inter fratrem, & fratrem ipsius?*

6 *Imò frater cum fratre suo litigat, atque adeò coram infidelibus.*

7 *Iam itaque vosmetipsi culpæ obnexij estis, quòd lites habetis inter vos inuic m. Cur enim iniuriam non patimini? & cur damnum non sustinetis?*

8 *Sed infertis iniuriam, damnoque afficitis vel fratres vestros.*

9 *An nescitis, quod iniqui regnum Dei hæreditate possessuri non sunt? Ne erraueritis: neque scortatores, neque cultores idolorum, neque adulteri,*

10 *Neque corruptores, neque qui concumbunt cum masculis, neq; auri,, neque fures, neque temulenti, neque maledici, neque raptores, hi regnum Dei hæreditate non possidebunt.*

11 *Et, hæc quidem fuerunt in aliquibus vestrum, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis per nomen Domini nostri Ieschua Meschicho, & per Spiritum Dei nostri.*

12 * *Omnia mihi licent, at non omnia conducunt mihi: Omnia mihi possibilia sunt, sed in me nemo potestatem exercebit.* Feria v. præcedens festum.

13 *Cibus ventris, & venter cibi: Deus autem vtrumque abolebit. Porrò corpus non scortationi sed Domino nostro & Dominus noster corpori.*

14 *Deus autem & Dominum nostrum suscitauit, & nos suscitabit per virtutem suam.*

15 *Nescitis corpora vestra membra esse Meschicho? tollentes membra Meschicho, faciemus membra scorti? Absit.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Non pulchra gloriatio vestra? Nescitis quia modicum fermentum totam massam fermentat?

Expurgate igitur vetus fermentum, vt sitis noua massa, sicut estis azymi. Etenim Pascha nostrum pro nobis immolatus est, Christus.

Itaque epulemur, non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ, sed in azymis sinceritatis & veritatis.

Scripsi vobis in epistola, Ne commiscerí fornicariis.

Et non omnino fornicariis mundi huius, aut auaris, aut rapacibus, aut idololatris alioquin debueratis ex mundo exire.

Nunc autem scripsi vobis non commiscerí, si quis frater nominatus aut fornicator, aut maledicus, aut auarus, aut idololatra, aut ebriosus, aut rapax, eiusmodi nec comedere.

Quid enim mihi & eos qui foris iudicare? Nonne eos intus vos iudicatis?

Eos autem foris Deus iudicat. Et auferte malum ex vobis ipsis.

CAP. VI.

Audet aliquis vestrum negotium habens ad alterum, iudicari apud iniustos, & non apud sanctos?

Nescitis quoniam sancti mundum iudicabunt? Et si in vobis iudicabitur mundus, indigni estis iudicijs minimis?

Nescitis quoniam angelos iudicabimus? nedum vitalia?

Vitalia quidem igitur iudicia si habueritis, nihili factos in ecclesia, illos sedere facite.

Ad verecundiam vobis dico. Sic non est in vobis sapiens neque vnus, qui possit dijudicare inter fratrem suum?

Sed frater cum fratre iudicatur, & hoc apud infideles.

Iã quidẽ igitur omnino delictũ vobis est, q̃ iudicia habetis cũ vobisipsis. Propter quid nõ magis iniuriã accipitis? Propter quid non magis damnũ accipitis?

Sed vos iniuriam facitis & damno afficitis, & hoc fratres.

An nescitis quia iniusti regnum Dei non possidebunt? Ne errate. Neque fornicarij, neque idololatræ, Neque adulteri.

Neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebriosi, non conuiciatores, non rapaces, regnum Dei non possidebunt.

Et hæc quidam eratis: sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine Domini Iesu, & in Spiritu Dei nostri.

Omnia mihi licent, sed non omnia conferunt. Omnia mihi licent, sed non ego redigar potestate sub quoquam.

Escæ ventri, & venter escis. at Deus & hunc & has destruet. at corpus non fornicationi, sed Domino, & Dominus corpori.

At Deus & Dominum suscitauit, & nos suscitabit per virtutem suam.

Nescitis quoniam corpora vestra membra Christi sunt? Tollens ergo membra Christi, faciam meretricis membra? Ne fiat.

Transl. Erasm. Rotterod.

Non est bona gloriatio vestra. An nescitis, quod paululum fermenti totam conspersionem fermentat?

Expurgate itaque vetus fermentum, vt sitis noua conspersio, sicut estis infermentati. Nam & pascha nostrum pro nobis immolatus est Christus.

Itaque festum celebremus, non in fermento veteri, nec in fermento malitiæ & versutiæ, sed in panibus fermento carentibus, hoc est, synceritate & veritate.

Scripsi vobis per epistolam: Ne commiscemini cum scortatoribus,

Ac non omnino cum scortatoribus mundi huius, aut cum auaris, aut cum rapacibus aut simulacrorum cultoribus. Alioqui vtinam vtique è mundo exissetis.

Nunc autem scripsi vobis, ne commiscemini: Si quis cum frater appelletur fuerit scortator, aut auarus, aut simulacrorum cultor, aut conuiciator, aut ebriosus, aut rapax, cum eiusmodi ne cibum quidem capiatis.

Quid enim ad me attinet, etiam de his qui foris sunt iudicare? Nonne de his qui intus sunt, iudicatis?

Eos vero qui foris sunt, Deus iudicat? Etiam profligate istum qui malus est, ex vobis ipsis.

CAP. VI.

Audet aliquis vestrum, negocium habens cum altero, iudicari sub iniustis, & non magis sub sanctis?

An nescitis, quod sancti mundum iudicabunt? Et si per vos iudicatur mundus, indigni estis minimis iudicijs?

An nescitis, quod angelos iudicabimus, non tantum ista quæ ad victum pertinent?

Proinde iudicia siquidem habueritis de ijs, quæ ad vitæ vsum attinent, qui contempti sunt in ecclesia, eos constituite.

Ad erubescentiam vestram dico. Adeo non est inter vos sapiens, ne vnus quidem, qui possit dijudicare inter fratrem suum & fratrem?

Sed frater cum fratre litigat, idq; sub infidelibus?

Itaque iam quidem omnino delictum in vobis est, quod lites habetis inter vos inuicem. Cur non potius iniuriam patimini, cur non potius damnum accipitis?

Imò vos iniuriam facitis, & damno afficitis, idq; fratres.

An nescitis, quod iniusti regni Dei hæreditatem non consequentur? Ne erretis: Neque scortatores, neque cultores simulacrorum neque adulteri,

Neque molles, neque qui concumbunt cum masculis, neq; fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces, regni Dei hæreditatem accipient.

Atque hæc eratis quidam, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis per nomen Domini Iesu, & per Spiritum Dei nostri. omnia mihi licent, at non omnia conducunt.

Omnium mihi potestas est, at ego non redigar sub vllius potestatem.

Escæ ventri destinatæ sunt, & venter escis: Deus autem & hunc & illas abolebit. corpus vero non stupro, sed Domino, & Dominus corpori.

Deus autem & Dominum suscitauit, & nos suscitabit per potentiam suam.

An nescitis, quòd corpora vestra membra sunt Christi? Num igitur membra Christi, faciam scorti membra? Absit.

Vulgat. Editio.

An nescitis quoniam qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur? * Erunt enim (inquit) duo in carne vna.

* Gen. 2. 24. Mat. 19. 5 Mar. 10. 8 Eph. 5. 31

Qui autem adhæret Domino, vnus spiritus est.

Fugite fornicationem. Omne peccatum, quodcumque fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat.

An nescitis quoniam * membra vestra, templum sunt Spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis à Deo, & non estis vestri?

* 1. Sup. 3. 17. 2. Cor. 6. 16.

* Empti enim estis pretio magno. Glorificate, & portate Deum in corpore vestro.

* Infr. 7. 23 1. Pet. 1. 18.

CAP. VII.

DE quibus autem scripsistis mihi: Bonum est homini mulierem non tangere:

Propter fornicationem autem vnusquisque suam vxorem habeat, & vnaquæque suum virum habeat:

* Vxori vir debitum reddat: similiter autem & vxor viro.

* 1. Pet. 3. 7.

Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir. Similiter autem, & vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier.

Nolite fraudare inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi: & iterum reuertimini in idipsum, ne tentet vos Satanas propter incontinentiam vestram.

Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium.

Volo enim omnes vos esse sicut meipsum: sed vnusquisque proprium donum habet ex Deo: alius quidem sic, alius vero sic.

Dico autem non nuptis, & viduis: bonum est illis si sic permaneant, sicut & ego.

Quod si non se continent, nubant. Melius est enim nubere, quam vri.

Iis autem, qui matrimonio iuncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus, * vxorem à viro non discedere:

* Mat. 5. 32. & 19. 6. 9 Mar. 10. 9 Luc. 16. 18.

Quod si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari. Et vir vxorem non dimittat.

Nam ceteris ego dico, non Dominus. Si quis frater vxorem habet infidelem, & hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illam.

Et si qua mulier fidelis habet virum infidelem, & hic consentit habitare cum illa, non dimittat virum:

Sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem, & sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem: alioquin filij vestri immundi essent, nunc autem sancti sunt.

Quod si infidelis discedit, discedat. Non enim seruituti subiectus est frater, aut soror in huiusmodi: in pace autem vocauit nos Deus.

Vnde enim scis mulier, si virum saluum facies? aut vnde scis vir, si mulierem saluam facies?

Nisi vnicuique sicut diuisit Dominus, vnumquemque sicut vocauit Deus, ita ambulet, & sicut in omnibus Ecclesijs doceo.

Circumcisus aliquis vocatus est? non adducat præputium. In præputio aliquis vocatus est? non circumcidatur.

Circumcisio nihil est, & præputium nihil est: sed obseruatio mandatorum Dei.

* Vnusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat.

* Eph. 4. 1

Transl. ex Syriac.

An nescitis eum qui se adiungit scorto, vnum fieri corpus? Siquidem dictum est: Erunt duo vnum corpus.

Qui autem se adiungit Domino nostro, fit cum eo vnus spiritus.

Fugite scortationem. Nam omne peccatum quod fecerit homo, extra corpus ipsius est: qui vero scortatur, in proprium corpus peccat.

An nescitis corpus vestrum esse templum Spiritus sanctitatis qui habitat in vobis, quem accepistis à Deo, & non estis vestri iuris?

Empti enim estis pretio. Glorificate itaque Deum corpore vestro & spiritu vestro, quæ quidem sunt Dei.

CAP. VII.

PORRÒ de quibus scripsistis mihi: Bonum est homini mulierem non tangere. Feria iij. præcedente ieiuniam.

Verumtamen propter scortationem quisque vxori suæ adhæreat, & vnaquæque viro suo adhæreat.

Et vir vxori suæ dilectionem debitam reddat: ita etiam ipsa vxor marito suo.

Vxor ius non habet corporis sui, sed maritus eius: similiter, & vir non habet ius proprij corporis, sed vxor ipsius.

Ne itaque fraudetis vos inuicem, nisi quum ambo consenseritis ad tempus, vt affligatis vos ad ieiunium, & orationem: & rursum ad consensum reuertimini, ne tentet vos Satanas propter concupiscentiam corporis vestri.

Hoc autem dico tanquam infirmis, non ex præcepto.

Si quidem ego velim omnes homines esse sicuti sum puritate: sed vnicuique donum datum est à Deo: est qui sic, & est qui sic.

Dico autem ijs qui non habent vxores, & viduis, satius esse vt permaneant sicuti sum.

Quod si se non continent, matrimonio iungantur. Longè enim satius est vxorem ducere, quàm vri cupiditate.

Iis autem, qui habent vxores, præcipio non ego sed Dominus meus: Vxor à marito suo non separetur.

Quod si separata fuerit, maneat sine viro aut cum marito suo in gratiam redeat. Et vir vxorem suam ne dimittat.

Cæteris autem dico ego, non Dominus meus. Si est frater qui habeat vxorem infidelem, & ipsa voluerit habitare cum eo, ne dimittat eam.

Mulier verò quæ habeat maritum infidelem, & ipse velit habitare cum ea, ne dimittat maritum suum.

Sanctificatus est enim vir ille infidelis per vxorem fidelem: & sanctificata est vxor illa infidelis per virum fidelem: alioquin liberi eorum impuri sunt, nunc autem mundi sunt.

Quod si incredulus discedit: discedat. Non est seruituti mancipatus frater, aut soror in huiusmodi: ad pacem ipse vocauit nos Deus.

Qui enim scis mulier si marituum tuum es seruatura, aut tu vir nosti num vxorem tuam seruabis?

Sed vnusquisque, vt ipsi partitus est Dominus, & vnusquisque vt eum vocauit Deus, ita ambulet, atque adeò omnibus Ecclesijs sic præcipio.

Sin quis circumcisus vocatus est, ne reuertatur ad præputium. Quod si in præputio vocatus est, ne circumcidatur.

Circumcisio enim nihil est, nec etiam præputium, sed obseruationes mandatorum Dei.

Vnusquisque in ea vocatione, in qua vocatus est permaneat.

Transl. B. Ariæ Mont.

An neſcitis quoniam agglutinatus meretrici, vnum corpus eſt? Erunt enim, inquit, duo in carnem vnam.

At agglutinatus Dominò, vnus ſpiritus eſt.

Fugite fornicationem. Omne peccatum quodcunque fecerit homo, extra corpus eſt; at fornicans, in proprium corpus peccat.

An neſcitis quoniam corpus veſtrum templum qui in vobis ſancti Spiritus eſt, quem habetis à Deo, & non eſtis veſtri?

Empti eſtis enim pretiò. Glorificate iam Deum in corpore veſtro, & in ſpiritu veſtro quæ ſunt Dei.

CAP. VII.

DE autem quibus ſcripſiſtis mihi: Pulchrum homini mulierem non tangere:

Propter autem fornicationes vnuſquiſque ſuam vxorem habeat: & vnaquæq; proprium virū habeat.

Vxori vir debitam benevolentiam reddat: ſimiliter autem & vxor viro.

Mulier proprij corporis non habet poteſtatem, ſed vir. Similiter autem & vir proprij corporis non habet poteſtatem, ſed mulier.

Ne fraudate alij alios, ſi non quid ex conſenſu ad tempus, vt vacetis ieiunio & orationi: & iterum in idipſum conueniatis, vt ne tentet vos Satanas propter incontinentiam veſtram.

Hoc autem dico ſecundum indulgentiam, non ſecundùm imperium.

Volo enim omnes homines eſſe ſicut & meipſum: ſed vnuſquiſque proprium donum habet ex Deo, hic quidem ſic, ille verò ſic.

Dico autem non nuptis & viduis, bonum illis eſt, ſi maneant ſicut & ego.

Si verò non ſe continent, nubant: melius enim eſt nubere, quam vri.

At matrimonio iunctis præcipio, non ego, ſed Dominus, Vxorem à viro non diſcedere:

Si verò & diſceſſerit, maneat innupta, aut viro reconcilietur. Et virum vxorem non dimittere.

At cæteris ego dico, non Dominus. Si quis frater vxorem habet infidelem, & hæc conſentit habitare cum illo, non dimittat illam.

Et mulier ſi qua habet virum infidelem, & ipſe conſentit habitare cum illa, non dimittat eum.

Sanctificatus eſt enim vir infidelis in vxore, & ſanctificata eſt mulier infidelis in viro: alioquin nati veſtri immundi ſunt: nunc autem ſancti ſunt.

Si verò infidelis diſcedit, diſcedat. non ſeruituti ſubiectus eſt frater aut ſoror in huiuſmodi: in autem pace vocauit nos Deus.

Quid enim ſcis mulier, ſi virum ſeruabis? aut quid ſcis vir, ſi mulierem ſeruabis?

Si non vnicuique, ſicut partitus eſt Deus, vnumquemque ſicut vocauit Dominus, ita ambulet: & ſic in Eccleſijs omnibus conſtituo.

Circumciſus aliquis vocatus eſt? non adducat præputium. In præputio aliquis vocatus eſt? non circumcidatur.

Circumciſio nihil eſt, & præputium nihil eſt: ſed obſeruatio mandatorum Dei.

Vnuſquiſque in vocatione, qua vocatus eſt, in ea permaneat.

Transl. Eraſm. Roterod.

An neſcitis, quod qui adglutinatur ſcorto, vnum corpus eſt? Redigentur enim, inquit, duo in carnem vnam.

At qui adglutinatur Domino, vnus ſpiritus eſt.

Fugite ſcortationem. Omne peccatum quodcunque fecerit homo, extra corpus eſt. ſed qui ſcortatur, in proprium corpus peccat.

An neſcitis, quod corpus veſtrum templum eſt habitantis in vobis Spiritus ſancti, quem habetis à Deo, & non eſtis ipſi veſtri iuris?

Nam empti eſtis pretio. Glorificate iam Deum in corpore veſtro, & in ſpiritu veſtro, quæ ſunt Dei.

CAP. VII.

CÆterum de quibus ſcripſiſtis mihi: Bonum eſt homini, vxorem non attingere.

Attamen propter ſtupra vitanda, ſuam quiſque vxorem habeat: & ſuum quæque virum habeat.

Vxori vir debitam benevolentiam reddat: ſimiliter autem & vxor viro.

Vxor proprij corporis ius non habet, ſed maritus. Similiter & maritus proprij corporis ius non habet, ſed vxor.

Ne fraudetis vos inuicem, niſi ſi quid ex conſenſu, pro tempore, vt vacetis ieiunio & precationi: & rurſum in vnum conueniatis, ne tentet vos Satanas propter intemperantiam veſtram.

Hoc autem dico iuxta indulgentiam, non iuxta præceptum.

Nam velim omnes homines eſſe, vt & ipſe ſum. Sed vnuſquiſque proprium donum habet ex Deo, alius quidem ſic, alius autem ſic.

Dico autem inconiugatis & viduis, bonum eis eſt, ſi manſerint, vt & ego.

Quod ſi ſe non continent, contrahant matrimonium. Nam ſatius eſt matrimonium contrahere, quàm vri.

At coniugatis præcipio, non ego, imò Dominus: Vxor à viro non ſeparetur.

Quod ſi ſeparata fuerit, maneat innupta, aut marito reconcilietur: & maritus vxorem ne dimittat.

Reliquis autem ego dico, non Dominus: Si quis frater vxorem habet infidelem, & hæc aſſentitur vt habitet cum illo, ne dimittat eam:

Et mulier quæ habeat maritum infidelem, & is aſſentitur vt habitet cum ea, ne dimittat illum.

Sanctificatus eſt enim maritus incredulus per vxorem, & ſanctificata eſt vxor incredula per maritum. Alioqui filij veſtri immundi eſſent, nunc autem ſancti ſunt.

Quòd ſi incredulus diſcedit, diſcedat. Non eſt ſeruituti ſubiectus frater aut ſoror in huiuſmodi, ſed in pace vocauit nos Deus.

Qui namque ſcis mulier, an maritus ſis ſeruaturus? Aut qui ſcis vir, an vxorem ſis ſeruaturus?

Verumque fuerit, vnuſquiſque vt ipſi partitus eſt Deus, vnuſquiſque vt illum vocauit Dominus ita ambulet, & ſic in Eccleſijs omnibus Ordino.

Circumciſus aliquis vocatus eſt? ne accerſat præputium. In præputio aliquis vocatus eſt? ne circuncidatur.

Circumciſio nihil eſt, & præputium nihil eſt, ſed obſeruatio mandatorum Dei.

Vnuſquiſque in ea vocatione, in qua vocatus fuit maneat.

Vulgat. Editio.

Seruus vocatus es? non sit tibi curæ: sed & si potes fieri liber, magis vtere.

Qui enim in Domino vocatus est seruus, libertus est Domini: similiter qui liber vocatus est, seruus est Christi.

Pretio empti estis, nolite fieri serui hominum.

Vnusquisque in quo vocatus est, fratres, in hoc permanet apud Deum.

De virginibus autem præceptum Domini non habeo: consilium autem do, tamquam misericordiam consecutus à Domino, vt sim fidelis.

Existimo ergo hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse.

Alligatus es vxori? noli quærere solutionem. Solutus es ab vxore? noli quærere vxorem.

Si autem acceperis vxorem, non peccasti. Et si nupserit virgo, non peccauit: tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi. Ego autem vobis parco.

Hoc itaque dico, fratres. Tempus breue est: reliquum est, vt & qui habent vxores, tanquam non habentes sint:

Et qui flent, tamquam non flentes: & qui gaudent, tamquam non gaudentes: & qui emunt, tamquam non possidentes:

Et qui vtuntur hoc mundo, tamquam non vtantur: præterit enim figura huius mundi.

Volo autem vos sine solicitudine esse. Qui sine vxore est, solicitus est quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo.

Qui autem cum vxore est, solicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuisus est.

Nt mulier innupta, & virgo cogitat quæ Domini sunt, vt sit sancta corpore, & spiritu. Quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro.

Porrò hoc ad vtilitatem vestram dico: non vt laqueum vobis injiciam, sed ad id, quod honestum est, & quod facultatem præbeat sine impedimento Dominum obsecrandi.

Si quis autem turpem se videri existimat super virgine sua, quod sit superadulta, & ita oportet fieri: quod vult faciat: non peccat, si nubat.

Nam qui statuit in corde suo infirmus, non habens necessitatem, potestatem autem habens suæ voluntatis, & hoc iudicauit in corde suo, seruare virginem suam, benefacit.

Igitur, & qui matrimonio iungit virginem suam, bene facit: & qui non iungit, melius facit.

* Mulier alligata est legi quanto tempore vir eius viuit: quod si dormierit vir eius, liberata est: cui vult nubat: tantum in Domino.

Beatior autem erit si sic permanserit secundum meum consilium: puto autem quòd & ego Spiritum Dei habeam.

CAP. VIII.

DE ijs autem, quæ idolis sacrificantur, scimus quia omnes scientiam habemus. Scientia inflat, charitas verò ædificat.

Si quis autem se existimat scire aliquid, nondum cognouit quemadmodum oporteat eum scire.

Si quis autem diligit Deum, hic cognitus est ab eo.

Transl. ex Syriac.

Si seruus vocatus fueris, non sit tibi curæ; quinetiam si potes in libertatem vindicari, elige tibi vt vtaris.

Is etenim qui seruus vocatus in Domino nostro, libertus est Dei: similiter qui ingenuus vocatus est, seruus est Meschicho.

Pretiò redempti estis, ne fueritis serui hominum.

Vnusquisque in quo vocatus est, fratres mei, in hoc perduret apud Deum.

* *Porrò de virginitate præceptum à Deo non accepi: ego verò consilium do, tanquam vir qui gratiam adeptus sum à Deo, vt sim fidelis.* * Martyrium Sanctum.

Puto itaque bonum esse propter necessitatem temporis, vt satius sit homini sic esse.

Vinctus es cum vxore, ne quæras diuortium. Solutus es ab vxore, ne quæras vxorem.

Si autem ducas vxorem, non peccas. Et si virgo fuerit viri (nupserit,) non peccat: molestia enim illis est in corpore qui sunt huiusmodi. Ego autem vobis parco.

Cæterum hoc dico fratres mei. Tempus omnino contractum esse, vt ij qui habent vxores, sint tanquam non habentes.

Et qui flent, tanquam non flentes: & qui lætantur, tanquam non lætantes: & qui emunt, tanquam non possidentes.

Et qui vtuntur hoc mundo, præter æquum vsum non vtantur: præterit enim species mundi huius.

Propterea velim vos absque sollicitudine esse. Qui enim non habet vxorem, curat quæ sunt Domini sui, quomodo placeat Domino suo.

Qui verò habet vxorem, sollicitus est de mundo, quomodo placeat vxori suæ.

Porrò differentia est inter mulierem & virginem. Quæ non est viri (innupta) meditatur in Domino suo, vt sit sancta rum corpore, tum spiritu suo. Quæ autem habet maritum, cogitat de mundo, quomodo placeat marito suo.

Hoc autem ad vtilitatem vestram dico: non vt strangulationem (laqueum) injiciam vobis. sed vt perseueritis apud Dominum vestrum in habitu decoro, non curantes de mundo.

Si quis autem putat se despicatui haberi ob virginem suam, quòd præteat tempus eius nec dederit eam viro, congruum est vt det eam: prout voluerit, agat; non peccat, nubat.

Cæterùm is, qui certissimè constituit in mente sua, neque coactum habet arbitrium, sed potestatem habet in propriam voluntatem, & ita decreuit in corde suo, vt seruet virginem suam, benefacit.

Itaque & is qui dat virginem suam (nuptum,) benefacit; at is qui non dat virginem suam, longè melius facit.

Mulier, quandiu viuit maritus eius, alligata est per legem. sin obdormierit maritus eius, libera est, vt sit cuius voluerit: tantum in Domino nostro.

Beata autem erit si ita permanserit, mea quidem sententia: arbitror autem me quoque Spiritum Dei habere.

CAP. VIII.

DE sacrificijs porrò idolorum, scimus nos omnes habere scientiam. Scientia verò inflat, sed dilectio ædificat. Quotidie

Si quis autem putat se scire aliquid, nihil adhuc nouit prout oportet eum nosse.

Si quis autem diligit Deum, hic sibi cognitus est ab eo.

Transl. B. Ariæ Mont.

Seruus vocatus es? non tibi sit curæ. sed si & potes liber fieri, magis vtere.

Nam in Domino vocatus seruus, libertus Domini est: similiter & liber vocatus seruus est Christi.

Pretio empti estis: ne fiatis serui hominum.

Vnusquisque in quo vocatus est, fratres, in hoc permaneat apud Deum.

De autem virginibus præceptum Domini non habeo: sententiam autem do, tanquam misericordiam consecutus à Domino fidelis esse.

Existimo ergo hoc pulchrũ esse propter instantem necessitatem: quoniam pulchrum homini sic esse.

Alligatus es vxori, ne quære solutionem. solutus es ab vxore? ne quære vxorem.

Si autem & acceperis vxorem, non peccasti. Et si nupserit virgo, non peccauit, tribulationem verò carnis habebunt huiusmodi. Ego autem vobis parco.

Hoc autem dico, fratres, tempus contractum reliquum est, vt & habentes vxores, tanquam non habentes sint.

Et flentes, tanquam non flentes: & gaudentes, tanquam non gaudentes: & ementes, tanquam non possidentes:

Et vtentes mundo hoc, tanquam non abutentes. præterit enim figura mundi huius.

Volo autem vos sine solicitudine esse. Cœlebs curat quæ Domini, quomodo placebit Domino.

At vxorem ducens curat quæ mundi, quomodo placeat vxori. Diuisa sunt.

Et mulier & virgo innupta curat quæ Domini, vt sit sancta & corpore & spiritu. at nupta curat quæ mundi, quomodo placeat viro.

Hoc vero ad vestram ipsorum vtilitatem dico, non vt laqueum vobis iniiciam, sed ad decens & bene adhærens Domino indistracte.

Si autem quis indecens esse super virginem suam existimat, si sit superadulta, & ita debet fieri: quod vult faciat: non peccat: nubant matrimonio.

Qui verò stetit firmus in corde, non habens necessitatem, potestatem autem habet circà propriam voluntatem, & hoc iudicauit in corde suo, seruare suam virginem, bene facit.

Itaque & matrimonio iungens, pulchre facit: at non matrimonio iungens, melius facit.

Mulier alligata est legi in quantum tempus viuit vir eius: si vero dormierit vir liberata est cui vult nubere, tantùm in Domino.

Beatior autem est si sic maneat, secundùm meam sententiam. Puto autem & ego Spiritum Dei habere.

CAP. VIII.

DE autem idolis immolatis, scimus quia omnes scientiam habemus. Scientia inflat, at charitas ædificat.

Si autem quis existimat scire aliquid, nondum quicquam cognouit quemadmodum oporteat nosse.

Si autem quis diligit Deum, hic cognitus est ab eo.

Transl. Eraſm. Roterod.

21 *Seruus vocatus es? ne sit tibi curæ: quinetiam si potes liber fieri, potius vtere.*

22 *Etenim qui in Domino vocatus est seruus, libertus Domini est. Similiter & qui liber vocatus fuit, seruus est Christi.*

23 *Pretio empti fuistis, nolite fieri serui hominum.*

24 *Vnusquisque in eo, in quo vocatus fuit, fratres maneat apud Deum.*

25 *De virginibus autem præceptum Domini non habeo: consilium tamen do, tanquàm misericordiam consecutus à Domino, in hoc vt sim fidelis.*

26 *Arbitror igitur hoc bonum esse propter præsentem necessitatem. Nam bonum est homini sic esse.*

27 *Alligatus es vxori? ne quære diuortium. Solutus es ab vxore? ne quæras vxorem.*

28 *Quod si duxeris vxorem, non peccasti. Et si nupserit virgo, non peccauit. Attamen afflictionem in carne habituri sunt huiusmodi. Ego vero vobis parco.*

29 *Caterum illud dico fratres, tempus contractum est: superest, vt qui habent vxores, sint tanquàm non habeant.*

30 *Et qui plorant, tanquàm non plorent: & qui gaudent, tanquàm non gaudeant: & qui emunt, tanquàm non possideant:*

31 *Et qui vtuntur mundo hoc, tanquàm non vtantur. Præterit enim habitus huius mundi.*

32 *Velim autem vos absque sollicitudine esse. Qui cœlebs est, curat ea quæ sunt Domini, quomodo placiturus sit Domino.*

33 *At qui duxit vxorem, sollicitus est de his quæ sunt mundi, quomodo placiturus sit vxori.*

34 *Diuisa sunt hæc duo, mulier & virgo. Innupta curat ea, quæ sunt Domini, vt sit sancta cùm corpore tum spiritu. Contra, quæ nupta est, curat ea quæ sunt mundi, quomodo placitura sit viro.*

35 *Hoc autem ad id, quod vobis conducibile est, dico: non vti laqueum vobis injiciam: sed vt quod honestum ac decorum est, sequamini, & adhæreatis Domino, absque vlla distractione.*

36 *Quod si quis indecorum virgini suæ putat, si prætereat nubendi tempus, & sic oportet fieri: quod vult faciat, non peccat, iungantur matrimonio.*

37 *Caterum qui stat firmus in corde, non habens necessitatem, sed potestatem habet propriæ voluntatis: & hoc decreuit in corde suo, vt seruet suam virginem, bene facit.*

38 *Itaque qui elocat nuptum, bene facit. Attamen qui non elocat nuptum, melius facit.*

39 *Vxor alligata est matrimonio, quamdiu viuit maritus eius. Quod si dormierit maritus illius, libera est ad cui velit nubendum, modo in Domino.*

40 *Attamen beatior est, si sic maneat, iuxta meam sententiam. Opinor autem quod & ipse Spritum Dei habeam.*

CAP. VIII.

1 *CÆterum de iis quæ simulacris immolantur, scimus, quod omnes scientiam habemus. Scientia inflat, charitas vero ædificat.*

2 *Quod si quis sibi videtur aliquid scire, nondum quicquam nouit, quemadmodum oporteat scire.*

3 *At si quis diligit Deum, hic cognitus est ab illo.*

Vulgat. Editio.

De eſcis autem, quæ idolis immolantur, ſcimus quia nihil eſt idolum in mundo, & quod nullus eſt Deus, niſi vnus.

Nam etſi ſunt, qui dicantur dij ſiue in cœlo, ſiue in terra (ſiquidem ſunt dij multi, & domini multi:)

Nobis tamen vnus Deus, Pater: ex quo omnia, & nos in illum: & vnus Dominus Ieſus Chriſtus, per quem omnia, & nos per ipſum.

Sed non in omnibus eſt ſcientia. Quidam autem cum conſcientia vſq; nunc idoli, quaſi idolothytum manducant: & conſcientia ipſorum cum ſit infirma, polluitur.

Eſca autem nos non commendat Deo. Neque enim ſi manducauerimus, abundabimus: neque ſi non manducauerimus, deficiemus.

Videte autem ne forte hæc licentia veſtra offendiculum fiat infirmis.

Si enim quis viderit eum, qui habet ſcientiam, in idolio recumbentem: nonne conſcientia eius, cum ſit infirma, ædificabitur ad manducandum idolothyta?

* Ro.14. 19. * Et peribit infirmus in tua ſcientia frater, propter quem Chriſtus mortuus eſt?

Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conſcientiam eorum infirmam, in Chriſtum peccatis.

* Ro.14. 21. * Quaptopter ſi eſca ſcandalizat fratrem meum: non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum ſcandalizem.

CAP. IX.

NOn ſum liber? Non ſum Apoſtolus: Nonne Chriſtum Ieſum Dominum noſtrum vidi? Nonne opus meum vos eſtis in Domino?

Et ſi alijs non ſum Apoſtolus, ſed tamē vobis ſum. Nā ſignaculū Apoſtolatus mei vos eſtis in Domino.

Mea defenſio apud eos, qui me interrogant, hæc eſt.

Numquid non habemus poteſtatem manducandi, & bibendi?

Numquid non habemus poteſtatem mulierem ſororem circumducendi ſicut & cæteri Apoſtoli, & fratres Domini, & Cephas?

Aut ego ſolus, & Barnabas, non habemus poteſtatem hoc operandi?

Quis militat ſuis ſtipendijs vnquam? Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Quis paſcit gregem, & de lacte gregis non manducat?

Numquid ſecundum hominem hæc dico? An & lex hæc non dicit?

* Deu.25. 4. 1. Tim.5. 18. Scriptum eſt enim in lege Moyſi: * Non alligabis os boui trituranti. Numquid de bobus curā eſt Deo?

An propter nos vtique hoc dicit? Nam propter nos ſcripta ſunt: quoniam debet in ſpe qui arat, arare: & qui triturat, in ſpe fructus percipiendi.

Ro.15. 27. * Si nos vobis ſpiritualia ſeminauimus, magnum eſt ſi nos carnalia veſtra metamus?

Si alij poteſtatis veſtræ participes ſunt, quare non potius nos? Sed non vſi ſumus hac poteſtate: ſed omnia ſuſtinemus, ne quòd offendiculum demus Euangelio Chriſti.

* Deu.18 1. * Neſcitis quoniam qui in ſacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt edunt; & qui altari deſeruiunt, cum altari participant?

Ita & Dominus ordinauit his, qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuere.

Tranſl. ex Syriac.

De cibo igitur ſacrificiorum idolorum, ſcimus nihil eſſe idolum in mundo, nec eſſe Deum alium, præter vnum.

Nam etſi ſint, qui vocentur Dij, aut in cœlo, aut in terra, quemadmodum ſunt dij multi, & domini multi:

Nobis tamen noſter vnus eſt Deus, Pater: à quo omnia, & nos in ipſo: & vnus Dominus Ieſchua Meſchicho, per quem omnia, & nos per eum.

Sed non omnibus ineſt ſcientia. Sunt enim nonnulli, qui in ſua conſcientia ad hoc vſque tempus tanquam idolis immolatum edunt; quumq; infirma ſit eorum conſcientia, contaminatur.

Cibus autem non dat nobis aditum ad Deum. Nec enim ſi comederimus, abundabimus: nec ſi non comedamus, quicquam nobis defuturum eſt.

Videte autem ne facultas illa veſtra ſit offendiculo infirmis.

Nam ſi quiſpiam viderit te, te inquam qui ſcientia præditus es, accumbentem inter idola, nonne conſcientia illius quum ſit infirma, confirmabitur vt comedat ea quæ ſunt immolata?

Et peribit per ſcientiam tuam is qui infirmus eſt, propter quem mortuus eſt Meſchicho.

Quod ſi ita offenderitis in fratres veſtros, & vulnerauerit is conſcientiam infirmorum, in Meſchicho ipſum peccatis.

Quamobrem ſi cibus offendat fratrem meum, in æternum carnem non comedam, ne offendam fratrem meum.

CAP. IX.

AN non ſum liber? an non ſum Apoſtolus? an non Ieſchua Meſchicho Dominum noſtrum vidi? An non eſtis opus meum in Domino meo?

Et ſi alijs non ſim Apoſtolus, attamen vobis ſum. Proinde ſigillum Apoſtolatus mei vos eſtis:

Et prolatio per ſpiritum (defenſio) apud eos qui me condemnant, hæc eſt.

Nunquid poteſtatem habemus edendi & bibendi?

Vel nunquid non habemus poteſtatem ſororem mulierem circumducendi nobiſcum, vt & cæteri Apoſtoli, & vt fratres Domini noſtri, & vt Kipho?

Aut ego ſolus, & Barnabba non habemus poteſtatem vt non operemur?

Quis eſt qui militet militiam proprijs ſumptibus? aut quis eſt qui plantet vineam, & de fructibus eius non edat? Aut quis eſt qui paſcat oues, & de lacte gregis non edat?

Num ſecundum hominem hæc dico? An non & Lex eadem dicit?

Scriptum eſt enim in Lege Mouſchē: Non obligabis os boui trituranti. Nunquid de boue cura eſt Deo?

Imò notum eſt propter quem hoc dicit: Etenim propter nos ſcriptum eſt: quandoquidem in ſpe oportet eum arare, qui arat; item qui triturat, ſub ſpe prouentus triturare.

Si nos quæ ſunt ſpiritus, ſeuimus in vobis, magnum eſt ſi nos ex vobis quæ ſunt corporis, metamus?

Quòd ſi alij habent poteſtatem in vos, nonne nos oportet magis habere? Sed non vſi ſumus hac poteſtate: imò omnia ſuſtinemus, ne vlla re impediamus Euangelium Meſchicho.

* Cōmemoratione Antonij & ſociorum eius. ** Neſcitis quòd qui in ade ſancta cultum exercent, ex ade ſancta cibum capiunt: & qui altari ſeruiunt cum altari participant?*

Ita & Dominus noſter præcepit, vt qui Euangelium ſuum prædicant, ex ipſius Euangelio viuant.

Transl. B. Ariæ Mont.

De esca igitur idolothytorum, scimus quia nihil idolum in mundo: & quòd nullus Deus alter, si non vnus.

Etenim etsi sunt dicti dij, siue in cælo, siue in terra, (sicuti sunt dij multi, & Domini multi,)

Sed nobis vnus Deus, Pater, ex quo omnia, & nos in illum: & vnus Dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum.

Sed non in omnibus illa scientia. Quidam autem conscientia idoli vsque nunc, quasi idolis immolatum manducant: & conscientia ipsorum infirma existens, polluitur.

Esca autem nos non commendat Deo. Neq; enim si manducauerimus, abundamus: neque si non manducauerimus, deficimur.

Videte autem ne fortè auctoritas vestra hæc offendiculum fiat infirmis.

Si enim quis viderit te habentem scientiam, in idolio recumbentem, nonne conscientia eius infirmi existentis, ædificabitur ad idolothyta manducandum?

Et peribit infirmus frater in tua scientia, propter quem Christus mortuus est?

Sic autem peccantes in fratres, & percutientes eorum conscientiam infirmam, in Christum peccatis.

Quapropter si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, vt ne fratrem meum scandalizem.

CAP. IX.

NOn sum Apostolus? non sum liber? nonne Iesum Christum Dominum nostrum vidi? Non opus meum vos estis in Domino?

Si aliis non sum Apostolus, at certè vobis sum. nã signaculum mei Apostolatus vos estis in Domino.

Mea defensio me inquirentibus, hæc est:

Num non habemus potestatem manducandi & bibendi?

Num non habemus potestatem sororem mulierem circumducendi, sicut & cæteri Apostoli, & fratres Domini, & Cephas?

Aut solus ego & Barnabas, non habemus potestatem hoc non operandi?

Quis militet propriis stipendiis vnquam? Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Aut quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat?

Num secundùm hominem hæc dico? An nonne & Lex hæc dicit?

In enim lege Moysis scriptum est: Non alligabis os boui trituranti. Num boum cura est Deo?

An propter nos omnino dicit? Propter nos enim scripta sunt, quoniam in spe debet arans arare: & triturans spei suæ participare, in spe.

Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum si nos vestra carnalia metamus?

Si alij potestatis vestræ participes sunt, non potius nos? Sed non vsi sumus potestate hac: sed omnia sustinemus, vt ne remorationem aliquam demus Euangelio Christi.

Nescitis quoniam, sacra operantes de sacrario edunt: altari assidentes, altari comparticipant?

Ita & Dominus ordinauit Euangelium annuntiantibus, de Euangelio viuere.

Transl. Erasm. Roterod.

De esu igitur eorum quæ simulacris immolantur, scimus, quod nullum est simulacrum in mundo: & quod nullus sit Deus alius, nisi vnus.

Nam etiamsi sunt qui dicantur dij, siue in cælo, siue in terra, quemadmodum sunt dij multi, & Domini multi:

Nobis tamen vnus est Deus, qui est pater ille, ex quo omnia, & nos in illum: & vnus Dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per illum:

Sed non in omnibus est scientia. Nonnulli vero cum conscientia simulacri vsque ad hoc tempus, tanquam simulacris immolatum edunt, & conscientia illorum, infirma cum sit, polluitur.

Atqui esca nos non commendat Deo, neque si comedamus, aliquid nobis supersit: neque si non comedamus, quicquam nobis deest.

Sed videte ne quo modo facultas illa vestra offendiculo sit iis, qui infirmi sunt.

Etenim si quis conspexerit te, qui habes scientiam, in epulo simulacrorum accumbentem, nonne conscientia eius qui infirmus est, ædificabitur, ad edendum ea, quæ sunt simulacris immolata?

Et peribit frater, qui infirmus est, in tua scientia, propter quem Christus fuit mortuus.

Sic autem peccantes in fratres & vulnerantes illorum conscientiam infirmam, in Christum peccatis.

Quapropter si esca offendit fratrem meum, haudquaquam vescar carnibus in æternum, ne fratri meo sim offendiculo.

CAP. IX.

AN non sum Apostolus? an non sum liber? an non Iesum Christum Dominum nostrum vidi? an non opus meum vos estis in Domino?

Si cæteris non sum Apostolus, at sanè vobis sum. Siquidem sigillum apostolatus mei, vos estis in Domino.

Mea responsio apud eos qui me interrogant, hæc est:

An non habemus potestatem edendi ac bibendi?

An non habemus potestatem sororem mulierem circumducendi? quemadmodum & cæteri Apostoli, & fratres Domini, & Cephas?

Aut solus ego & Barnabas non habemus potestatem hoc faciendi?

Quis militat suis stipendiis vnquam? quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Aut quis pascit gregem & de lacte gregis non edit?

Num secundum hominem hæc dico? An non & lex eadem dicit?

Etenim in Mosi lege scriptum est: Non obligabis os boui trituranti. Num boues curæ sunt Deo?

An hoc propter nos omnino dicit? Propter nos enim hoc scriptum est: quod sub spe debeat is, qui arat, arare: & qui triturat sub spe, spei sux particeps esse debeat.

Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est, si nos vestra carnalia messuerimus?

Si cæteri potestatis ergæ vos participes sunt, cur non potius nos? Atqui non vsi fuimus potestate ista, sed omnia sufferimus ne quod offendiculum demus Euangelio Christi.

An nescitis, quod ij qui in sacris operantur, ex sacrificio viuunt? Qui sacrario assistunt, vnà cum sacrario partem accipiunt?

Sic & Dominus ordinauit, vt qui Euangelium annunciant, ex Euangelio viuant.

Vulgat. Editio.

Ego autem nullo horum vſus ſum. Non autem ſcripſi hæc vt ita fiant in me: bonum eſt enim mihi magis mori, quam vt gloriam meam quis euacuet.

Nam ſi euangelizauero, non eſt mihi gloria: neceſſitas enim mihi incumbit: væ enim mihi eſt, ſi non euangelizauero.

Si enim volens hoc ago, mercedem habeo: ſi autem inuitus, diſpenſatio mihi credita eſt.

Quæ eſt ergo merces mea? Vt Euangelium prædicans, ſine ſumptu ponam Euangelium, vt non abutar poteſtate mea in Euangelio.

Nam cum liber eſſem ex omnibus, omnium me ſeruum feci, vt plures lucrifacerem.

Et factus ſum Iudæis tamquam Iudæus, vt Iudæos lucrarer.

Iis qui ſub lege ſunt, quaſi ſub lege eſſem (cum ipſe non eſſem ſub lege) vt eos, qui ſub lege erant, lucrifacerem iis, qui ſine lege erant, tamquã ſine lege eſſem (cum ſine lege Dei non eſſem: ſed in lege eſſem Chriſti) vt lucrifacerem eos, qui ſine lege erant.

Factus ſum infirmis infirmus, vt infirmos lucrifacerem. Omnibus omnia factus ſum, vt omnes facerem ſaluos.

Omnia autem facio propter Euangelium: vt particeps eius efficiar.

Neſcitis quòd ij, qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt, ſed vnus accipit brauium? Sic currite vt comprehendatis.

Omnis autem, qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet, & illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant: nos autem incorruptam.

Ego igitur ſic curro, non quaſi in incertum: ſic pugno, non quaſi aërem verberans:

Sed caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo: ne forte cum alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar,

CAP. X.

NOlo enim vos ignorare fratres quoniam patres noſtri omnes * ſub nube fuerunt, & omnes * mare tranſierunt,

*Et omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube, & in mari:

*Et omnes eandem eſcam ſpiritalem manducauerunt,

* Et omnes eundem potum ſpiritalem biberunt: (bibebant autem de ſpiritali, conſequente eos, petra: petra autem erat Chriſtus)

Sed non in pluribus eorum beneplacitum eſt Deo: * nam proſtrati ſunt in deſerto.

Hæc autẽ in figura facta ſunt noſtri, vt nõ ſimus concupiſcentes malorũ, * ſicut & illi concupierunt.

Neque idololatræ efficiamini, ſicut quidem ex ipſis: quemadmodum ſcriptum eſt: * Sedit populus manducare, & bibere, & ſurrexerunt ludere.

Neque fornicamur, * ſicut quidam ex ipſis fornicati ſunt, & ceciderunt vna die viginti tria millia.

Neque tentemus Chriſtum: * ſicut quidam eorum tentauerunt, & à ſerpentibus perierunt.

* Neque murmuraueritis, ſicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore.

Hæc autem omnia in figura contingebant illis: ſcripta ſunt autem ad correptionem noſtram, in quos fines ſæculorum deuenerunt.

Itaque qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat.

Tranſl. ex Syriac.

15 *Ego verò nullo horum vſus ſum. Nec ideò hæc ſcripſi, vt ita fiat in me: ſatius enim mihi fuerit vt moriendo moriar, quam vt quis gloriationem meam inanem reddat.*

16 *Et ſi enim euangelizem, nulla eſt mihi gloriatio, ſiquidem neceſſitas mihi incumbit. Væ autem mihi niſi euangelizem.*

17 *Nam ſi voluntate mea hoc faciam, mercedem ſum habiturus: ſin autem non voluntate mea, præfectura domus (diſpenſatio) concredita eſt mihi.*

18 *Quænam eſt igitur merces mea? Vt quum euangelizem, ſine ſumptibus efficiam Euangelium Meſchicho, ne abutar ea poteſtate quæ data eſt mihi in Euangelio.*

19 *Quum enim liber ſim ab omnibus, omnium ſeruus effectus ſum, vt multos lucrifaciam.*

20 *Et factus ſum cum Iihoudaïs quaſi Iihoudæus, vt Iihoudæos lucrifaciam.*

21 *Et cum ijs qui ſunt ſub lege, factus ſum quaſi ſim ſub lege, vt eos qui ſunt ſub lege lucrifaciam: ijs autem qui legem non habent, factus ſum quaſi ſine lege (quamuis non ſim Deo ſine lege, ſed in lege Meſchicho) vt & eos qui ſine lege ſunt, lucrifaciam.*

22 *Factus ſum cum infirmis quaſi infirmus, vt infirmos lucrifaciam. Omnibus omnia factus ſum, vt omnes ſeruem.*

23 *Hoc autem ago, vt fiam particeps Euangelij.*

24 *Neſcitis quòd qui in ſtadio currunt, omnes quidem currunt, at vnus accipit ſibi victoriam? Sic currite vt aſſequamini.*

25 *Quisquis enim certamen agit, ab omni re continet mentem ſuam: & illi quidem qui currunt vt accipiant coronam corruptibilem, nos autem incorruptibilem.*

26 *Itaq; ego ſic curro, non tanquam ad rem incognitam: & ſic decerto, non tanquam aërem feriens:*

27 *Sed ipſum corpus meum ſubijcio, ac in ſeruitutem redigo, ne fortè quum alijs prædicauerim, ipſe reprobus euadam.*

CAP. X.

1 *VElim autem vos ſcire, fratres mei, omnes Patres noſtros ſub nube fuiſſe, & omnes per mare tranſiſſe:* Oblatio intra Epiphaniam.

2 *Et omnes per Mouſche baptizatos eſſe in nube & in mari:*

3 *Et omnes eundem cibum ſpiritualem comediſſe:*

4 *Et omnes eundem potum ſpiritualem bibiſſe. (bibebant enim de petra ſpirituali, quæ cum ipſis veniebat; Petra autem illa, erat ipſe Meſchicho.)*

5 *Sed non multitudinem eorum gratiam habuit Deus: corruerunt enim in deſerto.*

6 *Hæc autem figura nobis fuerunt, ne ſimus cupidi malorum, quemadmodum illi cupidi fuerunt.*

7 *Nec etiam idololatræ ſimus, ſicut ex ijs nonnulli fuerunt quemadmodum ſcriptum eſt: Sedit populus vt ederet ac biberet, & ſurrexerunt vt nugarentur.*

8 *Neque ſcortemur, ſicut ex ijs nonnulli ſcortati ſunt, & ceciderunt vno die viginti & tria millia.*

9 *Neque tentemus Meſchicho, ſicut & ex ipſis (nonnulli) tentarunt, quos enecarunt ſerpentes.*

10 *Neque obmurmuretis, ſicut ex ijs (nonnulli) obmurmurarunt, & perierunt per corruptorem.*

11 *Hæc omnia quæ contingebant illis, in figuram noſtri fiebant, & ſcripta ſunt propter eruditionem noſtram, ad quos finis ſeculorum peruenit.*

12 *Proinde qui putat ſtare, caueat ne cadat.*

* Exo. 13. 22. * Nu. 9. 22 * Exo. 14. 22.
* Exo. 16. 15.
* Exo. 17. 6. Nu. 20. 10
* Num. 26. 65.
* Pſ. 105. 26. * Exo 32. 6.
* Nu. 25. 1
* Nu. 21. 5. 6.
* Nu. 11. 1 & 16.

Transl. B. Ariæ Mont.

Ego autem nullo vsus sum horum: non scripsi autem hæc, vt ita fiant in me: bonum enim mihi magis mori, quàm gloriationem meam vt quis euacuet.

Si enim euangelizauero, non est mihi gloriatio. necessitas enim mihi incumbit: væ autem mihi est, si non euangelizauero.

Si enim volens hoc ago, mercedem habeo: si autem inuitus, dispensationem creditam fuscepi.

Quæ ergo mihi est merces? Vt euangelizans insumptuosum ponam Euangelium Christi, ad non abutendum potestate mea in Euangelio.

Liber enim existens ex omnibus, omnium meipsum seruum feci, vt plures lucrifacerem.

Et factus sum Iudæis tanquam Iudæus, vt Iudæos lucrarer:

Iis sub legem, quasi sub lege, vt eos sub lege lucrifaciam. Exlegibus vt exlex, (non existens exlex Deo, sed inlex Christo,) vt lucrifaciam exleges.

Factus sum infirmis vt infirmus, vt infirmos lucrifaciam. Omnibus factus sum omnia, vt omnino aliquos seruem.

Hoc autem facio propter Euangelium, vt particeps eius efficiar.

Nescitis quòd in stadio currentes, omnes quidem currunt, vnus verò accipit brauium? Sic currite vt comprehendatis.

Omnis autem certans, omnia continens est: illi quidem igitur vt corruptibilem coronam accipiant: nos autem incorruptam.

Ego igitur sic curro, quasi non in incertum: sic pugno, quasi non aërem verberans:

Sed obtundo meum corpus, & in seruitutem redigo: ne forte, aliis prædicans, ipse reprobus efficiar.

CAP. X.

NOlo autem vos ignorare, fratres, quoniam patres nostri omnes sub nubem fuerunt: & omnes per mare transierunt:

Et omnes in Moysen baptizati sunt in nube & in mari:

Et omnes eandem escam spiritalem manducauerunt:

Et omnes eundem potum spiritalem biberunt: (bibebant enim de spirituali sequente petra: at petra erat Christus.

Sed non in pluribus eorum probauit Deus: Prostrati sunt enim in deserto.

Hæc autem typi nostri facta sunt, ad non esse nos concupiscentes malorum, sicut & illi concupierunt.

Neque idololatræ efficiamini, sicut quidam eorum, quemadmodum scriptum est, Sedit populus ad edendum & bibendum: & surrexerunt ludere.

Neque fornicemur, sicut quidam eorum fornicati sunt: & ceciderunt in vna die viginti tria millia.

Neque tentemus Christum, sicut & quidam eorum tentauerunt, & à serpentibus perierunt.

Neque murmurate, sicut & quidam eorum murmurauerunt, perierunt ab exterminatore.

Hæc autem omnia typi contingebant illis: scripta sunt autem ad admonitionem nostram: in quos, fines seculorum deuenerunt.

Itaque existimans stare, videat ne cadat.

Transl. Erasm. Roerod.

15 *Ego tamen nullo horum vsus fui. Quanquam non scripsi hæc, vt ita fiat in me. Nam bonum est mihi mori potius, quàm vt gloriationem meam aliquis inanem reddat.*

16 *Etenim si euangelizem, non est quod glorier. Necessitas enim mihi incumbit. Væ autem mihi est, nisi euangelizem.*

17 *Nam si volens hoc faciam, præmium habeo: sin inuitus, dispensatio commissa est mihi.*

18 *Quod igitur mihi est præmium? Vt cum euangelizem, gratuitum efficiam euangelium Christi, in hoc, ne abutar potestate mea in euangelio.*

19 *Etenim cum liber sim ab omnibus, omnibus me ipsum seruum feci, quo plures lucrifaciam:*

20 *Et factus sum Iudæus, quasi Iudæus, vt Iudæos lucrifaciam:*

21 *Iis qui sub lege sunt, quasi sim sub lege, vt eos qui sub lege sunt, lucrifaciam: his qui sine lege sunt, tanquam sim sine lege: cum non sim sine lege Deo, sed obnoxius legi Christi, vt lucrifaciam eos qui sunt sine lege.*

22 *Factus sum infirmis quasi infirmus vt infirmos lucrifaciam. Omnibus factus sum omnia, vt omnino aliquos seruem.*

23 *Hoc autem facio propter euangelium, vt particeps illius fiam.*

24 *An nescitis, quod qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed vnus accipit præmium? Sic currite, vt comprehendatis.*

25 *Omnis autem qui certat, per omnia temperans est: illi quidem igitur, vt perituram coronam accipiant, nos autem vt æternam.*

26 *Ego itaque sic curro, vt non in incertum: sic pugilem ago, non velut aërem feriens:*

27 *Verum subijcio corpus meum, & in seruitutem redigo, ne quomodo fiat, vt cum aliis prædicarim ipse reprobus efficiar.*

CAP. X.

1 *NOlim autem vos ignorare fratres, quod patres nostri omnes sub nube erant, & omnes per mare transierunt,*

2 *Et omnes in Mosen baptizati sunt in nube & in mari:*

3 *Et omnes eandem escam spiritualem comedebant,*

4 *Et omnes eundem potum spiritualem bibebant. Bibebant enim de spirituali, quæ illos comitabatur, petra: petra vero fuit Christus.*

5 *Sed plures illorum non approbauit Deus: prostrati sunt enim in deserto.*

6 *Hæc autem figuræ nostri fuerunt, ne nos simus concupiscentes rerum malarum, quemadmodũ & illi concupierũt.*

7 *Neq; simulacrorum sitis cultores, sicuti quidam illorum, quemadmodum scriptum est: Sedit populus vt ederet ac biberet, & surrexerunt ad ludendum.*

8 *Neque stupris inquinemur, sicuti quidam illorum stupris polluti sunt, & conciderunt vno die viginti tria millia.*

9 *Neque tentemus Christum, sicut & quidam illorum tentauerunt, & à serpentibus extincti sunt.*

10 *Neque murmuretis, sicut & quidam illorum murmurauerunt, & interempti sunt ab extinctore.*

11 *Hæc autem omnia figuræ contigerunt illis. Scriptæ vero sunt propter admonitionem nostri, in quos termini ætatium inciderunt.*

12 *Proinde qui sibi videtur stare, videat ne cadat.*

Vulgat. Editio.

Tentatio vos non apprehendit, nisi humana: fidelis autem Deus est, qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis: sed faciet etiam cum tentatione proventum vt possitis sustinere.

Propter quod charissimi mihi, fugite ab idolorum cultura:

Vt prudẽtibus loquor, vos ipsi iudicate quod dico.

Calix benedictionis cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? & panis, quem frangimus, nonne participatio corporis Domini est?

Quoniam vnus panis, vnum corpus multi sumus, omnes, qui de vno pane participamus.

Videte Israel secundùm carnem: nonne qui edunt hostias, participes sunt altaris?

Quid ergo? dico quòd idolis immolatum sit aliquid? aut quòd idolum sit aliquid?

Sed quæ immolant Gentes, dæmoniis immolant, & non Deo: Nolo autem vos socios fieri dæmoniorum: non potestis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum:

Non potestis mensæ Domini participes esse, & mensæ dæmoniorum.

An æmulamur Dominum? Numquid fortiores illo sumus? * Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt.

* Omnia mihi licent, sed non omnia ædificant.

Nemo quod suum est quærat, sed quod alterius.

Omne, quod in macello venit, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam.

* Domini est terra & plenitudo eius.

Si quis vocat vos infidelium, & vultis ire: omne, quod vobis apponitur, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam.

Si quis autem dixerit: Hoc immolatum est idolis: nolite manducare propter illum, qui indicauit, & propter conscientiam:

Conscientiam autem dico non tuam, sed alterius. Vt quid enim libertas mea iudicatur ab aliena conscientia?

Si ego cum gratia participo, quid blasphemor pro eo quod ego gratias ago?

* Sive ergo manducatis, sive bibitis, sive aliud quid facitis: omnia in gloriam Dei facite.

Sine offensione estote Iudæis & Gentibus, & Ecclesiæ Dei:

Sicut & ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi vtile est, sed quod multis: vt salui fiant.

CAP. XI.

IMitatores mei estote, sicut & ego Christi.

Laudo autem vos, fratres quòd per omnia mei memores estis: & sicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis.

Volo autem vos scire * quòd omnis viri caput, Christus est: caput autem mulieris, vir: caput verò Christi, Deus.

Omnis vir orans, aut prophetans velato capite, deturpat caput suum.

Omnis autem mulier orans, aut prophetans non velato capite, deturpat caput suum: vnum enim est ac si decaluetur,

Nã si nõ velatur mulier, tõdeatur. Si verò turpe est mulieri tonderi, aut decaluari, velet caput suum.

Vir quidem non debet velare caput suũ: quoniã imago & gloria Dei est: mulier autem gloria viri est.

Transl. ex Syriac.

13 *Tentatio vos non inuadit, nisi humana: fidelis est autem Deus, qui non laxabit vos, vt tentemini supra id quod potestis: imò faciet cum tentatione vestra proventum, quo possitis perferre.*

14 ** Propterea dilectissimi mei, fugite à cultu idolorum.*

15 *Vt sapientibus dico, vos iudicate quod dico.*

16 *Calix ille laudis cui benedicimus, nonne communicatio est sanguinis Meschicho? & panis ille quem frangimus, nonne est communicatio corporis Meschicho?*

17 *Quemadmodum igitur vnus est panis ille, ita & nos omnes vnum sumus corpus: siquidem nos omnes ex vno illo pane accipimus.*

18 *Videte Israel qui est secundum carnem, nonne illi qui edunt victimas, sunt participes altaris?*

19 *Quid ergo dico? idolum aliquid esse? aut immolatum idolo, esse aliquid? Minimè.*

20 *Sed illud ipsum quod immolant prophani, dæmonijs immolant, & non Deo. Nolim autem vos esse socios dæmoniorum: non potestis bibere calicem Domini nostri, & calicem dæmoniorum.*

21 *Non potestis participes esse mensæ Domini nostri, & mensæ dæmoniorum.*

22 *An prouocando prouocamus ad zelotypiam Dominum nostrum? Num fortiores illo sumus? Omnia mihi licent, sed non omnia conducunt.*

23 *Omnia mihi licent, sed non omnia ædificant.*

24 *Nemo quod proprium est quærat, sed quisque etiam quod proximi sui est.*

25 *Quicquid in macello venundatur, comedite absque disquisitione propter conscientiam.*

26 *Domini enim est terra cum plenitudine eius.*

27 *Quod si quispiam ex Ethnicis inuitauerit vos, & volueritis ire, quicquid apponetur vobis, edite, absque disquisitione propter conscientiam.*

28 *Sin aliquis dixerit vobis: Hoc immolatum est, ne comedatis, tum propter eum qui dixerit vobis, tum propter conscientiam.*

29 *Conscientiam autem dico, non tuam, sed illius qui dixerit. Cur enim libertas mea iudicatur ab alia conscientia?*

30 *Si ego per gratiam vtor, cur ego conuitijs proscindor, pro quo ego gratias ago?*

31 *Sive igitur editis, sive bibitis, sive quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.*

32 *Sine offendiculo estote Iihoudais, & Aramais (Gentilibus,) & Ecclesiæ Dei:*

33 *Prout & ego per omnia omnibus placeo: & non quæro quod mihi conducit, sed quod conducit multis, vt seruentur.*

CAP. XI.

1 *Estote mihi similes, sicut & ego ipse Meschicho.*

2 *Laudo autem vos, fratres mei, quod per omnia memores mei sitis: & sicut tradidi vobis, præcepta tenetis.*

3 *Velim autem vos scire vniuscuiusque viri caput esse Meschicho: caput autem mulieris, virum: caput vero Meschicho, Deum.*

4 *Omnis vir orans aut vaticinans operto capite, probro afficit caput suum.*

5 *Omnis autem mulier, quæ orat aut vaticinatur reuelato capite, probro afficit caput suum: similis est enim ei cuius rasum est caput.*

6 *Nam si non velatur, mulier etiam tondeatur. Quod si fœdum est mulieri tonderi aut radi, velet ur.*

7 *Vir quidem non debet velare caput suum, quippe qui sit imago & gloria Dei: mulier vero est gloria viri.*

* Matutinis Feriæ v. Secretorum.

* Sup. 6. 12. * Eccl. 37. 31.

* Ps. 23. 1

* Ephes. 5. 25.

* Col. 3. 17.

Transl. B. Ariæ Mont.

Tentatio vos non apprehendit, si non humana: fidelis autem Deus, qui non patietur vos tentari, supra quod potestis: sed faciet cum tentatione etiam proventum, ad posse vos sufferre.

Quapropter, fratres mei dilecti, fugite ab idololatria.

Vt prudentibus loquor: iudicate vos, quod dico.

Calix benedictionis cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? Panem quem frangimus, nonne communio corporis Christi est?

Quoniam vnus panis, vnum corpus multi sumus: nam omnes de vno pane participamus.

Videte Israel secundùm carnem: nonne edentes victimas, participes altaris sunt?

Quid ergo dico? quòd idolum quid est? aut quòd idolothytum quid est?

Sed quòd quæ immolant Gentes, dæmoniis immolant, & non Deo. Nolo autem vos communicatores dæmoniorum fieri. Non potestis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum:

Non potestis mensæ Domini participes esse, & mensæ dæmoniorum.

An irritamus Dominum? Num fortiores illo sumus? Omnia mihi licent, sed non omnia conferunt.

Omnia mihi licent, sed non omnia ædificant.

Nemo suum quærat, sed quod alterius quisque.

Omne in macello venditum, manducate: nihil interrogantes propter conscientiam.

Nam Domini terra, & plenitudo eius.

Si verò quis vocat vos infidelium, & vultis ire, omne appositum vobis manducate, nihil interrogantes propter conscientiam.

Si autem quis vobis dixerit: Hoc idolis immolatum est, ne edite propter illum indicantem, & conscientiam: nam Domini terra, & plenitudo eius.

Conscientiam autem dico non tuam, sed alterius. Vt quid enim libertas mea iudicatur ab aliena conscientia?

Si verò ego gratia participo, quid blasphemor pro eo quod ego gratias ago?

Sive ergo manducatis, sive bibitis, sive quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.

Sine offensione estote & Iudæis & Gentibus, & Ecclesiæ Dei:

Sicut & ego omnia omnibus placeo: non quærens meum ipsius commodum, sed quod multorum, vt seruentur.

CAP. XI.

IMitatores mei estote, sicut & ego Christi.

Laudo autem vos, fratres, quòd omnia mea memini estis: & sicut tradidi vobis, traditiones retinetis.

Volo autem vos scire, quòd omnis viri caput, Christus est: caput autem mulieris, vir; caput verò Christi, Deus.

Omnis vir orans aut prophetans circum caput habens, deturpat suum caput.

Omnis autem mulier orans aut prophetans non velato capite, deturpat caput suum. vnum enim est ac idem rasæ.

Si enim non velatur mulier, & tondeatur. Si verò turpe mulieri tonderi aut radi, velatur.

Vir quidem enim non debet velare caput, imago & gloria Dei existens: mulier autem, gloria viri est.

Transl. Erasm. Roterod.

Tentatio vos non cepit, nisi humana. Sed fidelis est Deus, qui non sinet vos tentari, supra id quod potestis: imò faciet vna cum tentatione euentum, quo possitis sufferre.

Quapropter, dilecti mei, fugite ab simulacrorum cultu.

Vt prudentibus loquor, iudicate vos quod dico.

Poculum benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? Panis quem frangimus, nonne communicatio corporis Christi est?

Quoniam vnus panis, vnum corpus multi sumus. Nam omnes ex eodem pane participamus.

Videte Israelem iuxta carnem. Nonne qui edunt victimas, participes sacrarij sunt?

Quid ergo dico quod simulachrum aliquid sit? aut quod simulacris immolatum aliquid sit? Non, verum illud dico.

Quod quæ immolant gentes, dæmonijs immolant, & non Deo. Nolim autem vos consortes dæmoniorum esse. Non potestis poculum Domini bibere, & poculum dæmoniorum.

Non potestis mensa Domini participes esse, & mensa dæmoniorum.

An prouocamus Dominum? Num fortiores illo sumus? Omnia mihi licent, at non omnia conducunt.

Omnia mihi licent, sed non omnia ædificant.

Nemo quod suum est, quærat, sed quisque quod alterius est.

Omne quod in macello venditur, edite nihil interrogantes, propter conscientiam.

Domini siquidem est terra, & plenitudo eius.

Quod si quis vocat vos infidelium, & vultis ire, quicquid apponitur vobis, edite: nihil interrogantes propter conscientiam.

Quod si quis vobis dixerit, hoc simulacris immolatum est: ne edatis propter illum qui indicauit, & propter conscientiam. Domini siquidem est terra, & plenitudo eius.

Porrò conscientiam dico, non tuam, sed illius alterius. Cur enim libertas mea iudicatur ab alia conscientia?

Quod si ego cum gratia participo, cur ob id mihi male dicitur, pro quo ego gratias ago?

Siue igitur editis, siue bibitis, siue quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.

Tales estote, vt nullum præbeatis offendiculum, neque Iudæis, neque Græcis, neque Ecclesiæ Dei:

Quemadmodum ego per omnia omnibus placeo, non quærens meam ipsius vtilitatem, sed multorum vt salui fiant.

CAP. XI.

Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.

Collaudo autem vos fratres, quod omnia mea memoria tenetis: & quemadmodum tradidi vobis, instituta tenetis.

Sed volo vos scire, quod omnis viri caput, Christus est: caput autem mulieris, vir: caput vero Christi, Deus.

Omnis vir orans, aut prophetans, quicquam habens in capite, probro afficit caput suum.

Omnis vero mulier, orans aut prophetans non velato capite, dehonestat caput suum. Nam id perinde est prorsus, ac si rasa esset.

Etenim si non velatur mulier, etiam tondeatur. Quod si fœdum est mulieri tonderi aut radi, velatur.

Vir quidem non debet velare caput, cum is imago sit & gloria Dei. At mulier gloria viri est.

Vulgat. Editio.

Non enim vir ex muliere est, sed mulier ex viro.

*Etenim non est creatus vir propter mulierem, sed mulier propter virum.

Ideo debet mulier potestatem habere supra caput propter Angelos.

Verumtamen neque vir sine muliere: neque mulier sine viro in Domino.

Nam sicut mulier de viro, ita & vir per mulierem: omnia autem ex Deo.

Vos ipsi iudicate: decet mulierem non velatam orare Deum?

Nec ipsa natura docet vos, quod vir quidem si comam nutriat, ignominia est illi:

Mulier vero si comam nutriat, gloria est illi: quoniam capilli pro velamine ei dati sunt.

Si quis autem videtur contentiosus esse: nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei.

Hoc autem præcipio: non laudans quod non in melius, sed in deterius conueniatis.

Primum quidem conuenientibus vobis in Ecclesiam, audio scissuras esse inter vos, & ex parte credo.

Nam oportet & hæreses esse, vt qui probati sunt, manifesti fiant in vobis.

Conuenientibus ergo vobis in vnum, iam non est Dominicam cœnam manducare.

Vnusquisque enim suam cœnam præsumit ad manducandum. Et alius quidem esurit, alius autem ebrius est.

Numquid domos non habetis ad manducandum, & bibendum? aut Ecclesiam Dei contemnitis, & confunditis eos, qui non habent? Quid dicam vobis? Laudo vos? in hoc non laudo.

Ego enim accepi à Domino quod & tradidi vobis, quoniam Dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem,

Et gratias agens fregit, & dixit: * Accipite, & manducate: hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem.

Similiter & calicem, postquam cœnauit, dicens: Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine: hoc facite quotiescumque bibetis, in meam commemorationem.

Quotiescumque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis: mortem Domini annunciabitis, donec veniat.

*Itaque quicumque manducauerit panem hunc, Vel biberit calicem Domini indigne: reus erit corporis, & sanguinis Domini.

* Probet autem seipsum homo: & sic de pane illo edat, & de calice bibat.

Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat, & bibit: non diiudicans corpus Domini.

Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi.

Quod si nosmetipsos diiudicaremus, non vtique iudicaremur.

Dum iudicamur autem, à Domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur.

Itaque fratres mei, cum conuenitis ad manducandum, inuicem expectate.

Si quis esurit, domi manducet: vt non in iudicium conueniatis. Cætera autem, cum venero, disponam.

Transl. ex Syriac.

8 *Si quidem vir ex muliere non est, sed mulier ex viro.*

9 *Nec enim vir creatus est propter mulierem, sed mulier propter virum.*

10 *Propter hoc tenetur mulier vt potestas sit super caput ipsius propter Angelos.*

11 *Verumtamen neque vir absque muliere, nec etiam mulier absque viro Domino nostro.*

12 *Nam quemadmodum mulier ex viro, ita & vir per mulierem: omnia autem ex Deo.*

13 *Iudicate inter vosipsos: decorum est mulieri reuelato capite Deum orare?*

14 *Nonne & ipsa natura docet vos, quod viro quidem, si exurgat capillus eius, probro sit?*

15 *At mulieri, si nutriat capillum suum, gloria est: quoniam coma pro velamine data est ei.*

16 *Caeterum si quis contentiosus est aduersus haec nos huiusmodi consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei.*

17 *Hoc autem praecipio: non tamquam vos laudans, quia non progreditis, sed in deterius descenditis.*

18 *Primum enim quum conuenitis in Ecclesia, audio dissidia esse inter vos, & aliqua ex parte credo.*

19 *Futurum est etiam, vt contentiones sint inter vos: quo qui probati sunt inter vos, innotescant.*

20 *Quum igitur conuenitis, non fit sicut aequum est, vt in die Domini nostri edatis aut bibatis.*

21 *Sed vnusquisque propriam coenam ante comedit sibi. Et alius quidem esurit, alius vero ebrius est.*

22 *Numquid domos non habetis, vt edatis, & bibatis? aut Ecclesiam Dei spernitis, & pudore suffunditis eos, qui non habent? Quid dicam vobis? Laudabo vos? in hoc non laudo.*

23 *Ego enim accepi à Domino nostro illud ipsum quod tradidi vobis, quod Dominus noster Ieschua in ea nocte qua prodendus erat, acceperit panem,* Oblatio Feria Quinta Mysteriorum.

24 *Et benedixerit, fregeritque, ac dixerit: Accipite, comedite: Hoc est corpus meum, quod pro vobis frangitur: sic facite in mei commemorationem.*

25 *Similiter postquam coenauissent, & calicem dedit, dixitque: Hic est calix testamenti noui in sanguine meo: sic facite quotiescunque biberitis in mei commemorationem.*

26 *Nam quotiescunque comederitis panem hunc, & biberitis hunc calicem, mortem illam Domini nostri in memoriam reuocatis vsque ad aduentum ipsius.*

27 *Quisquis igitur comederit ex pane Domini, & biberit ex calice ipsius, idque indigne: sibi reus est sanguinis Domini, & corporis eius.*

28 *Propterea quisque seipsum probet, & tunc edat ex hoc pane, & bibat ex hoc calice.*

29 *Qui enim comedit, & bibit ex eo indigne, [illegible] condemnationem sibipsi comedit, & bibit, quum non discernat corpus Domini.*

30 *Propter hoc multi sunt inter vos infirmi, & imbecilles, multique qui dormiunt.*

31 *Etenim si nosmetipsos diiudicassemus, nequaquam iudicaremur.*

32 *At quum iudicamur, à Domino nostro corripiendo corripimur, ne cum mundo condemnemur.*

33 *Idcirco fratres mei, quum conuenitis ad comedendum, alius alium expectate.*

34 *Caeterum si quis esurit, domi suae edat: ne ad condemnationem conueniatis. De caeteris autem, quum venero, praecipiam vobis.*

Gen. 2. 21.

Mat. 26. 26. Mar. 14. 22. Luc. 22. 19.

1 Cor. 13 5.

Transl. B. Ariæ Mont.

Non enim est vir ex muliere, sed mulier ex viro.

Etenim non creatus est vir propter mulierem, sed mulier propter virum.

Propter hoc debet mulier potestatem habere supra caput, propter Angelos.

Veruntamen neque vir sine muliere, neque mulier sine viro in Domino.

Sicut enim mulier de viro, ita & vir per mulierem: omnia autem ex Deo.

In vobis ipsis iudicate: decorum est mulierem non velatam Deum orare?

Aut nec ipsa natura docet vos, quòd vir quidem si comatus sit, ignominia illi est:

Mulier verò si comata sit, gloria illi est: quoniam coma pro velamine data est ei.

Si autem quis videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei.

Hoc autem denuntians, non laudo, quòd non in melius, sed in deterius conuenitis.

Primum quidem enim conuenientibus vobis in Ecclesia, audio scissuras in vobis esse: & partem aliquam credo.

Oportet enim & in vobis hæreses esse: vt probati, manifesti fiant in vobis.

Conuenientibus ergo vobis in vnum, non est Dominicam cœnam manducare.

Vnusquisque enim propriam cœnam præsumit in edendo. Et hic quidem esurit, hic autem ebrius est.

Non enim domos non habetis ad manducandum & bibendum? aut Ecclesiam Dei contemnitis, & pudefacitis non habentes? Quid vobis dicam? Laudabo vos in hoc? non laudo.

Ego enim accepi à Domino quod & tradidi vobis, quoniam Dominus Iesus in nocte qua tradebatur, accepit panem,

Et gratias agens fregit, & dixit: Accipite, manducate: hoc meum est corpus quod pro vobis frangitur: hoc facite in meam commemorationem.

Similiter & calicem post cœnasse, dicens: Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine. hoc facite, quotiescunque bibetis in meam commemorationem.

Quotiescunque enim manducabitis panem hunc, & poculum hoc bibetis: mortem Domini annuntiatis, vsque quo veniat.

Itaque quicunque manducauerit panem hunc, Vel biberit calicem Domini indignè: reus erit corporis & sanguinis Domini.

Probet autem homo seipsum, & sic de pane edat, & de calice bibat.

Nam edens & bibens indignè, iudicium sibiipsi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini.

Propter hoc in vobis multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi.

Si enim nosmetipsos dijudicaremus, non vtique iudicaremur.

Iudicati autem, à Domino erudimur: vt non cum mundo condamnemur.

Itaque, fratres mei, conuenientes ad manducandum, alij alios expectate.

Si verò quis esurit, in domo manducet: vt non in iudicium conueniatis. At reliqua vt venero, disponam.

Transl. Erasm. Roterod.

8 *Non enim est vir ex muliere, sed mulier ex viro,*

9 *Neque enim conditus est vir propter mulierem, sed mulier propter virum.*

10 *Propter hoc debet mulier potestatem habere in capite, propter Angelos:*

11 *Alioqui neque vir absque muliere, neque mulier absque viro in Domino.*

12 *Nam quemadmodum mulier ex viro est, ita & vir per mulierem, omnia vero ex Deo.*

13 *Inter vosipsos iudicate, num decorum est, mulierem non velatam Deum orare?*

14 *An ne natura quidem ipsa hoc docet vos, quod viro quidem, si comatus fuerit, probro sit?*

15 *Contra, mulieri si comata fuerit, gloriæ sit? eo quod coma pro velamine data sit.*

16 *Caterum si quis videtur contentiosus esse, nos huiusmodi consuetudinem non habemus, neque Ecclesiæ Dei.*

17 *Illud tamen præcipiens non laudo, quod non in melius, sed in deterius conuenitis.*

18 *Nam primum quidem, cum conuenitis in Ecclesia, audio dissidia in vobis esse, & aliqua ex parte credo.*

19 *Oportet enim & factas in vobis esse, quo qui probati sunt, manifesti fiant inter vos.*

20 *Igitur cum conuenitis in eundem locum, non licet dominicam cœnam edere,*

21 *Quod vnusquisque propriam cœnam occupat in edendo. Et hic quidem esurit, ille vero ebrius est.*

22 *Num sanè domos non habetis ad edendum & bibendum? An Ecclesiam Dei contemnitis, & pudefacitis eos qui non habent? Quid vobis dicam? Laudabo vos? in hoc non laudo.*

23 *Ego enim accepi à Domino quod & tradidi vobis, quod Dominus Iesus, in ea nocte qua tradstus est, accepit panem:*

24 *Et postquam gratias egisset, fregit, ac dixit: Accipite, edite, Hoc meum est corpus, quod pro vobis frangitur, hoc facite in mei commemorationem.*

25 *Ad eundem modum & poculum, peracta cœna, dicens: hoc poculum nouum testamentum est in meo sanguine. hoc facite, quotiescunque biberitis, in mei commemorationem.*

26 *Quotiescunque enim comederitis panem hunc, & de poculo hoc biberitis, mortem Domini annunciatis, donec venerit.*

27 *Itaque quisquis ederit panem hunc, aut biberit de poculo Domini indigne, reus erit corporis & sanguinis Domini.*

28 *Probet autem homo seipsum, & sic de pane illo edat, & de poculo illo bibat.*

29 *Nam qui edit & bibit indignè, iudicium sibipsi edit & bibit, non dijudicans corpus Domini.*

30 *Propter hoc inter vos multi imbecillos & inualidi, & dormiunt multi.*

31 *Etenim si nosipsos dijudicassemus, haudquaquam iudicati fuissemus.*

32 *At cum iudicamur, à Domino corripimur, ne cum mundo condemnemur.*

33 *Itaque fratres mei, cum conuenitis ad comedendum, alius alium expectate.*

34 *Quod si quis esurit, domi edat, ne ad condemnationem conueniatis. Catera vero, cum venero disponam.*

Vulgat. Editio.

CAP. XII.

DE Spiritualibus autem, nolo vos ignorare fratres.

Scitis quoniam cum Gentes essetis, ad simulachra muta prout ducebamini euntes.

*Mat. 9. 39. Ideo notum vobis facio, * quod nemo in Spiritu Dei loquens, dicit anathema Iesu. Et nemo potest dicere, Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto.

Diuisiones vero gratiarum sunt, idem autem Spiritus:

Et diuisiones ministrationum aut idem autem Dominus:

Et diuisiones operationum sunt, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus.

Vnicuique autem datur manifestatio Spiritus ad vtilitatem.

Alij quidem per Spiritum datur sermo sapientiæ: alij autem sermo scientiæ secundũ eundũ Spiritum:

Alteri fides in eodem Spiritu: alij gratia sanitatum in vno Spiritu:

Alij operatio virtutum, alij prophetia, alij discretio spirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum.

*Ro. 12. 6 Eph. 4. 6. * Hæc autem omnia operatur vnus atque idem Spiritus, diuidens singulis prout vult.

Sicut enim corpus vnum est, & membra habet multa, omnia autem membra corporis cum sint multa, vnum tamen corpus sunt: ita & Christus.

Etenim in vno Spiritu omnes nos in vnum corpus baptizati sumus, siue Iudæi, siue Gentiles, siue serui, siue liberi, & omnes in vno Spiritu potati sumus.

Nam & corpus non est vnum membrum, sed multa.

Si dixerit pes: Quoniam non sum manus, non sum de corpore: num ideo non est de corpore?

Et si dixerit auris: Quoniam non sum oculus, non sum de corpore: num ideo non est de corpore?

Si totum corpus oculus, vbi auditus? si totum auditus, vbi odoratus?

Nunc autem posuit Deus membra, vnumquodque eorum in corpore sicut voluit.

Quod si essent omnia vnum membrum, vbi corpus?

Nunc autem multa quidem membra, vnum autem corpus.

Non potest autem oculus dicere manui: Opera tua non indigeo: aut iterum caput pedibus: Non estis mihi necessarij.

Sed multo magis quæ videntur membra corporis infirmiora esse, necessariora sunt:

Et quæ putamus ignobiliora membra esse corporis, his honorem abundantiorem circumdamus: & quæ inhonesta sunt nostra, abundantiorem honestatem habent.

Honesta autem nostra nullius egent: sed Deus temperauit corpus, ei, cui deerat, abundantiorem tribuendo honorem,

Vt non sit schisma in corpore, sed idipsum pro inuicem solicita sint membra.

Et si quid patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra, siue gloriatur vnum membrum, congaudent omnia membra.

Vos autem estis corpus Christi, & membra de membro.

Transl. ex Syriac.

CAP. XII.

DE *Spiritualibus porrò fratres mei, velim vos scire.* Dominica Pentecostes.

Quòd prophani fueritis, & simulacra, eaque adeò quæ voce carent, absque discrimine ducebamini.

Quamobrem notum facio vobis, neminem per Spiritum Dei loqui, qui dicat anathema esse Ieschua,

Quinetiam nemo potest dicere Dominum esse Ieschum, nisi per Spiritum sanctitatis.

Diuisiones autem donorum sunt, sed vnus est Spiritus.

Et diuisiones ministeriorum sunt, sed vnus est Dominus.

Sunt & diuisiones virtutum, sed vnus est Deus, qui agit omnia in omnibus.

Vnicuique autem datur manifestatio Spiritus, sicut ei prodest.

Alij quidem datur per Spiritum sermo sapientiæ: alij autem sermo scientiæ per eundem Spiritum:

Alij fides per eundem Spiritum: alij dona sanationis per eundem Spiritum:

Alij vero virtutes, alij autem vaticinium, alij autem discretio Spirituum, alij verò genera linguarum, alij vero interpretatio linguarum.

Hæc autem omnia vnus ille Spiritus efficit, & diuidit vnicuique prout ipse vult.

Quemadmodum enim vnum est corpus, & in eo sunt multa membra, omnia verò membra corporis quum multa sint, vnum sunt corpus: ita & Meschicho.

Etenim nos omnes per vnum Spiritum in vnum corpus baptizati sumus, siue Iihoudai, siue Gentiles, siue serui, siue ingenui, & nos omnes vnum Spiritum hausimus.

Siquidem, & corpus non est vnum membrum, sed multa.

Si enim dicat pes: Quia non sum manus, non sum ex ipso corpore: num ideo non est ex ipso corpore?

Quod si dicat auris? Quoniam non sum oculus, non sum ex ipso corpore: num propterea non est ex ipso corpore?

Si enim totum corpus esset oculus, vbi esset auditus? & si totum auditus esset, quomodo olfaceret?

Nunc autem Deus posuit vnumquodque membrorum in corpore, prout ipse voluit.

Quòd omnia vnum essent membrum, vbi esset corpus?

Nunc autem membra quidem multa sunt, at vnum corpus est.

Non potest oculus dicere manui: Non requireris mihi: nec etiam caput potest dicere pedibus: Vobis non indigeo.

Imò multo magis quæ videntur membra imbecilliora esse, necessaria sunt.

Et quæ minus honesta arbitramur in corpore esse, is honorem vberiorem multiplicamus: & ijs quæ indecora sunt, maiorem elegantiam exhibemus.

Caterum ea membra, quæ honesta habeamus, non indigent honore: Deus enim temperauit corpus, & tribuit copiosiorem honorem membro illi quod est minimum.

Ne sit dissidium in corpore, sed omnia membra æquè vnum pro alio sollicita sint.

Quod si aliquando membrum vnum dolore afficiatur, omnia compatientur: siue exultet vnum membrum, omnia membra exultabunt.

Vos autem corpus Meschicho estis, & membra, in loco vestro.

Transl. B. Ariæ Mont.

CAP. XII.

DE autem ſpiritualibus, fratres, nolo vos ignorare.
Scitis quoniam cùm gentes eratis, ad ſimulachra muta, prout ducebamini, abducti.
Ideo notum facio vobis, quòd nemo in ſpiritu Dei loquens, dicit anathema Ieſum. Et nemo poteſt dicere, Dominum Ieſum, ſi non in Spiritu ſancto.

Diſcrimina verò gratiarum ſunt: at idem Spiritus.
Et diſcrimina miniſtrationum ſunt, & idem Dominus.
Et diuiſiones operationum ſunt, at idem eſt Deus, efficiens omnia in omnibus.
Vnicuique autem datur manifeſtatio Spiritus ad vtilitatem.
Huic quidē enim per Spiritū datur ſermo ſapiētię: alij aūt ſermo ſcientiæ, ſecundùm eūdem Spiritum:
Alteri autem fides in eodem Spiritu: alij autem dona ſanitatum, in eodem Spiritu:
Alij verò operationes virtutū, alij autem prophetia, alij autem diſcretiones ſpirituum, alteri verò genera linguarum: alij autem interpretatio linguarum.
Omnia autem hæc operatur vnus atque idem Spiritus, diuidens priuatim ſingulis prout vult.
Sicut enim corpus vnum eſt, & membra habet multa, omnia autem membra corporis vnius multa exiſtentia, vnum eſt corpus, ita & Chriſtus:
Etenim in vno Spiritu nos omnes in vnum corpus baptizati ſumus, ſiue Iudæi, ſiue Græci, ſiue ſerui, ſiue liberi: & omnes in vnum ſpiritum potati ſumus.
Etenim corpus non eſt vnum membrum, ſed multa.
Si dixerit pes, Quoniam non ſum manus, non ſum de corpore: num ob hoc non eſt de corpore?
Et ſi dixerit auris, Quoniam non ſum oculus, non ſum de corpore: num ob hoc non eſt de corpore?
Si totum corpus oculus, vbi auditus? ſi totum auditus, vbi odoratus?
Nunc autem Deus poſuit membra, vnumquodque eorum in corpore, ſicut voluit.
Si verò eſſent omnia vnum membrum, vbi corpus?
Nunc autem multa quidem membra, vnum autem corpus.
Non poteſt autem oculus dicere manui, Vſum tui non habeo: aut iterum caput pedibus, vſum veſtri non habeo:
Sed multò magis putata membra corporis infirmiora eſſe, neceſſariora ſunt:
Et quæ putamus ignobiliora eſſe corporis, his honorem abundantiorem circumponimus: & inhoneſta noſtra honeſtatem abundantiorem habent.
At honeſta noſtra non vſum habent: ſed Deus contemperauit corpus, carenti abundantiorem dans honorem:

Vt non ſit ſchiſma in corpore, ſed idipſum pro inuicem ſolicita ſint membra.
Et ſiue patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra: ſiue gloriatur vnum membrum, congaudent omnia membra.
Vos autem eſtis corpus Chriſti, & membra ex parte.

Transl. Eraſm. Roterod.

CAP. XII.

PORRÒ *de ſpiritualibus fratres, nolo vos ignorare.*
Scitis quod gentes fuiſtis, & ad ſimulacra muta vtcunque ducebamini ſequentes.
Quapropter notum vobis facio, quod nullus per ſpiritum Dei loquens dicit anathema Ieſum: & nemo poteſt dicere Dominum Ieſum, niſi per Spiritum ſanctum.

Diuiſiones autem donorum ſunt, ſed idem ſpiritus,
Et diuiſiones miniſteriorum ſunt, & idem Dominus:
Et diuiſiones operationum ſunt, ſed idem eſt Deus, efficiens omnia in omnibus.
Vnicuique vero datur manifeſtatio Spiritus, ad id quod expedit.
Nam huic quidem per Spiritum datur ſermo ſapientiæ, alij vero ſermo ſcientiæ, ſecundum eundem Spiritum:
Alij vero fides per eundem Spiritum: alij vero dona ſanationum per eundem Spiritum:
Alij vero efficaciæ potentiarum: alij vero prophetia, alij vero diſcretiones ſpirituum, alij vero genera linguarum, alij vero interpretatio linguarum.
Sed omnia hæc efficit vnus ille & idem ſpiritus, diuidens peculiariter vnicuique ſicuti vult.
Quemadmodum enim corpus vnum eſt, & membra habet multa, omnia vero membra corporis vnius, multa cum ſint, vnum ſunt corpus, ſic & Chriſtus.
Etenim per vnum Spiritum nos omnes in vnum corpus baptizati ſumus, ſiue Iudæi, ſiue Græci, ſiue ſerui, ſiue liberi. & omnes vnum ſpiritum hauſimus.
Etenim corpus non eſt vnum membrum, ſed multa.
Si dicat pes, non ſum manus, non ſum de corpore, num idcirco non eſt de corpore?
Et ſi dicat auris, non ſum oculus, non ſum de corpore, num ideo non eſt de corpore?
Si totum corpus oculus, vbi auditus? Si totum auditus, vbi olfactus?
Nunc autem Deus poſuit membra, vnumquodque ſingulatim in corpore, quemadmodum voluit.
Quod ſi eſſent omnia vnum membrum, vbi corpus?
Nunc autem multa quidem membra, vnum vero corpus.
At non poteſt oculus dicere manui, non eſt mihi opus te: aut rurſum caput pedibus, non eſt mihi opus vobis,
Imò multo potius, quæ videntur membra corporis imbecilliora eſſe, neceſſaria ſunt,
Et quæ putamus minus honeſta eſſe corporis, his honorem vberiorem apponimus: & indecora noſtri, copioſiorem decorem habent.
Cæterum quæ decora ſunt noſtri, non indigent: ſed Deus ſimul temperauit corpus, ei cui deerat, copioſiorem addens honorem,
Ne ſit diſſidium in corpore, ſed inuicem alia pro alijs eandem ſollicitudinem gerant membra.
Et ſiue patitur vnum membrum ſimul patiuntur omnia membra: ſiue glorificatur vnum membrum, ſimul gaudent omnia membra.
Vos autem eſtis corpus Chriſti, & membra ex parte.

Vulgat. Editio.

* Et quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia primùm Apostolos, secundò Prophetas, tertio Doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes sermonum.

* Eph. 5. 11.

Numquid omnes Apostoli? numquid omnes Prophetæ? numquid omnes Doctores?

Numquid omnes virtutes? numquid omnes gratiam habent curationum? numquid omnes linguis loquuntur? numquid omnes interpretantur?

Æmulamini autem charismata meliora. Et adhuc excellentiorem viam vobis demonstro.

CAP. XIII.

SI linguis hominum loquar, & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens.

Et si habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam: & si habuero omnem fidem ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum.

Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.

Charitas patiens est, benigna est: Charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur,

Non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum,

Nõ gaudet super iniquitate, cõgaudet aũt veritati:

Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet:

Charitas numquam excidit: siue prophetiæ euacuabuntur, siue linguæ cessabunt, siue scientia destruetur.

Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus.

Cum autem venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est.

Cum essem paruulus, loquebar vt paruulus, sapiebam vt paruulus, cogitabam vt paruulus. Quando autem factus sum vir, euacuaui quæ erant paruuli.

Videmus nunc per speculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte: tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum.

Nunc autem manent, fides, spes, charitas: tria hæc. maior autem horum est charitas.

CAP. XIIII.

SEctamini charitatem, æmulamini spiritalia: magis autem vt prophetetis.

Qui enim loquitur lingua, non hominibus loquitur, sed Deo: nemo enim audit: spiritu autem loquitur mysteria.

Nam qui prophetat, hominibus loquitur ad ædificationem, & exhortationem, & consolationem.

Qui loquitur lingua, semetipsum ædificat: qui autem prophetat, Ecclesiam Dei ædificat.

Volo autem omnes vos loqui linguis: magis autem prophetare: nam maior est qui prophetat, quam qui loquitur linguis: nisi forte interpretetur vt Ecclesia ædificationem accipiat.

Nunc autem, fratres, si venero ad vos linguis loquens: quid vobis prodero, nisi vobis loquar aut in reuelatione, aut in scientia, aut in prophetia, aut in doctrina?

Transl. ex Syriac.

28 * *Posuit enim Deus in Ecclesia suæ primùm Apostolos, deinde Prophetas, deinde Doctores, deinde operatores virtutum, deinde dona sanationis, & adiutores, & gubernatores, & genera linguarum.*

* Apostolorum.

29 *Num omnes Apostoli? num omnes Prophetæ? num omnes Doctores?*

30 *Num omnes edunt virtutes? num omnes habent dona sanationis? num omnes linguis loquuntur? aut num omnes interpretantur?*

31 *Quòd si studio teneamini donorum ampliorum; ego adhuc ostendam vobis viam præstantiorem.*

CAP. XIII.

1 *SI qualibet hominum lingua loquar, & ea quæ est Angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum vt æs resonans, aut cymbalum edens sonum.*

2 *Quòd si in me fuerit prophetia, & nouerim arcana omnia, omnemque scientiam, & fuerit in me omnis fides, ita vt montes loco dimoueam, charitatem autem non habeam; nihil sum.*

3 *Et, si quæcunque habeo, insumam in alendos pauperes, & si tradam corpus meum vt comburatur, charitatem autem non habeam, nihil vtilitatis percipio.*

4 * *Charitas longanimis est & benigna, charitas non inuidet; charitas non est tumultuosa, neque superbit;*

* Lotionis.

5 *Nec patrat quod pudendum est; nec quærit quæ sua sunt; non irritatur, neque cogitat malum.*

6 *Non gaudet de iniquitate, sed gaudet de veritate.*

7 *Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia denique sustinet.*

8 *Charitas nunquam excidit: prophetia enim cessabunt, & linguæ silebunt, & scientia obliterabitur.*

9 *Modicum enim ex multo cognoscimus, & modicum ex multo prophetamus.*

10 *Quum autem venerit perfectio, tunc abolebitur id quod modicum est.*

11 *Quum essem puer, vt puer loquebar, & vt puer sentiebam, & vt puer cogitabam: quum autem factus sum vir, abolui ea quæ pueritia erant.*

12 *Cæterùm nunc quasi per speculum cernimus in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc de multo exiguum cognosco, tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum.*

13 *Tria enim sunt quæ permanent fides, & spes, & charitas: sed maxima harum est charitas.*

CAP. XIIII.

1 *CVrrite post charitatem, & æmulamini dona spiritus, magis autem vt vaticinemini.*

2 *Qui enim loquitur lingua, non hominibus loquitur, sed Deo: siquidem nemo audit, quod loquitur, sed Spiritu mysteria loquitur.*

3 *Is autem qui vaticinatur hominibus, loquitur ædificationem, & exhortationem, & consolationem.*

4 *Qui loquitur lingua, seipsum ædificat: at qui prophetat, Ecclesiam ædificat.*

5 *Velim autem vos omnes loqui linguis, magis autem prophetare: maior enim est qui prophetat, quàm qui loquitur linguis, nisi interpretetur: quod si interpretatur, Ecclesiam ædificat.*

6 *Nunc autem, fratres mei, si veniam ad vos, & vobiscum loquar linguis, quid vobis prodero, nisi loquar vobiscum aut per reuelationem, aut per scientiam, aut per prophetiam, aut per doctrinam?*

Transl. B. Ariæ Mont.

Et quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia primùm Apostolos, secundò Prophetas, tertiò Doctores, deinde virtutes, exinde dona curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum,

Num omnes Apostoli? num omnes Prophetæ? num omnes Doctores?

Num omnes virtutes? num omnes dona habent curationum? num omnes linguis loquuntur? num omnes interpretantur?

Æmulamini autem charismata meliora. Et adhuc secundùm excellentiam viam vobis demonstro.

CAP. XIII.

SI linguis hominum loquar & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum æs sonans, aut cymbalum tinniens.

Et si habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia & omnem scientiam, & si habuero omnem fidem, ita vt montes transferre, charitatem autem non habuero, nihil sum.

Et si inuumam alendo pauperes omnes facultates meas, & si tradam corpus meum vt ardeam, charitatem autem non habeam, nihil iuuor.

Charitas longanimis est, benigna est: charitas non æmulatur, charitas non agit perperam, non inflatur.

Non indecore agit, non quærit sua, non irritatur, non cogitat malum,

Nō gaudet super iniustitia, congaudet aūt veritati:

Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet.

Charitas nunquam excidit: siue vero prophetiæ abolebuntur, siue linguæ cessabunt, siue scientia abolebitur.

Ex parte vero cognoscimus, & ex parte prophetamus.

Cum autem venerit perfectum, tunc quod ex parte abolebitur.

Cum essem infans, vt infans loquebar, vt infans sapiebam, vt infans cogitabam. Quando autem factus sum vir, abolcui quæ infantis.

Videmus enim nunc per speculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte: tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum.

Nunc autem manent fides, spes, charitas, tria hæc: maior autem horum charitas.

CAP. XIIII.

SEctamini charitatem, æmulamini verò spiritalia, magis autem vt prophetetis.

Nam loquens lingua, non hominibus loquitur, sed Deo: nemo enim audit: spiritu autem loquitur mysteria.

At prophetans, hominibus loquitur ædificationem, & exhortationem, & consolationem.

Loquens lingua, seipsum ædificat: at prophetans, Ecclesiam ædificat.

Volo autem omnes vos loqui linguis, magis autē vt prophetetis. Maior enim prophetans, quàm loquens linguis: præter si non interpretetur, vt Ecclesia ædificationem accipiat.

Nunc autem, fratres, si venero ad vos linguis loquens, quid vobis prodero, si non vobis loquar aut in reuelatione, aut in scientia, aut in prophetia, aut in doctrina?

Transl. Erasm. Roterod.

Et alios quidem posuit Deus in Ecclesia, primùm Apostolos, deinde Prophetas, tertiò Doctores, deinde potestates, deinde dona sanationum, subsidia, gubernationes, genera linguarum.

Num omnes Apostoli? num omnes Prophetæ? num omnes Doctores?

Num omnes potestates? num omnes dona habent sanationum? num omnes linguis loquuntur? num omnes interpretantur?

Sectemini vero dona potiora. Et adhuc his excellentiorem viam vobis ostendo.

CAP. XIII.

SI linguis hominum loquar & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum æs resonans, aut cymbalum tinniens.

Et si habeam prophetiam, & nouerim mysteria omnia, omnemque scientiam: & si habeam omnem fidem, adeo vt montes loco dimoueam, charitatem autem non habeam, nihil sum.

Et si insumam in alimoniam omnes facultates meas, & si tradam corpus meum, vt comburar, charitatem autem non habeam, nihil vtilitatis capio.

Charitas patiens est, benigna est, charitas non inuidet: charitas non est procax, non inflatur,

Non est fastidiosa, non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum,

Non gaudet de iniustitia, sed congaudet veritati.

Omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet.

Charitas nunquam excidit: siue prophetiæ abolebuntur, siue linguæ cessabunt, siue scientia abolebitur.

Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus.

Ast vbi venerit quod perfectum est: tunc quod ex parte est, abolebitur.

Cum essem puer, vt puer loquebar, vt puer sentiebam, vt puer cogitabam. At vbi factus sum vir, aboleui pueritia.

Cernimus enim nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem, nunc cognosco ex parte, tunc vero cognoscam quemadmodum & cognitus sum.

Nunc autem manet fides, spes, charitas, tria hæc, sed maxima in his charitas.

CAP. XIIII.

SEctemini charitatem, æmulemini spiritalia, magis tamen vt Prophetetis.

Nam qui loquitur lingua, non hominibus loquitur, sed Deo: nullus enim audit: Spiritu vero loquitur mysteria.

Caterum qui prophetat, hominibus loquitur ædificationem, & exhortationem, & consolationem.

Qui loquitur lingua, seipsum ædificat: at qui prophetat, congregationem ædificat.

Volo autem omnes vos loqui linguis, magis tamen vt prophetetis. Maior enim qui prophetat, quàm qui loquitur linguis, nisi interpretetur, vt Ecclesia ædificationem accipiat.

Nunc autem fratres, si veniam ad vos linguis loquens, quid vobis prodero? nisi vobis loquar, aut per reuelationem, aut per scientiam, aut per prophetiam, aut per doctrinam?

	Vulgat. Editio.		Transl. ex Syriac.
	Tamen quæ ſine anima ſunt vocem dantia, ſiue tibia, ſiue citharа: niſi diſtinctionem ſonituum dederint, quomodo ſcietur id, quod canitur, aut quod citharizatur?	7	*Etenim inſtrumenta illa, quæ ſunt inanima, quæque ſonum edunt, ſiue tibia, ſiue citharа, niſi diſtinctionem fecerint inter fiſtulam, & ſociam eius, quomodo cognoſcetur quid pſallitur, aut quid fidibus canitur?*
	Etenim ſi incertam vocem det tuba, quis parabit ſe ad bellum?	8	*Quod ſi cornu emiſerit vocem indiſtinctam, quis apparabitur ad prælium?*
	Ita, & vos per linguam niſi manifeſtum ſermonem dederitis: quomodo ſcietur id, quod dicitur? eritis enim in aëra loquentes.	9	*Ita & vos ſi ſermonem lingua dixeritis, non ſit autem explicatus: quomodo cognoſcetur quod dicitis? eritis vobis quaſi cum ipſo aëre loquentes.*
	Tam multa, vtputa genera linguarum ſunt in hoc mundo, & nihil ſine voce eſt.	10	*Ecce enim ſunt multa genera linguarum in mundo, & nullum eorum abſque voce.*
	Si ergo neſciero virtutem vocis, ero ei, cui loquor, barbarus, & qui loquitur, mihi barbarus.	11	*Quod ſi neſciero vim vocis ego ero barbarus ei, qui loquitur: ac etiam ille qui loquitur, erit mihi barbarus.*
	Sic & vos, quoniam æmulatores eſtis Spirituum, ad ædificationem Eccleſiæ quærite, vt abundetis.	12	*Sic & vos, quandoquidem zelatores eſtis donorum Spiritus ad ædificationem Eccleſiæ ſtudete, vt abundetis.*
	Et ideo qui loquitur lingua: oret vt interpretetur.	13	*Et qui loquitur lingua, oret, vt interpretetur.*
	Nam ſi orem lingua, ſpiritus meus orat, mens autem mea ſine fructu eſt.	14	*Nam ſi orem lingua, ipſe ſpiritus meus orat, at mens mea eſt abſque fructibus.*
	Quid ergo eſt? Orabo ſpiritu, orabo & mente: pſallam ſpiritu, pſallam & mente.	15	*Quid ergo faciam? Orabo ſpiritu meo, orabo, & mente mea: & pſallam ſpiritu meo, pſallam, & mente mea:*
	Ceterum ſi benedixeris ſpiritu: qui ſupplet locum idiotæ, quomodo dicet: Amen, ſuper tuam benedictionem? quoniam quid dicas, neſcit.	16	*Alioqui ſi benedixeris ſpiritu, is qui implet locum imperiti, quomodo dicet, Amin, ad tuam gratiarum actionem? quandoquidem quid dicas neſcit.*
	Nam tu quidem bene gratias agis: ſed alter non ædificatur.	17	*Tu enim bene quidem precaris: ſed ſocius tuus non ædificatur.*
	Gratias ago Deo meo, quod omnium veſtrum lingua loquor.	18	*Gratias ago Deo, quod magis quàm vos omnes linguis loquor.*
	Sed in Eccleſia volo quinque verba ſenſu meo loqui, vt & alios inſtruam: quàm decem millia verborum in lingua.	19	*Sed in Eccleſia volo quinque verba mente mea loqui vt & alios doceam, potius quàm decem millia verborum lingua.*
	Fratres, nolite pueri effici ſenſibus, ſed malitia parvuli eſtote: ſenſibus autem perfecti eſtote.	20	*Fratres mei, ne ſitis pueri mentibus veſtris, ſed malitia infantes ſitis, mentibus autem veſtris eſtote perfecti.* Genuum poſitione.
	In lege ſcriptum eſt: Quoniam in aliis linguis, & labiis loquar populo huic: & nec ſic exaudient me, dicit Dominus.	21	*In lege ſcriptum eſt: Sermone extraneo, & linguis alienis alloquar hunc populum, & ne ſic quidem audient me, inquit Dominus.*
	Itaque linguæ in ſignum ſunt non fidelibus, ſed infidelibus: prophetiæ autem non infidelibus, ſed fidelibus.	22	*Itaque lingua pro ſigno poſitæ ſunt non fidelibus, ſed ijs qui ſunt increduli: prophetia autem non incredulis, ſed fidelibus.*
	Si ergo conueniat vniuerſa Eccleſia in vnum, & omnes linguis loquantur, intrent autem idiotæ, aut infideles: nonne dicent quòd inſanitis?	23	*Si ergo congregatur tota Eccleſia, & omnes linguis loquantur: ingrediantur autem imperiti, aut incredduli, nonne dicent, Sanè iſti inſaniunt?*
	Si autem omnes prophetent, intret autem quis infidelis, vel idiota, conuincitur ab omnibus, diiudicatur ab omnibus:	24	*Quod ſi vos omnes prophetetis, & introeat ad vos imperitus, aut incredulus, inueſtigatur ab omnibus vobis, coarguitur à vobis omnibus:*
	Occulta cordis eius manifeſta fiunt: & ita cadens in faciem adorabit Deum, pronuncians quod verè Deus in vobis ſit.	25	*Proinde abſcondita cordis eius manifeſta fiunt: & tunc procidet in faciem ſuam, & adorabit Deum, dicetque, verè Deum in vobis eſſe.*
	Quid ergo eſt, fratres? cum conuenitis, vnuſquiſque veſtrum pſalmum habet, doctrinam habet, apocalypſim habet, linguam habet, interpretationem habet: omnia ad ædificationem fiant.	26	*Dico igitur, fratres mei, quoties conuenitis, quicumque ex vobis canticum habet, dicat: & qui habet doctrinam, & qui habet, reuelationem, & qui habet, linguam, & qui habet interpretationem; omnia ad edificationem fiant.*
	Siue lingua quis loquitur, ſecundum duos, aut vt multum tres, & per partes, & vnus interpretetur.	27	*Siue lingua quis loquatur, duo loquantur, aut ad ſummum tres, viciſſimque loquantur, & vnus interpretetur.*
	Si autem non fuerit interpres, taceat in Eccleſia ſibi autem loquatur, & Deo.	28	*Quod ſi non ſit interpres, taceat in Eccleſia is qui loquitur lingua, ſibique, & Deo loquatur.*
	Prophetæ autem duo, aut tres dicant, & ceteri diiudicent.	29	*Prophetæ autem duo, aut tres loquantur, & cæteri dijudicent.*
	Quod ſi alij reuelatum fuerit ſedenti, prior taceat.	30	*Quòd ſi alij reuelatum fuerit aſſidenti, prior taceat.*
	Poteſtis enim omnes per ſingulos prophetare: vt omnes diſcant, & omnes exhortentur.	31	*Siquidem vos omnes poteſtis ſingulatim prophetare, vt quiſque diſcat, & quiſque conſolationem accipiat.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Tamen inanima vocem dantia, siue tibia, siue cithara, si distinctionem sonituum non dederint, quomodo scietur tibia cantatum, aut citharizatum?

Etenim si incertam vocem tuba det, quis apparabitur ad bellum?

Ita & vos per linguam si non bene significantem sermonem dederitis, quomodo cognoscetur dictum? eritis enim in aëra loquentes.

Tot, si contigerit, genera vocum sunt in mundo: & nihil eorum mutum,

Si ergo nesciero virtutem vocis, ero loquenti barbarus: & loquens in me barbarus.

Sic & vos, quoniam æmulatores estis spirituum: ad ædificationem Ecclesiæ quærite vt abundetis.

Quapropter loquens lingua, oret vt interpretetur.

Si enim orem lingua, spiritus meus orat: at mens mea infructuosa est.

Quid ergo est? Orabo spiritu, orabo autem & mente; psallam spiritu, psallam verò & mente.

Cæterùm si benedixeris spiritu, implens locum idiotæ quomodo dicet, Amen, super tua gratiarum actione? quandoquidem quid dicis nescit.

Tu quidem enim bene gratias agis: sed alter non ædificatur.

Gratias ago Deo meo, omnibus vobis magis linguis loquens.

Sed in ecclesia volo quinque verba per intelligentiam meam loqui, vt & alios instruam, quam decem mille sermones in lingua.

Fratres, ne pueri efficiamini sensibus: sed malitia puerascite: at sensibus perfecti estote.

In lege scriptum est. Quoniam in aliis linguis, & in labiis aliis loquar populo huic: & nec sic exaudient me, dicit Dominus.

Itaque linguæ in signum sunt, non fidelibus, sed infidelibus, at prophetia non infidelibus, sed fidelibus.

Si ergo conueniat ecclesia vniuersa in idipsum, & omnes linguis loquantur, intrent autem idiotæ aut infideles, non dicent quod insanitis?

Si autem omnes prophetent, intret autem quis infidelis vel idiota, conuincitur ab omnibus, diiudicatur ab omnibus:

Et sic occulta cordis eius manifesta fiunt, & ita cadens in faciem adorabit Deum, pronuntians quòd Deus verè in vobis sit.

Quid ergo est, fratres? Cum conuenitis, vnusquisque vestrum psalmum habet, doctrinam habet, linguam habet, apocalympsin habet: omnia ad ædificationem fiant.

Siue lingua quis loquitur, secundum duos aut plurimum tres, & per partes, & vnus interpretetur.

Si autem non fuerit interpres, taceat in ecclesia: sibiipsi autem loquatur & Deo.

Prophetæ duo aut tres loquantur, & alij diiudicent.

Si verò alij reuelatum fuerit sedenti, prior taceat.

Potestis enim per vnum omnes singuli prophetare: vt omnes discant, & omnes consolatione afficiantur.

Transl. Erasm. Roterod.

Quin & inanima vocem reddentia, siue tibia, siue cithara, nisi distinctionem sonis dederint: quomodo cognoscetur, quod tibia canitur, aut cithara?

Etenim si incertam vocem tuba dederit, quis apparabitur ad bellum?

Sic & vos per linguam nisi significantem sermonem dederitis, quomodò intelligetur, quod dicitur? eritis enim in aërem loquentes.

Tam multa, verbi gratia, genera vocum sunt in mundo, & nihil horum mutum.

Itaque si nesciero vim vocis, ero ei, qui loquitur, barbarus, & qui loquitur, apud me barbarus.

Itaque & vos, quandoquidem sectatores estis spirituum, ad ædificationem Ecclesiæ quærite, vt excellatis.

Quapropter qui loquitur lingua, oret, vt interpretetur.

Nam si orem lingua, spiritus meus orat, at mens mea fructu vacat.

Quid igitur est? Orabo spiritu, sed orabo & mente. Canam spiritu, sed canam & mente.

Alioqui si benedixeris spiritu, is qui implet locum indocti, quomodo dicturus est Amen, ad tuam gratiarum actionem? Quandoquidem quid dicas, nescit.

Nam tu quidem bene gratias agis, verum alius non ædificatur.

Gratias ago Deo meo, quod magis quàm omnes vos, linguis loquor.

Sed in ecclesia volo quinque verba mente mea loqui, vt & alios instituam, potius quàm decem milia verborum lingua.

Fratres, ne sitis pueri sensibus, sed malitia pueri sitis: sensibus vero perfecti sitis.

In lege scriptum est: Varijs linguis & labijs varijs loquar populo huic, & ne sic quidem audient me, dicit dominus.

Itaque linguæ signi vice sunt, non ijs qui credunt, sed incredulis: contra prophetia, non incredulis, sed credentibus.

Ergo si conuenerit ecclesia tota simul, & omnes linguis loquantur: ingrediantur autem indocti aut increduli, nonne dicent vos insanire?

Quod si omnes prophetetis, ingrediatur autem incredulus aut indoctus, coarguitur ab omnibus, dijudicatur ab omnibus:

Et sic occulta cordis eius manifesta fiunt, atque ita procidens in faciem adorabit Deum, renuncians, quod Deus reuera in vobis sit.

Quid igitur est fratres? Quoties conuenitis, vnusquisque vestrum canticum habet, doctrinam habet, linguam habet, reuelationem habet, interpretationem habet: omnia ad ædificationem fiant.

Siue lingua quis loquitur, fiat per binos, aut ad summum ternos, idque vicissim, & vnus interpretetur.

Quod si non sit interpres, taceat in ecclesia, caterum sibiipsi loquatur & Deo.

Prophetæ vero duo aut tres loquantur, & cæteri dijudicent.

Porrò si alij fuerit reuelatum assidenti, prior taceat.

Potestis enim singulatim omnes prophetare, vt omnes discant, & omnes consolationem accipiant,

Vulgat. Editio.

Et ſpiritus prophetarum prophetis ſubiecti ſunt.
Non enim eſt diſſenſionis Deus, ſed pacis: ſicut & in omnibus Eccleſijs ſanctorum doceo.
Mulieres in Eccleſijs taceant, non enim permittitur eis loqui, ſed ſubditas eſſe, ſicut * & lex dicit.
Si quid autem volunt diſcere, domi viros ſuos interrogent. Turpe eſt enim mulieri loqui in Eccleſia.
An à vobis verbum Dei proceſſit? aut in vos ſolos peruenit?
Si quis videtur propheta eſſe, aut ſpiritualis, cognoſcat quæ ſcribo vobis, quia Dominj ſunt mandata.
Si quis autem ignorat, ignorabitur.
Itaque fratres æmulamini prophetare: & loqui linguis nolite prohibere.
Omnia autem honeſtè, & ſecundum ordinem fiant.

* Gen. 3. 16.

CAP. XV.

Gal. 1. 11

NOtum autem vobis facio, fratres, Euangelium quod prædicaui vobis, quod & accepiſtis, in quo & ſtatis:
Per quod & ſaluamini: qua ratione prædicauerim vobis, ſi tenetis, niſi fruſtra credidiſtis.
Tradidi enim vobis in primis quod & accepi: quoniam Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris
* ſecundum Scripturas:
* Et quia ſepultus eſt, & quia reſurrexit tertia die ſecundum Scripturas:
Et quia viſus eſt Cephæ, & poſt hoc vndecim:
Deinde viſus eſt plus quam quingentis fratribus ſimul: ex quibus multi manent vſque adhuc, quidam autem dormierunt:
Deinde viſus eſt Iacobo, deinde Apoſtolis omnibus:
Nouiſsimè autem omnium tamquam abortiuo, viſus eſt, & mihi.
* Ego enim ſum minimus Apoſtolorum, qui non ſum dignus vocari Apoſtolus, quoniam perſecutus ſum Eccleſiam Dei.
Gratia autem Dei ſum id, quod ſum, & gratia eius in me vacua nō fuit, ſed abundantius illis omnibus laborauj: non ego autem, ſed gratia Dei mecum:
Siue enim ego, ſiue illi: ſic prædicamus, & ſic credidiſtis.
Si autem Chriſtus prædicatur quod reſurrexit à mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis, quoniam reſurrectio mortuorum non eſt?
Si autem reſurrectio mortuorum non eſt: neque Chriſtus reſurrexit.
Si autem Chriſtus non reſurrexit: inanis eſt ergo prædicatio noſtra, inanis eſt & fides veſtra:
Inuenimur autem & falſi teſtes Dei: quoniam teſtimonium diximus aduerſus Deum quod ſuſcitauerit Chriſtum, quem non ſuſcitauit, ſi mortui non reſurgunt.
Nam ſi mortui non reſurgunt, neque Chriſtus reſurrexit.
Quod ſi Chriſtus nōn reſurrexit, vana eſt fides veſtra, adhuc enim eſtis in peccatis veſtris.
Ergo & qui dormierunt in Chriſto, perierunt,

Si in hac vita tantum in Chriſto ſperantes ſumus, miſerabiliores ſumus omnibus hominibus.
Nunc autem Chriſtus reſurrexit à mortuis primitiæ dormientium.
* Quoniam quidem per hominem mors, & per hominem reſurrectio mortuorum.

* Iſa. 53. 8
* Io. 2. Io. 20. 19.
* Act. 9. Eph. 3. 8.
* Col. 1. 18 Apoc. 1. 5.

Tranſl. ex Syriac.

Spiritus enim prophetarum, prophetis ſubiectus eſt.
Quoniam non eſt Deus tumultus, ſed pacis: vt in omnibus Eccleſijs ſanctorum.
** Mulieres veſtra in Eccleſia taceant, non enim licet illis loqui, ſed ſubijci, ſicut, & lex dicit.*
Quòd ſi quid velint diſcere, domi ſuæ interrogent maritos ſuos. Pudendum enim eſt vt mulieres in Eccleſia loquantur.
Num forſan à vobis prodijt ſermo Dei? num ad vos tantùm peruenit?
Si quis autem ex vobis exiſtimat ſe Prophetam eſſe, aut ſpiritualem, ſciat hæc, quæ ſcribo vobis, nempe præcepta eſſe Domini noſtri.
Cæterum ſi quis ignorat, ignorabitur.
Zelatores igitur eſtote prophetandi, fratres mei, & loqui linguis ne prohibeatis.
Omnia verò cum decore, & per ordinem fiant.

Dominica vij. Pētecoſtes

CAP. XV.

NOtum autem vobis facio, fratres mei, Euangelium, quod annunciaui vobis, & quod accepiſtis, & in quo ſtatis:
Per quod & ſeruamini: qua ratione annunciauerim vobis teneris, niſi in vanum credidiſtis.
Tradidi enim vobis in primis prout, & accepi, nempe Meſchicho mortuum eſſe pro peccatis noſtris, ſicut ſcriptum eſt.
Et ſepultum fuiſſe, & excitatum tertia die, ſicut ſcriptum eſt.
Et viſum eſſe Kipho, & poſt eum duodecim.
Ac poſtea viſum fuiſſe pluſquam quingentis fratribus ſimul, quorum multi ſunt adhuc ſuperſtites, & nonnulli obdormierunt.
Deinde viſum eſſe, & Iaakoub, & poſt eum Apoſtolis omnibus.
Ad extremum autem omnium tanquam abortiuo, mihi quoque apparuiſſe.
Ego ſum minimus Apoſtolorum: nec ſum dignus, qui vocer Apoſtolus, quippe qui perſecutus ſim Eccleſiam Dei.

Sed gratia Dei ſum, id quod ſum, & gratia eius in me non fuit inanis ſed pluſquam omnes laboraui: non ego, ſed gratia illius qui mecum eſt.
Itaque ſiue ego, ſiue illi, ſic prædicamus, & ſic credidiſtis.
Quòd ſi Meſchicho prædicatur à mortuis reſurreciſſe, quomodo ſunt inter vos quidam qui dicant non eſſe viuificationem (reſurrectionem) mortuorum?
Etſi reſurrectio mortuorum non eſt, ne Meſchicho quidem reſurrexit.
Quòd ſi Meſchicho non reſurrexit, inanis eſt prædicatio noſtra, inanis, & fides veſtra.
Ac proinde comperimur falſi teſtes Dei: vt qui teſtificemur de Deo, quòd excitauerit Meſchicho, quum non ſuſcitauerit.

Nam ſi mortui non reſurgunt, ne Meſchicho quidem reſurrexit.
Quòd ſi Meſchicho non reſurrexit, otioſa eſt fides veſtra, & adhuc eſtis in peccatis veſtris.
Iam verò, & qui obdormierunt in Meſchicho, perierunt ſibi.
Quòd ſi in hac vita tantum ſperamus in Meſchicho, miſerrimi omnium hominum ſumus.
** Nunc autem Meſchicho reſurrexit à mortuis, & fuit primitia dormientium.*
Et quemadmodum per hominem fuit mors, ita & per hominem exiſtit viuificatio (reſurrectio) mortuorum.

Martinis Reſurrectionis.

Ad oblationem Reſurrectionis.

Transl. B. Ariæ Mont.

Et ſpiritus prophetarum prophetis ſubijciuntur.
Non enim eſt diſſenſionis Deus, ſed pacis: vt in omnibus Eccleſijs ſanctorum.
Mulieres veſtræ in Eccleſijs taceant, non enim permittitur eis loqui, ſed ſubditas eſſe, ſicut & Lex dicit.

Si autem quid diſcere volunt, in domo proprios viros interrogent. Turpe enim eſt in Eccleſia mulieribus loqui.
An à vobis verbum Dei exijt? aut in vos ſolos peruenit?
Si quis videtur prophera eſſe aut ſpiritualis, cognoſcat quæ ſcribo vobis, quia Domini ſunt mandata.
Si autem quis ignorat, ignotus eſto.
Itaque, fratres mei, æmulamini prophetare: & loqui linguis ne prohibete.
Omnia decenter & ſecundùm ordinem fiant.

CAP. XV.

NOtum facio autem vobis, fratres, Euangelium quod euangelizaui vobis, quod & accepiſtis, in quo & ſtatis:
Per quod & ſeruamini, quo ſermone euangelizarim vobis, ſi tenetis, niſi ſi non fruſtrà credidiſtis.
Tradidi enim vobis in primis quod & accepi: quoniam Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris, ſecundum Scripturas.
Et quia ſepultus eſt, & quia reſurrexit tertia die, ſecundum Scripturas.
Et quia viſus eſt Cephæ, deinde duodecim.
Deinde viſus eſt ſupra quingentis fratribus ſemel, ex quibus plures manent vſque adhuc: quidam autem & dormierunt.
Deinde viſus eſt Iacobo: deinde Apoſtolis omnibus.
Nouiſsimè autem omnium, tamquam abortiuo, viſus eſt & mihi.
Ego enim ſum minimus Apoſtolorum, qui non ſum ſufficiens vocari Apoſtolus: quoniam perſecutus ſum Eccleſiam Dei.
Gratia autè Dei ſum quod ſum: & gratia eius quæ in me nõ inanis facta eſt, ſed abũdantius illis omnibus laboraui: non ego aũt, ſed gratia Dei quæ cũ me.
Siue igitur ego, ſiue illi: ſic prædicamus, & ſic credidiſtis.
Si autem Chriſtus prædicatur quòd à mortuis reſurrexit, quomodo dicunt quidam in vobis, quoniam reſurrectio mortuorum non eſt?
Si autem reſurrectio mortuorum non eſt, neque Chriſtus reſurrexit.
Si autem Chriſtus non reſurrexit, inanis vtique prædicatio noſtra, inanis autem & fides veſtra.
Inuenimur autem & nos falſi teſtes Dei, quoniam teſtati ſumus de Deo, quod ſuſcitauerit Chriſtum: quem non ſuſcitauit, ſi vtique mortui non reſurgunt.
Si enim mortui non reſurgunt, neque Chriſtus reſurrexit.
Si verò Chriſtus nòn reſurrexit, vana fides veſtra: adhuc eſtis in peccatis veſtris.
Nempe & dormientes in Chriſto, perierunt.

Si in vita hac ſperantes ſumus in Chriſto tantùm, miſerabiliores omnibus hominibus ſumus.
Nunc autem Chriſtus reſurrexit à mortuis, primitiæ dormientium factus eſt.
Quoniam enim per hominem mors, & per hominem reſurrectio mortuorum.

Transl. Eraſm. Roterod.

Et ſpiritus prophetarum prophetis ſubijciuntur. 32
Non enim eſt confuſionis autor Deus, ſed pacis, vt in omnibus congregationibus ſanctorum. 33
Mulieres veſtræ in Eccleſiis ſileant: nec enim permiſſum eſt illis vt loquantur, ſed vt ſubditæ ſint: quemadmodum & lex dicit. 34
Quod ſi quid diſcere volunt, domi ſuos viros interrogent. Nam turpe eſt mulieribus in cœtu loqui. 35

An à vobis ſermo Dei profectus eſt? An in vos ſolos incidit? 36
Si quis videtur Propheta eſſe, aut ſpiritualis, agnoſcat quæ ſcribo vobis, quod Domini ſint præcepta: 37

Cæterum ſi quis ignorat, ignoretur. 38
Proinde fratres, ad id enitamini, vt prophetetis, & loqui linguis ne vetueritis. 39
Omnia decenter, & ſecundum ordinem fiant. 40

CAP. XV.

NOtum autem vobis facio, fratres, Euangelium, quod euangelizaui vobis, quod & accepiſtis, in quo & ſtatis, 1
Per quod & ſalutem conſequimini, quo pacto annunciarim vobis, ſi tenetis, niſi fruſtra credidiſtis. 2
Tradidi enim vobis in primis, quod & acceperam: quod Chriſtus mortuus fuerit pro peccatis noſtris, ſecundum ſcripturas: 3
Et quod ſepultus ſit, & quod reſurrexerit tertio die, ſecundum ſcripturas, 4
Et quod viſus ſit Cephæ, deinde duodecim illis, 5
Poſtea viſus eſt plusquàm quingentis fratribus ſimul. Ex quibus plures manent ad hunc vſque diem: quidam autem & obdormierunt. 6
Deinde viſus eſt Iacobo, pòſt Apoſtolis omnibus. 7

Poſtremo verò omnium velut abortiuo viſus eſt & mihi. 8
Ego enim ſum minimus Apoſtolorum: qui non ſum idoneus, vt dicar Apoſtolus, propterea quod perſecutus ſum Eccleſiam Dei: 9
Sed gratia Dei ſum, id quod ſum. Et gratia eius quæ profecta eſt in me, nõ fuit inanis: ſed copioſius quàm illi omnes laborauit: non ego tamen, ſed gratia Dei, quæ mihi adeſt. 10
Siue igitur ego, ſiue illi, ſic prædicamus, & ſic credidiſtis. 11

Quod ſi Chriſtus prædicatur à mortuis reſurrexiſſe quomodo dicunt quidam inter vos non eſſe reſurrectionem mortuorum? 12
Porrò ſi reſurrectio mortuorum non eſt, ne Chriſtus quidem reſurrexit. 13
Quod ſi Chriſtus non reſurrexit, inanis videlicet eſt prædicatio noſtra, inanis autem eſt & fides veſtra. 14
Reperimur autem & falſi teſtes Dei, quoniam teſtificati ſumus de Deo, quod excitauerit Chriſtum, quem non excitauit, ſi videlicet mortui non reſurgunt. 15

Etenim ſi mortui non reſurgunt, ne Chriſtus quidem reſurrexit. 16
Quod ſi Chriſtus non reſurrexit, ſuperuacanea eſt fides veſtra: adhuc eſtis in peccatis veſtris. 17
Igitur & qui obdormierunt in Chriſto, perierunt. 18

Si in vita hac ſpem in Chriſto tantum fixam habemus, maximè miſerabiles omnium hominum ſumus. 19
Nunc autem Chriſtus ſurrexit ex mortuis, primitia eorum qui dormierant, fuit. 20
Poſtquam enim per hominem mors, etiam per hominem reſurrectio mortuorum. 21

	Vulgat. Editio.		Transl. ex Syriac.
	Et ſicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur.	22	*Nam quemadmodum in Odom omnes homines mortui ſunt, ita & in Meſchicho omnes viuificantur.*
* 1. The. 4. 15.	* Vnuſquiſque autem in ſuo ordine, primitiæ Chriſtus: deinde ij, qui ſunt Chriſti, qui in aduentu eius crediderunt.	23	*Vnuſquiſque autem in ſuo ordine: primitiæ fuit Meſchicho, deinde ij, qui ſunt Meſchicho in aduentu ipſius.*
	Deinde finis: cum tradiderit regnum Deo & Patri, cum euacuauerit omnem principatum, & poteſtatem, & virtutem.	24	*Et tunc erit finis quum tradiderit regnum Deo patri, quum aboleuerit omnem principatum, & omnem dominationem, omnes denique poteſtates.*
* Pſ. 109. 1. Hebr. 1. 13. & 10. 13.	Oporteat autem illum regnare * donec ponat omnes inimicos ſub pedibus eius.	25	*Futurum eſt enim, vt regnum obtineat vſquedum poſuerit omnes inimicos ſuos ſub pedibus ſuis.*
* Pſal. 8. 8 Hebr. 2. 8.	Nouiſsima autem inimica deſtruetur mors: * Omnia enim ſubiecit ſub pedibus eius. Cum autem dicat:	26	*Nouiſſimè autem inimica abolebitur mors. Omnia enim ſubiecit ſub pedibus eius. Quum autem dicat.*
	Omnia ſubiecta ſunt ei, ſine dubio præter eum, qui ſubiecit ei omnia.	27	*Omnia illi eſſe ſubiecta, manifeſtum eſt, excipiendum eum qui ſubiecit illi omnia.*
	Cum autem ſubiecta fuerint illi omnia: tunc & ipſe Filius ſubiectus erit ei, qui ſubiecit ſibi omnia, vt ſit Deus omnia in omnibus.	28	*Quum autem fuerint illi ſubiecta omnia: tunc ipſemet Filius ſubijcietur ei, qui ſubiecit illi omnia, vt ſit Deus omnia in omnibus.*
	Alioquin quid facient qui baptizantur pro mortuis, ſi omnino mortui non reſurgunt? vt quid baptizantur pro illis?	29	*Alioquin quid facient ij, qui baptizantur pro mortuis, ſi mortui non reſurgunt? cur baptizantur pro mortuis?*
	Vt quid & nos periclitamur omni hora?	30	*Cur & nos in periculo omni hora conſiſtimus?*
	Quotidie morior per veſtram gloriam, fratres, quam habeo in Chriſto Ieſu Domino noſtro,	31	*Iuro per gloriam veſtram, fratres mei, quam habeo in Domino noſtro Ieſchua Meſchicho, me quotidie mori.*
* Iſai. 22. 13. Sap. 2. 6.	Si (ſecundũ hominem) ab beſtias pugnaui Epheſi, quid mihi prodeſt, ſi mortui non reſurgunt? * manducemus, & bibamus, cras enim moriemur.	32	*Si tanquam inter homines, obiectus ſum feris beſtijs Epheſi, quid prodeſt mihi, ſi mortui non reſurgunt? Edamus & bibamus, cras enim morimur.*
	Nolite ſeduci: Corrumpunt mores bonos colloquia prauа.	33	*Ne erraueritis. Namque corrumpunt mores benignos colloquia prauа.*
	Euigilate iuſti, & nolite peccare: ignorantiam enim Dei quidam habent, ad reuerentiam vobis loquor.	34	* *Excitate corda veſtra iuſtè, & ne peccetis: ſunt enim quidam, qui ſcientiam Dei non habent, ad verecundiam veſtram hoc dico.* * Defuerunt.
	Sed dicet aliquis: quomodo reſurgunt mortui? qualive corpore venient?	35	*Dicet aliquis veſtrum: quomodo reſurgunt mortui, & quonam corpore venturi ſunt?*
	Inſipiens, tu quod ſeminas non viuificatur, niſi prius moriatur.	36	*Stulte, ſemen quod ſeminas, niſi moriatur, non reuiuiſcit.*
	Et quod ſeminas, non corpus, uod futurum eſt, ſeminas; ſed nudum granum, vt puta tritici, aut alicuius ceterorum.	37	*Et quod ſeminas, non quidem corpus quod futurum eſt ſeminas, ſed granum nudum, vt tritici, aut hordei, aut ceterorum ſeminum.*
	Deus autem dat illi corpus ſicut vult: & vnicuique ſeminum proprium corpus.	38	*Deus autem dat ei corpus prout vult, & vnicuique ſeminum proprium corpus naturale.*
	Non omnis caro, eadem caro: ſed alia quidem hominum, alia vero pecorum, alia volucrum: alia autem piſcium.	39	*Siquidem omne corpus æquale non eſt: aliud eſt enim corpus hominis, & aliud iumenti, & aliud volucris, & aliud piſcium.*
	Et corpora cæleſtia, & corpora terreſtria: ſed alia quidem cæleſtium gloria, alia autem terreſtrium:	40	*Sunt & corpora cæleſtia, & ſunt corpora terreſtria: ſed alia eſt gloria cæleſtium, & alia terreſtrium.*
	Alia claritas ſolis, alia claritas lunæ, & alia claritas ſtellarum. Stella enim à ſtella differt in claritate:	41	*Item alia eſt gloria Solis, & alia eſt gloria Lunæ, & alia gloria Stellarum. Stella porrò ſtellam gloria antecedit.*
	Sic & reſurrectio mortuorum. Seminatur in corruptione, ſurget in incorruptione.	42	*Sic & viuificatio (reſurrectio) mortuorum. Seminantur in corruptione, reſurgunt abſque corruptione.*
	Seminatur in ignobilitate, ſurget in gloria: Seminatur in infirmitate, ſurget in virtute:	43	*Seminantur in ignominia, reſurgunt in gloria. Seminantur in infirmitate, reſurgunt in virtute.*
	Seminatur corpus animale, ſurget corpus ſpirituale. Si eſt corpus animale, eſt & ſpiritale, ſicut ſcriptum eſt:	44	*Seminatur corpus animale, reſurget corpus ſpirituale. Eſt enim corpus animæ, eſt & corpus ſpiritus.*
Gen. 2. 7.	* Factus eſt primus homo Adam in animam viuentem, nouiſsimus Adam in ſpiritum viuificantem.	45	*Sicut & ſcriptum eſt: Factus eſt Odom homo primus in animam viuentem, at poſtremus Odom in ſpiritum vitam largientem.*
	Sed non prius quod ſpiritale eſt, ſed quod animale: deinde quod ſpiritale.	46	*Sed non fuit primùm ſpirituale, ſed animale: tum demùm ſpirituale.*
	Primus homo de terra, terrenus: ſecundus homo de cœlo, cœleſtis.	47	*Primus homo puluerulentus ex terra: homo ſecundus Dominus è cælo.*
	Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cœleſtis, tales & cœleſtes.	48	*Quemadmodum eſt puluroſus ille, ſic & puluroſi: & & quemadmodum eſt ille qui ex cælo eſt, ita & cæleſtes.*
	Igitur, ſicut portauimus imaginem terreni, portemus imaginem cæleſtis.	49	*Et ſicuti induimus imaginem illius qui ex puluere eſt, ſic induemus imaginem illius qui è cælo eſt.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. 22
Vnusquisque autem in proprio ordine, primitiæ Christus: deinde ij, qui Christi in aduentu eius. 23

Deinde finis, cùm tradiderit regnum Deo & Patri: cùm aboleuerit omnem principatum & omnem potestatem & virtutem. 24
Oportet enim illum regnare, vsque quò ponat omnes inimicos sub pedes suos. 25
Vltimus inimicus abolebitur mors. Omnia enim subiecit sub pedes eius. Cùm autem dicat, 26

Quod omnia subiecta sunt, manifestum quòd excepto illo subijciente ei omnia. 27
Cùm autem subiecta fuerint illi omnia, tunc & ipse Filius subijcietur illi subijcienti sibi omnia, vt sit Deus omnia in omnibus. 28
Alioquin quid facient baptizati pro mortuis, si omnino mortui non resurgunt? quid & baptizantur pro mortuis? 29
Quid & nos periclitamur per omnem horam? 30
Per diem morior, per vestram gloriationem, quam habeo in Christo Iesu Domino nostro. 31

Si (secundùm hominem) ad bestias pugnaui in Epheso, quod mihi commodū, si mortui non resurgūt? manducemus & bibamus, cras enim moriemur. 32
Ne errate. Corrumpunt mores bonos colloquia mala. 33
Euigilate iustè, & ne peccate. ignorantiam enim Dei quidam habent. ad pudorem vobis loquor. 34

Sed dicet aliquis, Quomodo resurgunt mortui? quali autem corpore veniunt? 35
Insipiens, tu quod seminas, non viuificatur, si non moriatur. 36
Et quod seminas, non corpus oriturum seminas, sed nudum granum, si contigerit, tritici, aut alicuius cæterorum. 37
At Deus illi dat corpus, sicut voluit, & vnicuique seminum proprium corpus. 38
Non omnis caro, eadem caro: sed alia quidem hominum, alia autem caro pecorum, alia verò piscium, alia autem volucrium. 39
Et corpora cælestia, & corpora terrestria: sed alia quidem cælestium gloria, alia autem terrestrium. 40

Alia gloria solis, & alia gloria lunæ, & alia gloria stellarum. Stella enim à stella differt in gloria. 41

Sic & resurrectio mortuorum, seminatur in corruptione, surgit in incorruptione. 42
Seminatur in ignominia, excitatur in gloria. Seminatur in infirmitate, surgit in virtute. 43

Seminatur corpus animale, surgit corpus spiritale. est corpus animale, & est corpus spiritale. Ita & scriptum est: 44
Factus est primus homo Adam in animam viuentem, nouissimus Adam in spiritum viuificantem. 45
Sed non prius spiritale, sed animale: deinde spiritale. 46
Primus homo de terra, terrenus: secundus homo, Dominus de cælo. 47
Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cælestis, tales & cælestes. 48
Et sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cælestis. 49

Transl. Erasm. Roterod.

Quemadmodum enim per Adam omnes moriuntur, ita & per Christum omnes viuificabuntur. 22
Vnusquisque autem in proprio ordine: primitiæ Christus, deinde ij qui sunt Christi in aduentu ipsius. 23

Mox finis, cum tradiderit regnum Deo & Patri, cum aboleuerit omnem principatum, & omnem potestatem, ac virtutem. 24
Nam oportet eum regnare, donec posuerit omnes inimicos sub pedes suos. 25
Nouissimus hostis aboletur mors. Nam omnia subiecit sub pedes illius. Atqui cum dicat, 26

Quod omnia subiecta sint, palàm est, excipiendum eum, qui subiecit illi omnia. 27
Cum autem subiecta fuerint illi omnia, tunc & ipse Filius subijcietur ei, qui illi subiecit omnia, vt sit Deus omnia in omnibus. 28
Alioqui quid facient ij, qui baptizantur pro mortuis, si omnino mortui non resurgunt? Cur & baptizantur pro illis? 29
Quid & nos periclitamur omni tempore? 30
In dies morior per nostram gloriationem, quam habeo in Christo Iesu Domino nostro. 31

Si secundum hominem cum bestiis depugnaui Epheſi, quæ mihi utilitas, si mortui non resurgunt? Edamus & bibamus, cras enim morimur. 32
Ne decipiamini. Mores bonos colloquia corrumpunt mala. 33
Expergiscimini iustè, & ne peccetis. Nam ignorationem Dei nonnulli habent. Ad pudorem vobis loquor. 34

At dicet aliquis: Quomodo resurgunt mortui? Quali autem corpore venient? 35
Stulte. Tu quod seminas, non viuificatur, nisi mortuum fuerit. 36
Et hoc quod seminas, non corpus, quod nascetur, seminas, sed nudum granum, exempli causa, tritici aut alicuius ex cæteris. 37
Sed Deus illi dat corpus vt voluit, & vnicuique seminum suum corpus. 38
Non omnis caro, eadem caro: sed alia quidem caro hominum, alia vero caro pecorum, alia vero piscium, alia vero volucrum. 39
Et sunt corpora cœlestia, & sunt corpora terrestria. Verum alia quidem cœlestium gloria, alia vero terrestrium, 40

Alia gloria solis, & alia gloria lunæ, & alia gloria stellarum. Stella siquidem à stella differt in gloria. 41

Sic & resurrectio mortuorum. Seminatur in corruptione, resurgit in incorruptibilitate: 42
Seminatur in ignominia, resurgit in gloria: seminatur in infirmitate, resurgit in potentia. 43

Seminatur corpus animale, resurgit corpus spirituale. Est corpus animale, & est corpus spirituale: quemadmodum & scriptum est: 44
Factus est primus homo Adam in animam viuentem, extremus Adam in spiritum viuificantem. 45

At non primum, quod spirituale, sed quod animale, deinde quod spirituale. 46
Primus homo de terra terrenus, secundus homo, ipse Dominus de cœlo. 47
Qualis terrenus ille, tales & hi qui terreni sunt. Et qualis ille cœlestis, tales & ij qui cœlestes sunt. 48
Et quemadmodum gestauimus imaginem terreni, gestabimus & imaginem cœlestis. 49

Vulgat. Editio.

Hoc autem dico, fratres: quia cãro & ſanguis regnum Dei poſsidere non poſſunt: neque corruptio incorruptelam poſsidebit.

Ecce miſterium vobis dico: omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur.

In momento, in ictu oculi, in nouiſsima tuba: canet enim tuba, & mortui reſurgent incorrupti & nos immutabimur.

Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem: & mortale hoc induere immortalitatem.

Cùm autem mortale hoc induerit immortalitatem; tunc fiet ſermo, qui ſcriptus eſt: * Abſorpta eſt mors in victoria.

* Oſee 13. 14. Heb. 2. 14

Vbi eſt, mors, victoria tua? vbi eſt, mors, ſtimulus tuus?

Stimulus autem mortis peccatum eſt: virtus vero peccati lex.

* Ioſ. 5. 3.

Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Itaque, fratres mei dilecti, ſtabiles eſtote, & immobiles: abundantes in opere Domini ſemper: ſcientes quod labor veſter non eſt inanis in Domino.

CAP. XVI.

DE collectis autem, quæ fiunt in ſanctos, ſicut ordinaui Eccleſiis Galatiæ, ita & vos facite.

Per vnam ſabbati vnuſquiſque veſtrum apud ſe ſeponat, recondens quod ei bene placuerit: vt non, cùm venero, tunc collectæ fiant.

Cùm autem præſens fuero: quos probaueritis per epiſtolas, hos mittam perferre gratiam veſtram in Ieruſalem.

Quòd ſi dignum fuerit, vt & ego eam, mecum ibunt.

Veniam autem ad vos, cùm Macedoniam pertranſiero: nam Macedoniam pertranſibo.

Apud vos autem forſitan manebo, vel etiam hiemabo: vt vos me deducatis quocunque iero.

Nolo enim vos modò in tranſitu videre: ſpero enim me aliquantulum tempus manere apud vos, ſi Dominus permiſerit.

Permanebo autem Epheſi vſque ad Pentecoſten.

Oſtium enim mihi apertum eſt magnum, & euidens: & aduerſarij multi.

Si autem venerit Timotheus, videte vt ſine timore ſit apud vos: opus enim Domini operatur, ſicut & ego.

Ne quis ergo illum ſpernat: deducite autem illum in pace, vt veniat ad me: expecto enim illum cum fratribus.

De Apollo autem fratre vobis notum facio, quoniam multum rogaui eum vt veniret ad vos cum fratribus: & vtique non fuit voluntas vt nunc veniret: veniet autem, cùm ei vacuum fuerit.

Vigilate, ſtate in fide, viriliter agite, & confortamini.

Omnia veſtra in charitate fiant.

Obſecro autem vos, fratres, noſtis domum Stephanæ, & Fortunati, & Achaici: quoniam ſunt primitiæ, & in miniſterium ſanctorum ordinauerunt ſeipſos:

Vt & vos ſubditi ſitis eiuſmodi, & omni cooperanti, & laboranti.

Transl. ex Syriac.

50 *Hoc autem dico fratres mei; quod caro, & ſanguis regnum cœlorum hæreditate poſſidere non poſſunt: neque corruptio poſſidebit incorruptibilitatem.*

51 *Ecce dicõ vobis arcanum: non omnes obdormiemus, omnes autem immutabimur.*

52 *Subitò quaſi ictu oculi per extremam tubam quum vocem emittet, & reſurgent mortui abſque incorruptione, & nos immutabimur.*

53 *Futurum eſt enim vt hoc corruptibile induat incorruptibilitatem: atque adeò quòd mortale eſt induat immortalitatem.* a

54 *Quum autem hoc quod corruptibile eſt induerit incorruptibilitatem, & hoc mortale, immortalitatem; tunc fiet ſermo ille qui ſcriptus eſt: Abſorpta eſt mors in victoria*

55 *Vbi eſt aculeus tuus, ò mors? & vbi eſt victoria tua, inferne?*

56 *Aculeus autem mortis peccatum eſt, & vis peccati lex eſt.*

57 *Sed Dèo gratia, qui dedit nobis victoriam per Dominum noſtrum Ieſchua Meſchicho.*

58 *Itaque fratres mei, & chariſſimi mei, eſtote ſtabiles, neque ſitis mobiles, ſed eſtote ſemper abundantes in opere Domini, quum ſciatis laborem veſtrum non eſſe inanem in Domino.*

CAP. XVI.

1 *CÆterum de eo quod colligitur in ſanctos, quemadmodum præcepi Eccleſiis Galatarum, ita & vos facite.* Dominica v. poſt Epiphaniam.

2 *Quolibet Sabbatho vnuſquiſque veſtrum domi ſuæ ſeponat, & conſeruet illud quod per manus ſuas obuenit, ne quum venero, tunc fiant collectæ.*

3 *Quum autem aduenero quos elegeritis, mittam cum epiſtola vt perferant gratiam veſtram ad Ourſchlem.*

4 *Quod ſi fuerit dignum opus, vt & ego proficiſcar, mecum etiam proficiſcentur.*

5 *Veniam autem ad vos quum tranſiero per Macedoniam: ſiquidem in Macedoniam tranſiturus ſum.* *

6 *Quin etiam fortaſſe apud vos permanebo, aut hybernabo apud vos, vt vos adhæreatis mihi quocunq; proficiſcar.*

7 *Nolo nunc quaſi viam tranſiturus vos inuiſere, ſed ſpero enim me aliquantum tempus commoraturum apud vos, ſi Dominus meus permiſerit mihi.*

8 *Namque permanſurus ſum Epheſi vſque ad Pentecoſten.*

9 *Siquidem oſtium magnum patet mihi plenum operoſis factis: & aduerſarij multi.*

10 *Quod ſi venerit ad vos Timotheus, videte vt abſque metu ſit apud vos: opus enim Domini operatur vt & ego.*

11 *Ne quis igitur eum deſpiciat, ſed adhæreatis ei cum pace, vt veniat ad me: præſtolor enim eum cum fratribus.*

12 *De Apollon autem fratre meo, multum efflagitaui ab eo, vt veniret ad vos cum fratribus, & nunc non fuit voluntas eundi ad vos: ſed quum erit ei locus, veniet ad vos.*

13 * *Expergiſcimini, & ſtate in fide, præbete vos viros, & fortes eſtote.* *feriatiſſ. hebdomadis 4. Ieiunij.

14 *Omnia quæ placita veſtra cum charitate fiant.*

15 *Vos autem rogo, fratres mei, pro domo Stephanæ, quippe quam noſtis eſſe primitias Acaiæ, ſeque expoſuiſſe in miniſterium ſanctorum.*

16 *Vt & vos dicto audientes ſitis huiuſmodi, & vnicuique laboranti cum eis, & adiuuanti.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Hoc autē dico, fratres, quia caro & sanguis regnum Dei iure hæreditario possidere non possunt, neque corruptio incorruptelam iure hæreditario possidet.

Ecce mysterium vobis dico: Omnes quidem non dormiemus, omnes autem immutabimur.

In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba, (tuba canet enim) & mortui resurgent incorrupti: & nos immutabimur.

Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem: & mortale hoc induere immortalitatem.

Cùm autem corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo ille scriptus: Absorpta est mors in victoria.

Vbi tuus, mors, stimulus? vbi tua, sepulchrum, victoria?

At stimulus mortis, peccatum: at potentia peccati, Lex.

At Deo gratia, danti nobis victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum.

Itaque, fratres mei dilecti, stabiles estote, immobiles: abundantes in opere Domini semper: scientes quod labor vester non est inanis in Domino.

CAP. XVI.

DE autem collecta quæ in sanctos, sicut ordinaui Ecclesiis Galatiæ, ita & vōs facite.

Per vnam Sabbatorum vnusquisq; vestrum apud se reponat recondens, quod bene successerit: vt non cùm venero, tunc collectæ fiant.

Cùm autem adfuero, quos probaueritis per epistolas, hos mittam perferre gratiam vestram in Hierusalem.

Si verò fuerit dignum & me proficisci, cum me proficiscentur.

Veniam autem ad vos, cùm Macedoniam pertransiero. Macedoniam enim pertransibo.

Apud vos autem forsitan manebo, vel etiam hyemabo: vt vos me deducatis quocunque iero.

Nolo enim vos modò in transitu videre, spero verò tempus aliquod manere apud vos, si Dominus permiserit.

Permanebo autem in Epheso vsque ad Pentecosten.

Ostium enim mihi apertum est magnum & efficax, & aduersarij multi.

Si autem venerit Timotheus, videte vt sine timore sit apud vos. nam opus Domini operatur, sicut & ego.

Ne quis ergo illum nihili faciat. Deducite autem illum in pace, vt veniat ad me. expecto enim illum cum fratribus.

De autem Apollo fratre, multum rogaui eum, vt veniret ad vos cum fratribus: & omnino non fuit voluntas vt nunc veniret: veniet autem cùm opportunitatem habuerit.

Vigilate, state in fide, viriliter agite, fortificamini.

Omnia vestra in charitate fiant.

Obsecro autem vos, fratres, nostis domum Stephanæ, quod est primitiæ Achaiæ, & in ministerium sanctis addixerunt seipsos:

Vt & vos subijciamini talibus: & omni cooperanti & laboranti.

Transl. Erasm. Roterod.

Hoc autem dico fratres quod caro & sanguis regni Dei hæreditatem consequi non possunt. Neque corruptio incorruptibilitatis hæreditatem accipit.

Ecce mysterium vobis dico. Non omnes quidem dormiemus, omnes tamen immutabimur.

In puncto temporis, in momento oculi, per extremam tubam. Canet enim, & mortui resurgent incorruptibiles, & nos immutabimur.

Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptibilitatem, & mortale hoc induere immortalitatem.

Cum autem corruptibile hoc induerit incorruptibilitatem, & mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est.

Absorpta est mors in victoriam. Vbi tuus, mors, aculeus? vbi tua, inferne, victoria?

Aculeus autem mortis, peccatum: potentia vero peccati, lex.

Sed Deo gratiæ, qui dedit nobis victoriam, per Dominum nostrum Iesum Christum.

Itaque fratres mei dilecti, stabiles sitis, immobiles, abundantes in opere Domini semper, cum sciatis, quod labor vester non est inanis in Domino.

CAP. XVI.

CÆterum de collatione in sanctos, quemadmodum ordinaui Ecclesiis Galatiæ, ita & vos facite.

In vna sabbatorum vnusquisque vestrum apud se seponat, recondens quicquid commodum fuerit: ne cum venero, tunc collationes fiant.

Vbi venero autem, quoscunque probaueritis per epistolas, hos mittam vt perferant munificentiam vestram Hierosolymam.

Quod si fuerit operæ pretium, & ipse proficiscar, mecum proficiscentur.

Veniam autem ad vos, cum Macedoniam transiero. Macedoniam enim pertransiturus sum.

Apud vos autem forte permanebo, aut etiam hybernabo, vt vos me deducatis quocunque proficiscar.

Nolo enim vos nunc in transcursu videre, sed spero tempus aliquantum mansurum me apud vos, si Dominus permiserit.

Commorabor autem Ephesi, vsque ad diem quinquagesimum.

Nam ostium mihi apertum est magnum, & efficax, & aduersarij multi.

Quod si venerit Timotheus, videte vt absque metu sit apud vos: opus enim Domini operatur, quemadmodum & ego.

Ne quis igitur eum spernat, sed prosequamini eum cum pace, vt veniat ad me. Expecto enim illum cum fratribus.

Porrò de Apollo fratre: Multum hortatus sum illum, vt iret ad vos cum fratribus, & omnino non erat voluntas nunc eundi. Venturus est autem, cum opportunitatem erit nactus.

Vigilate, state in fide, viriliter agite, estote fortes.

Omnia vobis cum charitate fiant.

Obsecro autem vos fratres: Nostis familiam Stephanæ, esse primitias Achaiæ, & quod in ministerium sanctis ordinarunt seipsos,

Vt & vos subditi sitis talibus, & omni adiuuanti & laboranti.

Vulgat. Editio.		Transl. ex Syriac.
Gaudeo autem in præſentia Stephanæ, & Fortunati,& Achaici : quoniam id,quod vobis deerat,ipſi ſuppleuerunt.	17	*Gaudeo verò de aduentu Stephanæ, & Fortunati, & Achaici: quoniam quod vobis deerat apud me, ipſi ſupplenerunt.*
Refecerunt enim,& meum ſpiritum, & veſtrum. Cognoſcite ergo qui huiuſmodi ſunt.	18	*Siquidem refocillauerunt ſpiritum meum, ac veſtrum. Cognoſcite ergo qui huiuſmodi ſunt.*
Salutant vos Eccleſiæ Aſiæ. Salutant vos in Domino multum, Aquila, & Priſcilla cum domeſtica ſua eccleſia:apud quos & hoſpitor.	19	*Poſtulant pacem veſtram:* (ſalutant vos) *eccleſiæ omnes,quæ ſunt in Aſia. Salutant vos plurimum in Domino noſtro Akaulas, & Priskella cum eccleſia quæ eſt in ædibus ipſorum.*
Salutant vos omnes fratres. Salutate inuicem in oſculo ſancto.	20	*Salutant vos omnes fratres: Salutate inuicem oſculo ſancto.*
Salutatio, mea manu Pauli.	21	*Salutatio per ſcripturam manus meæ Pauli.*
Si quis non amat Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ſit anathema,Maran Atha.	22	*Quiſquis non amat Dominum noſtrum Ieſchuæ Meſchicho, anathema ſit. Morais-Etho* (Dominus noſter venit.)
Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti vobiſcum.	23	*Gratia Domini noſtri Ieſchuæ Meſchicho ſit vobiſcum.*
Charitas mea cum omnibus vobis in Chriſto Ieſu.Amen.	24	*Et charitas mea cum vobis omnibus in Meſchicho Ieſchua.Amin.*



Transl. B. Ariæ Mont.		Transl. Erasm. Roterod.
Gaudeo autem in præsentia Stephanæ & Fortunati, & Achaici, quoniam vestri defectionem hi supplueruut.	17	*Gaudeo vero de aduentu Stephanæ & Fortunati & Achaici: quoniam id quod mihi deerat vestri, hi supplueruut.*
Refecerunt enim meum spiritum & vestrum. Agnoscite ergo tales.	18	*Refocillauerunt enim spiritum meum ac vestrum. Agnoscite itaque huiusmodi.*
Salutant vos Ecclesiæ Asiæ. Salutant vos in Domino multùm Aquila & Prisc illa, cum ea quæ in domo eorum Ecclesia.	19	*Salutant vos Ecclesiæ Asiæ. Salutant vos in Domino multum Aquila & Priscilla, cum ea quæ in domo est ipsorum Ecclesia.*
Salutant vos fratres omnes. Salutate alij alios in osculo sancto.	20	*Salutant vos fratres omnes. Salutate inuicem osculo sancto.*
Salutatio, mea manu Pauli.	21	*Salutatio mea manu Pauli.*
Si quis non amat Dominum Iesum Christum, sit anathema, Maran Atha.	22	*Si quis non diligit Dominum Iesum, sit anathema Maran Atha.*
Gratia Domini Iesu Christi cum vobis.	23	*Gratia Domini nostri Iesu Christi sit vobiscum.*
Charitas mea cum omnibus vobis in Christo Iesu. Amen.	24	*Dilectio mea cum omnibus vobis in Christo Iesu. Amen.*



POSTERIORIS EPISTOLÆ B. PAVLI APOSTOLI AD CORINTHIOS,

Vulgat. Editio.

CAPVT PRIMVM.

PAulus Apostolus Iesu Christi, per voluntatem Dei, & Timotheus frater, Ecclesiæ Dei, quæ est Corinthi cum omnibus sanctis, qui sunt in vniuersa Achaia.

Gratia vobis, & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo.

* Benedictus Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis:

Qui consolatur nos in omni tribulatione nostra: vt possimus & ipsi consolari eos qui in omni pressura sunt, per exhortationem, qua exhortamur & ipsi à Deo.

Quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis: ita & per Christum abundat consolatio nostra.

Siue autem tribulamur pro vestra exhortatione & salute, siue consolamur pro vestra consolatione siue exhortamur pro vestra exhortatione & salute, quæ operatur tolerantiam earundem passionum, quas & nos patimur:

Vt spes nostra firma sit pro vobis: scientes quod sicut socij passionum estis, sic eritis & consolationis.

Non enim volumus ignorare vos fratres de tribulatione nostra, quæ facta est in Asia, quoniam supra modum grauati sumus supra virtutem, ita vt taederet nos etiam viuere.

Sed ipsi in nobismetipsis responsum mortis habuimus, vt non simus fidentes in nobis, sed in Deo, qui suscitat mortuos:

Qui de tãtis periculis nos eripuit, & eruit: in quem speramus quoniam & adhuc eripiet,

Adiuuantibus & vobis in oratione pro nobis: vt ex multorum personis, eius quæ in nobis est donationis, per multos gratiæ agantur pro vobis.

Nam gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ, quòd in simplicitate cordis & sinceritate Dei, & non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conuersati sumus in hoc mundo: abundantius autem ad vos.

Non enim alia scribimus vobis, quàm quæ & cognouistis. Spero autem quòd vsque in finem cognoscetis.

Sicut & cognouistis nos ex parte, quòd gloria vestra sumus, sicut & vos nostra, in die Domini nostri Iesu Christi.

Et hac confidentia volui prius venire ad vos, vt secundam gratiam haberetis:

Et per vos transire in Macedoniam, & iterum à Macedonia venire ad vos, & à vobis deduci in Iudæam.

Cum ego hoc voluissem, nunquid leuitate vsus sum? Aut quæ cogito, secundùm carnem cogito, vt sit apud me E ST, & N O N?

* Ephe. 1. 3. 1. Pet. 1. 3

POSTERIORIS EPISTOLÆ B. PAVLI APOSTOLI AD CORINTHIOS,

Transl. ex Syriac.

CAPVT PRIMVM.

PAulus Apost. Ies Ieschua Meschicho per voluntatem Dei, & Timotheus frater, ecclesiæ Dei quæ est Corinthi, & omnibus sanctis qui sunt in vniuersa Achaia.

Mauritius Sabbathi Annuntiationis.

Gratia vobiscum, & pax à Deo Patre nostro, & à Domino nostro Ieschua Meschicho.

Benedictus Deus ipse Pater Domini nostri Ieschua Meschicho pater misericordiarum, & Deus omnis consolationis,

Qui consolatur nos in omnibus afflictionibus nostris, vt & nos possimus consolari eos qui sunt in omnibus afflictionibus per illam consolationem qua nos consolatur Deus.

Nam quemadmodum abundant in nobis perpessiones Meschicho, sic & per Meschicho abundat consolatio nostra.

Siue autem affligimur pro vestri consolatione, ac pro vestra salute affligimur: siue consolationem accipimus, id fit, vt consolationem accipiatis, & sit in vobis perfectio contra quæ sustineatis perpessiones illas, quas & nos patimur.

Ac spes nostra pro vobis firma est: scimus enim quod si participes estis passionum, participes quoque eritis consolationis.

** Volumus enim vos scire fratres mei, de oppressione quæ nobis accidit in Asia, quoniam maiorem in modum oppressi fuimus supra vires nostras, adeo vt vita nostra propè abijciendæ fuerit.*

* Dominicæ cæsi. 1. ante Exaltationem.

Et hac de causa sententiam mortis ferebamus, ne esset nobis spes in nobismetipsis, sed in Deo illo qui excitat mortuos,

Qui à morte violenta nos liberauit: & adhuc speramus nos liberatum iri ab eo cum auxilio d precationis ferè pro nobis.

Vt sit donum eius apud vos gratia quæ facta est pro multis, vt multi gratias ei agant pro nobis.

Nam gloriatio nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ, quod cum simplicitate & syncritate, & gratia Dei versati sumus in mundo: non autem cum sapientia corporis, atque vberius apud vos ipsos.

Non enim alia scribimus vobis, quàm quæ scitis & agnoscitis. Spero autem quod ad finem vsque vos agnoscetis,

Sicut & agnouistis modicum ex multo (ex parte) nos esse gloriationem vestram, vt & vos nostram in die Domini nostri Ieschua Meschicho.

Et hac fiducia volui prius venire ad vos vt geminatè acciparis gratiam,

Et per vos transire in Macedoniam, & rursus ex Macedonia ad vos venire, & à vobis deduci in Iehoudæam.

Hoc igitur quum cogitaui, num tanquàm temerarius cogitaui? aut num carnis sunt ea quæ cogito? siquidem oportet in his esse Etiam, Etiam, & Non Non.

POSTERIORIS EPISTOLÆ B. PAVLI APOSTOLI AD CORINTHIOS,

Transl. B. Ariæ Mont.

CAPVT PRIMVM.

PAulus Apostolus Iesu Christi, per voluntatem Dei, & Timotheus frater, ecclesiæ Dei existenti in Corintho, cum sanctis omnibus existentibus in tota Achaia:

Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo.

Benedictus Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum, & Deus totius consolationis:

Consolans nos in omni tribulatione nostra: ad posse nos consolari eos qui in omni pressura, per consolationem, qua consolatione afficimur ipsi à Deo.

Quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis, ita per Christum abundat & consolatio nostra.

Siue autem tribulamur, pro vestra consolatione & salute effecta in tolerantia earundem passionum quas & nos patimur:

Et spes nostra firma super vos. Siue cõsolatione afficimur, super vestra consolatione & salute: scientes quòd sicut socij estis passionum, sic & consolationis.

Non enim volumus vos ignorare, fratres, de tribulatione nostra facta nobis in Asia: quoniam secundùm exuperantiam grauati sumus supra virtutem: ita vt perdubitare nos etiam viuere.

Sed ipsi in nobismetipsis decretum mortis habuimus, vt non fidentes simus in nobisipsis, sed in Deo excitante mortuos.

Qui ex tanta morte eripuit nos, & eruit: in quem sperauimus quoniam & adhuc eripiet.

Coadiuuantibus & vobis pro nobis oratione, vt ex multis personis, illa in nos donatio per multos gratiæ agantur pro vobis.

Nam gloriatio nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ, quòd in simplicitate & sinceritate Dei, non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conuersati sumus in hoc mundo: abundantiùs autem ad vos.

Non enim alia scribimus vobis, nisi quàm quæ legitis, aut & agnoscitis. Spero autem quòd & vsque in finem agnoscetis.

Sicut & agnouistis nos ex parte, quia gloriatio vestra sumus, sicut & vos nostra in die Domini nostri Iesu Christi.

Et hac confidentia volui venire ad vos priùs, vt secundam gratiam haberetis:

Et per vos venire in Macedoniam, & iterum à Macedonia venire ad vos, & à vobis deduci in Iudæam.

Hoc ego deliberans, nunquid leuitate vsus sum? Aut quæ delibero, secundùm carnem delibero, vt sit apud me Etiam, Etiam, & Non, Non?

POSTERIORIS EPISTOLÆ B. PAVLI APOSTOLI AD CORINTHIOS,

Transl. Erasm. Roterod.

CAPVT PRIMVM.

1 *PAulus Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, ac Timotheus frater, congregationi Dei, quæ est Corinthi, vnà cum sanctis omnibus, qui sunt in tota Achaia.*

2 *Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo.*

3 *Benedictus Deus, & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui est Pater misericordiarum, & Deus omnis consolationis,*

4 *Consolans nos in omni afflictione nostra, in hoc, vt possimus consolari eos, qui sunt in quauis afflictione, per consolationem, qua nosipsos consolatur Deus.*

5 *Quoniam sicut abundant afflictiones Christi in nobis, ita per Christum abundat & consolatio nostra.*

6 *Siue autem affligimur, id fit pro vestri consolatione ac salute, quæ operatur in tolerantia earundem afflictionum, quas & nos patimur, siue consolationem accipimus pro vestri consolatione ac salute,*

7 *Spes etiam nostra firma est pro vobis, cum sciamus, quod quemadmodum participes estis afflictionum sic futuri sitis & consolationis.*

8 *Non enim volumus vos ignorare fratres, de afflictione nostra, quæ nobis accidit in Asia, quoniam supra modum grauati fuimus supra vires adeo vt desperauerimus etiam de vita.*

9 *Quin ipsi in nobisipsis, sententiam mortis accepimus, ne confideremus in nobisipsis, sed in Deo qui ad vitam suscitat mortuos,*

10 *Qui ex tanta morte eripuit nos, & eripit: in quo spem fixam habemus, quod & iam posthac erepturus sit,*

11 *Simul adiuuantibus & vobis, per deprecationem pro nobis, vt ex multis personis, pro dono in nos collato, per multos gratiæ agantur pro nobis.*

12 *Nam gloriatio nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ, quod cũ simplicitate & sinceritate Dei: non sapientia carnali, sed per gratiam Dei conuersati fuerimus in mundo abundantius autem erga vos.*

13 *Non enim alia scribimus vobis, quàm quæ legitis, aut etiam agnoscitis. Spero autem, quod vsque ad finem quoq; agnoscetis,*

14 *Quemadmodum & agnouistis nos ex parte, quoniam gloria vestra sumus, quemadmodum & vos nostra, in die Domini Iesu.*

15 *Et hac fiducia volebam ad vos venire prius, vt geminam apud vos inirem gratiam,*

16 *Et per vos pertransire in Macedoniam, & rursum à Macedonia venire ad vos, ac à vobis deduci in Iudæam.*

17 *Hoc igitur cum in animo versarem, nunquid leuitate sum vsus? aut num quæ cogito, secundum carnẽ cogito? Vt sit apud me, quod est Etiam, Etiam: & quod est Non, Non.*

Vulgat. Editio.

Fidelis autem Deus, quia ſermo noſter, qui fuit apud vos, non eſt in illo E S T, & N O N.

Dei enim filius Ieſus Chriſtus, qui in vobis per nos prædicatus eſt, per me, & Siluanum, & Timotheū, nō fuit E S T & N O N, ſed E S T in illo fuit.

Quotquot enim promiſsiones Dei ſunt, in illo E S T: ideo & per ipſum Amen Deo ad gloriam noſtram.

Qui autem confirmat nos vobiſcum in Chriſto, & qui vnxit nos Deus:

Qui & ſignauit nos, & dedit pignus Spiritus in cordibus noſtris.

Ego autem teſtem Deum inuoco in animam meā, quòd parcens vobis, non veni vltra Corinthū:

Non quia dominamur fidei veſtræ, ſed adiutores ſumus gaudij veſtri: nam fide ſtatis.

CAP. II.

STatui autem hoc ipſum apud me, ne iterum in triſtitia venirem ad vos:

Si enim ego contriſto vos: & quis eſt, qui me lætificet, niſi qui contriſtatur ex me?

Et hoc ipſum ſcripſi vobis, vt non cum venero, triſtitiam ſuper triſtitiam habeam, de quibus oportuerat me gaudere: confidens in omnibus vobis, quia meum gaudium, omnium veſtrum eſt.

Nam ex multa tribulatione, & anguſtia cordis ſcripſi vobis per multas lacrymrs: non vt conrriſtemini, ſed vt ſciatis, quam charitatem habeam abundantius in vobis.

Si quis autem contriſtauit, non me contriſtauit: ſed ex parte, vt onerem omnes vos.

Sufficit illi, qui eiuſmodi eſt, obiurgatio hæc, quæ fit à pluribus:

Ita vt è contrario magis donetis, & conſolemini, ne fortè abundantiori triſtitia abſorbeatur qui eiuſmodi eſt.

Propter quod obſecro vos, vt confirmetis in illum charitatem.

Ideo enim & ſcripſi, vt cognoſcam experimentum veſtrum, an in omnibus obedientes ſitis.

Cui autē aliquid donaſtis, & ego: nā & ego quod donaui, ſi qd donaui, ,ppter vos in perſona Chriſti,

Vt non circumueniamur à Satana: non enim ignoramus cogitationes eius.

Cum veniſſem autem Troadem propter Euangelium Chriſti, & oſtium mihi apertum eſſet in Domino,

Non habui requiem ſpiritui meo, eo quòd non inuenerim Titum fratrem meum, ſed valefaciens eis, profectus ſum in Macedoniam.

Deo autem gtatias, qui ſemper triumphat nos in Chriſto Ieſu, & odorem notitiæ ſuæ manifeſtat per nos in omni loco:

Quia Chriſti bonus odor ſumus Deo in ijs, qui ſalui fiunt, & in ijs, qui pereunt:

Alijs quidem odor mortis in mortem: aliis autem odor vitæ in vitam. Et ad hæc quis tam idoneus?

Non enim ſumus ſicut plurimi, adulterantes verbum Dei, ſed ex ſinceritate, ſed ſicut ex Deo, coram Deo, in Chriſto loquimur.

CAP. III.

INcipimus iterum noſmetipſos commendare? aut numquid egemus (ſicut quidam) commendatitiis epiſtolis ad vos, aut ex vobis?

Tranſl. ex Syriac.

Fidelis eſt Deus quòd ſermo noſter ergo vos non fuit Etiam, & Non.

Nam Filius Dei Ieſchua Meſchicho, qui per nos vobis prædicatus eſt per me, & Syluanum, & Timotheum non fuit Etiam, & Non, ſed Etiam fuit in eo.

Omnes enim promiſſiones Dei per Meſchicho ſunt Etiam: ideò per ipſum damus Amin ad gloriam Dei.

Deus autem confirmat nos vobiſcum per Meſchicho illum, qui & ipſe vnxit nos:

Et obſignauit nos, deditque arrabonem Spiritus ſui in cordibus noſtris.

* *Ego verò teſtor Deum per animam meam, quòd parcens vobis non veneram Corinthum.* *Feria v. hebdomadis ſanctæ.

Non quòd ſimus domini fidei veſtræ, ſed adiutores ſumus gaudij veſtri: nam ipſa fide ſtatis.

CAP. II.

HOc autem decreui apud me non iterum cum mœſtitia venire ad vos.

Nam ſi ego mœrore vos afficiam: ecquis exhilarabit me, niſi is quem mœrore affecero?

Et hoc ſcripſi vobis, ne quum venerim mœrore me afficiant ea, ex quibus oporteret me gaudio demulceri: confido autem de vobis quòd gaudium meum, omnium veſtrum ſit.

Et ex multa oppreſſione, & anxietate cordis hæc ſcripſi vobis cum lachrymis multis: non vt mœrore afficeremini, ſed vt cognoſceretis charitatem vehementem quam habeo erga vos.

Quòd ſi quis triſtitia affecit, non me triſtitia affecit, ſed propemodum vos omnes, ne grauiori ſermone in vos vtar.

Sufficit autem ei hæc obiurgatio, qua (facta eſt) *à pluribus.*

Proinde è diuerſo oportet vt remittatis ei, eumque conſolemini, ne fortè vehementiori animi ægritudine abſorbeatur qui eſt huiuſmodi.

Propterea rogo vos vt confirmetis in eum charitatem veſtram.

Ideò enim ſcripſi, vt & experimento cognoſcam an in omnibus dicto audientes mihi ſitis.

Cui verò remittitis, & ego: nam & ego quod remiſi, propter vos remiſi in perſona Meſchicho.

Ne calumnia nos deſerat Satanas: nouimus enim cogitationes eius.

* *Porrò quum veniſſem Troadem in Euangelium Meſchicho, & apertum eſſet mihi oſtium per Dominum:* * In conſecratione Chriſmatis.

Non habui requiem in ſpiritu meo, quòd non inuenerim Titum fratrem meum; ſed dimiſi eos, & abij in Macedoniam.

Deo autem gratia, qui ſemper ſpecimen edit nobis per Meſchicho, ac per nos patefacit odorem cognitionis ſuæ in omni loco:

Suauis enim odor ſumus Deo per Meſchicho in his qui ſeruantur, & in his qui pereunt.

His quidem odor mortis ad mortem: illis verò odor vitæ ad vitam. Et ad hæc quis erit idoneus?

Non enim ſumus vt cæteri, qui miſcent, (cauponantur) *ſermonem Dei, ſed velut ex ſynceritate, & tanquam ex Deo coram Deo per Meſchicho loquimur.*

CAP. III.

INcipimus etiamnum rurſus oſtendere vobis quid ſimus? aut num fortaſſe nos egemus vt cæteri epiſtolis commendatitijs quæ de nobis ad vos ſcribantur, aut quas commendatitias de nobis ſcribatis?

Transl. B. Ariæ Mont.

Fidelis autem Deus, quia sermo noster qui ad vos non factus est Etiam & Non.
Nam Dei Filius Iesus Christus in vobis per nos prædicatus, per me & Siluanum, & Timotheum, non factus est Etiam & Non: sed etiã in eo factus est,
Quotquot enim promissiones Dei, in illo Etiam, & in illo Amen, Deo ad gloriam per nos.

At confirmans vos cum nobis in Christum, & vnguens nos Deus:
Qui & obsignans nos, & dans arrabonem spiritus in cordibus nostris.
Ego autem testem Deũ inuoco in meam animam, quòd parcens vobis non vltrà veni in Corinthum.
Non quia dominamur vestræ fidei: sed cooperatores sumus gaudij vestri. nam fide statis.

CAP. II.

IVdicaui autem mihiipsi hoc, non iterum in tristitia ad vos venire.
Si enim ego contristo vos, & quis est lætificans me, si non contristatus ex me?
Et scripsi vobis hoc ipsum, vt ne veniens, tristitiam super tristitiam habeam, de quibus oportuerat me gaudere, confisus in omnibus vobis, quia meum gaudium, omnium vestrum est.
Ex enim multa tribulatione & angustia cordis scripsi vobis, per multas lachrymas: non vt contristemini, sed charitatem vt sciatis quam habeam abundantiùs in vos.
Si autem quis contristauit, non me contristauit: sed ex parte, vt non onerem omnes vos.

Sufficiens tali obiurgatio hæc quæ à pluribus.

Ita vt econtrario magis vos condonare & consolari, ne forte abundantiori tristitia absorbeatur talis.
Ideo obsecro vos confirmare in illum charitatem.
In hoc enim & scripsi, vt cognoscam, probationem vestram, si in omnia obedientes sitis.
Cui autem aliquid condonastis, & ego. & enim ego si quid condonaui, cui condonaui, propter vos, in facie Christi:
Vt non occupemur à Satana. non enim eius intelligentias ignoramus.
Veniens autem in Troadem ad Euangelium Christi, & ostio mihi aperto in Domino,
Non habui relaxationem spiritui meo, ad non inueniendum me Titum fratrem meum: sed valedicens eis, exij in Macedoniam.
At Deo gratia, semper triumphanti nos in Christo: & odorem notitiæ suæ manifestanti per nos in omni loco.
Quia Christi bona fragrantia sumus Deo, in seruatis, & in pereuntibus.
His quidem odor mortis in mortem. illis autem odor vitæ in vitam. Et ad hæc quis idoneus?
Non enim sumus, sicut reliqui, cauponantes verbum Dei: sed vt ex sinceritate, sed sicut ex Deo, coram Deo in Christo loquimur.

CAP. III.

INcipimus iterum nosmetipsos commendare? si non egemus, sicut quidam, commendatitiis epistolis ad vos, aut ex vobis commendatitiis?

Transl. Eras. Roterod.

Imo fidelis Deus quod sermo noster erga vos, non fuit etiam, & non.
Nam Dei Filius Iesus Christus, qui inter vos per nos prædicatus est, per me, & Syluanum ac Timotheum, non fuit Etiam & Non, sed Etiam per ipsum fuit.
Quotquot enim sunt promissiones Dei, per ipsum sunt Etiam, & per ipsum Amen, Deo ad gloriam per nos.

Porrò qui confirmat nos vnà vobiscum in Christum: & qui vnxit nos, Deus est:
Qui etiam obsignauit nos, deditq; arram spiritus in cordibus nostris.
Ego vero testem Deum inuoco in animam meam, quod parcens vobis, nondum venerim Corinthum,
Non quod dominemur vobis nomine fidei, sed adiutores sumus gaudij vestri, nam fide statis.

CAP. II.

SEd decreui apud memetipsum hoc, non iterum cum dolore ad vos venire.
Nam si ego mœrore vos afficiam, & quis est qui exhilaret me, nisi is qui mœrore afficitur ex me?
Et scripsi vobis hoc ipsum: ne si venissem ad vos, dolorem caperem ex his, ex quibus oportebat me capere voluptatem: fiduciam hanc habens erga vos omnes, quod meum gaudium omnium vestrum sit.
Nam ex multa afflictione & anxietate cordis scripsi vobis, per multas lachrymas, non vt mœrore afficeremini, sed vt cognosceretis charitatem, quam habeo abundantius erga vos.
Quod si quis dolore affecit, non me dolore affecit, sed ex parte, ne aggrauem omneis vos.

Sufficit istiusmodi homini increpatio hæc, quæ facta est à pluribus,
Adeo vt ediuerso magis condonare debeatis & consolari: ne quo modo fiat, vt immodico dolore absorbeatur huiusmodi.
Quapropter obsecro vos confirmate vt valeat in illum charitas.
Nam & in hoc scripseram vt cognoscerem probationem vestri an ad omnia obedientes sitis.
Cui vero condonatis aliquid, & ego condono. Nam & ego si quid condonaui, cui condonaui, propter vos condonaui in conspectu Christi,
Ne occuparemur à Satana. Non enim illius cogitationes ignoramus.
Caterum cum venissem Troadem in Euangelium Christi, & ostium mihi esset apertum per Dominum,
Non habui relaxationem spiritu meo, eo quod non inuenissem Titum fratrem meum, sed dimissis illis abij in Macedoniam.
Deo autem gratia, qui semper triumphat per nos in Christo, & odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco.
Quoniam Christi bona fragrantia sumus Deo, in his qui salui fiunt, & in his qui pereunt,
His quidem odor mortis ad mortem, illis vero odor vitæ ad vitam. Et ad hæc quis idoneus?
Non enim sumus vt plerique cauponantes sermonem Dei, sed velut ex sinceritate, sed velut ex Deo in conspectu Dei, per Christum loquimur.

CAP. III.

INcipimus rursus nosipsos commendare. Num egemus vt nonnulli commendatitiis epistolis apud vos, aut à vobis commendatitiis?

Vulgat. Editio.

Epistola nostra vos estis, scripta in cordibus nostris, quæ scitur, & legitur ab omnibus hominibus:
Manifestati quòd epistola estis Christi, ministrata à nobis, & scripta non atramento, sed spiritu Dei vivi: non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus.
Fiduciam autem talem habemus per Christum ad Deum:
Non quòd sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis: sed sufficientia nra ex Deo est:
Qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti: non littera, sed Spiritu: littera enim occidit, Spiritus autem viuificat.
Quod si ministratio mortis, litteris deformata in lapidibus, fuit in gloria, ita vt non possent intendere filij Israel in faciem Moysi propter gloriam vultus eius, quæ euacuatur:
Quomodo non magis ministratio Spiritus erit in gloria?
Nam si ministratio damnationis gloria est: multo magis abundat ministerium iustitiæ in gloria.
Nam nec glorificatum est, quod claruit in hac parte, propter excellentem gloriam.
Si enim quod euacuatur, per gloriam est: multo magis quod manet, in gloria est.
Habentes igitur talem spem, multa fiducia vtimur:
* Et non sicut Moyses ponebat velamen super faciem suam, vt non intenderent filij Israel in faciem eius quod euacuatur,
Sed obtusi sunt sensus eorum. Vsque in hodiernum enim diem, idipsum velamen in lectione veteris testamenti manet non reuelatum, (quoniam in Christo euacuatur)
Sed vsque in hodiernum diem, cum legitur Moyses, velamen positum est super cor eorum.
Cum autem conuersus fuerit ad Dominum, auferetur velamen.
* Dominus autem Spiritus est: Vbi autem Spiritus Domini, ibi libertas.
Nos vero omnes, reuelata facie gloriam Domini speculantes: in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem, tamquam à Domini Spiritu.

* Ex. 34. 33.

* 2 Co. 4. 14

CAP. IIII.

IDeo habentes administrationem, iuxta quod misericordiam consecuti sumus, non deficimus,
Seb abdicamus occulta dedecoris, non ambulantes in astutia, neque adulterantes verbum Dei, sed in manifestatione veritatis commendãtes nosmetipsos ad omnem conscientiam hominũ coram Deo.
Quod si etiam opertum est Euangelium nostrũ: in ijs, qui pereunt, est opertum:
In quibus Deus huius seculi excæcauit mentes infidelium, vt non fulgeat illis illuminatio Euangelij gloriæ Christi, qui est imago Dei.
Non enim nosmetipsos prædicamus, sed Iesum Christum Dominum nostrum: nos autem seruos vestros per Iesum:
Quoniã Deus, qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis Dei, in facie Christi Iesu.
Habemus autem thesaurum istum in vasis fictilibus: vt sublimitas sit virtutis Dei, & non ex nobis.
In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur: aporiamur, sed non destituimur:

Transl. ex Syriac.

2 *Epistola autem nostra vos estis, quæ scripta est in corde nostro, & scitur ac legitur ab vnoquoque.*
3 *Nostis enim vos esse epistolam Meschicho, quæ subministrata est à nobis, scripta non atramento, sed Spiritu Dei viuentis, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carneis.*
4 * *Fiduciam autem huiusmodi habeo per Meschicho erga Deum.* * Basilij & Seuerorũ eius.
5 *Non quòd sufficientes simus cogitare quicquam tanquam ex nobismetipsis, sed virtus nostra ex Deo est.*
6 *Qui nos dignos effecit, vt simus ministri testamenti noui, non scripturæ, sed Spiritus. Scriptura enim occidit: Spiritus autem viuificat.*
7 *Quòd si administratio mortis in scriptura exarata est in lapidibus, fuitq; in gloria, adeò vt non possent filij Israel intueri faciem Mousche propter gloriam vultus eius, quæ abolita est,*
8 *Quomodo igitur administratio Spiritus non erit potius in gloria?*
9 *Nam si administrationi condemnationis fuit gloria: quanto magis gloria antecellet administratio iustitiæ?*
10 *Quandoquidem glorificatum quidem fuit, quod glorificatum est, in comparatione huius excellentis gloriæ.*
11 *Si enim quod abolitum est, in gloria fuit; multò magis quod permanet, in gloria erit?*
12 *Quum igitur talem habeamus spem, longè apertiùs loquimur.*
13 *Et non sicut Mousche qui injiciebat velamen super faciem suam, ne inspicerent filij Israel in finem eius quod aboletur.*
14 *Sed obcæcati sunt mente sua. Siquidem vsque in hodiernum diem quum testamentum vetus legitur, illud velamen perstat super eos, nec reuelatur quod per Meschicho obliteratur.*
15 *Et ad hunc vsque diem quum legitur Mouschè, velamen cordibus eorum iniectum est.*
16 *At quum aliquis ex eis conuertetur ad Dominum, tollitur ab eo velamen.*
17 *Dominus autem Spiritus est: Et vbi Spiritus Domini, ibi est libertas.*
18 *Nos autem omnes reuelata facie gloriam Domini quasi per speculum contemplamur, & ad eandem imaginem transformamur à gloria in gloriam, tanquam à Domini Spiritu.*

CAP. IIII.

1 PRopterea à tadium non est nobis in hoc ministerio quòd amplectimur iuxta miserationes quæ fuerunt super nos. Dominicali post Epiphaniam.
2 *Sed exècrati sumus occultamenta dedecoris, neque ambulamus cum astutia, neque dolosè tractamus sermonem Dei, sed reuelatione veritatis ostendimus nosipsos omnibus conscientijs hominum coram Deo.*
3 *Quòd si velatum est Euangelium nostrum, ijs qui pereunt velatum est.*
4 *Iis quorum Deus huius mundi obcæcauit mentes, vt non credant, ne oriatur illis lux Euangelij gloriæ Meschicho, qui est imago Dei.*
5 *Non enim nosmetipsos prædicamus, sed Meschicho Ieschua Dominum nostrum: nos autem seruos vestros propter Ieschua.*
6 *Quoniam Deus est qui dixit è tenebris lucem orituram, qui quidem oritur in cordibus nostris, vt illustremur per cognitionem gloriæ Dei in persona Ieschua Meschicho.*
7 * *Habemus autem hunc thesaurum in vase testaceo, vt magnitudo virtutis ex Deo sit, non autem ex nobis.* * Martyrum.
8 *Cæterùm per omnia premimur, at non suffocamur: corripimur, at non condemnamur,*

Transl. B. Ariæ Mont.

Epistola nostra vos estis, scripta in cordibus nostris, cognita & lecta ab omnibus hominibus:

Manifestati quoniam estis epistola Christi, ministrata à nobis, inscripta non atramento, sed Spiritu Dei viuentis: non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus.

Fiduciam autem talem habemus per Christum ad Deum:

Non quòd sufficientes simus à nobisipsis cogitare aliquid, quasi ex nobisipsis, sed sufficientia nostra ex Deo.

Qui & idoneos fecit nos ministros noui testamenti, non literæ, sed spiritus: nam litera occidit, at spiritus viuificat.

Si verò ministratio mortis in literis informata in lapidibus, facta fuit in gloria, ita vt non posse intueri filios Israel in faciem Moysi, propter gloriam vultus eius abolendam:

Quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria?

Si enim ministerium damnationis gloria, multò magis abundabit ministerium iustitiæ in gloria.

Etenim non glorificatum est illud glorificatum in hac parte, propter excellentem gloriam.

Si enim abolendum, per gloriam, multò magis manens in gloria.

Habentes igitur talem spem, multa fiducia vtimur.

Et non sicut Moyses ponebat velamen super faciem suam, ad non intueri filios Israel in finem aboliti.

Sed obduruerunt cogitationes eorum. Vsque enim hodie idipsum velamen in lectione veteris testamenti manet non reuelatum, (quod in Christo aboletur.)

Sed vsque hodie, cùm legitur Moyses, velamen super cor eorum positum est.

Cùm autem conuersus fuerit ad Dominum, circumaufereetur velamen.

At Dominus Spiritus est. Vbi autem Spiritus Domini, ibi libertas.

Nos verò omnes, reuelata facie gloriam Domini speculantes, eandem imaginem transformamur à gloria in gloriam, tanquam à Domini Spiritu.

CAP. IIII.

PRopter hoc habentes administrationem hanc, prout misericordiam consecuti sumus, non deficimus:

Sed abdicauimus occulta dedecoris, nō ambulantes in astutia, neq; adulterantes verbum Dei: sed manifestatione veritatis commendātes nosmetipsos ad omnem conscientiam hominum, coram Deo.

Si autem & est opertum Euangelium nostrum, in pereuntibus est opertum:

In quibus Deus seculi huius excæcauit mentes infidelitū, ad non splendendū eis illuminationem Euāgelij gloriæ Christi, qui est imago Dei inuisibilis.

Non enim nosmetipsos præcamus, sed Christum Iesum Dominum, nosipsos autem seruos vestros per Iesum.

Quoniam Deus dicens de tenebris lucem splendescere, qui illuxit in cordibus nostris, ad illuminationem scientiæ gloriæ Dei in facie Iesu Christi.

Habemus autem thesaurum istum in fictilibus vasis, vt sublimitas virtutis sit Dei, & non ex nobis,

In omni tribulati, sed non coarctati: Hæsitantes, sed non prorsus hærentes.

Transl. Erasm. Roterod.

2 *Epistola nostra vos estis, inscripta in cordibus nostris: quæ intelligitur & legitur ab omnibus hominibus,*

3 *Dum declaratis, quod estis epistola Christi, subministrata à nobis, inscripta, non atramento, sed Spiritu Dei viuentis, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carneis.*

4 *Fiduciam autem huiusmodi habemus per Christum erga Deum,*

5 *Non quod idonei simus, ex nobisipsis cogitare quicquam tanquam ex nobisipsis: sed si ad aliquid idonei sumus, id ex Deo est,*

6 *Qui & idoneos fecit nos ministros noui testamenti, non literæ, sed spiritus. Nam litera occidit, spiritus autem viuificat.*

7 *Quod si administratio mortis in literis, deformata in saxis, fuit in gloria, adeo vt non possent oculos intendere filij Israel in faciem Moysi, propter gloriam vultus eius, quæ aboletur:*

8 *Cur non potius administratio spiritu erit in gloria?*

9 *Nam si administratio condemnationis gloria, multo magis excellit administratio iustitiæ in gloria.*

10 *Quandoquidem ne glorificatum quidem fuit, quod glorificatum est in hac parte, propter eminentem gloriam.*

11 *Etenim si quod aboletur, fuit in gloria, multo magis id quod manet, est in gloria.*

12 *Itaque cum habeamus huiusmodi spem, multa libertate vtamur:*

13 *Et non, quemadmodum Moyses ponebat velamen in facie sua, ne intenderent filij Israel in finem eius quod abolebatur.*

14 *Sed obcæcati sunt sensus illorum. Nam vsque ad diem hodiernum, idem velamen in lectione veteris testamenti manet, nec tollitur velum, quod per Christum aboletur.*

15 *Sed ad hunc vsque diem, cum legitur Moyses, velamen cordibus illorum impositum est.*

16 *At vbi conuersi fuerint ad Dominum, tolletur velamen.*

17 *Dominus autem Spiritus est. Porrò vbi Spiritus Domini, ibi libertas.*

18 *Nos autem omnes retecta facie, gloriam Domini in speculo repræsentantes, ad eandem imaginem transformamur à gloria in gloriam, tanquam à Domini Spiritu.*

CAP. IIII.

1 PRopterea *cum ministerium hoc habeamus, vt nostri misertus est Deus, haud degeneramus,*

2 *Sed reiecimus occultamenta dedecoris, non versantes per astutiam, neque dolo tractantes verbum Dei, sed manifestatione veritatis, commendantes nos ipsos apud omnem conscientiam hominum, in conspectu Dei.*

3 *Quod si adhuc velatum est Euangelium nostrum, in his qui pereunt, velatum est:*

4 *In quibus Deus huius seculi excæcauit sensus incredulorum, ne illucesceret illis lumen Euangelij gloriæ Christi, qui est imago Dei.*

5 *Non enim nosipsos prædicamus, sed Christum Iesum Dominum: nos autem seruos vestros propter Iesum.*

6 *Quoniam Deus est, qui iussit è tenebris lucem illucescere, qui luxit in cordibus nostris, ad illuminationem cognitionis gloriæ Dei, in facie Iesu Christi.*

7 *Habemus autem thesaurum hunc in testaceis vasculis, vt virtutis eminentia sit Dei, & non ex nobis,*

8 *Dum in omnibus premimur, at non anxij reddimur: laboramus, at non destituimur.*

Vulgat. Editio.

Perſecutionem patimur, ſed non derelinquimur: deijcimur, ſed non perimus:

Semper mortificationem Ieſu in corpore noſtro circumferentes, vt & vita Ieſu manifeſtetur in corporibus noſtris.

Semper enim nos, qui viuimus, in mortem tradimur propter Ieſum: vt & vita Ieſu manifeſtetur in carne noſtra mortali.

Ergo mors in nobis operatur, vita autẽ in vobis.

Habentes autem eundem ſpiritum fidei, ſicut ſcriptum eſt: * Credidi, propter quod locutus ſum: & nos credimus, propter quod & loquimur:

Scientes quoniam qui ſuſcitauit Ieſum, & nos cum Ieſu ſuſcitabit, & conſtituet vobiſcum.

Omnia enim propter vos: vt gratia abundans, per multos in gratiarum actione, abundet in gloriam Dei.

Propter quod non deficimus: ſed licet is, qui foris eſt noſter homo corrumpatur: tamen is, qui intus eſt, renouatur de die in diem.

Id enim, quod in præſenti eſt momentaneum & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis,

Non contemplantibus nobis quæ videntur, ſed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia ſunt: quæ autem non videntur, æterna ſunt.

CAP. V.

SCimus enim quoniam ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur, quod ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, æternam in cœlis.

Nam & in hoc ingemiſcimus, * habitationem noſtram, quæ de cœlo eſt, ſuperindui cupientes:

Si tamen veſtiti, non nudi inueniamur.

Nam & qui ſumus in hoc tabernaculo, ingemiſcimus grauati: eo quòd nolumus expoliari, ſed ſuperueſtiri, vt abſorbeatur quod mortale eſt, à vita.

Qui autem efficit nos in hoc ipſum, Deus, qui dedit nobis pignus ſpiritus.

Audentes igitur ſemper, ſcientes quoniam dum ſumus in corpore, peregrinamur à Domino.

(Per fidem enim ambulamus, & non per ſpeciem.)

Audemus autem, & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & præſentes eſſe ad Dominum.

Et ideo contendimus ſiue abſentes, ſiue præſentes placere illud.

* Omnes enim nos manifeſtari oportet ante Tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque propria corporis, prout geſſit, ſiue bonum, ſiue malum.

Scientes ergo timorem Domini, hominibus ſuademus: Deo autem manifeſti ſumus. Spero autem & in conſcientijs veſtris manifeſtos nos eſſe.

Non iterum commendamus nos vobis, ſed occaſionem damus vobis gloriandi pro nobis: vt habeatis ad eos, qui in facie gloriantur, & non in corde.

Siue enim mente excedimus, Deo: ſiue ſobrij ſumus, vobis.

Charitas enim Chriſti vrget nos: æſtimantes hoc, quoniam ſi vnus pro omnibus mortuus eſt, ergo omnes mortui ſunt:

Et pro omnibus mortuus eſt Chriſtus: vt, & qui viuunt, iam non ſibi viuant, ſed ei, qui pro ipſis mortuus eſt & reſurrexit.

Tranſl. ex Syriac.

9 *Perſecutionem patimur, at non deſerimur: deijcimur, at non perimus.*

10 *Semper enim mortificationem Ieſchua in corporibus noſtris baiulamus, vt & vita Ieſchua in corporibus noſtris reueletur.*

11 *Nam ſi nos viuimus, ad mortem tradimur propter Ieſchua: ſic & vita Ieſchua reuelabitur in hoc corpore noſtro mortali.*

12 *Nunc mors in nobis agit, vita verò in vobis.*

13 *Proinde & nos eundem ſpiritum fidei habemus prout ſcriptum eſt: Credidi, & propterea locutus ſum: credimus, propterea & loquimur.*

14 *Et ſcimus quòd qui excitauit Dominum noſtrum Ieſchua, nos quoque per Ieſchua excitabit, & ad ſe nos ſiſtet vobiſcum.*

15 *Omnia enim propter vos, vt quum abundet gratia per multos, multiplecetur gratiarum actio ad gloriam Dei.*

16 *Propterea non eſt nobis tædium: quamuis enim externus homo noſter corrumpatur, internus tamen renouatur in dies.*

17 *Namque oppreſſio huius temporis quum admodum exigua, leuiſſimaque ſit, gloriam infinitam in ſæculum ſæculorum parat nobis.*

18 *Qui non ſpectamus ea quæ videntur, ſed ea quæ non videntur. Quæ videntur autem temporaria ſunt: at quæ non videntur, ſunt æterna.*

CAP. V.

1 *SCimus enim quòd ſi domicilium noſtrum terreni huius corporis diſſolutum fuerit, tamen habemus ædificium ex Deo, domum non manufactam in cælis æternam.*

2 *Etenim ad hoc gemimus & expetimus indui domo noſtra quæ è cælis eſt.*

3 *Niſi etiam poſtquam induti fuerimus, reperiamur nudi.*

4 *Dum enim nunc ſumus in hoc domicilio ingemimus ob eius onus, & nolumus illud exuere, ſed ſuperindui vt abſorbeatur mortalitas per vitam.*

5 *Porrò qui parauit nos ad hoc ipſum: Deus eſt, qui dedit nobis arrabonem ſui ſpiritus.*

6 *Quoniam igitur ſcimus, & perſuaſum habemus, quòd quandiu in corpore habitamus, peregrinamur à Domino noſtro.*

7 *Per fidem enim ambulamus, & non per viſum.*

8 *Propterea confidimus, & peroptamus peregrinari à corpore, & eſſe apud Dominum noſtrum.*

9 *Satagimus autem ſiue peregrini ſimus, ſiue incolæ, vt illi placeamus.*

10 *Futurum eſt enim vt nos omnes ſiſtamur ante Tribunal Meſchicho, vt reportet vnuſquiſque in corpore ſuo id quod egit ſibi, ſiue bonum, ſiue malum.*

11 *Quum igitur ſciamus terrorem illum Domini noſtri, hominibus ſuademus: Deo verò manifeſti ſumus. Spero autem nos & conſcientijs veſtris manifeſtos eſſe.*

12 *Non iterum noſmetipſos glorificamus vobis, ſed occaſionem damus vobis, vt gloriemini de nobis apud illos, qui facie quidem gloriantur, non autem corde.*

13 *Nam ſiue inſanimus, Deo: ſiue rectè agimus, vobis.*

14 *Siquidem charitas Meſchicho conſtringit nos, qui hoc meditamur, vnum pro omnibus mortuum eſſe: itaque omnes mortui ſunt.*

15 *Et pro omnibus mortuus eſt, vt ij, qui viuunt, non ſibijpſis viuant, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt, & reſurrexit.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Persecutionem passi, sed non deserti: dejecti, sed non pereuntes:

Semper mortificationem Domini Iesu in corpore circunferentes: vt & vita Iesu in corpore nostro manifestetur.

Semper enim nos viuentes, in mortem tradimur propter Iesum, vt & vita Iesu manifestetur in mortali carne nostra.

Itaq; quidé mors in nobis operat, at vita in vobis.

Habentes autem eundem spiritum fidei, secundùm scriptum, Credidi, ideo locutus sum: & nos credimus, ideo & loquimur:

Scientes quoniam qui suscitauit Dominum Iesum, & nos per Iesum suscitabit, & assistet cum vobis.

Nam omnia propter vos, vt gratia abundans, per multorum gratiarum actionem, abundet in gloriam Dei.

Ideo non deficimus: sed si & ille extra noster homo corrumpatur, sed ille intus renouatur die & die.

Nam momentanea leuitas tribulationis nostræ, secundùm excellentiam in excellentiam æternum pondus gloriæ operatur nobis,

Non contemplantibus nobis conspecta, sed non conspecta: Nam conspecta temporalia, at non conspecta, æterna.

CAP. V.

SCimus enim quoniam si terrestris nostra domus tabernaculi dissoluatur, ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam, æternam in cœlis.

Etenim in hoc ingemiscimus, habitationem nostram, quæ de cœlo superindui cupientes:

Si tamen & vestiti, non nudi inueniamur.

Etenim existentes in tabernaculo, ingemiscimus grauati, in quo nolumus expoliari, sed superuestiri: vt absorbeatur mortale à vita.

At operatus nos in ipsum hoc, Deus, & dans nobis arrabonem Spiritus.

Confidentes igitur semper, & scientes quoniam aduenæ in corpore, peregrinamur à Domino.

(Per fidem enim ambulamus, non per speciem.)

Confidimus autem, & probamus magis peregrinari à corpore, & habitatum ire ad Dominum.

Ideo & contendimus, siue incolentes, siue migrantes, beneplacentes ei esse.

Nam omnes nos manifestari oportet ante Tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis, ad quæ gesserit, siue bonum, siue malum.

Scientes ergo timorem Domini, hominibus suademus, Deo autem manifesti sumus. Spero autem & in conscientijs vestris manifestari.

Non enim iterum nosipsos commendamus vobis, sed occasionē dantes vobis gloriationis de nobis, vt habeatis ad ipsos in facie gloriantes, & non corde.

Siue enim mente excedimus, Deo: siue prudenter agimus, vobis.

Nam charitas Christi cohibet nos iudicantes hoc, quoniam si vnus pro omnibus mortuus est, nempe omnes mortui sunt.

Et pro omnibus mortuus est, vt viuentes non iam sibi ipsis viuant, sed ipsi pro ipsis mortuo & excitato.

Transl. Erasm. Roterod.

Persecutionem patimur, at non in ea deserimur: dejicimur, at non pereimus:

Semper mortificationem Domini Iesu in corpore circumferentes, vt & vita Iesu in corpore nostro manifestetur.

Semper enim nos qui viuimus, in mortem tradimur propter Iesum, vt & vita Iesu manifestetur in mortali carne nostra.

Itaque mors quidem in nobis agit, vita vero in vobis.

Cæterum cum habeamus eundem spiritum fidei, iuxta illud quod scriptum est: Credidi, & ideo locutus sum: & nos credimus, quapropter & loquimur,

Scientes, quod qui suscitauit Dominum Iesum, nos quoque per Iesum suscitabit, & constituet vobiscum.

Nam omnia propter vos, vt beneficium quod exundauit, pluribus gratias agentibus, exuberet in gloriam Dei.

Propterea non defatigamur, sed quamuis externus homo noster corrumpitur, internus tamen renouatur in dies singulos.

Nam momentanea leuitas afflictionis nostræ mirè, supra modum æternum pondus gloriæ parit nobis,

Dum non spectamus ea quæ videntur, sed ea quæ non videntur. Nam quæ videntur, temporaria sunt: at quæ non videntur, æterna.

CAP. V.

SCimus enim quòd si terrenum nostrum domicilium huius tabernaculi destructum fuerit, ædificationem ex Deo habemus, domicilium non manufactum, æternum in cœlis.

Nam in hoc gemimus, domicilio nostro quod è cælo est, superindui desiderantes.

Si tamen induti, non nudi reperiemur.

Etenim qui sumus in hoc tabernaculo, gemimus onerati: propterea quod nolimus exui, sed superindui, vt absorbeatur mortalitas à vita.

Porrò qui parauit nos in hoc ipsum, Deus est: qui idem dedit nobis arrabonem Spiritus.

Itaque bono animo sumus semper, & scimus, quod cum domi sumus in corpore, peregrinamur à Deo.

Per fidem enim ambulamus, non per speciem.

Confidimus autem & probamus magis, peregrè abesse à corpore: & præsentes adesse apud Deum.

Quapropter contendimus, siue domi præsentes, siue foris peregrè agentes, vt illi placeamus.

Omnes enim nos manifestari oportet coram Tribunali Christi, vt reportet vnusquisque ea quæ fiunt per corpus, iuxta id quod fecit, siue bonum, siue malum.

Scientes igitur terrorem illum Domini, suademus hominibus, Deo vero manifesti sumus. Spero autem nos & in conscientiis vestris manifestos esse.

Non enim iterum nosipsos commendamus vobis, sed occasionem damus vobis gloriandi de nobis; vt aliquid habeatis aduersus eos, qui in facie gloriantur, & non in corde.

Nam siue insanimus, Deo insanimus: siue sani sumus, vobis sani sumus.

Charitas enim Christi constringit nos, iudicantes illud, quod si vnus pro omnibus mortuus fuit, ergo omnes mortui fuerunt:

Et pro omnibus mortuus est, vt qui viuunt, posthac non sibi viuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit.

Vulgat. Editio.

Itaque nos ex hoc neminem nouimus ſecundum carnem. Et ſi cognouimus ſecundum carnem Chriſtum: ſed nunc iam non nouimus.

Si qua ergo in Chriſto noua creatura, vetera tranſierunt: * ecce ſunt omnia noua.

Omnia autem ex Deo, qui nos reconciliauit ſibi per Chriſtum: & dedit nobis miniſterium reconciliationis.

Quoniam quidem Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi, non reputans illis delicta ipſorum, & poſuit nobis verbum reconciliationis.

Pro Chriſto ergo legatione fungimur, tamquam Deo exhortante per nos. Obſecramus pro Chriſto, reconciliamini Deo.

Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iuſtitia Dei in ipſo.

CAP. VI.

Adiuuantes autem exhortamur ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.

Ait enim: * Tempore accepto exaudiui te, & in die ſalutis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis.

* Nemini dantes vllam offenſionem, vt non vituperetur miniſterium noſtrum:

Sed in omnibus exhibeamus noſmetipſos * ſicut Dei miniſtros in multa patientia, in tribulationibus, in neceſsitatibus, in anguſtiis,

In plagis, in carceribus, in ſeditionibus, in laboribus, in vigiliis, in ieiuniis,

In caſtitate, in ſcientia, in longanimitate, in ſuauitate, in Spiritu ſancto, in charitate non ficta,

In verbo veritatis, in virtute Dei, per arma iuſtitiæ à dextris, & à ſiniſtris,

Per gloriam, & ignobilitatem, per infamiam, & bonam famam: vt ſeductores, & veraces, ſicut qui ignoti, & cogniti:

Quaſi morientes, & ecce viuimus: vt caſtigati, & non mortificati:

Quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes: ſicut egentes, multos autem locupletantes: tamquam nihil habentes, & omnia poſſidentes.

Os noſtrum patet ad vos ò Corinthij, cor noſtrum dilatatum eſt.

Non anguſtiamini in nobis: anguſtiamini autem in viſceribus veſtris:

Eandem autem habentes remunerationem, tamquam filijs dico: dilatamini & vos.

Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio iuſtitiæ cum iniquitate? Aut quæ ſocietas luci ad tenebras?

Quæ autem conuentio Chriſti ad Belial? Aut quæ pars fideli cum infideli?

Quis autē conſenſus templo Dei cū idolis? * Vos enim eſtis templū Dei viui, ſicut dicit Deus: * Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos, & ero illorum Deus, & ipſi erunt mihi populus.

Propter quod exite de medio eorum, & ſeparamini, dicit Dominus, & immundum ne tetigeritis:

Et ego recipiam vos: & ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios, & filias, dicit Dominus omnipotens.

Tranſl. ex Syriac.

Proinde nos neminem nouimus ſecundùm corpus. Et ſi nouimus Meſchicho ſecundùm corpus, attamen ex hoc tempore non nouimus.

Quiſquis igitur in Meſchicho eſt, factus eſt creatura noua, vetera perierunt.

Et facta ſunt omnia noua à Deo ipſo, qui reconciliauit nos ſibi per Meſchicho, & dedit nobis miniſterium reconciliationis.

Quandoquidem Deus ipſe in Meſchicho erat reconcilians mundum cum maieſtate ſua, nec imputauit eis ipſorum peccata, & poſuit in nobis ſermonem reconciliationis.

* *Nos igitur legati ſumus pro Meſchicho, perinde ac ſi Deus hortaretur vos per nos. Meſchicho ergo obſecramus reconciliamini Deo.*

Qui enim non nouerat peccatum, propter nos peccatum fecit, vt nos efficeremur per eum iuſtitia Dei.

CAP. VI.

PORrò tanquam adiuuantes, obſecramus vos, ne inanis fiat in vobis gratia Dei, quam recepiſtis.

Ait enim: In tempore accepto exaudiui te, & in die ſalutis opem tibi tuli. Ecce nunc tempus acceptum, & ecce nunc dies ſalutis.

Nemeni dederitis occaſionem offendiculi, ne ſit nauus in miniſterio noſtro.

Sed in omni negotio præſtemus noſipſos miniſtros Dei, in tolerantia multa, in afflictionibus, in neceſſitate, in anguſtijs:

In plagis, in vinculis, in ſeditionibus, in labore, in vigilia, in ieiunio;

In puritate, in ſcientia, in longanimitate, in lenitate in Spiritu ſanctitatis, in charitate non doloſa;

In ſermone veritatis, in virtute Dei, per arma iuſtitiæ tam in dextera, quàm in ſiniſtra.

Per gloriam, & opprobrium, per laudem, & vituperium, tanquam impoſtores, tamen veraces, tanquam ignoti, tamen noti ſumus.

Quaſi mortui ſumus, & ecce viuimus: quaſi correpti ſimus, & non mortui.

Quaſi mœrore affecti ſimus, tamen in omni tempore gaudemus: & tanquam egeni, multos tamen ditantes; tanquam nihil habentes, omnia tamen poſſidentes.

* *Os noſtrum apertum eſt ad vos, ò Corinthij, & cor noſtrum dilatatum eſt.*

Anguſtia non premimini de nobis ſed anguſtia premimini in viſceribus veſtris.

Cæterùm tanquam filijs dico, compenſate mihi vſuras meas, quæ ſunt apud vos, & dilatate charitatem veſtram erga me.

Nec ſitis filij iugi (ſocietatem habeatis) *cum ijs qui ſunt increduli. Quod enim conſortium eſt iuſtitiæ cum iniquitate? aut quæ communio luci cum tenebris?*

Aut quæ concordia Meſchicho cum Satana? aut quæ pars fideli cum incredulo?

Aut quis conſenſus eſt templo Dei, cum dæmoniorum templo? Vos enim eſtis templum Dei viuentis, quemadmodum ait: Habitabo in eis, & ambulabo in eis, & ero illorum Deus, ipſiq; erunt mihi populus.

Propterea exite è medio illorum, & ſeparemini ab illis, dicit Dominus; & impuratæ ne tetigeritis:

Et ego excipiam vos: & ero vobis pro patre, & vos eritis mihi pro filijs, & filiabus, dicit Dominus, qui omnia complectitur (Omnipotens.)

* Dominica ſeptuageſimæ lectio. Reſponſum ſit in Caſſianum

* Feriavi. ante cœnam cinerum

Transl. B. Ariæ Mont.

Itaque nos ex nunc neminem nouimus secundùm 16
carnem. Si verò & cognouimus secundum carnem Christum, sed & nunc non amplius cognoscimus.

Itaque si quis in Christo noua creatura, vetera 17
transierunt, ecce facta sunt omnia noua.

At omnia ex Deo, reconciliante nos sibiipsi per 18
Iesum Christum, & dante nobis ministerium reconciliationis.

Vt quia Deus erat in Christo mundum reconci- 19
lians sibiipsi, non reputans illis delicta ipsorum, & ponens in nobis verbum reconciliationis.

Pro Christo ergo legatione fungimur, tanquam 20
Deo exhortante per nos. Obtecramus pro Christo, reconciliamini Deo.

Nam non cognoscentem peccatum, pro nobis 21
peccatum fecit, vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso.

CAP. VI.

COoperantes autem & exhortamur, ne in va- 1
cuum gratiam Dei recipere vos.

(Ait enim, Tempore accepto exaudiui te, & in die 2
salutis adiuui te.) Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis.

Nullam in vllo dantes offensionem, vt non vitu- 3
peretur ministerium.

Sed in omnibus constituentes nosmeripsos sicut 4
Dei ministri, in patientia multa, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis,

In plagis, in custodiis, in seditionibus, in labori- 5
bus, in vigilijs, in ieiunijs,

In castitate, in scientia, in longanimitate, in bo- 6
nitate, in Spiritu sancto, in charitate non ficta,

In verbo veritatis, in virtute Dei, per arma iusti- 7
tiæ dextris, & sinistris,

Per gloriam & ignominiam, per infamiam & bo- 8
nam famam: vt seductores & veraces. Sicut ignoti, & cogniti:

Quasi morientes, & ecce viuimus: vt castigati, & 9
non mortificati:

Quasi tristes, semper autem gaudentes: sicut egen- 10
tes, multos autem locupletantes: tanquam nihil habentes, & omnia possidentes.

Os nostrum apertum est ad vos, Corinthij: cor 11
nostrum dilatatum est.

Non angustiamini in nobis, angustiamini autem 12
in visceribus vestris.

At eandem compensationem, (vt natis, dico:) di- 13
latamini & vos.

Ne fiatis altero iugo copulati infidelibus. Quæ 14
enim participatio iustitiæ & iniquitati? quæ vero communio luci ad tenebras?

Quæ autem conuentio Christo ad Belial? aut 15
quæ pars fideli cum infideli?

Qui autem consensus templo Dei cum idolis? Vos 16
enim templum Dei estis viuentis, sicut dicit Deus, Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus.

Ideo exite de medio eorum, & separamini, dicit 17
Dominus: & immundum ne attingite:

Et ego recipiam vos. Et ero vobis in patrem, & 18
vos eritis mihi in filios & filias, dicit Dominus omnipotens.

Transl. Erasm. Roterod.

Itaque nos posthac neminem nouimus secundum carnem. Porrò etiamsi cognouimus Christum secundum carnem, nunc tamen non amplius nouimus.

Proinde si quis est in Christo, noua creatura est. Vetera præterierunt, ecce noua facta sunt: omnia.

Omnia autem ex Deo: qui reconciliauit nos sibi per Iesum Christum, dedit q; nobis ministerium reconciliationis:

Quandoquidem Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi, non imputans eis peccata sua, & posuit in nobis sermonem reconciliationis.

Itaque nomine Christi legatione fungimur: tanquam Deo vos obsecrante per nos, rogamus pro Christo, reconciliemini Deo:

Eum enim qui non nouit peccatum, pro nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iustitia Dei per illum.

CAP. VI.

QVin & adiuuantes obsecramus, ne in vacuum gratiam Dei receperitis.

Dicat enim: In tempore accepto exaudiui te, & in die salutis succurri tibi. Ecce nunc tempus acceptum, ecce nunc dies salutis.

Ne quam vsquam demus offensionem, ne reprehendatur ministerium,

Sed in omnibus commendemus nos ipsos vt Dei ministri, in tolerantia multa, in afflictionibus, in necessitatibus, in anxietatibus,

In plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigiliis, in ieiunijs,

In puritate, in scientia, in animi lenitate, in benignitate, in Spiritu sancto, in charitate non simulata,

In sermone veritatis, in potentia Dei, per arma iustitia dextra ac sinistra,

Per gloriam & ignominiam, per conuitia & laudes, quasi impostores, & tamen veraces: quasi ignoti, & tamen noti:

Quasi morientes & ecce viuimus: quasi correpti, & non occisi:

Quasi dolentes, semper tamen gaudentes: quasi pauperes, multos tamen ditantes: vt nihil habentes, & tamen omnia possidentes.

Os nostrum apertum est erga vos, Corinthij. Cor nostrum dilatatum est.

Non estis angusti in nobis, sed angusti estis in visceribus vestris.

Eandem autem remunerationem, vt à filijs exigo. Dilatemini & vos,

Ne ducatis iugum cum incredulis. Quod enim consortium iustitiæ cum iniustitia? aut quæ communio luci cum tenebris?

Aut quæ concordia Christo cum Belial? aut quæ pars fideli cum infideli?

Aut quid conuenit templo Dei cum simulacris? Nam vos templum estis Dei viuentis, quemadmodum dixit Deus: Inhabitabo in illis, & inambulabo, & ero illorum Deus: & ipsi erunt mihi populus.

Quapropter exite de medio illorum, & separemini ab illis: dicit Dominus: & immundum ne tetigeritis,

Et ego suscipiam vos, & ero vobis loco patris, & vos eritis mihi vice filiorum ac filiarum: dicit Dominus Omnipotens.

Vulgat. Editio.

CAP. VII.

HAs ergo habentes promiſsiones, chariſsimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis,& ſpiritus perficientes ſanctificationem in timore Dei.

Capite nos. Neminem læſimus, neminem corrupimus,neminem circumuenimus.

Non ad condemnationem veſtram dico:prædiximus enim quod in cordibus noſtris eſtis ad commoriendum,& ad conuiuendum.

Multa mihi fiducia eſt apud vos,multa mihi gloriatio pro vobis,repletus ſum conſolatione, ſuperabundo gaudio in omni tribulatione noſtra.

Nam & cum veniſſemus in Macedoniam,nullam requiem habuit caro noſtra,ſed omnem tribulationem paſsi ſumus:foris pugnæ,intus timores.

Sed qui conſolatur humiles, conſolatus eſt nos Deus in aduentu Titi.

Non ſolum autem in aduentu eius, ſed etiam in conſolatione, qua conſolatus eſt in vobis: referens nobis veſtrum deſiderium,veſtrum fletum,veſtram æmulationem pro me,ita vt magis gauderem.

Quoniam etſi contriſtaui vos in epiſtola,non me pœniteteetſi pœniteret,videns quod epiſtola illa(etſi ad horam)vos contriſtauit;

Nunc gaudeo: non quia contriſtati eſtis, ſed quia contriſtati eſtis ad pœnitentiam. Contriſtati enim eſtis ſecundum Deum, vt in illo detrimentum patiamini ex nobis.

* Quæ enim ſecundum Deum triſtitia eſt,pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur: ſæculi autem triſtitia mortem operatur. * 2. Pet. 2. 20.

Ecce enim hoc ipſum; ſecundum Deum contriſtari vos, quantam in vobis operatur ſolicitudinẽ: ſed defenſionem, ſed indignationem, ſed timorem, ſed deſiderium,ſed æmulationem,ſed vindictam.In omnibus exhibuiſtis vos, incontaminatos eſſe negotio.

Igitur,etſi ſcripſi vobis,non propter eum,qui fecit iniuriam nec propter eum,qui paſſus eſt: ſed ad manifeſtandam ſolicitudinem noſtram, quam habemus pro vobis coram Deo:

Ideo conſolati ſumus.In conſolatione autem noſtra,abundantiùs magis gauiſi ſumus ſuper gaudio Titi, quia refectus eſt ſpiritus eius ab omnibus vobis.

Et ſi quid apud illum de vobis gloriatus ſum, non ſum confuſus:ſed ſicut omnia vobis in veritate locuti ſumus,ita & gloriatio noſtra,quæ fuit ad Titum,veritas facta eſt,

Et viſcera eius abundantiùs in vobis ſunt: reminiſcentis omnium veſtrum obedientiam:quomodo cum timore,& tremore excepiſtis illum.

Gaudeo quòd in omnibus confido in vobis.

CAP. VIII.

NOtam autem facimus vobis, fratres, gratiam Dei,quæ data eſt in Eccleſijs Macedoniæ:

Quod in multo experimento tribulationis abundantia gaudij ipſorum fuit, & altiſsima paupertas eorum abundauit in diuitias ſimplicitatis eorum:

Tranſl. ex Syriac.

CAP. VII.

1 *QVum igitur habeamus hæc promiſſiones, dilectiſſimi, purgemus noſmetipſos ab omni immunditia carnis & ſpiritus, & operemur ſanctimoniam cum timore Dei.*

2 *Suſtinete nos, fratres mei: In neminem iniquè egimus, neminem corrupimus, nemini iniuriam intulimus.*

3 *Non ad veſtri condemnationem dico: ſiquidem iam dixi corde noſtro vos eſſe repoſitos ad mortiendum ſimul, & ad viuendum.*

4 ** Multa eſt mihi fiducia ergo vos, multaq; mihi eſt ex vobis gloriatio, & plenus ſum conſolatione, ac maiorem in modum abundat in me gaudium in omnibus afflictionibus meis.* Quotidie

5 *Etenim quum veniſſemus in Macedoniam, nullam omnino requiem habuit corpus noſtrum, ſed in omnibus afflicti ſumus: foris pugnæ, intus autem terrores.*

6 *Sed Deus ille qui conſololatur humiles, nos conſolatus eſt per aduentum Titi.*

7 *Nec ſolum per aduentum eius, ſed etiam tranquillitate illa qua potitus eſt ex vobis: ſiquidem renuntiauit nobis de charitate veſtra erga nos, deq; luctu veſtro, & zelo veſtro pro nobis; quæ quum audirem, gaudij plurimum habui.*

8 *Nam etiam ſi mœrore vos affecerim per epiſtolam, non me pœnitet, etiamſi pœnituiſſet. Video enim quod epiſtola illa quamuis ad horam mœrore vos affecerit,*

9 *Me tamen gaudio affecit; non quòd contriſtauerim vos, ſed quia triſtitia veſtra ad pœnitentiam ipſa vos adduxit. Hoc enim triſte vobis fuit ſecundum Deum, ſic vt nihil detrimenti acceperitis à nobis.*

10 *Namque triſtitia propter Deum pœnitentem animam efficit non auerſam, ſed conuerſam ad ſalutem: triſtitia verò mundi mortem efficit.*

11 *Ecce enim iſtud ipſum quod contriſtati ſitis propter Deum quantam peperit in vobis ſedulitatem, & prolationem in ſpiritu (ſatisfactionem,) & indignationem, & timorem, & dilectionem, & zelum, & vindictam? Proinde omnibus in rebus ſpectandos vos exhibetis, quod puri ſitis in negotio illo.*

12 *Erit autem hoc quòd ſcripſi vobis, non eius cauſa qui offendit, nec etiam eius cauſa qui offenſus eſt ab eo: ſed vt innoteſcat coram Deo diligentia veſtra propter nos.*

13 *Idcirco conſolationem accepimus. Et cum conſolatione abundantiùs lætati ſumus ob lætitiam Titi, quòd refocillatus ſit ſpiritus eius cum vobis omnibus.*

14 *Quòd ſiquid gloriatus ſum apud eum de vobis, non erubeſco: ſed in omnibus veritatem locuti ſumus vobiſcum; ita & gloriatio noſtra apud Titum in veritate reperta eſt.*

15 *Quinetiam amores viſcerales eius magis ac magis multiplicati ſunt erga vos: dum in memoriam reuocat omnium veſtrum obedientiam, qui cum timore ac tremore excepiſtis eum.*

16 *Gaudeo quòd in omnibus confidam de vobis.*

CAP. VIII.

1 NOtam porrò vobis facimus, fratres mei, gratiam Dei; quæ data eſt in eccleſiis Macedoniorum. Quotidie

2 *Quoniam per probationem multam afflictionum illorum uberius fuit ipſorum gaudium, & profunditas egeſtatis eorum exundauit in diuitias ſimplicitatis ipſorum.*

Transl. B. Ariæ Mont.

CAP. VII.

HAs ergo habentes promiſsiones, dilecti, mundemus nosipſos ab omni inquinamento carnis & ſpiritus, perficientes ſanctificationem in timore Dei.

Capite nos. neminem iniuria affecimus, neminem corrupimus. neminem auarè fraudauimus.

Non ad condemnationem dico. prædixi enim quòd in cordibus noſtris eſtis ad commoriendum, & conuiuendum.

Multa mihi fiducia apud vos: multa mihi gloriatio pro vobis: repletus ſum conſolatione: ſuperabundo gaudio in omni tribulatione noſtra.

Etenim venientibus nobis in Macedoniam, nullam habuit relaxationem caro noſtra: ſed in omni tribulati: foris, pugnæ: intus, timores.

Sed conſolans humiles, conſolatus eſt nos Deus in aduentu Titi.

Non ſolùm autem in aduentu eius, ſed etiam in conſolatione qua conſolatus eſt in vobis, referens nobis veſtrum deſiderium, veſtrum fletum, veſtram æmulationem pro me: ita vt me magis gaudere.

Quoniam ſi & contriſtaui vos in epiſtola, non pœnitudine ducor, ſi & pœnitudine ducar. intueor enim quòd epiſtola illa, ſi & ad horam contriſtauit vos.

Nunc gaudeo, non quia contriſtati eſtis, ſed quia contriſtati eſtis ad pœnitentiam. Contriſtati eſtis enim ſecundùm Deum, vt in nullo detrimento affecti fueritis ex nobis.

Nam ſecundùm Deum triſtitia pœnitentiam in ſalutem haud pœnitendam adoperatur: at mundi triſtitia mortem adoperatur.

Ecce enim hoc ipſum, ſecundùm Deum contriſtari vos, quantum adoperatum ſit in vobis ſtudium, ſed defenſionem, ſed indignationem, ſed timorem, ſed deſiderium, ſed æmulationem, ſed vindictam. in omni conſtituiſtis vosipſos puros eſſe in negotio.

Nempe ſi & ſcripſi vobis, non cauſa iniuriantis, nec cauſa iniuriæti, ſed cauſa manifeſtandi ſtudium noſtrum de vobis ad vos coram Deo.

Propter hoc conſolationem accepimus in conſolatione veſtra: abundantiùs autem magis gauiſi ſumus ſuper gaudio Titi, quia refectus eſt ſpiritus eius ab omnibus vobis.

Quia ſi quid ei de vobis gloriatus ſum, non ſum confuſus: ſed ſicut omnia in veritate locuti ſumus vobis, ita & gloriatio noſtra quæ ad Titum, veritas facta eſt:

Et viſcera eius abundantiùs in vos ſunt, reminiſcentis omnium veſtrum obedientiam, quomodo cum timore & tremore excepiſtis illum.

Gaudeo quòd in omni confido in vobis.

CAP. VIII.

NOtam facimus autem vobis, fratres, gratiam Dei datam in Eccleſiis Macedoniæ.

Quòd in multo experimento tribulationis abundantia gaudij ipſorum, & ſecundùm profundum paupertas eorum abundauit in diuitias ſimplicitatis eorum.

Transl. Eraſm. Roterod.

CAP. VII.

HAs igitur promiſſiones cum habeamus, chariſſimi, mundemus nosipſos ab omni inquinamento carnis ac ſpiritus, perficientes ſanctimoniam cum timore Dei.

Capaces eſtote noſtri: neminem læſimus, neminem corrupimus, neminem fraudauimus.

Non hoc ad condemnationem veſtri dico. Siquidem iam ante dixi vobis, quod in cordibus noſtris eſtis ad commoriendum & conuiuendum.

Multa mihi fiducia erga vos multa mihi gloriatio de vobis, impletus ſum conſolatione, vehementer exundo gaudio in omni afflictione noſtra.

Etenim cum veniſſemus in Macedoniam, nullam habuit relaxationem caro noſtra, ſed in omnibus affligebamur. Foris pugnæ, intus terrores.

Verum qui conſolatur humiles, conſolatus eſt nos Deus per aduentum Titi.

Non ſolum autem per aduentum illius, verumetiam per conſolationem, quam ille accepit de vobis, cum annunciaret nobis veſtrum deſiderium, veſtrum fletum, veſtrum pro me ſtudium, adeo vt magis gauiſus fuerim.

Nam etiamſi contriſtaui vos per epiſtolam, non me pœnitet, tametſi pœnituerat. Video namque quod epiſtola illa, tametſi ad tempus, contriſtauit vos.

Nunc gaudeo, non quod contriſtati fueritis, ſed quod contriſtati ſitis ad pœnitentiam. Nam contriſtati eſtis ſecundum Deum, ſic vt nulla in re detrimento ſitis affecti per nos.

Nam qui ſecundum Deum eſt dolor, is pœnitentiam ad ſalutem haud pœnitendam parit: contra mundi dolor mortem adfert.

Ecce enim iſtuc ipſum, quod ſecundum Deum contriſtati fuiſtis, quantam in vobis genuit ſolicitudinem, imò ſatisfactionem, imò indignationem, imò timorem, imò deſiderium, imò vindictam. Siquidem vbique commendaſtis vosipſos, quod puri ſitis in eo negotio.

Proinde tametſi ſcripſi vobis, non id feci eius cauſa qui læſerat, nec eius cauſa qui læſus fuerat, ſed ob id, vt palàm fieret ſtudium veſtrum pro vobis apud vos in conſpectu Dei.

Idcirco conſolationem accepimus ex conſolatione veſtri: quin uberius inſuper gauiſi ſumus ob gaudium Titi, quod refocillatus ſit ſpiritus illius ab omnibus vobis:

Quod ſi quid apud illum de vobis gloriatus ſum, non fuerim pudefactus, ſed vt omnia cum veritate locuti ſumus vobis, ita & gloriatio noſtra, qua vſus eram apud Titum, veritas facta eſt.

Et viſcera illius maiorem in modum erga vos affecta ſunt, dum recolit omnium veſtrum obedientiam, quemadmodum cum timore ac tremore exceperitis ipſum.

Gaudeo quod in omnibus confidam vobis.

CAP. VIII.

CErtiores autem vos facio, fratres, de gratia Dei, quæ data fuit in Eccleſiis Macedoniæ,

Quoniam per multam probationem afflictionis exuberauit gaudium illorum, & profunda paupertas illorum exundauit in diuitias ſimplicitatis ipſorum.

Vulgat. Editio.

Quia secundùm virtutem testimonium illis reddo & supra virtutem voluntarij fuerunt,

Cum multa exhortatione obsecrantes nos gratiam, & communicationem ministerij, quod fit in Sanctos.

Et non sicut speravimus, sed semetipsos dederunt primùm Domino, deinde nobis per voluntatem Dei,

Ita vt rogaremus Titum, vt quemadmodum cœpit, ita & perficiat in vobis etiam gratiam istam.

Sed sicut in omnibus abundatis fide, & sermone, & scientia, & omni solicitudine, insuper & charitate vestra in nos, vt & in hac gratia abundetis.

Non quasi imperans dico: sed per aliorum solicitudinem etiam vestræ charitatis ingenium bonum comprobans.

Scitis enim gratiam Domini nostri Iesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est, cum esset dives, vt illius inopia vos diuites essetis.

Et consilium in hoc do: hoc enim vobis vtile est, qui non solùm facere, sed & velle cœpistis ab anno priore:

Nunc verò & facto perficite: vt quemadmodum promptus est animus voluntatis, ita sit & perficiendi ex eo, quod habetis.

Si enim voluntas prompta est secundũ id, quod habet accepta est, non secundum id, quod non habet.

Non enim vt aliis sit remissio, vobis autem tribulatio, sed ex æqualitate.

In præsenti tempore vestra abundantia illorum inopiam suppleat: vt & illorum abundantia vestræ inopiæ sit supplementum, vt fiat æqualitas, sicut scriptum est:

a Ex. 16. 18. * Qui multum, non abundauit: qui modicum, non minorauit.

Gratia autem Deo, qui dedit eandem solicitudinem pro vobis in corde Titi,

Quoniam exhortationem quidem suscepit: sed cũ solicitior esset, sua voluntate profectus est ad vos.

Misimus etiam cum illo fratrem, cuius laus est in Euangelio per omnes Ecclesias:

Non solùm autem, sed & ordinatus est ab Ecclesiis, comes peregrinationis nostræ in hanc gratiam quæ ministratur à nobis ad Domini gloriam, & destinatam voluntatem nostram:

Deuitantes hoc, ne quis nos vituperet in hac plenitudine, quæ ministratur à nobis.

b Ro. 12. 17. *Prouidemus enim bona non solùm coram Deo, sed etiam coram hominibus.

Misimus autem cum illis fratrem nostrum, quem probauimus in multis sæpè solicitum esse: nunc autem multo solicitiorem, confidentia multa in vos,

Siue pro Tito, qui est socius meus, & in vos adiutor, siue fratres nostri, Apostoli Ecclesiarum, gloria Christi.

Ostensionem ergo, quæ est charitatis vestræ, & nostræ gloriæ pro vobis, in illos ostendite in faciem Ecclesiarum.

CAP. IX.

NAm de ministerio, quod fit in sanctos, ex abundanti est mihi scribere vobis.

Scio enim promptum animum vestrum: pro quo de vobis glorior apud Macedones. Quoniam & Achaia parata est ab anno præterito, & vestra æmulatio prouocauit plurimos.

Transl. ex Syriac.

Testor enim quòd secundum virtutem ipsorum ac supra vires suas propria ipsorum voluntate,

Efflagitarunt à nobis multa cum obsecratione: vt participes essemus gratiæ ministerij Sanctorum.

Et non prout sperabamus, quinimò seipsos dediderunt primum Domino nostro, tum etiam nobis per voluntatem Dei.

Vt rogaremus Titum, vt quemadmodum incœpit, ita & perficiat in vos quoq; hanc beneficentiam.

Sed quemadmodum omnibus in rebus abundatis fide, & sermone, & cognitione, & omni diligentia, & ea quæ ex vobis est erga nos charitate, sic etiam hac gratia abundetis.

Non præcipiendo præcipio vobis, sed per sedulitatem sociorum vestrorum constantiam charitatis vestræ experior.

Nostis enim gratiam Domini nostri Ieschua Meschicho, quippe qui propter vos pauper factus sit quum esset dives, vt vos eius egestate ditescatis. Dominica vi post Epiphaniam.

Consulendo autem hoc do vobis consilium, quod vobis profuturum est, vt qui ab anno superiore cœpistis non velle tantum sed etiam agere.

Nunc autem facto perficite quod voluistis, vt quemadmodum incessit vobis cupido huius voluntatis, sic & facto exequamini ex eo quod habetis.

Si enim adsit voluntas, iuxta id quod habet planè accepta est, non iuxta id quod non habet.

Non enim, vt aliis fiat respirandi potestas, vobis autem oppressio.

Sed vt ex æquabilitate hoc tempore copia vestra adsit eorum inopiæ: vt & illorum abundantia vestræ adsit penuriæ, vt fiat æquabilitas.

Sicut scriptum est: Qui multum sustulit, nihil superfuit ei; & qui parum tulit, huic nihil defuit.

Gratia autem Deo qui indidit hanc diligentiam in cor Titi pro vobis.

Exhortationem enim nostram suscepit; & quia admodum illi curæ fuit, suapte sponte prodijt ad vos.

Misimus autem vnà cum eo fratrem illum nostrum, cuius laus est in Euangelio per omnes ecclesias:

Vsque adeò vt deligendo delectus sit ab ecclesiis, vt prodiret nobiscum cum hac gratia quæ administratur à nobis ad gloriam, Dei ipsius, & ad nostram adhortationem.

Cæterùm hoc deuitamus, ne quis nobis imponat næuum in hac dignitate quæ administratur à nobis.

Namque curam gerimus rerum bonarum, non coram Deo tantum sed etiam coram hominibus.

Misimus porrò vnà cum eis & fratrem illum nostrum, qui probatus est nobis in multis semper diligens, nunc verò longè diligentior ob multam fiduciam erga vos.

Siue igitur Titus meus est socius & adiutor inter vos, siue sint alij fratres nostri Apostoli ecclesiarum, gloriæ Meschicho.

Omnino specimen charitatis vestræ, & nostræ de vobis gloriationis ostendite in conspectu omnium ecclesiarum.

CAP. IX.

PORrò de subministratione sanctorum, superfluum ago si scribo vobis. Med. oct. iunii.

Siquidem noui promptitudinem voluntatis vestræ, & ideo glorior de vobis apud Macedones: Quoniam Achaia parata est ab anno superiore, & æmulatio vestri plurimos excitauit.

Transl. B. Ariæ Mont.

Quia secundùm virtutem, (testor) & supra virtutem voluntarij:

Cum multa exhortatione obsecrantes nos gratiam & communicationem ministerij quæ in sanctos, suscipere nos.

Et non sicut sperauimus: sed semetipsos dederunt, primùm Domino, & nobis per voluntatem Dei:

In adhortari nos Titum, vt quemadmodum ante cœpit, ita & perficiat in vos & gratiam istam.

Sed sicut in omni abundatis fide & sermone, & scientia, & omni studio, & illa ex vobis in nobis dilectione, vt & in hac gratia abundetis.

Non secundùm imperium dico, sed per aliorum studium, etiam vestræ charitatis germanitatem comprobans.

Scitis enim gratiam Domini nostri Iesu Christi, quoniam propter vos paupertatem subijt dives existens, vt vos illius paupertate ditescceretis:

Et sententiam in hoc do: hoc enim vobis confert: qui non solùm facere, sed & velle primùm cœpistis à superiori anno.

Nunc verò & facere perficite: vt quemadmodum promptitudo velle, ita & perficere ex ipso habere.

Si enim promptitudo animi priùs adsit, secundum id quod habet quis, bene acceptus, non secundùm id quod non habet.

Non enim vt aliis remissio, vobis autem tribulatio: sed ex æqualitate.

In hoc nunc tempore vestra abundantia in illorum defectum, vt & illorum abundantia fiat in vestrum defectum, vt fiat æqualitas: Sicut scriptum est.

Qui multum, non abundauit: & qui modicum, non minorauit.

Gratia autem Deo, danti illud idem studium pro vobis in corde Titi:

Quoniam quidem exhortationem excepit: studiosior verò existens, vltroneus exiit ad vos.

Simul misimus autem cum illo fratrem, cuius laus in Euangelio per omnes Ecclesias:

Non solùm autem, sed & suffragiis electus est ab Ecclesiis, comperegrinus noster cum gratia hac administratio à nobis ad ipsius Domini gloriam, & promptitudinem animi vestri.

Deuitantes hoc, ne quis nos vituperet in exuberantia hac ministrata à nobis.

Præcogitantes pulchra non solùm coram Domino, sed etiam coram hominibus.

Simul misimus autem illis fratrem nostrum, quem probauimus in multis sæpè studiosum existentem, nunc autem multo studiosiorem, confidentia multa quæ in vos.

Siue pro Tito, socius meus & in vos cooperator, siue fratres nostri, Apostoli Ecclesiarum, gloria Christi.

Ergo ostensionem charitatis vestræ, & nostræ gloriationis de vobis, in illos ostendite, in faciem Ecclesiarum.

CAP. IX.

DE quidem enim ministerio in sanctos, ex abundanti mihi est scribere vobis.

Scio enim promptum animum vestrum: quem de vobis glorior Macedonibus, Quod Achaia parata est à superiori anno: & ex vobis æmulatio prouocauit plurimos.

Transl. Erasm. Roterod.

3 *Nam pro viribus, testor, etiam supra vires prompti fuerunt,*

4 *Multa cum obtestatione rogantes nos, vt beneficium & societatem ministerij susciperemus in sanctos:*

5 *Ac non quatenus sperabamus, quinetiam semetipsos dediderunt primum Domino, deinde & nobis per voluntatem Dei,*

6 *In hoc vt adhortaremur Titum, vt quemadmodum ante cœpisset, ita & consummaret hac quoq; erga vos beneficentia.*

7 *Imò quemadmodum vbique abundatis fide, & sermone, & scientia, & omni diligentia, & in ea, quæ ex vobis erga nos est, charitate, facite vt in hac quoque beneficentia abundetis.*

8 *Non secundum imperium loquor, sed per sollicitudinem, erga alios etiam vestra dilectionis synceritatem approbans.*

9 *Nostis enim beneficentiam Domini nostri Iesu Christi, quod propter vos pauper factus sit, cum esset dives, vt vos illius paupertate ditescceretis.*

10 *Et consilium in hoc do, nam hoc vobis conducit: qui quidem non solum facere, verum etiam velle iam cœpistis anno superiore.*

11 *Nunc autem & illud, quod facere cœpistis, perficite: vt quemadmodum voluntas prompta fuit, ita & perficiatis ex eo quod potestis.*

12 *Etenim si prius adsit animi promptitudo, ea iuxta quicquid illud est, quod possidet aliquis, accepta est, non iuxta id, quod non possidet.*

13 *Non enim, vt aliis relaxatio sit, vobis autem angustia, sed vt ex æquabilitate,*

14 *In præsenti tempore vestra copia illorum succurrat inopiæ, & illorum copia vestræ succurrat inopiæ: vt fiat æquabilitas, quemadmodum scriptum est:*

15 *Qui multum habebat, huic nihil superfuit: & qui paulum habebat, is nihilominus habuit.*

16 *Gratia autem Deo, qui dedit eandem sollicitudinem pro vobis in corde Titi,*

17 *Qui exhortationem acceperit: quin potius cum esset diligentior, suapte sponte ad vos venerit.*

18 *Misimus autem vnà cum illo fratrem eum, cuius laus est in Euangelio per omnes Ecclesias:*

19 *Nec id solum, verum etiam delectus est ab Ecclesiis, comes peregrinationis nostræ, cum hac beneficentia quæ administratur à nobis ad eiusdem Domini gloriam, & animi vestri promptitudinem:*

20 *Declinantes hoc, ne quis nos carpat in hac exuberantia, quæ administratur à nobis,*

21 *Procurantes honesta, non tantum coram Domino, sed etiam coram hominibus.*

22 *Misimus autem vnà cum illis fratrem nostrum, quem probauerамus in multis sæpenumero diligentem, nunc autem multo diligentiorem, ob multam fiduciam, quam habeo erga vos,*

23 *Siue Titi nomine, qui socius meus est, & erga vos adiutor, siue aliorum, qui fratres nostri sunt & legati Ecclesiarum, gloria Christi.*

24 *Proinde documentum charitatis vestræ, & nostræ de vobis gloriationis, in eos demonstretis etiam in conspectu Ecclesiarum.*

CAP. IX.

NAm de subministratione quidem quæ fiat in sanctos, superuacuum est mihi scribere vobis.

2 *Noui enim promptitudinem animi vestri, quam de vobis iacto apud Macedones: quod Achaia parata est ab anno superiore, & vestrum exemplum prouocauit complures.*

Vulgat. Editio.

Misi autem fratres: vt ne quod gloriamur de vobis, euacuetur in hac parte, vt (quemadmodum dixi) parati sitis:

Ne cum venerint Macedones mecum, & inuenerint vos imparatos, erubescamus nos (vt non dicamus vos) in hac substantia.

Necessarium ergo existimaui rogare fratres, vt præueniant ad vos, & præparent repromissam benedictionem hanc paratam esse sic, quasi benedictionem non tanquam auaritiam.

Hoc autem dico: Qui parcè seminat, parcè & metet: & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet.

*Eccli 35 11. Vnusquisque prout destinauit in corde suo, non ex tristitia, aut ex necessitate: * Hilarem enim datorem diligit Deus.

Potens est autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis: vt in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonū,

*Ps. 111. 9 Sicut scriptum est: * Dispersit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in sæculum sæculi.

Qui autem administrat semen seminanti: & panem ad manducandum præstabit, & multiplicabit semen vestrum, & augebit incrementa frugum iustitiæ vestræ:

Vt in omnib. locupletati abundetis in omnē simplicitatē, quę operatur per nos gratiarū actionē Deo.

Quoniam ministerium huius officij non solùm supplet ea, quæ desunt sanctis, sed etiam abundat per multas gratiarum actiones in Domino,

Per probationem ministerij huius glorificantes Deum in obedientia confessionis vestræ, in Euangelium Christi, & simplicitate communicationis in illos, & in omnes,

Et in ipsorum obsecratione pro vobis; desiderantium vos propter eminentem gratiam Dei in vobis.

Gratias Deo super inenarrabili dono eius.

CAP. X.

IPse autem ego Paulus obsecro vos per mansuetudinem, & modestiam Christi, qui in facie quidem humilis sum inter vos, absens autem confido in vobis.

Rogo autem vos ne præsens audeam per eam confidentiam, qua existimor audere in quosdam, qui arbitrantur nos tanquam secundùm carnem ambulemus.

In carne enim ambulantes, non secundùm carnem militamus.

Nam arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Deo, ad destructionem munitionum, consilia destruentes,

Et omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi.

Et in promptu habentes vlcisci omnem inobedientiam, cùm impleta fuerit vestra obedientia.

Quæ secundùm faciem sunt, videte. Si quis confidit sibi Christi se esse, hoc cogitet iterum apud se: quia sicut ipse Christi est, ita & nos.

Nam, & si amplius aliquid gloriatus fuero de potestate nostra, quam dedit nobis Dominus in ædificationem, & non in destructionem vestram: non erubescam.

Vt autem non existimer tanquam terrere vos per epistolas:

Transl. ex Syriac.

3 *Misi autem fratres ne inanis reddatur gloriatio qua gloriamur de vobis in hoc negotio, vt, quemadmodum dixi sitis parati.*

4 *Ne forte veniant mecum Macedones, & inueniant vos imparatos, & nos pudore suffundamur, ne dicamus vos pudore suffusum iri gloriatione illa qua gloriati sumus.*

5 *Quapropter mihi cura fuit hac rogare fratres meos, vt, priusquam ego, veniant ad vos, & præparent benedictionem illam quam à principio audistis, vt parata sic sit tanquam benedictio, non tanquàm auarita.*

6 *Hoc est autem, qui seminat cum parsimonia, etiam cum parsimonia metet: at qui seminat cum benedictione, etiam cum benedictione metet.*

7 *Vnusquisque pro ea qua praditus est voluntate, non tanquam ex tristitia, vel tanquam per vim: Hilarem enim datorem diligit Dominus.*

8 *Fieri siquidem potest per Deum, vt omnis beneficentia exuberet in vos, vt in omnibus semper quod sufficit vobis habeatis, abundetisque in omni opere bono.*

9 *Sicut scriptum est: Dispersit, dedítque pauperibus, & iustitia eius stat in sæculum.*

10 *Cæterùm qui largitur semen seminanti, is & panem in cibum largietur, & multiplicabit sementem vestram, & augebit prouentus iustitiæ vestræ.*

11 *Vt in omnibus ditemini in omnem simplicitatem, quæ nos perficit gratiarum actionem Deo.*

12 *Quoniam functio ministerij huius non solum defectum sanctorum supplet, sed etiam exuberat in multas gratiarum actiones Deo.*

13 *Nam propter probationem ministerij huius Deum glorificamus, quod subiecti sitis confessioni Euangelij Meschicho, & communicetis in simplicitate vestra cum eis, & cum omnibus.*

14 *Preces autem efferunt pro vobis cum multa charitate propter multitudinem beneficentiæ Dei in vos.*

15 *Gratia autem Deo super dono ipsius inenarrabili.*

CAP. X.

1 EGo vero Paulus peto vobis per lenitatem & mansuetudinem Meschicho, qui de facie quidem humilis sum apud vos, absens tamen confido de vobis. Dominica vt. Ieiunii.

2 *Obsecro autem vos, ne quum venerim, vrgeat illa fiducia quam habeo vt audeam, sicut ex stimor, in illos homines, qui putant nos secundum carnem incedere.*

3 *Quamuis enim in carne ambulemus, non tamen secundum carnem militamus.*

4 *Arma enim militiæ nostræ non sunt secundum carnem, sed virtus Dei ac per eam subiugamus munitiones rebelles, & demolimur cogitationes;*

5 *Omnemque elationem quæ sese effert aduersus cognitionem Dei, & captiuum ducimus omnem intellectum ad obedientiam Meschicho.*

6 *Ac parati sumus ad faciendam vindictam de ijs qui non obedrunt, quum impleta fuerit obedientia vestra.*

7 *Faciem intuemini? Si quis confidit de seipso quod ipsius Meschicho sit, illud sciat ex seipso, quod quemadmodum ipse Meschicho est, ita & nos.*

8 *Nam etsi aliquid amplius gloriatus fuero de potestate quam dedit midi Dominus noster, non erubesco: quippe quem in vestri ædificationem dedit nobis, non autem in vestri deiectionem.*

9 *Cæterùm non curo existimari tanquam is qui perterrefaciendo perterrefaciam vos per epistolas meas.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Misi autem fratres, vt ne gloriatio nostra de vobis, inanis fiat in parte hac: vt (quemadmodum dixi) parati sitis:

Ne fortè si venerint cum me Macedones, & inuenerint vos imparatos, erubescamus nos, (vt non dicamus vos) in substantiâ hac gloriationis.

Necessarium ergo existimaui rogare fratres, vt præeant ad vos, & præparent prænnuntiatam benedictionem vestram, hanc paratam esse, sic quasi benedictionem, & non quasi exactionem.

Hoc autem, Serens parcè, parcè & metet: & seminans in benedictionibus, in benedictionibus & metet.

Vnusquisque prout præoptat corde, non ex tristitia, aut ex necessitate. hilarem enim datorem diligit Deus.

Potens autem Deus omnem gratiam abundare facere in vos: vt in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum:

Sicut scriptum est: Dispersit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in æternum.

At suppeditans semen seminanti, & panem ad escam suppeditet, & multiplicet sementem vestram, & augeat fructus genitos iustitiæ vestræ:)

In omni ditati in omnem simplicitatem, quæ adoperatur per nos gratiarum actionem Deo.

Quoniam ministerium oblationis huius non solùm est adsupplens inopias sanctorum: sed etiam redundans per multas gratiarum actiones Deo.

Per probationem, ministerij huius glorificantes Deum in obedientia confessionis vestræ in Euangelium Christi, & simplicitate communicationis in illos, & in omnes,

Et ipsorum obsecratione pro vobis desiderantium vos propter eminentem gratiam Dei in vobis.

Gratia autem Deo super inenarrabili eius dono.

CAP. X.

IPse autem ego Paulus obsecro vos per lenitatem & æquitatem Christi: qui secundùm faciem quidem humilis in vobis, absens autem confido in vos.

Rogo autem, ne præsens confidens esse ea fiducia, qua cogito audere in quosdam, existimantes nos tanquam secundum carnem ambulantes.

In carne enim ambulantes, non secundùm carnem militamus.

Nam arma militiæ nostræ non carnalia, sed potentia Deo, ad euertionem munitionum, ratiocinationes euertentes,

Et omnem sublimitatem elatam aduersus cognitionem Dei, & captiuantes omnem intellectum in obedientiam Christi.

Et in parato habentes vlcisci omnem inobedientiam, cùm impleta fuerit vestra obedientia.

Quæ secundùm faciem aspicitis? Si quis confidit sibi ipsi, Christi esse, hoc cogitet iterum à seipso, quia sicut ipse Christi, ita & nos Christi.

Sique enim & amplius aliquid glorier de auctoritate nostra, quam dedit Dominus nobis in ædificationem, & non in euersionem vestram, non pudefiam.

Vt autem non videar tanquam terrere vos per epistolas,

Transl. Erasm. Roterod.

Misi tamen hos fratres, ne gloria nostra qua gloriar de vobis, inanis fiat in hac parte: vt quemadmodum dicebam, parati sitis: ne quo pacto fiat,

Vt si mecum venerint Macedones, & offenderint vos imparatos, nos pudore suffundamur vt ne dicam vos, in hoc argumento gloriationis.

Proinde necessarium arbitratus sum, adhortari fratres, vt prius accederent ad vos, & præpararent iam ante promissam bonam collationem vestram, vt ea sit in promptu, sic tanquam bona collatio, & non tanquàm fraudatio.

Illud autem dico: Qui sementem facit parcè, is parcè messurus est. Et qui sementem facit, libenter ac benignè largiendo, copiosè messurus est:

Vnusquisque secundum propositum cordis, non ex molestia, aut ex necessitate. Nam hilarem datorem diligit Deus.

Potens est autem Deus efficere, vt totum beneficium in vos exuberet: vt in omnibus omnem sufficientiam habentes, exuberetis in omne opus bonum,

Quemadmodum scriptum est: Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum.

Porrò qui suppeditat semen seminanti, is & panem in cibum suppeditet, & multiplicet sementem vestram, & augeat prouentus iustitiæ vestræ,

Vt in omnibus locupletemini, in omnem simplicitatem, quæ per nos efficit, vt gratia agantur Deo.

Nam functio huius ministerij non solum supplet ea quæ desunt sanctis, verumetiam exuberat in hoc, quod per multos agantur gratiæ Deo,

Qui per probationem ministerij huius, glorificant Deum super obedientia consensus vestri in Euangelium Christi, & de simplicitate communicationis in ipsos, & in omneis,

Et in illorum oratione pro vobis, qui desiderant vos propter eminentem gratiam Dei in vobis.

Gratia autem Deo, super inenarrabili suo munere.

CAP. X.

CÆterum ipse ego Paulus obsecro vos per lenitatem & mansuetudinem Christi, qui iuxta faciem quidem humilis sum inter vos, absens tamen audax sum erga vos.

Rogo autem vos, ne præsens audeam ea fiducia, qua existimor audax fuisse in quosdam, qui putant nos veluti secundum carnem ambulare:

Nam in carne ambulantes, non secundum carnem militamus.

Siquidem arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Deo, ad demolitionem munitionum, quibus consilia demolimur,

Et omnem celsitudinem quæ extollitur adversus cognitionem Dei, & captiuam ducimus omnem cogitationem ad obediendum Christo,

Et in promptu habemus vindictam aduersus omnem inobedientiam, cum impleta fuerit vestra obedientia.

Quæ in conspectu sunt, videtis? Si quis de seipso confidit, quod Christi sit, illud rursum perpendat ex seipso: quod quemadmodum ipse Christi est, ita & nos Christi sumus.

Nam si & amplius quippiam glorier de potestate nostra, quam dedit Dominus nobis in ædificationem, & non in destructionem vestri, non pudefiam,

Ne videar ceu perterrefacere vos per epistolas.

Vulgat. Editio.

Quoniam quidem epistolæ, inquiunt, graues sunt & fortes: præsentia autem corporis infirma, & sermo contemptibilis:

Hoc cogitet qui eiusmodi est, quia quales sumus verbo per epistolas absentes, tales & præsentes in facto.

Non enim audemus inferere, aut comparare nos quibusdam, qui seipsos commendant: sed ipsi in nosmetipsos metientes, & comparantes nosmetipsos nobis.

Nos autem non in immensum gloriabimur, *sed secundum mensuram regulæ, qua mensus est nobis Deus, mensuram pertingendi vsque ad vos.

Non enim quasi non pertingentes ad vos, superextendimus nos: vsque ad vos enim peruenimus in Euangelio Christi.

Non in immensum gloriantes in alienis laboribus: spem autem habentes crescentis fidei vestræ, in vobis magnificari secundum regulam nostram in abundantiam,

Etiam in illa, quæ vltra vos sunt, euangelizare, non in aliena regula in iis quæ præparata sunt gloriari.

a Ier. 9, 23. 1. Cor. 1. 31. *Qui autem gloriatur, in Domino glorietur.

Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est: sed quem Deus commendat.

CAP. XI.

VInam sustineretis modicum quid insipientiæ meæ: sed & supportate me:

Æmulor enim vos Dei æmulatione. Despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo.

b Gen. 3. 4. Timeo autem ne *sicut serpens Heuam seduxit astutia sua, ita corrumpantur sensus vestri, & excidant à simplicitate, quæ est in Christo.

Nam si is, qui venit, alium Christum prædicat, quem non prædicauimus: aut alium spiritum accipitis, quem non accepistis: aut aliud Euangelium, quod non recepistis: recte pateremini.

Existimo enim nihil me minus fecisse à magnis Apostolis.

Nam etsi imperitus sermone, sed non scientia, in omnibus autem manifestati sumus vobis.

Aut numquid peccatum feci, me ipsum humilians, vt vos exaltemini? quoniam gratis Euangelium Dei euangelizaui vobis?

Alias Ecclesias expoliaui, accipiens stipendium ad ministerium vestrum.

Et cum essem apud vos, & egerem, nulli onerosus fui: nam quod mihi deerat, suppleuerunt fratres, qui venerunt à Macedonia: & in omnibus sine onere me vobis seruaui, & seruabo.

Est veritas Christi in me, quoniam hæc gloriatio non infringetur in me in regionibus Achaiæ.

Quare? quia non diligo vos? Deus scit.

Quod autem facio, & faciam: vt amputem occasionem eorum, qui volunt occasionem, vt in quo gloriantur, inueniantur sicut & nos.

Nam eiusmodi pseudoapostoli, sunt operarij subdoli, transfigurantes se in Apostolos Christi.

Et non mirum: ipse enim Satanas transfigurat se in Angelum lucis.

Non est ergo magnum, si ministri eius transfigurentur velut ministri iustitiæ: quorum finis erit secundum opera ipsorum.

Transl. ex Syriac.

10 *Quia sunt quidam qui dicunt: Epistolæ quidem graues sunt & validæ: aduentus autem corporis infirmus, & sermo contemptus.*

11 *Sed hoc cogitet qui sic dicit, quòd quales sumus in sermone epistolarum nostrarum quum absumus, tales etiam sumus in opere præsentes.*

12 *Non enim audemus æstimare aut conferre nosipsos cum ijs qui seipsos gloria efferunt: sed quia isti semet sibi comparant, non intelligunt.*

13 *Nos non gloriamur supra modum, sed iuxta mensuram finium, quam distribuit nobis Deus, vt & pertingamus vsque ad vos.*

14 *Non enim quasi non pertingamus ad vos, extendimus nosipsos: nam vsque ad vos peruenimus cum Euangelio Meschicho.*

15 *Neque gloriamur præter mensuram nostram in labore alieno: sed est nobis spes crescente fide vestra nos in vobis magnificatum iri iuxta mensuram nostram.*

16 *Quin & vltra vos exuberabimus euangelizando, non per mensuram alienam in his quæ parata sunt gloriemur.*

17 *Qui autem gloriabitur, in Domino glorietur.*

18 *Non enim qui seipsum laudibus effert, probatur: sed quem Dominus commendauerit.*

CAP. XI.

1 *VTinam verò toleraſſetis me paulisper vt loquerer insipienter: sed & sufferetis me.* Ferè ij, Theodoretus & alii.

2 *Nam zelotypus sum erga vos zelo Dei. Despondi enim vos viro vnico virginem castam quam offeram Meschicho.*

3 *Vereor autem ne prout seduxit serpens Chauo, fraude sua, ita corrumpantur sensus vestri à simplicitate quæ est erga Meschicho.*

4 *Nam si is qui venit ad vos, alium Ieschua prædicat vobis, quem nos non prædicamus: aut spiritum alium accepistis, quem non acceperatis: aut aliud Euangelium quod non recipistis; pulchrè assensum præbetis.*

5 *Arbitror enim me nihilo inferiorem esse Apostolis illis admodum præstantibus.*

6 *Quamuis enim imperitus sim sermone meo, non tamen scientia mea; verùm in omnibus manifesti fuimus apud vos.*

7 *An fortè errando erraui quo meipsum deiecerim, vt vos exaltaremini? gratuitoque prædicarim vobis Euangelium Dei?*

8 *Porrò ecclesias alias exui, vt acciperem sumptus in vestri ministerium.*

9 *Et quum venissem ad vos, neminem vestrum oneraui, indigentiam enim meam suppleuerunt fratres qui venerant à Macedonia & in omnibus meipsum seruaui ac seruaturus sum, vt non sim vobis oneri.*

10 *Est in me veritas Meschicho; quòd hæc gloriatio non abolebitur in me regionibus Achaiæ.*

11 *Quare? quia non diligo vos? Deus nouit.*

12 *Sed quod facio idem & faciam: vt præcidam occasionem ijs, qui quærunt occasionem: vt in eo de quo gloriantur, reperiantur sicut & nos.*

13 *Sunt enim isti pseudoapostoli, & operarij dolosi, & transformant seipsos in Apostolos Meschicho.*

14 *Et in hoc nihil mirandum est: si enim ipse Satanas transformatur in Angelum lucis.*

15 *Non est magnum negotium si, & ministri eius transformantur in ministros iustitiæ: quorum finis erit iuxta opera ipsorum.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Quoniam quidem epistolæ, inquit, graues & fortes: at liberas corporis infirma, & sermo nihili factus.

Hoc cogitet talis, quia quales sumus verbo per epistolas absentes, tales & præsentes opere.

Non enim audemus inferere aut conferre nosipsos quibusdam, seipsos commendantibus: sed ipsi in seipsis semetipsos metientes, & conferentes seipsos semetipsis, non intelligunt.

Nos autem non in immensurata gloriabimur, sed secundum mensuram regulæ, quam partitus est nobis Deus, mensuram pertigisse vsque & vos.

Non enim quasi non pertingentes ad vos, superextendimus nos ipsos. Vsque ad enim & vos peruenimus in Euangelio Christi;

Non in immensurata gloriantes in alienis laboribus: spem autem habentes augescente fide vestra, in vobis magnificari secundum regulam nostram in abundantiam,

In vlteriora vestri euangelizare: non in aliena regula, in parata gloriari..

At glorians, in Domino glorietur.

Non enim seipsum commendans, ille est probatus, sed quem Dominus commendat.

CAP. XI.

VTinam toleraretis meam pauliſper insipientiam: sed & supportate me.

Æmulor enim vos æmulatione Dei. Despondi enim vos vni viro, virginem castam sistere Christo.

Timeo autem ne fortè sicut serpens Euam seduxit in astutia sua, ita corrumpantur mentes vestræ, à simplicitate illa in Christum.

Siquidem enim veniens alium Iesum prædicat quem non prædicauimus, aut spiritum alium accipitis quem non accepistis, aut Euangelium aliud quod non recepistis: recte toleraueritis.

Existimo enim nihilo inferiorem esse super valde Apostolis.

Si vero & rudis sermone, sed non cognitione: sed in omni manifestati in omnibus in vos.

Aut peccatum feci, meipsum humilians, vt vos exaltemini? quoniam gratis Dei Euangelium euangelizauerim vobis?

Alias ecclesias expoliaui, accipiens stipendium, ad vestrum ministerium.

Et præsens apud vos, & egens, non obtorpui cuiquam: nam inopiam meam suppleuerunt fratres venientes à Macedonia: & in omni inonerosum vobis meipsum seruaui, & seruabo.

Est veritas Christi in me: quoniam gloriatio hæc non obturabitur in me in regionibus Achaiæ.

Propter quid? quia non diligo vos? Deus scit.

Quod autem facio, & faciam, vt amputem occasionem volentium occasionem: vt, in quo gloriantur, inueniantur sicut & nos.

Nam eiusmodi pseudoapostoli, operarij dolosi, transformati in Apostolos Christi.

Et non mirum: ipse enim Satanas transformatur in Angelum lucis.

Non magnum ergo si & ministri eius transformantur velut ministri iustitiæ: quorum finis erit secundum opera ipsorum.

Transl. Erasm. Roterod.

Nam epistolæ quidem, inquit, graues sunt & robustæ, at præsentia corporis infirma, & sermo contemptus.

Hoc reputet, qui istiusmodi est, quod quales sumus sermone, per epistolas cum absumus, tales sumus & cum adsumus, facto.

Non enim sustinemus inferere, aut conferre nosipsos cum quibusdam, qui seipsos commendant. Sed isti non intelligunt, quod ipsi inter sese seipsos metiuntur, & comparant semet sibi.

At nos non in immensum gloriabimur, verum iuxta mensuram regulæ, qua partitus est nobis Deus, mensura pertingendi etiam vsque vos.

Non enim quasi non pertingamus vsque ad vos, extendimus nosipsos supra modum. Nam vsque ad vos quoque peruenimus in Euangelio Christi,

Non in immensum gloriantes super alienis laboribus, sperantes futurum: vt suboleſcente fide vestra in vobis, magnificemur iuxta regulam nostram in exuberantiam:

Vt iis quoque regionibus, quæ vltra vos sunt, euangelizem, non per alienam regulam, vt de his quæ parata sunt, gloriemur:

Sed qui gloriatur, in Domino glorietur.

Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est, sed is quem Dominus commendat.

CAP. XI.

VTinam toleraſſetis me pauliſper in insipientia mea imò & suffertis me:

Nam zelotypus sum erga vos, Dei zelo. Adiunxi enim vos vni viro, vt virginem castam exhiberetis Christo:

Sed metuo, ne qua fiat, vt quemadmodum serpens Euam decepit versutia sua, ita corrumpantur sensus vestri à simplicitate, quæ erat erga Christum.

Nam si is, qui venit, alium Iesum prædicat, quem non prædicauimus: aut si spiritum alium accipitis, quem non accepistis, aut Euangelium aliud quod non accepistis, rectè sustinuisseris.

Arbitror enim me nihilo inferiorem fuisse eximiis Apostolis.

Cæterum licet imperitus sim sermone, non tamen scientia. Verum vbique manifesti fuimus in omnibus erga vos.

Num illud peccaui, quod meipsum humiliarim, vt vos exaltaremini? quod gratuito Euangelium Dei prædicauerim vobis?

Cæteras Ecclesias depredatus sum accepto ab illis stipendio, quo vobis inseruirem.

Et cum apud vos essem & egerem, non onerosus fui cuiquam. Nam quod mihi deerat, suppleuerunt fratres, qui venerant à Macedonia: & in omnibus sic me seruabam, ne cui essem onerosus, atque ita seruabo.

Est veritas Christi in me, quòd hæc gloriatio non interrumpetur contra me in regionibus Achaiæ.

Quapropter? an quod non diligam vos? Deus nouit.

Verum quòd facio, idem & faciam, vt amputem occasionem ijs, qui cupiunt occasionem: vt in eo de quo gloriantur, reperiantur, quemadmodum & nos.

Siquidem istiusmodi pseudoapostoli, operarij dolosi sunt, sumpta persona Apostolorum Christi:

Atque haud mirum, quandoquidem ipse Satanas transfiguratur in Angelum lucis.

Non magnum est igitur, si & ministri illius, personam in se transferunt, quasi sint ministri iustitiæ, quorum finis erit iuxta opera eorum

Vulgat. Editio.

Iterum dico, (ne quis me putet insipientem esse alioquin velut insipientem accipite me, vt & ego modicum quid glorier)

Quod loquor, non loquor secundum Deum, sed quasi in insipientia, in hac substantia gloriæ.

Quoniam multi gloriantur secundum carnem: & ego gloriabor.

Libenter enim sufferti insipientes: cum sitis ipsi sapientes.

Sustinetis enim si quis vos in seruitutem redigit, si quis deuorat, si quis accipit, si quis extollitur, si quis in faciem vos cædit.

Secundum ignobilitatem dico, quasi nos infirmi fuerimus in hac parte. In quo quis audet (in insipientia dico) audeo & ego:

Hebræi sunt, & ego: Israelitæ sunt, & ego: Semen Abrahæ sunt, & ego:

Ministri Christi sunt, (vt minus sapiens dico) plus ego: in laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter.

* Dan. 3. * Act. 16. 22. * Act. 14. 18. * Act. 27. 2

A Iudæis quinquies * quadragenas, vna minus, accepi.

* Ter virgis cæsus sum, * semel lapidatus sum, * ter naufragium feci, nocte & die in profundo maris fui,

In itineribus sæpe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex Gentibus periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus:

In labore, & ærumna, in vigiliis multis, in fame, & siti, in ieiuniis multis, in frigore, & nuditate,

Præter illa, quæ extrinsecus sunt instantia mea quotidiana, solicitudo omnium Ecclesiarum.

Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror?

Si gloriari oportet: quæ infirmitatis meæ sunt, gloriabor.

Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui est benedictus in sæcula, scit quòd non mentior.

* Act. 9. 24

* Damasci propositus Gentis Aretæ regis, custodiebat ciuitatem Damascenorum vt me comprehenderet.

Et per fenestram in sporta dimissus sum per murum, & sic effugi manus eius.

CAP. XII.

* Act. 9. 3.

SI gloriari oportet (non expedit quidem:) veniam autem ad visiones, & reuelationes Domini.

* Scio hominem in Christo ante annos quattuordecim, siue in corpore nescio, siue extra corpus nescio, Deus scit, raptum huiusmodi vsque ad tertium cœlum.

Et scio huiusmodi hominem siue in corpore, siue extra corpus nescio, Deus scit:

Quoniam raptus est in Paradisum: & audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui.

Pro huiusmodi gloriabor: pro me autem nihil gloriabor nisi in infirmitatibus meis.

Nam, & si voluero gloriari, non ero insipiens: veritatem enim dicam: parco autem, ne quis me existimet supra id, quod videt in me, aut aliquid audit ex me.

Et ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ Angelus Satanæ, qui me colaphizet.

Propter quod ter Dominum rogaui vt discederet à me:

Transl. ex Syriac.

16 * *Iterum autem dico, ne quis putet de me, quasi stultus sim, alioquin etiam vt stultum accipite me, vt & ego paulisper glorier.*

* In commemorationem Pauli.

17 *Quod loquor non secundum Dominum nostrum loquor, sed quasi per insipientiam in hoc loco gloriationis.*

18 *Quandoquidem multi gloriantur secundum carnem, sed & ego gloriabor.*

19 *Pacifici enim estis ad obtemperandum rationis expertibus: quum vos sitis sapientes.*

20 *Et solliciti estis de eo qui vos in seruitutem adigit, & qui vos exedit, & qui accipit à vobis, & qui effert sese supra vos, & qui cædit vos in faciem vestram.*

21 *Secundum ignominiam dico, quasi nos infirmi simus. Hoc per amentiam dico, in quocunque audet aliquis, audeo & ego.*

22 *Si Hebræi sunt, & ego quoque: siue sint Israelitæ, & ego: si sunt semen Abrahom, & ego.*

23 *Si ministri sunt Meschicho (per amentiam dico) illis præstantior sum: in labore plusquam illi, in verberibus plusquam illi, in vinculis plusquam illi, in mortibus pluries.*

24 *A Iudæis quinquies quadragenis plagis vapulaui, vna minus.*

25 *Ter virgis cæsus sum, semel lapidatus, ter in naufragio, die & nocte in mari sine nautgio fui.*

26 *In itineribus plurimis, in periculo fluminum, in periculo sicariorum, in periculo ex cognatione mea, in periculo ex gentibus, in periculo fui in ciuitate, in periculo fui in solitudine, in periculo in mari, in periculo ex falsis fratribus:*

27 *In labore & fatigatione, in vigiliis multa, in fame & siti, in ieiunio multo, in frigore & nuditate.*

28 *Præter cætera, & cœtum qui est contra me quotidie, ac sollicitudinem meam pro omnibus ecclesiis.*

29 *Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis offenditur, & ego non vror?*

30 *Si gloriandum est, oportet in infirmitatibus meis me gloriari.*

31 *Nouit Deus Pater Domini nostri Ieschua Meschicho, benedictus in seculum seculorum quod non mentior.*

32 *In Darmasouk præfectus militiæ Aretæ regis custodiebat ciuitatem Darmaskenorum, vt me comprehenderet.*

33 *Et per fenestram in sporta demiserunt me per murum, & ereptus fui à manibus eius.*

CAP. XII.

1 GLoriari oportet, sed non expedit: venio enim ad visiones & reuelationes Domini nostri.

2 *Noui hominem in Meschicho ante annos quatuordecim, (an verò in corpore, vel extra corpus nescio: Deus nouit.) qui quidem raptus est vsque ad tertium cœlorum.*

3 *Et noui hunc hominem, verùm an in corpore, an extra corpus, nescio: Deus nouit.*

4 *Et raptus est in Paradisum, & audiuit verba non dicenda, quæ non licet homini eloqui.*

5 *Super huiusmodi gloriabor, de meipso verò non gloriabor, nisi in infirmitatibus.*

6 *Si enim voluero gloriari, non ero insipiens: siquidem veritatem dico: sed parco, ne quis cogitet de me, supra id quod videt me esse, aut quod audit ex me.*

7 *Et ne efferver excellentia reuelationum, datus est mihi stimulus in carne mea nuncius Satanæ, vt colaphis caderet me, ne efferrer.*

8 *Super hoc ter obsecraui Dominum meum, vt discederet à me.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Iterum dico, (ne quis me putet insipientem esse. si verò non etiam vt insipientem accipite me, vt & ego modicum quid glorier.)

Quod loquor, non loquor secundũ Dominũ, sed quasi in insipientia, in hac præfidẽtia gloriationis.

Quoniam multi gloriantur secundum carnem, & ego gloriabor.

Libenter enim suffertis insipientes, prudentes existentes.

Toleratis enim si quis vos in seruitutem redigit, si quis deuorat, si quis accipit, si quis extollitur si quis vos in faciem cædit.

Secundùm contumeliam, dico: quasi quod nos infirmi fuerimus. In quo verò quis audet (in insipientiâ dico) audeo & ego.

Hebræi sunt, & ego: Israelitæ sunt, & ego: semen Abrahæ sunt & ego.

Ministri Christi sunt, (desipiens loquor) super ego in laboribus abundantius, in plagis supra modum, in carceribus abundantiùs, in mortibus frequenter.

A Iudæis quinquies quadragenas, præter vnam, accepi.

Ter virgis cæsus sum: semel lapidatus sum, ter naufragium feci, noctem, diem in profundo egi.

Itineribus sæpè: periculis fluminum, periculis latronũ, periculis ex genere, periculis ex Gentibus periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus:

In fatigatione & ærumna, in vigiliis sæpe, in fame & siti, in ieiuniis sæpe, in frigore & nuditate.

Præter illa extrinsecus instantia, mea per diem solicitudo omnium ecclesiarum.

Quis infirmatur, & non infirmor? quis scandalizatur, & non ego vror?

Si gloriari oportet, quæ infirmitatis meæ gloriabor.

Deus & Pater Domini Iesu Christi scit, ille existens benedictus in secula, quod non mentior.

In Damasco gentis præpositus Aretæ regis præsidio tenebat Damascenorum ciuitatem prehendere me volens.

Et per fenestram in sporta demissus sum per murum: & effugi manus eius.

CAP. XII.

GLoriari sanè non confert mihi: veniam enim ad visiones & reuelationes Domini.

Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim, (siue in corpore, nescio: siue extra corpus, nescio: Deus scit:) raptum huiusmodi vsque ad tertium cælum.

Et scio huiusmodi hominem, (siue in corpore, siue extra corpus, nescio: Deus scit)

Quoniam raptus est in paradisum: & audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui.

Pro huiusmodi gloriabor: pro autem meipso non gloriabor, si non in infirmitatibus meis.

Si enim voluero gloriari, non ero insipiens: veritatem enim dicam, parco autem, ne quis in me existimet supra quod videt me, aut audit aliquid ex me.

Et excellentia reuelationum vt ne efferar, datus est mihi stimulus carni Angelus Satan, vt me colaphizet, vt ne efferar.

Super hoc ter Dominum rogaui, vt discederet à me.

Transl. Erasm. Roterod.

Iterum dico, ne quis me putet insipientem esse alioquin & iam vt insipientem accipite me, vt paululum quiddam & ego glorier.

Quod dico, non dico secundum Dominum, sed velut per insipientiam, in hoc argumento gloriationis.

Quandoquidem multi gloriantur secundum carnem, & ego gloriabor,

Libenter enim sufferti insipientes, cum sitis sapientes,

Suffertis enim, si quis vos in seruitutem adigit, si quis exedit, si quis accipit, si quis attollit sese, si quis vos in faciem cædit,

Iuxta contumeliam loquor. perinde quasi nos infirmi fuerimus: imò in quocunq; audet aliquis, per insipientiam loquor, audeo & ego.

Hebræi sunt, sum & ego. Israelitæ sunt, sum & ego. Semen Abrahæ sunt sum & ego.

Ministri Christi sunt, desipiens loquor, excellentius sum ego, in laboribus copiosius, in verberibus supra modum, in carceribus abundantius, in mortibus frequenter.

A Iudæis quinquies quadragenas plagas vna minus accepi.

Ter virgis cæsus fui, semel fui lapidatus: ter naufragium feci: noctem ac diem in profundo egi.

In itineribus sæpe, in periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in deserto, periculis in mari, periculis inter falsos fratres,

In labore & molestia, in vegilijs sæpe, in fame & siti, in ieunijs sæpe, in frigore, & nuditate,

Præter ea quæ extrinsecus accidunt, incumbens mihi quotidiana cura omnium ecclesiarum.

Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis offenditur, & ego non vror?

Si gloriari oporteat, de his quæ infirmitatis meæ sunt, gloriabor.

Deus & pater Domini nostri Iesu Christi, qui est laudandus in secula, nouit, quod non mentiar.

In Damasco gentis præfectus nomine Aretæ regis excubias posuerat in Damascenorum vrbe, cupiens me comprehendere,

Ac per fenestram in sporta demissus fui per mœnia, effugiq; manus eius.

CAP. XII.

GLoriari sanè non expedit mihi, veniam enim ad visiones & reuelationes Domini,

Noui hominem in Christo ante annos quatuordecim, an in corpore, nescio: an extra corpus, nescio, Deus nouit: raptum huiusmodi in tertium vsque cælum.

Et scio huiusmodi hominem: an in corpore, an extra corpus, nescio, Deus nouit:

Raptum fuisse in paradisum, & audisse arcana verba, quæ fas non sit homini loqui.

Super huiusmodi homine gloriabor, de meipso vero non gloriabor, nisi super infirmitatibus meis.

Nam si voluero gloriari, non ero insipiens, veritatem enim dicam: sed parco vobis, ne quis, de me cogitet, supra id quod videt esse me, aut quod audit ex me.

Et ne excellentia reuelationum supra modum efferrer, datus fuit mihi stimulus per carnem, nuncius Satanæ, vt me colaphis cæderet, ne supra modum efferrer.

Super hoc ter Dominum rogaui, vt discederet à me.

Vulgat. Editio.

Et dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi.

Propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustijs pro Christo: Cum enim infirmor, tunc potens sum.

Factus sum insipiens, vos me coegistis. Ego enim à vobis debui commendari: nihil enim minus fui ab iis, qui sunt supra modum Apostoli: tametsi nihil sum.

Signa tamen Apostolatus mei facta sunt super vos in omni patientia, in signis & prodigijs & virtutibus:

Quid est enim, quod minus habuistis præ ceteris Ecclesiis, nisi quod ego ipse non grauaui vos? Donate mihi hanc iniuriam.

Ecce tertio hoc paratus sum venire ad vos, & non ero grauis vobis: non enim quæro quæ vestra sunt, sed vos: Nec enim debent filij parentibus thesaurizare, sed parentes filijs.

Ego autem libentissimè impendam, & superimpendar ipse pro animabus vestris: licet plus vos diligens, minus diligar.

Sed esto: ego vos non grauaui, sed cum essem astutus, dolo vos cepi.

Numquid per aliquem eorum, quos misi ad vos, circumueni vos?

Rogaui Titum, & misi cum illo fratrem. Numquid Titus vos circumuenit? nonne eodem spiritu ambulauimus? non ijsdem vestigijs?

Olim putatis quod nos excusemus apud vos? Coram Deo, in Christo loquimur: omnia autem, charissimi propter ædificationem vestram.

Timeo enim ne forte cum venero, non quales volo, inueniam vos: & ego inueniar à vobis, qualè non vultis: ne forte contentiones, æmulationes, animositates, dissensiones, detractiones, susurrationes, inflationes, seditiones sint inter vos.

Ne iterum cum venero, humiliet me Deus apud vos, & lugeam multos ex iis, qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam super immunditia, & fornicatione, & impudicitia quam gesserunt.

CAP. XIII.

*Deu. 19. 15. Mat. 18. 16. Io. 8. 17. Heb. 10. 28.

ECce tertio hoc venio ad vos, * In ore duorum, vel trium testium stabit omne verbum.

Prædixi & prædico, vt præsens, & nunc absens iis, qui ante peccauerunt, & cæteris omnibus, quoniam si venero iterum, non parcam.

An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus, qui in vos non infirmatur, sed potens est in vobis?

Nam etsi crucifixus est ex infirmitate: sed viuit ex virtute Dei. Nam & nos infirmi sumus in illo: sed viuemus cum eo ex virtute Dei in vobis.

Vosmetipsos tentate si estis in fide: ipsi vos probate. An non cognoscitis vosmetipsos quia Christus Iesus in vobis est? nisi forte reprobi estis.

Spero autem quod cognoscetis, quia nos non sumus reprobi.

Oramus autem Deum vt nihil mali faciatis, non vt nos probati appareamus, sed vt vos quod bonum est faciatis, nos autem vt reprobi simus.

Transl. ex Syriac.

9 *Et dixit mihi. Sufficit tibi gratia mea, siquidem virtus mea in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt obtegat me virtus Meschicho.*

10 *Propterea complaceo mihi in infirmitatibus, in ignominia, in oppressione, in persecutionibus, in anxietatibus quæ fiunt pro Meschicho: Quum enim infirmor tunc potens sum.*

11 *Ecce factus sum rationis expers (demens) in gloriatione mea, quia vos me coegistis. debueratis enim testimonium ferre de me: quoniam nihilo sum inferior Apostolis illis, qui sunt admodum præstantes, etiamsi nihil sim.*

12 *Signa Apostolorum edidi inter vos cum omni patientia, & protestatibus, & miraculis, & virtutibus.*

13 *Nam quid est in quo fuistis inferiores cæteris ecclesiis, nisi in hoc quod non fuerim vobis oneri? Remittite mihi hanc offensum.*

14 *Ecce iam tertio paratus sum, vt veniam ad vos, & non ero vobis oneri: quippe qui non quæram quæ vestra sunt, sed vos. Non enim debent liberi reponere thesauros parentibus, sed parentes liberis suis.*

15 *Ego vero perlubenter, & sumptus impendam, atque adeo meipsum dabo pro animabus vestris: licet vberius vos diligens, minus me diligatis.*

16 *Et fortasse non fui vobis oneri, sed tanquam vir astutus, dolo vos fissuratus sum.*

17 *Num per aliquem alium quem miserim ad vos, extorsi à vobis?*

18 *Titum Rogaui, & misi cum eo fratrem. Nunquid à vobis extorsit Titus? nonne eodem spiritu ambulauimus, ijsdemq; vestigijs?*

19 **Nam adhuc putatis quòd depromamus vobis spiritum? nos vobis excusemus?) Coram Deo in Meschicho loquimur: omnia verò dilectissimi mei, propter ædificationem vestram.* nFeriavi, medii Iunii.

20 *Vereor enim ne quum venero ad vos, non inueniam vos sicuti vellem: & etiam inueniar à vobis, non qualem velletis: ne fortè sit contentio, & liuor, & ira, & concertatio, & obtrectatio, & susurri, & tumor, ac seditio.*

21 *Ne forsan quum venero ad vos, deprimat me Deus meus & lugeam multos illos qui peccauerunt, & non respuerunt ab immunditia, & à scortatione, & ab impudicitia quam patrarunt.*

CAP. XIII.

1 *HÆc erit pro tertia vice (iam nunc tertio) qua paratus sum vt veniam ad vos: Vt In ore duorum trium me testium stet omne verbum.*

2 *Prædixi vobis, & iterum vobis prædico, sicut & bis quum essem apud vos dixi vobis, ita & nunc absens scribo ijs, qui peccauerunt, & cæteris alijs, si venero iterum me non perciturum.*

3 *Quandoquidem experimentum quæritis Meschicho loquentis in me, qui quidem non est infirmus in vobis, sed potens est in vobis.*

4 *Et si enim crucifixus sit in infirmitate, tamen viuit in virtute Dei. Quin & nos infirmi sumus cum eo, sed viuimus cum eo per virtutem Dei quæ est in vobis.*

5 *Vos ipsos probate, num in fide stetis, vosipsos curate. An non cognoscitis Ieschua Meschicho in vobis esse? alioquin reprobi estis.*

6 *Spero autem quod cognoscetis nos non esse reprobos.*

7 *Deum verò imploro ne quid insit vobis mali, vt probatio nostri appareat? imò vt vos bona faciatis, nos autem simus tanquam reprobi.*

ranſl. B. Ariæ Mont.

Et dixit mihi Sufficit tibi gratia mea. nam virtus mea in infirmitate perficitur. Libenter igitur magis gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti.

Ideo oblector in infirmitatibus, in contumeliis, in neceſſitatibus, in perſecutionibus, in anguſtiis pro Chriſto, Cum enim infirmor, tunc potens ſum.

Factus ſum inſipiens glorians: vos me coegiſtis. Ego enim debui à vobis commendari: nihil enim inferior fui ſupra valde Apoſtolis, ſi & nihil ſum.

Ipſa quidem ſigna Apoſtoli effecta ſunt in vobis in omni tolerantia, in ſignis & prodigijs & virtutibus.

Quid enim eſt quod inferiores fuiſtis ſupra cæteras eccleſias, ſi non quod ipſe non ego obtorpui vobis. Donate mihi iniuriam hanc.

Ecce tertio hoc paratè habeo venire ad vos: & non obtorpeſcam vobis. Non enim quæro veſtra, ſed vos: Non enim debent nati parentibus theſaurizare, ſed parentes natis.

Ego autem libentiſſimè impendam, & expendar pro animabus veſtris: ſi & abundantius vos diligens minus diligar.

Eſto vero, ego non grauaui vos: ſed exiſtens aſtutus, dolo vos cepi.

Num aliquem eorum quos miſi ad vos, per ipſum expilaui vos?

Rogaui Titum, & ſimul miſi fratrem. Nunquid expilauit vos Titus? non eodem ſpiritu ambulauimus? non ijſdem veſtigiis?

Rurſum putatis quod vobis excuſemur? Coram Deo, in Chriſto loquimur: at omnia chariſſimi, propter veſtram ædificationem.

Timeo enim ne fortè veniens, non quales, volo inueniam vos: & ego inueniar vobis qualem non vultis. ne fortè contentiones, æmulationes, iræ, diſſenſiones, detractiones, ſuſurrationes, inflationes, ſeditiones.

Ne iterum venientem me humiliet Deus meus apud vos, & lugeam multos ante peccantium, & non pœnitentium ſuper immunditia, & fornicatione, & impudicitia quam geſſerunt.

CAP. XIII.

Ecce tertio hoc venio ad vos, In ore duorum teſtium & trium ſtabit omne verbum.

Prædixi & prædico, vt præſens ſecundo, & abſens nunc ſcribo ante peccantibus, & cæteris omnibus, quoniam ſi venero in iterum, non parcam.

Quandoquidem experimentum quæritis in me loquentis Chriſti, qui in vos non infirmatur, ſed potens eſt in vobis:

Etenim ſi crucifixus eſt ex infirmitate, ſed viuit ex virtute Dei. Etenim nos infirmi ſumus in illo: ſed viuemus cum eo ex virtute Dei in vos.

Voſmetipſos tentate ſi eſtis in fide: voſipſos probate. An non cognoſcitis voſmetipſos, quia Ieſus Chriſtus in vobis eſt: ſi nō quid fortè reprobi eſtis.

Spero autem quod cognoſcitis, quia nos non ſumus reprobi.

Opto autem apud Deum non facere vos malum quicquam: non vt nos probati appareamus, ſed vt vos pulchrū faciatis, nos autem vt reprobi ſimus.

Tranſl. Eraſm. Roterod.

9 *Et dixit mihi. Sufficit tibi gratia mea: nam virtus mea per infirmitatem perficitur. Libentiſſime igitur gloriabor potius ſuper infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti.*

10 *Quamobrem placeo mihi in infirmitatibus, in contumelijs, in neceſſitatibus, in perſecutionibus, in anxietatibus pro Chriſto. Cum enim infirmus ſum, tunc robuſtus ſum.*

11 *Factus ſum inſipiens gloriando. Vos me coegiſtis. nam ego debueram à vobis commendari. Nulla enim in re inferior fui ſummis Apoſtolis: tametſi nihil ſum.*

12 *Signa quidem Apoſtoli peracta fuerunt inter vos cum omni patientia & ſignis & prodigijs, & potentibus factis.*

13 *Nam quid eſt in quo fuiſtis inferiores cæteris eccleſijs, niſi quod ipſe ego non fuerim vobis oneroſus? Condonate mihi hanc iniuriam.*

14 *Ecce tertio propenſus animo ſum, vt veniam ad vos, nec ero vobis oneroſus. Non enim quæro quæ veſtra ſunt, ſed vos. Non enim debent filij parentibus recondere, ſed filijs parentes.*

15 *Ego vero libentiſſime impendam, & expendar pro animabus veſtris: licet vberius vos diligens, minus diligar.*

16 *Sed eſto, ipſe non grauaui vos: verum cum eſſem aſtutus, dolo vos cepi.*

17 *Num per quenquam eorum quos miſi ad vos, expilaui vos?*

18 *Rogaui Titum, & vnà cum illo miſi fratrem. Num quid à vobis extorſit Titus? An non eo dem ſpiritu ambulauimus? an non ijſdem veſtigijs?*

19 *Rurſum arbitramini, quod nos vobis excuſemus? In conſpectu Dei, in Chriſto loquimur, ſed omnia, cariſſimi, pro veſtri ædificatione.*

20 *Nam metuo, ne qua fiat, vt ſi venero, non quales velim, reperiam vos, & ego reperiar vobis qualem nolitis, ne quo modo ſint contentiones, æmulationes, iræ, concertationes, obtrectationes, ſuſurri, tumores, ſeditiones.*

21 *Ne iterum vbi venero humilem faciat me Deus meus apud vos, & lugeam multos eorum, qui ante peccauerunt: nec eos pœnituit immundicia libidinisq́, & impudicitiæ quam patrarunt.*

CAP. XIII.

1 *Hic tertius erit aduentus meus ad vos. In ore duorum teſtium aut trium conſtituetur omne verbum.*

2 *Prædixi & prædico, vt præſens cum eſſem iterum, ita & abſens nunc ſcribo ijs, qui ante peccauerunt, & reliquis omnibus: quod ſi venero denuo, non parcam.*

3 *Quandoquidem experimentum quæritis in me loquentis Chriſti, qui erga vos non eſt infirmus, ſed potens eſt in vobis.*

4 *Nam quamuis crucifixus fuit ex infirmitate, viuit tamen ex virtute Dei. Siquidem & nos infirmi ſumus in illo, ſed viuemus cum illo ex virtute Dei erga vos.*

5 *Voſipſos tentate, num ſitis in fide. Voſipſos probate. An non cognoſcitis voſmetipſos, quod Ieſus Chriſtus in vobis eſt? Niſi ſicubi reprobi eſtis.*

6 *At ſpero vos cognituros, quod nos non ſimus reprobi.*

7 *Opto autem apud Deum, ne quid mali faciatis, nos probati appareamus, ſed vt vos, quod honeſtum eſt, faciatis nos vero velut reprobi ſimus.*

Vulgat. Editio.		Transl. ex Syriac.
Non enim possumus aliquid aduersus veritatem: sed pro veritate.	8	*Non enim possumus quicquam agere aduersus veritatem, sed pro veritate.*
Gaudemus enim, quoniam nos infirmi sumus, vos autem potentes estis. Hoc & oramus vestram consummationem.	9	*Caeterum gaudemus quum nos infirmi simus, vos autem fortes: Quin & hoc precamur vt vos perficiamini.*
Ideo haec absens scribo, vt non praesens duriùs agam secundum potestatem quam Dominus dedit mihi in aedificationem, & non in destructionem.	10 11	*Propterea absens haec scribo, ne quum venerim graviùs animaduertam iuxta potestatem, quam dedit mihi Dominus meus in vestri aedificationem, non autem in vestri destructionem.*
De cetero, fratres, gaudete, perfecti estote, exhortamini, idem sapite, pacem habete, & Deus dilectionis erit vobiscum.		*Proinde fratres mei gaudete, & perfecti estote, & consolationem habete, concordinque, & pax sit inter vos, & Deus charitatis & pacis erit vobiscum.*
Salutate inuicem in osculo sancto, Salutant vos omnes sancti.	12	*Salutate vos mutuo osculo sancto. Salutant vos omnes sancti.*
Gratia Domini nostri Iesu Christi, & charitas Dei, & communicatio sancti Spiritus sit cum omnibus vobis. Amen.	13	*Pax Domini nostri Ieschua Meschicho, & charitas Dei, & communicatio Spiritus sanctitatis sit cum vobis omnibus. Amin.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Non enim possumus aliquid aduersus veritatem: sed pro veritate.

Gaudemus enim cum nos infirmi sumus, vos autem potentes estis. Hoc vero & optamus, vestram consummationem.

Propter hoc hæc absens scribo, vt præsens non seuerè vtar, secundum potestatem quam dedit mihi Dominus in ædificationem, & non in destructionem.

Cæterum, fratres, gaudete, perficimini, consolationem habete, idem sapite, pacem habete: & Deus dilectionis & pacis erit cum vobis,

Salutate alii alios in osculo sancto, Salutant vos sancti omnes.

Gratia Domini Iesu Christi, & charitas Dei, & communicatio sancti Spiritus cum omnibus vobis. Amen.

Transl. Erasm. Roterod.

8 *Non enim possumus quicquam aduersus veritatem, sed pro veritate.*

9 *Gaudemus enim, cum nos infirmi fuerimus: vos autem validi fueritis, Hoc autem insuper optamus, vestram integritatem.*

10 *Propterea hæc absens scribo, ne cum præsens fuero, rigidus sim iuxta potestatem, quam dedit mihi Dominus in extructionem, & non in destructionem.*

11 *Quod superest fratres, valete, integri estote, consolationem habete, vnanimes sitis, in pace agite, & Deus charitatis ac pacis erit vobiscum.*

12 *Salutate vos mutuo sancto osculo. Salutant vos sancti omnes.*

13 *Gratia Domini Iesu Christi, & charitas Dei, & communicatio Spiritus sancti sit cum omnibus vobis. Amen.*

EPISTOLAE B. PAVLI APOSTOLI AD GALATAS.

Vulgat. Editio.

CAPVT PRIMVM.

PAulus Apostolus non ab hominibus neque per hominem sed per Iesum Christum, & Deum Patrem, qui suscitauit eũ à mortuis.

Et qui mecum sunt omnes fratres, Ecclesiis Galatiæ.

Gratia vobis, & pax à Deo Patre, & Domino nostro Iesu Christo,

Qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, vt eriperet nos de præsenti sæculo nequam, secundum voluntatem Dei & Patris nostri,

Cui est gloria in sæcula sæculorum: Amen.

Miror quod sic tam citò transferimini ab eo, qui vos vocauit in gratiam Christi, in aliud Euangelium,

Quod non est aliud; nisi sunt aliqui, qui vos conturbant, & volunt conuertere Euangelium Christi.

Sed licet nos, aut Angelus de cœlo euangelizet vobis præterquàm quod euangelizauimus vobis, anathema sit.

Sicut prædiximus, & nunc iterum dico: Si quis vobis euangelizauerit præter id, quod accepistis, anathema sit.

Modo enim hominibus suadeo, an Deo? An quæro hominibus placere? Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem.

*Notum enim vobis facio, fratres, Euangelium, quod euangelizatum est à me, quia non est secundum hominem:

*Neque enim ego ab homine accepi illud neque didici, sed per reuelationem Iesu Christi.

Audistis enim conuersationem meam aliquando in Iudaismo: quoniam supra modum persequebar Ecclesiam Dei, & expugnabam illam,

Et proficiebam in Iudaismo supra multos coætaneos meos in genere meo, abundantius æmulator existens paternarum mearum traditionum.

Cum autem placuit ei, qui me segregauit ex vtero matris meæ, & vocauit per gratiam suam,

Vt reuelaret Filium suum in me, vt euangelizarem illum in Gentibus continuò non acquieui carni & sanguini,

Neque veni Ierosolymam ad antecessores meos Apostolos: sed abii in Arabiam, & iterum reuersus sum Damascum:

Deinde post annos tres veni Ierosolymam videre Petrum, & mansi apud eum diebus quindecim:

Alium autem Apostolorum vidi neminem, nisi Iacobum fratrem Domini.

Quæ autem scribo vobis, ecce coram Deo, quia non mentior.

Deinde veni in partes Syriæ, & Ciliciæ.

Eram autem ignotus facie Ecclesiis Iudææ, quæ erant in Christo.

*1. Cor. 15. 1

*Eph. 3. 3

EPISTOLAE B. PAVLI APOSTOLI AD GALATAS.

Transl. ex Syriac.

CAPVT PRIMVM.

1 PAulus Apostolus non ab hominibus neque per hominem sed per Ieschua Meschicho, & Deum ipsum qui suscitauit eum à mortuis: Quinta.

2 Omnesqu fratres qui mecum sunt, ecclesijs quæ sunt Galatiæ.

3 Gratia vobiscum, & pax à Deo Patre, & à Domino nostro Ieschua Meschicho.

4 Qui dedit seipsum pro peccatis nostris, vt eriperet nos ex hoc seculo malo iuxta voluntatem Dei patris nostri,

5 Cui gloria in seculum seculorum: Amin.

6 Miror quomodo tam cito conuersi fueritis à Meschicho illo, qui vocauit vos per gratiam suam, ad euangelium aliud.

7 Quod quidem non est, sed prout sunt aliqui, illud est, qui terrorem vobis incutiunt, & volunt inuertere Euangelium Meschicho.

8 Enimuero sive nos, sive Angelus è cælo annuntiauerit vobis præter id quod vobis annuntiauimus, anathema sit.

9 Quemadmodum prædixi, & nunc iterum dico: Si quis annuntiauerit vobis præter id quod accepistis, anathema sit.

10 Nunc enim vtrum hominibus suadeo, an Deo? aut hominibus studeo placere? Si enim hactenus hominibus placuissem, seruus Meschicho non fuissem.

11 *Notum autem vobis facio fratres mei, Euangelium quod annuntiatum est à me, non esse ab homine. De Spiritu Sancto.

12 Nec enim ego ab homine accepi illud, illúdue didici, sed per reuelationem Ieschua Meschicho.

13 Audistis enim conuersationem meam quondam in Iehoudaismo, quòd vehementer persecutus sim Ecclesiam Dei, eamq; vastauerim.

14 Ac progressus fecerim in Iehoudaismo supra multos coætaneos meos, qui erant in cognatione mea & maiorem in modum zelauerim doctrinam patrum meorum.

15 Quum autem voluit ille, qui segregauit me ab vtero matris meæ, & vocauit me per gratiam suam:

16 Vt reuelaretur Filius eius in me, vt annuntiarem eum inter Gentes: statim non patefeci carni, & sanguini.

17 Neque profectus sum in Ouirschlem ad Apostolos qui me præcesserunt: sed profectus sum in Arabiam, & iterum reuersus sum ad Damascum.

18 Deinde post tres annos profectus sum ad Ouirschlem vt inuiserem Kipho, & mansi apud illum dies quindecim.

19 Alium autem ex Apostolis non vidi, nisi Iaakoub fratrem Domini nostri.

20 Hæc autem quæ scribo vobis, ecce coram Deo sunt, quia non mentior.

21 Postea verò veni in regiones Syriæ & Ciliciæ.

22 Nec de facie quidem cognoscebant me ecclesiæ illæ, quæ in Iehoudæa sunt in Meschicho.

EPISTOLAE B. PAVLI APOSTOLI AD GALATAS,

Transl. B. Ariæ Mont.

CAPVT PRIMVM

PAulus Apoſtolus(non ab hominibus neque per hominẽ,ſed per Ieſum Chriſtũ, & Deũ Patrem ipſum qui ſuſcitauit eũ à mortuis,)

Et qui cum me omnes fratres,Eccleſiis Galatiæ.

Gratia vobis,& pax à Deo Patre,& Domino noſtro Ieſu Chriſto,

Ipſe qui dedit ſemetipſum pro peccatis noſtris, vt eriperet nos de præſenti ſæculo nequam, ſecundum voluntatem Dei & Patris noſtri,

Cui gloria in ſæcula ſæculorum: Amen.

Miror quod ita citò transferimini ab eo qui vos vocauit in gratia Chriſti, in alterum Euangelium,

Quod non eſt aliud, ſi non quidam ſunt turbantes vos, & volentes inuertere Euangelium Chriſti.

Sed & ſi nos, aut Angelus de cælo euangelizet vobis præter quod euangelizauimus vobis, anathema ſit.

Sicut prædiximus,& nunc iterum dico: Si quis vobis euangelizauerit præter quod accepiſtis,anathema ſit.

Modo enim homines ſuadeo,an Deo? An quæro hominibus placere? Si enim adhuc hominibus placerem,Chriſti ſeruus non eſſem.

Notum facio autem vobis,fratres, Euangelium, euangelizatum à me, quia non eſt ſecundum hominem.

Neque enim ego ab homine accepi illud neque edoctus ſum: ſed per reuelationem Ieſu Chriſti.

Audiſtis enim conuerſationem aliquando in Iudaiſmo, quoniam ſupra modum perſequebar Eccleſiam Dei,& vaſtabam illam:

Et proficiebam in Iudaiſmo ſupra multos coætaneos meos in genere meo, abundantius æmulator exiſtens paternarum mearum traditionum.

Cum autem probauit Deus ille ſeparans me ex vtero matris meæ,& vocans per gratiam ſuam,

Reuelare Filium ſuum in me, vt euangelizarem illum in Gentibus continuò non acquieui carni & ſanguini,

Neque veni in Hieroſolymam ad illos ante me Apoſtolos: ſed abii in Arabiam,& iterum reuerſus ſum in Damaſcum.

Deinde poſt annos tres veni in Hieroſolymam videre Petrum,& manſi apud eum dies quindecim,

Alium autem Apoſtolorum non vidi, ſi non Iacobum fratrem Domini.

Quæ autem ſcribo vobis,ecce coram Deo, quia non mentior.

Deinde veni in regiones Syriæ, & Ciliciæ.

Eram autem ignotus facie Eccleſiis Iudææ,quæ in Chriſto.

EPISTOLAE B. PAVLI APOSTOLI AD GALATAS,

Transl. Eraſm. Roterod.

CAPVT PRIMVM

Paulus Apoſtolus, non ab hominibus, neque per hominem, ſed per Ieſum Chriſtum, ac Deum patrem, qui ſuſcitauit illum ex mortuis.

Quique mecum ſunt omnes fratres, eccleſiis Galatiæ.

Gratia vobis, & pax à Deo Patre, & Domino noſtro Ieſu Chriſto.

Qui dedit ſeipſum pro peccatis noſtris, vt eriperet nos ex præſenti ſeculo malo iuxta voluntatem Dei & patris noſtri.

Cui gloria in ſecula ſeculorum: Amen.

Miror quod à Chriſto, qui vocauit vos per gratiam adeo cito transferamini in aliud euangelium.

Quod non eſt aliud, niſi quod quidam ſunt, qui turbant vos, & volunt inuertere Euangelium Chriſti.

Caterum etiamſi nos, aut Angelus è cœlo prædicauerit vobis euangelium, præter id, quod prædicauimus vobis, anathema ſit.

Quemadmodum ante diximus, & nunc iterum dico: ſi quis vobis prædicauerit euangelium, præter id quod accepiſtis, anathema ſit.

Nunc enim vtrum hominibus ſuadeo, an Deo? aut quæro hominibus placere? Nam ſi hactenus hominibus placuiſſem, Chriſti ſeruus haud quaquàm eſſem.

Notum autem vobis facio, fratres, Euangelium quod prædicatum eſt à me, non eſſe ſecundum hominem.

Neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, ſed per reuelationem Ieſu Chriſti.

Audiſtis enim meam conuerſationem quondam in Iudaiſmo, quod ſupra modum perſequebar Eccleſiam Dei, ac depopulabar illam.

Et proficiebam in Iudaiſmo ſupra multos æquales in genere meo, cum vehementer eſſem ſtudioſus à meis traditorum inſtitutorum.

Aſt vbi Deo, qui ſegreguauerat me ab vtero matris meæ, & vocauit me per gratiam ſuam in hoc.

Vt reuelaret filium ſuum per me, viſum eſt, vt prædicarem ipſum inter gentes, continuo, non contuli cum carne, & ſanguine.

Neque redij Hieroſolymam, ad eos qui ante me fuerant Apoſtoli: ſed abij in Arabiam, ac denuo reuerſus ſum Damaſcum.

Deinde poſt annos tres redij Hieroſolymam, vt viderem Petrum, & manſi apud illum dies quindecim.

Alium autem ex Apoſtolis non vidi quenquam, niſi Iacobum fratrem Domini.

Porrò quæ ſcribo vobis, ecce coram Deo, non mentior.

Deinde veni in regiones Syriæ Ciliciæq;.

Eram autem ignotus iuxta faciem eccleſiis Iudææ quæ erant in Chriſto.

Vulgat. Editio.

Tantum autem audirum habebant: Quoniam qui persequebatur nos aliquando, nunc evangelizat fidem, quam aliquando expugnabat.
Et in me clarificabant Deum.

CAP. II.

Deinde post annos quatuordecim, iterum ascendi Ierosolymam cum Barnaba, assumpto & Tito.
Ascendi autem secundum revelationem: & contuli cum illis Evangelium, quod prædico in Gentibus: seorsum autem iis, qui videbantur aliquid esse, ne forte in vacuum currerem, aut cucurrissem.
Sed neque Titus, qui mecum erat, cum esset Gentilis, compulsus est circumcidi:
Sed propter subintroductos falsos fratres, qui subintroierunt explorare libertatem nostram, quam habemus in Christo Iesu, ut nos in servitutem redigerent.
Quibus neque ad horam cessimus subjectione, ut veritas Evangelij permaneat apud vos:

Ab iis autem, qui videbantur esse aliquid, (quales aliquando fuerint, nihil mea interest.* Deus personam hominis non accipit) mihi enim qui videbantur esse aliquid, nihil contulerunt.
Sed è contra cum vidissent quod creditum est mihi Evangelium præputii, sicut & Petro circumcisionis:
(Qui enim operatus est Petro in Apostolatum circumcisionis: operatus est & mihi inter Gentes)

Et cum cognovissent gratiam, quæ data est mihi, Iacobus, & Cephas, & Ioannes, qui videbantur columnæ esse, dextras dederunt mihi, & Barnabæ societatis: ut nos in Gentes, ipsi autem in circumcisionem:
Tantum ut pauperum memores essemus, quòd eram solicitus hoc ipsum facere.
Cum autem venisset Cephas Antiochiam: in faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat.

Prius enim quàm venirent quidam à Iacobo, cum Gentibus edebat: cum autem venissent, subtrahebat & segregabat se timens eos, qui ex circumcisione erant.
Et simulationi eius consenserunt ceteri Iudæi, ita ut & Barnabas duceretur ab eis in illam simulationem.
Sed cum vidissem quod non recte ambularent ad veritatem Evangelii, dixi Cephæ coram omnibus: Si tu, cum Iudæus sis, gentiliter vivis, & non Iudaicè: quomodo Gentes cogis Iudaizare?

Nos natura Iudæi, & non ex Gentibus peccatores.
Scientes autem quòd non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi: & nos in Christo Iesu credimus, ut iustificemur ex fide Christi, & non ex operibus legis: propter quod ex operibus legis non iustificabitur omnis caro.

Quod si quærentes iustificari in Christo, inventi sumus & ipsi peccatores, numquid Christus peccati minister est? Absit.
Si enim quæ destruxi, iterum hæc ædificio, prævaricatorem me constituo.
Ego enim per legem, legi mortuus sum, ut Deo vivam: Christo confixus sum cruci.

Transl. ex Syriac.

Sed hoc tantùm auditione acceperant: Qui quondam persequebatur nos, ecce nunc evangelizat fidem illam, quam ante aliquod tempus expugnabat.
Et glorificabant in me Deum.

CAP. II.

Tertium autem à quatuordecim annis ascendi ad Orientalem cum Barnabba, & duxi mecum Titum.

Ascendi autem per revelationem, & patefeci ei Evangelium quod prædico inter Gentes: at primariis illis ejus, qui existimantur aliquid esse, ne in vanum cucurrissem, aut curram.
Nec etiam Titus qui mecum erat, quamvis esset Aramæus (Gentilis.) vi adactus est ut circumcideretur.
Sed propter falsos fratres qui ingressi sunt ad nos, ut explorarent libertatem quam habemus in Iesu Messiha, ut in servitutem me redigerent.
Sed ne ad horæ quidem momentum obtemperavimus eis ad falsum eorum votum, ut veritas Evangelij permaneat apud vos.
Ab iis autem qui videbantur esse aliquid, quales verò fuerint, non est mihi curæ: Deus enim faciem hominis non accipit, delectum personarum non habet, ille, inquam, qui mihi revelavit in me.
Nec enim à videntibus eram mihi commendatum esse Evangelium præputij, sicut commendatum est Kipho circumcisionis.
Is enim qui efficax fuit in Kipho ad Apostolatum circumcisionis, efficax in me quoque fuit in Apostolatu Gentium.
Quumque cognovissent gratiam quæ mihi data est Iacobus, & Kipho, & Iohannes, qui videbantur columnæ esse, dextram societatis dederunt mihi & Barnabæ: ut nos in Gentes, ipsi verò in circumcisionem:
Tantùm ut pauperum memores essemus: proinde mihi curæ fuit hoc ipsum agere.
Quum autem venisset Kipho Antiochiam, in faciem ipsi illum increpui quoniam reprehendendus erat in eo.
Ut qui, antequam venissent quidam à Iacobo, cum Gentibus edebat: quum autem venissent, subducebat & separabat se, quippe qui timeret eos qui ex circumcisione erant.
Et simulationi ejus consenserunt ceteri quoque Iudæi, ita ut & Barnabas abduceretur in simulationem eorum (illorum simulationem)
Quum viderem eos non recta incedere in veritate Evangelij, dixi Kipho coram omnibus: Si tu Iudæus quum sis, Gentilis (Gentilico more) vivis, & non Iudaicè, quomodo cogis Gentes Iudaizare?
Nos qui natura Iudæi sumus, non ex Gentibus peccatores.
Quandoquidem scimus non iustificari hominem ex operibus legis, sed per fidem Iesu Messiha, & nos in Iesum Messiham credimus, ut ex fide in Messiha iustificemur, non autem ex operibus legis: quoniam ex operibus legis omnis caro (vita) non iustificabitur.
Quod si dum studemus iustificari per Messiham, reperimur & ipsi peccatores, ergo Iesus Messias minister est peccati? Absit.
Si enim quæ destruxi, rursum ædificio, meipsum transgressorem mandati exhibeo.
Siquidem, ego per legem legi mortuus sum, ut Deo vivam. & una cum Messiha crucifixus sum.

Transl. B. Ariæ Mont.

Tantum autem audientes erant, quoniam persequens nos aliquando, nunc euangelizat fidem, quam aliquando vastabat.
Et glorificabant in me Deum.

CAP. II.

DEinde post quatuordecim annos iterum ascendi in Hierosolymam cum Barnaba coassumens & Titum.
Ascendi autem secundum reuelationem, & exposui illis Euangelium quod prædico in Gentibus, seorsum autem in precio habitis: ne fortè in vacuum currerem, aut cucurrissem.
Sed neque Titus cum me, Græcus existens, coactus est circuncidi?
Propter autem subintroductos falsos fratres, qui subintroierunt explorare libertatem nostram quam habemus in Christo Iesu, vt nos in seruitutem redigerent.
Quibus neque ad horam cessimus subiectioni, vt veritas Euangelii permaneat apud vos.

Ab autem visis esse aliquid (quales aliquando fuerint, nihil mihi differt. Faciem Deus hominis non accipit) Mihi enim in precio habiti, nihil contulerunt.
Sed econtra videntes quòd creditum est mihi Euangelium præputii, sicut Petro circuncisionis.

Nam operatus Petro in Apostolatum circuncisionis, operatus est & mihi in Gentes.)

Et cognoscentes gratiam datam mihi, Iacobus, & Cephas, & Ioannes, illi visi columnæ esse, dextras dederunt mihi & Barnabæ, societatis: vt nos in Gentes, ipsi autem in circuncisionem:

Tantùm autem pauperum vt meminissemus. quod etiam studui id ipsum facere.
Cùm autem venisset Petrus in Antiochiam, in faciem ei restiti: quia notandus erat.

Ante enim venire quosdam à Iacobo, cum Gentibus simul edebat: cùm autem venissent, subducebat & separabat seipsum, timens eos ex circuncisione.
Et coassimulabant ei & cæteri Iudæi: ita vt Barnabas simul abduceretur eorum simulatione.

Sed cùm vidissem quòd non recto pede incederent ad veritatem Euangelii, dixi Petro coram omnibus: Si tu Iudæus existens, gentiliter viuis, & non Iudaicè: quid Gentes, cogis Iudaizare?

Nos natura Iudæi, & non ex Gentibus peccatores.
Scientes quod non iustificatur homo ex operibus legis, si non per fidem Iesu Christi: & nos in Christum Iesum credidimus: vt iustificaremur ex fide Christi, & non ex operibus legis: propter quod non iustificabitur ex operibus legis omnis caro.

Si verò quærentes iustificari in Christo, reperiamur & ipsi peccatores, nunquid Christus peccati minister? Absit,
Si enim quæ destruxi hæc iterum ædifico, præuaricatorem meipsum constituo.
Ego enim per legem legi mortuus sum, vt Deo viuam: Christo concrucifixus sum.

Transl. Erasm. Roterod.

Sed tantum hic rumor apud illos erat: qui persequebatur nos aliquando, nunc prædicat fidem, quam quondam expugnabat:
Et glorificabant in me Deum.

CAP. II.

DEinde post annos quatuordecim rursum ascendi Hierosolymam vnà cum Barnaba assumpto simul & Tito.
Ascendi autem iuxta reuelationem, & contuli cum illis Euangelium, quod prædico inter gentes, sed priuatim cum ijs qui erant in precio, ne quo modo in vanum currerem, aut cucurrissem.
Sed neque Titus, qui mecum erat, cum esset Græcus, compulsus fuit circuncidi,
Propter obiter ingressos falsos fratres, qui subintroierant ad explorandum libertatem nostram, quam habemus in Christo Iesu: quo nos in seruitutem adigerent.

Quibus ne ad tempus quidem cessimus per subiectionem, vt veritas Euangelij permaneret apud vos.

Ab ijs autem, qui videbantur aliquid esse, quales aliquando fuerint, nihil mea refert. Personam hominis Deus non accipit; Nam mihi qui videbantur esse in precio, nihil contulerunt.
Imo contra, cum vidissent mihi concreditum fuisse Euangelium præputij, quemadmodum Petro circuncisionis.

Nam qui efficax fuit in Petro ad Apostolatum circuncisionis, efficax fuit & in me erga gentes.

Cumq; cognouissent gratiam mihi datam Iacobus & & Cephas, & Ioannes, qui videbantur esse columnæ, dextras dederunt mihi ac Barnabæ societatis, vt nos in gentes, ipsi vero in circuncisionem Apostolatu fungeremur.

Tantum vt pauperum memores essemus. In quo & diligens fui vt hoc ipsum facerem.
Cum autem venisset Petrus Antiochiam, palàm illi restiti, eo quod reprehensus esset.

Nam antequam venissent quidam à Iacobo, vnà cum gentibus sumebat cibum. Cum autem venissent, subduxit ac separauit se ab illis, metuens eos qui erant ex circuncisione,
Ac simulabant vnà cum illo cæteri quoque Iudæi, adeo vt Barnabas simul abduceretur in illorum simulationem.

Verum vbi vidissem quod non recto pede incederent ad veritatem Euangelij, dixi Petro coram omnibus: Si tu, cùm sis Iudæus, gentiliter viuis, ac non Iudaicè, cur gentes cogis Iudaizare?

Nos natura Iudæi, & non ex gentibus peccatores:

Quoniam scimus non iustificari hominem ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi, & nos in Christum Iesum credidimus, vt iustificaremur ex fide Christi, & non ex operibus legis, propterea quod non iustificabitur ex operibus legis omnis caro.

Quod si dum quærimus iustificari per Christum, reperimur & ipsi peccatores, num ergo Christus peccati minister est? Absit.
Nam si, quæ destruxi, ea rursum ædifico, transgressorem meipsum constituo.
Ego enim per legem legi mortuus sui, vt deo viuerem, vnà cum Christo crucifixus sum.

Vulgat. Editio.

Viuo autem, iam nō ego: viuit vero in me Christus. Quod autem nunc viuo in carne, in fide viuo filii Dei, qui dilexit me & tradidit semetipsum pro me.

Non abiicio gratiam Dei. Si enim per legem iustitia, ergo gratis Christus mortuus est.

CAP. III.

O Insensati Galatæ, quis vos fascinauit non obedire veritati, ante quorum oculos Iesus Christus proscriptus est, in vobis crucifixus?

Hoc solum à vobis volo discere: Ex operibus legis Spiritum accepistis, an ex auditu fidei?

Sic stulti estis, vt cum spiritu cœperitis, nunc carne consummemini?

Tanta passi estis sine causa? si tamen sine causa.

Qui ergo tribuit vobis Spiritum, & operatur virtutes in vobis: ex operibus legis, an ex auditu fidei?

*Ge. 15. 6 Rom. 4. 3 Iac. 2. 23. Sicut scriptum est: *Abraham credidit Deo, & reputatum est illi ad iustitiam.

Cognoscite ergo quia qui ex fide sunt, ij sunt filii Abrahæ.

*Ge. 12. 3 Eccli. 44. 21. Prouidens autē Scriptura quia ex fide iustificat Gentes Deus, prænunciauit Abrahæ, * Quia benedicentur in te omnes Gentes.

Igitur qui ex fide sunt, benedicentur cum fideli Abraham.

*Deut. 27 26. Quicunque enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt, Scriptum est enim: * Maledictus omnis qui non permanserit in omnibus, quæ scripta sunt in libro legis vt faciat ea.

*Heb. 2. 4 Ro. 1. 17. Quoniam autem in lege nemo iustificatur apud Deum, manifestum est: *quia iustus ex fide viuit.

*Leui. 18 5. Lex autem non est ex fide, sed, * Qui fecerit ea, viuet in illis.

*Deu. 21. 23. Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum: quia scriptum est * Maledictus omnis qui pendet in ligno:

Vt in Gentibus benedictio Abrahæ fieret in Christo Iesu: vt pollicitationem Spiritus accipiamus per fidem.

*Heb. 9. 17. Fratres (Secundum hominem dico) *tamen hominis confirmatum testamentum nemo spernit, aut superordinat.

Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini eius. Non dicit, seminibus, quasi in multis: sed quasi in vno, Et semini tuo, qui est Christus.

Hoc autem dico, testamentum confirmatum à Deo: quæ post quadringentos & triginta annos facta est Lex, non irritum facit ad euacuandam promissionem.

Nam si ex lege hæreditas, iam non ex promissione. Abrahæ autem per repromissionem donauit Deus.

Quid igitur lex? Propter transgressiones posita est donec veniret semen, cui promiserat, ordinata per Angelos in manu Mediatoris.

Mediator aūt vnius non est: Deus autē vnus est.

Lex ergo aduersus promissa Dei? Absit. Si enim data esset lex, quæ posset viuificare, verè ex lege esset iustitia.

*Ro. 3. 9 *Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus.

Prius autē quàm veniret fides, sub lege custodiebamur, concluſi in eam fidem quæ reuelanda erat.

Transl. ex Syriac.

20 *Proinde iam non ego viuo, sed viuit in me Meschicho, & hanc vitam quam nunc viuo in carne, per fidem filij Dei viuo, qui dilexit me, ac dedit semetipsum pro me.*

21 *Non aspernor gratiam Dei. Si enim per legem est iustitia, Meschicho frustrà mortuus est.*

CAP. III.

1 *O Dementes Galatæ, quis vos fascinat? nam ecce quasi pingendo depictus fuerat coram oculis vestris Ieshua Meschicho crucifixus.*

2 *Hoc tantùm velim à vobis scire: Ex operibus legis accepistis Spiritum, an ex auditu fidei?*

3 *Itane stulti estis, vt quum spiritu inceperitis, nunc carne absoluatis?*

4 *Et hæc omnia frustrà sustinuistis? at vtinam & frustrà.*

5 *Qui ergo indidit vobis Spiritum, & edidit virtutes in vobis, ex operibus legis, an ex auditu fidei id egit?*

6 *Quemadmodum credidit Abrohom Deo, & imputatum est ei ad iustitiam,*

7 *Scitote igitur eos qui sunt ex fide, filios esse Abrohom.*

8 *Quum enim præsciret Deus per fidem iustificatum iri Gentes, prænunciauit Abrohom, prout ait scriptura sancta; In te benedicentur omnes Gentes.*

9 *Itaque fideles benedicentur in Abrohom fideli.*

10 *Quotquot enim sunt ex operibus legis, execrationi subijciuntur. Scriptum est enim: Execrabilis omnis qui non præstiterit, quæcunque scripta sunt in lege.*

11 *Quòd autem nemo iustificetur in lege apud Deum, illud est manifestum, quandoquidem scriptum est: Iustus in fide viuet.*

12 *Lex autem ex fide non est, sed quisquis præstiterit ea quæ in illa scripta sunt, viuet in eis.*

13 *Porrò Meschicho nos exemit ab execratione legis, ipse factus est pro nobis execratio. Scriptum est enim: Execrabilis omnis qui suspenditur in ligno,*

14 *Vt inter gentes esset benedictio Abrohom per Iesehua Meschicho, vt nos accipiamus promissionem Spiritus per fidem.*

15 *Fratres, tanquam inter homines loquor, testamentum hominis quod confirmatum est, nemo reprobat, aut inuertit in eo quicquam.* *Annuente Deo.

16 *Abrohom autem promissa est promissio, & semini eius. Nec dixit ei, seminibus tuis, quasi plurimis, sed semini tuo, tanquam vnico qui est Meschicho.*

17 *Hoc autem dico nempe testamentum quod antè confirmatum est à Deo in Meschicho: Lex ipsa quæ facta est post quadringentos & triginta annos non potest improbare & obliterare illud promissum,*

18 *Quod si ex lege est hæreditas, iā non est ex promissione. Abrohom autem per promissionem dedit eam Deus.*

19 *Quid ergo lex? propter transgressionem addita est, vsq; dum veniret semen illud cui facta fuerat promissio: & data est lex per Angelos in manu Mediatoris.*

20 *Mediator autem vnius non est: Deus verò vnus est.*

21 *Lex ergo aduersatur promissioni Dei? absit. Si enim data esset lex quæ posset viuificare, verè ex lege esset iustitia.*

22 *Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, vt promissio per fidem Ieschua Meschicho daretur ijs qui credunt.*

23 *Cæterùm antequam veniret fides, lex custodiebat nos concluſos in eam fidem, quæ erat reuelanda.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Viuo autem, non amplius ego: viuit vero in me Christus. Quod autem nunc viuo in carne, in fide viuo filii Dei, diligentis me & tradentis semetipsum pro me.

Non abiicio gratiam Dei. Si enim per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est.

CAP. III.

O Insensati Galatæ, quis vos fascinauit veritati non obsequi, quibus ob oculos Iesus Christus proscriptus est, in vobis crucifixus?

Hoc solum volo discere à vobis: Ex operibus legis Spiritum accepistis, an ex auditu fidei?

Sic insensati estis, incepti spiritu, nunc carne consummemini?

Tanta passi estis frustra? si modo & frustra.

Ille ergo subministrans vobis Spiritum, & efficiens virtutes in vobis: ex operibus legis, an ex auditu fidei?

Sicut Abraham credidit Deo, & reputatum est illi ad iustitiam:

Cognoscite ergo quia qui ex fide, sunt filii Abrahæ.

Prouidens autem Scriptura quia ex fide iustificat Gentes Deus, præeuangelizatur Abrahæ, Quia benedicentur in te omnes Gentes.

Itaque qui ex fide, benedicentur cum fideli Abraham.

Quicunque enim ex operibus legis sunt, sub execratione sunt, Scriptum est enim: Execrabilis omnis qui non permanserit in omnibus scriptis in libro legis, ad faciendum ea.

Quoniam autem in lege nemo iustificatur apud Deum, manifestum, quia iustus ex fide viuet.

At lex non est ex fide: sed faciens ea homo, viuet in illis.

Christus nos redemit de execratione legis, factus pro nobis execratio. (Scriptum est enim: Execrabilis omnis suspensus in ligno.)

Vt in Gentes benedictio Abrahæ fieret in Christo Iesu: vt pollicitationem Spiritus accipiamus per fidem.

(Secundum hominem dico) tamen hominis authenticatum testamentum nemo abrogat, aut superordinat.

At Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini eius. Non dicit, Seminibus, quasi in multis: sed quasi in vno, Et semini, qui est Christus.

Hoc autem dico, testamentum ante authenticatum à Deo in Christum, quæ post annos quadringentos & triginta facta lex, non irritat, ad abolendam promissionem.

Si enim ex lege hæreditas, nõ amplius ex promissione. At Abrahæ per repromissionem gratificatus est Deus.

Quid igitur lex? transgressionum causa apposita est, vsque quò veniret semen cui promissum erat, ordinata per angelos in manu mediatoris.

At mediator, vnius non est: at Deus vnus est.

Ergo lex aduersus promissa Dei? Absit. Si enim data esset lex potens viuificare, verè ex lege esset iustitia.

Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus,

Ante venire fidem, sub lege custodiebamur, conclusi in futuram fidem reuelari.

Transl. Erasm, terod.

Viuo tamen, non iam ego, sed viuit in me Christus. Vitam autem, quam nunc viuo in carne, per fidem viuo filij Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me.

Non aspernor gratiam Dei. Nam si per legem est iustitia, igitur Christus frustra mortuus est.

CAP. III.

O Stulti Galatæ, quis vos fascinauit, vt non crederetis veritati? quibus pra oculis Iesus Christus ante fuit depictus, inter vos crucifixus.

Hoc solum cupio discere à vobis, vtrum ex operibus legis Spiritum accepistis, an ex pradicatione fidei?

Adeo stulti estis, cum spiritu cœperitis, nunc carne consummaminis?

Tam multa passi estis frustra, si tamen & frustra.

Qui igitur subministrat vobis Spiritum, & operatur virtutes in vobis, vtrum ex operibus legis, an ex pradicatione fidei id facit?

Quemadmodum Abraham credidit Deo, & imputatum est illi ad iustitiam.

Scitis igitur, quod qui ex fide sunt, ij sint filij Abraha.

Prouidens autem scriptura, quod ex fide iustificet gentes Deus, prius rem lætam nunciauit Abrahæ: Benèdicentur, inquiens, in te omnes gentes.

Itaque qui ex fide sunt benedicuntur cum fideli Abraham.

Nam quotquot ex operibus legis sunt, execrationi sunt obnoxij. Scriptum est enim: Execrabilis omnis, qui non manserit in omnibus, quæ scripta sunt in libro legis, vt faciat.

Quod autem in lege nullus iustificetur apud Deum, palàm est, Siquidem iustus ex fide viuet,

Lex autem non est ex fide: sed qui fecerit ea homo, viuet in ipsis.

Christus nos redemit ab execratione legis, dum pro vobis factus est execratio. Scriptum est enim, Execrabilis omnis, qui pendet in ligno.

Vt in gentes benedictio Abraha veniret per Christum Iesum, vt promissionem Spiritus acciperemus per fidem.

Fratres, secundum hominem dico. Hominis licet testamentum, tamen si sit comprobatum, nemo reycit, aut addit aliquid.

Porro Abraha dictæ sunt promissiones & semini eius. Non dicit, & seminibus, tanquam de multis, sed tanquàm de vno: & in semine tuo, qui est Christus.

Hoc autem dico, testamentum ante comprobatum à Deo erga Christum, lex quæ post annos quadringentos & triginta cœpit, non facit irritum, vt abroget promissionem.

Nam si ex lege est hæreditas, non iam ex promissione. Atqui Abraha per promissionem donauit Deus.

Quid igitur lex? Propter transgressiones addita fuit, donec veniret semen, cui promissum fuerat, ordinata per angelos in manu intercessoris.

Intercessor autem vnius non est, at Deus vnus est.

Lex igitur num est aduersus promissiones Dei? Absit. Etenim si data fuisset lex, quæ posset viuificare, vere ex lege esset iustitia

Sed conclusit scriptura omnia sub peccatum, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus.

Caterum antequam venisset fides, sub lege custodiebamur, conclusi in eam fidem, quæ erat reuelanda.

Vulgat. Editio.

Itaque lex pædagogus noſter fuit in Chriſto, vt ex fide iuſtificemur.

At vbi venit fides, iam non ſumus ſub pædagogo.

Omnes enim filii Dei eſtis per fidem, quæ eſt in Chriſto Ieſu.

*Ro.6.3 *Quicumque enim in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.

Non eſt Iudæus, neque Græcus, non eſt ſeruus, neque liber: non eſt maſculus, neque fœmina. Omnes enim vos vnum eſtis in Chriſto Ieſu.

Si autem vos Chriſti, ergo ſemen Abrahæ eſtis, ſecundum promiſsionem hæredes.

CAP. IIII.

Dico autem: Quanto tempore hæres paruulus eſt, nihil differt à ſeruo, cum ſit Dñs omniũ. Sed ſub tutoribus, & actoribus eſt vſque ad præfinitum tempus à patre:

Ita & nos cum eſſemus paruuli, ſub elementis mundi eramus ſeruientes.

At vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus Filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege,

Vt eos, qui ſub lege erant, redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus.

Quoniam autem eſtis filij, miſit Deus Spiritum Filij ſui in corda veſtra clamantem: Abba, Pater.

Itaque iam non eſt ſeruus, ſed filius: Quod ſi filius: & hæres per Deum,

Sed tunc quidem ignorantes Deum, ijs, qui natura non ſunt dii, ſeruiebatis.

Nunc autem cum cognoueritis Deum, immo cogniti ſitis à Deo: quomodo conuertimini iterum ad infirma, & egena elementa, quibus denuo ſeruire vultis?

Dies obſeruatis, & menſes, & tempora, & annos.

Timeo vos, ne forte ſine cauſa laborauerim vobis

Eſtote ſicut ego, quia & ego ſicut vos: fratres obſecro vos: Nihil me læſiſtis.

Scitis autem quia per infirmitatem carnis euangelizaui vobis iampridem: & tentationem veſtram in carne mea.

Non ſpreuiſtis, neque reſpuiſtis: ſed ſicut Angelum Dei excepiſtis me, ſicut Chriſtum Ieſum.

Vbi eſt ergo beatitudo veſtra? Teſtimonium enim perhibeo vobis, quia ſi fieri poſſet, oculos veſtros eruiſſetis, & dediſſetis mihi.

Ergo inimicus vobis factus ſum, verum dicens vobis?

Æmulantur vos non bene: ſed excludere vos volunt, vt illos æmulemini.

Bonum autem æmulamini in bono ſemper: & non tantum cum præſens ſum apud vos.

Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis.

Vellem autem eſſe apud vos modo, & mutare vocem meam: quoniam confundor in vobis.

Dicite mihi qui ſub lege vultis eſſe: legem non legiſtis?

*Ge.16.15 *Ge.21.2 Scriptum eſt enim: Quoniam Abraham duos filios habuit: *vnũ de ancilla, * & vnum de libera.

Sed qui de ancilla, ſecundum carnem natus eſt: qui autem de libera, per repromiſſionem:

Tranſl. ex Syriac.

24 *Lex igitur pædagogus fuit nobis ad Meſchicho, vt ex fide iuſtificemur.*

25 *At poſtquam venit fides, non ſumus ſub pædagogo.*

26 *Etenim vos omnes eſtis filij Dei per fidem in Ieſchua Meſchicho.*

27 *Quotquot enim in Meſchicho baptizati eſtis: Meſchicho induiſtis.*

28 *Non eſt Iihoudæus, neque Aramæus* (Gentilis) *non eſt ſeruus, neque ingenuus, non eſt maſculus neque fœmina. ſiquidem vos omnes vnum eſtis in Ieſchua Meſchicho.*

29 *Quod ſi ipſius Meſchicho eſtis, iam eſtis ſemen Abrohom: & hæredes per promiſſionem.*

CAP. IIII.

1 *Dico autem quamdiu hæres puer eſt, non differt à ſeruo, quum ſit Dominus omnium.* Ad obſtetionē Ve. tamenti.

2 *Sed ſub tutoribus eſt & procuratoribus, vſque ad tempus quod præſtituerit pater ipſius.*

3 *Ita & nos quum eſſemus pueruli ſub elementis mundi, eramus in ſeruitutem redacti.*

4 *At poſtquam venit plenitudo temporis, miſit Deus Filium ſuum, & factus eſt ex muliere, & factus eſt ſub lege.*

5 *Vt eos qui ſub lege erant redimeret, vt reciperemus poſitionem filiorum* (adoptionem)

6 *Quoniam autem eſtis filij, miſit Deus Spiritum illum Filij ſui in corda veſtra clamantem Abba: Patrem noſtrum,*

7 *Itaque ſerui non eſtis, ſed filij; quod ſi filij, etiam hæredes Dei per Ieſchua Meſchicho.*

8 *Tunc enim quum ignorabatis Deum, colebatis eos qui natura ſua non ſunt Dij.*

9 *Nunc autem quum cognoueritis Deum, vel potius cogniti ſitis à Deo, iterum conuertimini ad ea elementa infirma & egena, ac denuo vultis illis ſeruire.*

10 *Dies & menſes, & tempora, & annos obſeruatis.*

11 *Timeo ne fortè in vanum laborauerim erga vos.*

12 *Eſtote vt ego ſum, quandoquidem & ego vos factus ſum: Fratres mei, obſecro vos; nihil me offendiſtis.*

13 *Noſtis enim quod per infirmitatem carnis mea euangelizauerim vobis iampridem.*

14 *Et tentationem quæ erat in carne mea, non ſpreuiſtis nec execrati eſtis: ſed tanquam Angelum Dei excepiſtis me, & tanquam Ieſchua Meſchicho.*

15 *Vbi eſt ergo beatitas veſtra? Teſtimonium enim fero de vobis, quod ſi fieri potuiſſet, oculos veſtros eruiſſetis, ac dediſſetis mihi.*

16 *Num inimicus factus ſum vobis, quod prædicauerim vobis veritatem?*

17 *Æmulantur vos non benè, ſed excludere vos volunt, vt ipſos æmulemini.*

18 *Bonum eſt autem vt æmulemini in re bona ſemper, nec tantum quum vobis adſum.*

19 *Filioli mei quos denuo parturio, donec formetur in vobis Meſchicho.* *Natiuitas Ieſuchanea

20 *Vellem ſiquidem adeſſe apud vos nunc, vt mutarem filiam vocis meæ* (locutionem meam,) *quoniam ſtupefactus ſum in vobis.*

21 *Dicite mihi vos qui vultis eſſe ſub lege, legem ipſam non auditis?*

22 *Scriptum eſt enim: Abrohom duos exſtitiſſe filios, vnum ex ancilla, & alterum ex libera.*

23 *Sed qui ex ancilla, ſecundum carnem natus eſt, qui vero ex libera, per repromiſſionem extitit.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Itaque lex pædagogus noſter fuit in Chriſtum, vt ex fide iuſtificemur.
Veniente autem fide, non amplius ſub pædagogo ſumus.
Omnes filii Dei eſtis per fidem in Chriſto Ieſu.

Quicumque enim in Chriſtum baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.
Non eſt Iudæus neque Græcus: non eſt ſeruus neque liber, non eſt maſculus, & fœmina. Omnes enim vos vnus eſtis in Chriſto Ieſu.

Si autem Chriſti, ergo Abrahæ ſemen eſtis, & ſecundum promiſsionem hæredes.

CAP. IIII.

Dico autem, ad quantum tempus hæres infans eſt, nihil differt ſeruo, Dñs omniũ exiſtens: ſed ſub tutores eſt & curatores vſque præfinitionem Patris.
Ita & nos cum eſſemus infantes, ſub elementis mundi eramus ſeruituti addicti.
Cum vero venit plenitudo temporis, miſit Deus Filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege,

Vt eos, qui ſub legem redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus.
Quoniam autem eſtis filij, miſit Deus Spiritum filij ſui in corda veſtra clamantem, Abba, (Pater.)

Itaque non amplius es ſeruus, ſed filius Si filius vero & hæres Dei per Chriſtum.
Sed tunc quidem ignorantes Deum, ſeruiebatis non natura exiſtentibus diis.
Nunc autem cognoſcentes Deum, magis autem cogniti à Deo: quomodo conuertimini iterum ad infirma, & egena elementa, quibus denuo deſuper ſeruire vultis?
Dies obſeruatis, & menſes, & tempora, & annos.
Timeo vos, ne forte fruſtra fatigatus fuerim erga vos.
Eſtote ſicut ego, quia & ego ſicut vos: fratres obſecro vos nihil me iniuria affeciſtis.
Scitis autem quia per infirmitatem carnis euangelizaui vobis prius. Et experimentum mei in carne mea,
Non pro nihilo habuiſtis, neque reſpuiſtis: ſed ſicut Angelum Dei excepiſtis me, ſicut Chriſtum Ieſum.
Quæ igitur erat beatitudo veſtra? Teſtor enim vobis, quia ſi poſſibile, oculos veſtros effodientes dediſſetis mihi.
Itaque inimicus vobis factos ſum, verum dicens vobis?
Æmulantur vos non bene: ſed excludere vos volunt, vt illos æmulemini.
Bonum autem æmulari in bono ſemper: & non tantum in adeſſe me apud vos.
Nati mei, quos iterum parturio, vſque quò formetur Chriſtus in vobis.
Vellem autem adeſſe ad vos modo, & mutare vocem meam: quoniam hæſito in vobis.

Dicite mihi ſub legem volentes eſſe, legem non auditis?
Scriptum eſt enim: Quoniam Abraham duos filios habuit: vnum de ancilla, & vnum de libera.
Et qui quidem de ancilla, ſecundum carnem natus eſt: qui autem de libera, per repromiſſionem:

Transl. Eraſm. Roterod.

Itaque lex pædagogus noſter fuit ad Chriſtum vt ex fide iuſtificaremur.
At poſtquam venit fides, non amplius ſub ſumus pædagogo.
Omnes enim filij Dei eſtis, eo quod credidiſtis Chriſto Ieſu.
Nam quicunq; baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.

Non eſt Iudæus, neque Græcus. Non eſt ſeruus neque liber. Non eſt maſculus, ac fœmina. Omnes enim vos vnus eſtis in Chriſto Ieſu.

Quod ſi vos eſtis Chriſti, igitur Abrahæ ſemen eſtis, & iuxta promiſſionem hæredes.

CAP. IIII.

Dico autem, quamdiu hæres puer eſt, nihil differt à ſeruo, cum ſit Dominus omnium.
Sed ſub tutoribus & actoribus eſt vſque ad tempus, quod pater præſcripſerit.
Sic & nos cum eſſemus pueri ſub elementis mundi eramus in ſeruitutem adacti.
At vbi venit plenitudo temporis, emiſit Deus Filium ſuum, & factum ex muliere, factum legi obnoxium.

Vt eos qui legi erant obnoxij, redimeret, vt adoptionem filiorum acciperemus.
Quoniam autem eſtis filij, emiſit Deus Spiritum filij ſui in corda noſtra, clamantem, abba pater.

Itaque iam non es ſeruus, ſed filius: quod ſi filius, & hæres Dei per Chriſtum.
Sed tum quidem cum ignoraretis Deum, ſeruiebatis ijs, qui natura non ſunt dij.
At nunc poſtea quàm cognouiſtis Deum, quin potius cogniti eſtis à Deo, quomodo conuertimini denuo ad infirma & egena elementa, quibus iterum ab integro ſeruire vultis?
Dies obſeruatis, & menſes, & tempora, & annos.
Metuo de vobis, ne fruſtra laborauerim erga vos.
Eſtote vt ego ſum, quandoquidem & ego ſum, vt vos: Fratres rogo vos; Nihil me læſiſtis.
Noſtis, quod per infirmitatem carnis euangelizauerim vobis prius: & experimentum mei, quod erat in carne,
Non eſtis aſpernati, neque reſpuiſtis, ſed velut Angelum Dei ſuſcepiſtis, velut Chriſtum Ieſum.
Quæ eſt igitur beatitudo veſtra? Teſtimonium enim reddo vobis, quod ſi fieri potuiſſet, oculos veſtros effoſſos dediſſetis mihi.
Igitur inimicus factus ſum vobis, vera loquendo vobis?
Ambiunt vos non benè, imò excludere vos volunt, vt ipſos æmulemini.
Bonum autem eſt æmulari in re bona ſemper, & non ſolum cum præſens ſum apud vos.
Filioli mei quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis.
Vellem autem adeſſe apud vos nunc, & mutare vocem meam, quoniam conſilij inops ſum in vobis.
Dicite mihi qui ſub lege vultis eſſe, legem ipſam non auditis?
Scriptum eſt enim, quod Abraham duos filios habebat, vnum ex ancilla, & vnum ex libera.
Verum is qui ex ancilla natus eſt, ſecundum carnem natus eſt: qui vero ex libera, per repromiſſionem,

Vulgat. Editio.

Quæ ſunt per allegoriam dicta. Hæc enim ſunt duo teſtamenta. Vnum quidem in monte Sina, in ſeruitutem generans: quæ eſt Agar:

Sina enim mons eſt in Arabia, qui coniunctus eſt ei, quæ nunc eſt Ieruſalem, & ſeruit cum filijs ſuis.

Illa autem, quæ ſurſum eſt Ieruſalem, libera eſt, quæ eſt mater noſtra.

*Iſa.54. Scriptum eſt enim: *Lætare ſterilis, quæ non paris: erumpe, & clama, quæ non parturis: quia multi filii deſertæ, magis quam eius, quæ habet virum.

*Io.8. *Nos autem fratres ſecundum Iſaac promiſſionis filii ſumus.

Sed quomodo tunc is, qui ſecundum carnem natus fuerat, perſequebatur eum, qui ſecundum ſpiritum; ita & nunc.

*Ge.21.1 Sed quid dicit Scriptura * Eiice ancillam, & filium eius: non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ.

Itaque, fratres, non ſumus ancillæ filii, ſed liberæ: qua libertate Chriſtus nos liberauit.

CAP. V.

STate, & nolite iterum iugo ſeruitutis contineri.

Act.15.12 * Ecce ego Paulus dico vobis: quoniam ſi circumcidamini, Chriſtus vobis nihil proderit.

Teſtificor autem rurſus omni homini circumcidenti ſe, quoniã debitor eſt vniuerſæ legis faciẽdę.

Euacuati eſtis à Chriſto, qui in lege iuſtificamini: à gratia excidiſtis.

Nos enim ſpiritu ex fide, ſpem iuſtitiæ expectamus.

Nam in Chriſto Ieſu neque circumciſio aliquid valet, neque præputium: ſed fides, quæ per charitatem operatur.

Currebatis bene: quis vos impediuit veritati non obedire?

Perſuaſio hæc non eſt ex eo, qui vocat vos.

*Modicum fermentum totam maſſam corrumpit.

*2.Cor.5 Ego confido in vobis in Domino, quod nihil aliud ſapietis: qui autem conturbat vos, portabit iudicium, quicumque eſt ille.

Ego autem, fratres, ſi circumciſionem adhuc prædico: quid adhuc perſecutionem patior? Ergo euacuatum eſt ſcandalum crucis.

Vtinam & abſcindantur qui vos conturbant.

Vos enim in libertatem vocati eſtis fratres: tantum ne libertatem in occaſionem detis carnis, ſed per charitatem Spiritus ſeruite inuicem.

Omnis enim lex in vno ſermone impletur: *

*Leu.19 Diliges proximum tuum ſicut te ipſum.

Mat.22.39 Rom.13. Quod ſi inuicem mordetis, & comeditis: videte ne ab inuicem conſummamini.

1.Per.2.11 Dico autem: Spiritu ambulate, & deſideria carnis non perficietis.

Caro enim concupiſcit aduerſus ſpiritum, ſpiritus autem aduerſus carnem: hæc enim ſibi inuicem aduerſantur, vt non quæcumque vultis, illa faciatis.

Quod ſi ſpiritu ducimini, non eſtis ſub lege.

Manifeſta ſunt autem opera carnis: quæ ſunt fornicatio immunditia, impudicitia, luxuria,

idolorum ſeruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, diſſenſiones, ſectæ,

Tranſl. ex Syriac.

24 *Hæc autem ſunt allegoriæ duorum teſtamentorum, vnum quidem à monte Sinai generans in ſeruitutem, quæ eſt Hogor.*

25 *Nam Hogor mons eſt Sinai qui eſt in Arabia; confinis eſt autem ipſi Ouriſchlem, & ſeruit ſeruitutem, ipſa & filij eius.*

26 *Illa verò Ouriſchlem excelſa, libera eſt, quæ eſt mater noſtra.*

27 *Scriptum eſt enim: Lætare ſterilis quæ non paris, & erumpe clama, quæ non parturis: quoniam plures ſunt filij deſertæ; quàm eius quæ habet virum.*

28 **Nos autem fratres mei, ſecundum Iſchok filij ſumus promiſſionis.* *Circũcidi ſione hominũ noſtrũ.

29 *At quemadmodum tunc is qui natus erat ſecundum carnem perſequebatur eum, qui ſecundum ſpiritum; ita & nunc.*

30 *Sed quid ait Scriptura? Eijce ancillam & filium eius, quia hæreditatem non obtinebit filius ancillæ cum filio liberæ.*

Nos itaque fratres mei, non ſumus filij ancillæ, verùm filij liberæ.

CAP. V.

1 *STate igitur in libertate illa qua Meſchicho nos donauit, & ne mancipemini iugo ſeruitutis.*

2 *Ecce ego Paulus dico vobis, quòd ſi circumcidamini: Meſchicho nihil vobis proderit.*

3 *Conteſtor autem iterum, omnem hominem qui circumciditur, debitorem eſſe totius Legis adimplendæ.*

4 *Deſciuiſtis à Meſchicho quicunque per Legem iuſtificamini: & à gratia excidiſtis.*

5 *Nos enim ſpiritu qui eſt ex fide, ſpem iuſtitiæ oppetimus.*

6 *Nam in Meſchicho Ieſchua nihil eſt circunciſio, neque præputium, ſed fides quæ perficitur charitate.*

7 *Pulchrè currebatis: quis vos remoratus eſt ne veritati aſſenſum præberetis?*

8 *Perſuaſio veſtra non profecta eſt ab eo qui vocauit vos.*

9 *Paululum fermenti totam conſperſionem fermentat.*

10 *Ego confido de vobis in Domino noſtro, vos nihil aliud ſentire: cæterùm qui conturbat vos, iudicium ſuſtinebit, quiſquis ille ſit.*

11 *Ego autem fratres mei, ſi adhuc circunciſionem prædico, cur perſecutionem patior? num abolitum eſt offendiculum crucis?*

12 *Vtinam autem præſcindendo præſcindantur illi qui vos labefactant.*

13 **Porrò vos in libertatem vocati fuiſtis fratres mei, tantùm ne ſit libertas veſtra in occaſionem carnis, ſed per charitatem ſubiecti eſtote alter alteri.* *Domini caſtudeſtimi.

14 *Tota ſiquidem lex hoc vno verbo impletur: Diliges proximum tuum ſicut teipſum.*

15 *Quòd ſi alius alium mordetis, & deuoratis: videte ne alius ab alio conſumamini.*

16 *Dico autem ſpiritu ambulate, & concupiſcentiam carnis nunquam exequimini.*

17 *Caro ſiquidem concupiſcit id quod ladit ſpiritum; & ſpiritus id quod ladit carnem: (aduerſatur carni.) proinde hæc duo ſunt ſibi inuicem contraria, vt non, quod vultis, faciatis.*

18 *Quòd ſi ſpiritu ducimini, non eſtis ſub lege.*

19 *Nota ſunt enim opera carnis, quæ ſunt ſcortatio, immundities, proteruia;*

20 *Cultus idolorum, veneficium, inimicitia, iurgium æmulatio, ira, concertatio, diſſidia, ſecta.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Quæ sunt allegorizata. Hæc enim sunt duo testamenta. Vnum quidem à monte Sina, in seruitutem generans, quæ est Agar.

Nam Agar Sina mons est in Arabia: quadrat autem nunc Hierusalem, seruit vero cum filijs suis.

Illa autem sublimis Hierusalem, libera est: quæ est mater omnium nostrum.

Scriptum est enim: Lætare sterilis non pariens: erumpe, & clama, non parturiens: quia multi nati desertæ, magis quam habentis virum.

Nos autem fratres secundum Isaac promissionis nati sumus.

Sed quomodo tunc is, secundum carnem genitus, persequebatur eum, qui secundum spiritum, ita & nunc.

Sed quid dicit Scriptura? Eiice ancillam, & filium eius: non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ.

Nempe, fratres, non sumus ancillæ nati, sed liberæ. libertate igitur qua Christus nos liberauit.

CAP. V.

STate, & ne iterum iugo seruitutis implicamini.

Ecce ego Paulus dico vobis, quoniam si circuncidamini, Christus vobis nihil proderit.

Testificor autem rursus omni homini circuncidéti se, quoniã debitor est totam legem faciens.

Aboliti estis à Christo, quicunque in lege iustificamini: gratiã excidistis.

Nos enim spiritu ex fide, spem iustitiæ expectamus.

In enim Christo Iesu neque circuncisio aliquid valet, neque præputium: sed fides, per charitatem efficax.

Currebatis pulchrè, quis vos intercidit veritati non suaderi?

Persuasio non ex vocante vos.

Modicum fermentum totam massam fermentat.

Ego confido in vos in Domino, quod nihil aliud sapietis: at conturbans vos, portabit iudicium, quicumque fuerit.

Ego autem, fratres, si circuncisionem adhuc prædico: quid adhuc persecutionem patior? Nempe abolitum est scandalum crucis.

Vtinam & abscindantur inquietantes vos.

Vos enim in libertatem vocati estis fratres: tantum ne libertatem in occasionem carni: sed per charitatem seruite alij alijs.

Nam omnis lex in vno sermone impletur, in illo, Diliges proximum tuum sicut te ipsum.

Si vero alii alios mordetis, & comeditis: videte ne ab inuicem consummamini.

Dico autem, Spiritu ambulate, & concupiscentiam carnis non perficiatis.

Nam caro concupiscit aduersus spiritum: at spiritus aduersus carnem: hæc autem opponuntur alia aliis: vt non quæcumque vultis, illa faciatis.

Si vero spiritu ducimini, non estis ab lege.

Manifesta autem sunt opera carnis, quæ sunt, adulterium, fornicatio impuritas, proteruia:

Idololatria, veneficiũ, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ:

Transl. Erasm. Roterod.

Quæ per allegoriam dicunt. Nam hæc sunt duo testamenta, vnum quidem à monte Sina, in seruitutem generans, qui est Agar.

Nam Agar Sina mons est in Arabia, consinis est autem et, quæ nunc vocatur Hierusalem: seruit autem cum filijs suis.

At quæ sursum est Hierusalem, libera est, quæ est mater omnium nostrum.

Scriptum est enim: Lætare sterilis quæ non paris, erumpe, clama, quæ non parturis: quoniam multi liberi desertæ, magis quàm eius quæ habet virum.

Nos autem fratres, secundum Isaac promissionis filij sumus.

Sed quemadmodum tunc is qui secundum carnem natus erat persequebatur eum, qui natus erat secundum spiritum, ita & nunc.

At quid ait Scriptura? Eyice ancillam & filium: non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ.

Itaque fratres non sumus ancillæ filij, sed liberæ. In libertate igitur qua Christus nos liberauit.

CAP. V.

STate, & ne rursus iugo seruitutis implicemini.

Ecce ego Paulus dico vobis, quòd si circuncidamini: Christus nihil vobis proderit.

Conteslor autem omnem hominem qui circunciditur, quod debitor est totius legis seruandæ.

Christus vobis factus est ociosus, quicunque per Legem iustificamini: à gratia excidistis.

Nos enim spiritu ex fide, spem iustitiæ expectamus.

Nam in Christo Iesu, neque circunciso quicquam valet, neque præputium, sed fides per dilectionem operans.

Currebatis bene, quis vos impediuit, vt non crederetis veritati?

Nempe persuasio non ex eo profecta, qui vocat vos.

Paululum fermenti totam consperionem fermentat.

Ego confido de vobis in Domino, quod nihil aliud sensuri sitis. Ceterum qui conturbat vos, portabit iudicium, quisquis fuerit.

Ego autem, fratres, si circuncisionem adhuc prædico, quid adhuc persecutionem patior? Abolitum est igitur offendiculum crucis?

Vtinam & abscindantur qui vos labefactant.

Vos enim in libertatem vocati fuistis, fratres, tantum ne libertatem in occasionem detis carni, sed per charitatem vobis inuicem.

Nam tota lex in vno verbo completur, nempe hoc: Diliges proximum tuum vt teipsum.

Quodsi alius alium viciſſim mordetis, & deuoratis: videte ne viciſſim alius ab alio conſummamini.

Dico autem, ſpiritu ambulate, & concupiſcentiam carnis non perficietis.

Nam caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, ſpiritus autem aduerſus carnem. Hæc autem inter ſe mutuo aduerſantur, vt non quæcunque voluerit is, eadem faciatis.

Quod ſi ſpiritu ducimini, non eſtis ſub lege.

Porrò manifeſta ſunt opera carnis, quæ ſunt hæc: adulterium, ſcortatio, immundicia, laſciuia,

Simulacrorum cultus, veneficium, inimicitiæ, lis, æmulationes, ira, concertationes, ſeditiones, ſecta.

Vulgat. Editio.

Inuidiæ, homicidia, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia, quæ prædico vobis, ſicut prædixi: quoniam qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur.

Fructus autem Spiritus eſt, charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas,

Manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas; Aduerſus huiuſmodi non eſt lex.

Qui autem ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis, & concupiſcentiis.

Si ſpiritu viuimus, ſpiritu & ambulemus.

Non efficiamur inanis gloriæ cupidi inuicem prouocantes, inuicem inuidentes.

CAP. VI.

FRatres, & ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis, conſiderans te ipſum, ne & tu tenteris.

Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti.

Nam ſi quis exiſtimat ſe aliquid eſſe, cum nihil ſit, ipſe ſe ſeducit.

Opus autē ſuum probet vnuſquiſque, & ſic in ſemetipſo tantum gloriam habebit, & non in altero.

2 Cor. 3. a

Vnuſquiſque enim onus ſuum portabit.

Communicet autem is, qui catechizatur verbo ei, qui ſe catechizat, in omnibus bonis.

Nolite errare: Deus non irridetur.

Quæ enim ſeminauerit homo, hæc & metet. Quoniam qui ſeminat in carne ſua, de carne & metet corruptionem: qui autem ſeminat in ſpiritu, de ſpiritu metet vitam æternam.

2 Theſſ. 3. a

*Bonum autem facientes, non deficiamus: tempore enim ſuo metemus non deficientes.

Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domeſticos fidei.

Videte qualibus litteris ſcripſi vobis mea manu.

Quicumque enim volunt placere in carne, hi cogunt vos circumcidi, tantum vt crucis Chriſti perſecutionem non patiantur.

Neque enim qui circumciduntur, legem cuſtodiunt: ſed volunt vos circumcidi, vt in carne veſtra glorientur.

Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti: per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo.

In Chriſto enim Ieſu neque circumciſio aliquid valet, neque præputium, ſed noua creatura.

Et quicumque hanc regulam ſecuti fuerint, pax ſuper illos, & miſericordia, & ſuper Iſrael Dei.

De cetero nemo mihi moleſtus ſit: ego enim ſtigmata Domini Ieſu in corpore meo porto.

Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti, cum ſpiritu veſtro, fratres. Amen

Tranſl. ex Syriac.

Inuidia, homicidium, temulentia, laſciua cantio, (comeſſatio,) omniaque his ſimilia: qua qui faciunt, vt iam prædixi vobis, & nunc dico, regni Dei hæreditatem non ſunt adepturi.

Fructus autem Spiritus ſunt charitas gaudium, pax, longanimitas,

Benignitas, gratia, fides, manſuetudo, patientia. Aduerſus huiuſmodi lex poſita non eſt.

Qui verò ſunt Meſchicho, carnem ſuam crucifixerunt cum omnibus perpeſſionibus eius, eiuſque deſideriis.

Viuamus ergo ſpiritu, & ſpiritum perficiamus.

Nec efficiamur inanes gloria, alter alterum parui pendentes, & alter alteri inuidentes.

CAP. VI.

FRatres mei, ſi quis veſtrum præoccupatus fuerit in delicto, vos qui ſpirituales eſtis, erigite eum ſpiritu manſueto, & cauete ne, & vos tentemini.

Et portate onus alter alterius, vt ſic adimpleatis legem Meſchicho.

Nam ſi quis arbitratur ſe aliquid eſſe, quum nihil ſit, ſeipſum decipit.

Sed quiſq; opus ſuum probet, & tunc intra ſeipſum erit gloriatio eius, & non in alio.

Vnuſquiſq; enim ſuam ipſius ſarcinam baiulabit.

Communicet autem is qui audit ſermonem (initiatur ſermone) ei qui voce ipſum inſtruit in omnibus bonis.

Ne erretis, Deus non deluditur.

Quicquid enim ſeminat homo, idipſum demetit.

Maurinus feria inf. Paſchæ

Qui ſeminat per carnem, de carne metit corruptionem: qui per ſpiritum ſeminat, de ſpiritu vitam perennem metet.

Quumque benefacimus, ne ſit nobis tædio: erit enim tempus quo metemus, neque nobis erit tædio.

Nunc itaq; dum tempus habemus operemur' bona erga vnumquemque, ſed maximè erga domeſticos fidei.

Videte quas ſcripturas ſcripſi vobis proprijs manibus.

Quotquot volunt gloriari in carne, hi cogunt vos circumcidi, tantum ne per crucem Meſchicho perſecutionem patiantur.

Nam qui circumciduntur, ne ipſi quidem ſeruant legem: ſed volunt vos circumcidi, vt in veſtra carne glorientur.

Mihi verò abſit gloriari niſi in cruce Domini noſtri Ieſchua Meſchicho, per quem mundus crucifixus eſt mihi, & ego crucifixus ſum mundo.

Nihil enim eſt circumciſio, neque præputium, ſed creatura noua.

Et ij qui hanc ſemitam perficiunt, pax ſit ſuper eos, & miſericordia, ac ſuper Iſroel Dei.

Proinde nemo mihi laborem inijciat: ego enim ſtigmata Domini noſtri in corpore meo porto.

Gratia Domini noſtri Ieſchua Meſchicho cum ſpiritu veſtro fratres mei. Amin.

Transl. B. Ariæ Mont.

Inuidiæ, homicidia, ebrietates, comessationes, & similia his, quę dico vobis, sicut prædixi, quoniam talia agentes, regnum Dei non hæreditabunt.

At fructus Spiritus est, charitas, gaudium, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides.

Mansuetudo, continentia, Aduersus huiusmodi non est lex.

Qui autem Christi, carnem crucifixerunt cum affectibus, & concupiscentiis.

Si viuimus spiritu, spiritu & ambulemus.

Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, alij alios prouocantes, alii aliis inuidentes.

CAP. VI.

FRatres, & si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos spirituales instruite huiusmodi spiritu lenitatis, considerans te ipsum, ne & tu tenteris.

Alii aliorum onera portate, & sic adimplebitis legem Christi.

Si enim videtur quis esse aliquid nihil existens, seipsum animo fallit.

At opus suum probet vnusquisque: & tunc in seipsum tātū gloriationē habebit, & nō in alterū.

Vnusquisque enim proprium onus portabit.

Communicet autem institutus verbum instituenti in omnibus bonis.

Ne errate: Deus non irridetur.

Quod enim seminauerit homo, hoc & metet.

Quoniam seminans in carnem suam, de carne metet corruptionem, at seminans in spiritum, de spiritu metet vitam æternam.

At pulchrum facientes, non segnescamus: tempore enim proprio metemus non elanguentes.

Nempe igitur dum tempus habemus, operemur bonū ad omnes, maximè autē ad domesticos fidei.

Videte quā lōgis vobis litteris scripsi mea manu.

Quicumque volunt bona facie esse in carne, hi cogunt vos circuncidi, tantum vt ne cruci Christi persecutionem patiantur.

Neque enim circuncisi ipsi legem custodiunt: sed volunt vos circuncidi, vt in vestra carne glorientur.

Mihi autem absit gloriari, si nōn in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.

In enim Christo Iesu neque circuncisio aliquid valet, neque præputium, sed noua creatio.

Et quicūq; regula hac ordinatè ambulauerint, pax enim super illos, & misericordia, & super Israel Dei.

Cæterum, molestias mihi nemo exhibeat. Ego stigmata Domini Iesu in corpore meo porto.

Gratia Domini nostri Iesu Christi, cum spiritu vestro, fratres. Amen.

Transl. Erasm. Roterod.

Inuidiæ, cædes, ebrietates, comessationes, & his similia, de quibus prædico vobis, quemadmodum & prædixi: quia qui talia agunt, regni Dei hæredes non erunt.

Contra, fructus Spiritus est, charitas, gaudium, pax, lenitas, benignitas, bonitas, Fides,

Mansuetudo, temperantia. Aduersus huiusmodi non est lex.

Qui verò sunt Christi, carnem crucifixerunt cum affectibus & concupiscentiis.

Si viuimus spiritu, spiritu & incedamus.

Ne efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem nos prouocantes, inuicem inuidentes.

CAP. VI.

FRatres, etiam si occupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spirituales estis, instaurate huiusmodi spiritu mansuetudinis, considerans temetipsum, ne & tenteris.

Inuicem alij aliorum onera portate, & sic complete legem Christi.

Nam si quis sibi videtur aliquid esse, cum nihil sit, suum ipse fallit animum.

Opus autem suum probet vnusquisque, & tunc in semetipso tantum gloriationem habebit, & non in alio.

Vnusquisq; enim propriam sarcinam baiulabit.

Communicet autem qui catechizatur sermone, ei qui se catechizat in omnibus bonis.

**Ne erretis, Deus non irridetur.*

Quicquid enim seminauerit homo, hoc & metet. Nam qui seminat per carnem suam, de carne metet corruptionem: sed qui seminat per spiritum, de spiritu metet vitam æternam.

Bonum autem faciendo ne defatigemur. Tempore enim suo metemus non defatigati.

Itaq; dum tempus habemus operemur bonum: cum erga omnes, tum vero maximè erga domesticos fidei.

Videtis quanta vobis epistola scripserim mea manu.

Quicunque volunt iuxta faciem placere in carne, ij cogunt vos circuncidi, tantum, ne ob crucem Christi persecutionem patiantur.

Nam qui circunciduntur, ne ipsi quidem legem seruant: sed volunt vos circuncidi, vt in vestra carne glorientur.

Mihi verò absit, vt gloriar, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.

Nam in Christo Iesu, neque circuncisio quicquam valet, neque præputium, sed noua creatura.

Et quicunq; iuxta regulam hanc incedunt, pax super eos, & misericordia, & super Israelem Dei.

De cætero ne quis mihi molestias exhibeat. Ego enim stigmata Domini Iesu in corpore meo porto.

Gratia Domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro, fratres. Amen.

EPISTOLAE B. PAVLI APOSTOLI AD EPHESIOS,

Vulgat. Editio

CAPVT PRIMVM

PAulus Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, omnibus sanctis, qui sunt Ephesi, & fidelibus in Christo Iesu.

Gratia vobis, & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo.

*Benedictus Deus, & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cælestibus in Christo.

Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate.

Qui prædestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum: secundum propositum voluntatis suæ,

In laudem gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificauit nos in dilecto filio suo.

In quo habemus redemptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum secundum diuitias gratiæ eius,

Quæ superabundauit in nobis omni sapientia, & prudentia:

Vt notum faceret nobis sacramentũ voluntatis suæ, secũdũ beneplacitũ eius, quod proposuit in eo.

In dispensatione plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo, quæ in cœlis, & quæ in terra sunt in ipso:

In quo etiam & nos sorte vocati sumus prædestinati, secundum propositum eius, qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ:

Vt simus in laudem gloriæ eius nos, qui ante sperauimus in Christo:

In quo & vos, cum audissetis verbum veritatis (Euangelium salutis vestræ) in quo & credentes signati estis Spiritu promissionis sancto,

Qui est pignus hæreditatis nostræ, in redemptionem acquisitionis, in laudem gloriæ ipsius.

Propterea & ego audiens fidem vestram, quæ est in Domino Iesu, & dilectionem in omnes sanctos.

Non cesso gratias agens pro vobis, memoriam vestri faciens in orationibus meis.

Vt Deus Domini nostri Iesu Christi Pater gloriæ, det vobis spiritum sapientiæ, & reuelationis in agnitione eius:

Illuminatos oculos cordis vestri, vt sciatis quæ sit spes vocationis eius, & quæ diuitiæ gloriæ hereditatis eius in sanctis,

Et quæ sit supereminens magnitudo virtutis eius in nos, qui credimus *secundum operationem potentiæ virtutis eius.

Quã operatus est in Christo, suscitãs illũ à mortuis, & constituens ad dexteram suã in cælestibus

Supra omnem principatum & potestatẽ, & virtutem, dominationem, & omne nomen, quod nominatur nõ solũ in hoc sæculo, sed etiã in futuro.

EPISTOLAE B. PAVLI APOSTOLI AD EPHESIOS,

Transl. ex Syriac.

CAPVT PRIMVM

1 *Paulus Apostolus Ieschua Meschicho per voluntatem Dei ys qui agunt Ephesi sanctis & fidelibus in* Basilius.
2 *Ieschua Meschicho.*

Pax vobiscum, & gratia à Deo Patre nostro, & à Domino nostro Ieschua Meschicho.

3 *Benedictus ille Deus Pater Domini nostri Ieschua Meschicho, qui benedixit nos omnibus benedictionibus spiritualibus in cælo per Meschicho.*

4 *Quemadmodum prælegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt essemus sancti & absque næuo in conspectu ipsius, & per charitatem præsignauit nos sibi.*

5 *Et adoptauit nos in filios per Ieschua Meschicho, vti placuit voluntati ipsius.*

6 *Vt celebretur laus gratiæ eius, quam effudit super nos dilectum suum.*

7 *Per quem habemus redemptionem, & per sanguinem ipsius remissionem peccatorum secundum diuitias gratiæ suæ.*

8 *Quæ abundauit in nobis in omni sapientia, omnique intellectu spirituali.*

9 *Vt patefaceret nobis arcanum voluntatis suæ quod proposuerat exequi in seipso,*

10 *In dispensationem plenitudinis temporum, vt omnia denuò renouarentur in Meschicho, tum in cælo, tum in terra.*

11 *Et per eum electi sumus sicut præsignauit nos & voluit ille qui omnia facit iuxta decretum voluntatis suæ:*

12 *Vt simus nos, qui prius sperauimus in Meschicho, in decus gloriæ ipsius.*

13 *In quo & vos audistis sermonem veritatis, quod est est Euangelium vestræ salutis, & in quo credidistis, & obsignati estis Spiritu sanctitatis, qui promissus fuerat.*

14 *Qui quidem est arrabo hæreditatis nostræ in redemptionem eorum qui seruantur, & in laudem gloriæ illi.*

15 *Propterea & ego ecce postquam audissem fidem vestram quæ est in Domino nostro Ieschua Meschicho, & charitatem vestram erga omnes sanctos:* * Pallu sectatis acm.

16 *Non desino gratias agere pro vobis, & mentionem vestri facere in precationibus meis:*

17 *Vt Deus Domini nostri Ieschuæ Meschicho Pater gloriæ, det vobis spiritum sapientiæ, & reuelationis per agnitionem sui:*

18 *Vt illuminentur oculi cordium vestrorum, vt sciatis quæ sit spes vocationis eius, & quæ opulentia gloriæ hereditatis virtutis illius in Sanctis,*

19 *Et quæ sit hæreditas virtutis illius in nos, qui credimus secundum efficaciam roboris virtutis ipsius.*

20 *Quam edidit in Meschicho, quum excitauit eum à mortuis, & sedere fecit à dextera sua in cælis.*

21 *Supra omnes Principatus, & Potestates, & Virtutes, & Dominationes, & supra omne nomen quod nominatur non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro.*

EPISTOLAE B. PAVLI APOSTOLI AD EPHESIOS,

Transl. B. Ariæ Mont.

CAPVT PRIMVM.

PAulus Apoſtolus Ieſu Chriſti per voluntatem Dei, ſanctis exiſtentibus in Epheſo, & fidelibus in Chriſto Ieſu.

Gratia vobis,& pax à Deo Patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto.

Benedictus Deus, & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, benedicens nos in omni benedictione ſpirituali in cæleſtibus in Chriſto.

Sicut elegit nos in ipſo ante conſtitutionem mundi, eſſe nos ſanctos & inculpatos in conſpectu eius in charitate.

Præiniens nos in filiorum adoptionem per Ieſum Chriſtum in ſeſe ſecundum bonum affectum voluntatis ſuæ,

In laudem gloriæ gratiæ ſuæ,in qua gratificauit nos in dilecto.

in quo habemus redemptionem per ſanguinem eius(remiſſionem peccatorum)ſecundum diuitias gratiæ eius:

Qua abundauit in nos in omni ſapientia,& prudentia:

Notum faciens nobis myſterium voluntatis ſuæ, ſecũdũ beneplacitum ſuum quod propoſuit in ſe.

In diſpenſatione plenitudinis temporum,inſtaurare omnia in Chriſto,quæ in cœlis,& quæ in terra in ipſo.

In quo etiam electi ſumus, prædeſtinati ſecundum propoſitum ipſius omnia efficientis, ſecundum conſilium voluntatis ſuæ:

Ad eſſe nos in laudem gloriæ eius, antè ſperantes in Chriſto:

In quo & vos, audientes verbum veritatis, (Euangelium ſalutis veſtræ:)in quo & credentes ſignati eſtis Spiritu promiſſionis ſancto,

Qui eſt arrabo hæreditatis noſtræ,in redemptionem aſſertionis,in laudem gloriæ ipſius.

Propter hoc & ego audiens illam circa vos fidem in Domino Ieſu & dilectionem in omnes ſanctos

Non ceſſo gratias agens pro vobis, memoriam veſtri faciens in orationibus meis:

Vt Deus,Domini noſtri Ieſu Chriſti Pater gloriæ,det vobis ſpiritum ſapientiæ, & reuelationis in agnitione eius:

Illuminatos oculos cordis veſtri, ad ſciendum vos quæ eſt ſpes vocationis eius, & quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in ſanctis;

Et quæ excellens magnitudo virtutis eius in nos credentes ſecundum operationem potentiæ virtutis eius.

Quam operatus eſt in Chriſto,ſuſcitans illum ex mortuis,& collocauit in dextera ſua in cæleſtibus.

Supra omnem principatum & poteſtatẽ, & virtutem,dominationem,& omne nomen nominatũ nõ ſolum in ſæculo hoc, ſed etiam in futuro

EPISTOLAE B. PAVLI APOSTOLI AD EPHESIOS,

Tranſl. Eraſm. Roterod.

CAPVT PRIMVM

1 *PAulus Apoſtolus Ieſu Chriſti per voluntatem Dei, ſanctis qui agunt Epheſi, & fidelibus in Chriſto Ieſu.*

2 *Gratia vobis & pax à Deo Patre noſtro, & Domino noſtro Ieſu Chriſto.*

3 *Benedictus Deus & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti,qui benedixit nos omni benedict.one ſpirituali in cæleſtibus Chriſto.*

4 *Quemadmodum elegit nos in ipſo antequam iacerentur fundamenta mundi, vt eſſemus ſancti & irreprehenſibiles coram illo per charitatem.*

5 *Qui prædeſtinauit nos,vt adoptaret in filios per Ieſum Chriſtum in ſeſe,iuxta beneplacitum voluntatis ſuæ,*

6 *Vt laudetur gloria gratiæ ſuæ,qua charos reddidit nos per dilectum.*

7 *Per quem habemus redemptionem per ſanguinem ipſius, remiſſionem peccatorum,iuxta diuitias gratiæ ſuæ.*

8 *De qua vbertim nobis impartiuit in omni ſapientia & prudentia.*

9 *Patefacto nobis arcano voluntatis ſuæ, iuxta beneplacitum ſuum,quod propoſuerat in ſeipſo,*

10 *Vſque ad diſpenſationẽ plenitudinis temporum,vt ſummatim inſtauraret omnia per Chriſtum, & quæ in cœlis ſunt & quæ in terra per eundem,*

11 *Per quem & ſortem aſciti ſumus, prædeſtinati ſecundum propoſitum ipſius,cuius vi fiunt vniuerſa,iuxta decretum voluntatis ipſius,*

12 *Vt ſimus nos in laudem gloriæ illius, qui priores ſperauimus in Chriſto,*

13 *In quo ſperatis & vos, audito verbo veritatis, Euangelio ſalutis veſtræ, in quo etiam poſteaquam credidiſtis obſignati eſtis Spiritu promiſſionis ſancto,*

14 *Qui eſt arrabo hæreditatis noſtræ in redemptionem acquiſitæ poſſeſſionis in laudem gloriæ ipſius.*

15 *Quapropter & ego cum audiſſem eam quæ in vobis eſt fidem in Domino Ieſu,& charitatem in omnes ſanctos,*

16 *Non deſino gratias agere pro vobis, mentionem veſtri faciens in precibus meis,*

17 *Vt Deus Domini noſtri Ieſu Chriſti, Pater gloriæ, det vobis ſpiritum ſapientiæ,& reuelationis per agnitionem ſui:*

18 *Illuminatos oculos mentis veſtræ, vt ſciatis,quæ ſit ſpes ad quam ille vocauit,& quàm opulenta gloria hæreditatis illius in ſanctis,*

19 *Et quæ ſit excellens magnitudo potentiæ illius in nos,qui credimus ſecundùm efficaciam roboris virtutis eius.*

20 *Quam exeruit in Chriſto, cum ſuſcitaret eum ex mortuis,& ſedere fecit ad dexteram ſuam in cæleſtibus,*

21 *Supra omnem Principatum ac poteſtatem, & Virtutem,& Dominium,& omne nomen quod nominatur, non ſolum in ſeculo hoc verumetiam in futuro.*

Vulgat. Editio.

*Psa.8.8. *Et omnia ſubiecit ſub pedibus eius: & ipſum dedit caput ſupra omnem Eccleſiam,

Quæ eſt corpus ipſius, & plenitudo eius qui omnia in omnibus adimpletur.

CAP. II.

Col.2.13. ET vos, cum eſſetis mortui delictis, & peccatis veſtris.

In quibus aliquando ambulaſtis ſecundum ſæculum mundi huius, ſecundum principem poteſtatis aëris huius, ſpiritus, qui nunc operatur in filios diffidentiæ,

In quibus & nos omnes aliquando conuerſati ſumus in deſideriis carnis noſtræ, facientes voluntatem carnis, & cogitationum, & eramus natura filii iræ ſicut & ceteri:

Deus autem qui dives eſt in miſericordia, propter nimiam charitatem ſuam, qua dilexit nos.

Et cum eſſemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Chriſto, (cuius gratia eſtis ſaluati)

Et conreſuſcitauit, & conſedere fecit in cæleſtibus in Chriſto Ieſu:

Vt oſtenderet in ſæculis ſuperuenientibus abundantes diuitias gratiæ ſuæ in bonitate, ſuper nos in Chriſto Ieſu.

Gratia enim eſtis ſaluati per fidem, & hoc non ex vobis: Dei enim donum eſt,

Non ex operibus, vt ne quis glorietur.

Ipſius enim ſumus factura, creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis, quæ præparauit Deus vt in illis ambulemus.

Propter quod memores eſtote, quod aliquando vos Gentes in carne, qui dicimini præputium ab ea, quæ dicitur circunciſio in carne, manu facta:

Quia eratis illo tempore ſine Chriſto, alienati à conuerſatione Iſrael, & hoſpites teſtamentorum, promiſſionis ſpem non habentes, & ſine Deo in hoc mundo.

Nunc autem in Chriſto Ieſu vos, qui aliquando eratis longè, facti eſtis prope in ſanguine Chriſti.

Ipſe enim eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum, & medium parietem maceriæ ſoluens, inimicitias in carne ſua.

Legem mandatorum decretis euacuans, vt duos condat in ſemetipſo in vnum nouum hominem, faciens pacem,

Et reconciliet ambos in vno corpore, Deo per crucem, interficiens inimicitias in ſemetipſo.

Et veniens euangelizauit pacem vobis, qui longè fuiſtis, & pacem iis, qui prope.

Rom.5.9 *Quoniam per ipſum habemus acceſſum ambo in vno Spiritu ad Patrem.

Ergo iam non eſtis hoſpites, & aduenæ: ſed eſtis ciues ſanctorum, & domeſtici Dei:

Superædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum, & Prophetarum, ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu,

In quo omnis ædificatio conſtructa creſcit in templum ſanctum in Domino,

In quo & vos coædificamini in habitaculum in ſpiritu.

CAP. III.

HVius rei gratia, ego Paulus vinctus Chriſti Ieſu, pro vobis Gentibus,

Transl. ex Syriac.

22 *Ac ſubiecit omnia ſub pedes eius, eumq; qui eſt ſupra omnia, dedit caput Eccleſiæ;*

23 *Quæ eſt corpus illius, & complementum eius qui omnia in omnibus adimplet.*

CAP. II.

1 *ET vos quum eſſetis mortui flagitijs ac delictis illis veſtris,*

2 *In quibus quondam ambulabatis, ſecundum mundanam vanitatem mundi huius, & iuxta voluntatem principis poteſtatis aëris, qui eſt ſpiritus ille qui efficaciter agit in filios immorigeros.*

3 *In quibus operibus nos quoque verſati ſumus antea per concupiſcentias carnis noſtræ, & exequebamur voluntatem carnis noſtræ, noſtrique ſenſus, & eramus plane filij iræ, vt ceteri.*

4 **Deus autem qui dives eſt in miſerationibus ſuis propter multam charitatem ſuam qua dilexit nos;* *Feria v. incēſ. vel quarta.

5 *Quum eſſemus mortui per peccata viuificauit nos cum Meſchicho, & gratia ſua redemit nos: & excitauit nos vnà cum eo.*

6 *Noſque ſedere fecit cum eo in cælis in Ieſchua Meſchicho:*

7 *Vt oſtenderet in ſeculis venturis magnificentiam diuitiarum gratiæ ſuæ, & benignitatem quæ fuit ſuper nos in Ieſchua Meſchicho.*

8 *Siquidem gratia illius redempti ſumus per fidem, idque non extitit ex vobis: ſed donum Dei eſt,*

9 *Non ex operibus, ne quis glorietur.*

10 *Nam ſumus creatura illius, qui creati ſumus in Ieſchua Meſchicho ad opera illa bona, quæ præparauit Deus, vt in eis ambulemus.*

11 *Quamobrem eſtote memores vos gentes quondam in carne fuiſſe, vocatoſque fuiſſe præputium ab ea quæ vocatur circunciſio eſtque manufacta in carne.*

12 *Et eratis in illo tempore abſque Meſchicho, & extranei eratis à gubernationibus Iſroiel, & hoſpites eratis teſtamentis promiſſionis, at ſine ſpe eratis, & ſine Deo in mundo.*

13 *Nunc autem per Ieſchua Meſchicho vos qui quondam longinqui eratis facti eſtis propinqui in ſanguine Meſchicho.*

14 *Ipſe enim eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum, ac diruit maceriam quæ ſtabat in medio, odium in carne ſua*

15 *Legemque præceptorum præceptis ſuis abrogauit, vt duos conderet in ſemetipſo in vnum hominem nouum, & fecit pacem.*

16 *Et concilianit ambos in vno corpore cum Deo, crucemq; ſua extinxit odium.*

17 *Et veniens Euangelizauit vobis pacem tam longinquis quàm propinquis.*

18 *Quandoquidem per eum habemus aditum, vtriq; in vno ſpiritu ad patrem.*

19 **Proinde non eſtis hoſpites nec incolæ, ſed filij ciuitatis* (concines) *Sanctorum, & filij domus* (domeſtici.) *Dei.* *Feria v. poſt Reſurrectionem.

20 *Et ædificati eſtis ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum, & ipſe fuit caput anguli ædificij Ieſchua Meſchicho.*

21 *In eoq; coagmentatur totum ædificium, & excreſcit in templum ſanctum in Domino.*

22 *Quin & vos in eo ædificamini in habitaculum Dei Spiritu.*

CAP. III.

1 PRopterea ego Paulus vinctus ſum Ieſchua Meſchicho pro vobis gentibus.

Transl. B. Ariæ Mont.

Et omnia subiecit sub pedes eius: & ipsum dedit caput super omnia ecclesiæ: 22
Quæ est corpus ipsius, plenitudo omnia in omnibus adimplentis. 23

CAP. II.

ET vos existentes mortuos delictis & peccatis: 1
(In quibus aliquando ambulastis secundum seculum mundi huius, secundum principem potestatis aeris, spiritus nunc efficientis in filiis insuasibilitatis: 2
In quibus & nos omnes conuersati sumus aliquando, in desiderijs carnis nostræ, facientes voluntates carnis & cogitationum: & eramus nati natura iræ, sicut & cæteri. 3
At Deus diues existens in misericordia, propter multam charitatem suam quam dilexit nos. 4
Et existentes nos mortuos offensis, conuinificauit Christo gratia estis seruati. 5

Et conresuscitauit, & consedere fecit in supercælestibus in Christo Iesu: 6
Vt ostenderet in seculis superuenientibus eminentes diuitias gratiæ suæ, in bonitate super nos in Christo Iesu. 7
Nam gratia estis seruati per fidem, (& hoc non ex vobis: Dei donum:) 8
Non ex operibus: vt ne quis glorietur. 9
Ipsius enim sumus factura, creati in Christo Iesu in operibus bonis, quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus. 10
Ideo mementote quod vos aliquando Gentes in carne, dicti præputium à dicta circuncisione in carne manu facta: 11
Quia eratis in tempore illo sine Chaisto, alienati à republica Israel, & hospites testamentorum promisionis spem non habentes, & athei in mundo. 12
Nunc autem in Christo Iesu vos aliquando existentes longe, prope facti estis in sanguine Christi, 13

Ipse enim est pax nostra, faciens vtraque vnum, & medium parietem maceriæ soluens, inimicitiam in carne sua: 14
Legem mandatorum in dogmatis abolens, vt duos condat in semetipso in vnum nouum hominem, faciens pacem: 15
Et reconcilet ambos in vno corpore, Deo per crucem, interficiens inimicitiam in semetipso. 16
Et veniens euangelizauit pacem vobis qui longe, & iis qui prope. 17
Quoniam per ipsum habemus accessum ambo in vno Spiritu ad Patrem. 18
Nempe ergo non iam estis hospites & aduenæ, sed conciues sanctorum, & domestici Dei. 19

Superædificati super fundamento Apostolorum & Prophetarum, existente summo angulari ipso Iesu Christo. 20
In quo omnis ædificatio coagmentata crescit in templum sanctum Domino: 21
In quo & vos coædificamini in habitaculum Dei in Spiritu. 22

CAP. III.

HVius gratia ego Paulus vinctus Christi Iesu pro vobis. 1

Transl. Erasm. Roterod.

Et omnia subiecit sub pedes illius, & eum dedit caput super omnia ipsi ecclesiæ, 22
Quæ est corpus illius, complementum eius, qui omnia in omnibus adimplet. 23

CAP. II.

ET vos cum essetis mortui delictis ac peccatis, 1
In quibus aliquando ambulastis iuxta seculum mundi huius, iuxta principem, cui potestas est aeris, qui est spiritus, nunc agens in filijs contumacibus. 2
Inter quos & nos omnes conuersabamur aliquando in concupiscentijs carnis nostræ, facientes quæ carni ac menti libebant, & eramus natura filij iræ, quemadmodum & cæteri. 3
Sed Deus qui diues est in misericordia, propter multam charitatem suam, qua dilexit nos. 4
Etiam cum essemus mortui per delicta, conuinificauit nos vnà cum Christo: per gratiam estis seruati. 5

Simulq; cum eo resuscitauit, & simul cum eo sedere fecit inter cœlestes, in Christo Iesu, 6
Vt Ostenderet in seculis superuenientibus eminentem opulentiam gratiæ suæ, benignitate erga nos per Christum Iesum. 7
Gratia enim estis seruati per fidem, idq; non ex vobis, Dei donum est, 8
Non ex operibus, ne quis glorietur. 9
Nam ipsius sumus opus, conditi in Christo Iesu ad opera bona, quæ præparauit Deus, vt in eis ambularemus. 10

Quapropter mementote, quod vos quondam gentes in carne, vocabamini præputium, ab ea quæ vocatur circuncisio in carne, quæ circuncisio manibus fit. 11
Quod inquam eratis in tempore illo, sine Christo, abalienati à republica Israelis, & extranei à testamentis promissionis, spem non habentes, Deoq; carentes in mundo. 12
Nunc autem per Christum Iesum vos, qui quondam eratis longinqui, propinqui facti estis per sanguinem Christi. 13

Ipse enim est pax nostra, qui fecit ex vtriq; vnum, & interstitium maceriæ dirumit, simultatem per carnem suam, 14
Legem mandatorum in decretis sitam abrogans, vt duos conderet in semetipso in vnum nouum hominem, faciens pacem: 15
Et vt reconciliaret ambos in vno corpore Deo per crucem perempta inimicitia per eam, 16
Et veniens euangelizauit pacem vobis, qui procul aberatis, & ijs qui prope. 17
Quoniam autem per illum habemus aditum vtriq; in vno Spiritu ad patrem. 18
Iam igitur non estis hospites & incolæ, sed conciues sanctorum ac domestici Dei, 19

Super structi super fundamentum Apostolorum ac Prophetarum, summo angulari lapide ipso Iesu Christo. 20
In quo quarumq; structura coagmentatur, ea crescit in templum sanctum in Domino, 21
In quo & vos coædificamini in habitaculum Dei per Spiritum. 22

CAP. III.

HVius rei gratia ego Paulus vinctus sum Christi Iesu pro vobis gentibus. 1

Vulgat. Editio.

Si tamen audistis dispensationem gratiæ Dei, quæ data est mihi in vobis:

Quoniam secundum revelationem notũ mihi factum est sacramentũ, sicut suprà scripsi in breui:

Prout potestis legentes intelligere prudentiam meam in mysterio Christi:

Quod aliis generationibus non est agnitum filijs hominum, sicuti nunc revelatum est sanctis Apostolis eius, & Prophetis in Spiritu,

Gentes esse cohæredes, & concorporales, & comparticipes promissionis eius in Christo Iesu per Euangelium:

Sup. 1. 25 Cuius factus sum minister secundum donum gratiæ Dei, quæ data est mihi † secundum operationem virtutis eius.

*1. Cor. 15. 9 *Mihi omnium sanctorum minimo data est gratia hæc, in Gentibus Euangelizare inuestigabiles diuitias Christi,

Et illuminare omnes, quæ sit dispensatio sacramenti abscónditi à seculis in Deo, qui omnia creauit.

Vt innotescat Principatibus & Potestatibus, in cælestibus, per Ecclesiam, multiformis sapientia Dei,

Secundum præfinitionem sæculorum, quam fecit in Christo Iesu Domino nostro:

In quo habemus fiduciam, & accessum in confidentia, per fidem eius.

Propter quod peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis, quæ est gloria vestra.

Huius rei gratia flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Iesu Christi,

Ex quo omnis paternitas in cœlis & in terra nominatur,

Vt det vobis secundum diuitias gloriæ suæ, virtute corroborari per Spiritum eius in interiorem hominem,

Christum habitare per fidem in cordibus vestris, in charitate radicati & fundati,

Vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, & longitudo, & sublimitas, & profundum

Scire etiam supereminentem scientiæ charitatem Christi, vt impleamini in omnem plenitudinem Dei.

Ei autem, qui potens est omnia facere superabundanter quam petimus, aut intelligimus, secundum virtutem quæ operatur in nobis:

Ipsi gloria in Ecclesia, & in Christo Iesu in omnes generationes seculi seculorum Amen.

CAP. IIII.

Obsecro itaque vos ego vinctus in Domino, *vt dignè ambuletis vocatione qua vocati estis.

*Phil. 1. 27 2 Co. 7. 10

Cum omni humilitate, & mansuetudine, cum patientia, supportantes inuicem in charitate,

*Rom. 12. 10. *Solliciti seruare vnitatem Spiritus in vinculo pacis.

Vnum corpus, & vnus spiritus sicut & vocati estis in vna spe vocationis vestræ.

Vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma.

*Mal. 2. 10 Ro. 12. 6 1. Cor. 12. 6. 2. Cor. 10 15. *Vnus Deus & Pater omnium, qui est super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis.

*Vnicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi.

Transl. ex Syriac.

2 *Si audistis dispensationem gratiæ Dei quæ data est mihi in vos:*

3 *Quod per reuelationem innotuit mihi arcanum, quemadmodum paucis scripsi vobis:*

4 *Prout potestis legentes intelligere cognitionem meam in arcano Meschicho.*

5 *Quod quidem in alijs ætatibus, non innotuit filijs hominum, sicut nunc reuelatum est Apostolis eius Sanctis, & Prophetis eius per Spiritum.*

6 *Vt sint Gentes filij hæreditatis (cohæredes) eius, & participes corporis ipsius, & promissionis, quæ data est in eo per Euangelium.*

7 *Cuius factus sum minister iuxta donum gratiæ Dei quod datum est mihi, ab efficacia virtutis eius.*

8 *Mihi, qui minimus sum omnium sanctorum, data est gratia hæc, vt Euangelizem inter Gentes diuitias illas Meschicho, quæ sunt imperuestigabiles:*

9 *Et in lucem proferam omnibus, quæ sit dispensatio arcani illius quod absconditum fuit à seculis in Deo, qui omnia condidit;*

10 *Vt per ecclesiam innotescat sapientia Dei differentijs plena, Principatibus ac Potestatibus, qui sunt in cælis.*

11 *Quæ quidem futura erat à seculo, facta verò in Ieschua Domino nostro.*

12 *Per quem habemus audaciam & aditum per fiduciam fidei illius.*

13 *Quapropter peto, ne molestia exhibeatur mihi in oppressionibus meis, quæ sunt pro vobis, quæ est quidem gloria vestra.* *Apolin. Iun. Græci (Fefus)

14 *Et flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Ieschua Meschicho;*

15 *Ex quo nominatur omnis paternitas quæ est in cælo & in terra:*

16 *Vt det vobis secundùm diuitias gloriæ suæ, vt virtute confirmemini per Spiritum suum, vt in homine vestro interno.*

17 *Habitet Meschicho per fidem, & in cordibus vestris per charitatem. Quum fuerit confirmata radix vestra, & fundamentum vestrum.*

18 *Vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit altitudo & & profunditas, & longitudo ac latitudo.*

19 *Et agnoscatis excellentiam charitatis Meschicho vt impleamini omni plenitudine Dei.*

20 *Ei autem qui potens est virtute supra omnia facere nobis, & supra ea quæ postulamus aut meditamur secundum virtutem quæ agit in nobis,*

22 *Ipsi inquam gloria in Ecclesia sua per Ieschua Meschicho, in omnes ætates seculi seculorum. Amin.*

CAP. IIII.

1 Itaque rogo vos ego vinctus in Domino nostro, vt ambuletis prout decorum est vocationi, qua vocati estis, Ascensione Domini nostri.

2 *Cum omni humilitate mentis, & placabilitate, & longanimitate, & tolerate alius alium per charitatem.*

3 *Et satagite seruare concordiam Spiritus cum vinculo pacis.*

4 *Vt sitis in vno corpore, & vno spiritu, quemadmodum vocati estis in vna spe vocationis vestræ.*

5 *Vnus enim est dominus, & vna fides, & vnum baptisma.*

6 *Vnusq; Deus, Pater omnium, & super omnia, & per omnia, & in nobis omnibus.*

7 *Verùm vnicuique nostrum data est gratia iuxta mensuram donationis Meschicho.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Siquidem auditis dispensationem gratiæ Dei datæ mihi in vos:

Quoniam secundum reuelationem notificauit mihi mysterium: sicut prius scripsi in breui:

Ad quod potestis legentes intelligere prudentiam meam in mysterio Christi:

Quod alijs generationibus non agnitum est filijs hominum, sicuti nunc reuelatum est sanctis Apostolis eius & Propheris in Spiritu sancto:

Esse Gentes cohæredes & concorporales, & comparticipes promissionis eius in Christo per Euangelium:

Cuius factus sum minister secundum donum gratiæ Dei datum mihi secundum operationem virtutis eius.

Mihi minimo omnium data est gratia hæc, In Gentibus Euangelizare inuestigabiles diuitias Christi,

Et illuminare omnes quæ dispensatio mysterii absbonditi à seculis in Deo, omnia condenti per Iesum Christum:

Vt innotescat nunc principatibus & potestatibus, in supercælestibus, per ecclesiam, multiformis sapientia Dei,

Secundnm propositum seculorum, quod fecit in Christo Iesu Domino nostro:

In quo habemus fiduciam & accessum in confidentia, per fidem eius.

Ideo peto non segnescere in tribulationibus meis pro vobis, quæ est gloria vestra.

Huius gratia flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Iesu Christi,

Ex quo omnis paternitas in cælis & in terra nominatur:

Vt det vobis secundnm diuitias gloriæ suæ, virtute corroborari per Spiritum eius in interiorem hominem:

Habitare Christum per fidem in cordibus vestris, in charitate radicati & fundati.

Vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ latitudo, & longitudo, & profunditas, & sublimitas,

Cognoscereque excellentem cognitionis charitatem Christi: vt impleamini in omnem plenitudinem Dei.

At potenti super omnia facere super exabundanti quæ petimus aut mente concipimus secundum virtutem illam efficientem in nobis:

Ipsi gloria in ecclesia, in Christo Iesu, in omnes generationes seculi seculorum Amem.

CAP. IIII.

Obsecro itaque vos ego vinctus in Domino, digne ambulare vocatione qua vocati estis.

Cum omni humilitate & mansuetudine, cum lenitate animi, sustinentes alii alios in charitate:

Studentes seruare veuitatem spiritus in vinculo pacis.

Vnum corpus & vnus spiritus: sicut & vocati estis in vna spe vocationis nostræ.

Vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma:

Vnus Deus & pater omnium, qui super omnes, & per omnia, & in omnibus vobis.

Vni autem cuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi.

Transl. Erasm. Roterod.

Siquidem audistis dispensationem gratia Dei, quæ data est mihi in vos, 2

Quod secundum reuelationem notum mihi fecit mysterium, quemadmodum ante scripsi paucis, 3

Ex quibus potestis legentes intelligere cognitionem meam in mysterio Christi, 4

Quod in alijs etatibus, non innotuit filijs hominum, quemadmodum nunc reuelatum est sanctis Apostolis eius & propheris per spiritum, 5

Vt sint gentes cohæredes, & eiusdem corporis, consortes, & promissionis eius in Christo, per Euangelium, 6

Cuius factus sum minister secundum donum gratia Dei, quod datum est mihi secundum efficaciam potentia illius. 7

Mihi minimo omnium sanctorum data est gratia hæc, vt inter gentes Euangelizem imperuestigabiles diuitias Christi, 8

Et in lucem proferam omnibus, quæ sit communio mysterij, quod erat absconditum à seculis in Deo, qui uniuersa condidit per Iesum Christum, 9

vt nota fiat nunc principatibus ac potestatibus in cœlestibus per ecclesiam, vehementer varia sapientia Dei, 10

Secundum præfinitionem seculorum, quam fecit in Christo Iesu Domino nostro, 11

Per quem habemus audaciam & aditum cum fiducia, quæ est per fidem illius. 12

Quapropter peto, ne deficiatis ob afflictiones meas, quas pro vobis tolero, quæ est gloria vestra. 13

Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem Domini nostri Iesu Christi, 14

Ex quo omnis à communi patre cognatio in cælis & in terra nominatur, 15

Vt det vobis iuxta diuitias gloriæ suæ, vt fortitudine corroboremini per Spiritum suum in interiorem hominem, 16

Vt inhabitet Christus per fidem in cordibus vestris, fixis in charitate radicibus, & fundamento iacto: 17

Vt valeatis assequi cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo & longitudo, & profunditas, & sublimitas, 18

Cognoscereq; præeminentem cognitioni dilectionem Christi, vt impleamini in omnem plenitudinem Dei. 19

Ei vero qui potest cumulatè facere vltrà omnia, quæ petimus, aut cogitamus, iuxta vim agentem in nobis, 20

Sit gloria in ecclesia per Christum Iesum, in omnes ætates seculi seculorum. Amen. 22

CAP. IIII.

Hortor itaque vos ego vinctus in domino, vt ambuletis: ita vt dignum est vocatione, qua vocati estis, 1

Cum omni submissione, ac mansuetudine, cum animi lenitate, tolerantes vos inuicem per charitatem, 2

Studentes seruare vnitatem spiritus per vinculum pacis. 3

Vnum corpus & vnus spiritus, quemadmodum & vocati estis in vna spe vocationis vestræ. 4

Vnus dominus, vna fides, vnum baptisma. 5

Vnus deus & pater omnium qui est super omnia & per omnia, & in omnibus vobis. 6

Verum vnicuique nostrum data est gratia iuxta mensuram donationis Christi. 7

Vulgat. Editio

Propter quod dicit: *Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus.

Quod autem ascendit, quid est, nisi quia & descendit primum in inferiores partes terræ?

Qui descendit, ipse est, & qui ascendit super omnes cœlos, vt impleret omnia.

Et ipse dedit quosdam quidem *Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Euangelistas, alios autem pastores, & doctores.

Ad consummationem sanctorum in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi:

Donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filii Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi:

Vt iam non simus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad circumuentionem erroris.

Veritatem autem facientes in charitate, crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus:

Ex quo totum corpus compactum, & connexum per omnem iuncturam subministrationis secundum operationem in mensuram vnius cuiusque membri, augmentum corporis facit in ædificationem sui in charitate.

*Hoc igitur dico, & testificor in Domino, vt iam non ambuletis, sicut & Gentes ambulant in vanitate sensus sui.

Tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati à vita Dei per ignorantiam, quæ est in illis propter cæcitatem cordis ipsorum.

Qui desperantes, semetipsos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis in auaritiam.

Vos autem non ita didicistis Christum.

Si tamen illum audistis, & in ipso edocti estis sicut est veritas in Iesu.

*Deponere vos secundum pristinam conuersationem veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris.

*Renouamini autem spiritu mentis vestræ.

*Et induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis.

*Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo: quoniam sumus inuicem membra.

*Irascimini, & nolite peccare: sol non occidat super iracundiam vestram.

Nolite locum dare diabolo:

*Qui furabatur, iam non furetur: magis autem laboret, operando manibus suis, quod bonum est, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti.

Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat: sed si quis bonus ad ædificationem fidei vt det gratiam audientibus.

Et nolite contristare Spiritum sanctum Dei: in quo signati estis in diem redemptionis.

Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur à vobis cum omni malitia.

*Estote autem inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem, sicut & Deus in Christo donauit vobis.

CAP. V.

ESTote ergo imitatores Dei, sicut filii charissimi.

Transl. ex Syriac.

8 *Quapropter dictum est: Quum ascendisset in altum, & captiuam abduxit captiuitatem, & dedit dona hominibus.*

9 *Quod autem ascenderit quidnam est, nisi quod etiam descenderat prius in inferiores partes terræ?*

10 *Qui descendit ipse est, qui etiam ascendit supra omnes cœlos, vt perficeret omnia.*

11 *Et ipse dedit alios quidem Apostolos, & alios Prophetas, alios autem Euangelistas, alios autem pastores, & alios doctores.*

12 *Ad complementum Sanctorum in opus administrationis, in ædificium Meschicho:*

13 *Donec simus omnes vnum quidpiam in fide, & in cognitione Filij Dei, & vnus vir perfectus in mensuram staturæ plenitudinis eius.*

14 *Vt non simus pueruli, qui agitemur, mutemur quouis vento doctrinarum fraudulentarum hominum illorum qui calliditate sua imponunt vt inducant in errorem.*

15 *Sed simus veraces in charitate nostra, vt per omnia nos adolescamus in Meschicho, qui est caput.*

16 *Et ex quo totum corpus coagmentatur, & compingitur per omnes commissuras, iuxta donum quod datum est in mensura cuiuslibet membri ad incrementum ipsius corporis, cuius ædificium charitate perficitur.*

17 *Hoc autem dico, & testor in Domino, vt posthac non ambuletis sicut cætera gentes, quæ ambulant in vanitate mentis suæ.* Dominis nous.

18 *Quarumque intellectus tenebris obducti sunt, & extranei sunt à vita Dei, tum quia nulla illis inest scientia, tum propter obcæcationem cordis ipsorum.*

19 *Qui exciderunt suæ spe, seipsosque tradiderunt impudicitiæ, & in oderationem omnis spurcitiæ cupiditate sua.*

20 *Vos autem non sic didicistis Meschicho,*

21 *Si verè illum audistis, & didicistis quanta sit veritas in Ieschua.*

22 *Sed vt deponatis à vobis conuersationes vestras priores, hominem illum veterem, qui corrumpitur concupiscentijs erroris.*

23 *Ac renouemini spiritu mentium vestrarum.*

24 *Et induatis hominem illum nouum, qui in Deo creatus est in iustitia, & pietate veritatis.*

25 *Quamobrem deponite à vobis mendacium, & loquimini veritatem quisq; cum proximo suo: sumus enim membra alter alterius.* Fens sit censi ad hæc ex de penitent.

26 *Irascimini, & non peccetis: & sol super iracundiam vestram non occidat.*

27 *Nec dederitis locum criminatori.*

28 *Porrò qui furatus est, amplius non furetur: sed laboret manibus suis, & operetur bonum vt habeat vnde largiatur ei qui indiget.*

29 *Omnis sermo execrandus ex ore vestro ne procedat: sed qui decorus, & ac commodatus fuerit ædificationi, vt det gratiam illis qui audiunt.*

30 *Et ne contristetis Spiritum sanctum Dei per quem obsignati estis in diem liberationis.*

31 *Omnis amaritudo, & excandescentia, & ira, & vociferatio, & blasphemia tollantur à vobis cum omni malitia.*

32 *Sitis autem alius in alium comes, & misericordes, & remittite alter alteri, quemadmodum Deus per meschicho remisit vobis.*

CAP. V.

ESTote igitur conformes Deo, tanquam filij dilecti.

Transl. B. Ariæ Mont.

Ideo dicit: Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem: & dedit dona hominibus.

Quod autem ascendit, quid est, si non quia & descendit primum in inferiores partes terræ?
Ille descendens, ipse est & ascendens supra omnes cælos, vt adimpleret omnia,
Et ipse dedit hos quidem Apostolos, hos autem Propheras: hos vero Euangelistas, hos autem pastores & doctores,
Ad coagmentationem sanctorum, in opus ministerii, in ædificationem corporis Christi.
Donec occurramus omnes in vnitatem fidei & agnitionis filii Dei, in virum perfectum, in mensuram staturæ plenitudinis Christi:
Vt non amplius simus pueri fluctuantes, & circumlati omni vento doctrinæ, in alea hominum, in astutia ad insidias impostura.

Veritatem facientes autem in charitate, crescamus in ipsum omnia, qui est caput, Christus.
Ex quo totum corpus connexum & compactum per omnem commissuram suppeditationis, secundum operationem in mensura vnius cuiusque membri, augmentum corporis facit, in ædificationem sui in charitate.
Hoc igitur dico & testificor in Domino, non amplius vos ambulare, sicut & reliquæ Gentes ambulant in vanitate mentis suæ:
Obtenebraci cogitatione, existentes existentes alienati à vita, Dei per ignorantiam existentem in illis, propter obdurationem cordis ipsorum.
Qui dedolentes semetipsos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis, in excessu
Vos autem non ita didicistis Christum.
Si tamen illum audistis, & in ipso edocti estis, sicut est veritas in Iesu,)
Deponere vos secundum pristinam, conuersationem veterem hominem corruptum secundum desideria erroris.
Renouari autem spiritu mentis vestræ:
Et induere nouum hominem, ipsum secundum Deum creatum in iustitia, & sanctitate veritatis.
Ideo deponentes mendacium, loquimini veritatem, vnusquisque cum proximo suo: quoniam sumus inuicem membra.
Irascimini, & ne peccate. Sol non occidat super iracundia vestra.
Neque date locum diabolo.
Furatus, non amplius furetur: magis autem laboret, operans bonum propriis manibus, vt habeat impertiri opus habenti.
Omnis sermo putris ex ore vestro non egrediatur: sed si quis bonus ad ædificationem vius, vt det gratiam audientibus.
Et ne contristrate Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in diem redemptionis.
Omnis amaritudo, & excandescentia, & ira, & clamor, & blasphemia tollatur à vobis cum omni malitia.
Estote autem in alii alios benigni, misericordes, condonantes vobismetipsis, sicut & Christus condonauit nobis.

CAP. V.

ESTote ergo imitatores Dei, sicut nati dilecti.

Transl. Erasm. Roterod.

Quapropter dicit: Cum ascendisset in altum, captiuam duxit captiuitatem & dedit dona hominibus.

Cæterum illud ascendit, quid est, nisi quod etiam descenderat prius in infimas partes terræ?
Qui descendit, idem ille est, qui etiam ascendit supra omnes cœlos, vt impleret omnia.
Et idem dedit alios quidem Apostolos, alios vero Prophetas, alios autem Euangelistas, alios autem pastores ac doctores,
Ad instaurationem sanctorum in opus administrationis, in edificationem corporis Christi,
Donec perueniamus omnes in vnitatem fidei & agnitionis Filij Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenæ adultæ Christi,
Vt non amplius simus pueri, qui fluctuemur & circumferamur quouis ventorum doctrina per versutiam hominum, per astutiam, qua nos adoriuntur, vt imponant nobis,

Sed veritatem sectantes in charitate, adolescamus in illum per omnia, qui est caput, nempe Christus,
In quo totum corpus si coagmentetur, & compingatur per omnem commissuram subministrationis, iuxta actum in mensura vnius cuiusq; partis incrementum corporis facit, in ædificationem sui ipsius per charitatem.

Hoc itaque dico, & testor per Dominum, ne posthac ambuletis quemadmodum & reliqui gentes ambulant in vanitate mentis suæ,
Dum mentem habent obtenebratam, abalienati à vita Dei, propter ignorantiam quæ est in illis, & excæcationem cordis eorum,
Qui postea quam peruenerunt eò vt dolere desierint, semetipsos dediderunt lasciuiæ, ad patrandum immunditiam omnem cum auiditate.
Vos autem non sic didicistis Christum:
Siquidem illum audistis, & in eo docti fuistis, quemadmodum est veritas in Iesu,
Deponere iuxta priorem conuersationem veterem hominem, qui corrumpitur iuxta concupiscentias erroris.

Renouari vero spiritu mentis vestræ,
Et induere nouum hominem, qui iuxta Deum conditus est per iustitiam, & sanctitatem veritatis.
Qua propter deposito mendacio, loquamini veritatem quisque proximo suo, quoniam sumus inuicem membra.

Irascimini, & non peccetis. Sol ne occidat super iram vestram,
Neque detis locum calumniatori.
Qui furabatur, non amplius furetur: magis autem laboret operando manibus quod bonum est, vt possit impartiri ei qui opus habuerit.
Omnis sermo spurcus ex ore vestro ne procedat: sed si quis est bonus ad ædificationem, quoties opus est, vt det gratiam audientibus.
Et ne contristetis Spiritum sanctum Dei, per quem obsignati estis in diem redemptionis.
Omnis amaritudo, & tumor, & ira, & vociferatio, & maledicentia tollatur à vobis cum omni malitia.

Sitis autem inuicem alius in alium comes, misericordes, largientes vobis inuicem, quemadmodum & Deus per Christum largitus est vobis.

CAP. V.

SItis igitur imitatores Dei, tanquam filij dilecti,

Vulgat. Editio.		Transl. ex Syriac.
*Et ambulate in dilectione, ſicut Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem, & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis.	2	*Et ambulate in charitate prout, & Meſchicho charitate nos complexus eſt, & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem, ac victimam Deo in odorem ſuauem.*
*Fornicatio autem, & omnis immunditia, aut auaritia nec nominetur in vobis, ſicut decet ſanctos:	3	*Scortatio autem, & omnis ſpurcitia, & auaritia, ne nominando quidem nominetur inter vos, ſicut decet ſanctos. Dominica 7. poſt Epiphaniam
Aut turpitudo, aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas: quæ ad rem non pertinet: ſed magis gratiarum actio.	4	*Nec obſcœnitates, nec ſermones ſtultitiæ, aut irriſionis, aut ſcurrilitatis, quibus non opus eſt ſed pro iſtis gratiarum actio.*
Hoc enim ſcitote intelligentes: quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod eſt idolorum ſeruitus, non habet hæreditatem in regno Chriſti, & Dei.	5	*Hoc autem ſcitis: neminem qui ſit ſcortator, aut ſpurcus, aut auarus, aut cultor idolorum, habere hæreditatem in regno Meſchicho, & Dei.*
*Nemo vos ſeducat inanibus verbis: propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ.	6	*Ne quis vos ſeducat ſermonibus vanis: propter hæc enim venit ira Dei ſuper filios immorigeros.*
Nolite ergo effici participes eorum.	7	*Neſtis igitur conſortes eorum.*
Eratis enim aliquando tenebræ: nunc autem lux in Domino. Vt filij lucis ambulate:	8	*Eratis enim quondam tenebræ, nunc autem lux eſtis in Domino noſtro. Vt filij lucis igitur, ita ambulate.*
Fructus enim lucis eſt in omni bonitate, & iuſtitia, & veritate:	9	*Fructus enim lucis ſunt in omni bonitate, & iuſtitia, & veritate.*
Probantes quid ſit beneplacitum Deo.	10	*Et dijudicate quid placeat coram Domino noſtro.*
Nolite communicare operibus infructuoſis tenebrarum, magis autem redarguite.	11	*Et ne commercium: habueritis cum operibus tenebrarum infrugiferis, ſed ea redarguite.*
Quæ enim in occulto fiunt ab ipſis, turpe eſt, & dicere.	12	*Quod enim in occulto perpetrant, vel execrandum eſt dictu.*
Omnia autem, quæ arguntur, à lumine manifeſtatur: omne enim, quod manifeſtatur, lumen eſt.	13	*Omnia enim arguuntur à luce, & reuelantur, & quicquid reuelat, lumen eſt.*
Propter quod dicit: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus.	14	*Propterea dictum eſt: Expergiſcere qui dormis, & ſurge à mortuis, & illuceſcet tibi Meſchicho.*
Videte itaque fratres, quommodo cautè ambuletis: *non quaſi inſipientes.	15	*Videte igitur quomodo ambuletis circunſpectè, non vt ſtulti.*
Sed vt ſapientes: redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt.	16	*Sed vt ſapientes: qui redimunt occaſionem ſuam, quoniam dies mali ſunt.*
*Propterea nolite fieri imprudentes: ſed intelligentes quæ ſit voluntas Dei.	17	*Propterea ne fueritis ratione is expertes: ſed intelligite quæ ſit voluntas Dei.*
Et nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria: ſed implemini Spiritu ſancto.	18	*Et ne inebriamini vino, in quo eſt luxuria, ſed impleamini Spiritu,*
Loquentes vobiſmetipſis in pſalmis, & hymnis, & canticis ſpiritualibus, cantantes, & pſallentes in cordibus veſtris Domino.	19	*Et loquimini cum vobiſmetipſis per pſalmos, & hymnos, & cantica ſpiritualia, canite in cordibus veſtris Domino.*
Gratias agentes ſemper pro omnibus, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Deo, & Patri.	20	*Et gratias agite in omni tempore pro omnibus in nomine Domini noſtri Ieſchua Meſchicho Deo patri.*
Subiecti inuicem in timore Chriſti.	21	*Et ſubditi eſtote alius aly cum charitate Meſchicho.*
*Mulieres viris ſuis ſubditæ ſint, ſicut Domino:	22	*Mulieres eſtote ſubditæ maritis veſtris, tanquam Domino noſtro.* Quoniã
*Quoniam vir caput eſt mulieris: ſicut Chriſtus caput eſt Eccleſiæ, Ipſe ſaluator corporis eius.	23	*Quoniam vir caput eſt vxoris, quemadmodum, & Meſchicho caput eſt Eccleſiæ, & ipſe eſt Seruator corporis.*
Sed ſicut Eccleſia ſubiecta eſt Chriſto, ita & mulieres viris ſuis in omnibus.	24	*Sed quemadmodum Eccleſia ſubdita eſt Meſchicho: ſic etiam vxores maritis ſuis in omnibus.*
*Viri diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea.	25	*Viri diligite vxores veſtras, ſicut & Meſchicho dilexit Eccleſiam ſuam, & ſeipſum tradidit pro ea.*
Vt illam ſanctificaret, mundans lauacro aquæ in verbo vitæ.	26	*Vt illam ſanctificaret ac mundaret lauacro aquæ, & verbo.*
Vt exhiberet ipſe ſibi gloriоſam Eccleſiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiuſmodi, ſed vt ſit ſancta, & immaculata.	27	*Et ſtatueret (excitaret) ſibiipſi Eccleſiam gloriоſam, & in qua non ſit macula, neque ruga, neque aliquid huiuſmodi, ſed vt ſit ſancta abſque næuo.*
Ita & viri debent diligere vxores ſuas vt corpora ſua. Qui ſuam vxorem diligit, ſeipſum diligit.	28	*Sic oportet viros diligere vxores ſuas veluti propria corpora. Qui enim vxorem ſuam diligit, ſeipſum diligit.*
Nemo enim vnquam carnem ſuam odio habuit: ſed nutrit, & fouet eam, ſicut & Chriſtus Eccleſiam:	29	*Nemo enim vnquam odio habuit corpus ſuum, ſed nutrit illud: & ſolicitudinem illius gerit, ſicut & Meſchicho Eccleſiæ.*
Quia membra ſumus corporis eius, de carne eius, & de oſſibus eius,	30	*Quandoquidem membra ſumus corporis illius, & ex carne eius, & ex oſſibus eius.*
*Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem ſuam, & adhærebit vxori ſuæ: & erunt duo in carne vna.	31	*Quamobrem derelinquet vir patrem ſuum, & matrem ſuam, & adhærebit vxori ſuæ: & erunt ambo vna caro.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Et ambulate in dilectione, ſicut Chriſtus dilexit nos: & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem, & hoſtiam Deo in odorem ſuauitatis.

Fornicatio autem, & omnis immunditia, aut auaritia nec nominetur in vobis, ſicut decet ſanctos:
Et obſcœnitas, & ſtultiloquium, aut ſcurrilitas, non conuenientia: ſed magis gratiarum actio.

Hoc enim eſtis cognoſcentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, (qui eſt idololatra,) non habet hæreditatem in regno Chriſti, & Dei.
Nemo vos ſeducat inanibus verbis: propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ.
Ne ergo efficiamini participes eorum.
Eratis enim aliquando tenebræ: nunc autem lux in Domino. Vt nati lucis ambulate.

(Nam fructus Spiritus in omni bonitate, & iuſtitia, & veritate:)
Probantes, quid ſit beneplacitum Domino.
Et ne communicate operibus infructuoſis tenebrarum, magis autem & redarguite.
Nam occultè facta ab ipſis, turpe eſt, & dicere.

At omnia arguta, à lumine manifeſtatur: omne enim manifeſtatum lumen eſt.
Ideo dicit: Surge dormiens, & exurge à mortuis & illuminabit te Chriſtus.
Videte itaque quommodo accuratè ambuletis: non quaſi inſipientes.
Sed vt ſapientes: Redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt.
Propter hoc ne fiatis imprudentes: ſed intelligentes quæ voluntas Domini.
Et ne inebriemini vino, in quo eſt luxuria: ſed implemini in Spiritu.
Loquentes vobiſmetipſis in pſalmis, & hymnis, & canticis ſpiritualibus, cantantes & pſallentes in corde veſtro Domino.
Gratias agentes ſemper pro omnibus, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Deo, & Patri.
Subiecti alij alijs in timore Chriſti,
Mulieres proprijs viris ſubditæ eſtote, ſicut Domino:
Quoniam vir caput eſt mulieris: ſicut & Chriſtus caput Eccleſiæ. Et Ipſe eſt ſaluator corporis.

Sed ſicut Eccleſia ſubiecta eſt Chriſto, ita & mulieres proprijs viris in omnibus.
Viri, diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea.
Vt illam ſanctificaret, mundans lauacro aquæ in verbo.
Vt exhiberet ipſam ſibijpſi gloriоſam Eccleſiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiuſmodi, ſed vt ſit ſancta, & immaculata.
Ita debent viri diligere vxores ſuas vt ſua corpora. Diligens ſuam vxorem, ſeipſum diligit.

Nemo enim vnquam carnem ſuam odit: ſed nutrit, & fouet eam, ſicut & Dominus Eccleſiam:

Quia membra ſumus corporis eius, de carne eius, & de oſſibus eius.
Propter hoc relinquet homo patrem ſuum, & matrem, & adhærebit ad vxorem ſuam: & erunt duo in carnem vnam.

Transl. Eraſm. Roterod.

2 *Et ambuletis in dilectione, quemadmodum & Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem, ac victimam Deo in odorem bonæ fragrantiæ.*

3 *Cæterum ſcortatio, & omnis immunditia, aut auaritia, ne nominetur quidem inter vos, ſicut decet ſanctos:*

4 *Aut obſcœnitas, aut ſtultiloquium, aut vrbanitas, quæ non conueniunt, ſed magis gratiarum actio.*

5 *Nam hoc ſcitis quod omnis ſcortator, aut immundus, aut auarus, qui eſt ſimulacrorum cultor, non habet hæreditatem in regno Chriſti & Dei.*

6 *Ne quiſquam vos decipiat inanibus ſermonibus. Propter hæc enim venire ſolet ira Dei in filios inobedientes.*

7 *Neſitis igitur conſortes illorum.*

8 *Eratis enim quondam tenebræ, nunc autem lux in Domino noſtro. Vt filij lucis ambulate.*

9 *Nam fructus Spiritus ſitus eſt in omni bonitate, & iuſtitia & veritate,*

10 *Probantes quid ſit acceptum Domino.*

11 *Et ne commercium habueritis cum operibus infrugiferis, tenebrarum, quin ea potius etiam arguite.*

12 *Nam quæ ſecretò fiunt iſtis, turpe eſt vel dicere.*

13 *Sed omnia dum produntur à luce, manifeſta fiunt. Nam quicquid manifeſtum redditur, lumen eſt.*

14 *Quapropter dicit: Expergiſcere qui dormis, & ſurge à mortuis, & illuceſcet tibi Chriſtus.*

15 *Videte igitur quomodo circunſpectè ambuletis, non vt inſipientes.*

16 *Sed vt ſapientes, redimentes occaſionem, quod dies mali ſint.*

17 *Propterea ne ſitis imprudentes, ſed intelligentes, quæ ſit voluntas Domini.*

18 *Et ne inebriemini vino, in quo luxus eſt, ſed implemini Spiritu,*

19 *Loquentes vobiſmetipſis per pſalmos, & hymnos, & cantiones ſpirituales, canentes ac pſallentes in corde veſtro Domino.*

20 *Gratias agentes ſemper de omnibus in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Deo & patri.*

21 *Subditi viciſſim alius alij cum timore Dei.*

22 *Vxores proprijs viris ſubdita ſitis, veluti Domino.*

23 *Quoniam vir eſt caput vxoris, quemadmodum, & Chriſtus eſt caput Eccleſiæ & idem eſt, qui ſalutem dat corpori.*

24 *Itaq; quemadmodum Eccleſia ſubdita eſt Chriſto, ſic & vxores ſuis viris ſubditæ ſint in omnibus.*

25 *Viri diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſemetipſum expoſuit pro ea.*

26 *Vt illam ſanctificaret mundatam lauacro aquæ per verbum.*

27 *Vt adhiberet eam ſibiipſi gloriоſam, Eccleſiam, non habentem maculam, aut rugam, aut quicquam eiuſmodi, ſed vt eſſet ſancta & irreprehenſibilis.*

28 *Sic debent viri diligere ſuas vxores, vt ſua ipſorum corpora. Qui diligit ſuam vxorem, ſeipſum diligit.*

29 *Nullus enim vnquam ſuam ipſius carnem odio habuit, imo enutrit ac fouet eam, ſicut & Dominus Eccleſiam.*

30 *Quoniam membra ſumus corporis eiuſdem, ex carne eius, & ex oſſibus eius.*

31 *Huius rei gratia, derelinquet homo patrem ac matrem, & adiungetur vxori ſuæ, atque è duobus fiet vna caro.*

Vulgat. Editio

Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto & in Eccleſia.

Verumtamen & vos ſinguli, vnuſquiſque vxorem ſuam ſicut ſeipſum diligat: vxor autem timeat virum ſuum.

CAP. VI.

Filii, obedite parentibus veſtris in Domino: hoc enim iuſtum.

a Col. 3. 20. Exo. 20. Deut. 5. 16. Matt. 3. 9 Mar. 7. 9 Luc. 3. 10

*Honora patrem tuum, & matrem tuam: quod eſt mandatum primum promiſſionis.

Vt bene ſit tibi, & ſis longæuus ſuper terram.

Et vos patres nolite ad iracundiam prouocare filios veſtros: ſed educate illos in diſciplina, & correptione Domini.

b Col. 3. 20. Tit. 2. 9 1. Pet. 2. 18.

*Serui obedite Dominis carnalibus cum timore, & tremore, in ſimplicitate cordis veſtri, ſicut Chriſto:

Non ad oculum ſeruientes, quaſi hominibus placentes, ſed vt ſerui Chriſti, facientes voluntatem Dei ex animo,

Cum bona voluntate ſeruientes, ſicut Domino, & non hominibus:

Scientes quoniam vnuſquiſque quodcumque fecerit bonum, hoc recipiet à Domino, ſiue ſeruus, ſiue liber.

Et vos domini eadem facite illis, remittentes minas: ſcientes quia illorum, & veſter Dominus eſt in cœlis: *& perſonarum acceptio non eſt apud eum.

c Deu. 10. 17. 2. Par. 19. Iob. 34. 19 Sap. 6. 8 Act. 10. 34 Rom. 2. 11 Col. 3. 25 Ad. 10. 34 1. Pet. 1. 17

De cetero fratres confortamini in Domino, & in potentia virtutis eius.

Induite vos armaturam Dei, vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli.

Quoniam non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem: ſed aduerſus principes, & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequitiæ, in cæleſtibus.

Propterea accipite armaturam Dei, vt poſſitis reſiſtere in die malo, & in omnibus perfecti ſtare.

State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate, & induti loricam iuſtitiæ,

Et calceati pedes in præparatione Euangelii pacis:

In omnibus ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere:

d Iſa. 59. 17. 1. Theſſ. 5 8.

*Et galeam ſalutis aſſumite: & gladium ſpiritus (quod eſt verbum Dei)

Per omnem orationem, & obſecrationem orantes omni tempore in ſpiritu: & in ipſo* vigilantes

e Col. 4. 2

in omni inſtantia, & obſecratione pro omnibus ſanctis:

f 2. Theſſ. 3. 2

*Et pro me, vt detur mihi ſermo in apertione oris mei cum fiducia, notum facere myſterium Euangelii:

Pro quo legatione fungor in catena, ita vt in ipſo audeam, prout oportet me, loqui.

Vt autem & vos ſciatis quæ circa me ſunt, quid agam: omnia vobis nota faciet Tychichus, chariſſimus frater, & fidelis miniſter in Domino:

Quem miſi ad vos in hoc ipſum, vt cognoſcatis quæ circa nos ſunt, & conſoletur corda veſtra.

Pax fratribus, & charitas cum fide à Deo Patre, & Domino Ieſu Chriſto.

Gratia cum omnibus, qui diligunt Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum in incorruptione. Amen.

Tranſl. ex Syriac.

Hoc arcanum magnum eſt, ego autem loquor de Meſchicho & de Eccleſia ipſius.

Enimuero vnuſquiſque veſtrum ita diligat vxorem ſuam ſicut ſeipſum: vxor autem reuereatur maritum ſuum.

CAP. VI.

Liberi, obedite parentibus veſtris in Domino noſtro, hoc enim iuſtum eſt. Et hoc eſt mandatum primum quo promittitur.

Honora patrem tuum, & matrem tuam.

Vt bene ſit tibi, & prorogetur vita tua ſuper terram.

Parentes, ne prouocetis ad iracundiam liberos veſtros; ſed educate eos in correptione, & diſciplina Domini noſtri.

Serui, obedite heris veſtris qui ſunt ſecundum carnem, cum timore, & tremore, & cum ſimplicitate cordis, tanquam Meſchicho.

Non ad aſpectum oculi tanquam hominibus placentes, ſed vt ſerui Meſchicho, facientes voluntatem Dei.

Et miniſtrate eis ex tota anima veſtra cum charitate tanquam Domino noſtro, non tanquam homin bus.

Quum ſciatis vnumquemque quod fecerit boni reportaturum à Domino noſtro, ſiue ſit ſeruus, ſiue ingenuus.

Vos quoque Domini ſimiliter agite cum ſeruis veſtris; remittite eis offenſas, vt qui cognoſcatis veſtrum quoque Dominum eſſe in cælis, & acceptionem facierum (delectum perſonarum) non eſſe apud eum.

a Tonſa ne Mon achorum.

Itaque fratres mei eſtote fortes per Dominum noſtrum, & per potentiam virtutis eius.

Et induite totam armaturam Dei, vt poſſitis obſiſtere inſidijs diaboli.

Quandoquidem non eſt vobis colluctatio cum carne & ſanguine, ſed cum Principatibus, & cum Poteſtatibus, & cum poſſeſſoribus mundi huius tenebroſi, & cum ſpiritibus malis qui ſub cælo ſunt.

Idcirco induite totam armaturam Dei, vt poſſitis occurrere malo; quumq; inſtructi fueritis in omnibus, ſtetis.

State igitur, & accingite lumbos veſtros veritate, ac induite loricam iuſtitiæ:

Et calciate pedes veſtros in apparatum Euangelij pacis.

Et cũ his aſſumite vobis ſpem (ſcutũ) fidei vt viribus valeatis extinguere omnia iacula accenſa mali illius.

Et imponite capiti galeam ſalutis, ac prehendite gladium ſpiritus, qui eſt verbum Dei.

Ac in omnibus precibus, omnibusq; deprecationibus orate ſemper in ſpiritu: & in ipſo cum oratione vigilate in omni tempore orantes perſeueranter: & auſpicantes preces cùm pro omnibus Sanctis.

Tum etiam pro me, vt detur mihi ſermo in apertione oris mei, vt palam & publicè prædicem arcanum Euangelij.

Cuius legatione fungor in catenis, vt cum fiducia eloquar illud prout oportet me eloqui.

Vt autem ſciatis & vos quæ penes me ſunt, & quid ago, ecce certiores vos redditurus eſt Tychicus frater chariſſimus, & miniſter fidelis in Domino noſtro.

Quem miſi ad vos in hoc ipſum, vt cognoſcatis quid apud me fiat, vtq; conſoletur corda veſtra.

Pax cum fratribus, & charitas cum fide à Deo Patre, & à Domino noſtro Ieſchua Meſchicho.

Gratia cum illis omnibus qui amant Dominum noſtrum Ieſchua Meſchicho abſque corruptione. Amin.

Transl. B. Ariæ Mont.

Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christum, & in ecclesiam.

Verumtamen & vos per vnum vnusquisque suam vxorem sic diligat sicut seipsum, at vxor vt timeat virum.

CAP. VI.

Nati, obedite parentibus vestris in Domino: hoc enim est iustum.

Honora patrem tuum & matrem. Quod est primum mandatum in promissione:)

Vt bene tibi fiat & eris longæuus super terram.

Et patres, ne ad iram prouocate natos vestros: sed educate illos in disciplina & correptione Domini.

Serui, obedite dominis secundum carnem, cum timore & tremore, in simplicitate cordis vestri, sicut Christo:

Non secundum ocularem seruitutem, quasi hominibus placentes: sed vt serui Christi, facientes voluntatem Dei ex animo,

Cum beneuolentia seruientes sicut Domino, & non hominibus:

Scientes quoniam quodcumque vnusquisque fecerit bonum, hoc reportabit à Domino, siue seruus, siue liber.

Et Domini eadem facite ad eos, remittentes minas: scientes quia & vester & illorum Dominus est in cælis, & personarum acceptio non est apud eum.

Reliquum, fratres mei, confortamini in Domino, & in potentia virtutis eius.

Induite armaturam Dei, ad posse vos stare aduersus insidias diaboli.

Quoniam non est nobis colluctatio aduersus sanguinem & carnem, sed aduersus principatus, aduersus potestates, aduersus mũdi potentes tenebrarum seculi huius, contra spiritalia nequitiæ, in cælestibus.

Propter hoc accipite vniuersam armaturam Dei, vt possitis resistere in die malo, & omnia conficientes stare.

State ergo succincti lumbos vestros in veritate, & induti loricam iustitiæ,

Et calceati pedes in præparatione Euangelij pacis.

In omnibus assumentes scutum fidei: in quo possitis omnia tela illius inquã ignita extinguere.

Et galeam salutaris assumite, & gladium spiritus, (quod est verbum Dei.)

Per omnem orationem & obsecrationem orantes in omni tempore in spiritu: & in ipso hoc vigilantes in omni instantia, & obsecratione pro omnibus sanctis,

Et pro me: vt mihi detur sermo in apertione oris mei, in fiducia, notum facere mysterium Euangelii.

Pro quo legatione fungor in catena: vt in ipso liberè loquar, vt oportet me loqui.

Vt autem sciatis & vos quæ circa me, quid agam: omnia vobis nota faciet Tychicus, dilectus frater & fidelis minister in Domino:

Quam misi ad vos in illud ipsum, vt cognoscatis quæ circa nos, & consoletur corda vestra.

Pax fratribus & charitas cum fide, à Deo Patre, & Domino Iesu Christo.

Gratia cum omnibus diligentibus Dominum nostrum Iesum Christũ in incorruptione. Amen.

Transl. Erasm. Roterod.

Mysterium hoc magnum est, verum ego loquor de Christo, & de ecclesia.

Quanquam & vos singulatim hoc præstate, vt suam quisque vxorem diligat, tanquam seipsum: vxor autem vt reuereatur virum.

CAP. VI.

Filij obedite parentibus vestris in Domino, nam id est iustum.

Honora patrem tuum, & matrem, quod est præceptum primum in promissione,

Vt bene tibi sit, & sis longæuus in terra.

Patres, ne prouocetis ad iram liberos vestros, sed educetis eos per eruditionem, & correptionem Domini.

Serui obedite ijs, qui Domini sunt iuxta carnem, cum timore, ac tremore, cum simplicitate cordis vestri, tanquam Christo,

Non ad oculum seruientes, velut hominibus placere studentes, sed tanquam serui Christi, facientes quæ vult Deus, ex animo,

Cum beneuolentia, seruientes Domino, & non hominibus,

Illud scientes, quod vnusquisque quod fecerit boni, hoc reportabit à Deo, siue seruus fuerit, siue liber.

Et vos Domini eadem facite erga illos, remittentes minas, scientes, quod & vester ipsorum Dominus est in cælis, nec personæ respectus est apud illum.

Quod superest, fratres mei, sitis fortes per Dominum, perq; potentiam roboris illius.

Induite totam armaturam Dei, vt possitis stare aduersus assultus diaboli.

Quoniam non est nobis luctũ aduersus sanguinem & carnem, sed aduersus principatus, aduersus potestates, aduersus mundi Dominos, rectores tenebrarum seculi huius, aduersus spiritualles astutias in cœlestibus.

Quapropter assumite vniuersam armaturam Dei, vt possitis resistere in die malo, & omnibus peractis stare.

Stat igitur, lumbis circuncinctis baltheo per veritatem, & induti thoracem iustitiæ,

Et calciati pedibus, vt parati sitis ad Euangelium pacis,

Super omnia assumpto scuto fidei, quo possitis omnia iacula mali illius ignita extinguere.

Galeamq; salutaris accipite, & gladium spiritus, qui est verbum Dei,

In omni deprecatione & obsecratione orantes in omni tempore, in spiritu, & ad hoc ipsum vigilantes cum omni sedulitate, & deprecatione pro omnibus sanctis,

Et pro me, vt mihi detur sermo in apertione oris mei cum libertate, vt notum faciam mysterium Euangelij mei,

Super quo legatione fungor in catena, vt in eo liberè loquar, sicut oportet me loqui.

Vt autem sciatis & vos quæ ad me pertinent, quid agã, de omnibus vos certiores reddet Tychicus dilectus frater & fidus minister in Domino,

Quem misi ad vos in hoc ipsum, vt cognosceretis de rebus nostris, & consolaretur corda vestra,

Pax fratribus, & charitas cum fide, à Deo patre, & Domino Iesu Christo.

Gratia sit cum omnibus diligentibus Dominum nostrum Iesum Christum cum synceritate. Amen.

EPISTOLÆ BEATI PAVLI APOSTOLI AD PHILIPPENSES.

Vulgat. Editio.

CAPVT PRIMVM.

PAulus,& Timotheus serui Iesu Christi,omnibus sanctis in Christo Iesu, qui sunt Philippis, cum episcopis & diaconibus.

Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo.

Gratias ago Deo meo in omni memoria vestri.

Semper in cunctis orationibus meis pro omnibus vobis,cum gaudio deprecationem faciens.

Super communicatione vestra in Euangelio Christi à prima die vsque nunc.

Confidens hoc ipsum, quia qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet vsque in diem Christi Iesu.

Sicut est mihi iustum hoc sentire pro omnibus vobis:eo quod habeam vos in corde, & in vinculis meis,& in defensione,& confirmatione Euãgelii ,socios gaudij mei omnes vos esse.

Testis enim mihi est Deus, quomodo cupiam omnes vos in visceribus Iesu Christi.

Et hoc oro, vt charitas vestra magis, ac magis abundet in scientia,& in omni sensu:

Vt probetis potiora,vt sitis sinceri,& sine offensa in diem Christi,

Repleti fructu iustitiæ per Iesum Christum, in gloriam & laudem Dei.

Scire autem vos volo fratres,quia quæ circa me sunt,magis ad profectum venerunt Euangelij.

Ita vt vincula mea manifesta fierent in Christo in omni prætorio, & cæteris omnibus.

Et plures è fratribus in Domino confidentes vinculis meis, abundantius auderent sine timore verbum Dei loqui.

Quidam quidem & propter inuidiam & contentionem: quidam autem,& propter bonam voluntarem Christum prædicant:

Quidam ex charitate:scientes quoniam in defensionem Euangelii positus sum.

Quidam autem ex contentione Christus annuntiant non sincerè, existimantes pressuram se suscitare vinculis meis.

Quid enim? Dum omni modo siue per occasionem,siue per veritatem Christus anunncietur: & in hoc gaudeo,sed & gaudebo.

Scio enim quia hoc mihi proueniet ad salutem, per vestram orationem,& subministrationem Spiritus Iesu Christi,

Secundum expectationem, & spem meam, quia in nullo confundar:sed in omni fiducia,sicut semper, & nunc magnificabitur Christus in corpore meo,siue per vitam,siue per mortem.

EPISTOLÆ BEATI PAVLI APOSTOLI AD PHILIPPENSES.

Transl. ex Syriac.

CAPVT PRIMVM.

1 PAulus ac Timotheus serui Ieschua Meschicho omnibus Sanctis in Ieschua Meschicho, qui sunt Philippis cum presbyteris, & ministris. Quoniã

2 Gratia vobiscum,& pax à Deo Patre nostro & à Domino Ieschua Meschicho.

3 Gratias ago Deo meo ob recordationem vestri assiduam:

4 Quæ fit in omnibus deprecationibus meis pro vobis,& ego lætus auspicor preces:

5 Ob communionem vestram quæ est in Euangelio à primo die,& etiamnum:

6 Quippe qui confidam de hoc ipso, quòd qui inchoauit in vobis opus bonum, ipse perficiet vsque ad diem Domini nostri Ieschua Meschicho.

7 Sic enim æquum est me sentire de vobis omnibus,quoniam in corde meo positi estis, & in vinculis meis, & in productione spiritus(defensione) quæ sit pro confirmatione Euangelij, vt sitis mecum participes gratiæ.

8 Testis est enim mihi Deus,quomodo amore vos complectar in visceribus Ieschua Meschicho.

9 Et hoc oro,vt adhuc multiplicetur, & abundet charitas vestra in cognitione omni& intellectu spirituali.

10 Vt dijudicetis ea quæ sunt commodiora,sitis& puri absque offendiculo in diem Meschicho.

11 Ac repleti fructibus iustitiæ illius, quæ fit per Ieschua Meschicho ad laudem,& honorem Dei.

12 *Velim autem vos scire,fratres mei,opus meum maiores progressus fecisse in Euangelio:

13 Adeò vt & vincula mea reuelata sint in Meschicho in toto prætorio,cæteris& omnibus. Pretl & Pauli cum memorabile.

14 Et multitudo fratrum qui sunt in domino nostro, confidentiores facti sunt ob vincula mea, & procliniores fuerunt absque timore ad proloquendum sermonem Dei.

15 Nonnulli quidem ex inuidia, & contentione: nonnulli vero bona voluntate,& charitate Meschicho prædicant.

16 Quippe qui sciant in defensionem Euangelij me constitutum esse.

17 Illi autem qui per contentionem Meschicho prædicant, non syncerè agunt,sed arbitrantur se addere oppressionem vinculis meis.

18 Quin hac in re gauisus sum,& gaudeo,vt quouis modo siue per occasionem,siue per veritatem Meschicho prædicetur.

19 Scio enim hæc mihi ad salutem cessura per deprecationem vestram,& per donationem Spiritus Ieschua Meschicho.

20 Quemadmodum spero, & expecto nulla in re me pudefactum iri: sed aperto vultu sicut, & semper, ita& nunc magnificabitur Meschicho in corpore meo, siue per vitam,siue per mortem.

EPISTOLÆ BEATI PAVLI APOSTOLI AD PHILIPPENSES,

Transl. B. Ariæ Mont.

CAPVT PRIMVM,

PAulus & Timotheus serui Iesu Christi, omnibus sanctis in Christo Iesu existentibus in Philippis, cum episcopis & diaconis:

Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo.

Gratias ago Deo meo in omni memoria vestri.

Semper in omni precatione mea pro omnibus vobis, cum gaudio deprecationem faciens:)

Super communicatione vestra in Euangelium, à prima die vsque nunc.

Confidens ipsum hoc, quia ille incipiens in vobis opus bonum, perficiet vsque in diem Christi Iesu.

Sicut est iustum mihi hoc sentire pro omnibus vobis propter habere me in corde vos, in & vinculis meis, & in defensione, & confirmatione Euāgelii, communicatores meæ gratiæ omnes vos existentes.

Testis enim mihi est Deus, quomodo cupiam omnes vos in visceribus Iesu Christi.

Et hoc oro, vt charitas vestra amplius magis ac magis abundet in scientia & omni sensu.

Ad probandum vos præstantia, vt sitis sinceri & inoffensi in diem Christi,

Repleti fructibus iustitiæ eorum quæ per Iesum Christum, in gloriam & laudem Dei.

Scire autem vos volo, fratres, quia quæ circa me magis ad profectum Euangelij venerunt.

Itaque vincula mea manifesta in Christo fieri in toto prætorio, & cæteris omnibus:

Et plures fratrum in Domino, fretos vinculis meis, abundantius audere impauidè Dei verbum loqui.

Quidam quidem & propter inuidiam & contentionem, quidam autem & propter bonam voluntatem Christum prædicant.

Hi quidē ex cōtentione Christum annuntiāt nō sincerè, existimātes afflictionē afferre vinculis meis.

Illi vero ex charitate: scientes quoniam in defensionem Euangelii positus sum.

Quid enim? Attamen omni modo, siue specie, siue veritate, Christus annuntiatur: & in hoc gaudeo, sed & gaudebo.

Scio enim quia hoc mihi proueniet ad salutem, per vestram orationem, & subministrationem Spiritus Iesu Christi,

Secundum expectationem & spem meam, quia in nullo pudefiam: sed in omni fiducia, sicut semper, & nunc magnificabitur Christus in corpore meo, siue per viam, siue per mortem.

EPISTOLÆ BEATI PAVLI APOSTOLI AD PHILIPPENSES,

Transl. Erasm. Roterod.

CAPVT PRIMVM.

PAulus ac Timotheus serui Iesu Christi, omnibus sanctis in Christo Iesu, qui sunt Philippis, vnà cum episcopis ac diaconis.

Gratia vobis & pax à Deo patre nostro & Domino Iesu Christo.

Gratias ago Deo meo in omni memoria vestri,

Semper in omni precatione mea pro omnibus vobis, cum gaudio precationem faciens,

Quod veneritis in communionem Euangelij, à primo die vsque ad hoc tempus:

Persuasum habens hoc ipsum, quod is qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet vsque ad diem Iesu Christi:

Sicut iustum est mihi, vt hoc sentiam de omnibus vobis, propterea quod habeam vos in corde, & in vinculis meis, & in defensione, & confirmatione Euangelij, cum sitis omnes mihi consortes gratiæ.

Testis enim mihi est Deus, quàm desiderem vos omnes in visceribus Iesu Christi.

Et illud oro, vt charitas vestra adhuc magis ac magis exuberet in agnitione omni & intelligentia,

Vt probetis quæ sunt præstantia, vt sitis sinceri, ac tales, vt nemini sitis offendiculo in diem Christi.

Impleti fructu iustitiæ, qui contingit per Iesum Christum ad gloriam & laudem Dei.

Scire autem vos volo fratres, quod quæ mihi acciderunt, magis ad profectum Euangelij euenerunt,

Ita vt vincula mea manifesta facta sint in Christo in toto prætorio ac cæteris omnibus:

Vtq; plures ex fratribus in domino, freti vinculis meis, uberius auderent, impauide sermonem loqui.

Nonnulli quidem per inuidiam & contentionem, nonnulli vero & propter bonam voluntatem Christum prædicant.

Alij quidē ex contentione Christū annunciant nō purè, existimantes sese afflictionem addere vinculis meis.

Alij rursus ex charitate, scientes quod in defensionem Euangelij constitutus sim.

Quid enim? Attamen quouis modo siue per occasionem siue per veritatem, Christus tamen annunciatur, & in hoc gaudeo, quinetiam gaudebo.

Noui enim, quod hoc mihi cedet in salutem per vestram deprecationem, & subministrationem Spiritus Iesu Christi,

Secundùm expectationem & spem meam, quod nulla in re pudefiam, sed cum omni libertate, vt semper, ita nunc quoque magnificabitur Christus in corpore meo, siue per vitam, siue per mortem.

Vulgat. Editio.

Mihi enim viuere Christus est, & mori lucrum.

Quod si viuere in carne, hic mihi fructus operis est, & quid eligam, ignoro.

Coarctor autem è duobus: desiderium habens dissolui, & esse cum Christo, multo magis melius:

Permanere autem in carne, necessarium propter vos.

Et hoc confidens scio quia manebo, & permanebo omnibus vobis ad profectum vestrum, & gaudium fidei:

Vt gratulatio vestra abundet in Christo Iesu in me per meum aduentum iterum ad vos.

*Tantum dignè Euangelio Christi conuersamini: vt siue cum venero, & videro vos, siue absens audiam de vobis quia statis in vno spiritu vnanimes, collaborantes fidei Euangelii:

*Rph.4.1 Col.1.10 1.Th.2.12

Et in nullo terreamini ab aduersariis: quæ illis est causa perditionis, vobis autem salutis, & hoc à Deo:

Quia vobis donatum est pro Christo, non solum vt in eum credatis, sed vt etiam pro illo patiamini:

Idem certamen habentes, quale & vidistis in me, & nunc auditis de me.

CAP. II.

SI qua ergo consolatio in Christo, si qnod solatium charitatis, si qua societas spiritus, si qua viscera miserationis.

Implete gaudium meum vt idem sapiatis, eandem charitatem habentes, vnanimes, idipsum sentientes,

Nihil per contentionem, neque per inanem gloriam: sed in humilitate superiores sibi inuicem arbitrantes,

Non quæ sua sunt singuli considerantes, sed ea, quæ aliorum.

Hoc enim sentite in vobis, quod in & Christo Iesu:

Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo:

Sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo.

*Humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis.

*Heb.2.9.

Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen:

*Vt in nomine IESV omne genu flectatur cælestium, terrestrium, & infernorum,

*Isa.45.23 Ro.14.11

Et omnis lingua confiteatur quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris.

Itaque charissimi mei (sicut semper obedistis:) non vt in præsentia mei tantum, sed multo magis nunc in absentia mea, cum metu & tremore vestram salutem operamini.

Deus est enim, qui operatur in vobis & velle, & perficere pro bona voluntate.

*Ph.2.9

*Omnia autem facite sine murmurationibus, & hæsitationibus:

Vt sitis sine querela, & simplices filii Dei, sine reprehensione in medio nationis prauæ, & peruersæ inter quos lucetis sicut luminaria in mundo.

Transl. ex Syriac.

21 *Siquidem vita mea, mea inquam: Meschicho est: quòd si moriar, lucro mihi cedit.*

22 *Sin autem, & in hac vita quæ est in carne, fructus mihi est in operibus meis: nescio quid eligam mihi.*

23 *Nam me premunt hæc duo, vt liberari cupiam vt sim cum Meschicho, & hoc longè satius mihi fuerit.*

24 *Sed & manere in corpore cogit me voluntas propter vos.*

25 *Quin hoc certò scio me mansurum & permansurum ad gaudium vestrum, & ad incrementum fidei vestræ.*

26 *Vt quum iterum venerim ad eos, exuberet in me gloriatio vestra, quæ est in Ieschua Meschicho.*

27 *Tantùm sicut docet Euangelium Meschicho conuersemini, vt siue venerim vos inuisam, siue absens audiam de vobis, quòd stetis in vno spiritu vnaque anima, & superiores simul euadatis in fide Euangelij.*

28 *Nec vlla in re commoueamini ab his qui vobis obsistunt ad ostensionem perditionis ipsorum, & ad salutem vestram.*

29 *Et hoc à Deo ipso datum est vobis, vt non solùm credendo credatis in Meschicho, sed etiam vt pro illo patiamini;*

30 *Et sustineatis certamen quale vidistis in me, & nunc auditis de me.*

CAP. II.

1 *ITaque si habetis consolationem in Meschicho, siue lenimen cordis (solatium), cum charitate siue communionem spiritus, siue affectus viscerales, siue miserationes:* Crastina 1o feriæ sti Paschæ.

2 *Implete gaudium meum vt sit vobis una voluntas, & una charitas, & una anima, vnaque sententia.*

3 *Et nihil per contentionem, aut per inanem gloriam faciatis, sed cum humilitate mentis quisque proximum suum tanquam seipso præstantiorem existimet.*

4 *Nec de se quisq; sit sollicitus, sed quisque etiam de proximo suo.*

5 *Illudque sentite in vobis ipsis quod & Ieschua Meschicho.*

6 *Is qui cùm in imagine (forma) Dei esset, non hoc rapinam esse existimauit, vt esset æqualis Deo.*

7 *Sed seipsum exinaniuit, & similitudinem serui accepit, & factus est in similitudinem hominum, & habitu repertus est vt homo.*

8 *Et humiliauit seipsum, & factus est obediens vsq; ad mortem, mortem autem crucis.*

9 *Propterea etiam Deus multiplicauit sublimitatem eius, & dedit illi nomen præstantius omnibus nominibus.*

10 *Vt in nomine IESCHVA flectat se omne genu, quod in cælo, & in terra, & subter terram est:*

11 *Omnisq; lingua confiteatur Dominum Ieschua Meschicho ad gloriam Dei patris sui.*

12 *Proinde dilecti mei, quemadmodum semper dicto audientes fuistis, non tantùm quum præsens adfui vobis, sed & nunc quum absens sim à vobis, multò magis, cum timore, & tremore operemini opus salutis vestræ.* Quinta die.

13 *Deus enim ipse agit in vobis, vt & velitis & perficiatis id quod vultis.*

14 *Omnia autem facite sine murmuratione ac dissidio,*

15 *Vt sitis perfecti & absque nævo, tanquam puri filij Dei, qui habitant in generatione prava & tortuosa, vt spectemini inter eos tanquam luminaria in mundo.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Mihi enim viuere, Christus, & mori lucrum.

Si vero viuere in carne, hoc mihi fructus operis & quid eligam non cognosco.

Coarctor autem è duobus: desiderium habens ad dissolui, & cum Christo esse, multò magis melius:

At permanere in carne, magis necessarium propter vos.

Et hoc confisus, scio quia manebo & vnà permanebo omnibus vobis, ad vestrum profectum & gaudium fidei.

Vt gloriatio vestra abundet in Christo Iesu in me, per meam præsentiam iterum ad vos.

Tantum dignè Euangelio Christi gerite vos; vt siue veniens & videns vos, siue absens, audiam quæ de vobis, quia statis in vno spiritu, vno animo, collaborantes fidei Euangelij.

Et non territi in vllo ab aduersarijs, quod illis quidem est indicium perditionis, vobis autem saluris: & hoc à Deo.

Quia vobis donatum est pro Christo, non solum in eum credere, sed & pro illo pati,

Idem certamen habentes quale vidistis in me, & nunc auditis in me.

CAP. II.

SIqua ergo consolatio in Christo, si quod solatium charitatis, si qua communio spiritus, si qua viscera & miserationes.

Implete meum gaudium, vt idem sapiatis, eandem charitatem habentes, vnanimes, vnum sentientes:

Nihil per contentionem, inanem gloriam, sed modestia alij alios arbitrantes superiores sibipsis:

Non quæ sua singuli considerate, sed & aliorum vnusquisque.

Hoc enim sentiatur in vobis, quod & in Christo Iesu:

Qui in forma Dei existens, non prædam reputauit esse paria Deo:

Sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudine hominum factus, & habitu inuentus vt homo.

Humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis.

Ideo & Deus illum superexaltauit, & donauit illi nomen super omne nomen.

Vt in nomine IESV omne genu flectatur, cælestium, & terrestrium, & infernorum:

Et omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus, in gloriam Dei Patris.

Itaque, dilecti mei, (sicut semper obedistis mihi, non in præsentia mea tantum, sed & nunc multo magis in absentia mea, cum metu & tremore vestram ipsorum salutem adoperamini.

Deus enim est efficiens in vobis & velle, & perficere, pro beneuolentia

Omnia facite sine ira, & disceptationibus.

Vt sitis irreprehensi, & simplices filii Dei, inculpati in medio nationis prauæ & peruersæ, in quibus splenderis sicut luminaria in mundo:

Transl. Erasm. Roterod.

Mihi enim vita Christus est, & mors lucrum.

Quod si contingat viuere in carne, ea res mihi fructus est operis, & quid eligam, ignoro,

Coarctor enim ex his duobus, desiderans dissolui, & esse cum Christo, multo longe melius est.

Caterum manere in carne, magis necessarium propter vos.

Et hoc certo scio, quod mansurus sim & cum omnibus vobis permansurus sim, in vestrum profectum, & gaudium fidei,

Vt gloriatio vestra exuberet per Christum Iesum, in me, per meum ad vos reditum.

Tantum vt dignum est Euangelio Christi, conuersemini, vt siue cum venero, & videro vos, siue absens sim, audiam de rebus vestris, quod stetis in vno spiritu, vna anima, adiuuantes decertantem fidem Euangelij,

Nec in vllo terreamini ab aduersarijs, quæ illis quidem est causa perditionis, nobis autem salutis: & hoc à Deo:

Quia vobis donatum est pro Christo, non solum vt in eum credatis, verumetiam vt pro illo patiamini,

Idem certamen habentes, quale vidistis in me, & nunc auditis in me.

CAP. II.

SI qua igitur consolatio in Christo, si quod solatium dilectionis, si qua communio spiritus, si qua viscera ac miserationes,

Complete meum gaudium, vt similiter affecti sitis, eandem charitatem habentes, vnanimes, idem sentientes,

Ne quid fiat per contentionem aut per inanem gloriam, sed per humilitatem animi, alium quisq; se præstantiorem existimet:

Ne sua quisque spectetis, sed vnusquisq; quæ sunt aliorum.

Is enim affectus sit in vobis, qui fuit & in Christo Iesu:

Qui cum esset in forma Dei, non rapinam arbitratus est, vt esset æqualis Deo,

Sed semetipsum exinaniuit, forma serui sumpta, in similitudine hominum constitutus, & figura repertus vt homo,

Humilem præbuit semetipsum, factus obediens vsq; ad mortem, mortem autem crucis.

Quapropter & Deus illum in sublime extulit sublimitatem, ac donauit illi nomen, quod est supra omne nomen,

Vt in nomine IESV omne genu se flectat, cœlestium ac terrestrium, & infernorum,

Omnisq; lingua confiteatur, quod Dominus sit Iesus Christus ad gloriam Dei patris.

Proinde dilecti mei, quemadmodum semper obedistis, non tanquam in præsentia mea solum, sed nunc multo magis in absentia mea, cum timore ac tremore, vestram ipsorum salutem operemini.

Nam Deus est is qui agit in vobis, & vt velitis, & vt efficiatis pro bono animi proposito.

Omnia facite sine murmurationibus ac disceptationibus,

Tales vt nemo de vobis queri possit syncerique, filij Dei irreprehensibiles in medio nationis prauæ ac sortuosæ, inter quos lucete tanquam luminaria in mundo,

Vulgat. Editio.

Verbum vitæ continentes, ad gloriam meam in die Christi, quia non in vacuum cucurri, neque in vacuum laboraui.

Sed & si immolor supra sacrificiū, & obsequiū fidei vestræ, gaudeo & cōgratulor omnibus vobis.

Idipsum autem & vos gaudete, & congratulamini mihi.

Spero autem in Domino Iesu,* Timotheum me citò mittere ad vos: & vt ego bono animo sim, cognitis, quæ circa vos sunt.

Neminem enim habeo tam vnanimem, qui sincera affectione pro vobis solicitus sit.

Omnes enim quæ sua sunt quærunt, non quæ sunt Iesu Christi.

Experimentum autem eius cognoscite, quia sicut patris filius, mecum seruiuit in Euangelio.

Hunc igitur spero me mittere ad vos, mox vt videro, quæ circa me sunt.

Confido autem in Domino, quoniam & ipse veniam ad vos citò.

Necessarium autem existimaui Epaphroditum fratrem, & cooperatorem, & commilitonem meum, vestrum autem Apostolum, & ministrum necessitatis meæ, mittere ad vos:

Quoniam quidem omnes vos desiderabat: & mœstus erat propterea quòd audieratis illum infirmatum.

Nam & infirmatus est vsq; ad mortē: sed Deus misertus est eius: non solum autem eius, verum etiā & mei, ne tristitiam super tristitiam haberem.

Festinantiùs ergo misi illum, vt viso eo iterum gaudeatis, & ego sine tristitia sim,

Excipite itaque illum cum omni gaudio in Domino, & eiusmodi cum honore habetote.

Quoniam propter opus Christi vsque ad mortē accessit, tradēs animam suam vt impleret id, quod ex vobis deerat erga meum obsequium.

CAP. III.

De cetero fratres mei, gaudete in Domino Eadem vobis scribere, mihi quidem non pigrum, vobis autem necessarium

Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem.

Nos enim sumus circuncisio qui spiritu seruimus Deo, & gloriamur in Christo Iesu, & non in carne fiduciam habentes.

Quanquam ego habens confidentiam, & in carne. Si quis alius videtur confidere in carne, ego magis.

Circumcisus octauo die, ex genere Israel, de tribu Beniamin, Hebræus ex Hebræis, *secundum legem Pharisæus,

Secūdū æmulationē persequēs ecclesiā Dei secundū iustitiā quæ in lege est, cōuersatus sine querela:

Sed quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Christum detrimenta.

Verumtamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentē scientiā Iesu Christi Domini mei, propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror vt stercora, vt Christum lucrifaciam:

Et inueniar in illo non habens meam iustitiam, quæ ex lege est, sed illam quæ ex fide est Christi Iesu (quæ ex Deo est iustitia in fide.

Ad cognoscendum illum, & virtutem resurrectionis eius, & societatem passionum illius, configuratus morti eius,

Si quomodo occurram ad resurrectionem, quæ est ex mortuis:

Transl. ex Syriac.

16 *Vt sitis eis loco salutis ad gloriationem meam, meam inquam, in Diem Meschicho, quod non inaniter currerim, nec in vanum laborauerim.*

17 *Quinetiam si immolor super hostia, & ministerio fidei vestræ, gaudeo, & exulto cum omnibus vobis.*

18 *Sic & vos quoque gaudete, & exultate mecum.*

19 *Caterum spero in Domino nostro Ieschua, me missurum ad vos, Timotheum vt, & ego habeam requiem, quum dicere, quod ad vos attinet.*

20 *Neminem enim alium hic habeo, qui pari mecum animo præditus, diligentiorem vestri curam gerat.*

21 *Siquidem omnes quæ sua sunt quærunt, non autem quæ Ieschua Meschicho.*

22 *Porrò experimentum huius nostis, qui tanquam filius cum patre suo, sic operatur mecum in Euangelio.*

23 *Hunc spero me missurum, ad vos citò postquam videro quæ ad me pertinent.*

24 *Confido in Domino meo, me quoque breui venturum ad vos.*

25 *Nunc autem coëgit me negotium aliquod mittere ad vos Epaphroditum fratrem, qui est adiutor, & cooperator meus, vester autem Apostolus, & minister necessitatis meæ.*

26 *Quandoquidem peroptabat vos omnes inuisere, & anxius erat quod rescuisset vos auditione accepisse ipsum aduersa valetudine detineri.*

27 *Equidem infirmus fuit vsque ad mortem, sed Deus misertus est illius: non autem illius tantum, sed & mei, ne haberem angustiam super angustiam.*

28 *Studiosiùs itaque misi eum ad vos, vt quum videritis eum, gaudeatis iterum, mihiq; leuior sit animi ægritudo.*

29 *Excipite igitur eum in Domino cum omni gaudio, & qui sunt huiusmodi eos cum honore complectimini.*

30 *Nam propter opus Meschicho vsque ad mortem peruenit, & nihil fecit seipsum vt suppleret id quod defuerat vobis in vestro erga me ministerio.*

CAP. III.

1 *Proinde fratres mei, gaudete in Domino nostro. Quin eadem vobis scribam non est mihi tædio, eò quòd vos cautiores efficiunt.* Quotidie.

2 *Cauete à canibus, cauete à malis operariis, cauete à concisione carnis.*

3 *Nos enim sumus circuncisio, qui colimus Deum spiritu, & gloriamur in Ieschua Meschicho, & non collocamus fiduciam nostrum in carne.*

4 *Quanquam sit mihi fiducia etiam in carne. Si quis enim arbitratur fiduciam suam habere in carne, ego magis habeo,*

5 *Circuncisus natus octo dies, ex cognatione Israel, ex tribu Beniomen, Hebræus Hebræorum filius, secundum legem Perischæus.*

6 *Zelo persecutor Ecclesiæ, & secundum iustitiam legis sine crimine fui.*

7 *Sed hæc, quæ fuerunt mihi copia, inopiam existimaui propter Meschicho.*

8 *Enimverò existimo hæc omnia inopiam esse præ dignitate scientiæ Ieschua Meschicho Domini mei, propter quem omnia pro damno duxi, & pro stercore habui, vt Meschicho lucrifaciam,*

9 *Vtq; reperiar in eo, quum non sit mihi propria iustitia illa quæ est ex lege, sed ea quæ ex fide Meschicho, quæ est iustitia quæ ex Deo est.*

10 *Vt per eam cognoscam Ieschua, & virtutem resurrectionis, ac particeps fiam passionum eius, & conformis fiam morti ipsius.*

11 *Si fortè possim peruenire ad resurrectionem illam, quæ est ex mortuis.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Verbum vitæ continentes, ad gloriationem mihi in diem Christi, quia non in vanum cucurri, neque in vanum laboraui.

Sed si & libor super hostia & sacrificio fidei vestræ gaudeo & congratulor omnibus vobis.

Id autem ipsum & vos gaudete, & congratulamini mihi.

Spero autem in Domino Iesu, Timotheum citò mittere vobis, vt ego bono animo sim, cognoscens quæ circa vos.

Neminem enim habeo vnanimem, qui germanè ea quæ circa vos curaturus sit.

Omnes enim ea quæ sua ipsorum quærunt, non ea quæ Christi Iesu.

At probationem eius cognoscite, quoniam sicut patri filius, cum me seruiuit in Euangelium.

Hunc quidem igitur spero mittere, vt videro ea quæ circa me, ex ipsa.

Confido autem in Domino, quoniam & ipse cito veniam.

Necessarium autem existimaui, Epaphroditum fratrẽ, & cooperatorem, & commilitionem meum, vestrum autem Apostolum, & ministrum vsus mei, mittere ad vos:

Quoniam experens erat omnes vos & mœstus, eò quòd audieratis quod ægrotasset.

Etenim infirmatus est proximus morti, sed Deus eius misertus est: non eius autem solum, verum & mei, vt ne tristitiam super tristitiam haberem.

Studiosiùs ergo misi illum, vt videntes eum, iterum gaudeatis, & ego sine tristitia sim,

Excipite itaque illum in Domino cum omni gaudio, & eiusmodi in precio habete:

Quoniam propter opus Christi vsque ad mortẽ accessit, posthabens animam, vt rursus impleret vestram defectionem eius quod ad me obsequij.

CAP. III.

RElíquum, fratres mei, gaudete in Domino. Eadem scribere vobis, mihi quidem non pigrum, vobis autem tutum

Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem.

Nos enim sumus circuncisio spiritu Dei seruientes, & gloriantes in Christo Iesu, & non in carne confidentes:

Et quanquam ego habens confidentiam & in carne, si quis videtur alius confidere in carne, ego magis.

Circuncisio octaui diei, ex genere Israel, tribus Beniamin, Hebræus ex Hebræis, secundum legem Pharisæus,

Secundum zelum persequens ecclesiam, secundum iustitiã quæ in lege, factus irreprehensibilis.

Sed quæ erant mihi lucra, hæc arbitratus sum propter Christum damnum,

Sed profectò & existimo omnia damnum esse propter eminentiam cognitionis Christi Iesu Domini mei, propter quem omnia damnum subij, & arbitror stercora esse, vt Christum lucrifaciam:

Et inueniar in illo non habens meam iustitiam quæ ex lege, sed illam quæ ex Deo iustitiam in fide:

Ad cognoscendum illum, & virtutem resurrectionis eius, & communionem passionum illius, configuratus morti eius,

Si quomodo occurram ad resurrectionem mortuorum.

Transl. Erasm. Roterod.

Sermonem vitæ sustinentes, vt gloriari possim in Diem Christi, quod non in vanum cucurrerim, nec in vanum laborauerim.

Quinetiam si immolor super hostia, sacrificio & fidei vestræ, gaudeo & congaudeo omnibus vobis.

Ob id ipsum autem & vos gaudetis, & congaudetis mihi.

Spero autem in Domino Iesu, me Timotheum breui missurum vobis, vt & ego læto sim animo, cognito statu vestro.

Neminem enim habeo pari mecum animo præditum qui germanè res vestras curaturus sit.

Nam omnes quæ sua ipsorum sunt, quærunt, non quæ Christi Iesu.

Porrò probationem eius nostis, quod vt filius mecum veluti cum patre seruierit in Euangelium.

Hunc igitur spero me missurum, mox vbi videro mea negotia.

Confido autem in domino, quod & ipse breui venturus sim.

Sed operæ pretium arbitratus sum, Epaphroditum fratrem, & cellegam, & commilitonem meum, vestrum autem Apostolum, qui & mihi subministrat in necessitate mea, mittere ad vos.

Quandoquidem desiderabat omnes vos anxius animi, propterea quod audisset eum infirmatum fuisse.

Et certè fuit infirmus, ita vt esset vicinus morti, sed Deus misertus est illius: at non illius tantum, sed & mei, ne dolorem haberem super dolorem.

Studiosiùs itaque misi illum, vt cum videritis illum, denuo gaudeatis, & ego magis vacem dolore.

Excipite igitur illum in Domino, cum omni gaudio, & qui huiusmodi sunt eos in precio habete:

Quoniam propter opus Christi eò accessit, vt morti proximus fuerit, non habita ratione vitæ, vt suppleret id quod in vestro erga me officio fuit diminutum.

CAP. III.

QVod superest fratres, gaudete in domino. Eadem scribere nobis, me quidem haud piget, vobis autem tutum est.

Cauete canes, cauete malos operarios, cauete concisionem.

Nos enim sumus circuncisio, qui spiritu Deum colimus, & gloriamur in Christo Iesu, & non confidimus in carne,

Quanquam ego confidam etiam in carne. Si quis quam alius videtur fiduciam habere in carne, ego magis habeo,

Circuncisus octauo die, Israel ex genere, tribus Beniamin, Hebræus ex Hebræis, iuxta legem pharisæus,

Iuxta studium persequens ecclesiam, iuxta iustitiam quæ est in lege, factus irreprehensibilis.

Sed quæ mihi erant lucra, ea arbitratus sum propter Christum damnum esse.

Quinetiam arbitror omnia damnum esse propter excellentiam cognitionis Christi Iesu Domini mei, propter quem omnia pro damnis duxi, habeoq; pro reiectamentis, vt Christum lucrifaciam,

Vtq; reperiar in illo non habens meam iustitiam ex lege, sed eam quæ per fidem est Christi, quæ est ex Deo iustitiam super fide,

Vt cognoscam illum, & potentiam resurrectionis illius & communionem afflictionum illius, dum conformis fio morti eius,

Si quo modo pertingam ad resurrectionem mortuorum,

Vulgat. Editio

Non quod iam acceperim, aut iam perfectus
sim, sequor autem si quomodo comprehendam in
quo & comprehensus sum à Christo Iesu.
Fratres, ego me non arbitror comprehendisse
Vnum autem, quæ quidem retrò sunt obliuiscens
ad ea verò, quæ sunt priora, extendens meipsum.
Ad destinatum persequor, ab brauium supernæ
vocationis Dei in Christo Iesu.

Quicumque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus:
& si quid aliter sapitis, & hoc vobis Deus reuelabit.
Veruntamen ad quod peruenimus, vt idem sa-
piamus, & in eadem permancamus regula.
Imitatores mei estote fratres, & obseruate eos
ita ambulant, sicut habetis formam nostram.

Ro.16.17 *Multi enim ambulant, quos sæpe dicebam vo-
bis (nunc autem & flens dico) inimicos crucis
Christi.
Quorum finis interitus, quorum Deus venter
est: & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sa-
piunt.
Nostra autem conuersatio in cœlis est: vnde
etiam Saluatorem expectamus Dominum no-
strum Iesum Christum.
Qui reformabit corpus humilitatis nostræ, con-
figuratum corpori claritatis suæ, secundum opera-
tionem, qua etiam possit subiicere sibi omnia.

CAP. IIII.

ITaque, fratres mei charissimi, & desideratissi-
mi, gaudium meum, & corona mea, sic state in
Domino, charissimi:
Euodiam rogo, & Syntychem deprecor idipsum
sapere in Domino.
Etiam rogo, & te germane copar, adiuua illas,
quæ mecum laborauerunt in Euangelio cum Cle-
mente, & ceteris adiutoribus meis, quorum no-
mina sunt in libro vitæ.
Gaudete in Domino semper: iterum dico gau-
dete.
Modestia vestra nota sit omnibus hominibus:
Dominus prope est.
Nihil solliciti sitis: sed in omni oratione, & ob-
secratione, cum gratiarum actione petitiones ve-
stræ innotescant apud Deum.
Et pax Dei, quæ exuperat omnem sensum, custo-
diat corda vestra, & intelligentias vestras in Chri-
sto Iesu.
De cetero fratres, quæcumque sunt vera, quæcum-
que pudica, quæcumque iusta, quæcumque san-
cta, quæcumque amabilia, quæcumque bonæ fa-
mæ, si qua virtus, si qua laus disciplinæ, hæc cogi-
tate.
Quæ & didicistis, & accepistis, & audistis, & vi-
distis in me, hæc agite, & Deus pacis erit vobiscū.
Gauisus sum autem in Domino vehementer,
quoniam tandem aliquaddo reflоruistis pro me
sentire, sicut & sentiebatis: occupati autem eratis.

Non quasi propter penuriam dico: ego enim di-
dici, in quibus sum, sufficiens esse.
Scio & humiliari, scio & abundare: (vbique &
in omnibus institutus sum) & satiari, & esurire, &
abundare, & penuriam pati.
Omnia possum in eo, qui me confortat.

Veruntamen bene feciſtis communicantes tri-
bulationi meæ.

Transl. ex Syriac.

12 *Non quod iam comprehenderim, aut iam perfectus sim,
sed curro, vt fortassis assequar id propter quod me est as-
secutus Ieschua Meschicho.*

13 *Fratres mei, ego de meipso non cogito me assecutum
fuisse. Vnum autem scio, quod quæ à tergo sunt, dem obli-
tioni, ad ea vero quæ à fronte sunt, enitar.*

14 *Itaque decurro ad metam, vt accipiam victoriosum
præmium supernæ vocationis Dei per Ieschua Meschicho.*

15 *Quotquot igitur perfecti sunt, hæc sentiant: & si quid
aliter sentitis, & hoc Deus reuelabit vobis.*

16 *Veruntamen ad id vt pertingamus, eandem perficia-
mus semitam, eademque concordia.*

17 *Estote mihi conformes, fratres mei, & exquirite eos qui
sic incedunt iuxta similitudinem quam in nobis videtis.*

18 *Sunt enim multi, qui aliter incedunt, de quibus pluries
locutus sum vobis, nunc autem flens dico, illi infensi sunt
Meschicho.*

19 *Quorum finis perditio est, quorum Deus venter eo-
rum est: & gloria eorum dedecus ipsorum, quorum cogi-
tatio in terra versatur.*

20 *Noster autem cultus (nostra verò conuersatio) in
cœlis est: & indè expectamus nostrum Seruatorem, Domi-
num Ieschua Meschicho.*

21 *Qui quidem transfigurabit corpus humilitatis nostræ,
vt fiat in similitudinem corporis gloriæ suæ pro maxima
virtute sua, qua omnia subiecit sibi.*

CAP. IIII.

1 PRoinde fratres mei dilecti & charissimi, gaudium
meum, & corona mea, sic state in Domino nostro di-
lecti mei.

2 *Euodiam rogo, & Syntichen, vt vna sit eis voluntas
in Domino nostro.*

3 *Quinetiam te rogo mi compar vere, vt adiuues eas, quæ
laborauerunt mecum in Euangelio vnà cum Clemente,
ceteris q; adiutoribus meis quorum nomina scripta sunt
in libro vitæ.*

4 *Gaudete in Domino nostro semper, & iterum dico, gau-
dete.*

5 *Et manſuetudo vestra innotescat omnibus: Dominus
noster prope est.*

6 *De nulla re solliciti sitis, sed semper cum oratione, &
obsecratione petitiones vestræ innotescant coram Deo.*

7 *Et pax Dei, quæ maior est omni mente, custodiet corda
vestra, & mentes vestras Ieschua Meschicho.*

8 *Itaque fratres mei, quæcunq; vera sunt, & quæcun-
q; honesta, quæcunq; iusta, & quæcunq; syncera, &, quæ- Quoniã.
cunq; amabilia, & quæcunq; laudabilia, denique quæcun-
que opera gloriosa, & celebranda, hæc animo voluite.*

9 *Quæ didicistis, & accepistis, & audistis, & vidistis in
me: hæc agite, & Deus pacis erit vobiscum.*

10 *Vehementer autem gauisus sum in Domino nostro,
quod vos denuo subierit sollicitudo de me, quemadmodum
& soliciti fuistis, sed non fuistis compotes.*

11 *Non quod penuriam passus sim id dico, didici enim vt
sufficiat mihi id quod habeo.*

12 *Noui & humiliari, noui & abundare in omnibus &
per omnia institutus sum, & in satietate, & inedia, in co-
pia, & inopia;*

13 *Vt omnia viribus possim per Meschicho, qui me corro-
borat.*

14 *Veruntamen benè feciſtis, qui communicastis oppressio-
nibus meis.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Non quod iam acceperim, aut iam perfectus
sim, sequor autem si & comprehendam in quo &
comprehensus sum à Domino Iesu Christo.
Fratres, ego meipsum non arbitror comprehen-
disse: vnum autem, quæ quidem retrò obliuiscens,
iis quæ verò antè extentus.
Ad scopum persequor, ad brauium supernæ vo-
cationis Dei in Christo Iesu.

Quotquot ergo perfecti, hoc sentiamus: & si quid
aliter sapitis, & hoc Deus vobis reuelabit.
Veruntamen ad quod peruenimus, eadem incе-
dere regula, idem sapere.
Imitatores mei estote, fratres, & obseruate ita
ambulantes, sicut habetis exemplum nos.

Multi enim ambulant, quos sæpe dicebam vo-
bis (nunc autem & flens dico,) inimicos crucis
Christi.
Quorum finis interitus, quorum Deus venter,
& gloria in confusione ipsorum, illi terrena sa-
pientes.
Nostra enim administratio in cælis est, ex quo
etiam Saluatorem expectamus Dominum Iesum
Christum:
Qui reformabit corpus humilitatis nostræ, ad
esse illud configuratum corpori gloriæ suæ, secun-
dū operationē posse eū & subiicere sibiipsi omnia.

CAP. IIII.

ITaque, fratres mei dilecti & exoptati gaudium
& corona mea, sic state in Domino, dilecti.

Euhodiam rogo, & Syntychen deprecor idip-
sum sapere in Domino.
Etiam rogo & te, socie germane, opitulare eis
quæ in Euangelio simul certarunt mihi, cum &
Clemente, & cæteris cooperantibus meis, quorum
nomina in libro vitæ.
Gaudete in Domino semper, iterum dico, gau-
dete.
Modestia vestra nota sit omnibus hominibus.
Dominus prope.
Nihil solliciti sitis, sed in omni oratione & ob-
secratione cum gratiarum actione petitiones ve-
stræ innotescant apud Deum.
Et pax Dei superans omnem sensum, custodiat
corda vestra, & intelligentias vestras in Christo
Iesu.
Reliquum, fratres, quæcunque sunt vera, quæ-
cunque honesta, quæcunque iusta, quæcunque pu-
ra, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ, si
qua virtus, & si qua laus, hæc cogitate.

Quæ & didicistis & accepistis, & audistis, & vi-
distis in me, hæc agite, & Deus pacis erit cū vobis.
Gauisus sum autem in Domino magnopere,
quoniam iam aliquando reuiruistis pro me sen-
tire, & in quo & sentiebatis, oportunitate carebatis
autem.
Non quod propter penuriam dico: ego enim di-
dici, in quibus sum, contentus ipse esse.
Scio & humiliari, scio & abundare: (in omni &
in omnibus institutus sum) & satiari, & esurire, &
abundare, & penuriam pati.
Omnia possum in eo, corroborante me, Christo.

Veruntamen pulchrè feciſtis communicantes
meæ tribulationi.

Transl. Erasm. Roterod.

*Non quod apprehenderim, aut iam perfectus sim, sed
sector, si etiam apprehendam, quatenus & apprehensus
sum à Christo Iesu.*
*Fratres, ego meipsum nondum arbitror assecutum esse.
Vnum autem illud ago, ea quidem quæ à tergo sunt obliui-
scens, ad ea verò quæ à fronte sunt nitens,*
*Iuxta præfixum signum insequor ad palmam supernæ
vocationis Dei, per Christum Iesum.*

*Quotquot itaque perfecti sumus, hoc sentiamus: & si
quid aliter sentitis, hoc quoque vobis Deus reuelabit.*
*Attamen ad id quod assecuti sumus, eadem procedamus
regula, vt simus concordes.*
*Pariter estote imitatores mei fratres, & considerate
eos qui sic ambulant, quemadmodum habetis nos pro ex-
emplari.*
*Nam complures ambulant, de quibus sæpe dixi vobis,
nunc autem & flens dico, inimici crucis Christi,*

*Quorum finis perditio est, quorum Deus venter, &
gloria in dedecore ipsorum, qui terrestria curant.*

*Nam nostra conuersatio in cœlis est, ex quo & seruato-
rem expectamus, Dominum Iesum Christum,*

*Qui transfigurabit corpus nostrum humile, vt confor-
me reddat corpori suo glorioso, secundum efficaciam, qua
potest etiam subijcere sibi omnia.*

CAP. IIII.

*PRoinde fratres mei dilecti ac desiderati, gaudium &
corona mea, sic state in Domino dilecti.*

*Euodiam obsecro, & Syntychem obsecro, vt sint con-
cordes in Domino.*
*Sane rogo & tu compar germana, adiuua eas quæ in
Euangelio decertarunt mecum vnà cum Clemente quoq;
& reliquis cooperarijs meis quorum nomina sunt in libro
vitæ.*
Gaudete in Domino semper, & iterum dico, gaudete.
*Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Dominus
prope est.*
*Ne nullare solliciti sitis, sed in omni precatione & ob-
secratione cum gratiarum actione petitiones vestræ inno-
tescant apud Deum,*
*Et pax Dei quæ superat omnem intellectum, custodiet
corda vestra, & sensus vestros per Christum Iesum.*
*Quod reliquum est fratres, quæcunq; sunt vera, quæ-
cunq; honesta, quæcunq; iusta, quæcunq; pura, quæcunq;
accommoda, quæcunq; boni nominis si qua virtus, & si
qua laus: hæc cogitate,*
*Quæ & didicistis, & accepistis, & audistis, & vidistis
in me: hæc facite, & Deus pacis erit vobiscum.*
*Gauisus sum autem in Domino magnopere, quod iam
tandem reuiguit vestra, pro me sollicitudo in eo, in quo &
soluiti eratis, verum deerat oportunitas.*
*Non quod iuxta penuriam loquar. Nam ego didici, in
quibus sum, his contentus esse.*
*Noui & humilis esse, noui & excellere: vbiq; & in om-
nibus instructus sum, & saturari, & esurire, & abunda-
re, & penuriam pati.*
Omnia possum per Christum, qui me corroborat.

*Attamen rectè feciſtis, quod simul communicastis mea
afflictioni.*

Vulgat. Editio.

Scitis autem & vos Philippenſes, quod in principio Euangelij, quando profectus ſum à Macedonia nulla mihi Eccleſia communicauit in ratione dati & accepti, niſi vos ſoli.

Quia & Theſſalonicam & ſemel & bis in vſum mihi miſiſtis.

Non quia quæro datum, ſed requiro fructum abundantem in ratione veſtra.

Habeo autem omnia, & abundo: repletus ſum, acceptis ab Epaphrodito quæ miſiſtis odorem ſuauitatis, hoſtiam acceptam, placentem Deo.

* Rom. 15. b. * Deus autem meus impleat omne deſiderium veſtrum ſecundum diuitias ſuas in gloria, in Chriſto Ieſu.

Deo autem & Patri noſtro gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

Salutate omnem ſanctum in Chriſto Ieſu.

Salutant vos, qui mecum ſunt fratres, Salutant vos omnes ſancti, maximè autem qui de Cæſaris domo ſunt.

Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti cum ſpiritu veſtro. Amen.

Franſl. ex Syriac.

15 *Scitis autem & vos Philippenſes, quod in principio Euangelij quum exiui à Macedonia, ne vna quidem ex Eccleſijs communicauit mihi in ratione accipiendi & dandi, niſi vos tantùm.*

16 *Qui & Theſſalonicam ſemel & iterum neceſſitatem meam (id quo indigebam) miſiſtis.*

17 *Non quod munus requiram, ſed requiro vt fructus multiplicentur vobis.*

18 *Omnia recepi, & abundo ac expletus ſum, & accepi quacunque ad me miſiſtis per Epaphroditum, odorem ſuauem, & hoſtiam acceptam gratamq; Deo.*

19 *Deus autem meus ſuppleat omnem indigentiam veſtram ſecundum opulentiam ſuam in gloria Ieſchua Meſchicho.*

20 *Deo autem Patri noſtro laus & honor in ſeculum ſeculorum. Amen.*

21 *Poſtulate pacem omniũ ſanctorũ in Ieſchua Meſchicho.*

22 *Poſtulant pacem veſtram fratres qui mecum ſunt. Salutant vos omnes ſancti, potiſſimùm ij qui ſunt è domo Cæſaris*

23 *Gratia Domini noſtri Ieſchua Meſchicho ſit cum omnibus vobis, Amen.*



Transl. B. Ariæ Mont.

Scitis autem & vos, Philippenſes, quod in principio Euangelij, quando exij à Macedonia, nulla mihi eccleſia commicauit in rationem dationis & acceptionis, ſi non vos ſoli.

Quia & in Theſſalonica & ſemel & bis in vſum mihi miſiſtis.

Non quia quæro donum, ſed requiro fructum abundantem in rationem veſtram.

Accepi autem omnia, & abundo: repletus ſum accipiens ab Epaphrodito ea quæ à vobis, odorem ſuauitatis, hoſtiam acceptam, beneplacentem Deo.

At Deus meus impleat omnem vſum veſtrum ſecundum diuitias ſuas in gloria, in Chriſto Ieſu

At Deo, & Patri noſtro gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

Salutate omnem ſanctum in Chriſto Ieſu.

Salutant vos qui cum me fratres, ſalutant vos omnes ſancti, maximè autem qui de Cæſaris domo.

Gratia Domini Ieſu Chriſti cum omnibus vobis. Amen.

Transl. Eraſm. Roterod.

Noſtis autem & vos Philippenſes, quod in principio Euangelij cum proficiſcerer à Macedonia, nulla mihi eccleſia communicauerit in rationem dandi & accipiendi, niſi vos ſoli.

Nam & in Theſſalonica cum eſſem, ſemel & iterum, quod opus erat, mihi miſiſtis.

Non quod requiram munus ſed requiro fructum exuberantem in rationem veſtram.

Recepi tamen omnia & abundo. Expletus ſum, poſtea quam accepi ab Epaphrodito, quæ à vobis miſſa fuerant, odorem bonæ fragrantiæ, hoſtiam acceptam gratamq; Deo.

Deus autem meus ſupplebit quicquid opus fuerit vobis, ſecundum diuitias ſuas cum gloria, per Chriſtum Ieſum.

Deo autem & patri noſtro gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

Salutate omnem ſanctum in Chriſto Ieſu.

Salutant vos qui mecum ſunt fratres.. Salutant vos omnes ſancti, maximè verò qui ſunt ex Cæſaris familia.

Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti cum omnibus vobis Amen.

EPISTOLÆ BEATI PAVLI APOSTOLI

AD COLOSSENSES,

Vulgat. Editio.

CAPVT PRIMVM,

PAulus Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, & Timotheus frater:
Eis, qui sunt Colossis, sanctis, & fidelibus fratribus in Christo Iesu.
Gratia vobis, & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo. Gratias agimus Deo, & Patri Dñi nostri Iesu Christi semper pro vobis orantes:
Audientes fidem vestram in Christo Iesu, & dilectionem, quam habetis in sanctos omnes.

Propter spem, quæ reposita est vobis in cœlis: quam audistis in verbo veritatis Euangelii:

Quod peruenit ad vos, sicut & in vniuerso mundo est, & fructificat, & crescit sicut in vobis, ex ea die, qua audistis, & cognouistis gratiam Dei in veritate.
Sicut didicistis ab Epaphra charissimo conseruo nostro, qui est fidelis pro vobis minister Christi Iesu,
Qui etiam manifestauit nobis dilectionem vestram in spiritu:
Ideo, & nos ex qua die audiuimus, non cessamus pro vobis orantes, & postulantes vt impleamini agnitione voluntatis eius, in omni sapientia, & intellectu spirituali:
Vt ambuletis dignè Deo per omnia placentes: omni opere bono fructificantes, & crescentes in scientia Dei:
In omni virtute confortati secundum potentiã claritatis eius omni patientia, & longanimitate.
Cum gaudio gratias agentes Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine:
Qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum Filii dilectionis suæ.
In quo habemus redemptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum:
Qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ:
*Quoniam in ipso condita sunt vniuersa in cœlis, & in terra, visibilia, & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates: omnia per ipsum, & in ipso creata sunt:
Et ipse est ante omnes, & omnia in ipso cõstant.
Et ipse est caput corporis Ecclesiæ, *qui est principium, primogenitus ex mortuis: vt fit in omnibus ipse primatum tenens.
Quia in ipso complacuit, omnem plenitudinem inhabitare:
Et per eum reconciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in cœlis sunt.
Et vos cum essetis aliquando alienati, & inimici sensu in operibus malis:

*Ioan. 1. 3.
*1. Cor. 15. 21. Apoc. 1. 5.

EPISTOLÆ BEATI PAVLI APOSTOLI

AD COLOSSENSES,

Transl. ex Syriac.

CAPVT PRIMVM.

PAulus Apostolus Ieschua Meschicho per voluntatem Dei, & Timotheus frater: Quintus
Iis qui sunt Colossis fratribus sanctis, & fidelibus in Ieschua Meschicho:
Pax vobiscum, & gratia à Deo Patre nostro. Gratias agimus Deo Patri Dei nostri Ieschua Meschicho semper, & oramus pro vobis,
Ecce postquam audiuimus fidem vestram quæ est in Ieschua Meschicho, & charitatem vestram erga omnes sanctos:
Propter spem illam quæ asseruatur vobis in cœlis, quam quondam audistis per sermonem veritatis Euangelij:

Quod prædicatum est vobis, sicut & vniuerso mundo, crescitque, & edit fructus quemadmodum, & in vobis, ex eo die quo audistis, & cognouistis gratiam Dei in veritate.
Prout didicistis ex Epaphra conseruo nostro charissimo, qui quidem pro vobis est minister fidelis Meschicho:
Isque notam fecit nobis charitatem vestram in spiritu.

** Propterea* inquam, *& nos ex quo die audiuimus, non desistimus orare pro vobis, & poscere vt impleamini cognitione voluntatis Dei in omni sapientia, omnique intellectu spirituali.* Dominica quarta Quadragesimæ.
Vt incedatis prout æquum est, & placeatis Deo per omnia opera bona, & edatis fructus, & accrescatis in cognitione Dei.
Omnique virtute corroboremini, iuxta dignitatem gloriæ illius in omni tolerantia, & longanimitate.
Atque cum gaudio gratias agatis Deo Patri, qui dignos nos fecit ad participationem hæreditatis sanctorum in lumine.
Et exemit nos à potestate tenebrarum, & traduxit nos in regnum Filij sui dilecti:
Per quem habemus redemptionem, & remissionem peccatorum.
Qui quidem est imago Dei inuisibilis, & primogenitus omnium creaturarum.
Et per quem creata sunt omnia, quæ in cælo, & in terra omnia visibilia, omniaque inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates: omnia per ipsum, & in ipso condita sunt:
Et ipse est ante omnia, & per eum omnia consistunt.
Et ipse est caput corporis Ecclesiæ, qui est principium, & primogenitus ex mortuis, vt sit in omnibus ipse primas tenens.
Quia in ipso voluit ille (Pater) *omnem plenitudinem inhabitare:*
Et per eum reconciliare sibi omnia: & pacem composuit in sanguine crucis illius per ipsum siue eorum quæ sunt in terra, siue quæ in cælo,
**Et vos qui quondam extranei eratis, & inimici mentibus vestris propter mala opera vestra.* Feriæ, post resurrectionis.

EPISTOLÆ BEATI PAVLI APOSTOLI

AD COLOSSENSES.

Transl. B. Ariæ Mont.

CAPVT PRIMVM

PAulus Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei,& Timotheus frater,

Ijs qui in Colossis sanctis & fidelibus fratribus in Christo:

Gratia vobis,& pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo,Gratias agimus Deo,& patri Domini nostri Iesu Christi, semper pro vobis orãtes,

Audientes fidem vestram in Christo Iesu, & dilectionem quæ in omnes sanctos,

Propter spem sepositam vobis in cælis, quam præaudistis in verbo veritatis Euangelij,

Peruenientis ad vos sicut & in vniuerso mundo,& est fructificans,& crescens,sicut & in vobis, ex qua die audistis & cognouistis gratiam Dei in veritate.

Sicut didicistis ab Epaphra dilecto conseruo nostro,qui est fidelis pro vobis minister Christi.

Qui etiam declarans nobis vestram dilectionem in spiritu.

Propter hoc & nos ex qua die audiuimus, non cessamus pro vobis orantes & postulantes, vt impleamini agnitionem voluntatis eius, in omni sapientia & intellectu spirituali,

Ambulare vos dignè Domino in omnem gratiam,in omni opere bono fructificantes,& crescentes in scientiam Dei,

In omni potestate corroborati secundum vim gloriæ eius, in omni patientia & longanimitate.

Cum gaudio: gratias agentes Deo, & Patri illi idoneos faciẽti nos in partem sortis sanctorum,in lumine.

Qui eripuit nos de potestate tenebrarum,& transtulit in regnum Filij dilectionis suæ:

In quo habemus redemptionem, remissionem peccatorum:

Qui est imago Dei inuisibilis,primogenitus omnis creaturæ:

Quoniam in ipso condita sunt vniuersa quæ in cælis,& quæ in terra, visibilia & inuisibilia, siue throni,siue Dominationes,siue principatus,siue potestates:omnia per ipsum & in ipsum creata sunt:

Et ipse est ante omnes,& omnia in ipso constãt:

Et ipse est caput corporis Ecclesiæ, qui est principium,primogenitus ex mortuis: vt sit in omnibus ipse primatum tenens.

Quia in ipso complacuit,omnem plenitudinem inhabitare.

Et per eum reconciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis eius,per eum,siue quæ in terra,siue quæ in cælis.

Et vos aliquando existentes alienatos & inimicos mente,in operibus malis:

EPITSOLÆ BEATI PAVLI APOSTOLI

AD COLOSSENSES,

Transl. Erasm. Roterod.

CAPVT PRIMVM

PAulus Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei,& Timotheus frater,

Iis qui sunt Colossis sanctis ac Fidelibus fratribus in Christo.

Gratia vobis & pax à Deo patre nostro, & Domino Iesu Christo,Gratias agimus Deo & patri Domini nostri Iesu Christi,semper de vobis,cum oramus:

Quoniam audiuimus fidem vestram in Christo Iesu, & charitatem erga omnes sanctos,

Propter spem repositam vobis in cælis,de qua prius audieratis per sermonem veracem Euangelij,

Quod peruenit ad vos,quemadmodum & in toto mundo etiam fructificat,sicut & in vobis,ex eo die quo audistis & cognouistis gratiam Dei per veritatem.

Quemadmodum & didicistis ex Epaphra dilecto conseruo nostro,qui est fidus pro vobis minister Christi,

Qui & exposuit nobis vestram dilectionem in spiritu.

Propterea & nos,ex quo die audiuimus,non desituimus pro vobis orare,& poscere,vt impleamini agnitione voluntatis eius,in omni sapientia & prudentia spirituali,

Vt ambuletis dignè Domino,vt per omnia placentis, in omni opere bono fructificantes,& crescentes in agnitionem Dei,

Omni robore corroborati,iuxta potentiam gloriæ illius, ad omnem toleratiam ac patientiam,

Cum gaudio,gratias agentes patri,qui idoneos nos fecit ad participationem sortis sanctorum in lumine,

Qui eripuit nos à potestate tenebrarum,ac transtulit in regnum Filij sibi dilecti,

Per quem habemus redemptionem per sanguinem ipsius, remissionem peccatorum,

Qui est imago Dei inconspicui,primogenitus vniuersæ creaturæ,

Quod per illum creata sint omnia,quæ in cælis sunt, & quæ in terra,visibilia,& inuisibilia siue throni, siue dominationes, siue principatus,siue potestates,Omnia per illum, & in illum creata sunt,

Et ipse est ante omnia & omnia per illum consistunt,

Et ipse est caput corporis ecclesiæ, qui est principium primogenitus ex mortuis,vt sit in omnibus ipse primas tenens:

Quoniam in illo complacitum est patri vniuersam plenitudinem inhabitare.

Et per eum reconciliare cuncta erga se, pacificatis per sanguinem crucis eius per eundem,siue quæ in terra sunt, siue quæ in cælis.

Et vos qui quondam eratis abalienati,& inimici mente in operibus malis:

Vulgat. Editio.

Nunc autem reconciliauit in corpore carnis eius per mortem exhibere vos sanctos, & immaculatos & irreprehensibiles coram ipso:

Si tamen permaneris in fide fundati, & stabiles, & immobiles à spe Euangelij, quod prædicatum est in vniuersa creatura, quæ sub cœlo est, cuius factus sum ego Paulus minister.

Qui nunc gaudeo in passionibus pro vobis, & adimpleo ea, quæ desunt passionum Christi in carne mea pro corpore eius, quod est Ecclesia:

Cuius factus sum ego minister secundum dispensationem Dei, quæ data est mihi in vos, vt impleam verbum Dei:

Mysterium, quod absconditum fuit à sæculis, & generationibus, nunc autem manifestatum est sanctis eius.

Quibus voluit Deus notas facere diuitias gloriæ sacramenti huius in Gentibus, quod est Christus in vobis spes gloriæ:

Quem nos annuncianus, corripientes omnem hominem, & docentes omnem hominem, in omni sapientia, vt exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo Iesu.

In quo & laboro, certando secundum operationem eius, quam operatur in me in virtute.

CAP. II.

VOlo enim vos scire qualem solicitudinẽ habeã pro vobis, & pro eis, qui sunt Laodiciæ, & quicumque non viderunt faciẽ meam in carne:

Vt consolentur corda ipsorum, instructi in charitate, & in omnes diuitias plenitudinis intellectus, in agnitionem mysterij Dei Patris, & Christi Iesu:

In quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi.

Hoc autem dico, vt nemo vos decipiat in sublimitate sermonum.

a 1. Cor. 5. 3. *Nam etsi corpore absens sum, sed spiritu vobiscum sum: gaudens, & videns ordinem vestrum, & firmamentum eius, quæ in Christo est, fidei vestræ.

Sicut ergo accepistis Iesum Christum Dominum, in ipso ambulate.

Radicati, & superædificati in ipso, & confirmati fidè, sicut & didicistis, abundantes in illo in gratiarum actione:

Videte ne quis vos decipiat per philosophiam, & inanem fallaciam secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundum Christum:

Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter:

Et estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus, & potestatis:

In quo & circumcisi estis circumcisione, non manu facta in expolitione corporis carnis, sed in circumcisione Christi:

Consepulti ei in baptismo, in quo & resurrexistis per fidem operationis Dei, qui suscitauit illum à mortuis.

a Eph. 2. * Et vos cum mortui essetis in delictis, & præputio carnis vestræ, conuiuificauit cum illo, donans vobis omnia delicta:

Delens quod aduersus nos erat chirographum decreti, quod erat cõtrarium nobis, & ipsum tulit de medio affigens illud cruci:

Et expolians principatus, & potestates traduxit confidenter, palam triumphans illo in semetipso.

Transl. ex Syriac.

22 *Reduxit nunc in gratiam per corpus carnis suæ, & per mortem suam: vt sistat vos coram se sanctos absque nano & culpæ non obnoxios:*

23 *Si permanseritis in fide vestra confirmato fundamento vestro, nec dimoueamini à spe Euangelij illius quod audistis, quod prædicatum est in vniuersa creatura quæ sub cælo est, cuius ego Paulus factus sum minister.*

24 *Et gaudeo in passionibus, quæ sunt pro vobis, & suppleo quod deerat afflictionibus Meschicho in carne mea pro corpore ipsius, quod est Ecclesia.*

25 *Cuius ego factus sum minister, iuxta dispensationem Dei, quæ data est mihi inter vos, vt adimpleam sermonem Dei.*

26 *Arcanum illud quod abditum fuerat à seculis, & à generationibus, nunc autem patefactum est sanctis illius,*

27 *Quibus voluit Deus notum facere, quæ sit opulentia gloriæ arcani huius inter Gentes, quod est ipse Meschicho qui in vobis spes est gloriæ nostræ.*

28 *Quem nos prædicamus, & docemus, & intelligendum præbemus cuilibet homini in omni sapientia, vt sistamus (exhibeamus) omnem hominem perfectum in Ieschua Meschicho.*

29 *In hoc etenim laboro, & preces auspicor cum auxilio virtutis, quæ mihi data est.*

CAP. II.

1 *VElim autem vos scire quanta sit mihi solicitudo pro vobis, & pro his, qui sunt Laodiceæ, & pro cæteris illis, qui faciem meam non viderunt in carne,*

2 *Vt consolationem accipiant corda eorum, vt cum charitate accedant ad omnem opulentiam persuasionis, & ad intelligentiam cognitionis arcani Dei Patris, & Meschicho.*

3 *In quo abditi sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ.*

4 *Hoc autem dico, vt nemo vos seducat persuasione sermonis.*

5 *Etsi enim carne absim à vobis, tamen spiritu vobiscum sum: & gaudeo quod videam ordinem vestrum, & confirmationem fidei vestræ, quæ est in Meschicho.*

6 * *Quemadmodum igitur accepistis Ieschua Meschicho Dominum nostrum, ita in eo ambulate.* Media die consecrationis crucis.

7 *Radicibus vestris stabiliti, & ædificati in eo, & constantes in fide illa quam didicistis, vt in ea abundetis cum gratiarum actione.*

8 *Cauete ne quis vos spoliet per philosophiam, & deceptionem inanem iuxta doctrinam hominum, & iuxta rudimenta mundi, & non iuxta Meschicho.*

9 *Quoniam in eo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.*

10 *Et in eo vos quoque completi estis, qui est caput omnis principatuum, & potestatum.*

11 *Et in quo circumcisi estis circumcisione, quæ fit sine manibus, quum exuistis carnem peccatorum per circumcisionem Meschicho.*

12 *Et sepulti estis cum eo per baptismum, in quo & vna cũ eo resurrexistis, qui credidistis in virtute, Dei, qui excitauit eum à mortuis.*

13 *Et vos, quum essetis mortui in peccatis vestris, & per præputium carnis vestræ vnà cum eo viuificauit, & remisit nobis omnia peccata nostra.*

14 *Et deleuit in mandatis sibi chirographum obligationũ nostrarum quod erat nobis contrarium, illudq; sustulit è medio, ac ipsum affixit cruci suæ.*

15 *Et dum exuit corpus suum, diffamauit principatus, potestates, & confudit eos palam per seipsum.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Nunc autem reconciliauit in corpore carnis eius per mortem sistere vos sanctos,& immaculatos,& inculpatos coram ipso.

Si tamen permanetis fidei fundati & firmi, & non transmoti à spe Euangelij quod audistis, prædicati in vniuersa creatura quæ sub cœlo, cuius factus sum ego Paulus minister.

Nunc gaudeo in passionibus meis pro vobis, & rursus adimplco defectiones afflictionum Christi in carne mea,pro corpore eius, quod est Ecclesia:

Cuius factus sum ego minister, secundum dispensationem Dei datam mihi in vos, implere verbum Dei:

Mysterium illud absconditum à sæculis,& à generationibus,nunc autem manifestatum est sanctis eius:

Quibus voluit Deus notum facere quæ diuitiæ gloriæ mysterij huius inGentibus,qui est Christus. in vobis spes gloriæ:

Quem nos annunciamus, admonentes omnem hominem, & docentes in omni sapientia vt sistamus omnem hominem in Christo Iesu.

In quod & laboro, decertans secundum operationem eius operatam in me in virtute.

CAP. II.

VOlo enim vos scire quantum certamen habeam pro vobis,& pro ijs qui in Laodicia, & quotquot non viderunt faciem meam in carne:

Vt consolentur corda ipsorum,compactorum in charitate,& in omnes diuitias plenitudinis intellectus,in agnitionem mysterij Dei, Patris,& Christi:

In quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi.

Hoc autem dico,vt nemo vos decipiat in suasibilitate sermonum.

Si enim & carne absum, sed spiritu vobiscum sum:gaudens, & videns vestrum ordinem, & firmamentum eius quæ in Christum fidei vestræ.

Sicut ergo accepistis Christum Iesum Dominum,in ipso ambulate.

Radicati,& superædificati in ipso, & confirmati in fide,sicut edocti estis, abundantes in ea in gratiarum actione:

Videte ne quis vos sit abigens per philosophiam, & inanem fallaciam secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundum Christum:

Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo deitatis corporaliter.

Et estis in illo repleti,qui est caput omnis principatus & potestatis:

In quo & circuncisi estis circuncisione, non manu facta,in exutione corporis peccatorum carnis in circuncisione Christi:

Consepulti ei in baptismo,in quo & conexcitati estis per fidem operationis Dei suscitantis illum ex mortuis.

Et vos mortuos existentes in delictis, & præputio carnis vestræ, conuiuificauit vos cum illo, condonans nobis omnia delicta:

Delens illud aduersus nos chirographum edictis quod erat subcontrarium nobis, & ipsum tulit de medio,affigens illud cruci:

Expolians principatus,& potestates traduxit in libertate, triumphans illos in seipso.

Transl. Erasm. Roterod.

Nunc tamen reconciliauit in corpore carnis suæ per mortem,vt exhiberet vos sanctos,& irreprehensibiles,& inculpatos in conspectu suo.

Siquidem permanetis in fide fundati ac stabiles, nec dimouemini à spe Euangelij, quod audistis, quod prædicatum est apud vniuersam creaturam, quæ sub cælo est, cuius factus sum ego Paulus minister.

Nunc gaudeo super afflictionibus meis pro vobis, & suppleo quod deerat afflictionum Christi in carne mea, pro corpore ipsius, quod est Ecclesia.

Cuius ecclesiæ factus sum ego minister, iuxta dispensationem Dei, quæ data est mihi in vos implendi sermonem Dei.

Mysterium quod reconditum fuit à sæculis, & à generationibus, nunc autem patefactum est sanctis illius,

Quibus voluit Deus notum facere, quæ sint diuitiæ gloriæ mysterij huius inter Gentes, qui est Christus in vobis spes gloriæ.

Quem nos annunciamus, admonentes omnem hominē, & docentes omnem hominem in omni sapientia, vt exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo Iesu,

Ad quod etiam enitor, decertans secundum efficaciam eius, agentem in me per virtutem.

CAP. II.

NAm volo vos scire quantam solicitudinem habeam de vobis, & his qui sunt Laodiciæ, & quotquot non viderunt faciem meam in carne,

Vt consolationem accipiant corda illorum, cum fuerint compacti in charitate, & in omnem opulentiam certæ persuasionis intelligentiæ, in agnitionem mysterij Dei & Patris, & Christi.

In quo sunt omnes thesauri sapientiæ ac scientiæ reconditi.

Hoc autem dico, ne quis vobis imponat probabilitate sermonis.

Etenim quamuis carne sim absens, tamen spiritu vobiscum sum: gaudens ac videns vestrum ordinem, & soliditatem vestræ in Christum fidei.

Quemadmodum igitur accepistis Christum Iesum Dominum, ita in eo ambulate.

Sic vt radices habeatis in illo fixas, & in illo superstruamini confirmemini per fidem, sicut edocti estis, exuberantes in ea cum gratiarum actione.

Videte ne quis sit, qui vos deprædetur per philosophiam & inanem deceptionem iuxta traditionem hominum, iuxta elementa mundi, & non iuxta Christum.

Quoniam in illo inhabitat omnis plenitudo deitatis corporaliter.

Et estis in illo completi, qui est, caput omnis principatus ac potestatis,

Per quem & circumcisi estis circumcisione, quæ fit sine manibus, dum exuitis corpus peccatorum carnis per circumcisionem Christi.

Consepulti simul cum illo per baptismum, in quo simul etiam cum illo resurrexistis per fidem operationis Dei, qui excitauit illum ex mortuis.

Et vos, cum essetis mortui per delicta & per præputium carnis vestræ, simul cum illo viuificauit, condonans nobis omnia delicta,

Deleto, quod aduersus nos erat, chirographo, quod erat contrarium nobis per decreta, & illud sustulit è medio, affixit cruci.

Expoliatosq; principatus ac potestates ostentauit palàm, triumphans de illis per semetipsum.

Vulgat. Editio

Nemo ergo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbatorum:

Quæ sunt vmbra futurorum : corpus autem Christi.

* Nemo vos seducat, volens in humilitate, & religione Angelorum, quæ non vidit ambulans, frustra inflatus sensu carnis suæ:

Et non tenens caput, ex quo totum corpus per nexus, & coniũctiones subministratum, & constructum crescit in augmentum Dei.

Si ergo mortui estis cum Christo ab elementis huius mundi: quid adhuc tamquam viuentes in mundo decernitis?

Ne tetigeritis, neque gustaueritis, neque contrectaueritis :

Quæ sunt omnia in interitum ipso vsu, secundum præcepta, & doctrinas hominum:

Quæ sunt rationem quidem habentia sapientiæ in superstitione, & humilitate, & non ad parcendum corpori, non in honore aliquo ad saturitatem carnis.

CAP. III.

IGitur, si consurrexistis cum Christo : quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera Dei sedens:

Quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram.

Mortui enim estis, & vita vestra est abscondita cum Christo in Deo.

Cum Christus apparuerit, vita vestra: tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria.

*Mortificate ergo membra vestra, quæ sunt super terram: fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & auaritiam, quæ est simulacrorum seruitus:

Propter quæ venit ira Dei super filios incredulitatis:

In quibus & vos ambulastis aliquando, cum viueretis in illis.

* Nunc autem deponite & vos omnia: iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem de ore vestro.

Nolite mentiri inuicem, expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis,

Et induẽtes nouum, eum qui renouatur in agnitionem secũdum imaginem eius, qui creauit illũ.

Vbi non est Gentilis, & Iudæus, circumcisio, & præputium, Barbarus, & Scytha, seruus, & liber: sed omnia, & in omnibus Christus.

*Induite vos ergo sicut electi Dei, sancti, & dilecti, viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam:

Supportantes inuicem, & donantes vobismetipsis si quis aduersus aliquem habet querelam: sicut & Dominus donauit vobis, & ita & vos.

Super omnia autem hæc, charitatem habete, quod est vinculum perfectionis:

Et pax Christi exultet in cordibus vestris, in qua & vocati estis in vno corpore: & grati estote.

Verbum Christi habitet in vobis abundanter, in omni sapientia, docentes, & commonentes vosmetipsos, psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus, in gratia cantantes in cordibus vestris Deo.

Transl. ex Syriac.

16 *Nemo igitur vobis molestiam exhibeat in cibo & potu, aut in partitionibus dierum festorum, aut nouilunio-
rum, & Sabbatorum:

17 Quæ sunt vmbræ futurorum, corpus autem Meschicho est.

18 Ne quis porrò velit cum humilitate mentis vos reos efficere, vt fiatis serui cultus Angelorum, dum innititur ijs quæ non vidit, & frustra turgescit mente carnis suæ.

19 Nec amplectitur caput ex quo totum corpus coagmentatur & stabilitur per commissuras & membra & excrescit incremento Dei.

20 Si enim mortui estis cum Meschicho, ab elementis mundi, quid quasi viuatis in mundo iudicamini?

21 Ne quid tetigeris, neque gustaueris, neque adhæseris cuiquam eorum,

22 Quæ vsu corrumpuntur, suntq; precepta & doctrinæ hominum,

23 Et videntur habere rationem sapientiæ in specie humilitatis & timoris Dei: neque parcunt corpori non in eo quod honestum est, sed in ijs quæ vsui sunt carni.

CAP. III.

1 SI ergo resurrexistis vnà cum Meschicho, quæ sunt sursum quærite, vbi Meschicho sedet ad dexteram Dei. Feria quarta hesperi.

2 Quæ superna sunt sapite, & non quæ in terra.

3 Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Meschicho in Deo.

4 Quum autem Meschicho manifestatus fuerit, qui quidem est vita nostra, tunc & vos manifestabimini cum eo in gloria,

5 Mortificate igitur membra vestra terrestria, scortationem, immunditiam, & perturbationes, & concupiscentiam malam, & auaritiam, quæ est reuerentia (cultus) idolorum.

6 Propterea enim venit ira Dei in filios inobedientiæ.

7 Inter quos & vos quondam ambulabatis, quum versabamini cum eis.

8 Nunc autem deponite à vobis hæc omnia, iram, excandescentiam, malitiam, blasphemiam, sermonem impurum.

9 Ne mentiamini alius in alium, sed exuite hominem veterem cum omnibus moribus eius:

10 Et induite nouum qui renouatur per cognitionem & similitudinem conditoris sui.

11 Vbi non est Iehoudæus & Gentilis, neque circumcisio & præputium, neque Græcus & Barbarus, neque seruus & ingenuus: sed omnia & in omnibus est Meschicho.

12 Induite igitur tanquam electi Dei, sancti & dilecti miserationes, & affectum interiorem, & lenitatem, & mansuetudinem animi, & modestiam, ac longanimitatem.

13 Et sufferte alius alium, & condonate vobis mutuò. quòd si quis habet querelam aduersus proximum suum, quemadmodum Meschicho condonauit vobis, sic & vos condonate.

14 Et cum his omnibus charitas, quæ est vinculum perfectionis.

15 Et pax Meschicho gubernet corda vestra, ad quam vocati estis in vno corpore, & gratias agite Meschicho.

16 Cuius sermo inhabitet in vobis opulenter cum omni sapientia, & docete ac erudite vosmetipsos psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus: & cum gratia psallite in cordibus vestris Deo.

*Mat. 24. 4.

*Ephes. 5. 3.

*Rom. 6. 4. Eph. 4. 23 Heb 2. 1. 1. Per. 2. 1 & 4. 2.

*Eph 6. 12.

Transl. B. Ariæ Mont.

Ne ergo quis vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte festi, aut nouilunij, aut sabbatorum:

Quæ sunt vmbra futurorum, at corpus Christi.

Nemo vos seducat, volens in humilitate, & religione Angelorum, quæ non vidit incedens, frustra inflatus à sensu carnis suæ:

Et non tenens caput, ex quo totum corpus per nexus, & coniunctiones subministratum, & constructum augescit augmentum Dei.

Si ergo mortui estis cum Christo ab elementis mundi, quid tamquam viuentes in mundo dogmatizamini?

Ne tetigeris, ne gustaueris, ne contrectaueris: »

Quæ sunt omnia in corruptionem vsu, secundum præcepta & doctrinas hominum:

Quæ sunt rationem quidem habentia sapientiæ in voluntario cultu, & submissione animi, & subductione corporis, non in honore aliquo ad expletionem carnis.

CAP. III.

SI igitur consurrexistis Christo, quę sursum quęrite, vbi Christus est in dextera Dei sedens:

Quæ sursum sapite, non quæ super terram.

Mortui estis enim, & vita vestra est abscondita cum Christo in Deo.

Cum Christus apparuerit, vita nostra, tunc & vos cum ipso apparebitis in gloria.

Mortificate ergo membra vestra quæ super terram: fornicationem, immunditiem, concupiscentiam malam, & auaritiam, quæ est idololatria:

Propter quæ venit ira Dei in filios incredulitatis:

In quibus & vos ambulastis aliquando, cum viueretis in illis.

Nunc autem deponite & vos omnia, iram, excandescentiam, malitiam, blasphemiam, turpiloquium ex ore vestro.

Ne mentimini in inuicem, expoliantes veterem hominem cum actibus suis,

Et induti nouum eum renouatum in agnitionem secundum imaginem eius qui creauit eum.

Vbi non est Græcus & Iudæus, circuncisio & præputium, Barbarus, Scytha, seruus, liber: sed omnia & in omnibus Christus.

Induite ergo sicut electi Dei, sancti, & dilecti, viscera miserationis, benignitatem, humilitatem, modestiam, longanimitatem:

Supportantes alij alios & condonantes vobismetipsis, si quis aduersus aliquem habet querelam: sicut & Christus condonauit nobis, ita & vos.

Super omnia autem hæc, charitatem quæ est vinculum perfectionis:

Et pax Dei superet in cordibus vestris, in quam & vocati estis in vno corpore, & grati estote.

Verbum Christi inhabitet in vobis abundanter, in omni sapientia, docentes & commonentes vosmetipsos, psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus, in gratia cantantes in corde vestro Domino.

Transl. Erasm. Roterod.

Ne quis igitur vos iudicet in cibo aut potu, aut in parte diei festi, aut nouilunij, aut sabbathorum,

Quæ sunt vmbra rerum futurarum, corpus autem Christi.

Ne quis vobis palmam interuertat data opera per humilitatem & superstitionem Angelorum, in ijs quæ non vidit fastuosus incedens, frustra inflatus à mente carnis suæ.

Nec obtinens caput ex quo totum corpus per commissuras & compagines subministratum, & compactum, augescit augmento Dei.

Itaque mortui estis cum Christo ab elementis mundi, quid quasi viuentes in mundo, decretis teneminí?

Ne tetigeris, ne gustaueris, neque contrectaris,

Quæ omnia ipso pereunt abusu, iuxta precepta & doctrinas hominum,

Quæ verbo enim quidem habent speciem sapientiæ per superstitionem, ac humilitatem animi, & læsionem corporis, non per honorem aliquem ad expletionem carnis.

CAP. III.

ITaque si resurrexistis vnà cum Christo, supernè quærite, vbi Christus est ad dexteram Dei sedens.

Superna curate, non terrestria.

Siquidem emortui estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.

Quandocunque Christus manifestatus fuerit, vita nostra, tunc & vos cum illo manifestabimini in gloria,

Mortificate igitur membra vestra terrestria, stuprum, immunditiam, mollitiem, concupiscentiam malam, & auaritiam, quæ est simulacrorum cultus,

Ob quæ venire solet ira Dei in filios intractabiles.

Inter quos ambulabatis quondam, cum viueretis in his.

Nunc autem deponite & vos omnia, iram, indignationem, malitiam, maledicentiam, turpiloquentiam ab ore vestro,

Ne mentiamini alius aduersus alium, posteaquam exuistis veterem hominem cum factis suis,

Et induistis nouum, qui renouatur ad agnitionem & imaginem eius, qui condidit illum.

Vbi non est Græcus & Iudæus, circuncisio & præputium Barbarus, Scytha seruus & liber, sed omnia in omnibus Christus.

Sitis igitur induti tanquam electi Dei, sancti ac dilecti viscera miserationum, comitatem, modestiam, mansuetudinem, lenitatem.

Sufferentes vos inuicem, & condonantes vobis mutuò, si quis aduersus aliquem habuerit querelam, quemadmodum & Christus condonauit vobis, ita & vos.

Super omnia autem hæc, charitatem, quæ est vinculum perfectionis.

Et pax Dei palmam ferat in cordibus vestris, in quam & vocati estis in vno corpore, & grati sitis.

Sermo Christi inhabitet in vobis opulentè cum omni sapientia. Docetequè & commonete vos inuicem, cantionibus & laudibus & cantilenis spiritualibus, cum gratia canentes in corde vestro Domino.

Vulgat. Editio.

*2.Cor 10.31. Omne,quodcumque facitis in verbo,aut in opere,omnia in nomine Domini Iesu Christi, gratias agentes Deo, & Patri per ipsum.

*Eph. 5. 22. 1.Pet.3.1 *Mulieres subditæ estote viris,sicut oportet, in Domino.

Viri diligite vxores vestras,& nolite amari esse ad illas.

*Eph.6.1 *Filij obedite parentibus per omnia: hoc enim placitum est in Domino.

*Eph.6. 4 Tit.2.9. 1.Pet.2.18 Patres,nolite ad indignationem prouocare filios vestros,vt non pusillo animo fiant.

Serui obedite per omnia dominis carnalibus, nō ad oculum seruientes,quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis,timentes Deum.

Quodcunque facitis, ex animo operamini sicut Domino,& non hominibus:

Scientes quod à Domino accipietis retributionem hæreditatis.Domino Christo seruite.

*Ro.2.5 *Qui enim iniuriam facit,recipiet id,quod iniquè gessit:& non est personarū acceptio apud Deū.

CAP. IIII.

DOmini,quod iustum est & æquū, seruis præstate: scientes quod & vos Dominum habetis in cœlo.

*Luc.18. 1. *Orationi instate,vigilantes in ea in gratiarum actione:

*1.The. 5.17. Eph.6.18 1.Thes.5.25 *Orantes simul & pro nobis, vt Deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendvm mysterium Christi(propter quod etiam vinctus sum)

Vt manifestem illud ita vt oportet me loqui.

Eph.5.15 *In sapientia ambulate ad eos, qui foris sunt: tempus redimentes.

Sermo vester semper in gratia sale sit conditus, vt sciatis quomodo oporteat vos vnicuique respondere.

Quæ circa me sunt,omnia vobis nota faciet Tychicus charissimus frater,& fidelis minister & conseruus in Domino:

Quem misi ad vos ad hoc ipsum vt congnoscat quæ circa vos sunt,& consoletur corda vestra,

Cum Onesimo charissimo,& fideli fratre,qui ex vobis est.Omnia, quæ hic aguntur, nota facient vobis.

Salutat vos Aristarchus concaptiuus meus, & Marcus consobrinus Barnabæ, de quo accepistis mandata: si venerit ad vos,excipite illum:

Et Iesus,qui dicitur Iustus:qui sunt ex circumcisione:hi soli sunt adiutores mei in regno Dei,qui mihi fuerunt solatio.

Salutat vos Epaphras, qui ex vobis est, seruus Christi Iesu,semper solicitus pro vobis in orationibus,vt stetis perfecti,& pleni in omni voluntate Dei.

Testimonium enim illi perhibeo quod habet multum laborum pro vobis, & pro ijs, qui sunt Laodiciæ,& qui Hierapoli.

Salutat vos Lucas medicus charissimus, & Demas.

Salutate fratres,qui sunt Laodiciæ,& Nympham & quæ in domo eius est, Ecclesiam.

Et cum lecta fuerit apud vos epistola hæc,facite vt & in Laodicensium ecclesia legatur:& eam,quæ Laodicensium est, vos legatis.

Et dicite Archippo:Vide ministerium,quod accepisti in Domino,vt illud impleas.

Salutatio mea,manu Pauli.Memores estote vinculorum meorum.Gratia vobiscum.Amen.

Transl. ex Syriac.

17 *Et quicquid agatis sermone & opere, in nomine Domini nostri Ieschua Meschicho agite,& gratiam habete per eum Deo Patri.

18 *Vxores subdite estote maritis vestris,vt æquum est in Meschicho. Quotidie.

19 *Viri diligite vxores vestras,& ne sitis amarulenti aduersus illas.*

20 *Filij,obedite parentibus vestris per omnia:sic enim placet coram Domino nostro.*

21 *Parentes,ne ad iracundiam prouocaueritis liberos vestros,ne angoribus conficiantur.*

22 *Serui obedite per omnia heris vestris corporeis, non in aspectu oculi,tanquam illi, qui placent hominibus,sed in corde simplici,& in timore Domini.*

23 *Porrò quicquid faciatis, ex tota anima vestra facite tanquam Domino nostro,& non tanquam hominibus.*

24 *Et scitote vos à Domino nostro accepturos retributionē in hæreditate.Domino enim Meschicho seruitis.*

25 *Cæterum qui peccauerit,luet pœnas prout peccauerit, nec est acceptio facierum.*(delectus personarum.)

CAP. IIII.

1 *OHeri,exhibete æqualitatem,& iustitiam seruis vestris,& scitote vos quoq; habere Dominum in cœlis.*

2 *In oratione perseuerate,& vigilate in ea : & gratias agentes,*

3 *Et orantes etiam pro nobis,vt Deus aperiat nobis ostium sermonis,ad eloquendum arcanum Meschicho, propter quod vinctus sum.*

4 *Vt reuelem illud & eloquar,quemadmodum necesse habeo.*

5 *In sapientia ambulate erga extraneos,& redimite opportunitatem vestram,*

6 *Et sermo vester semper cum gratia tanquam sale sit conditus,vt sciatis vnusquisque quomodo vos oporteat responsum dare.*(rationem reddere.)

7 *Cæterum verum eorum,quæ apud me sunt,certiores vos reddet Tychicus frater dilectus,& minister fidelis, & conseruus noster in Domino:*

8 *Quem misi ad vos in hoc ipsum, vt cognoscat quid apud vos fiat,& consoletur corda vestra.*

9 *Cum Onesimo fratre fideli,& dilecto,qui ex vobis est. Hi certiores vos reddent eorum,quæ apud nos sunt.*

10 *Porro postulat pacem vestram*(salutat vos) *Aristarcus captiuus mecum,& Marcus consobrinus Barnabæ,de quo accepistis mandata. Quòd si venerit ad vos,excipite eum.*

11 *Et Ieschua qui vocatur Iustus, qui quidem sunt ex circumcisione : & hi soli opitulati sunt mihi in regno Dei, hique fuerunt mihi solatio.*

12 *Postulat pacem vestram Epaphras,qui ex vobis est seruus Meschicho, semper laborans pro vobis in oratione,vt stetis perfecti,& completi in omni voluntate Dei.*

13 *Testor enim de eo quòd zelum plurimum habeat pro vobis,& pro ijs qui sunt Laodiceæ,& Hierapoli.*

14 *Postulat pacem vestram Lucas medicus dilectus noster, & Demas.*

15 *Salutate fratres qui sunt Laodiceæ,& Nympham, & ecclesiam quæ est in adibus eius.*

16 *Et quum lecta fuerit apud vos hæc epistola, efficite vt in ecclesia Laodicensium legatur:& eam quæ scripta est ex Laodicea vos legite.*

17 *Et dicite Archippo: Attende ministerio illi quod accepisti in Domino nostro,vt illud adimpleas.*

18 *Salutatio hæc mea manū Pauli.Memores estote vinculorum meorum.Gratia vobiscum,Amin.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Et omne, quodcumque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini Iesu, gratias agentes Deo & Patri per ipsum.

Mulieres subditæ estote viris, sicut conuenit in Domino.

Viri diligite vxores, & ne amarulenti sitis ad illas.

Filij obedite parentibus per omnia: hoc enim beneplacitum est in Domino.

Patres, ne irritate filios vestros, vt non pusillo animo fiant.

Serui obedite per omnia secundum carnem dominis, nō in oculorum seruitus quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis, timētes Deū.

Et omne quodcunque facitis, ex animo operamini sicut Domino, & non hominibus:

Scientes à Domino accipietis retributionem hæreditatis: nam Domino Christo seruitis.

At iniuriam faciens, reportabit quod iniquè gessit: & non est personarum acceptio.

CAP. IIII.

DOmini, iustum & æquabilitatem seruis præstate: scientes quoniam & vos habetis Dominum in cælis.

Orationi perdurate, vigilantes in ea in gratiarum actione:

Orantes simul & pro nobis, vt Deus aperiat & nobis ostium sermonis loqui mysterium Chr. sti (propter quod etiam vinctus sum)

Vt manifestem illud vt oportet me loqui.

Insapientia ambulate ad eos, qui foris, tempus redimentes.

Sermo vester semper in gratia sale conditus, scire quomodo oporteat vos vnicuique respondere

Ea quæ circa me, omnia nota faciet vobis Tychicus dilectus frater, & fidelis minister & conseruus in Domino:

Quem misi ad vos ad ipsum hoc, vt congnoscat. ea quæ circa vos, & consoletur corda vestra,

Cum Onesimo fideli & dilecto fratre, qui est ex vobis: Omnia vobis nota facient quæ hic.

Salutat vos Aristarchus concaptiuus meus, & Marcus consobrinus Barnabæ: (de quo accepistis mandata: si venerit ad vos, excipite illum:)

Et Iesus dictus Iustus: existentes ex circuncisione: hi soli cooperarii in regnum Dei, qui facti sunt mihi solatium.

Salutat vos Epaphras, qui ex vobis, seruus Christi, semper decertans pro vobis in orationibus, vt stetis perfecti, & pleni in omni voluntate Dei.

Testor enim illi, quod habet zelum multum pro vobis, & ijs, qui in Laodicia, & qui in Hierapoli.

Salutat vos Lucas medicus dilectus, & Demas.

Salutate illos qui in Laodicia fratres, & Nympham, & illam quæ per domum eius Ecclesiam.

Et cum lecta fuerit apud vos epistola, facite vt & in Laodicensium ecclesia legatur: & eam, quæ Laodicia, vt & vos legatis.

Et dicite Archippo: Vide ministerium, quod accepisti in Domino, vt illud impleas.

Salutatio mea, manu Pauli. Memores estote vinculorum meorum. Gratia vobiscum. Amen.

Transl. Erasm. Roterod.

17 *Et quicquid egeritis sermone aut facto, omnia in nomine Domini Iesu facite, gratias agentes Deo & Patri per illum.*

18 *Vxores subditæ estote proprijs viris, sicuti conuenit, in Domino.*

19 *Viri diligite vxores, & ne sitis amarulenti aduersus illas,*

20 *Filij, obedite parentibus in omnibus: hoc enim bene placet Domino.*

21 *Patres, ne prouocetis liberos vestros, ne despondeant animum.*

22 *Serui, obedite per omnia ijs qui Domini sunt secundum carnē, non obsequijs ad oculū exhibitis, tanquā hominibus placere studētes cum simplicitate cordis, timentes Deum.*

23 *Et quicquid feceritis ex animo facite, tanquam Domino, & non hominibus.*

24 *Scientes, quod à Domino recipietis mercedem hæreditatis; nam Domino Christo seruitis.*

25 *Caterum qui peccarit, reportabit peccatum suum, & non est personarum respectus.*

CAP. IIII.

1 *VOs Domini, æqualitatem & æquabilitatem seruis exhibete, scientes, quod & vos habeatis Dominum in cœlis.*

2 *Obsecrationi instate, vigilantes in ea cum gratiarum actione,*

3 *Orantes simul & pro nobis, vt Deus aperiat nobis ostium sermonis, vt loquamur mysterium Christi, propter quod & vinctus sum.*

4 *Vt manifestem illud, sicut oportet me loqui.*

5 *Sapienter ambulate erga extraneos, opportunitatem redimentes,*

6 *Sermo vester semper cum gratia sit sale conditus, vt sciatis quomodo oporteat vos vnicuique respondere,*

7 *De omnibus rebus meis certiores vos faciet Tychicus dilectus frater, & fidus minister, & conseruus in Domino:*

8 *Quem misi ad vos in hoc ipsum, vt cognoscat quid agatis, & consoletur corda vestra.*

9 *Vnà cum Onesimo fido & dilecto fratre, qui est ex vobis: de omnibus vobis exponent, quæ hic agantur.*

10 *Salutat vos Aristarcus concaptiuus meus, & Marcus consobrinus Barnabæ, de quo accepistis mandata. Si venerit ad vos, excipite eum,*

11 *Et Iesus qui vocatur Iustus, qui sunt ex circumcisione. Hi soli cooperarij sunt ad regnum Dei, qui fuere mihi solatio.*

12 *Salutat vos Epaphras, qui ex vobis est, seruus Christi, semper anxiè laborans pro vobis in precationibus, vt stetis perfecti & completi in omni voluntate Dei.*

13 *Testimonium enim illi perhibeo, quòd habeat multum studium pro vobis, & his qui sunt Laodiceæ, & his qui Hierapoli.*

14 *Salutat vos Lucas medicus dilectus, & Demas.*

15 *Salutate fratres, qui sunt Laodiceæ, & Nympham, & quæ in domo illius congregationem,*

16 *Et cum recitata fuerit à vobis epistola, facite, vt & in Laodicensium ecclesia recitetur, & eam quæ scripta est ex Laodicea, vt vos quoq; legatis.*

17 *Et dicite Archippo: vide ministerium quod accepisti in Domino, vt illud impleas.*

18 *Salutatio mea manu Pauli. Memores sitis vinculorum meorum. Gratia vobiscum, Amen.*

PRIORIS EPISTOLAE B. PAVLI APOSTOLI AD THESSALONICENSES,

Vulgat. Editio.

CAPVT PRIMVM

PAulus,& Siluanus, & Timotheus Eccleſiæ Teſſalonicenſium in Deo Patre, & Domino Ieſu Chriſto. Gratia vobis & pax.

Gratias agimus,Deo ſemper pro omnibus vobis memoriam veſtri facientes in orationibus noſtris ſine intermiſſione,

Memores operis fidei veſtræ,& laboris,& charitatis,& ſuſtinentiæ ſpei Domini noſtri Ieſu Chriſti,ante Deum & Patrem noſtrum:

Scientes fratres dilecti à Deo, electionem veſtram:

Quia Euangelium noſtrum non fuit ad vos in ſermone tantũ,ſed & in virtute,& in Spiritu ſancto,& in plenitudine multa,ſicut ſcitis quales fuerimus in vobis propter vos.

Et vos imitatores noſtri facti eſtis, & Domini, excipientes verbum in tribulatione multa, cum gaudio Spiritus ſancti,

Ita vt facti ſitis forma omnibus credentibus in Macedonia,& in Achaia.

A vobis enim diffamatus eſt ſermo Domini,non ſolum in Macedonia,& in Achaia, ſed & in omni loco fides veſtra,quæ eſt ad Deum,profecta eſt, ita vt non ſit nobis neceſſe quidpiam loqui.

Ipſi enim de nobis annunciant qualem introitum habuerimus ad vos:& quomodo conuerſi eſtis ad Deum à ſimulacris,ſeruire Deo viuo,& vero,

Et expectare Filium eius de cœlis(quem ſuſcitauit ex mortuis) Ieſum,qui eripuit nos ab ira ventura.

CAP. II.

NAm ipſi ſcitis,fratres,introitum noſtrum ad vos,quia non inanis fuit:

Act.16.19 Sed ante paſsi, & * contumelijs affecti(ſicut ſcitis)in Philippis,fiduciam habuimus in Deo noſtro loqui ad vos Euangelium Dei in multa ſolicitudine.

Exhortatio enim noſtra non de errore, neque de immunditia, neque in dolo,

Sed ſicut probati ſumus à Deo vt crederetur nobis Euangelium:ita loquimur non quaſi hominibus placentes,ſed Deo,qui probat corda noſtra.

Neque enim aliquando fuimus in ſermone adulationis,ſicut ſcitis, neque in occaſione auaritiæ: Deus teſtis eſt:

Nec quærentes ab hominibus gloriam, neque à vobis,neque ab alijs.

Cum poſſemus vobis oneri eſſe vt Chriſti Apoſtoli: ſed facti ſumus paruuli in medio veſtrum, tamquam ſi nutrix foueat filios ſuos.

PRIORIS EPISTOLAE B. PAVLI APOSTOLI AD THESSALONICENSES,

Tranſl. ex Syriac.

CAPVT PRIMVM

1 *PAulus, & Siluanus, & Timotheus Eccleſiæ Theſſalonicenſium, quæ eſt in Deo Patre, & in Domino noſtro Ieſchua Meſchicho, Gratia vobiſcum & pax,*

2 *Gratias agimus Deo ſemper pro vobis omnibus, & mentionem veſtri facimus in precibus noſtris iugiter,*

3 *Ac memores ſumus coram Deo Patre operum fidei veſtræ, & laboris charitatis veſtræ, & tolerantiæ ſpei veſtræ, quæ eſt in Domino noſtro Ieſchua Meſchicho.*

4 *Siquidem nouimus electionem veſtram fratres mei, dilecti Dei.*

5 *Quoniam Euangelium noſtrum non fuit in ſermonibus tantum erga vos, ſed etiam in virtute & Spiritu ſanctitatis, & in perſuaſione vera, vt & vos ſcitis quales extiterimus inter vos veſtri cauſa.*

6 *Et vos imitatores noſtri facti eſtis, & Domini noſtri quum recepiſtis ſermonem cum afflictione multa, & cum gaudio Spiritus ſanctitatis.*

7 *Et fuiſtis exemplo omnibus credentibus qui ſunt in Macedonia, & in Achaia.*

8 *A vobis enim manauit fama ſermonis Domini noſtri, non ſolum in Macedoniam & Achaiam, ſed & in omni loco fides veſtra, quæ eſt in Deum, audita eſt, adeo vt non ſit nobis neceſſe de vobis quicquam dicere.*

9 *Quandoquidem ipſi referunt qualem introitum habuerimus apud vos, & quomodo conuerſi eſtis ad Deum à ſuperſtitione ſimulachrorum, vt coleretis Deum viuentem & veracem.*

10 *Deum expectatis Filium eius è cælis Ieſchua illum quem excitauit à mortuis, qui quidem liberat nos ab ira ventura.*

CAP. II.

1 *ET vos noſtis, fratres mei, introitum noſtrum ad vos in vanum non fuiſſe:*

2 *Sed nos antè perpaſſos & contumelijs affectos fuiſſe, vt ſcitis, Philippis, & tunc in multo certamine nos locutos fuiſſe vobiſcum per fiduciam Dei noſtri Euangelium Meſchicho.*

3 *Nam exhortatio noſtra non fuit ex impoſtura, neque ex immunditia, neque cum fraude.*

4 *Sed quemadmodum probati fuimus Deo, vt concrederetur nobis Euangelium eius: ita loquimur, non vt hominibus placeamus, ſed Deo ipſi qui probat corda noſtra.*

5 *Nec enim vnquam vſi ſumus ſermone adulationis, vt ſcitis, neque per occaſionem auaritiæ: Deus teſtis eſt.*

6 *Neque quærentes gloriam ex hominibus, nec à vobis, nec ab alijs.*

7 *Quamuis potuerimus oneri (honorati) eſſe tanquam Apoſtoli Meſchicho, ſed fuimus manſueti inter vos, & inſtar nutricis amore complectentis filios ſuos:*

PRIORIS EPISTOLAE B. PAVLI APOSTOLI AD THESSALONICENSES,

Transl. B. Ariæ Mont.

CAPVT PRIMVM

PAulus,& Siluanus, & Timotheus Ecclesiæ Tessalonicensium in Deo Patre, & Domino Iesu Christo. Gratia vobis,& pax à Deo patre nostro,& Domino Iesu Christo.

Gratias agimus Deo sẽper pro omnibus vobis, mentionem vestri facientes in orationibus nostris indesinenter.

Memores vestri operis fidei, & laboris charitatis,& sustinentiæ spei Domini nostri Iesu Christi, ante Deum & Patrem nostrum:

Scientes, fratres dilecti,à Deo electionem vestram:

Quia Euangelium nostrum non fuit ad vos in sermone tantũ sed & in virtute,& in Spiritu sancto,& in plena perceptione multa,sicut scitisquales facti simus in vobis propter vos.

Et vos imitatores nostri facti estis, & Domini, excipientes verbum in tribulatione multa, cum gaudio Spiritus sancti,

Vt fieri vos exemplaria omnibus credentibus in Macedonia,& Achaia.

A vobis enim personuit sermo Domini, non solum in Macedonia, & in Achaia, sed & in omni loco fides vestra,quæ ad Deum,exijt, vt non opus nos habere loqui quidquam.

Ipsi enim de nobis annunciant qualem introitum habuerimus ad vos:& quomodo conuersi estis ad Deum ab idolis,seruire Deo viuo, & vero,

Et expectare Filium eius de cœlis(quem suscitauit ex mortuis)Iesum, liberantem nos ab ira ventura.

CAP. II.

IPsi enim scitis,fratres, introitum nostrum qui ad vos,quia non vanus factus est.

Sed ante passi, & contumelijs affecti(sicut scitis)in Philippis,libertate vsi fuimus in Deo nostro loqui ad vos Euangelium Dei in multó certamine.

Nam exhortatio nostra non ex impostura,neque ex immunditia, neque in dolo,

Sed sicut probati sumus à Deo credi Euangelium: ita loquimur non quasi hominibus placentes,sed Deo probanti corda nostra.

Neq; enim aliquando in sermone adulationis facti sumus,sicut scitis, neque in prætextu auaritiæ: Deus testis.

Nec quærentes ex hominibus gloriam, neque à vobis,neque ab alijs.

Valentes in onere esse vt Christi Apostoli: sed facti sumus lenes in medio vestrum, tamquam si nutrix foueat suos ipsius filios.

PRIORIS EPISTOLAE B. PAVLI APOSTOLI AD THESSALONICENSES,

Transl. Erasm. Roterod.

CAPVT PRIMVM

1 *PAulus & Siluanus & Timotheus Ecclesiæ Thessalonicensium,in Deo patre & Domino Iesu Christo. Gratia vobis & pax à Deo patre nostro & Domino Iesu Christo.*

2 *Gratias agimus Deo semper de omnibus vobis,mentionem vestri facientes in precibus nostris indesinenter,*

3 *Memores vestri propter opus fidei ac laborem charitatis & quod permansistis in spe Domini nostri Iesu Christi, coram Deo & patre nostro.*

4 *Scientes,fratres dilecti à Deo, electionem vestram,*

5 *Quoniam Euangelium nostrum fuit erga vos, non per sermonem solum,verumetiam virtutem, & per Spiritum sanctum,perq; certitudinem multam,quemadmodum nostis,quales fuerimus inter vos vestra causa.*

6 *Et vos imitatores nostri facti fuistis ,& Domini recipientes sermonem cum afflictione multa cum gaudio Spiritus sancti.*

7 *Adeo vt fueritis exemplo omnibus credentibus in Macedonia, & Achaia.*

8 *A vobis enim pertonuit sermo Domini, non solum in Macedonia, & Achaia,verumetiam in omni loco fides vestra quæ est in Deum,dimanauit, vt non sit nobis necesse loqui quicquam.*

9 *Siquidem ipsi de vobis annunciant, qualem ingressum habuerimus ad vos , & quomodo conuersi fueritis ad Deum à simulacris vt seruiretis Deo viuenti & veraci,*

10 *Et expectaretis Filium eius de cœlis, quem excitauit à mortuis Iesum,qui liberat nos ab ira ventura.*

CAP. II.

1 *NAm ipsi nostis,fratres, introitum nostrum ad vos, quod non fuerit inanis,*

2 *Sed quod antè malis affecti & contumelijs affecti quemadmodum scitis, Philippis audacter egerimus in Domino nostro ad loquendum apud vos Euangelium Dei , in multo certamine.*

3 *Siquidem exhortatio nostra non fuit ex impostura ,neque ex immunditia,neque cum dolo.*

4 *Sed quemadmodum probati fueramus à Deo , vt nobis committeretur Euangelium:ita loquimur,non vt hominibus placentes, sed Deo qui probat corda nostra.*

5 *Neq; enim vnquam per sermonem adulationis versati sumus nec per occasionem auaritiæ,Deus est testis.*

6 *Neque quærentes ex hominibus gloriam,nec à vobis,nec ab alijs.*

7 *Cum possemus in autoritate esse , tanquam Apostoli Christi,sed fuimus placidi in medio vestri, perinde ac si nutrix foueat suos filios:*

Vulgat. Editio

Ita desiderantes vos, cupidè volebamus tradere vobis non solum Euangelium Dei, sed etiam animas nostras: quoniam charissimi nobis facti estis.

Memores enim estis fratres laboris nostri, & fatigationis: * nocte ac die operantes, ne quẽ vestrũ grauaremus, prædicauimus in vobis Euãgeliũ Dei.

Vos testes estis, & Deus, quàm sanctè, & iustè, & sine querela, vobis, qui credidistis, fuimus:

Sicut scitis, qualiter vnumquemque vestrum (sicut pater filios suos)

Deprecantes vos, & consolantes, testificati sumus, vt ambularetis dignè Deo, qui vocauit nos in suum regnum, & gloriam.

Ideo & nos gratias agimus Deo sine intermissione, quoniã cum accepisseris à nobis verbum auditus Dei, accepistis illud non vt verbum hominum, sed (sicut est verè) verbum Dei, qui operatur in vobis, qui credidistis.

Vos enim imitatores facti estis fratres, Ecclesiarum Dei, quæ sunt in Iudæa in Christo Iesu: quia eadem passi estis & vos à contribulibus vestris, sicut & ipsi à Iudæis:

Qui & Dominum occiderunt Iesum, & Prophetas, & nos persecuti sunt, & Deo non placent, & omnibus hominibus aduersantur,

Prohibentes nos Gentibus loqui vt saluæ fiant, vt impleant peccata sua semper: peruenit enim ira Dei super illos vsque in finem.

Nos autem fratres desolati à vobis ad tempus horæ, aspectu, non corde, abundantius festinauimus faciem vestram videre cum multo desiderio:

Quoniã voluimus venire ad vos: ego quidẽ Paulus, & semel, & iterum, sed impediuit nos Satanas.

Quæ est enim nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriæ? Nonne vos ante Dominum nostrum Iesum Christum estis in aduentu eius?

Vos enim estis gloria nostra & gaudium.

CAP. III.

PRopter quod non sustinentes amplius, placuit nobis remanere Athenis, solis:

* Et misimus Timotheum fratrem nostrum, & ministrum Dei in Euangelio Christi: ad confirmandos vos, & exhortandos pro fide vestra:

Vt nemo moueatur in tribulationibus istis: ipsi enim scitis quod in hoc positi sumus.

Nam & cum apud vos essemus, prædicebamus vobis passuros nos tribulationes, sicut & factum est, & scitis,

Propterea & ego amplius non sustinens, misi ad cognoscendam fidem vestram: ne forte tentauerit vos is, qui tentat, & inanis fiat labor noster.

Nunc autem veniente Timotheo ad nos à vobis & annunciante nobis fidem & charitatem vestram, & quia memoriam nostri habetis bonam, semper desiderantes nos videre, sicut & nos quoque vos:

Ideo consolati sumus fratres in vobis in omni necessitate, & tribulatione nostra per fidem vestram,

Quoniam nunc viuimus, si vos statis in Domino

Quam enim gratiarum actionem possumus Deo retribuere pro vobis in omni gaudio, quo gaudemus propter vos ante Deum nostrum,

Transl. ex Syriac.

8 *Sic & vos amore complectimur, desiderioq; tenemur impartiendi vobis non tantùm Euangelium Dei, sed & animas nostras, quippe qui dilecti nostri estis.*

9 *Etenim memores estis, fratres nostri, nos labores suscepisse & examinasse opere manuum nostrarum nocte & interdiu, ne cui vestrum essemus oneri.*

10 *Vos testes estis Deusque, quomodo prædicauimus vobis Euangelium Dei syncerè & iustè, & quòd inculpabiles fuerimus apud omnes fideles.*

11 *Quemadmodum scitis: vt ab vnoquoque vestrum tanquam pater à liberis suis efflagitauerimus, & consolati sumus corda vestra:*

12 *Vosque obtestatissimus vt ambularetis, sicuti decet, erga Deum illum, qui vocauit vos ad regnum suum suamque gloriam.*

13 **Quapropter & nos perseuerauter gratias agimus Deo, quod quum sermonem Dei acceperitis à nobis, non tanquam sermonem hominum accepistis eum, sed sicut verè est sermonem Dei, ipseq; operetur in vobis, & in ijs qui credunt.* Vetus scriptus habet: gratias agimus.

14 *Vos autem fratres mei, imitatores facti estis Ecclesiarum Dei, quæ sunt in Iehoudæa in Ieschua Meschicho: quod eadem perpessi fuerunt & vos à contribulibus vestris, sicut & illi ab ipsis Iehoudæis,*

15 *Qui Dominum nostrum Ieschua Meschicho trucidarunt, & Prophetas qui ex ipsis erant, nosque infectati sunt, & Deo non placent, & sunt aduersarij omnibus hominibus.*

16 *Qui prohibent nos alloqui Gentes, vt seruentur, vt scelera sua semper peragant: peruenit autem in eos ira ad finem vsque.*

17 **Nos porro fratres mei, vobis orbati fuimus ad tempus horæ, facie quidem nostra, & non nostro corde: quin potius sedulam nauauimus operam, vt faciem vestram conspiceremus cum charitate multa.* Syrus

18 *Et voluimus venire ad vos ego Paulus semel & iterum: sed obstitit mihi Satanas.*

19 *Quæ est enim spes nostra, & gaudium nostrum, & corona gloriationis nostræ, nisi vos coram Domino nostro Ieschua in aduentu ipsius?*

20 *Vos enim estis gloria nostra & gaudium nostrum.*

CAP. III.

1 *ET quoniam non ferebamus, voluimus remanere Athenis soli.*

2 *Caterùm mittemus ad vos Timotheum fratrem nostrum ministerum Dei, & adiutorem nostrum in Euangelio Meschicho: vt confirmet vos, & petat à vobis super fide vestra.*

3 *Ne quis vestrum succidatur in afflictionibus istis: vos enim scitis ad hoc nos positos esse.*

4 *Etenim quum apud vos essemus, prædicebamus vobis nos afflictum iri, quemadmodum nostis factum fuisse.*

5 *Quamobrem & ego non amplius sustinui, quin mitterem sciscitatum de fide vestra, ne fortè tentaret vos tentator ille, fieretq; labor noster irritus.*

6 *Nuper autem quum venisset ad nos Timotheus à vobis, & renuntiasset nobis de fide vestra, & de charitate vestra, & quod habeatis memoriam nostri in omni tempore, ac desiderio teneamini videndi nos, quemadmodum nos quoque vos:*

7 *Idcirco consolationem accepimus per vos fratres nostri, super omnibus angustijs & afflictionibus nostris ob fidem vestram.*

8 *Nunc enim viuimus, si vos statis in Domino nostro.*

9 *Quam enim gratiarum actionem possumus rependere pro vobis Deo super omni gaudio quo gaudemus vestri causa.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Ita cupidi vestri, auebamus tradere vobis non solum Euangelium Dei, sed etiam nostras ipsorum animas, quoniam chari nobis facti estis.

Memores estis enim, fratres laboris nostri & fatigationis: nocte enim & die operantes, ad non supergrauare quempiam vestrum, prædicauimus in vos Euangelium Dei.

Vos testes, & Deus, vt sanctè, & iustè, & inculpatè vobis credentibus facti sumus.

Sicut scitis quomodo vnumquemque vestrum (sicut pater filios suos:)

Hortantes vos, & consolantes, & testati, ad ambulare vos dignè Deo vocante, vos in suum ipsius regnum & gloriam.

Propter hoc & nos gratias agimus Deo indesinenter, quoniam accipientes verbum auditus à nobis Dei, excepistis non verbum hominum, sed (sicut est verè,) verbum Dei, qui operatur in vobis qui credentibus.

Vos enim imitatores facti estis, fratres, Ecclesiarum Dei existentium in Iudæa, in Christo Iesu, quia eadem passi estis & vos à propriis contribulibus sicut & ipsi à Iudæis,

Et Dominum occidentibus Iesum, & proprios Prophetas, & nos persequentibus, & Deo non placentibus, & omnibus hominibus aduersariis:

Prohibentibus nos Gentibus loqui vt seruentur ad implendum suapeccata semper: prænenit autem super illos ira in finem.

Nos autem, fratres, orbati à vobis ad tempus horæ, aspectu, non corde, abundantius studuimus faciem vestram videre in multo desiderio.

Ideo voluimus venire ad vos, (ego quidem Paulus, & semel, & bis,) intercidit nos Satanas.

Quæ enim nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriationis, aut nonne vos ante Dominum nostrum Iesum Christum, in eius aduentu?

Vos enim estis gloria nostra, & gaudium.

CAP. III.

Ideo non amplius sustinentes, bene visum est nobis relinqui in Athenis soli:

Et misimus Timotheum fratrem nostrum, & ministrum Dei & cooperantem nostrum in Euangelio Christi, ad stabilire vos, & exhortari vos de fide vestra:

Neminem commoueri in tribulationibus istis, ipsi enim scitis, quod in hoc positi sumus.

Etenim cum apud vos essemus, prædicebamus vobis, quod futuri essemus affligi, sicut & factum est, & scitis,

Propter hoc & ego non amplius sustinens, misi ad cognoscere fidem vestram, ne forte tentauerit vos tentans, & in vanum fiat labor noster.

Nuper autem veniente Timotheo ad nos à vobis & annunciante nobis fidem & charitatem vestram, & quia habetis memoriam nostri bonam semper, desiderantes nos videre, sicut & nos vos:

Propter hoc consolati sumus, fratres, in vobis, in omni tribulatione, & necessitate nostra per vestram fidem,

Quoniam nunc viuimus, si vos statis in Domino

Quam enim gratiarum actionem possumus Deo retribuere pro vobis in omni gaudio quo gaudemus propter vos ante Deum nostrum,

Transl. Erasm. Roterod.

8 *Sic affectu propensi in vos animo cupiebamus impertire vobis, non solum Euangelium Dei, verumetiam nostras, ipsorum animas, propterea quod chari nobis facti estis.*

9 *Meministis enim fratres laboris nostri, ac sudoris. Nocte enim ac die opus facientes ob id, ne cui vestrum essemus oneri, prædicauimus apud vos Euangelium Dei.*

10 *Vos autem testes estis & Deus, quam sanctè & iustè & inculpatè vobis cum qui credebatis, versati fuerimus.*

11 *Quemadmodum nostis, vt erga vnumquemque vestrum vt pater filios suos,*

12 *Obsecrantes vos, & consolantes & obtestantes, vt ambularetis dignè Deo, qui vocasset vos in suum regnum ac gloriam.*

13 *Quapropter & nos gratias agimus Deo indesinenter: quod cum acceperitis sermonem à nobis, quo Deum discebatis, accepistis non sermonem hominum, sed sicut erat verè, sermonem Dei, qui & agit in vobis credentibus.*

14 *Vos enim imitatores facti estis fratres, Ecclesiarum Dei quæ sunt in Iudæa, in Christo Iesu, quod eadem passi fuistis & vos à proprijs contribulibus, quemadmodum & ipsi nos à Iudæis,*

15 *Qui vt & Dominum occiderunt Iesum proprios Prophetas, ita & nos persecuti sunt, & Deo non placent, & omnibus hominibus aduersantur.*

16 *Qui obsistunt nobis, ne loquamur Gentibus, quo salui fiant, vt expleant sua peccata semper, peruenit autem in illos ira ad finem.*

17 *Caterum nos fratres, orbati vobis ad spatium temporis aspectu, non corde, vehementius studuimus videre faciem vestram cum multo desiderio.*

18 *Quapropter voluimus venire ad vos, ego quidem Paulus, & semel & iterum, & obstitit nobis Satanas.*

19 *Nam quæ est nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriationis an non & vos in conspectu Domini nostri Iesu Christi in eius aduentu?*

20 *Vos enim estis gloria nostra & gaudium.*

CAP. III.

1 *PRoinde cum non amplius ferremus visum est nobis, vt Athenis resideremus soli.*

2 *Ac misimus Timotheum fratrem nostrum ac ministrum Dei, & adiutorem operis nostri in Euangelio Christi, vt confirmaret vos, & consolaretur vos de fide nostra.*

3 *Ne quisquam turbaretur in afflictionibus his. Nam ipsi nostis, nos in hunc vsum positos esse.*

4 *Etenim cum apud vos essemus, prædicebamus vobis fore, vt afflictionem pateremur, quemadmodum & euenit, & nostis*

5 *Quapropter & ego non amplius ferens, misi ad hoc, vt cognoscerem fidem vestram, ne quo pacto tentasset vos ille qui tentat, & inanis factus esset labor noster.*

6 *Nuper autem cum venisset Timotheus ad nos à vobis, & annunciasset nobis fidem ac dilectionem vestram, & quod habeatis memoriam nostri bonam semper, desiderantes nos videre, quemadmodum nos quoque vos:*

7 *Idcirco consolationem accepimus fratres per vos super omni afflictione & necessitate nostra, per vestram fidem.*

8 *Quoniam nunc viuimus, si vos statis in Domino.*

9 *Quam enim gratiarum actionem possumus Deo rependere de vobis super omni, gaudio quod gaudemus propter vos in conspectu Dei nostri.*

Vulgat. Editio.

Nocte ac die abundantius orantes, vt videamus faciem vestram, & compleamus ea, quæ desunt fidei vestræ.

Ipse autem Deus, & Pater noster, & Dominus noster Iesus Christus dirigat viam nostram ad vos.

Vos autem Dominus multiplicet, & abundare faciat charitatem vestram in inuicem, & in omnes quemadmodum & nos in vobis:

Ad confirmanda corda vestra sine querela in sanctitate, ante Deum & Patrem nostrum, in aduentu Domini nostri Iesu Christi cum omnibus sanctis eius. Amen.

CAP. IIII.

DE cetero ergo, fratres, rogamus vos & obsecramus in Domino Iesu, vt quemadmodū accepistis à nobis quomodo oporteat vos ambulare, & placere Deo, sic & ambuletis vt abūdetis magis.

Scitis enim quæ præcepta dederim vobis per Dominum Iesum.

*Ro.12.2 Eph 5.17 *Hæc est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra: vt abstineatis vos à fornicatione,

Vt sciat vnusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione, & honore:

Non in passione desiderii, sicut & Gentes, quæ ignorant Deum:

Et ne quis supergrediatur, neque circumueniat in negotio fratrem suum: quoniam vindex est Dominus de his omnibus, sicut prædiximus vobis, & testificati sumus.

Non enim vocauit nos Deus in immunditiam, sed in sanctificationem.

Itaque qui hæc spernit, non hominem spernit, sed Deum: qui etiam dedit Spiritum suum sanctum in nobis.

*Io.15. 34. & 13.34. 1.Io 2.10 & 4.21. De charitate autem fraternitatis non necesse habemus scribere vobis: * ipsi enim vos à Deo didicistis vt diligatis inuicem.

Etenim illud facitis in omnes fratres in vniuersa Macedonia. Rogamus autem vos fratres vt abundetis magis:

Et operam detis vt quieti sitis, & vt vestrum negotium agatis, & operemini manibus vestris, sicut præcepimus vobis:

Et vt honestè ambuletis ad eos, qui foris sunt: & nullius aliquid desideretis.

Nolumus autem vos ignorare fratres de dormientibus, vt non contristemini sicut & ceteri, qui spem non habent:

Si enim credimus quod Iesus mortuus est, & resurrexit: ita & Deus eos, qui dormierunt per Iesum, adducet cum eo.

*1.Cor.15 24. Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, * quia nos, qui viuimus, qui residui sumus in aduentum Domini, non præueniemus eos, qui dormierunt.

Quoniam ipse Dominus in iussu, & in voce Archangeli, & in tuba Dei descendet de cœlo: & mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi.

Deinde nos, qui viuimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aera, & sic semper cum Domino erimus.

Itaque consolamini inuicem in verbis istis,

CAP. V.

DE temporibus autem, & momentis fratres non indigetis vt scribamus vobis.

Transl. ex Syriac.

Sed coram Deo magis preces fundimus noctu & interdiu, vt consp iciamus faciem vestram, & perficiamus quod deest fidei vestræ,

Ipse autem Deus Pater noster, & Dominus noster Ieschua Meschicho dirigat viam nostram ad vos.

Et multiplicet & abundare faciat charitatem vestram vnius erga alterum, & erga vnumquemque, sicut & nos amore vos complectimur.

Et confirmet corda vestra inculpabilia in sanctimonia coram Deo Patre nostro in aduentu Domini nostri Ieschua Meschicho cum omnibus Sanctis eius.

CAP. IIII.

PRoinde fratres mei, petimus à vobis, & obsecramus vos per Dominum nostrum Ieschua, vt quemadmodum accepistis à nobis quomodo oporteat vos ambulare & placere Deo, vt magis abundetis. Epistola

Nostis enim quæ præcepta dederimus vobis per Dominum nostrum Ieschua Meschicho.

Hæc enim est voluntas Dei sanctificatio vestra, & vt abstineatis ab omni scortatione:

Et sciat vnusquisque vestrum possidere vas suum in sanctificatione & honore,

Non autem in passionibus concupiscentiæ, sicut ceteræ Gentes illæ, quæ non norunt Deum.

Neque sitis audaces ad transgrediendum, & ad circumueniendum quisque fratrem suum in aliquo negotio: quandoquidem Dominus noster vltor est de his omnibus, sicut & ante hoc tempus diximus vobis, ac testati sumus.

Non enim vocauit nos Deus ad spurcitiam, sed ad sanctificationem.

Itaque qui hæc aspernatur, non hominem aspernatur, sed Deum ipsum qui dedit in vos Spiritum suum sanctum.

Porro de charitate fraterna non necesse habetis vt scribam vobis: vos enim ipsi edocti estis à Deo, vt mutuo amore vos complectamini.

Et sic facitis erga omnes fratres qui sunt in tota Macedonia. Cæterum vos rogo, fratres mei, vt abundetis:

Vt & sedulam nauetis operam, vt sitis quieti, & occupati in operibus vestris: & operemini propriis manibus, quemadmodum præcepimus vobis.

Vt conuersemini comiter cum extraneis, nullius que opera egeatis.

** Velim autem vos scire, fratres mei, vt de ijs qui obdormiunt non contristemini, sicut & cæteri homines, qui spem non habent.* * Defunctorum.

Si enim credimus Ieschua mortuum esse, & resurrexisse: ita & Deus eos qui obdormierunt per Ieschua, adducturus est cum illo.

Hoc autem dicimus vobis in verbo Domini nostri, quod nos qui reliqui erimus in aduentu Domini nostri, qui viuemus: nequaquam præuenientes eos qui obdormierunt.

Quandoquidē ipse Dominus noster iussu & voce Principis Angelorum, & tuba Dei descendet de cælo: & mortui qui sunt in Meschicho, resurgent primum.

Et tunc nos qui reliqui erimus, qui viuemus, rapiemur vnà cū eis in nubibus in occursum Domini nostri in aera, & sic semper cum Domino nostro erimus.

Itaque consolamini vos mutuo his sermonibus.

CAP. V.

CÆterum de temporibus & momentis, fratres mei, non necesse habetis vt scribam vobis.

Transl. B. Ariæ Mont.

Nocte ac die super ex abundanti orantes ad videndum vestram faciem,& complere defectiones fidei vestræ?

Ipse autē Deus, & pater noster, & Dominus noster Iesus Christus dirigat viam nostram ad vos.

Vos autem Dominus multiplicet, & abundare faciat charitate in inuicem,& in omnes,quemadmodum & nos in vos:

Ad confirmare vestra corda inculpata in sanctitate, ante Deum & patrem nostrum, in aduentu Domini nostri Iesu Christi cum omnibus sanctis eius. Amen.

CAP. IIII.

Reliquum ergo, fratres, rogamus vos, & obsecramus in Domino Iesu, quamadmodum accepistis à nobis quomodo oporteat vobis ambulare & placere Deo, vt abundetis magis.

Scitis enim quæ precepta dederimus vobis per Dominum Iesum.

Hæc enim est voluntas Dei, sanctificatio vestra: abstinere vos à fornicatione:

Scire vnumquemque vestrum suum ipsius vas possidere in sanctificatione,& honore:

Non in passione desiderij, sicut & Gentes nescientes Deum.

Non opprimere, & circunuenire in negotio fratrem suum, quoniam vindex Dominus de omnibus his,sicut & prædiximus vobis, & pertestificati sumus.

Non enim vocauit nos Deus in impuritate, sed in sanctificatione.

Itaque reijciens non hominem reijcit,sed Deum & dantem spiritum suum sanctum in nobis.

De autem charitate fraternitatis non opus habetis scribere vobis: ipsi enim vos à Deo docti estis,ad diligendum alij alios.

Etenim facitis illud in omnes fratres qui in vniuersa Macedonia, rogamus autem vos,fratres, abundare magis.

Et contendere quiete agere, & agere propria, & operari propriis manibus vestris, sicut vobis annunciauimus.

Vt ambuletis honeste ad eos qui foris,& nullius opus habeatis.

Non volumus autem vos ignorare,fratres,de dormientibus, vt non contristemini, sicut & reliqui non habentes spem.

Si enim credimus quod Iesus mortuus est,& resurrexit: ita & Deus dormientes per Iesum, aget cum eo.

Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini,quia nos viuentes, relicti in aduentum Domini, non præueniemus dormientes.

Quoniam ipse Dominus iussu,in voce archangeli,& in tuba Dei descendet de cælo,& mortui in Christo resurgent primum.

Deinde nos viuentes, relicti,simul cum illis rapiemur in nubibus in occursum Domini in aera, & sic semper cum Domino erimus.

Itaque consolamini alij alios in verbis istis.

CAP. V.

De autem temporibus & momentis, fratres, non opus habetis vobis scribi.

Transl. Erasm. Roterod.

10 *Nocte ac die supra modum orantes, vt videamus vestram faciem, & suppleamus quæ desunt fidei vestræ.*

11 *Ipse vero Deus & pater noster & Dominus noster Iesus Christus dirigat viam nostram ad vos.*

12 *Vos autem Dominus abundantes & exuberantes faciat mutua inter vos charitate, & in omnes, quemadmodum & nos in vos.*

13 *Vt confirmet corda vestra, irreprehensibilia in sanctimonia coram Deo & patre nostro, in aduentu Domini nostri Iesu Christi, cum omnibus sanctis eius.*

CAP. IIII.

1 *Quod superest igitur fratres, rogamus vos & adhortamur per dominum Iesum, quemadmodum accepistis à nobis, quomodo oporteat vos versari, & placere Deo, vt abundetis magis.*

2 *Nostis enim, quæ præcepta dederimus vobis per Dominum nostrum Iesum.*

3 *Hæc enim est voluntas Dei, sanctificatio vestra, vt abstineatis à fornicatione.*

4 *Et sciat vnusquisq; vestrum suum vas possidere, cum sanctificatione & honore.*

5 *Non cum affectu concupiscentiæ, quemadmodum & gentes, quæ non nouerunt Deum.*

6 *Ne quis opprimat ac fraudet in negotio fratrem suum, propterea quod vltor est Dominus de omnibus his, quemadmodum & ante diximus vobis, ac testati sumus.*

7 *Non enim vocauit nos Deus immunditiæ causa, sed ad sanctificationem.*

8 *Proinde qui reijcit, non reijcit hominem, sed Deum, qui dedit spiritum suum sanctum in vos.*

9 *Cæterum de fraterna charitate non necesse habetis, vt scribam vobis. Ipsi namque diuinitus docti estis, vt diligatis vos inuicem.*

10 *Nam & facitis hoc erga cunctos fratres qui sunt in tota Macedonia. Obsecramus autem vos fratres, vt abundetis magis,*

11 *Et in hoc incumbatis, vt quieti sitis, & agatis res proprias, & operemini propriis manibus vestris, sicut vobis præcepimus.*

12 *Vt vos geratis honestè erga extraneos, & nulla re vobis sit opus.*

13 *Cæterum nolo vos ignorare fratres de ijs qui obdormierunt, ne doleatis, quemadmodum & cæteri non habentes spem.*

14 *Nam si credimus, quod Iesus mortuus est & resurrexit, sic & Deus eos qui obdormierunt per Iesum, adducet cum illo.*

15 *Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quod nos qui viuemus & reliqui erimus in aduentum Domini, nequaquam præueniemus eos qui dormiunt.*

16 *Quoniam ipse Dominus cum hortatu & voce archangeli, ac tuba Dei descendet de cælo, & mortui in Christo resurgent primum.*

17 *Deinde nos qui viuemus, qui reliqui erimus simul cum illis rapiemur in nubibus in occursum Domini in aera, & sic semper cum Domino erimus.*

18 *Proinde consolemini vos mutuo sermonibus his.*

CAP. V.

1 *Porrò de temporibus & articulis temporum fratres, non est opus vt vobis scribam.*

Vulgat. Editio.

*2.Pet.3. Apoc.3.3. & 16.15. *Ipſi enim diligenter ſcitis quia dies Domini ſicut fur in nocte, ita veniet.

Cum enim dixerint, pax, & ſecuritas, tunc repentinus eis ſuperueniet interitus, ſicut dolor in vtero habenti, & non effugient.

Vos autem fratres non eſtis in tenebris, vt vos dies illa tamquam fur comprehendat.

Omnes enim vos filii lucis eſtis, & filij diei: non ſumus noctis, neque tenebrarum.

Igitur non dormiamus ſicut & ceteri, ſed vigilemus, & ſobrij ſimus.

Qui enim dormiunt, nocte dormiunt: & qui ebrij ſunt, nocte ebrij ſunt.

Nos autem diei ſumus, ſobrij ſumus. *induti loricam fidei, & charitatis, & galeam, ſpem ſalutis:

*Iſa.59. 17. Eph.6.17.

Quoniam non poſuit nos Deus in iram, ſed in acquiſitionem ſalutis per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum,

Qui mortuus eſt pro nobis, vt ſiue vigilemus, ſiue dormiamus, ſimul cum illo viuamus.

Propter quod conſolamini inuicem, & ædificate alterutrum, ſicut & facitis.

Rogamus autem vos fratres vt noueritis eos, qui laborant inter vos, & præſunt vobis in Domino, & monent vos,

Et habeatis illos abundantius in charitate propter opus illorum, pacem habete cum eis.

Rogamus autem vos fratres, corripite inquietos, conſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos, patientes eſtote ad omnes.

*Prou.17. 13. & 20. 22. Rom.12.17. 1 Pet.3.9 Eccli.28. 22. *Videte ne quis malum pro malo alicui reddat, ſed ſemper quod bonum eſt ſectamini in inuicem, & in omnes.

Semper gaudete.

*Luc.18. 1. * Sine intermiſſione orate.

Col.4. 2 In omnibus gratias agite: hæc eſt enim voluntas Dei in Chriſto Ieſu in omnibus vobis.

Spiritum nolite extinguere.

Prophetias nolite ſpernere.

Omnia autem probate, quod bonum eſt tenete.

Ab omni ſpecie mala abſtinete vos.

Ipſe autem Deus pacis ſanctificet vos per omnia vt integer ſpiritus veſter, & anima, & corpus ſine querela in aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruetur.

*Fidelis eſt, qui vocauit vos: qui etiam faciet.

*1. Cor. 1.9.

Fratres orate pro nobis:

Salutate fratres omnes in oſculo ſancto.

Adiuro vos per Dominum vt legatur epiſtola hæc omnibus ſanctis fratribus.

Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti vobiſcum. Amen.

Tranſl. ex Syriac.

2 *Vos enim verè ſcitis diem Domini noſtri, vt fur in nocte, ita venturum.*

3 *Quum dixerint pax & tranquillitas, tunc repentina inſurget in eos perditio, ſicuti dolor partus vterum geſtanti, nec effugient.*

4 *Vos autem fratres mei, non eſtis in tenebris, vt dies ille tanquam fur vos deprehendat.*

5 *Vos enim omnes eſtis, filij lucis, & filij diei: nec ſtis filij noctis, neque filij tenebrarum.*

6 *Ne dormiamus ergo ſicut cæteri, ſed vigilemus & ſobrij ſimus.*

7 *Illi enim qui dormiunt, nocte dormiunt, & qui ſunt ebrij, nocte ſunt ebrij.*

8 *Nos autem qui filij diei ſumus, vigilemus mente noſtra & induamus loricam fidei & charitatis, & imponamus capiti galeam ſpei ſalutis.*

9 *Quoniam non poſuit nos Deus ad iram, ſed ad poſſeſſionem ſalutis per Dominum noſtrum Ieſchua Meſchicho.*

10 *Qui quidem mortuus eſt pro nobis, vt ſiue vigilemus ſiue dormiamus, ſimul cum eo viuamus.*

11 *Quamobrem vos mutuò conſolamini, & alter alterum ædificetis ſicut & facitis.*

12 * *Obſecramus autem vos fratres mei vt agnoſcatis eos qui laborant inter vos, & qui conſtituti ſunt pro vobis, quique vos docent.* * Deut. 32. 15. vt in Hebræo.

13 *Vt habeantur vobis in charitate abundantiori, propter eorum opera pacem habete cum eis.*

14 *Obſecramus autem vos, fratres mei, erudite errantes, & conſolamini puſillanimes, & excipite onus eorum qui infirmi ſunt, & longanimes eſtote erga vnumquemque.*

15 *Et cauete ne quis veſtrum malum pro malo rependat, ſed ſemper ſectamini bonum, tum erga vos inuicem, tum erga vnumquemque.*

16 *Et gaudete ſemper,*

17 *Et orate ſine intermiſſione;*

18 *Et in omnibus gratias agite: hæc eſt enim voluntas Dei per Ieſchua Meſchicho in vobis.*

19 *Spiritum ne extinguatis,*

20 *Prophetiam ne aſpernamini.*

21 *Omnia probate, & quod bonum eſt tenete.*

22 *Ab omni voluntate mala fugite.*

23 *Ipſe autem Deus pacis vos omnes perfectè ſanctificet, & totum ſpiritum veſtrum, & animam veſtram & corpus veſtrum cuſtodiat, vt culpa careatis in aduentu Domini noſtri Ieſchua Meſchicho.*

24 *Fidelis eſt ille qui vocauit vos, vt hoc faciat.*

25 *Fratres mei, orate pro nobis.*

26 *Salutate fratres omnes cum oſculo ſancto.*

27 *Adiuro vos per Dominum noſtrum, vt legatur hæc Epiſtola omnibus fratribus ſanctis.*

28 *Gratia Domini noſtri Ieſchua Meſchicho ſit vobiſcum. Amen.*

Transl. B. Ariæ Mont.		Transl. Erasm. Roterod.
Ipsi enim diligenter scitis, quia dies Domini sicut fur in nocte, ita venit.	2	*Ipsi enim planè scitis, quod dies ille Domini, vt fur in nocte, ita venturus sit.*
Cum enim dixerint, Pax & securitas, tunc repentinus eis imminet interitus, (sicut dolor in vtero habenti) & non effugient.	3	*Cum enim dixerint, pax & tuta omnia tunc repentinus eis imminet interitus, sicuti dolor partus mulieri prægnanti, nec effugient.*
Vos autem, fratres, non estis in tenebris, vt dies vos tanquam fur comprehendat.	4	*At vos fratres, non estis in tenebris, vt dies ille vos tanquam fur opprimat.*
Omnes vos filii lucis estis, & filij diei: non sumus noctis, neque tenebrarum.	5	*Omnes vos filij lucis estis, ac filij diei: non sumus noctis, neq; tenebrarum.*
Nempe igitur non dormiamus sicut & reliqui sed vigilemus, & sobrii simus.	6	*Proinde ne dormiamus, sicut & cæteri, sed vigilemus & sobrij simus.*
Nam dormientes, nocte dormiunt: & inebriati, nocte ebrii sunt.	7	*Nam qui dormiunt, nocte dormiunt, & qui inebriantur nocte sunt ebrij,*
Nos autem diei existentes filij, sobrii simus induti thoracem fidei, & charitatis, & galeam, spem salutis.	8	*At nos qui sumus diei, sobrij simus, induti thoracem fidei & charitatis, & pro galea spem salutis.*
Quoniam non posuit nos Deus in iram, sed in assertionem salutis per Dominum nostrum Iesum Christum,	9	*Quoniam non constituit nos Deus, vt iram nobis concitemus, sed vt salutem consequamur per Dominum nostrum Iesum Christum,*
Mortuum pro nobis, vt siue vigilemus, siue dormiamus, simul cum illo viuamus.	10	*Qui mortuus est pro nobis, vt siue vigilemus, siue dormiamus, simul cum illo viuamus.*
Ideo consolamini alii alios, & ædificate vnus vnum, sicut & facitis.	11	*Quapropter adhortemini vos mutuò, & ædificetis singuli singulos, sicut & facitis.*
Rogamus autem vos, fratres, nosse laborantes in vobis, & præsidentes vobis in Domino, & admonentes vos,	12	*Rogamus autem vos fratres, vt agnoscatis eos, qui laborant inter vos, & qui præsunt vobis in Domino, & admonent vos,*
Et ducere illos super exabundanti in charitate, propter opus illorum, pacem habere in vobis ipsis.	13	*Vt habeatis illos in summo precio per charitatem propter opus illorum: pacem habete cum illis.*
Rogamus autem vos, fratres, monete inordinatos, consolamini pusillanimes, sustinete infirmos, longanimes estote ad omnes.	14	*Obsecramus autem vos fratres, monete inordinatos, consolamini pusillanimes, sublevate infirmos, patientes estote erga omnes.*
Videte ne quis malum pro malo alicui reddat: sed semper bonum sectamini, & in inuicem, & in omnes.	15	*Videte, ne quis malum pro malo cuipiam reddat, sed semper quod bonum est, sectemini, tum erga vos inuicem, tum erga omnes.*
Semper gaudete.	16	*Semper gaudete,*
Indesinenter orate.	17	*Indesinenter orate,*
In omni gratias agite: hæc enim voluntas Dei in Christo Iesu in vos.	18	*In omnibus gratias agite. Hæc enim est voluntas Dei per Christum Iesum erga vos.*
Spiritum ne extinguite:	19	*Spiritum ne extinguatis,*
Prophetias ne nihili facite.	20	*Prophetias ne aspernemini.*
Omnia explorantes, bonum tenete.	21	*Omnia probate: quod bonum fuerit, tenete.*
Ab omni specie mala abstinete.	22	*Ab omni specie mala abstinete.*
Ipse autem Deus pacis sanctificet vos omnino perfectos: & integer vester spiritus, & anima, & corpus inculpatè in aduentu Domini nostri Iesu Christi seruetur.	23	*Ipse autem Deus pacis sanctificet vos totos. Et integer vester spiritus, & anima & corpus, ita vt in nullo possitis culpari, in aduentu Domini nostri Iesu Christi seruetur.*
Fidelis ille vocans vos, qui etiam faciet spem vestram tutam.	24	*Fidelis est qui vocauit vos, qui idem efficiet.*
Fratres, orate pro nobis:	25	*Fratres, orate pro nobis.*
Salutate fratres omnes in osculo sancto.	26	*Salutate fratres omnes cum osculo sancto.*
Adiuro vos Dominum, legi epistolam omnibus sanctis fratribus.	27	*Adiuro vos per Dominum, vt recitetur hæc epistola omnibus sanctis fratribus.*
Gratia Domini nostri Iesu Christi vobiscum. Amen.	28	*Gratia Domini nostri Iesu Christi sit vobiscum. Amen.*

POSTERIORIS EPISTOLAE B. PAVLI APOSTOLI AD THESSALONICENSES.

Vulgat. Editio.

CAPVT PRIMVM.

PAulus, & Siluanus, & Timotheus: Eccleſiæ Theſſalonicenſium in Deo Patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto.

Gratia vobis, & pax à Deo Patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto.

Gratias agere debemus ſemper Deo pro vobis, fratres, ita vt dignum eſt, quoniam ſupercreſcit fides veſtra, & abundat charitas vniuſcuiuſque veſtrum in inuicem:

Ita vt & nos ipſi in vobis gloriemur in Eccleſijs Dei, pro patientia veſtra, & fide, & in omnibus perſecutionibus veſtris, & tribulationibus, quas ſuſtinetis.

In exemplum iuſti iudicij Dei, vt digni habeamini in regno Dei, pro quo & patimini.

Si tamen iuſtum eſt apud Deum retribuere tribulationem iis, qui vos tribulant:

Et vobis, qui tribulamini, requiem nobiſcum in reuelatione Domini Ieſu de cœlo cum Angelis virtutis eius,

In flamma ignis dantis vindictam iis, qui non nouerunt Deum, & qui non obediunt Euangelio Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Qui pœnas dabunt in interitu æternas à facie Domini, & à gloria virtutis eius:

Cum venerit glorificari in ſanctis ſuis, & admirabilis fieri in omnibus, qui crediderunt, quia creditum eſt teſtimonium noſtrum ſuper vos in die illo.

In quo etiam oramus ſemper pro vobis: vt dignetur vos vocatione ſua Deus noſter, & impleat omnẽ voluntatẽ bonitatis & opus fidei in virtute.

Vt clarificetur nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti in vobis, & vos in illo ſecundum gratiam Dei noſtri, & Domini Ieſu Chriſti:

CAP. II.

ROgamus autem vos, fratres, per aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti, & noſtræ congregationis in ipſum:

Vt non cito moueamini à veſtro ſenſu, neque terreamini, neque per ſpiritum, neque per ſermonem neque per epiſtolam tamquam per nos miſſam, quaſi inſtet dies Domini.

*Ne quis vos ſeducat vllo modo, quoniam niſi venerit diſceſſio primum, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis,

Qui aduerſatur, & extollitur ſupra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in templo Dei ſedeat oſtendens ſe tamquam ſit Deus.

Non retinetis quòd cum adhuc eſſem apud vos, hæc dicebam vobis?

Et nunc quid detineat ſcitis, vt reueletur in ſuo tempore.

*Sph. 5. 6

POSTERIORIS EPISTOLAE B. PAVLI APOSTOLI AD THESSALONICENSES.

Tranſl. ex Syriac.

CAPVT PRIMVM.

1 *PAulus & Siluanus, & Timotheus Eccleſiæ Theſſalonicenſium; quæ eſt in Deo Patre noſtro, & Domino noſtro Ieſchua Meſchicho:*

2 *Gratia vobiſcum, & pax à Deo Patre noſtro, & à Domino noſtro Ieſchua Meſchicho.*

3 *Gratias agere debemus Deo ſemper de vobis, fratres mei, vt par eſt, quod magis augeſcat fides veſtra, ac multiplicetur charitas veſtrum omnium vniuſcuiuſque erga proximum ſuum.*

4 *Vt & nos in vobis gloriemur in Eccleſiis Dei ob fidem veſtram, & tolerantiam veſtram in omni perſecutione veſtra, & oppreſſionibus veſtris quas ſuſtinetis,*

5 *Ad demonſtrationem iuſti iudicij Dei, vt digni habeamini illo regno Dei pro quo patimini.*

6 *Siquidem iuſtum eſt coram Deo rependere oppreſſionem oppreſſoribus veſtris:*

7 *Vobis autem qui opprimimini requiem nobiſcum in reuelatione Domini noſtri Ieſchua Meſchicho de cælo cum virtute (exercitu) Angelorum ſuorum.*

8 *Quum facturus eſt vltionem igne depaſcente, de ijs qui non nouerunt Deum, & de ijs qui non agnouerunt Euangelium Domini noſtri Ieſchua Meſchicho.*

9 *Qui quidem pœnas luent perditionis æterna à facie Domini noſtri, & à gloria virtutis eius.*

10 *Quum venerit vt glorificetur in ſanctis ſuis, & oſtendat miracula ſua in fidelibus ſuis, vt credatur teſtimonium noſtrum erga vos in die illo.*

11 *Propterea ſemper oramus pro vobis, vt dignos vos efficiat Deus vocatione veſtra, & adimpleat vobis omnem voluntatem bonam & opus fidei in virtute.*

12 *Vt laudibus exornetur in vobis nomen Domini noſtri Ieſchua Meſchicho, & vos in illo ſecundum gratiam Dei noſtri, & Domini noſtri Ieſchua Meſchicho.*

CAP. II.

1 *OBſecramus autem vos, fratres mei, ob aduentum Domini noſtri Ieſchua Meſchicho, & noſtri aggregationem ad eum,*

2 *Ne cito dimoueamini à mentibus veſtris, neque obſtupefactæ neque à ſermone, neque à ſpiritu, neque ab epiſtola, acſi à nobis eſſet, quòd ecce forſitan inſtet dies Domini noſtri.*

2 *Ne quis imponat vobis vllo modo: quoniam niſi venerit prius rebellio, & reuelatus fuerit homo ille peccati, filius perditionis,*

4 *Qui aduerſarius eſt, & effertur ſupra omnem qui vocatur Deus & religio, adeo vt & in templo Dei tanquam Deus ſedeat, & oſtentet ſeipſum quaſi Deus ſit.*

5 *Nonne in memoriam reuocatis, quod quum apud vos eſſem, hæc dixerim vobis?*

6 *Et nunc ſcitis quid detineat, vt reueletur ſuo tempore.*

Crypſus. in cata Epiſtolam.

POSTERIORIS EPISTOLAE B. PAVLI APOSTOLI AD THESSALONICENSES,

Transl. B. Ariæ Mont.

CAPVT PRIMVM.

PAulus & Siluanus,& Timotheus,Eccleſiæ Theſſalonicenſium in Deo patre noſtro,& Domino Ieſu Chriſto:

Gratia vobis,& pax à Deo patre noſtro & Domino Ieſu Chriſto.

Gratias agere debemus Deo ſemper pro vobis, fratres,ita vt dignum eſt, quoniam ſuperaugeſcit fides veſtra, & abundat charitas vniuſcuiuſque omnium veſtrum in inuicem.

Vt nos ipſos in vobis gloriari in Eccleſiis Dei, pro patientia veſtra, & fide in omnibus perſecutionibus veſtris,& tribulationibus,quas ſuſtinetis:

Indicium certum iuſti iudicii Dei, ad dignos cenſeri vos regno Dei,pro quo & patimini.

Si quidem iuſtum apud Deum,retribuere tribulantibus vos tribulationem:

Et vobis tribulatis relaxationem cum nobis, in reuelatione Domini Ieſu Chriſti de cælo cum Angelis virtutis eius.

In igni flammæ, dantis vindictam non ſcientibus Deum,& non obedientibus Euangelio Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Qui pœnas luent exitium æternum,à facie Domini,& à gloria fortitudinis eius:

Cum venerit glorificari in ſanctis ſuis,& admirabilis fieri in omnibus credentibus, quia creditum eſt teſtimonium noſtrũ ſuper vos in die illo.

In quod etiam oramus ſemper pro vobis,vt vos dignetur vocatione Deus noſter & impleat omnẽ bonã voluntatẽ bonitatis,& opus fidei in virtute.

Vt gloſicetur nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti in vobis,& vos in illo,ſecundum gratiam Dei noſtri,& Domini Ieſu Chriſti.

CAP. II.

ROgamus autem vos, fratres, per aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti,& noſtræ congregationis in ipſum,

Ad non cito dimoueri vos à ſenſu,neque turbari,neque per ſpiritum,neque per ſermonem,neque per epiſtolam tanquam per nos quaſi quod inſtet dies Chriſti.

Ne quis vos ſeducat ſecundum vllum modum, quoniam ſi non venerit diſceſſio primum, & reuelatus fuerit homo peccati,ille filius perditionis:

Ille oppoſitus, & elatus ſupra omnem dictum Deum aut numen,ita vt eum in templumDei tanquam Deum ſedere, oſtendentem ſeipſum quod ſit Deus.

Non meminiſtis,quòd adhuc exiſtens apud vos, hæc dicebam vobis?

Et nunc obſtaculum ſcitis, ad reuelari eum in ſuoipſius tempore.

POSTERIORIS EPISTOLAE B. PAVLI APOSTOLI AD THESSALONICENSES,

Transl. Eraſm. Roterod.

CAPVT PRIMVM.

1 *PAulus & Siluanus ac Timotheus Eccleſiæ Theſſalonicenſium,in Deo patre noſtro & Domino Ieſu Chriſto.*

2 *Gratia ſit vobis & pax à Deo patre noſtro & Domino Ieſu Chriſto.*

3 *Gratias agere debemus Deo ſemper de vobis,fratres,vt par eſt, quod vehementer augeſcit fides veſtra, & exuberat mutua veſtra omnium charitas, cuiuſq; in alterum,*

4 *Adeo vt nos ipſi de vobis gloriemur in Eccleſiis Dei, de tolerantia veſtra & fide, ſuper omnibus perſecutionibus veſtris & afflictionibus,quas ſuſtinetis,*

5 *Documentum iuſti iudicij Dei, in hoc vt digni habeamini regno Dei, pro quo & patimini.*

6 *Siquidem iuſtum eſt apud Deum, reddere ijs qui affligunt vos,afflictionem,*

7 *Et vobis qui affligimini relaxationem nobiſcum, cum reuelabitur Dominus Ieſus de cælo,cum Angelis potentiæ ſuæ,*

8 *Cum incendio flammæ,qui inſligit vltionem ijs,qui non nouerunt Deum,& qui non obediunt Euangelio Domini noſtri Ieſu Chriſti,*

9 *Qui pœnam luent,interitum æternum,à facie Domini,& à gloria fortitudinis illius,*

10 *Cum venerit, vt glorificetur in ſanctis ſuis, & admirandus fiat in omnibus credentibus, quod fides habita ſit teſtimonio noſtro erga vos in die illo,*

11 *Ad quod etiam oramus ſemper pro vobis,vt vos dignos habeat iſta vocatione Deus noſter, & compleat omne bonum propoſitum bonitatis,& opus fidei cum potentia,*

12 *Vt illuſtretur nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti per vos,& vos per illum, iuxta gratiam Dei noſtri & Domini Ieſu Chriſti.*

CAP. II.

1 *ROgamus autem vos fratres,per aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti,& noſtri aggregationem in illum,*

2 *Ne cito dimoueamini à mente,neque turbemini, neque per ſpiritum, neque per ſermonem, neque per epiſtolam, tanquàm à nobis profectam,quaſi inſtet dies Chriſti.*

3 *Ne quis vos decipiat vllo modo, quoniam non adueniet Dominus,niſi venerit defectio prius, & reuelatus fuerit homo ille ſceleroſus, filius perditus,*

4 *Qui eſt aduerſarius,& effertur aduerſus omnem, qui dicitur Deus aut numen, adeo vt in templo Dei ſedeat, oſtentans ſeipſum Deum.*

5 *An non meminiſtis, quod cum adhuc eſſem apud vos, hæc dixerim vobis?*

6 *Et nunc quid detineat ſcitis,nempe, vt ille reueletur in ſuo tempore.*

Vulgat. Editio

Nam mysterium iam operatur iniquitatis: tantum vt qui tenet nunc, teneat, donec de medio fiat.

Isa.11. 4. Et tunc reuelabitur ille iniquus, quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui eum:

Cuius est aduentus secundum operationem Satanæ in omni virtute,& signis,& prodigiis mendacibus,

Et in omni seductione iniquitatis iis, qui pereunt:eò quòd charitatem veritatis non receperunt vt salui fierent.Ideo mittet illis Deus operationem erroris,vt credant mendacio,

Vt iudicentur omnes, qui non crediderunt veritati,sed consenserunt iniquitati.

Nos autem debemus gratias agere Deo semper pro vobis fratres dilecti à Deo,quod elegerit vos Deus primitias in salutem in sanctificatione Spiritus,& in fide veritatis:

In qua & vocauit vos per Euangelium nostrum in acquisitionem gloriæ Domini nostri Iesu Christi.

Itaque fratres state: & tenete traditiones, quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram.

Ipse autem Dominus noster Iesus Christus & Deus & pater noster,qui dilexit nos,& dedit consolationem æternam,& spem bonam in gratia,

Exhortetur corda vestra, & confirmet in omni opere,& sermone bono.

CAP. III.

Eph.6.18 Col.4.3. DE certero, fratres,orate pro nobis vt sermo Dei currat, & clarificetur,sicut & apud vos:

Et vt liberemur ab importunis, & malis hominibus non enim omnium est fides.

Fidelis autem Deus est,qui confirmabit vos, & custodiet à malo:

Confidimus autem de vobis, in Domino, quoniam quæ præcipimus,& facitis,& facietis.

Dominus autem dirigat corda vestra in charitate Dei,& patientia Christi.

Denunciamus autem vobis fratres in nomine Domini nostri Iesu Christi, vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè, & non secundum traditionem,quam acceperunt à nobis.

Ipsi enim scitis quemadmodum oporteat imitari nos:quoniam non inquieti fuimus inter vos:

*Act.20. 34. 1.Cor.4. 12. 1.The.2.5 * Neque gratis panem manducauimus ab aliquo, sed in labore, & in fatigatione, nocte & die operantes,ne quem vestrum grauaremus.

Non quasi non habuerimus potestatem, sed vt nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos.

Nam & cum essemus apud vos,hoc denunciabamus vobis:quoniam si quis non vult operari, nec manducet.

Audiuimus enim inter vos quosdam ambulare inquietè,nihil operantes,sed curiosè agentes.

Iis autem, qui eiusmodi sunt, denunciamus, & obsecramus in Domino Iesu Christo, vt cum silentio operantes,suum panem manducent.

Transl. ex Syriac.

7 *Mysterium enim iniqui illius iam incœpit secundò agere,solùm vt qui nunc detinet,tollatur è medio.*

8 *Et tunc reuelabitur iniquus ille,quem Dominus noster Ieschua conficiet spiritu oris sui, & abolebit eum reuelatione aduentus sui.*

9 *Aduentus enim illius est operatio Satanæ cum omni potentia & signis,falsis & miraculis:*

10 *Et cum omni seductione iniquitatis quæ fit in perditos, eò quòd non receperunt charitatem veritatis vt per eam seruarentur. Idcircò immittet illis Deus efficaciam seductionis,vt credant mendacio:*

11 *Et condemnentur illi omnes qui non crediderunt veritati,sed acquieuerunt iniquitati.*

12 *Nos autem debemus gratias agere Deo semper pro vobis,fratres,dilecti Domini nostri,quòd elegerit vos Deus à principio in vitam (salutem) per sanctificationem Spiritus,& fidem veritatis.*

13 *Ad hæc enim vocauit vos Deus Euangelio nostro, vt decori sitis Domino nostro Ieschua Meschicho.*

14 *Proinde fratres mei,state,& constanter tenete præcepta quæ didicistis,siue per sermonem, siue per epistolam nostram.*

15 *Ipse autem Dominus noster Ieschua Meschicho & Deus Pater noster,qui dilexit vos,& dedit vobis consolationem æternam,& spem bonam in gratia sua,*

16 *Consoletur corda vestra,& stabiliat vos in omni sermone,& in omni opere bono.*

CAP. III.

1 DEinceps, *fratres, orate pro nobis, vt sermo Domini nostri currat,& glorificetur vbique,sicut & apud vos.*

2 *Vt liberemur ab hominibus malis & insolentibus. non enim omnium est fides.*

3 *Fidelis autem est Dominus,qui custodiet vos & liberabit à malo.*

4 *Porrò confidimus de vobis in Domino nostro, quòd quæ præcepimus vobis, fecistis,atque facturi estis.*

5 *Dominus autem noster dirigat corda vestra in dilectionem Dei,& in expectationem Meschicho,*

6 *Caterum præcipimus vobis,fratres mei,in nomine Domini nostri Ieschua Meschicho,vt recedatis ab omni fratre qui in deterius ambulat, & non iuxta præcepta quæ accepit à nobis.*

7 *Vos enim scitis quomodo oporteat imitari nos,quoniam non in deterius ambulauimus inter vos.*

8 *Neque panem gratis comedimus à quoquam vestrum; sed cum labore & fatigatione noctu & interdiu operabamur,ne cui vestrum essemus onerosi.*

9 *Non quod non potuerimus,sed vt per nosipsos exhiberemus vobis exemplum,vt nos imitaremini.*

10 *Etenim quum apud vos essemus, hoc præceperamus vobis:vt quisquis noluerit operari,is nec manducet.*

11 *Siquidem audiuimus quosdam esse inter vos,qui in deterius ambulant;& nihil agunt, nisi res vanas.*

12 *Iis autem qui sunt istiusmodi,præcepimus, & rogamus eos per Dominum nostrum Ieschua Meschicho, vt cum quiete operentur,& comedant panem suum.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Nam mysterium iam operatur iniquitatis, solum tenens nunc donec è medio fiat.

Et tunc reuelabitur ille exlex, quem Dominus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui:

Cuius est aduentus secundum operationem Satanæ, in omni virtute, & signis, & prodigijs mendacij:

Et in omni deceptione iniustitiæ in pereuntibus, pro quibus charitatem veritatis non receperunt, ad seruari ipsos. Et propter hoc mittet illis Deus operationem impostoræ, ad credendum eos mendacio:

Vt iudicentur omnes non credentes veritati, sed beneplacitum habentes in iniustitia.

Nos autem debemus gratias agere Deo semper pro vobis, fratres dilecti à Domino quod elegerit vos Deus ab initio in salutem, in sanctificatione Spiritus, & fide veritatis:

In quod vocauit vos per Euangelium nostrum, in assertionem gloriæ Domini nostri Iesu Christi.

Nempe ergo fratres, state, & tenete traditiones quas edocti estis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram:

Ipse autem Dominus noster Iesus Christus, & Deus, & Pater noster diligens nos, & dans consolationem æternam, & spem bonam in gratia:

Exhorteur vestra corda, & confirmet vos in omni sermone, & opere bono.

CAP. III.

QVod reliquum, orate, fratres, pro nobis, vt sermo Domini currat & glorificetur, sicut & apud vos:

Et vt liberemur ab importunis & malis hominibus, non enim omnium fides.

Fidelis autem est Dominus, qui confirmabit vos, & custodiet à malo.

Confidimus autem in Domino super vos, quoniam quæ denunciamus vobis, & facitis, & facietis.

At Dominus dirigat vestra corda in charitatem Dei, & in expectationem Christi.

Denuntiamus autem vobis, fratres, in nomine Domini nostri Iesu Christi, subduci vos ab omni fratre inordinatè ambulante, & non secundum traditionem, quam acceperunt à nobis.

Ipsi enim scitis, quemadmodum oporteat imitari nos, quoniam nō inordinati fuimus in vobis,

Neque gratis panem manducauimus ab aliquo, sed in labore & fatigatione noctem & diem operantes, ad non aggrauare quenquam vestrum.

Non quia non habemus potestatem, sed vt nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos.

Etenim cum essemus apud vos, hoc denuntiabamus vobis, quoniam si quis non vult operari, nec manducet.

Audimus enim quosdam ambulantes in vobis inordinatè, nihil operantes, sed circumagentes.

At eiusmodi denuntiamus, & obsecramus per Dominum nostrū Iesum Christum, vt cum quiete operantes, suum ipsorum panem manducent.

Transl. Erasm. Roterod.

7 *Nam mysterium nunc agit iniquitatis, tantum qui tenet, in præsentia teneat, donec è medio tollatur,*

8 *Et tunc pateſiet iniquus ille, quem Dominus conficiet ſpiritu oris ſui, & abolebit claritate aduentus ſui,*

9 *Cuius eſt aduentus ſecundum operationem Satanæ, cum omni potentia, & ſignis, ac prodigijs mendacibus,*

10 *Et cum omni deceptione iniuſtitiæ, in ijs qui pereunt, pro eo quod dilectionem veritatis non receperunt in hoc, vt ſalui fierent. Et propterea mittet illi Deus efficaciam illuſionis, vt credant mendacio,*

11 *Vt iudicentur omnes, qui non crediderunt veritati, ſed approbauerunt iniuſtitiam.*

12 *Nos autem debemus gratias agere Deo ſemper de vobis, fratres dilecti à Domino, quod elegerit vos Deus ab initio in ſalutem, per ſanctificationem ſpiritus, ac fidem veritatis,*

13 *Ad quod vocauit vos per Euangelium noſtrum, in acquiſitionem gloriæ Domini noſtri Ieſu Chriſti.*

14 *Itaq; fratres ſtate, & tenete inſtitutiones quas didiciſtis, ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam noſtram.*

15 *Ipſe vero Dominus noſter Ieſus Chriſtus, & Deus ac Pater noſter, qui dilexit nos, & dedit conſolationem æternam, & ſpem bonam per gratiam,*

16 *Conſoletur veſtra corda, & ſtabiliat vos in omni ſermone: & opere bono.*

CAP. III.

1 *QVod ſu tereſt, orate fratres pro nobis, vt ſermo Domini currat & glorificetur, ſicut & apud vos,*

2 *Et vt eripiamur ab abſurdis ac peruerſis hominibus. Non enim omnium eſt fides,*

3 *Sed fidelis eſt Dominus, qui ſtabiliet vos, & cuſtodiet à malo.*

4 *Confidimus autem per dominum de vobis, quod quæ præcipimus vobis, & faciatis, & facturi ſitis.*

5 *Porrò Dominus dirigat veſtra corda in dilectionem Dei, & in expectationem Chriſti,*

6 *Præcipimus autem vobis fratres, per nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt ſubducatis vos ab omni fratre, qui inordinatè ſe gerit, & non iuxta inſtitutionem quam accepit à nobis,*

7 *Nam ipſi ſcitis, quomodo oporteat imitari vos: quoniam non inordinatè geſſimus nos inter vos,*

8 *Neque gratis panem accepimus à quoquam, ſed cum labore & ſudore nocte dieq; facientes opus, ad hoc, ne cui veſtrum eſſemus oneri.*

9 *Non, quod id nobis non liceat, ſed vt noſmet ipſos formam exhiberemus vobis ad imitandum nos.*


10 *Etenim cum eſſemus apud vos, hoc præcipiebamus vobis, vt ſi quis nollet operari, is nec ederet.*

11 *Audimus enim quoſdam verſantes inter vos inordinatè, nihil operis facientes, ſed curioſè agentes.*

12 *Iis autem qui ſunt eſiuſmodi, præcipimus & obſeramus per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, vt cum quiete operantes, ſuum ipſorum panem edant.*

Vulgat. Editio.		Transl. ex Syriac.
*Vos autem fratres nolite deficere bene facientes.	13	*Vos autem, fratres mei, non sit graue vobis agere quod bonum est.*
Quod si quis non obedit verbo nostro per epistolam, hunc notate, & ne commisceamini cum illo vt confundatur:	14	*Quod si quis non obedit istis sermonibus qui epistola continentur, iste separetur à vobis, neque conuersamini cum eo, vt pudore suffundatur.*
Et nolite quasi inimicum existimare, sed corripite vt fratrem.	15	*Neque tanquam inimicum habeatis eum, sed admonete eum vt i fratrem.*
Ipse autem Dominus pacis det vobis pacem sempiternam in omni loco. Dominus sit cum omnibus vobis.	16	*Ipse autem Dominus pacis det vobis pacem semper in omnibus. Dominus noster sit cum omnibus vobis.*
Salutatio, mea manu Pauli: quod est signum in omni epistola. ita scribo.	17	*Pax (salutatio) per scripturam propria manus: Ego Paulus scripsi; quod est signum in omnibus epistolis meis, Sic scribo.*
Gratia domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis. Amen.	18	*Gratia Ieschua Meschicho sit cum omnibus vobis, fratres mei. Amin.*

Transl. B. Ariæ. Mont.		Transl. Eraſm. Roterod.
Vos autem, fratres, ne ſegneſcatis benefacientes,	13	*Vos autem fratres, ne defatigemini in benefaciendo,*
Si vero quis non auſcultat verbo noſtro, per epiſtolam, hunc notate, & ne commiſceamini illi, vt pudefiat:	14	*Quod ſi quis non obedit ſermoni noſtro per epiſtolam hunc indicate: & ne commercium habeatis cum illo, vt pudore ſuffundatur:*
Et ne vt inimicum ducite, ſed admonete vt fratrem.	15	*Neque velut inimicum habeatis, ſed admonete vt fratrem.*
Ipſe autem Dominus pacis det vobis pacem per omne in omni modo. Dominus cum omnibus vobis.	16	*Ipſe autem Dominus pacis det vobis pacem ſemper omnibus modis. Dominus ſit cum omnibus vobis.*
Salutatio, mea manu Pauli, quod eſt ſignum in omni epiſtola, ita ſcribo.	17	*Salutatio mea manu Pauli, quod eſt ſignum in omni epiſtola. Ita ſcribo.*
Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti cum omnibus vobis. Amen.	18	*Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti ſit cum omnibus vobis. Amen.*



PRIORIS EPISTOLAE B. PAVLI APOSTOLI AD TIMOTHEVM,

Vulgat. Editio

CAPVT PRIMVM

PAulus Apoſtolus Ieſu Chriſti ſecundum imperium Dei Saluatoris noſtri, & Chriſti Ieſu ſpei noſtræ:

*Timotheo dilecto filio in fide: Gratia, miſericordia, pax à Deo Patre noſtro, & Chriſto Ieſu Domino noſtro.

Sicut rogaui te vt remaneres Epheſi cum irem in Macedoniam, vt denuntiares quibuſdam ne aliter docerent.

Neque intenderent fabulis, & genealogijs interminatis, quæ quæſtiones præſtant magis, quàm ædificationem Dei, quæ in fide.

Finis autem præcepti eſt charitas de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta.

A quibus quidam aberrantes, conuerſi ſunt in vaniloquium,

Volentes eſſe legis doctores, non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant.

*Scimus autem quia bona eſt lex, ſi quis ea legitimè vtatur:

Sciens hoc, quia lex iuſto non eſt poſita, ſed inuiſtis, & non ſubditis, impijs & peccatoribus, ſceleratis & contaminatis, parricidis & matricidis, homicidis,

Fornicarijs, maſculorum concubitoribus, plagiarijs, mendacibus, & periuris, & ſi quid aliud ſanæ doctrinæ aduerſatur:

Quæ eſt ſecundum Euangelium gloriæ beati Dei, quod creditum eſt mihi.

Gratias ego ei, qui me confortauit Chriſto Ieſu Domino noſtro, quia fidelem me exiſtimauit, ponens in miniſterio,

Qui prius blaſphemus fui, & perſecutor, & contumelioſus: ſed miſericordiam Dei conſecutus ſum, quia ignorans feci in incredulitate.

Superabundauit autem gratia Domini noſtri cum fide & dilectione, quæ eſt in Chriſto Ieſu.

Fidelis ſermo, & omni acceptione dignus: *quod Chriſtus Ieſus venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere, quorum primus ego ſum:

Sed ideo miſericordiam conſecutus ſum: vt in me primo oſtenderet Chriſtus Ieſus omnem patientiam ad informationem eorum, qui credituri ſunt illi, in vitam æternam.

Regi autem ſeculorum immortali, inuiſibili, ſoli Deo honor, & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

Hoc præceptum commendo tibi, fili Timothee, ſecundum præcedentes in te prophetias, vt milites in illis bonam militiam,

Habens fidem & bonam conſcientiam: quam quidam repellentes, circa fidem naufragauerunt.

Ex quibus eſt Hymenæus & Alexander, quos tradidi Satanæ, vt diſcant non blaſphemare.

*Act. 16. 1.

*1. Reg. 7. 12.

*Mat. 9. 13. Mar. 2. 17.

CAP.

PRIORIS EPISTOLAE B. PAVLI APOSTOLI AD TIMOTHEVM,

Tranſl. ex Syriac.

CAPVT PRIMVM

1 *Paulus Apoſtolus Ieſchua Meſchichо mandatò Dei Seruatoris noſtri, & Meſchicho Ieſchua ſpei noſtræ,*

Pauſcua Sabbatis v. Ieiunij.

2 *Timotheo filio vero in fide. Gratia, & miſerationes, & pax à Deo patre noſtro, & Meſchicho Ieſchua Domino noſtro.*

3 *Efflagitaui à te quum proficiſcerer in Macedoniam, vt remaneres Epheſi, & præciperes vnicuiq; ne docerent doctrinas diuerſas:*

4 *Nec attenderent fabulis & narrationibus generationum quibus non eſt finis, quæ contentiones efficiunt potius, quam ædificationem in fide Dei.*

5 *Finis autem præcepti, eſt charitas ex corde ſyncero, & conſcientia bona, fideque veraci.*

6 *A quibus quod aberrarint quidam, declinarunt ad ſermones vanos,*

7 *Dum volentes eſſe doctores legis, quum non intelligant quod loquuntur, neque de quo diſſertant.*

8 *Scimus autem legem eſſe bonam: ſi quis iuxta legem conuerſetur in ea:*

9 *Sciens iuſto legem non eſſe poſitam, ſed iniuſtis, & rebellibus, & impijs, & ſceleratis, & inſolentibus, & ijs qui puri non ſunt: & ijs qui percutiunt Patres ſuos, & ijs qui percutiunt matres ſuas, & homicidis,*

10 *Et ſcortatoribus, & concubitoribus maſculorum, & furibus ingenuorum (plagiarijs) & mendacibus, & transgreſſoribus iuriſiurandi, & cuilibet rei quæ aduerſatur ſanæ doctrinæ.*

11 *Euangelij gloriæ Dei benedicti quod mihi concreditum eſt.*

12 *Et gratias ago ei qui me corroborat Domino noſtro Ieſchua Meſchicho, qui me exiſtimauit fidelem, meque conſtituit ad miniſterium ſuum.*

13 *Me inquam qui prius blaſphemus fueram, & perſecutor, & contumelioſus; ſed miſericordiam conſecutus ſum, quia ignorans feceram abſque fide.*

14 *At multiplicata eſt in me gratia Domini noſtri, fides & dilectio quæ eſt per Ieſchua Meſchicho.*

15 *Fidelis ille ſermo, & dignus quem recipiamus, nempe Ieſchua Meſchicho veniſſe in mundum, vt ſeruaret peccatores quorum primus ego ſum.*

16 *Sed ideo mei miſertus eſt, vt in me primo oſtenderet Ieſchua Meſchicho longanimitatem ſuam, vt exemplo ijs eſſem, qui credituri ſunt in vitam æternam.*

17 *Regi autem ſeculorum incorruptibili, & inuiſibili, qui quidem eſt vnus Deus, honor gloria in ſæculum ſæculorum, Amen.*

18 *Hoc præceptum commendo tibi, fili mi Timothee, iuxta primas prophetias, quæ extiterunt de te, vt milites in eis bonam iſtam militiam,*

19 *Cum fide & conſcientia bona. Illi enim qui hanc à ſe repulerunt, à fide euanuerunt:*

20 *Sicut Hymenæus & Alexander, quos tradidi Satanæ ne ſint maledici.*

CAP.

PRIORIS EPISTOLAE B. PAVLI APOSTOLI AD TIMOTHEVM,

Transl. B. Ariæ Mont.

CAPVT PRIMVM

PAulus Apostolus Iesu Christi secundùm ordinationem Dei patris, & Saluatoris nostri Iesu Christi, spei nostræ:

Timotheo germano filio in fide: gratia, misericordia, pax à Deo Patre nostro, & Christo Iesu Domino nostro.

Sicut rogaui te remanere in Ephesо, proficiscens in Macedoniam, vt denuntiares quibusdam non aliter docere.

Neque attendere fabulis, & genealogijs interminatis, quæ quæstiones præstant magis, quàm ædificationem Dei, quæ in fide.

At finis præcepti est charitas de puro corde, & conscientia bona, & fide non ficta:

Quorum quidam aberrantes, conuersi sunt in vaniloquium,

Volentes esse legis doctores, non intelligentes neque quæ dicunt, neque de quibus affirmant.

Scimus autem quia bona lex, si quis ea legitimè vtatur:

Sciens hoc, quia iusto lex non est posita, exlegibus vero & non subditis, impijs & peccatoribus, sceleratis & contaminatis, patricidis & matricidis, homicidis,

Fornicarijs, masculorum concubitoribus, plagiarijs, mendacibus, periuris, & si quid aliud sanæ doctrinæ aduersatur:

Secundum Euangelium gloriæ beati Dei, quod creditus sum ego.

Et gratiam habeo roboranti me Christo Domino nostro, quia fidelem me existimauit, ponens in ministerium,

Eum prius existentem blasphemum, & persecutorem, & contumeliosum: sed misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate.

Superabundauit autem gratia Domini nostri cum fide & dilectione illa in Christo Iesu.

Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores seruare, quorum primus sum ego,

Sed propter hoc misericordiam consecutus sum vt in me primo ostenderet Iesus Christus omnem longanimitatem, ad informationem futurorum credere in illo in vitam æternam.

Ipsi autem regi seculorum immortali, inuisibili, soli sapienti Deo honor gloria in secula seculorum, Amen.

Hoc præceptum commendo tibi, fili Timothee, secundum præcedentes in te prophetias, vt milites in illis pulchram militiam:

Habens fidem & bonam conscientiam: quam quidam repellentes, circa fidem naufragauerunt.

Quorum est Hymenæus & Alexander, quos tradidi Satanæ, vt discant non blasphemare.

PRIORIS EPISTOLAE B. PAVLI APOSTOLI AD TIMOTHEVM,

Transl. Erasm. Roterod.

CAPVT PRIMVM

1 *PAulus Apostolus Iesu Christi iuxta delegationem Dei Seruatoris nostri, & Domini Iesu Christi, qui est spes nostra,*

2 *Timotheo germano filio in fide. Gratia, misericordia, pax à Deo patre nostro & Domino Iesu Christo Domino nostro.*

3 *Quemadmodum rogaui te, vt remaneres Ephesi, cum proficiscerer in Macedoniam: ita facio, vt denuncies quibusdam, ne diuersum sequantur doctrinam,*

4 *Nec attendant fabulis & genealogijs nunquam finiendis, quæ quæstiones præbent magis quàm ædificationem Dei, quæ est per fidem.*

5 *Porro finis præcepti, est charitas ex puro corde, & conscientia bona, & fide non simulata.*

6 *A quibus quod aberrarunt quidam, deflexerunt ad vaniloquium,*

7 *Volentes esse legis doctores, non intelligentes quæ loquuntur, neque de quibus asseuerant.*

8 *Scimus autem, quod bona sit lex, si quis ea legitimè vtatur,*

9 *Sciens illud, quod iusto lex non sit posita, sed iniustis & inobsequentibus, impijs & peccatoribus, irreuerentibus & prophanis, patricidis & matricidis, homicidis,*

10 *Scortatoribus, masculorum concubitoribus, plagiarijs, mendacibus, periuris, & si quid aliud est, quod sanæ doctrinæ aduersetur.*

11 *Secundum Euangelium gloriæ beati Dei, quod concreditum est mihi.*

12 *Et gratiam habeo, qui me potentem reddidit Christo Iesu Domino nostro, quia fidelem me iudicauit, ponendo in ministerium,*

13 *Qui prius eram blasphemus, & persecutor, & violentus, sed & misericordiam adeptus sum, quod ignorans fecerim per incredulitatem.*

14 *Exuberauit autem supra modum gratia Domini nostri cum fide & dilectione, quæ est per Christum Iesum.*

15 *Certus sermo & dignus, quem modis omnibus amplectamur, quod Christus Iesus venit in mundum, vt peccatores saluos faceret, quorum primus sum ego.*

16 *Verum ideo misericordiam sum adeptus, vt in me primo ostenderet Iesus Christus omnem clementiam ad exprimendum exemplar ijs, qui crediturì essent in ipso, in vitam æternam.*

17 *Regi autem seculorum immortali, inuisibili, soli sapienti Deo honor, gloria, in secula seculorum, Amen.*

18 *Hoc præceptum commendo tibi, fili Timothee, iuxta prophetias quæ de te præcesserunt, vt milites in eis bonam militiam,*

19 *Habens fidem & bonam conscientiam, qua repulsa nonnulli circa fidem naufragium fecerunt,*

20 *Quorum de numero est Hymenæus & Alexander, quos tradidi Satanæ vt discant non maledicere.*

Vulgat. Editio.

CAP. II.

OBsecrò igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus:

Pro regibus, & omnibus, qui in sublimitate sunt, vt quietam, & tranquillam vitam agamus in omni pietate, & castitate.

Hoc enim bonum est, & acceptum coram Saluatore nostro Deo,

Qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.

Vnus enim Deus, vnus & mediator Dei & hominum homo Christus Iesus:

Qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus, testimonium temporibus suis:

In quo positus sum ego prædicator, & Apostolus (veritatem dico, non mentior) doctor Gentium in fide, & veritate.

Volo ergo viros orare in omni loco, leuantes puras manus sine ira, & disceptatione.

* 1. Pet. 3. 3. *Similiter & mulieres in habitu ornato, cum verecundia, & sobrietate ornantes se, & non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosa:

Sed quod decet mulieres, promittentes pietatem per opera bona.

* 1. Cor. 14. 34. Mulier in silentio discat cum omni subiectione.

* Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum: sed esse in silentio.

a Ge. 1. 27 & Gen. 5. 2. *Adam enim primus formatus est: deinde Heua.

*Et Adam non est seductus: mulier autem seducta in præuaricatione fuit.

Saluabitur autem per filiorum generationem, si permanserit in fide, & dilectione, & sanctificatione cum sobrietate.

CAP. III.

1 Tit. 1. 7. FIdelis sermo: Si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat:

*Oportet ergo episcopum irreprehensibilem esse, vnius vxoris virum, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hospitalem, doctorem,

Non vinolentum, non percussorem, sed modestum: non litigiosum, non cupidum,

Sed suæ domui bene præpositum: filios habentem subditos cum omni castitate.

Si quis autem domui suæ præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei diligentiam habebit?

Non neophytum: ne in superbiam elatus, in iudicium incidat diaboli.

Oportet autem illum & testimonium habere bonum ab iis, qui foris sunt, vt non in opprobrium incidat, & in laqueum diaboli.

Diaconos similiter pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum sectantes:

Habentes mysterium fidei in conscientia pura.

Et hi autem probentur primum: & sic ministrent, nullum crimen habentes.

Mulieres similiter pudicas, non detrahentes, sobrias, fideles in omnibus.

Diaconi sint vnius vxoris viri: qui filiis suis bene præsint, & suis domibus.

Transl. ex Syriac.

CAP. II.

1 OBsecro te igitur, vt ante omnia deprecationem offeras Deo, & orationem, & interpellationem, & gratiarum actionem pro omnibus hominibus: De precationibus.

2 Pro regibus, & magnatibus, vt habitationem pacatam & quietam habeamus cum omni reuerentia Dei, & puritate.

3 Hoc enim bonum est, & acceptum coram Deo Seruatore nostro.

4 Qui quidem vult omnes homines seruari, & conuerti ad agnitionem veritatis.

5 Vnus enim est Deus, & vnus est mediator Dei & hominum, homo Ieschua Meschicho,

6 Qui quidem dedit seipsum redemptionem pro omnibus, testimonium quod euenit tempore suo;

7 Cuius positus sum praco & Apostolus: veritatem dico, & non mentior, quia fui doctor Gentium in fide veritatis.

8 Volo igitur vt orent viri in omni loco, purè sustollentes manus suas, sine ira, & sine disceptationibus.

9 Similiter & mulieres in habitu casto vestimenti cum verecundia & pudicitia exornent seipsas, non in tortis crinibus & auro, aut margaritis, aut vestibus elegantibus.

10 Sed in operibus bonis, sicuti decet mulieres, quæ profitentur timorem Dei.

11 Mulier in silentio discat cum omni subiectione.

12 Mulieri enim docere non permitto, neque authoritatem vsurpare in viros, sed esse in silentio.

13 Odom enim primùm effictus fuit: & deinde Chaua.

14 Et Odom non fuit deceptus: mulier autem fuit seducta & transgressa est præceptum.

15 Seruabitur autem per natos suos si permanserint in fide, & charitate, & sanctificatione, & castitate.

CAP. III.

1 FIdelis ille sermo: Si quis desiderat Episcopatum, opus bonum desiderat.

Domitiana ii, pe Epiphan.

2 Oportet autem presbyterum talem esse, vt nemo in eo non repertatur: & fuisse maritum vnius vxoris, qui mente sua vigilet, & castum, & moderatum, & diligentem aduenas, & doctorem.

3 Non autem qui modum transeat in vino, neq; cuius manus currat ad percutiendum: sed sit mansuetus, & non litigiosus; neq; amator argenti,

4 Sed probè gubernans domum suam, & habens liberos suos in subiectione cum omni puritate.

5 Si quis enim domum propriam nescit bene moderari, quomodo poterit Ecclesiam Dei gubernare?

6 Nec sit puer disciplinæ suæ (nouitius) ne efferatur, & incidat in iudicium Satanæ.

7 Oportet autem illum bonum habere testimonium ab extraneis, ne incidat in opprobrium, & in laqueum Satanæ.

8 Quinetiam Diaconi sint puri, neque loquantur duplicia, neque sint ad multum vinum proclines, neq; diligant lucra sordida:

9 Sed amplectantur arcanum fidei cum sincera conscientia.

10 Atque hi ipsi probentur primùm, & deinde ministrent quum culpa caruerint.

11 Sic etiam mulieres sint castæ sintq; vigili mente, & fideles per omnia; neq; sint calumniatrices.

12 Diaconi tales sint: is qui vnicam vxorem habuerit beneq; præsit liberis suis & domui suæ.

Vulgat. Editio.

CAP. II.

ADhortor igitur primum omnium, fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus:

Pro regibus, & omnibus in sublimitate existentibus, vt quietam & tranquillam vitam degamus in omni pietate & honestate.

Hoc enim pulchrum & acceptum coram saluatore nostro Deo.

Qui omnes homines vult seruari, & ad agnitionem veritatis venire.

Vnus enim Deus, vnus & mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus:

Dans semetipsum redemptionem pro omnibus testimonium temporibus propriis.

In quod positus sum ego prædicator & Apostolus (veritatem dico in Christo, non mentior:) doctor Gentium in fide & veritate.

Volo ergo orare viros in omni loco, leuantes puras manus sine ira & disceptatione.

Similiter & mulieres in habitu ornato, cum verecundia & modestia ornare seipsas, non in cincinnis, argento, aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosa.

Sed quod decet mulieres, promittentes pietatem per opera bona.

Mulier in silentio discat, in omni subiectione.

Mulieri autem docere non permitto neque autoritatem vsurpare viri, sed esse in silentio.

Adam enim primus formatus est, deinde Heua.

Et Adam non est seductus, at mulier seducta in transgressione fuit:

Saluabitur autem per filiorum generationem, si manserint in fide, & dilectione, & sanctificatione cum modestia.

CAP. III.

FIdelis sermo, si quis episcopatum expetit, pulchrum opus desiderat.

Oportet ergo episcopum irreprehensibilem esse vnius vxoris virum, vigilantem, sobrium, ornatum, hospitalem, doctorem,

Non vinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum, sed modestum, nõ pugnantem, non cupidum argenti:

Propriæ domui bene præpositum, filios habentem in subiectione cum omni castitate.

Si autem quis propriæ domui præesse non nouit, quomodo Ecclesiæ Dei curam geret?

Non nuper insitum: vt non inaniter iactatus, in iudicium incidat diaboli.

Oportet autem illum & testimonium bonum habere ab iis qui foris, vt non in opprobrium incidat, & laqueum diaboli.

Diaconos similiter pudicos, non bilingnes, non vino multo deditos, non turpe lucrum sectantes:

Habentes mysterium fidei in pura conscientia.

Et hi autem probentur primum deinde ministrent inculpati existentes.

Mulieres similiter honestas, non calumniosas, sobrias, fideles in omnibus.

Diaconi sint vnius vxoris viri, filiis bene præsidentes, & propriis domibus.

Transl. ex Syriac.

CAP. II.

ADhortor igitur, vt ante omnia fiant deprecationes, obsecrationes interpellationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus.

Pro regibus, & omnibus in eminentia constitutis, vt placidam ac quietam vitam degamus cum omni pietate & honestate.

Nam hoc bonum est & acceptum coram seruatore nostro deo,

Qui cunctos homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.

Vnus enim Deus, vnus etiam conciliator Dei & hominum, homo Christus Iesus,

Qui dedit semetipsum precium redemptionis pro omnibus, vt esset testimonium temporibus suis,

In quod positus sum ego præco & Apostolus. Veritatem dico in Christo, non mentior, doctor gentium cum fide & veritate.

Volo igitur orare viros in omni loco sustollentes puras manus absq; ira & disceptatione.

Consimiliter & mulieres in amictu modesto, cum verecundia & castitate ornare semetipsas, non tortis crinibus aut auro, aut margaritis, aut vestitu sumptuoso,

Sed quod decet mulieres, profitentes pietatem per opera bona.

Mulier in silentio discat cum omni subiectione.

Caterum mulieri docere non permitto, neq; autoritatem vsurpare in viros, sed esse in silentio.

Adam enim prior formatus est, deinde Eua,

Et Adam non fuit deceptus, sed mulier seducta obnoxia facta est transgressioni.

Salua tamen fiet per generationem liberorum, si manserint in fide ac dilectione, & sanctificatione cum castitate.

CAP. III.

INdubitatus sermo. Si quis episcopi munus appetit, honestum opus desiderat.

Oportet igitur episcopum irreprehensibilem esse, vnius vxoris maritum, vigilantem, sobrium, modestum, hospitalem, aptum ad docendum,

Non vinolentum, non percussorem, non turpiter lucri cupidum, sed æquum, alienum à pugnis, alienum ab auaritia,

Qui suæ domui bene præsit, qui liberos habeat in subiectione cum omni reuerentia.

Quod si quis propriæ domui præesse non nouit, quomodo ecclesiam Dei curabit?

Non nouitium, ne inflatus in condemnationem incidat calumniatoris.

Oportet autem illum & bonum habere testimonium ab extraneis, ne in probrum incidat, & laqueum calumniatoris.

Ministros itidem compositos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpiter lucri auidos,

Tenentes mysterium fidei cum pura conscientia,

Atq; hi probentur prius, deinde ministrent sic, vt nemo possit illos criminari.

Vxores similiter modestas, non calumniosas, sobrias, fidas in omnibus.

Diaconi sint vnius vxoris mariti, qui liberis recte præsint & propriis familijs.

Vulgat. Editio.

Qui enim bene ministrauerint, gradum bonum sibi acquirent, & multam fiduciam in fide quæ est in Christo Iesu.

Hæc tibi scribo, sperans me ad te venire cito.
Si autem tardauero, vt scias quomodo oporteat te in domo Dei conuersari, quæ est Ecclesia Dei viui, columna & firmamentum veritatis.
Et manifestè magnum est pietatis sacramentũ, quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu; apparuit Angelis, prædicatum est Gentibus creditum est in mundo, assumptum est in gloria.

CAP. IV.

Spiritus autem manifestè dicit, quia *in nouissimis temporibus descedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum,
In hypocrisi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium suam conscientiam.
Prohibentium nubere, abstinere à cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & ijs cognoscentibus veritatem.
Quia omnis creatura Dei bona est, & nihil reijciendum quod cum gratiarum actione percipitur:

Sanctificatur enim per verbum Dei, & orationẽ.
Hæc proponens fratribus, bonus eris minister Christi Iesu enutritus verbis fidei, & bonæ doctrinæ, quam assecutus es.
*Ineptas autem, & aniles fabulas deuita: exerce autem teipsum ad pietatem.
Nam corporalis exercitatio, ad modicum vtilis est: pietas autem ad omnia vtilis est, promissionem habens vitæ, quæ nunc est, & futuræ.

Fidelis sermo, & omni acceptione dignus.
In hoc enim laboramus, & maledicimur, quia speramus in Deum viuum, qui est Saluator omnium hominum, maximè fidelium.
Præcipe hæc, & doce.
Nemo adolescentiam tuam contemnat, sed exemplum esto fidelium in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate.
Dum venio, attende lectioni, exhortationi & doctrinæ.
Noli negligere graiam, quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam, cum impositione manuum presbyterij.
Hæc meditare, in his esto: vt profectus tuus manifestus sit omnibus.
Attende tibi, & doctrinæ: insta in illis. Hoc enim faciens, & teipsum saluum facies, & eos, qui te audiunt.

CAP. V.

Seniorem ne increpaueris, sed obsecra vt patrem: iuuenes, vt fratres:
Anus, vt matres: iuuencũlas, vt sorores in omni castitate:
Viduas honora, quæ vere viduæ sunt.
Si qua autem vidua filios aut nepotes habet: discant primum domum suam regere, & mutuam vicem reddere parentibus: hoc enim acceptum est coram Deo.
Quæ autem vere vidua est, & desolata, speret in Deum, & instet obsecrationibus, & orationibus nocte ac die.

Transl. ex Syriac.

Siquidem illi qui probè ministrauerint, optimum gradum comparant sibijpsis, & multo apertam faciem (fiduciam multam) in fide, quæ est in Ieschua Meschicho.

Hæc tibi scribo, sperans me breui venturum ad te.
Sin autem tardauero, vt scias quomodo oporteat versari in domo Dei, quæ est Ecclesia Dei viuentis, columna & fundamentum veritatis,
Et certe magnum est hoc arcanum iustitiæ, quod Deus *manifestatus sit in carne, & iustificatus in spiritu, visusque Angelis, & prædicatus inter Gentes, & creditus in mundo, deniq; assumptus in gloria.*

CAP. IV.

Spiritus autem perspicuè dicit, in nouissimis temporibus discessuros quosdam à fide, & secuturos spiritus impostores, & doctrinam dæmoniorum.

Qui habitu mentito imponent, & loquentur mendacium; & erunt cauterio notati in sua conscientia:
Ac prohibentes nubere, & abstinentes à cibis, quos Deus creauit vt ijs vtantur, & gratias agant qui sunt fideles, & cognoscunt veritatem.
Quoniam quicquid creatum est à Deo bonum est: & nihil reijciendum, si cum gratiarum actione sumatur.

Sanctificatur enim per sermonem Dei, & orationem.
Hæc si doceas fratres tuos, bonus eris minister Ieschua Meschicho, quum enutritus sis in sermonibus fidei, & in doctrina bona quam didicisti.
Cæterum à fatuis anicularum fabulis assensum cohibeto, & exerce teipsum in rectitudine.
Nam exercitatio corporis ad exiguum tempus prodest; rectitudo vero in omnibus vtilis est, & habet promissionem vitæ tum huius temporis, tum futuri.

Fidelis ille sermo dignusq; qui recipiatur.
Propter hoc enim laboramus & probris afficimur, quod speremus in Deo viuente, qui est Seruator omnium hominum, maximè fidelium.
Hæc dote & præcipe.
Et nemo spernat adolescentiam tuam: sed forma esto fidelibus in sermone, & conuersatione, & charitate, & fide, & puritate.
Vsquedum venero, sedulam naua operam in lectione, & precatione & doctrina.
Neq; spreueris donum quod in te est, quod datum est tibi per prophetiam cum impositione manus dignitatis presbyterij.
Hæc meditare, & in his esto, vt innotescat omnibus te progressus feciſſe.
Et attende tibijpsi & doctrinæ tuæ, & perdura in his. Nam quum hæc feceris, teipsum seruabis, & eos qui te audiunt.

CAP. V.

Seniorem ne obiurgaueris, sed adhortare eum vt patrẽ, & eos qui sunt adolescentes, vt fratres.
Et maiores natu mulieres vt matres, & adolescentulas, vt sorores tuas, cum omni puritate.
Viduas honora, eas quæ viduæ sunt in veritate.
Quod si qua vidua habet filios aut nepotes discant primum filios suæ familiæ pie tractare, & vsuras rependere parentibus suis. Hoc enim acceptum est coram Deo.
Ea porro quæ verè est vidua, & desolata, hoc sperat de Deo ipso, & perseuerat in orationibus, & deprecationibus noctu & interdiu.

Transl. B. Ariæ Mont.

Nam bene miniſtrantes, gradum ſibiipſis bonum 13
acquirunt, & multam libertatem in fide quæ in
Chriſto Ieſu.

Hæc tibi ſcribo, ſperans venire ad te cito. 14
Si autem tardauero, vt ſcias quomodo oporteat 15
in domo Dei conuerſari, quæ eſt Eccleſia Dei viui,
columna & firmamentum veritatis.
Et manifeſtè magnum eſt pietatis myſterium, 16
Deus manifeſtatus eſt in carne, iuſtificatus eſt in
ſpiritu; viſus eſt Angelis, prædicatus eſt in Gen-
tibus, creditus eſt in mundo, receptus eſt in gloria.

CAP. IV.

AT Spiritus diſertè dicit, quia in nouiſſimis 1
temporibus deſciſcent quidam fide, atten-
dentes ſpiritibus deceptionis & doctrinis dæmo-
niorum:
In hypocryſi falſa loquentium, cauteriatam ha- 2
bentium propriam conſcientiam.
Prohibentium nubere, abſtinere cibis, quos Deus 3
creauit ad acceptionem cum gratiarum actione
fidelibus & cognoſcentibus veritatem.
Quia omnis creatura Dei bona, & nihil reijcien- 4
dum cum gratiarum actione ſumptum:

Sanctificatur enim per verbum Dei, & oratione. 5
Hæc ſubiiciens fratribus bonus eris miniſter Ie- 6
ſu Chriſti, enutritus verbis fidei, & bonæ doctri-
næ, quam aſſecutus es.
At prophanas & aniles fabulas reiice: exerce 7
autem teipſum ad pietatem.
Nam corporalis exercitatio ad modicum eſt vti- 8
lis, at pietas ad omnia vtilis eſt, promiſſionem ha-
bens vitæ quæ nunc & futuræ.

Fidelis ſermo, & omni acceptione dignus. 9
In hoc enim & laboramus & probris afficimur, 10
quia ſperauimus in Deo viuente, qui eſt ſaluator
omnium hominum, maximè fidelium.
Annuncia hæc, & doce.
Nemo tuam iuuentutem contemnat, ſed exem- 11
plum eſto fidelium in verbo, in conuerſatione, in
charitate, in ſpiritu, in fide, in caſtitate.
Dum venio, attendo lectioni, exhortationi do- 12
ctrinæ.
Ne neglige illud in te donum, quod datum eſt 14
tibi per prophetiam, cum impoſitione manuum
presbyterij.
Hæc meditare, in his eſto, vt tuus profectus ma- 14
nifeſtus ſit in omnibus.
Attende tibiipſi, & doctrinæ: perſiſte illis. hoc 15
enim faciens, & teipſum ſeruabis, & audientes te.

CAP. V.

SEniorem ne increpaueris, ſed hortare vt pa- 1
trem, iuuenes vt fratres:
Seniores mulieres vt matres, iuuenculas vt ſo- 2
rores, in omni caſtitate.
Viduas honora. illas vere viduas. 3
Si autem qua vidua filios, aut nepotes habet, diſ- 4
cant primum propriam domum bene regere, &
mutuam vicem reddere parentibus: hoc enim eſt
pulchrum & acceptum coram Deo.
At vere vidua, & ſola relicta, ſperauit in Deum, 5
& inſtat obſecrationibus, & orationibus nocte &
die.

Transl. Eraſm. Roterod.

Nam qui bene miniſtrauerint, gradum ſibi bonum ac-
quirunt: & multam libertatem in fide, quæ eſt in Chriſto
Ieſu.

Hæc tibi ſcribo, ſperans fore, vt veniam ad te cito.
Quod ſi tardius venero, vt noris quomodo oporteat in
domo dei verſari, quæ eſt eccleſia dei viuentis, columna &
ſtabilimentum veritatis,
Et citra controuerſiam magnum eſt pietatis myſterium.
Deus manifeſtatus eſt in carne, iuſtificatus eſt in ſpiritu,
viſus eſt Angelis, prædicatus eſt gentibus, fides illi habita
eſt in mundo, receptus eſt in gloria.

CAP. IV.

SPiritus autem certò loquitur, quod in poſterioribus
temporibus deſciſcent quidam à fide, attendentes ſpiri-
tuum impoſtoribus, ac doctrinis dæmoniorum.

Per ſimulationem falſiloquorum, cauterio notatam ha-
bentium conſcientiam,
Prohibentium contrahere matrimonium, iubentium ab-
ſtinere à cibis, quos deus creauit ad ſumendum cum gra-
tiarum actione fidelibus, & iis qui cognouerunt veritatem.
Quod quicquid creauit deus, bonum ſit: & nihil reij-
ciendum, ſi cum gratiarum actione ſumatur.

Sanctificatur enim per ſermonem dei, ac precationem.
De his ſi commoneſeceris fratres, bonus eris miniſter Ie-
ſu Chriſti, enutritus in ſermonibus fidei, bonæq; doctrinæ,
quam vſque ſecutus es.
Cæterum prophanas & aniles fabulas reijce, quin potius
exerce temetipſum ad pietatem.
Nam corporalis exercitatio, paululum habet vtilitatis:
at pietas ad omnia vtilis eſt, vt quæ promiſſiones habeat
vitæ præſentis ac futuræ.

Indubitatus ſermo dignusq;, qui omnibus modis approbet.
Nam in hoc & laboramus & probris afficimur, quod
ſpem fixam habemus in deo viuente, qui eſt ſeruator om-
nium hominum, maxime fidelium.
Præcipe hæc & doce.
Nemo tuam iuuentutem deſpiciat, ſed eſto forma fide-
lium in ſermone, in conuerſatione, in dilectione, in ſpiritu,
in fide, in puritate.
Donec venero attende lectioni, exhortationi doctrinæ.

Ne neglexeris quod in te eſt donum, quod datum eſt tibi
per prophetiam cum impoſitione manuum, autoritate ſa-
cerdotij.
Hæc exerce, in his eſto, vt tuus profectus manifeſtus ſit
in omnibus.
Attende tibiipſi & doctrinæ, perſiſte in his. Nam id ſi fe-
ceris, teipſum ſeruabis, & eos qui te audierint.

CAP. V.

SEniorem ne ſæuius obiurges, ſed adhortare vt patrem,
iuniores vt fratres,
Mulieres natu grandiores vt matres, iuniores vt ſoro-
res cum omni caſtitate.
Viduas honora, quæ vere viduæ ſunt.
Quod ſi qua vidua liberos aut nepotes habet, diſcant
primum propriam domum piè tractare, & vicem rependere
maioribus: Hoc enim eſt honeſtum & acceptum coram
deo.
Porro quæ verè vidua eſt ac deſolata, ſperat in deo, &
perſeuerat in obſecrationibus ac precationibus nocte dieq;.

Vulgat. Editio.

Nam quæ in delicijs est, viuens mortua est.

Et hoc præcipe vt irreprehensibiles sint.
Si quis autem suorum,& maximè domesticorum curam non habet, fidem negauit,& est infideli deterior.

Vidua eligatur non minus sexaginta annorum, quæ fuerit vnius viri vxor,
In operibus bonis testimonium habens, si filios educauit, si hospitio recepit, si sanctorum pedes lauit, si tribulationem patientibus subministrauit, si omne opus bonum subsecuta est.
Adolescentiores autem viduas deuita: Cum enim luxuriatæ fuerint in Christo, nubere volunt:

Habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt,
Simul autem & otiosæ discunt circuire domos: nō solum otiosæ, sed & verbosæ,& curiosæ, loquentes quæ non oportet.
Volo ergo iuniores nubere, filios procreare, matresfamilias esse, nullam occasionem dare aduersario maledicti gratia.
Iam enim quædam conuersæ sunt retro Satanam.
Si quis fidelis habet viduas, subministret illis,& non grauetur Ecclesia: vt ijs, quæ verè viduæ sunt, sufficiat.
Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur: maximè qui laborant in verbo & doctrina.
Dicit enim Scriptura: non alligabis os boui trituranti. Et:* Dignus est operarius mercede sua.
Aduersus presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus.
Peccantes coram omnibus argue: vt & ceteri timorem habeant.
Testor coram Deo & Christo Iesu,& electis Angelis: vt hæc custodias sine præiudicio, nihil faciens in alteram partem declinando.

Manus cito nemini imposueris, neque communicaueris peccatis alienis. Teipsum castum custodi.
Noli adhuc aquam bibere, sed modico vino vtere propter stomachum tuum,& frequentes tuas infirmitates.
Quorundam hominum peccata manifesta sunt, præcedentia ad iudicium: quosdam autem & subsequuntur,
Similiter & facta bona manifesta sunt: & quæ aliter se habent, abscondi non possunt.

*Deu.25.4. * 1.Cor.9.9. *Ma.10.10. Luc.10.7.

CAP. VI.

QVicunque sunt sub iugo serui, dominos suos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen Domini & doctrina blasphemetur.
Qui autem fideles habent dominos, non contemnant, quia fratres sunt: sed magis seruiant, quia fideles sunt & dilecti, qui beneficij participes sunt. Hæc doce,& exhortare.
Si quis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi,& ei, quæ secundum pietatem est, doctrinæ:
Superbus est, nihil sciens, sed languens circa quæstiones,& pugnas verborum: ex quibus oriuntur inuidiæ, contentiones, blasphemiæ, suspiciones malæ.

Transl. ex Syriac.

6 *Illa vero quæ versatur in delicijs, mortua est viuens.*

7 *Hæc præcipe illis, vt irreprehensibiles sint.*
8 *Si quis enim eorum qui sui sunt, & maximè eorum qui filij sunt domus* (domestici,) *fidei curam non habet, iste abnegauit fidem, & deterior est illis qui non crediderunt.*

9 *Elige igitur viduam illam quæ non sit minor annis sexaginta, quæ fuerit vnius viri,*
10 *Et quæ habeat testimonium bonorum operum: Si educauit filios, si excepit aduenas, si lauit pedes Sanctorum, si refocillauit oppressos, si conuersata est in omni opere bono.*

11 *Cæterum à viduis illis, quæ sunt adolescentulæ, recede, lasciuiunt enim sibi aduersus Meschicho, & student esse virorum.* (nubere viris.)
12 *Condemnatio autem earum statuta est, quippe quæ reiecerint suam primam fidem*
13 *Quinetiam discunt pigritiam, quum circumeant domos; nec solum pigritiam, sed & multiplicare sermones, & agitare res vanas, & loqui quæ non oportet.*
14 *Volo igitur eas quæ adolescentulæ sunt, nubere, & gignere liberos, & gubernare ædes suas; nec aduersario dare ne vnam quidem occasionem maledicentiæ.*
15 *Iam enim cœperunt nonnullæ deflectere post Satanam.*

16 *Si quis fidelis, aut si qua fidelis habet viduas, alant eas, ne sint oneri Ecclesiæ, vt ijs quæ verè viduæ sunt, necessaria subministret.*
17 *Qui bene præsunt presbyteri, honore duplici digni habeantur, illi potissimùm qui laborant in sermone & doctrina.*
18 *Dicit enim Scriptura: Non obligabis os boui dum triturat. Et, Dignus est operarius mercede sua.*
19 *Aduersus presbyterum accusationem ne recipias, nisi per os duorum aut trium testium.*
20 *Eos, qui peccant coram omnibus, argue, vt & cæteri homines timeant.*
21 *Obtestor te coram Deo & Domino nostro Ieschua Meschicho, & Angelis eius electis, vt hæc serues, nullaque anticipatione præoccupetur mens tua, & nihil agas per acceptionem personarum.*
22 *Manus cito nemini imponas, neque communices peccatis alienis. Teipsum serua in puritate.*
23 *Neque posthac aquam bibas, sed paululum vini bibito propter stomachum tuum, & crebras infirmitates tuas.*
24 * *Sunt homines quidam quorum scelera nota sunt, & præcedunt ad domum iudicij, & sunt quorum subsequuntur.*
25 *Ita quoque viri boni manifesti sunt; illi vero qui secus sunt, occultari non possunt.*

* Deficit in quibusdam exemplaribus.

CAP. VI.

1 QVicunque sunt sub iugo seruitutis, heros suos in omni honore habeant, ne nomen Dei & doctrina eius blasphemetur.
2 *Qui vero habent heros fideles, ne despiciant quod fratres sint: sed magis inseruiant eis, quia fideles sunt & dilecti illi, quorum in ministerio fruuntur requie. Hæc doce & exhortare eos.*
3 *Si quis autem aliam doctrinam docet, & non accedit sermonibus sanis Domini nostri Ieschua Meschicho, & doctrinæ reuerentiæ Dei;*
4 *Is effert sese quum nihil sciat, sed languet in indagine & quæstione verborum, ex quibus exsistit inuidia, & contentio, & maledicentia, & mala suppositio in mente* (suspicio:)

Transl. B. Ariæ Mont.

At delicioſa, viuens mortua eſt.

Et hæc annuntia, vt irreprehenſibiles ſint.
Si autem quis propriis, & maximè domeſticis non proſpicit, fidem negauit, & eſt infideli deterior.

Vidua eligatur non minus annorum ſexaginta, quæ fuerit vnius viri vxor,
In operibus bonis teſtimonium habens, ſi filios educauit, ſi hoſpitio recepit, ſi ſanctorum pedes lauit, ſi afflictis ſuffecit, ſi omne opus bonum ſubſecuta eſt.
Adoleſcentiores autem viduas recuſa: Cum enim laſciuierint aduerſus Chriſtum, nubere volunt:

Habentes damnationem, quia primam fidem abiecerunt.
Simul autem & otioſæ diſcunt circumeuntes domos: non ſolum autem otioſæ, ſed & nugaces, & curioſæ, loquentes quæ non decentia.
Volo ergo iuniores viduas nubere, filios procreare, domum adminiſtrare, nullam occaſionem dare aduerſario maledicti gratia.
Iam enim quædam conuerſæ ſunt retro Satanam.
Si quis fidelis aut qua fidelis habet viduas, ſufficiat illis, & non grauetur Eccleſia: vt verè viduis ſufficiat.
Bene præſidentes presbyteri, duplici honore digni habeantur: maximè laborantes in verbo & doctrina.
Dicit enim Scriptura: boui trituranti non ligabis os. Et, dignus operarius mercede ſua.
Aduerſus presbyterum accuſationem ne accipito, præterquam in duobus aut tribus teſtibus.
Peccantes coram omnibus argue: vt & ceteri timorem habeant.
Obteſtor coram Deo, & Domino Ieſu Chriſto, & electis Angelis, vt hæc cuſtodias ſine præiudicio, nihil faciens ſecundum inclinationem.

Manus cito nemini impoſueris, neque communicaueris peccatis alienis. Teipſum caſtum cuſtodi.
Ne amplius aquam bibito, ſed vino modico vtere propter ſtomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates.
Quorundam hominum peccata manifeſta ſunt, præcedentia ad iudicium: quoſdam autem & ſubſequuntur,
Similiter & pulchra opera manifeſta ſunt, & ea, quæ aliter habentia, abſcondi non poſſunt.

CAP. VI.

QVicunque ſunt ſub iugo ſerui, proprios dominos omni honore dignos arbitrentur, vt non nomen Dei & doctrina blaſphemetur.
At fideles habentes dominos, non contemnant, quia fratres ſunt: ſed magis ſeruiant, quia fideles ſunt & dilecti, qui beneficij participantes. Hæc doce & exhortare.
Si quis aliter docet, & non accedit ſanis ſermonibus Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ei, quæ ſecundum pietatem, doctrinæ:
Turget nihil ſciens, ſed languens circa quæſtiones, & verborum pugnas: ex quibus naſcitur inuidia, contentio, blaſphemiæ, ſuſpiciones malæ.

Transl. Eraſm. Roterod.

6 *Porro quæ in delitijs verſatur, ea viuens mortua eſt.*

7 *Et hæc præcipe, vt irreprehenſibiles ſint.*
8 *Si qua vero ſuis & maximè familiaribus non prouidet, fidem abnegauit, & eſt infideli deterior.*

9 *Vidua allegatur non minor annis ſexaginta, quæ fuerit vnius viri vxor,*
10 *In operibus bonis hominum teſtimonio comprobata, ſi filios educauit, ſi fuit hoſpitalis, ſi ſanctorum pedes lauit, ſi afflictis ſubminiſtrauit, ſi in omni opere bono fuit aſſidua.*
11 *Porro iuniores viduas reijce, cum enim laſciuire cœperint aduerſus Chriſtum, nubere volunt,*

12 *Habentes condemnationem, quod primam fidem reiecerint,*
13 *Simul autem & otioſæ diſcunt circumire domos. Imo non ſolum otioſæ, verum etiam garrulæ & curioſæ, loquentes quæ non oportet.*
14 *Volo igitur iuniores nubere, liberos gignere, domum adminiſtrare, nullam occaſionem dare aduerſario, vt habeat maledicendi cauſam.*
15 *Iam enim nonnullæ deflexerunt, ſecutæ Satanam.*

16 *Quod ſi quis fidelis, aut ſi quæ fidelis habet viduas, ſuppeditet illis, & non oneretur eccleſia, vt ijs quæ vere viduæ ſunt, ſuppetat.*
17 *Qui bene præſunt presbyteri, duplici honore digni habeantur: maximè ij, qui laborant in ſermone & doctrina.*
18 *Dicit enim Scriptura: Boui trituranti non obligabis os, Et, Dignus eſt operarius mercede ſua.*
19 *Aduerſus presbyterum accuſationem ne admiſeris niſi duobus aut tribus teſtibus.*
20 *Eos qui peccant, coram omnibus argue, vt & cæteri timorem habeant.*
21 *Obteſtor in conſpectu Dei & Domini Ieſu Chriſti & electorum Angelorum, vt hæc ſerues ſine præcipitatione iudicij, nihil faciens iuxta propenſionem animi.*

22 *Manus cito ne cui imponas, neque communices peccatis alienis. Temetipſum purum ſerua.*
23 *Ne poſthac bibas aquam, ſed vini paululo vtere propter ſtomachum tuum, & crebras tuas infirmitates.*

24 *Quorundam hominum peccata ante manifeſta ſunt, præcedentia ad iudicium, quoſdam vero & ſubſequuntur.*
25 *Conſimiliter & bona opera ante manifeſta ſunt; & ea quæ ſecus habent, occultari non poſſunt.*

CAP. VI.

1 *QVicunque ſub iugo ſunt ſerui, ſuos Dominos omni honore dignos ducant, ne nomen Dei & doctrina male audiat.*
2 *Qui vero fideles habent Dominos, ne contemnant, quod fratres ſint, ſed magis inſeruiant, quod fideles ſint ac dilecti qui beneficentiæ participes ſunt. Hæc doce & exhortare.*
3 *Si quis diuerſam ſequitur doctrinam, & non accedit ſanis ſermonibus Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ei quæ ſecundum pietatem eſt, doctrinæ,*
4 *Is inflatus eſt nihil ſciens, ſed inſaniens circa quæſtiones ac diſputationum pugnas, ex quibus naſcitur inuidia, contentio, maledicentia, ſuſpiciones malæ, ſuperuacaneæ,*

Vulgat. Editio.

Conflictiones hominum mente corruptorum, & qui veritate priuati sunt, existimantium quæstum esse pietatem.

Est autem quæstus magnus pietas cum sufficientia.

*Nihil enim intulimus in hunc mundum: haud dubium quod nec auferre quid possumus.

* Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus.

Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia, & nociua quæ mergunt homines in interitum, & perditionem.

Radix enim omnium malorum est cupiditas: quam quidam appetentes errauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis.

Tu autem ô homo Dei hæc fuge: sectare vero iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem.

Certa bonum certamen fidei, apprehende vitam æternam, in qua vocatus es, & confessus bonam confessionem coram multis testibus.

Præcipio tibi coram Deo, qui viuificat omnia, & Christo Iesu, qui testimonium reddidit* sub Pontio Pilato, bonam confessionem.

Vt serues mandatum sine macula, irreprehensibile vsque in aduentum Domini nostri Iesu Christi,

Quem suis temporibus ostendet *beatus, & solus potens, Rex regum, & Dominus dominantium:

Qui solus habet immortalitatem, & lucem inhabitat inaccessibilem: *quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest: cui honor, & imperium sempiternum: Amen.

Diuitibus huius sæculi præcipe non sublime sapere, * neque sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo (qui præstat nobis omnia abundè ad fruendum)

Bene agere, diuites fieri in bonis operibus, facile tribuere, communicare,

Thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant veram vitam.

O Timothee, depositum custodi, deuitans profanas vocum nouitates, & oppositiones falsi nominis scientiæ,

Quam quidam promittentes, circa fidem exciderunt. Gratia tecum. Amen.

Transl. ex Syriac.

5 *Et conflictatio hominum mente corruptorum, & à veritate reprobatorum, ac existimantium quæstum esse reuerentiam Dei.*

6 *Tu vero procul discede ab iis, quæstus enim noster magnus est, qui est cultus Dei cum vsu sufficientiæ nostræ.*

7 *Nihil enim intulimus in mundum, & notum est nec nos posse quicquam ab eo educere.*

8 *Quapropter sufficit nobis cibus & tegumentum.*

9 *Illi autem qui volunt ditescere, incidunt in tentationem & in laqueum, & in concupiscentias multas, quæ stultæ sunt & noxiæ, & quæ mergunt homines in exitium & perditionem.*

10 *Radix enim omnium malorum est amor pecuniæ, quam quidam dum concupierunt, tunc à fide aberrarunt, & seipsos inuolerunt in dolores quam plurimos.*

11 *Tu autem, ô homo Dei ab his fuge, & consectare iustitiam, & æquitatem, & fidem, & charitatem, & patientiam, & humilitatem.*

12 *Et certa bono certamine fidei, & assequere vitam æternam, ad quam vocatus es, & professus professionem bonam coram testibus plurimis.*

13 *Obtestor te coram Deo ipso qui viuificat omnia, & Ieschua Mesichicho, qui coram Pontio Pilato perhibuit boni testimonium:*

14 *Vt serues præceptum absq; macula & nævo, vsque ad manifestationem Domini nostri Ieschua Mesichicho:*

15 *Quem suo tempore ostensurus est Deus ille benedictus, & solus potens, Rex regum, & Dominus dominantium.*

16 *Qui quidem solus est corruptionis expers, & habitat in luce ad quam nemo potest accedere; & nemo ex hominibus vidit cum nec videre valet: cui honor & imperium in sæculum sæculorum. Amin.*

17 *Diuitibus huius seculi præcipe ne elato sint animo, neque confidant diuitijs in quibus nulla est fiducia: sed in Deo viuente, qui omnia nobis affatim suppeditat ad requiem nostram:*

18 *Vt faciant bona opera, & ditescant præclaris facinoribus, & sint faciles ad largiendum, & ad communicandum.*

19 *Vtque reponant sibiipsis fundamentum bonum in posterum, vt assequantur vitam veram.*

20 *O Timothee, attende huic rei quæ apud te deposita est, & fuge à filiabus vocum inanium (à propositionibus vanis) & ab oppositionibus falsæ scientiæ:*

21 *Illi enim qui profitentur eam, aberrarunt à fide. Gratia sit tecum, Amin.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Peruersæ exercitationes corruptorum hominum mentem, & priuatorum veritate existimantium quæstum esse pietatē: abscede ab huiusmodi.

Est autem quæstus magnus pietas cum suæ sortis probatione,

Nihil enim intulimus in mundum, manifestum quia nec auferre quid possumus.

Habentes autem alimenta, & tegumenta, his contenti simus.

At volentes ditescere, incidunt in tentationem, & laqueum, & desideria multa inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem.

Radix enim omnium malorum est pecuniæ cupiditas, quam quidam appetentes aberrauerunt à fide, & seipsos transfixerunt doloribus multis.

Tu autem ò homo Dei hæc fuge: sectare verò iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem.

Certa pulchrum certamen fidei, apprehende æternam vitam, in quam vocatus es, & confessus es pulchram confessionem coram multis testibus.

Præcipio tibi coram Deo, viuificante omnia, & Christo Iesu testato coram Pōtio Pilato pulchram confessionem.

Seruare te mandatum immaculatum, irreprehensibile vsque in apparitionem Domini nostri Iesu Christi:

Quam temporibus propriis ostendet beatus, & solus potens, Rex regum, & Dominus dominantium:

Solus habens immortalitatem, lucem habitans inaccessibilem: quem vidit nullus hominum, nec videre potest: cui honor, robur sempiternum: Amen.

Diuitibus in nunc sæculo, præcipe non sublime sapere, neque sperare in diuitiarum incertitudine, sed in Deo illo viuente præbente nobis abundè omnia ad refocillationem.

Bene agere, ditescere in operibus bonis, bene partibiles esse, communicabiles,

Thesaurizantes sibiipsis fundamentum pulchrū in futurum, vt apprehendant æternam vitam.

O Timothee, depositum custodi, deuitans profanas inanitates vocum, & oppositiones illius falsò nominatæ scientiæ,

Quam quidam profitentes, circa fidem aberrauerunt. Gratia tecum. Amen.

Transl. Erasm. Roterod.

5 *Conflictationes hominum mente corruptorum, & quibus adempta est veritas, qui existimant quæstum esse pietatem. Seiungere ab ijs qui eiusmodi sunt.*

6 *Est autem quæstus magnus, pietas cum animo sua sorte contento,*

7 *Nihil enim intulimus in mundum, videlicet nec efferre quicquam possumus:*

8 *Sed habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti erimus.*

9 *Cæterum qui volunt ditescere, incidunt in tentationem, & laqueum & cupiditates multas, stultas, ac noxias, quæ demergunt homines in exitium & interitum.*

10 *Siquidem radix omnium malorum est studium pecuniæ quam quidam dum appetunt, aberrarunt à fide, & seipsos implicuerunt doloribus multis.*

11 *Tu verò homo Dei, ista fuge; sectare autem iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem.*

12 *Certa bonum certamen fidei: apprehende vitam æternam, ad quam & vocatus es, & professus es bonam professionem coram multis testibus.*

13 *Præcipio tibi in conspectu Dei, qui viuificat omnia, & Iesu Christi, qui testatam fecit sub Pontio Pilato bonam professionem,*

14 *Vt serues præceptum, immaculatus, irreprehensibilis, vsque ad apparitionem Domini nostri Iesu Christi,*

15 *Quem temporibus suis ostensurus est ille beatus & solus princeps, rex regnantium, & Dominus dominantium.*

16 *Qui solus habet immortalitatem, lucem habitans inaccessam, quem vidit nemo hominum neque videre potest, cui honor & imperium sempiternum. Amen.*

17 *His qui diuites sunt in præsenti seculo præcipe, ne elatę sint animo, neque spem ponant in diuitijs incertis, sed in Deo viuente, qui præbet nobis omnia affatim ad fruendum,*

18 *Vt bene faciant, vt diuites sint operibus bonis, vt faciles sint ad impartiendum, libenter communicantes,*

19 *Recondentes sibijpsis fundamentum bonum in posterum, vt apprehendant æternam vitam.*

20 *O Timothee depositum serua, deuitans prophanas vocum inanitates, & oppositiones falso nominatæ scientiæ,*

21 *Quam nonnulli profitentes, circa fidem aberrauerunt. Gratia sit tecum, Amen.*

POSTERIORIS EPISTOLÆ B. PAVLI APOSTOLI AD TIMOTHEVM,

Vulgat. Editio.

CAPVT PRIMVM.

PAulus Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei secundum promissionem vitæ, quæ est in Christo Iesu:

Timotheo carissimo filio, gratia, misericordia, pax à Deo Patre, & Christo Iesu Domino nostro.

Gratias ago Deo, cui seruio à progenitoribus in conscientia pura, quod sine intermissione habeam tui memoriam in orationibus meis nocte ac die.

Desiderans te videre, memor lachrymarum tuarum, vt gaudio implear,

Recordationem accipiens eius fidei, quæ est in te non ficta, quæ & habitauit primum in auia tua Loide, & matre tua Eunice, certus sum autẽ quod & in te.

Propter quam causam admoneo te, vt resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum.

*Ro.8.15 *Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris: sed virtutis, & dilectionis & sobrietatis.

Noli itaque erubescere testimonium Domini nostri, neque me vinctum eius: sed collabora Euangelio secundum virtutem Dei:

Qui nos liberauit & vocauit vocatione sancta, *Tit.3.5. * non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum, & gratiam, quæ data est nobis in Christo Iesu ante tempora sæcularia.

Manifestata est autem nunc per illuminationem Saluatoris nostri Iesu Christi, qui destruxit quidem mortem, illuminauit autem vitam, & incorruptionem per Euangelium:

*Tim.2.7 In quo * positus sum ego prædicator, & Apostolus, & magister Gentium.

Ob quam causam etiã hæc patior, sed non confundor. Scio enim cui credidi, & certus sum quia potens est depositum meum seruare in illũ diem.

Formam habe sanorum verborum, quæ à me audisti in fide, & in dilectione in Christo Iesu.

Bonum depositum custodi per Spiritum sanctum, qui habitat in nobis.

Scis hoc quod auersi sunt à me omnes, qui in Asia sunt, ex quibus est Phygellus, & Hermogenes.

*Inf.4.19 Det misericordiã Dominus * Onesiphori domui: quia sæpe me refrigerauit, & catenam meam non erubuit:

Sed cùm Romam venisset, solicitè me quæsiuit, & inuenit.

Det illi Dominus inuenire misericordiam à domino in illa die. Et quanta Epheſi ministrauit mihi, tu melius nosti.

CAP. II.

TV ergo, fili mi, confortare in gratia, quæ est in Christo Iesu.

POSTERIORIS EPISTOLÆ B. PAVLI APOSTOLI AD TIMOTHEVM,

Transl. ex Syriac.

CAPVT PRIMVM,

Commemoratione Ignatij, & sociorum eius.

1 *PAulus Apostolus Ieschua Meschicho per voluntatem Dei, & permissionem vitæ, quæ est in Ieschua Meschicho;*

2 *Timotheo filio dilecto, gratia, & miserationes, & pax à Deo Patre, & à Domino nostro Ieschua Meschicho.*

3 *Gratias ago Deo ipsi, cui seruio à parentibus meis cum pura conscientia, quod assiduè memor sim tui in precationibus meis tum noctu, tum interdiu.*

4 *Et exopto videre te, ac memor sum lachrymarum tuarum, vt implear gaudio,*

5 *Quum in memoriam reuocauero eam quam habes fidem certissimam, quæ habitauit primum in auia tua Loide, & matre tua Eunica; persuasus sum autem quod & in te.*

6 *Quapropter commonefacio te, vt excites donum illud Dei, quod in te est per impositionem manuum mearum.*

7 *Non enim dedit nobis Deus spiritum timiditatis sed potentiæ & dilectionis, & admonitionis.*

8 *Ne igitur te pudeat testimonij Domini nostri, nec etiam mei, qui sum vinctus illius, sed perfer mala cum Euangelio per virtutem Dei:*

9 *Qui seruauit & vocauit nos vocatione sancta, non secundum opera nostra, sed iuxta voluntatem suam, illamq; gratiam suam quæ data est nobis in Ieschua Meschicho ante tempus sæculorum.*

10 *Nunc autem reuelata est per manifestationem Seruatoris nostri Ieschua Meschicho, qui aboleuit mortem, & vitam patefecit, ac incorruptionem per Euangelium:*

11 *In quo positus sum ego præco, & Apostolus, & doctor Gentium.*

12 *Propterea hæc ego patior, nec me pudet. Scio cui crediderim, & persuasum habeo fore, vt per manus eius depositum meum custodiatur mihi in diem illum.*

13 *Forma tibi sint sani sermones, quos audisti à me cum fide & dilectione erga Ieschua Meschicho.*

14 *Depositum bonum conserua per Spiritum illum sanctitatis qui habitat in nobis.*

15 *Nosti hoc, auersos fuisse à me hos omnes qui sunt in Asia, ex quibus est Phygelus, & Hermogenes.*

16 *Det Dominus noster misericordiam familiæ Onesiphori: quia pluries me refocillauit, nec erubuit de catenis quibus vinctus sum.*

17 *Sed quum venisset Romam, cum diligentia quæsiuit me, & inuenit me.*

18 *Det ei Dominus noster vt inueniat miserationes apud Dominum nostrum in illo die. Cæterum quanta mihi ministrauerit Epheſi, tu maximè nosti.*

CAP. II.

1 *TV igitur, fili mi, fortis esto in gratia, quæ est per Ieschua Meschicho.*

POSTERIORIS EPISSOLÆ B. PAVLI APOSTOLI AD TIMOTHEVM,

Transl. B. Ariæ Mont.

CAPVT PRIMVM.

PAulus Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, secũdum promissionem vitæ quæ in Christo Iesu.

Timotheo dilecto filio, gratia, misericordia, pax à Deo patre & Christo Iesu Domino nostro.

Gratiam habeo Deo, cui seruio à progenitoribus in pura conscientia, vt inintermissam habeo de te memoriam in orationibus meis, nocte & die.

Desiderans te videre, memor tuarum lachrymarum, vt gaudio implear.

Recordationem accipiens eius quæ in te non ficta, fidei, quæ inhabitauit primum in auia tua Loide, & matre tua Eunice: persuasus sum autẽ quod & in te.

Propter quam causam rursus meminisse facio te resuscitare donum Dei, quod est in te per impositionem manuum mearum.

Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis & dilectionis & sobrietatis.

Ne igitur erubueris testimonium Domini nostri, neque me vinctum eius: sed compatere afflictiones Euangelio secundum virtutem Dei.

Seruantis nos, & vocantis vocatione sancta, non secundum opera nostra, sed secundum proprium propositũm & gratiam datam nobis in Christo Iesu ante tempora sæcularia.

Manifestatam autem nunc per apparitionem Saluatoris nostri Iesu Christi, destruentis quidem mortem, illumniantis autem vitam & incorruptionem & Euangelium.

In quod positus sum ego prædicator & Apostolus, & magister Gentium.

Ob quam causam etiam hæc patior, sed non cõfundor: scio enim cui credidi, & persuasus sum quia potens est depositũ meum seruare in illũ diẽ.

Exemplar habe sanorum verborum, quæ à me audisti in fide & dilectione quæ in Christo Iesu.

Pulchrum depositum custodi: nec Spiritum sanctum inhabitantem in nobis.

Scis hoc quod auersati sunt me omnes qui in Asia, quorum est Phygellus & Hermogenes.

Det misericordiam Dominus Onesiphori domui, quia sæpe me refrigerauit, & catenam meam non erubuit:

Sed factus in Roma, studiosius quæsiuit me, & inuenit.

Det illi Dominus inuenire misericordiam à domino in illa die & quacunque in Epheso ministrauit, melius tu nosti.

CAP. II.

TV ergo, fili mi, confortare in gratia quæ in Christo Iesu.

POSTERIORIS EPISTOLÆ B. PAVLI APOSTOLI AD TIMOTHEVM,

Transl. Erasm. Roterod.

CAPVT PRIMVM.

1 *PAulus Apostolus Iesu Christi, per voluntatem Dei, secundum promissionem vitæ, quæ est in Christo Iesu,*

2 *Timotheo dilecto filio, Gratia, misericordia, pax à Deo patre, & Christo Iesu Domino nostro.*

3 *Gratiam habeo Deo, cui seruio à maioribus cum pura conscientia, quod citra vllam intermissionem faciam de te mentionem in precationibus meis noctu dieq́.*

4 *Desiderans te videre, memor tuarum lachrymarum, vt gaudio replear,*

5 *Vbi commonefactus fuero eius, quæ est in te non simulatæ fidei, quæ habitauit primum in auia tua Loide, & matre tua Eunica. Certum autem scio, quod in te quoque.*

6 *Quam ob causam commonefacio te, vt suscites donum Dei, quod est in te per impositionem manuum mearum.*

7 *Non enim dedit nobis Deus spiritum timiditatis, sed potentiæ ac dilectionis & sobritatis.*

8 *Ne igitur te pudeat testimonij Domini nostri, neq́ te pudeat mei, qui sum vinctus illius, sed esto particeps afflictionum euangelij iuxta potentiam Dei,*

9 *Qui saluos fecit nos, & vocauit vocatione sancta, non secundum opera nostra, sed secundum suum propositum & gratiam, quæ data quidem est nobis per Christum Iesum ante tempora æterna,*

10 *Sed palam facta est nunc per apparitionem Seruatoris nostri Iesu Christi, qui mortem quidem aboleuit, vitam autem in lucem produxit, ac immortalitatem per Euangelium,*

11 *In quod positus sum ego præco & Apostolus, ac doctor gentium,*

12 *Quam ob causam & hæc patior, attamen non erubesco Noui enim certusq́ sum, quod is cui credidi, potens sit depositum meum custodire in illum diem.*

13 *Formam habeto sanorum sermonum, quos à me audisti cum fide & charitate, quæ est in Christo Iesu,*

14 *Egregium depositum seruato per Spritum sanctum, qui inhabitat in nobis.*

15 *Nosti hoc, quod auersati fuerint me omnes, qui sunt in Asia, quorum est Phygelus & Hermogenes.*

16 *Det misericordiam Dominus Onesiphori familiæ, quoniam sæpe me refocillauit, & de catena mea non erubuit;*

17 *Sed cum esset Romæ, studiosius quæsiuit me, & inuenit.*

18 *Det ei Dominus, vt inueniat misericordiam apud Dominum in die illo. Et in quàm multis Ephesi ministrauerit melius tu nosti.*

CAP. II.

1 *TV igitur, fili mi, fortis esto in gratia, quæ est per Christum Iesum,*

	Vulgat. Editio.		Transl. ex Syriac.
	Et quæ audisti à me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere.	2	*Et ea quæ audisti à me per multos testes commenda hominibus fidelibus, idoneis per se alios quoque docere.*
	Labora sicut bonus miles Christi Iesu.	3	*Et sustine mala tanquam bonus miles Ieschua Meschicho.*
	Nemo militans Deo implicat se negotijs sæcularibus, vt ei placeat, cui se probauit.	4	**Nemo militat, & implicatur se negotijs seculi, vt placeat ei qui elegit.* *De Petronaleſi dnno.
	Nam & qui certa in agone, non coronatur nisi legitimè certauerit. t	5	*Quod si quis certet, non coronatur nisi iuxta legem suam certauerit.*
	Laborantem agricolam oportet primum de fructibus percipere.	6	*Agricolam laborantem oportet prius de fructibus suis cibari.*
	Intellige quæ dico: dabit enim tibi Dominus in omnibus intellectum.	7	*Intellige quæ dico. Dabit tibi Dominus noster sapientiam in omnibus.*
	Memor esto Dominum Iesum Christum resurrexisse à mortuis, ex semine Dauid, secundum Euangelium meum:	8	*Memento, Ieschua Meschicho resurrexisse à mortuis, qui quidem est ex semine Dauid secundum Euangelium meum,*
	In quo laboro vsque ad vincula, quasi malè operans, sed verbum Dei non est alligatum.	9	*In quo mala perfero vsq; ad vincula tanquam facinorosus: sed sermo Dei vinctus non est.*
	Ideo omnia sustineo propter electos, vt & ipsi salutem consequantur, quæ est in Christo Iesu, cum gloria cælesti.	10	*Propterea omnia sustineo propter electos, vt & ipsi inueniant vitam (salutem) in Ieschua Meschicho cum gloria aterna.*
	Fidelis sermo: Nam si commortui sumus, & conuiuemus:	11	*Fidelis ille sermo. Nam si mortui sumus cum eo cum eo & viuemus.*
*Mat. 10. 33. Mat. 8. 38	Si sustinebimus, & conregnabimus: *si negauerimus, & ille negabit nos.	12	*Et si pertulerimus, cum eo quoque regnabimus: sin abnegauerimus eum, & ipse abnegabit nos.*
*Ro. 3. 3.	* Si non credimus, ille fidelis permanet: negare seipsum non potest.	13	*Quod si non credamus ei, ille in fide permanet, seipsum negare non potest.*
	Hæc commone, testificans coram Domino. Noli contendere verbis, ad nihil enim vtile est, nisi ad subuersionem audientium.	14	*De his eos admone, & conteſtare coram Domino nostro ne contendant verbis, quæ nihil prosunt, ad subuersionem eorum qui illa audiunt.*
	Solicitè cura teipsum probabilem exhibere Deo, operarium inconfusibilem, rectè tractantem verbum veritatis.	15	*Tibique cura sit ſiſtere teipsum integerrimè coram Deo operarium absque confusione, rectè prædicantem sermonem veritatis.*
	Prophana autem & vaniloquia deuita: multum enim proficiunt ad impietatem.	16	*A sermonibus vanis, qui nulli sunt vsui, recede: potius enim ad impietatem eorum qui talia respondent:*
	Et sermo eorum vt cancer serpit: ex quibus est Hymenæus & Philetus:	17	*Et sermo eorum instar cancri morbi depascentis apprehendet multos; vnus autem ex eis est Hymenæus, & alter Philetus,*
	Qui à veritate exciderunt, dicentes resurrectionem iam esse factam, & subuerterunt quorundam fidem.	18	*Qui quidem aberrarunt à veritate, dicentes resurrectionem mortuorum factam fuisse, & fidem vniuscuiusq; subuertentes.*
	Sed firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc: Cognouit Dominus qui sunt eius, & discedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen Domini.	19	*Firmum autem fundamentum Dei stat, & habet hoc signaculum: Nouit Dominus qui sui sint, & discedat ab iniquitate quisquis inuocat nomen Domini,*
	In magna autem domo non solum sunt vasa aurea & argentea, sed & lignea & fictilia: & quædam quidem in honorem, quædam autem in contumeliam.	20	*Caterum in magna domo non tantum sunt vasa aurea aut argentea, sed etiam lignea, atq; testacea, quædam in honorem, & quædam in dedecus.*
	Si quis ergo emundauerit se ab istis, erit vas in honorem sanctificatum, & vtile Domino, ad omne opus bonum paratum.	21	*Si quis igitur expurgauerit seipsum ab his, erit vas purum in honorem accommodatum ad vsum domini sui, & paratum ad omne opus bonum.*
	Iuuenilia autem desideria fuge: sectare vero iustitiam, fidem, spem, charitatem, & pacem cum ijs, qui inuocant Dominum de corde puro.	22	*Ab omnibus concupiscentijs adolescentiæ fuge, & curre post iustitiam, & fidem, & charitatem, & pacem cum ijs qui inuocant Dominum nostrum ex puro corde.*
* 1. Tim. 1. 7. Tit. 3. 9.	*Stultas autem, & sine disciplina quæstiones deuita sciens quia generant lites.	23	*Stultas illas contentiones, quæ sunt absque eruditione, respue: scis enim eas parere degladiationes.*
	Seruum autem Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem,	24	*Seruus autem Domini nostri non debet digladiari, sed mansuetus esse erga vnumquemque, & doctor, & longanimis:*
	Cum modestia corripientem eos, qui resistunt veritati: nequando Deus det illis pœnitentiam ad cognoscendam veritatem,	25	*Vt eruditat eos qui contendunt aduersus ipsum, cum comitate: siquando det illis Deus respiscentiam, vt cognoscant veritatem,*
	Et resipiscant à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur ad ipsius voluntatem.	26	*Et suam ipsorum conditionem in memoriam reuocent, ac discedant à laqueo Satanæ, quo irretiti fuerunt ad voluntatem ipsius.*

Transl. B. Ariæ Mont.		Transl. Eraſm. Roterod.
Et quæ audiſti à me per multos teſtes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere.	2	*Et in his, quæ audiſti à me per multos teſtes. Hæc commenda fidelibus hominibus, qui erunt idonei, vt alios quoque doceant.*
Tu igitur malum patere ſicut pulcher miles Ieſu Chriſti.	3	*Tu igitur feras afflictionem, vt bonus miles Ieſu Chriſti.*
Nemo militans implicatur vitæ negotijs, vt deligenti milites placeat.	4	*Nemo qui militat, implicatur vitæ negotiis, vt ei qui ſe in militiam delegit, placeat.*
Si autem & certet quis, non coronatur, ſi non legitimè certauerit.	5	*Quod ſi certet etiam aliquis, non coronatur, niſi legitimè certauerit.*
Laborantem agricolam oportet primum fructus percipere.	6	*Laborantem agricolam oportet primum de fructibus percipere.*
Intellige quæ dico: det enim tibi Dominus intellectum in omnibus.	7	*Cogita quæ dico. Det enim tibi Dominus in omnibus intellectum.*
Memor eſto Ieſum Chriſtum excitatum ex mortuis, ex ſemine Dauid, ſecundum Euangelium meum:	8	*Memento, Ieſum Chriſtum reſurrexiſſe ex mortuis, ex ſemine Dauid, ſecundum Euangelium meum,*
In quo malum patior vſque ad vincula quaſi maleficus: ſed verbum Dei non eſt vinctum.	9	*In quo malis affligor, quaſi facinoroſus vſq; ad vincula. At ſermo dei non fuit vinctus.*
Propter hoc omnia ſuſtineo propter electos, vt & ipſi ſalutem conſequantur quæ in Chriſto Ieſu, cum gloria æterna.	10	*Propterea omnia ſuffero propter electos, vt & ipſi ſalutem conſequantur, quæ eſt in Chriſto Ieſu, cum gloria æterna.*
Fidelis ſermo: ſi enim commortui ſumus, & conuiuemus:	11	*Certus ſermo. Nam ſi commortui ſumus, & conuiuemus,*
Si toleramus, & conregnabimus: ſi negauerimus, & ille negabit nos.	12	*Si ſufferimus, & conregnabimus: ſi negamus, & ille negabit nos:*
Si infidi ſumus, ille fidelis permanet: negare ſeipſum non poteſt.	13	*Si incredduli ſumus, ille fidelis manet, negare ſeipſum non poteſt.*
Hæc commone, teſtificans coram Domino, non contendere verbis, ad nihil vtile, ad ſubuerſionem audientium.	14	*Hæc admone, conteſtatus coram domino ne verborum pugnas ſequantur, ad nullam vtilitatem, ad ſubuerſionem audientium.*
Stude teipſum probabilem exhibere Deo, operarium inconfuſibilem, recte tecantem verbum veritatis.	15	*Stude teipſum probatum exhibere Deo, operarium non erubeſcendum, recte ſecantem ſermonem veritatis.*
At Prophanas vanas voces cohibe, ad plus enim procedent impietatis.	16	*Cæterum prophanas vocum inanitates prætermittito ad maiorem enim proficient impietatem:*
Et ſermo eorum vt gangræna paſtum habebit, quorum eſt Hymenæus & Philetus:	17	*Et ſermo illorum, vt cancer morbus, paſtionem habebit, quorum de numero eſt Hymenæus & Philetus,*
Qui circa veritatem abarrauerunt, dicentes reſurrectionem iam eſſe factam, & ſubuertunt quorundam fidem.	18	*Qui circa veritatem aberrarunt, dicentes, reſurrectionem iam eſſe factam, & ſubuertunt quorundam fidem.*
Tamen firmum fundamentum Dei ſtat, habens ſignaculum hoc: Cognouit Dominus exiſtentes eius, & Diſcedat ab iniuſtitia omnis nominans nomen Domini.	19	*Solidum tamen fundamentum Dei ſtat, habens ſignaculum hoc: Nouit Dominus, qui ſint ſui, & diſcedat ab iniquitate omnis, qui nominat nomen Chriſti.*
In magna autem domo non ſunt ſolum vaſa aurea & argentea, ſed & lignea & teſtacea: & quædam quidem in honorem, quædam autem in dedecus.	20	*Cæterum in magna domo nõ tantum ſunt vaſa aurea & argentea, verumetiam lignea ac teſtacea, & alia quidem in honorem, alia vero in contumeliam.*
Si ergo quis emundauerit ſeipſum ab iſtis, erit vas in honorem ſanctificatum, & bene vtile domino, ad omne opus bonum paratum.	21	*Si quis igitur expurgarit ſeipſum ab his, erit vas in honorem ſanctificatum, accommodum vſibus Domini, ad omne opus bonum præparatum,*
At iuuenilia deſideria fuge: ſectare vero iuſtitiam, fidem, charitatem, pacem cum inuocantibus Dominum de puro corde.	22	*Iuueniles autem concupiſcentias fuge, ſectare vero iuſtitiam, fidem, charitatem, pacem, cum his qui inuocant Dominum ex puro corde.*
At ſtultas & ineruditas quæſtiones reijce, ſciens quia generant pugnas.	23	*Stultas autem & ineruditas quæſtiones reſpue, ſciens, eas parere pugnas.*
Seruum autem Domini non oportet pugnare, ſed manſuetum eſſe ad omnes, docibilem, mala tolerantem,	24	*Porro ſeruum Domini non oportet pugnare, ſed placidum eſſe erga omnes, propenſum ad docendum, tolerantem malos,*
In lenitate erudientem contrapoſitos, nequando det illis Deus pœnitentiam ad agnitionem veritatis.	25	*Cum manſuetudine, erudientem eos qui obſiſtunt, ſi quando det illis Deus pœnitentiam ad agnoſcendum veritatem,*
Et reſipiſcant à diaboli laqueo, captiui detenti ab ipſo ad ipſius voluntatem.	26	*Et reſipiſcant è diaboli laqueo, capti ab eo ad ipſius võluntatem.*

Vulgat. Editio.

CAP. III.

1. Hoc autem scito, quod in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa.
2. Erunt homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti,
3. Sine affectione, sine pace, criminitatores, incontinentes, immites, sine benignitate,
4. Proditores, protervi, tumidi, & voluptatum amatores magis quam Dei:
5. Habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Et hos deuita:
6. Ex his enim sunt qui penetrant in domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur variis desideriis:
7. Semper discentes, & numquam ad scientiam veritatis peruenientes,
8. Quemadmodum autem* Iannes & Mambres restiterunt Moysi, ita & hi resistunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem,
9. Sed vltra non proficient: insipientia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit.
10. Tu autem assecutus es meam doctrinam, institutionem, propositum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patientiam,
11. Persecutiones, passiones: qualia mihi facta sunt Antiochiæ, Iconij, & Lystris: quales persecutiones sustinui, & ex omnibus eripuit me Dominus.
12. Et omnes qui piè volunt viuere in Christo Iesu persecutionem patientur.
13. Mali autem homines, seductores proficient in peius, errantes & in errorem mittentes,
14. Tu verò permane in iis, quæ didicisti, & credita sunt tibi: sciens à quo didiceris.
15. Et quia ab infantia sacras literas nosti, quæ te possunt instruere ad salutem, per fidem, quæ est in Christo Iesu.
16. *Omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia:
17. Vt perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus.

1. Tim. 4. 3.

*Exod. 7. 11.

*2. Pet. 1. 20.

CAP. IV.

1. Testificor coram Deo, & Iesu Christo, qui iudicaturus est viuos, & mortuos, per aduentum ipsius & regnum eius:
2. Prædica verbum, insta opportunè, importunè: argue, obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina,
3. Erit enim tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros, prurientes auribus,
4. Et à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur.
5. Tu vero vigila, in omnibus labora, opus fac Euangelistæ, ministerium tuum imple. Sobrius esto.
6. Ego enim iam delibor, & tempus resolutionis meæ instat.

Transl. ex Syriac.

CAP. III.

1. *Hoc autem scito, nempe in vltimis diebus ventura tempora durissima:*
2. *Homines enim futuros sui amantes, & amantes pecuniæ, fastuosos, elatos, blasphemos, hominibus (parentibus) suis immorigeros, negantes gratiam, impios,*
3. *Calumniatores, concupiscentiæ subditos, bestiarum more efferatos, osores bonorum,*
4. *Proditores, præcipites, inflatos, concupiscentiarum longè amantiores, quam dilectionis Dei:*
5. *Habentes formam reuerentiæ Dei: sed à virtute Dei procul distantes. Qui sunt eiusmodi, eos repelle, à te.*
6. *Ex his enim sunt qui irrepunt in domos, & captiuas abducunt mulieres oneratas peccatis, quæ ducuntur variis concupiscentijs,*
7. *Quæ semper discentes, nunquam ad cognitionem veritatis peruenire possunt.*
8. *Quemadmodum autem Ionis & Iambaris insurrexerunt aduersus Mouschæ, ita & isti insurgunt in veritatem, homines corruptæ mentis, & reprobi à fide.*
9. *Sed non progredientur: eorum enim stultitia innotescit omnibus, sicut & illorum innotuit.*
10. * *Tu autem venisti post doctrinam meam: & post institutia mea, & post placitum meum, & post fidem meam, & post longanimitatem meam, & post charitatem meam, & post patientiam meam,* *D. Seueri (festo.)
11. *Et post persecutiones meas, mem denique passiones. Caterum nosti quæ pertulerim Antiochiæ, & Iconij, & Lystris, qualem persecutionem sustinuerim. Et ex his omnibus eripuit me Dominus meus,*
12. *Enimuero quicunque & volunt cum timore Dei viuere in Ieschua Meschicho, persecutionem passuri sunt.*
13. *Homines autem flagitiosi & impostores addent ad malitiam suam errantes, inducentesq; in errorem.*
14. *Tu vero permane in ijs quæ didicisti, & in quibus confirmatus es. Scis enim à quo didiceris:*
15. *Et quod à pueritia tua literas sanctas edoctus es, quæ te possunt sapientem efficere ad salutem, per fidem quæ est in Ieschua Meschicho.*
16. * *Siquidem omnis Scriptura quæ per Spiritum scripta (inspirata) est, vtilis est ad doctrinam, & ad correctionem, & ad directionem, & eruditionem quæ est in iustitia,* * In ebriu Episcoporum.
17. *Vt perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum atque consummatus.*

CAP. IV.

1. *Obtestor te coram Deo, & Domino nostro Ieschua Meschicho, qui iudicaturus est viuos & mortuos in reuelatione regni sui.*
2. *Prædica sermonem, & insta cum sedulitate oportunè & inoportunè, argue, & increpa cum omni longanimitate & doctrina.*
3. *Erit enim tempus quum doctrinæ sanæ non obedient, sed iuxta desideria sua multiplicabunt sibi doctores in pruritu sui auditus.*
4. *Et à veritate auertent aures suas, ad fabulas autem declinabunt.*
5. *Tu verò vigila in omnibus, & sustine mala, & exequere opus Euangelistæ: tuumque ministerium perfice.*
6. *Ego vero immolor, & tempus quo dissoluar instat.*

Transl. B. Ariæ Mont.

CAP. III.

HOc autem scito, quod in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa.
Erunt enim homines seipsos amantes, Et pecuniæ cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus immorigeri, ingrati, sceleſti,
Sine affectione, sine fœdere, calumniatores, incontinentes, immites, bonum non amantes.
Proditores, præcipites, inflati, voluptatum amatores magis quam amatores Dei.
Habentes formam pietatis, at virtutem eius abnegantes: & hos auersare:

Ex his enim sunt irrepentes in domos, & captiuas ducentes mulierculas oneratas peccatis, actas desideriis variis,
Semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis venire valentes.
Quemadmodum autem Iannes & Iambres restiterunt Moysi, ita & hi resistunt veritati: homines corrupti mentem, reprobi circa fidem.

Sed non proficient ad plurimum: nam amentia eorũ manifesta erit omnib. sicut & illorũ facta est.
Tu autem assecutus es meam doctrinam, institutionem, propositum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patientiam.

Persecutiones, passiones, qualia mihi facta sunt in Antiochia, in Iconio, in Lystris, quales persecutiones sustinui: & ex omnibus me eripuit Dominus.
Et omnes autem volentes piè viuere in Christo Iesu, persecutionem patientur.

Mali autem homines, & seductores proficient in peius, seducentes & seducti.
Tu verò permane in iis, quæ didicisti, & credita sunt tibi, sciens à quo didiceris,
Et quia à puero sacras literas nosti, potentes te sapientem reddere ad salutem, per fidem illam in Christõ Iesu.
Omnis scriptura diuinitus inspirata, & vtilis ad doctrinam, ad redargutionem, ad correctionem, ad eruditionem quæ in iustitia.

Vt perfectus sit Dei homo, ad omne opus bonum conditus.

CAP. IV.

TEstificor igitur ego coram Deo, & Domino nostro Iesu Christo, futuro iudicare viuos & mortuos secundũ apparitionẽ ipsius, & regnũ eius:
Prædica verbum, insta tempestiuè, intempestiuè: argue, increpa, obsecra in omni longanimitate, & doctrina,
Erit enim tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed secundum desideria propria sibiipsis coaceruabunt magistros, prurientes auditum,
Et à quidem veritate auditum auertent, ad autem fabulas conuertentur.
Tu vero vigila in omnibus, mala patere, opus fac Euangelistæ, ministerium tuum impletum redito.
Ego enim iam deliberor, & tempus meæ resolutionis instat.

Transl. Erasm. Roterod.

CAP. III.

1 ILlud autem scite, quod in extremis diebus instabunt tempora periculosa.
2 Erunt enim homines sui amantes, auari, fastuosi, superbi, maledici, parentibus immorigeri, ingrati, impij,
3 Carentes affectu, nescij fœderis, calumniatores, intemperantes, immites, negligentes bonorum,
4 Proditores, præcipites, inflati, voluptatum amantes potius quam amantes dei,
5 Habentes formam pietatis, sed qui vim eius abnegarint. Et istos auersare.

6 Ex his enim sunt qui subeunt in familias, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur concupiscentijs varijs,
7 Semper discentes, nec vsquam ad cognitionem veritatis venire valentes.
8 Quemadmodum autem Iannes & Iambres resistebant Moysi, ita & hi resistunt Veritati, homines mente corrupti, reprobi circa fidem,

9 Sed non proficient amplius. Siquidem amentia istorum euidens erit omnibus, quemadmodum & illorum fuit,
10 Tu vero assectatus es doctrinam meam, institutionem, propositum, fidem, lenitatem, charitatem, patientiam,

11 Persecutiones, afflictiones, quæ mihi acciderunt Antiochiæ. Iconij, Lystris, quas persecutiones sustinuerim. Et ex omnibus eripuit me Dominus,

12 Sed & omnes, qui volunt piè viuere in Christo Iesu, persecutionem patientur.

13 Porro mali homines, & impostores proficient in peius, dum & in errorem adducunt & errant ipsi.
14 At tu persistito in his quæ didicisti, & quæ tibi concredita sunt, sciens à quo didiceris,
15 Et quod à puero sacras literas noueris, quæ te possunt eruditum reddere ad salutem per fidem, quæ est in Christo Iesu.
16 Omnis scriptura diuinitus inspirata, & vtilis ad doctrinam, ad redargutionem, ad correctionem, ad institutionem, quæ est in iustitia,

17 Vt integer sit Dei homo, ad omne opus bonum apparatus.

CAP. IV.

1 OBtestor igitur ego coram Deo, & Domino Iesu Christo, qui iudicaturus est viuos & mortuos in apparitione sua, & in regno suo.
2 Prædica sermonem, insta tempestiuè, intempestiuè: argue, increpa: exhortare cum omni lenitate & doctrina.


3 Nam erit tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed iuxta concupiscentias suas coaceruabunt sibi doctores ij, quibus pruriunt aures,
4 Et à veritate quidem aures auertent, ad fabulas verò conuertentur.
5 At tu vigila in omnibus, obdura in afflictionibus, opus perage Euangelistæ, ministerium tuum ad plenum probatum reddito.
6 Nam ipse iam immolor, & tempus meæ resolutionis instat.

Vulgat. Editio.		Transl. ex Syriac.
Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui.	7	*Bonum certamen certaui, & cursum meum expleui, fidem q̃ meam seruaui.*
In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex: non solum autem mihi, sed & ijs, qui diligunt aduentum eius.	8	*In posterum autem asseruatur mihi corona iustitiæ, quã rependet mihi Dominus meus in die illo, qui quidem est iustus iudex: non solum autem mihi, sed etiam ijs qui dilexerint manifestationem eius.*
Festina ad me venire cito.	9	* *Sit tibi cura vt venias ad me cito.*
Demas enim me reliquit, diligens hoc sæculum, & abijt Thessalonicam:	10	*Nam Demas me reliquit, & amore complexus est hoc sæculum, ac profectus est Thessalonicam, Crispus in Galatiam, Titus in Dalmatiam.*
Crescens in Galatiam, Titus in Dalmatiam.		
*Lucas est mecum solus. Marcum assume, & adduc tecum: est enim mihi vtilis in ministerium.	11	*Lucas solus est mecum. Marcum assume, & adducito tecum: aptus enim mihi est ad ministerium.*
Tychicum autem misi Ephesum,	12	*Tychicum autem misi Ephesum.*
Penulam quam reliqui Troade apud Carpum, veniens affer tecum, & libros, maxime autem membranas.	13	*Thecam vero librorum quam reliqui Troade apud Carpum, quum venies, afferto & libros, maxime autem inuolucrum voluminum.*
Alexander ærarius multa mala mihi ostendit: reddet illi Dominus secundum opera eius:	14	*Alexander faber ararius multa mala mihi exhibuit: repensurus est ei Dominus noster secundum opera ipsius.*
Quem & tu deuita: valde enim restitit verbis nostris.	15	*Sed & tu caue ab eo: vehementer enim insurrexit contra sermones nostros.*
In prima mea defensione nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt: non illis imputetur.	16	*In prima prolatione spiritus* (defensione) *nemo mihi adfuit; sed omnes deseruerunt: ne imputetur illis hoc.*
Dominus autem mihi astitit, & confortauit me, vt per me prædicatio impleatur, & audiant omnes Gentes: & liberatus sum de ore Leonis.	17	*Dominus autem meus adstitit mihi, & roborauit me, vt per me prædicatio expleretur, & audirent omnes Gentes: & ereptus sui ex ore leonis.*
Liberauit me Dominus ab omni opere malo: & saluum faciet in regnum suum cæleste, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.	18	*Et eripiet me Dominus meus ab omni opere malo: & seruabit me in regnum suum quod est in cælis. Cui sit gloria in saculum sæculorum, Amin.*
Salute Priscam, & Aquilam, & * Onesiphori domum.	19	*Da pacem* (saluta) *Priskillæ & Akaulas, & familiæ Onesiphori.*
Erastus remansit Corinthi, Trophimum autem reliqui infirmum Mileti.	20	*Erastus mansit Corinthi. Trophimum autem reliqui infirmum in Mileto vrbe.*
Festina ante hiemem venire. Salutant te Eubulus & Prudens, & Linus, & Claudia, & fratres omnes.	21	*Sit tibi cura vt ante hiemem venias. Postulat pacem tuam Eubulus, & Poudis, & Linus, & Claudia, fratres denique omnes.*
Dominus Iesus Christus cum spiritu tuo, Gratia vobiscum. Amen.	22	*Dominus noster Iesohua Meschicho sit cum spiritu tuo; Gratia tecum. Amin.*

*Col. 4. 14.

*De Græcorio.

*Sup. 1. 16.



EPI-

Transl. B. Ariæ Mont.

Certamen pulchrum certaui, cursum consummaui, fidem seruaui.
Reliquum reposita est mihi iustitiæ corona, quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex: non solum autem mihi, sed & omnibus diligentibus apparitionem eius.
Stude venire ad me cito.
Demas enim me reliquit, diligens nunc sæculum, & abijt Thessalonicam: Crescens in Galatiam, Titus in Dalmatiam.
Lucas est solus mecum. Marcum assumens, adduc cum teipso: est enim mihi vtilis in ministerio.
Tychicum autem misi Ephesum.
Penulam quam reliqui Troade apud Carpum, veniens affer, & libros, maximè membranas.

Alexander ærarius multa mihi mala ostendit: reddet illi Dominus secundum opera eius:

Quem & tu obserua: valde enim restitit nostris verbis.
In prima mea defensione nemo mihi adfuit, sed omnes me dereliquerunt: non illis imputetur.

At Dominus mihi astitit, & confortauit me, vt per me prædicatio plenè percipiatur, & audiant omnes Gentes: & ereptus sum de ore Leonis.
Et eripiet me Dominus ab omni opere malo: & seruabit in regnum suum cæleste, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.
Saluta Priscillam, & Aquilam, & Onesiphori domum.
Erastus remansit in Corintho: Trophimum autem reliqui in Mileto infirmum.
Festina ante hiemem venire. Salutant te Eubulus & Prudens, & Linus, & Claudia, & fratres omnes.

Dominus Iesus Christus cum spiritu tuo, Gratia vobiscum. Amen.

Transl. Erasm. Roterod.

7 *Certamen bonum decertaui, cursum consummaui, fidem seruaui.*
8 *Quod superest, reposita est mihi iustitiæ corona, quam reddet mihi Dominus in illo die, qui est iustus iudex: non solum autem mihi, sed & omnibus qui diligunt aduentum ipsius.*
9 *Da operam, vt venias ad me cito.*
10 *Nam Demas me reliquit, amplexus præsens seculum, & profectus est Thessalonicam, Crescens in Galatiam, Titus in Dalmatiam.*
11 *Lucas mecum est solus. Marcum assumptum adducito vna tecum, est enim mihi perutilis ad ministerium.*
12 *Porro Tychicum misi Ephesum.*
13 *Penulam quam reliqui Troade apud Carpum, cum venies, apporta, & libros, maxime autem membranas.*
14 *Alexander faber ærarius multis malis me affecit, reddat illi Dominus iuxta facta ipsius,*
15 *Quem & tu caue. Vehementer enim restitit sermonibus nostris.*
16 *In prima mea defensione nemo mihi adfuit, sed omnes me deseruerunt. Ne illis imputetur,*
17 *Sed Dominus mihi adfuit, & coroborauit me, vt per me præconium expleretur, & audirent omnes Gentes, & ereptus fui ex ore leonis,*
18 *Et eripiet me Dominus ab omni facto malo, seruabitq; in regnum suum cœleste, cui gloria in secula seculorum, Amen.*
19 *Saluta Priscam & Aquilam, & Onesiphori familiam.*
20 *Erastus mansit Corinthi. Trophimum autem reliqui in Mileto languentem.*
21 *Da operam vt venias ante hyemem. Salutat te Eubulus, & Prudens, & Linus, & Claudia, & fratres omnes.*
22 *Dominus Iesus Christus cum spiritu tuo. Gratia vobiscum. Amen.*

EPISTOLÆ BEATI PAVLI APOSTOLI AD TITVM,

Vulgat. Edtio.

CAPVT PRIMVM.

PAulus seruus Dei, Apostolus autem Iesu Christi secundum fidem electorum Dei, & agnitionem veritatis, quæ secundum pietatem est,

In spem vitæ æternæ, quam promisit, qui non mentitur Deus, ante tempora sæcularia:

Manifestauit autem temporibus suis verbum suum in prædicatione, quæ credita est mihi secundum præceptum Saluatoris nostri Dei:

Tito dilecto filio secundum communem fidem gratia, & pax à Deo Patre, & Christo Iesu Saluatore nostro.

Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ desunt, corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego disposui tibi.

1. Tim. 3. * Si quis sine crimine est, vnius vxoris vir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ, aut non subditos.

Oportet enim episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem: non superbum, non iracundum, non vinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum:

Sed hospitalem, benignum, sobrium, iustum, sanctum, continentem:

Amplectentem eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem: vt potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt, arguere.

Sunt enim multi etiam inobedientes, vaniloqui, & seductores: maximè qui de circumcisione sunt:

Quos oportet redargui: qui vniuersas domos subuertunt, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratia:

Dixit quidam ex illis, proprius ipsorum propheta: Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri.

Testimonium hoc verum est. Quam ob causam increpa illos durè, vt sani sint in fide:

Non intendentes Iudaicis fabulis, & mandatis hominum, auersantium se à veritate.

ad Ro. 14. 20. * Omnia munda mundis: coinquinatis autem, & infidelibus nihil est mundum, sed inquinatæ sunt eorum & mens, & conscientia.

Confitentur se nosse Deum, factis autem negant: cum sint abominati, & incredibiles, & ad omne opus bonum reprobi.

CAP. II.

TV autem loquere quæ decent sanam doctrinã: Senes vt sobrij sint, pudici, prudentes, sani in fide, in dilectione, in patientia:

Anus similiter in habitu sancto, non criminatrices, non multo vino seruientes, bene docentes:

Vt prudentiam doceant adolescentulas, vt viros suos ament, filios suos diligant:

Pru-

EPISTOLÆ BEATI PAVLI APOSTOLI AD TITVM,

Transl. ex Syriac.

CAPVT PRIMVM.

1 PAulus seruus Dei, & Apostolus Ieschua Meschicho per fidem electorum Dei, quæ est cognitio veritatis, quæ sit per timorem Dei, Quis quis sit Presbyter.

2 In spem vitæ æternæ, quam pollicitus est Deus verax ante tempora sæculi:

3 Patefecit autem sermonem suum tempore suo per nostram illam prædicationem, quæ concredita est mihi mandato Dei Seruatoris nostri:

4 Tito vero filio tuxta communem fidem, Gratia, & pax à Deo patre, & Domino nostro Ieschua Meschicho Seruatore nostro.

5 Ob id reliqui te in Creta, vt ea quæ desunt dirigas, & constituas Presbyteros per singulas vrbes, sicut præcepi tibi.

6 Eum qui inculpatus est, & maritus vnius vxoris, & habens liberos fideles non lasciuientes, quique non sint intractabiles per ingluuiem.

7 Debet enim Presbyter inculpatus esse tamq; administrator domus Dei, nec duci propria voluntate, nec iracundus esse, nec modum præterire in vino, neq; manu promptus ad percutiendum, nec diligere lucra sordida.

8 Sed amare hospites, & amare bonas res, ac esse castus, & iustus, & pius, & qui contineat se à concupiscentijs:

9 Et qui curam habeat de doctrina sermonis fidei, vt possit etiam exhortari per suam doctrinam sanam, eosque redarguere qui contendunt.

10 Sunt enim quam plurimi intractabiles, & vaniloqui, & seducentes hominum mentes, maximè ij qui sunt ex circunsione:

11 Quibus oportet obturare os: domos multas corrumpunt & docent quæ non oportet propter lucra sordida.

12 Dixit quidam ex illis vates ipsorum: filij Creta (Cretenses) semper sunt mendaces, malæ bestiæ, & ventres otiosi.

13 Et verum est hoc testimonium. Quamobrem seuerè argue illos, vt sani sint in fide:

14 Nec se se adiciant fabulis Iihoudaicis, & præceptis hominum qui oderunt veritatem.

15 Omnia enim munda mundis: ijs autem qui polluti sunt, & infideles, nihil est mundum, sed polluta est eorum mens & conscientia.

16 Et profitentur se cognoscere Deum, suis vero operibus eum negant, quum sint execrandi, & dicto non audientes, sed reprobi ad omne opus bonum.

CAP. II.

1 TV vero loquere quæ decent sanam doctrinam:

2 Et doce vt senes sint vigilanti mente præditi, sintque casti, & puri, & sani in fide, & in charitate & patientia:

3 At etiam anus similiter, vt sint in habitu qui deceat reuerentiam Dei, nec sint calumniatrices, nec inseruientes multo vino, vt doceant bona:

4 Et pudicas eas faciant quæ sunt adolescentulæ, vt diligant maritos suos, & liberos suos:

Vt

EPISTOLÆ BEATI PAVLI APOSTOLI

AD TITVM,

Transl. B. Ariæ Mont.

CAPVT PRIMVM.

PAulus seruus Dei, Apostolus autem Iesu Christi secundum fidem electorum Dei, & agnitionem veritatis quæ secundum pietatem.

In spem vitæ æternæ, quam promisit expers mendacij Deus, ante tempora sæcularia.

Manifestauit autem temporibus propriis verbum suum in prædicatione quam creditam habeo ego secundum præceptum Saluatoris nostri Dei.

Tito germano filio secundum communem fidem, gratia, misericordia, pax à Deo patre, & Domino Iesu Christo Saluatore nostro.

Huius gratia reliqui te in Creta, vt reliqua corrigas, & constituas per ciuitatem presbyteros, sicut ego tibi mandaui:

Si quis est inculpatus, vnius vxoris vir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ, aut non subditos.

Oportet enim Episcopum inculpatum esse, sicut Dei dispensatorem, non arrogantem, non iracundum, non vinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum:

Sed hospitalem, boni amantem, sobrium, iustum, sanctum, continentem:

Tenacem eius qui secundum doctrinam fidelis sermonis, vt potens sit & exhortari in doctrina sana, & contradicentes, arguere.

Sunt enim multi & inobedientes, vaniloqui, & mentium deceptores maximè illi ex circuncisione

Quos oportet oreobturare qui vniuersas domos subuertunt, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratia.

Dixit quidam ex illis, proprius ipsorum propheta: Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri.

Testimonium hoc est verum. ob quam causam increpa illos præcisè, vt sani sint in fide:

Non intendentes Iudaicis fabulis, & mandatis hominum auersantium veritatem.

Omnia quidem munda mundis: at pollutis & infidelibus nihil est mundum, sed polluta sunt eorum & mens & conscientia.

Deum confitentur nosse, at operibus negant abominati existentes & incredibiles, & ad omne opus bonum reprobi.

CAP. II.

TV autem loquere quæ decent sanam doctrinã: Senes sobrios esse, honestos, prudentes, sanos fide, dilectione, patientia.

Anus similiter in habitu sanctè decenetes non calumniatrices, non vino multo seruientes, bene docentes:

Vt prudentiam doceant adolescentulas, virorum amantes esse, filiorum amantes,

EPISTOLÆ BEATI PAVLI APOSTOLI

AD TITVM,

Transl. Erasm. Roterod.

CAPVT PRIMVM.

1 *PAulus seruus Dei, Apostolus autem Iesu Christi iuxta fidem electorum Dei, & agnitionem veritatis, quæ est secundum pietatem,*

2 *In spe vitæ æternæ, quam promisit is, qui mentiri nescit Deus ante tempora æterna,*

3 *Patefecit autem, temporibus suis sermonem suum per prædicationem, quæ commissa est mihi secundum delegationem Seruatoris nostri Dei,*

4 *Tito germano filio iuxta communem fidem, Gratia, misericordia, pax à Deo patre, & Domino Iesu Christo Seruatore nostro.*

5 *Huius rei gratia reliqui te in Creta, vt quæ desunt, pergas corrigere, & constituas oppidatim Presbyteros, sicut ego tibi ordinaram.*

6 *Si quis est inculpatus vnius vxoris vir, liberos habens fideles non obnoxios crimini luxus, aut qui non sint intractabiles.*

7 *Oportet enim episcopum inculpatum esse, tanquam Dei dispensatorem, non præfractum, non iracundum, non vinosum, non percussorem, non turpiter lucro deditum:*

8 *Sed hospitalem, bonarum verum studiosum, sobrium, iustum, pium, temperantem,*

9 *Tenacem eius qui secundum doctrinam est, fidelis sermonis, vt potens sit etiam exhortari per doctrinam sanam, & contradicentes conuincere.*

10 *Sunt enim multi intractabiles, & vaniloqui, & mentium seductores: maximè ij, qui sunt ex circuncisione,*

11 *Quibus oportet obturare os, qui totas domos subuertunt, docentes, quæ non oportet, turpis lucri gratia.*

12 *Dixit quidam ex istis, proprius ipsorum propheta: Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, & ventres pigri,*

13 *Testimonium hoc est verum. Quam ob causam redarguito illos seueriter, vt sani sint in fide,*

14 *Non attendentes Iudaicis fabulis, & præceptis hominum, auersantium veritatem.*

15 *Omnia quidem pura puris. Porro pollutis & infidelibus nihil est purum, sed polluta est illorum & mens & conscientia.*

16 *Deum profitentur se scire, caterum factis negant, cum sint abominabiles, & dicto non audientes, & ad omne opus bonum reprobi.*

CAP. II.

1 *TV vero loquere, quæ decent sanam doctrinam.*

2 *Senes, vt sobrij sint, graues, modesti, sani fide, charitate, patientia.*

3 *Anus itidem, vt in habitu sint qui religionem deceat, non calumniatrices, non vino multo seruientes,*

4 *Vt honesta doceant, quo possint modestas reddere adolescentulas, vt maritos suos diligant, vt liberos ament,*

Vulgat. Editio.

Prudentes, castas, sobrias, domus curam habentes, benignas, subditas viris suis, vt non blasphemetur verbum Dei:

Iuuenes similiter hortare vt sobrij sint.

In omnibus teipsum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in grauitate.

Verbum sanum, irreprehensibile: vt is, qui ex aduerso est, vereatur, nihil habens malum dicere de nobis:

a Eph. 6. 5 Col. 3. 22 1. Pet. 2. 18. * Seruos dominis suis subditos esse, in omnibus placentes, non contradicentes:

Non fraudantes, sed in omnibus fidem bonam ostendentes: vt doctrinam Saluatoris nostri Dei ornent hominibus:

Apparuit enim gratia Dei Saluatoris nostri omnibus hominibus:

Erudiens nos, vt abnegantes impietatem, & sæcularia desideria: sobriè, & iustè, & piè viuamus in hoc sæculo,

Expectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi:

Qui dedit semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum.

Hæc loquere & exhortare, & argue cum omni imperio. Nemo te contemnat.

CAP. III.

ADmone illos Principibus, & Potestatibus subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse:

Neminem blasphemare, non litigiosos esse, sed modestos, omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines.

Eramus enim aliquando & nos insipientes, incredduli, errantes, seruientes desideriis, & voluptatibus variis, in malitia, & inuidia agentes, odibiles, odientes inuicem.

Cum autem benignitas, & humanitas apparuit Saluatoris nostri Dei:

a 1. Tim. 4. 7. 2. Tim. 1. 23. *Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundũ suã misericordiam saluos nos fecit per lauacrũ regenerationis, & renouationis Spiritus sãcti,

Quem effudit in nos abunde per Iesum Christum Saluatorem nostrum:

Vt iustificati gratia ipsius, hæredes simus secundum spem vitæ æternæ.

Fidelis sermo est: & de his volo te confirmare: vt curent bonis operibus præesse qui credunt Deo. Hæc sunt bona, & vtilia hominibus.

a 2. Tim. 2. 23. *Stultas autem quæstiones, & genealogias, & cõtentiones, & pugnas legis deuita, sunt enim inutiles, & vanæ.

Hæreticum hominem post vnam, & secundam correptionem deuita:

Sciens quia subuersus est, qui eiusmodi est, & delinquit, cum sit proprio iudicio condemnatus.

Cum misero ad te Artemam, aut Tychicum, festina ad me venire Nicopolim: ibi enim statui hiemare.

Zenam legisperitum, & Apollo solicite præmitte, vt nihil illis desit.

Discant autem & nostri bonis operibus præesse ad vsus necessarios: vt non sint infructuosi.

Salutant te qui mecum sunt omnes: saluta eos, qui nos amant in fide. Gratia Dei cum omnibus vobis. Amen.

Transl. ex Syriac.

5 *Vt castæ sint, & sanctæ, vt bene curent domos suas, & subditæ sint maritis suis, ne quis blaphemet sermonem Dei.*

6 *Adolescentes consimiliter adhortare, vt casti sint.*

7 *In omnibus autem temetipsum præbeto exemplum in omni opere bono, & in doctrina tua habeas sermonem sanum, castum, & incorruptibilem, quem nemo contemnat.*

8 *Vt qui insurrexerit in nos, pudefiat, quum non poterit dicere contra nos quicquam mali.*

9 *Serui heris suis subditi sint in omnibus, & placeant eis nec sint responsatores, neque fures:*

10 *Sed ostendant constantiam suam bonam in omnibus, vt exornent in omnibus doctrinam Dei Seruatoris nostri.*

11 ** Patefacta est enim gratia Dei tota salutifera omnibus hominibus:* De baptismo, & Dominica post Epiphaniam.

12 *Et erudit nos vt abnegemus impietatem, & concupiscentias mundi, & viuamus in hoc sæculo cum castitate, & iustitia & reuerentia Dei,*

13 *Expectantes spem benedictam, & manifestationem gloriæ Dei magni, & Seruatoris nostri Ieschua Meschicho.*

14 *Qui seipsum dedit pro nobis, vt redimeret nos ab omni iniquitate, & repurgaret sibi ipsi populum nouum, qui studiosus esset bonorum operum.*

15 *Hæc loquere, & adhortare, & argue cum omni mandato Et nemo te despiciat.*

CAP. III.

1 PORRO admone eos, vt Principibus, ac Potestatibus dicto audientes sint, subditique, ac parati sint ad omne opus bonum.

2 *Et neminem maledictis infectentur, nec sint pugnantes, sed sint mansueti: & in omnibus ostendant comitatem suam erga omnes homines.*

3 *Nos etenim quondam eramus rationis experies, refractarij, & errantes, obnoxijque variis desiderijs, & in malitia, & inuidia versabamur, & exosi eramus, atque alius alium odio prosequebamur.*

4 *Quum autem patefacta est benignitas, & misericordia Dei Seruatoris nostri:*

5 *Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus, sed commiseratione sua seruauit nos per lauacrum generationis quæ facta est denuo cum renouatione Spiritus sanctitatis.*

6 *Quæ effudit in nos abundè per Ieschua Meschicho Seruatorem nostrum:*

7 *Vt per gratiam eius iustificemur, & simus hæredes iuxta spem vitæ æternæ.*

8 *Fidelis ille sermo: de his itaque velim vt confirmes eos, vt illis cura sit bona opera exequi qui crediderunt in Deũ. Hæc sunt bona & vtilia hominibus.*

9 *Cæterum à stultis quæstionibus, & fabulis genealogiarum, & à contentionibus, & digladiationibus Scribarum recede: nulla siquidem inest in eis vtilitas, sed vana sunt:*

10 *Ab homine hæretico postquam semel, & iterum eum admonueris, recede:*

11 *Sciasque eiusmodi hominem peruersum esse, & sceleratum, quique reum peragit seipsum.*

12 *Quum misero ad te Artemam aut Tychichum, sit tibi cura ad me venire Nicopolim, statui enim in mente mea illic hybernare.*

13 *De Zina autem legisperito, & Apollonda operam eos probe deducere, ne quid illis desit.*

34 *Discantque, & illi qui nostri sunt, operari bona opera in negotijs necessarijs, vt non sint infrugiferi.*

15 *Postulant pacem suam illi omnes, qui mecum sunt: postula pacem eorum omnium qui nos diligunt in fide. Gratia cũ omnibus vobis. Amin.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Sobrias, castas, domi manentes, bonas, subditas propriis viris, vt non verbum Dei blasphemetur.

Iuuenes similiter hortare temperantes esse.
Circa omnia teipsum præbens exemplum pulchrorum operum, in doctrina, integritatem, grauitatem, incorruptibilitatem.

Verbum sanum, irreprehensibile: vt is, qui ex aduerso erubescat, nihil habens de nobis dicere malum.
Seruos propriis dominis subiici in omnibus, bene placentes esse, non contradicentes:
Non fraudantes, sed fidem omnem ostendentes bonam, vt doctrinam Saluatoris nostri Dei ornent in omnibus:
Apparuit enim gratia Dei salutifera omnibus hominibus:
Erudiens nos, vt abnegantes impietatem, & mundana desideria: sobriè, & iustè, & piè viuamus in nunc sæculo,
Expectantes beatam spem, & apparitionem gloriæ magni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi:

Qui dedit semetipsum pro nobis, vt redimeret nos ab omni iniquitate, & mundaret sibiipsi populum peculiarem, zelatorem pulchrorum operum.
Hæc loquere, & exhortare, & argue cum omni imperio. Nemo te contemnat.

CAP. III.

Admone illos Principibus, & potestatibus subiici ad omne opus bonum paratos esse:

Neminem blasphemare, à pugna alienos esse, modestos, omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines.
Eramus enim aliquando & nos insipientes, incredeli, errantes, seruientes desiderijs, & voluptatibus varijs, in malitia, & inuidia agentes, odibiles, odientes alij alios.
Cum autem benignitas, & humanitas apparuit Saluatoris nostri Dei:
Non ex operib. quæ in iustitia, quæ fecimus nos, sed secundũ suã misericordiã seruauit nos per lauacrũ regenerationis, & renouationis Spiritus sãcti,
Quem effudit in nos abundè per Iesum Christum Saluatorem nostrum:
Vt iustificati ipsius gratia, hæredes simus secundum spem vitæ æternæ.
Fidelis sermo: & de his volo te confirmare: vt curent pulchris operibus præstare credentes Deo. Hæc sunt pulchra, & vtilia hominibus.
Stultas autem quæstiones, & genealogias, & cõtentiones, & pugnas legales cohibe. sunt enim inutiles, & vanæ.

Hæreticum hominem post vnam, & secundam admonitionem deuita:
Sciens quia subuersus est, huiusmodi & peccat. existens sponte condemnatus.
Cum misero Artemam ad te, aut Tychicum, festina venire ad me in Nicopolim: ibi enim statui hiemare.
Zenam legisperitum, & Apollo solicite præmitte, vt nihil illis desit.
Discant autem & nostri pulchris operibus præstare ad necessarios vsus: vt non sint infructuosi.
Salutant te qui cum me omnes: saluta amantes nos in fide. Gratia cum omnibus vobis. Amen.

Transl. Erasm. Roterod.

5 *Vt sobriæ sint, puræ, domus custodes, bonæ, subditæ suis viris, ne sermo Dei male audiat.*

6 *Adolescentes consimiliter adhortarè, vt sobrij sint.*
7 *Per omnia temetipsum præbens formam bonorum operum in doctrina integritatem, grauitatem,*

8 *Sermonem sanum, irreprehensibilem: vt is qui repugnat rubore suffundatur, nihil habens, quod de vobis dicat mali.*
9 *Seruos hortare, vt suis dominis pareant in omnibus, illis placeant, non respõsatores,*
10 *Non suffurantes sed fidem omnem ostendentes bonam, vt doctrinam Seruatoris nostri Dei ornent in omnibus.*

11 *Illuxit enim gratia Dei salutifera omnibus hominibus:*
12 *Erudiens nos vt abnegata impietate & mundanis concupiscentiis, sobriè & iustè, & pie viuamus in præsenti sæculo.*
13 *Expectantes beatam illam spem, & illustrationem gloriæ magni Dei, & Seruatoris nostri Iesu Christi.*

14 *Qui dedit semetipsum pro nobis, vt redimeret nos ab omni iniquitate, & purificaret sibipsi populum peculiarem, sectatorem bonorum operum.*
15 *Hæc loquere, & hortare, & argue cum omni præcipiendi studio, nemo te despiciat.*

CAP. III.

1 *Admoneto illos, vt Principibus, ac Potestatibus subditi sint, vt magistratibus pareant, vt ad omne opus bonum sint parati.*
2 *Ne de quoquam maledicant, ne sint pugnaces, sed humani, omnem exhibentem mansuetudinem erga omnes homines.*
3 *Nam eramus quondam & nos stulti, inobedientes, errantes, seruientes desiderijs ac voluptatibus varijs in malitia, & inuidia degentes, odiosi, inuicem odio prosequentes.*

4 *At postquam bonitas, & erga homines amor apparuit Seruatoris nostri Dei:*
5 *Non ex operibus quæ sunt in iustitia, quæ faciebamus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrũ regenerationis, ac renouationis Spiritus sãcti.*
6 *Quem effudit in nos opulentè, per Iesum Christum Seruatorem nostrum:*
7 *Vt iustificati illius gratia hæredes efficeremur iuxta spem vitæ æternæ,*
8 *Indubitatus sermo. De his velim vt confirmes quo solliciti sint, vt bonis operibus præsint qui crediderunt Deo. Hæc enim sunt honesta & vtilia hominibus.*
9 *Stultas autem quæstiones, & genealogias & contentiones, ac pugnas legales omitte: sunt enim inutiles & superuacaneæ.*

10 *Sectarum autorem hominem post vnam & alteram admonitionem fuge,*
11 *Sciens, quod euersus sit, qui eiusmodi est, & peccet per se damnatus.*
12 *Cum autem misero Artemam ad te, aut Tychichum, da operam, vt venias ad me Nicopolim, nam illic decreui hybernare.*
13 *Zinam legisperitum & Apollo studiosè deducito, ne quid illis desit.*
14 *Discant autem & nostri bonis operibus præesse, ad necessarios vsus, vt non sint infrugiferi.*
15 *Salutant te, qui mecum sunt omnes. Saluta eos, qui diligunt nos in fide. Gratia cum omnibus vobis. Amen.*

EPISTOLÆ BEATI PAVLI APOSTOLI AD PHILEMONEM.

Vulgat. Editio.

PAulus vinctus Christi Iesu, & Timotheus frater: Philemoni dilecto, & adiutori nostro,

Et Appiæ sœrori chariſſimæ, & Archippo commilitoni nostro, & Eccleſiæ, quæ in domo tua eſt.

Gratia vobis, & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo.

Gratias ago Deo meo, semper memoriam tui faciens in orationibus meis,

Audiens charitatem tuam & fidem, quam habes in Domino Iesu, & in omnes sanctos:

Vt communicatio fidei tuę euidens fiat in agnitione omnis operis boni, quod eſt in vobis in Christo Iesu.

Gaudium enim magnum habui, & consolationem in Charitate tua: quia viscera sanctorum requieuerunt per te, frater.

Proprer quod multam fiduciam habens in Christo Iesu imperandi tibi quod ad rem pertinet

Propter charitatem magis obsecro, cum sis talis, vt Paulus senex, nunc autem & vinctus Iesu Christi:

Obsecro te pro meo filio, quem genui in vinculis, Onesimo,

Qui tibi aliquando inutilis fuit, nunc autem & mihi, & tibi vtilis,

Quem remisi tibi. Tu autem illum, vt mea viscera, suscipe.

Quem ego volueram mecum detinere vt pro te mihi mihi ministraret in vinculis Euangelij:

Sine consilio autem tuo nihil volui facere, vti ne velut ex necessitate bonum tuum esset, sed voluntarium.

Forsitan enim ideo discessit ad horam à te, vt æternum illum reciperes:

Iam non vt seruum, sed pro seruo chariſſimum fratrem, maxime mihi: quanto autem magis tibi & in carne, & in Domino?

Si ergo habes me socium, suscipe illum sicut me:

Si autem aliquid nocuit tibi aut debet: hoc mihi imputa.

Ego Paulus scripsi mea manu: ego reddam, vt non dicam tibi, quod & teipsum mihi debes:

Ita frater. Ego te fruar in Domino: Refice viscera mea in Domino.

Confidens in obedientia tua scripsi tibi: sciens quoniam & super id, quod dico, facies.

Simul autem & para mihi hospitium: nam spero per orationes vestras donari me vobis.

Salutat te Epaphras concaptiuus meus in Christo Iesu,

Marcus, Aristarchus, Demas, & Lucas, adiutores mei.

Gratia Domini nostri Iesu Christi cum spiritu nostro. Amen.

EPI-

EPISTOLÆ BEATI PAVLI APOSTOLI AD PHILEMONEM.

Transl. ex Syriac.

1 PAulus vinctus Ieschua Meschicho, & Timotheus frater, Philemoni dilecto cooperatori nostro;

2 Et Appiæ dilectæ nostræ, & Archippo commilitoni nostro, & eccleſiæ quæ in domo tua eſt;

3 Gratia vobiscum, & pax à Deo Patre nostro, & à Domino nostro Ieschua Meschicho.

4 Gratia ago Deo meo semper, & memor sum tui in precationibus meis:

5 Iam ex quo audiui fidem tuam, & dilectionem quam habes erga Dominum nostrum Ieschua, omnesque Sanctos;

6 Vt fiat communicatio fidei tuæ frugifera operibus & agnitione omnium bonorum quæ habetis in Ieschua Meschicho.

7 Gaudium sanè magnum habuimus & consolationem quòd per charitatem tuam refocillata sint viscera sanctorum.

8 Quapropter fiduciam multam habeo in Meschicho iniungendi tibi ea quæ iusta sunt.

9 Sed propter charitatem efflagitando efflagito à te ego Paulus qui sum senex, vt scis; nunc autem & vinctus Ieschua Meschicho:

10 Rogo te inquam pro illo filio meo, quem genui in vinculis meis, Onesimo;

11 Qui aliquando nulli tibi fuit vsui, nunc autem & tibi, & mihi valde vtilis;

12 Et quem remisi ad te, Tu autem sicut natum meum ita eum excipe.

13 Volebam enim eum apud me retinere, vt ministraret mihi pro te in meis Euangelij vinculis.

14 Sed præter consilium tuum nihil volui facere, ne velut ex necessitate beneficium tuum esset, sed ex voluntate tua.

15 Iam verò propterea etiam secessit ad horam, vt perpetuo eum retineas.

16 Non amplius vt seruum, sed potius ex seruo fratrem dilectum meum vnicum: quanto magis & tuum quum in carne, tum in Domino nostro?

17 Si ergo habes me consortem, eum suscipe perinde ac me.

18 Quod si aliquo damno te afficit, aut quid debet, hoc mihi imputa.

19 Ego Paulus scripsi mea manu, ego repensurus sum, vt ne dicam tibi, quod etiam teipsum mihi debeas.

20 Etiam frater mi. Ego refocillabor per te in Domino nostro: Refocilla viscera mea in Meschicho.

21 Quoniam confido te mihi dicto audientem fore, scripsi tibi, & scio vltra quam dico, te facturum.

22 Simul autem & præpara mihi hospitium. Spero enim precationibus vestris me donatum iri vobis.

23 Postulat pacem tuam Epaphras, qui mecum captiuus est in Ieschua Meschicho:

24 Et Marcus & Aristarchus, & Demas, & Lucas adiutores mei.

25 Gratia Domini nostri Ieschua Meschicho sit cum spiritu vestro, fratres mei. Amin.

EPI-

EPISTOLÆ B. PAVLI APOSTOLI AD PHILEMONEM,

Transl. B. Ariæ Mont.

1 Paulus vinctus Christi Iesu,& Timotheus frater; Philemoni dilecto,& cooperanti nostro,

2 Et Appiæ dilectæ,& Archippo commilitoni nostro,& illi quæ apud domum tuam ecclesiæ.

3 Gratia vobis, & pax à Deo patre nostro, & Domino Iesu Christo.

4 Gratias ago Deo meo, semper memoriam tui faciens in orationibus meis:

5 Audiens tuam charitatem & fidem, quam habes ad Dominum Iesum,& in omnes sanctos:

6 Vt communicatio fidei tuę efficax fiat in agnitione omnis operis boni,in vobis in Christum Iesum.

7 Gaudium enim habemus multum & consolationem in Charitate tua: quia viscera sanctorum requieuerunt per te,frater.

8 Ideo multam in Christo libertatem habens imperare tibi decens.

9 Propter charitatem magis obsecro, talis existēs, vt Paulus senex,nunc autem & vinctus Iesu Christi:

10 Obsecro te pro meo filio,quem genui in vinculis meis Onesimum:

11 Illum aliquando tibi inutilem, nunc autem tibi & mihi,vtilem:

12 Quem remisi tibi. Tu autem illum, id est mea viscera, suscipe.

13 Quem ego volueram apud meipsum detinere, vt pro te ministraret mihi,in vinculis Euangelij:

14 Sine autem tua sententia nihil volui facere, vti ne velut secundum necessitatem bonum tuum esset, sed secundum spontaneum.

15 Forsitan enim propter hoc discessit ad horam vt æternum illum reciperes:

16 Non iam vt seruum, sed supra quam seruum, fratrem dilectum, maxime mihi: quantò autem magis tibi,& in carne, & in Domino?

17 Si ergo me habes communicantem, suscipe illum sicut me:

18 Si autem aliquid nocuit tibi aut debet: hoc mihi imputa.

19 Ego Paulus scripsi mea manu: ego dependam, vt non dicam tibi,quod & teipsum mihi addebes:

20 Ita frater. Ego te fruar in Domino: Refice mea viscera in Domino.

21 Confisus auscultationi tuæ scripsi tibi: sciens quoniam & super quod dico,facies.

22 Simul autem & para mihi hospitium: spero enim quod per orationes vestras donabor vobis.

23 Salutant te Epaphras concaptiuus meus in Christo Iesu,

24 Marcus, Aristarchus, Demas, Lucas, cooperantes mei.

25 Gratia Domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro. Amen

EPISTOLÆ B. PAVLI APOSTOLI AD PHILEMONEM,

Transl. Erasm. Roterod.

1 *Paulus vinctus Christi Iesu & Timotheus frater, Philemoni dilecto collegæ nostro,*

2 *Et Appiæ dilectæ, & Archippo commilitoni nostro, & quæ domi tuæ est, congregationi.*

3 *Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo.*

4 *Gratias ago Deo meo, semper mentionem tui faciens in precibus meis:*

5 *Cum audiam tuam charitatem ac fidem, quam habes erga Dominum Iesum & erga omnes Sanctos:*

6 *Vt communicatio fidei tuæ efficax fiat in agnitione omnis boni, quod est in vobis erga Christum Iesum.*

7 *Gaudium enim habemus multum, & consolationem in dilectione tua, quòd viscera sanctorum refocillata sunt per te, frater.*

8 *Quapropter quamuis multam in Christo fiduciam habeam iniungendi tibi, id quod officij tui erat, tamen.*

9 *Propter charitatem potius rogo, cum talis sim, nempe Paulus senex, nunc autem etiam vinctus Iesu Christi.*

10 *Rogo autem pro filio meo quem genui in vinculis meis, Onesimo,*

11 *Quondam tibi inutili, nunc vero tibi & mihi perutili,*

12 *Quem remisi. Tu autem eum, hoc est, viscera mea suscipe,*

13 *Quem ego cupiebam apud me retinere, vt pro te ministraret mihi in vinculis Euangelij.*

14 *Sed absq; tua sententia nihil volui facere, ne velut ex necessitate bonum tuum esset, sed spontaneum.*

15 *Nam propterea forsitan secessit ad tempus, vt æternum eum reciperes,*

16 *Non iam vt seruum, sed supra seruum, nempe fratrem dilectum maxime mihi, quantò autem magis tibi, & in carne, & in Domino?*

17 *Si igitur me habes consortem, suscipe illum tanquam me.*

18 *Quod si quid læsit te, aut debet, hoc mihi imputato.*

19 *Ego Paulus scripsi mea manu. Ego dependam, vt ne dicam tibi, quod etiam teipsum mihi insuper debes.*

20 *Etiam frater. Ego te fruar in Domino. Refocilla mea viscera in Domino.*

21 *Confisus de obedientia tua scripsi tibi, sciens, quod etiam vltra quam dico facturus sit.*

22 *Simul autem etiam præpara mihi hospitium. Spero enim quod auxilio precum vestrarum donabor vobis.*

23 *Salutant te Epaphras concaptiuus meus in Christo Iesu.*

24 *Marcus, Aristarchus, Demas, Lucas, adiutores mei.*

25 *Gratia Domini nostri Iesu Christi sit cum spiritu vestro. Amin.*

EPISTOLÆ BEATI PAVLI APOSTOLI AD HEBRÆOS,

Vulgat. Editio.

MVltifariam, multisque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis:

Nouissimè, diebus istis locutus est nobis in filio, quem constituit hæredem vniuersorum, per quem fecit & sæcula:

*Sap. 7. 26. Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, portansque omnia verbo virtutis suę, purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis.

Tantò melior angelis effectus, quantò differentius præ illis nomen hæreditauit.

*Psal. 2. 7. *2. Reg. 7. 14. Cui enim dixit aliquando angelorum * Filius meus es tu, ego hodie genui te? & rursum: * Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium?

*Ps. 96. 8. *Ps. 103. 4. Et cum iterum introducit primogenitum in orbẽ terræ, dicit. * Et adorent eũ omnes angeli Dei.

Et ad angelos quidem dicit, * Qui facit angelos suos spiritus & ministros suos flammam ignis.

*Ps. 44. 7. Ad filium autem, * thronus tuus, Deus, in sæculum sæculi: virga æquitatis, virga regni tui.

Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis.

*Ps. 101. 26. Et: * Tu in principio, Domine, terram fundasti: & opera manuum tuarum sunt cæli.

Ipsi peribunt, tu autem permanebis: & omnes vt vestimentum veterascent.

Et velut amictum mutabis eos, & mutabuntur: tu autem ipse es, & anni tui non deficient.

*Ps. 109. 1. 1. Cor. 15. 25. Ad quem autem angelorum dixit aliquando: * Sede à dextris meis, quoadvsque ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum?

Nonne omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi propter eos, qui hæreditarem capient salutis?

CAP. II.

PRopterea abundantius oportet obseruare nos ea, quæ audiuimus, ne fortè pereffluamus.

Si enim qui per angelos dictus est sermo, factus est firmus, & omnis præuaricatio, & inobedientia accepit iustam mercedis retributionem:

Quomodo nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem? quæ cum initium accepisset enarrari per Dominum ab eis, qui audierunt, in nos confirmata est,

*Mar. 16. 20. * Contestante Deo signis & portentis, & variis virtutibus, & Spiritus sancti distributionibus, secundum suam voluntatem.

Non enim angelis subiecit Deus orbem terræ futurum, de quo loquimur.

*Ps. 8. 5. Testatus est autem in aliquo loco quis, dicens: * Quid est homo quod memor es eius, aut filius hominis, quoniam visitas eum?

EPISTOLÆ BEATI PAVLI APOSTOLI AD HEBRÆOS,

Transl. ex Syriac.

1 OMnifariam, omnibusq; modis locutus est Deus cum patribus nostris per prophetas quondam:

Vespere 8 mariæ ma. alia Dominicæ nostri.

2 His autem vltimis diebus locutus est nobiscum per filium suum, quem cõstituit hæredem omnium, & per quem condidit secula.

3 Qui cum sit germen (splendor) gloriæ, & imago substantiæ eius, complectaturq; omnia virtute verbi sui, ille tamen, per semetipsum fecit purgationem peccatorum, sedetq; in dextera maiestatis in excelsis.

4 Et ipse tantò præstantior fuit angelis, quantò excellentius nomen præ illis hæreditate sortitus est.

5 Cui enim ex angelis dixit vnquam Deus: Filius meus es tu, ego hodie genui te? Et rursum: Ego ero ei pro patre, & ille erit mihi pro filio.

6 Rursum autem quum inducit primogenitum in mundum, ait: Eum adorent omnes angeli Dei.

7 Porrò de angelis sic dicit: Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem vrentem.

8 De filio autem ait: Thronus tuus ô Deus, in seculum seculorum: sceptrum erectum, sceptrum regni tui.

9 Dilexisti iustitiam & odio habuisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ consortibus tuis.

10 Et iterum; Tu à principio posuisti fundamenta terræ, & cœli sunt opus manuum tuarum,

11 Ipsi præteribunt, tu autem stas, & omnes tanquam vestimenta veterascent:

12 Et tanquam amictum inuolues eos, ipsi mutabuntur: tu autem idem es, & anni tui non deficient.

13 Cuinam autem ex angelis dixit vnquam: Sede à dextra mea, vsquedum posuero inimicos tuos scabellum sub pedibus tuis.

14 Nonne omnes sunt spiritus administratorij, qui mittuntur in ministerium propter eos, qui futuri sunt hæredes salutis?

CAP. II.

1 QVamobrem debemus magis attendere ijs, quæ audiuimus, ne cadamus.

2 Si enim sermo qui pronunciatus est per angelos fuit firmus, & quisquis audijt, & transgressus est eum, accepit compensationem in iustitia:

3 Quomodo nos effugiemus, si contemnamus, quæ tales sunt vitæ (tantam salutem) quæ cum cœpisset enarrari à Domino nostro, & ab ijs qui ex eo audierant, in nos confirmata fuit?

4 Quum de ijs attestetur Deus signis, & miraculis, & varijs virtutibus, ac distributionibus Spiritus sanctitatis, quæ datæ sunt, iuxta ipsius voluntatem.

5 * Non enim angelis subiecit mundum futurum, de quo loquimur.

gratiæ primum pullescentis ecclesiæ nati.

6 Sed sicut testatur scriptura, & ait: Quid est homo, quod memor es eius, & filius hominis, quod inuiseris eum?

EPISTOLÆ BEATI PAVLI APOSTOLI AD HEBRÆOS.

Transl. B. Ariæ Mont.

MVltifariam & multimodè olim Deus locutus patribus in Prophetis,
In vltimis diebus iſtis locutus eſt nobis in filio, quem poſuit hæredem vniuerſorum, per quem & ſæcula fecit:
Qui exiſtens ſplendor gloriæ, & character ſubſtantiæ eius, portanſque omnia verbo virtutis ſuę, per ſeipſum purgationē faciens peccatorū noſtrorū, ſedit in dextera throni maieſtatis in excelſis.
Tanto præſtantior effectus angelis, quantò differentius præ illis hæreditauit nomen.
Cui enim dixit aliquando angelorum: Filius meus es tu, ego hodie genui te? & rurſum, Ego ero illi in patrem, & ipſe erit mihi in filium?
Cum autem iterum introducit primogenitum in habitatā, dicit. Et adorent eū omnes angeli Dei.
Et ad quidem angelos dicit, Faciens angelos ſuos ſpiritus & miniſtros ſuos ignis flammam.
Ad autem filium, thronus tuus, Deus, in ſæculum ſæculi: virga rectitudinis virga regni tui.

Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem propter hoc vnxit te Deus Deus tuus oleum exultationis præ participibus tuis.
Et tu per principia, Domine terram fundaſti, & opera manuum tuarum ſunt cæli.
Ipſi peribunt, tu autem permanes: & omnes vt veſtimentum veteraſcent.
Et velut amictum implicabis eos, & mutabuntur: tu autem ipſe es & anni tui non deficient.
Ad quem autem angelorum dixit aliquando, Sede à dexteris meis, quoadvſque ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum?
Nonne omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi propter futuros hæreditare ſalutem?

CAP. II.

PRopter hoc oportet abundantius nos adhibere auditis, ne quando pereffluamus.
Si enim ille per angelos dictus ſermo, factus eſt firmus, & omnis transgreſſio, & inobedientia accepit iuſtam retributionem:
Quomodo nos effugiemus, tantam negligentes ſalutem? quæ initium accipiens enarrari per Dominum, ab audientibus in nos confirmata eſt.

Conteſtante Deo ſignisque & portentis, & variis virtutibus, & Spiritus ſancti diſtributionibus, ſecundum ſuam voluntatem.
Non enim angelis ſubiecit habitatam futuram, de qua loquimur.

Teſtatus eſt autem alicubi quis dicens, Quid eſt homo quod memor es eius, aut filius hominis, quoniam viſitas eum.

EPISTOLÆ BEATI PAVLI APOSTOLI AD HEBRÆOS.

Transl. Eraſm. Roterod.

1 *DEus olim multifariam, multisq; modis locutus patribus per prophetas,*
2 *Extremis diebus hiſce locutus eſt nobis per filium, quem conſtituit hæredem omnium, per quem etiam ſecula condidit,*
3 *Qui cum ſit ſplendor gloriæ, & expreſſa imago ſubſtantiæ illius, moderetur q; omnia verbo potentiæ ſuæ, per ſemetipſum purgatione facta peccatorum noſtrorum, conſedit in dextera maieſtatis in excelſis,*
4 *Tanto præſtantior factus angelis, quanto excellentius præ illis ſortitus eſt nomen.*
5 *Nam cui dixit vnquam angelorum: filius meus es tu, ego hodie genui te? Ac rurſum: Ego ero pater, & ille erit mihi filius.*
6 *Rurſum autem cum inducit primogenitum in orbem terrarum, dicit: Et adorent eum omnes angeli Dei.*
7 *Et ad angelos quidem dicit: Qui creat angelos ſuos ſpiritus, & miniſtros ſuos ignis flammam.*
8 *Ad filium autem: Thronus tuus Deus in ſeculum ſeculi, virga rectitudinis, virga regni tui.*
9 *Dilexiſti iuſtitiam & odiſti iniquitatem, propterea vnxit te Deus Deus tuus, oleo exultationis vltra conſortes tuos.*
10 *Et tu initio Domine terræ fundamenta iecisti, & opera manuum tuarum ſunt cœli:*
11 *Ipſi peribunt, tu autem permanes, & omnes vt veſtimentum veteraſcent,*
12 *Ac velut amictum circumuolues eos, & mutabuntur, tu autem idem es, & anni tui non deficient.*
13 *Ad quem autem angelorum dixit vnquam? Sede à dextris meis, donec poſuero inimicos tuos, ſcabellum pedum tuorum.*
14 *Nonne omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus qui in miniſterium emittuntur propter eos qui hæredes erunt ſalutis?*

CAP. II.

1 *PRopterea oportet nos vehementius attendere, ijs quæ dicta ſunt nobis, ne quando perfluamus.*
2 *Etenim ſi is, qui per angelos dictus fuerat ſermo, fuit firmus, & omnis tranſgreſſio & inobedientia iuſtam præmij repenſationem accepit,*
3 *Quomodo nos effugiemus, ſi tantam neglexerimus ſalutem? quæ cum primum enarrari cœperit per ipſum Dominum, ab ijs qui audierant, in nos confirmata fuit,*
4 *Atteſtante Deo & ſignis, & prodigijs ſimul, varijsque virtutibus, & ſpiritus ſancti diſtributionibus, iuxta ipſius voluntatem.*
5 *Non enim angelis ſubiecit orbem terræ futurum, de quo loquimur.*
6 *Teſtatus eſt autem alicubi quidam, dicens, Quid eſt homo, quod memor es eius, aut filius hominis, quo ad viſis illum?*

Vulgat. Editio.

Minuisti eum paulò minus ab Angelis: gloria & honore coronasti eum: & constituisti eum super opera manuum tuarum.

* Omnia subiecisti sub pedibus eius: In eo enim quod omnia ei subiecit, nihil dimisit non subiectũ ei. Nunc autem necdũ videmus omnia subiecta ei.

* Eum autem, qui modico quam Angeli minoratus est, videmus Iesum propter passionem mortis, gloria & honore coronatum: vt gratia Dei, pro omnibus gustaret mortem.

Decebat enim eum propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum per passionem consummare.

Qui enim sanctificat, & qui sanctificantur, ex vno omnes. Propter quam causam non confunditur fratres eos vocare, dicens:

* Nunciabo nomen tuum fratribus meis in medio Ecclesiæ laudabo te.

Et iterum: * Ego ero fidens in eum. Et iterum: *Ecce ego, & pueri mei, quos dedit mihi Deus.

Quia ergo pueri communicauerunt carni, & sanguini, & ipse similiter participauit eisdem: * vt per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium, id est, diabolum:

Et liberaret eos, qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant seruituti.

Nusquam enim Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit.

Vnde debuit per omnia fratribus similari, vt misericors fieret, & fidelis Pontifex ad Deum, vt repropitiaret delicta populi.

In eo enim, in quo passus est ipse, & tentatus potens est & eis, qui tentantur auxiliari.

CAP. III.

VNde fratres sancti, vocationis cœlestis participes, considerate Apostolum & Pontificem confessionis nostræ Iesum:

Quia fidelis est ei, qui fecit illum sicut & * Moyses in omni domo eius.

Amplioris enim gloriæ iste præ Moyse dignus est habitus, quantò ampliorem honorem habet domus, qui fabricauit illam.

Omnis namque domus fabricatur ab aliquo: qui autem omnia creauit, Deus est.

Et Moyses quidem fidelis erat in tota domo eius tanquam famulus, in testimonium eorum, quæ dicenda erant:

Christus verò tanquam filius in domo sua: quæ domus sumus nos, si fiduciam & gloriam spei vsque ad finem firmam retineamus.

Quapropter sicut dicit Spiritus sanctus: *Hodie si vocem eius audieritis.

Nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto.

Vbi tentauerunt me patres vestri: probauerunt, & viderunt opera mea quadraginta annis:

Propter quod infensus fui generationi huic, & dixi. Semper errant corde, Ipsi autem non cognouerunt vias meas.

Sicut iuraui in ira mea: Si introibunt in requiem meam.

Videte fratres, ne fortè sit in aliquo vestrûm cor malum incredulitatis, discedendi à Deo viuo:

Transl. ex Syriac.

7 *Summisisti eum paulisper præ Angelis: gloriam & honorem imposuisti capiti ipsius, & authoritatem ei dedisti in opera manuum tuarum.*

8 *Omniaq; subiecisti sub pedibus eius: In hoc autem quod omnia ei subiecit, nihil obmisit quod subiectum non sit. Nunc autem necdum videmus omnia ei subiecta.*

9 *Eum autem qui paulisper summissus fuit præ Angelis, videmus, nempe ipsum Ieschua propter passionem mortis suæ, gloriamq; & honorem ipsius capiti impositum: nam Deus ipse per gratiam suam pro omnibus gustauit mortem.*

10 *Decebat enim eum per quem omnia, & propter quem omnia, qui filios multos introduxerat in gloriam suam, ipsum principem salutis eorum per passiones perfectum reddere.*

11 *Qui enim sanctificet, & qui sanctificantur, ab vno sunt omnes. Propterea non erubescit eos vocare fratres suos, dum ait:*

12 *Annuntiabo nomen tuum fratribus meis, & in medio ecclesia laudabo te.*

13 *Et rursum: Ego ero fidens in eo. Et iterum: Ecce ego & filij quos dedisti mihi Deus.*

14 ** Quoniam enim filij participes fuerunt carnis, & sanguinis, ipse quoque in similitudine particeps factus est eorundem, vt per mortem suam aboleret eum qui habebat mortis imperium, hoc est Satanam:*

15 *Et solueret eos, qui timore mortis in tota vita sua mancipabantur seruituti.*

16 *Non enim ex Angelis assumpsit, sed assumpsit ex semine Abrahom.*

17 *Propterea iustum erat vt per omnia similis fieret fratribus suis, vt misericors fieret, & summus Sacerdos fidelis in Deo, vt expiaret peccata populi.*

18 *Ex hoc enim quod ipse perpessus est, & tentatus, potest & ijs opem ferre qui tentantur.*

CAP. III.

1 *PRoinde fratres mei sancti, qui vocati estis vocatione cælesti, contemplamini hunc Apostolum, & summum Sacerdotem confessionis nostra Ieschua Meschicho.*

2 *Quod fidelis sit ei qui fecit ipsum, sicut Mousche in tota domo illius.*

3 *Longè enim amplior est huius gloria quam Mousche, vt & longè amplior est honos eius, qui ædificauit domum, quam ipsius ædificij.*

4 *Omnis enim domus ab aliquo ædificatur, qui verò omnia ædificat, Deus est.*

5 *Et Mousche quidem tamquam seruus fidelis fuit in tota domo eius in testimonium eorum, quæ dicenda erant per illum.*

6 *Meschicho verò tanquam filius est super domũ ſ. æ, nos autem sumus eius domus, si vsq; ad finem habuerimus apertam faciem (fiduciam) & gloriationem spei illius.*

7 *Quamobrem ait Spiritus sanctus: Hodie si vocem eius audieritis.*

8 *Ne obdureris corda vestra, vt ad iram eum pronocetis tanquam exacerbatores, aut sicut in die tentationis, quæ extitit in deserto.*

9 *Quum tentauerunt me patres vestri, & probauerunt viderunt q; opera mea per quadraginta annos.*

10 *Quapropter tædium mihi fuit in generatione illa, dixique. Populus iste errat corde suo, Et ipsi non cognouerunt vias meas.*

11 *Ita vt iurauerim in ira mea illos non ingressuros in requiem meam.*

12 *Cauete igitur, fratres mei, ne sit in aliquo vestrum cor malum quod incredulum sit, neue discedatis à Deo viuente.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Minuisti eum breue quiddam præ Angelis: gloria & honore coronasti eum,& cõstituisti eum super opera manuum tuarum:

Omnia subiecisti sub pedibus eius. in enim subiecisse ei omnia, nihil dimisit, ei non subiectum. nunc autem necdum videmus ei omnia subiecta.

Eum autem breue quid præ Angelis minoratum, videmus Iesum propter passionem mortis,gloria & honore coronatum,vt gratia Dei pro omnibus gustaret mortem.

Decebat enim eum,propter quem omnia, & per quem omnia, multos filios in glõriam adducentem auctorem salutis eorum,per passiones cõsummare.

Qui enim sanctificans & sanctificati, ex vno omnes,propter quam causam non confunditur, fratres eos vocare,dicens:

Annuntiabo nomen tuum fratribus meis,in medio Ecclesiæ laudabo te.

Et iterum,Ego ero fidens in eum. & iterum,Ecce ego & pueri,quos mihi dedit Deus.

Quia ergo pueri communicauerunt carni & sanguini,& ipse cõsimiliter participauit eisdem: vt per mortem aboleret robur habentem mortis, id est, diabolum:

Et liberaret hos quicunque timore mortis per omne viuere obnoxij erant seruituti.

Non enim videlicet Angelos apprehendit,sed semen Abrahæ apprehendit.

Vnde debuit per omnia fratribus similari,vt misericors fieret,& fidelis Pontifex ea quæ ad Deum, ad expiandum peccata populi.

In quo enim passus est ipse tentatus potest tentatis auxiliari.

CAP. III.

VNde fratres sancti, vocationis supercœlestis participes considerate Apostolum & Pontificem confessionis nostræ Iesum Christum.

Fidelem existentem facienti illum, sicut & Moyses in omni domo eius.

Amplioris enim gloriæ iste præ Moyse dignus est habitus,quãtò ampliorem honorem habet domus construens illam.

Omnis namque domus construitur ab aliquo. at omnia construens,Deus.

Et Moyses quidem fidelis in tota domo eius, tanquam famulus,in testimonium dicendorum.

Christus verò tanquam filius in domo sua,cuius domus sumus nos,si fiduciam & gloriationem spei vsque ad finem firmam retineamus.

Ideo sicut dicit Spiritus sanctus,Hodie si vocem eius audieritis,

Ne obdurate corda vestra,sicut in exacerbatione, secundum diem tentationis in deserto,

Vbi tentauerunt me patres vestri, probauerunt me,& viderunt opera mea quadraginta annis:

Ideo infensus fui generationi huic,& dixi, Semper errant corde: ipsi autem non cognouerunt vias meas.

Vt iurau in ira mea, Si introibunt in requiem meam.

Videte fratres,ne quando erit in aliquo vestrum cor malum,incredulitatis,in discedere à Deo viuo.

Sed

Transl. Erasm. Roterod.

Fecisti eum paululo inferiorem Angelis,gloria & honore coronasti eum,& constituisti eum super opera manuum tuarum.

Omnia subiecisti sub pedibus eius. In hoc enim, quod ei subiecit omnia,nihil omisit illi non subiectum. At nondum videmus illi omnia esse subiecta,

Eum vero qui pusillum quiddam diminutus fuerat infra Angelos,cernimus Iesum, propter cruciatum mortis, gloria & honore coronatum,vt per gratiam Dei pro omni gustaret mortem.

Decebat enim eum,propter quem sunt omnia, & per quem sunt omnia, & vt multis filijs in gloriam adductis,principem salutis illorum per afflictiones perfectum redderet.

Quandoquidem & qui sanctificat,& qui sanctificantur,ex vno sunt omnes. Quam ob causam non erubescit fratres illos vocare,dicens.

Annunciabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesia laudabo te.

Et rursum: Ego ero fidens in illo. Et iterum: Ecce ego & pueri,quos mihi dedit Deus.

Posteaquam igitur pueri commercium habent cum carne & sanguine,& ipse similiter particeps factus est eorundem,vt per mortem aboleret eum qui mortis habebat imperium,hoc est,diabolum,

Et liberos redderet eos,quicunq; metu mortis per omnem vitam obnoxij erant seruituti,

Non enim videlicet Angelos assumit,sed semen Abraha assumit.

Vnde debuit per omnia fratribus similis reddi,vt misericors esset & fidelis Pontifex,in his quæ apud Deum forent agenda, ad expiandum peccata populi.

Nam ex hoc quod ipsi contigit tentatum esse, potest & ijs qui tentantur succurrere.

CAP. III.

VNde fratres sancti,vocationis cœlestis participes,considerate Apostolum & Pontificem confessionis nostræ Christum Iesum,

Quod fidelis sit ei qui ipsum constituit,quemadmodum & Moyses in tota domo ipsius.

Tantò namque maiore gloria quam Moses, hic dignus est habitus,quantò maiorem habet honorem is qui construxit domum,quàm ipsa domus.

Omnis enim domus construitur ab aliquo. Porro qui condidit omnia,Deus est.

Et Moses quidem fidelis fuit in tota domo illius,veluti minister,in testimonium eorum,quæ post dicenda erant.

At Christus tanquam filius administrauit domum ipsius,cuius domus sumus nos,si fiduciam & gloriationem spei,ad finem vsque firmam tenuerimus.

Quapropter sicut dicit Spiritus ille sanctus: Hodie si vocem eius audieritis,

Ne obduretis corda vestra,sicut in exacerbatione,in die tentationis in deserto,

Vbi tentauerunt me patres vestri,probauerunt me, & viderunt opera mea quadraginta annis.

Quapropter infensus eram generationi illi,& dicebam Semper errant corde, ipsi vero non cognouerunt vias meas,

Sicut iurau in ira mea,si ingressuri sunt in requiem meam.

Videte fratres, ne quando sit in vllo vestrum cor prauum obnoxium incredulitati,vt desciscat à Deo viuente,

Sed

Vulgat. Editio.

Sed adhortamini vosmetipsos per singulos dies, 13
donec hodie cognominatur, vt nō obduretur quis
ex vobis fallacia peccati.

Participes enim Christi effecti sumus: si tamen 14
initium substantiæ eius vsque ad finem firmum
retineamus.

Dum dicitur: hodie si vocem eius audieritis, 15
nolite obdurare corda vestra, quemadmodum in
illa exacerbatione.

Quidam enim audientes exacerbauerunt: sed 16
non vniuersi qui profecti sunt ex Ægypto per
Moysen.

Quibus autem infensus est quadraginta annis? 17
*Nu. 14. 37. Nonne illis, qui peccauerunt, *quorum cadauera
prostrata sunt in deserto?

Quibus autem iurauit non introire in requiem 18
ipsius, nisi illis, qui increduli fuerunt?

Et videmus, quia non potuerunt introire prop- 19
ter incredulitatem.

CAP. IV.

TImeamus ergo ne fortè relicta pollicitatione 1
introeundi in requiem eius, existimetur ali-
quis ex vobis deesse.

Etenim & nobis nunciatum est, quemadmod um 2
& illis, sed non profuit illis sermo auditus, non
non admistus fidei, ex iis, quæ audierunt.

Ingrediemur enim in requiem, qui credidimus: 3
*Ps. 94. 12 quemadmodum dixit: *Sicut iurauí in ira mea:
Si introibunt in requiem meam: & quidem operi-
bus ab institutione mundi perfectis.

Dixit enim in quodam loco de die septima sic: 4
*Gen. 2. 2 *Et quieuit Deus die septima ab omnibus operib.
suis. Et in isto rursum: Si introibunt in requiem
meam.

Quoniam ergo supereſt introire quosdam in il- 5
lam, & ij, quibus prioribus annunciatum est, non
introierunt propter incredulitatem:

Iterum terminat diem quendam, Hodie, in Da- 6
uid dicendo, post tantum temporis, sicut supra di-
*Sup. 3. 7. ctum est: *Hodie si vocem eius audieritis, nolite
obdurare corda vestra.

Nam si eis Iesus requiem præstitisset, nunquam 7
de alia loqueretur, post hac, die:

Itaque relinquitur sabbatismus populo Dei. 8

Qui enim ingressus est in requiem eius: etiam 9
ipse requieuit ab operibus suis, sicut à suis Deus.

Festinemus ergo ingredi in illam requiem: vt il- 10
le in idipsum quis incidat incredulitatis exemplū.

Viuus est enim sermo Dei, & efficax, & penetra- 11
bilior omni gladio ancipiti: & pertingens vsque ad
diuisionem animæ ac spiritus, compagum quoque
ac medullarum, & discretor cogitationum & in-
tentionum cordis.

*Ps. 33. 16 Eccli. 15. 20. *Et non est vlla creatura inuisibilis in conspectu 12
eius, omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius,
ad quem nobis sermo.

Habentes ergo pontificem magnum, qui pene- 13
trauit cœlos, Iesum filium Dei teneamus confessio-
nem.

Non enim habemus pontificem, qui non possit 14
compati infirmitatibus nostris, tentatum autem
per omnia pro similitudine absque peccato.

Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ: 15
vt misericordiam consequamur, & gratiam inue-
niamus in auxilio opportuno.

Transl. ex Syriac.

Sed adhortamini vos ipsos omnibus diebus, vsq; ad diem 13
illum qui vocatur Hodie: & ne quis vestrum obduretur
seductione peccati,

** Nam commixti sumus cum Meschicho, si à principio* 14 *Sabbatho Candidatorū
*& vsque ad finem in hac ipsa vera substantia perseuera-
uimus.

Sicut dictum est: Hodie si filiam vocis eius audieritis, 15
ne obduretis corda vestra vt ad iram prouoceris enim.

Qui sunt enim illi qui audierunt & exacerbauerunt
eum? non illi omnes qui exierant ex Ægypto per manum
Mouschi.

Quos autem pertæsus est quadraginta annis, nisi eos qui 17
peccauerant, quorum ossa conciderunt in deserto?

Quibus autem iurauit eos non ingressuros in requiem
suam, nisi ijs qui assensum non præbuerunt?

Proinde videmus eos non potuisse introire, eo quod incre- 19
duli fuerint.

CAP. IIII.

TImeamus igitur, ne forte stante promissione ingredi- 1
di in requiem eius, inueniatur aliquis inter vos qui
ingressu frustratus remaneat.

Etenim nobis quoque nuntiatum est, prout & illis. sed 2
non profuit illis sermo quem audierunt, propterea quod
non fuit cum fide temperatus (coniunctus) ijs qui ipsum
audierant.

At introimus in requiem nos qui credidimus quemad- 3
modum dixit: Ita vt iurauerim in ira mea illos non in-
gressuros in requiem meam: licet opera Dei à principio
mundi facta sint,

Prout dixit de Sabbatho, requieuisse Deum in die sep- 4
timo ab omnibus operibus suis.

Et illic rursum ait: Non introibunt in requiem meam. 5

Quoniam igitur erat locus in quem vnusquisque in- 6
troiret, & ij quibus primum annuntiatum fuerat, non in-
troierunt, eo quod assensum non præbuerunt.

Rursum diem alium præfinit post multum temporis, si- 7
cut supra scriptum dixisse Dauid, Hodie si vocem eius au-
dieritis, ne obduretis corda vestra.

Si enim Ieschua filius Noun requiem eis præstitisset, 8
haud locutus fuisset postea de alio die.

Itaque restat sabbatizare populo Dei. 9

Qui enim ingressus est in requiem eius, & ipse requie- 10
uit ab operibus suis, sicut à suis Deus.

Demus igitur operam introeundi in requiem illam, ne 11
quis eodem concidat exemplo quo ij qui non crediderunt.

Viuus est enim sermo Dei & omnino efficax, longeque 12
penetrantior gladio ancipiti: & ingrediens vsque ad diui-
sionem animæ & spiritus, nec non compagum & medulla
ossium, ac dijudicat cogitationes & voluntatem cordis.

Nec est vlla creatura abscondita à conspectu illius. Sed om- 13
nia nuda & manifesta sunt coram oculis eius cui reddunt
rationem.

** Quum habeamus igitur summum Pontificem Ieschua* 14 *Secundā flatione nodis & ralcecus Crucifixionis.
Meschicho filium Dei, qui ascendit in cælos, perstitamus in
professione eius.

Non enim habemus pontificem qui non possit compati 15
infirmitati nostræ, sed qui tentatus est per omnia sicut &
nos, excepto peccato.

Accedamus igitur reuelato oculo (confidenter) ad 16
thronum gratiæ ipsius, vt obtineamus misericordiam, &
inueniamus gratiam ad auxilium in tempore afflictionis.

Transl. B. Ariæ Mont.

Sed adhortamini vosmetipsos per vnumquemque diem, vsquequo hodie cognominatur, vt non obduretur quis ex vobis deceptione peccati.

Participes enim effecti sumus Christi: si modo initium substantiæ vsque ad finem firmum retineamus.

In dici: hodie si vocem eius audieritis, ne obdurate corda vestra, quemadmodum in exacerbatione.

Quidam enim audientes exacerbauerunt: sed non omnes egressi ex Ægypto per Moysen.

Quibus autem infensus est quadraginta annis? nonne peccantibus, quorum corpora ceciderunt in deserto?

Quibus autem iurauit non introire in requiem ipsius, si non incredulis?

Et videmus, quia non potuerunt introire propter incredulitatem.

CAP. IV.

Timeamus ergo ne quandoque relicta pollicitatone fortè introeundi in requiem eius, existimetur aliquis ex vobis defici.

Etenim sumus euangelizati, quemadmodum & illi, sed non profuit sermo auditus illis, non admistis fidei audientibus.

Ingrediemur enim in requiem, credẽtes, quemadmodum dixit: Sicut iurauí in ira mea: Si introibunt in requiem meam: & quidem operibus à fundatione mundi genitis.

Dixit enim alicubi de septima sic, Et requieuit Deus in die septima ab omnibus operibus suis.

Et in isto rursum: Si introibunt in requiem meam.

Quoniam ergo supereſt quosdam introire in illam, & ipsi prius annunciatione moniti non introierunt propter incredulitatem:

Iterum quendam terminat diem, Hodie, in Dauid, dicens, post tantum tempus, sicut dictum est: Hodie si vocem eius audieritis, ne obdurate corda vestra.

Si enim eis Iesus requiem præstitisset, non vtiq; de alia loqueretur, post hæc, die:

Itaque relinquitur sabbatismus populo Dei.

Nam ingressus in requiem eius: etiam ipse requieuit ab operibus suis, sicut à operibus Deus.

Studeamus ergo ingredi in illam requiem: vt ne idipsum quis exemplum incidat incredulitatis.

Viuus enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior super omnem gladium ancipitem, & pertingens vsque ad diuisionem animæque ac spiritus, compagum quoque ac medullarum, & discretor cogitationum & intentionum cordis.

Et non est creatura inuisibilis in conspectu eius, omnia autem nuda & aperta oculis eius ad quem nobis sermo.

Habentes ergo Pontificem magnum, penetrantem cœlos, Iesum filium Dei teneamus confessionem.

Non enim habemus pontificem, non potentem compati infirmitatibus nostris, tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato.

Adeamus ergo cum fiducia throno gratiæ, vt accipiamus misericordiam, & gratiam inueniamus in opportunum auxilium.

Transl. Erasm. Roterod.

13 *Sed exhortemini vos inuicem quotidie, quoad appellatur dies hodiernus, ne quis ex vobis induretur seductione peccati.*

14 *Christi participes facti sumus, si sane initium substantiæ vsque ad finem firmum tenuerimus.*

15 *In hoc quod dicitur: Hodie si vocem eius audieritis, ne obduretis corda vestra sicut in exacerbatione.*

16 *Nam quidam cum audissent, exacerbauerunt: at non omnes qui profecti fuerant ex Ægypto per Mosen.*

17 *Quibus autem infensus fuit quadraginta annis? Nonne ijs, qui peccauerant? quorum membra conciderunt in deserto?*

18 *Quibus autem iurauit non ingressuros in requiem suam, nisi ijs qui non obedierant?*

19 *Et videmus quod non potuerint ingredi propter incredulitatem.*

CAP. IIII.

1 *Metuamus igitur, ne quando derelicta promissione introeundi in requiem eius, videatur aliquis ex vobis fuisse frustratus.*

2 *Etenim nobis annuntiatum est, quemadmodum & illis. At non profuit illis audisse sermonem, quod is non esset cũ fide cõmunicatus, ijs qui audierant.*

3 *Introimus enim in requiem, nos qui credidimus, quemadmodum dixit: Sicut iurauerim in ira mea si ingressuri sint in requiem meam, licet operibus à iactis fundamentis mundi perfectis.*

4 *Dixit enim quodam in loco de septimo die sic: Et requieuit Deus die septimo ab omnibus operibus suis.*

5 *Et in hoc rursum: Si introibunt in requiem meam.*

6 *Posteaquam igitur illud reliquum est, aliquos introire in eam, & quibus prius annunciatum fuit, non introierunt propter incredulitatem,*

7 *Rursum quendam præfinit diem, hodie, Dauid dicens, post tantum temporis, quemadmodum dictum est: Hodie si vocem eius audieritis, ne obduretis corda vestra.*

8 *Nam si eis Iesus requiem præstitisset nequaquam de alio posthac die locutus fuisset.*

9 *Itaque relinquitur sabbatismus populo Dei.*

10 *Nam qui ingressus est in requiem illius, & ipse requieuit ab operibus suis, quemadmodum à suis Deus.*

11 *Studeamus igitur ingredi in illam requiem, ne quis eodem concidat incredulitatis exemplo.*

12 *Viuus est enim sermo Dei, & efficax, & penetrantior quouis gladio vtrinq; incidente, ac pertingens vsque ad diuisionem animæ simul ac spiritus, compagumq; & medullarum, & discretor cogitationum & intentationum cordis.*

13 *Nec est vlla creatura quæ non manifesta sit in conspectu illius. Sed omnia nuda & resupinata oculis eius ad quem nobis est sermo.*

14 *Habentes igitur Pontificem magnum qui penetrauit cœlos Iesum filium Dei, teneamus professionem.*

15 *Non enim habemus pontificem, qui non possit affici sensu infirmitatum nostrarum sed tentatum per omnia, iuxta similitudinem absque peccato.*

16 *Accedamus igitur cum fiducia ad thronum gratiæ, vt consequamur misericordiam, & gratiam inueniamus ad opportunum auxilium.*

Vulgat. Editio.

CAP. V.

OMnis namque Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis, quæ ad Deum, vt offerat dona & sacrificia pro peccatis.

Qui condolere possit ijs, qui ignorant, & errant: quoniam & ipse circundatus est infirmitate.

Et propterea debet, quemadmodum pro populo, ita etiã & pro semetipso offerre pro peccatis.

*Exo.28. 2. Par.26. 18. Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo, tanquam Aaron.

Sic & Christus non semetipsum clarificauit, vt Pontifex fieret: sed qui locutus est ad eum, *Filius

*Psal.2.7 meus es tu, ego hodie genui te.

Quemadmodum & in alio loco dicit, Tu sacerdos in æternum, secundum ordinẽ Melchisedech.

*Ps.109. 4. Qui in diebus carnis suæ, preces, supplicationesque ad eum, qui possit illum saluum facere à morte, cum clamore valido, & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia.

Et quidem cum esset Filius Dei, didicit ex iis, quæ passus est, obedientiam:

Et consummatus, factus est omnibus optemperantibus sibi, causa salutis æternæ:

Appellatus à Deo pontifex iuxta ordinem Melchisedech.

De quo nobis grandis sermo & interpretabilis ad dicendum, quoniam facti estis ad audiendum.

Etenim cum deberetis magistri esse propter tempus: rursum indigetis, vt vos doceamini, quæ sint elementa exordij sermonum Dei. & facti estis quibus lacte opus sit, non solido cibo.

Omnis enim qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiæ: paruulus enim est.

Perfectorum autem est solidus cibus, eorum, qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni ac mali.

CAP. VI.

QVapropter intermittẽtes inchoationis Christi sermonem, ad perfectiora feramur, non rursum iacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis, & fidei ad Deum,

Baptismatum doctrinæ, impositionis quoque manuum, ac resurrectionis mortuorum, & iudicij æterni.

Et hoc faciemus, siquidem permiserit Deus.

*Matt.12 45. 2 Pet. 2. 20. Ioa.10.26 *Impossibile est enim eos, qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum cæleste, & participes facti sunt Spiritus sancti:

Gustauerunt nihilominus bonum Dei verbum, virtutesque seculi venturi:

Et prolapsi sunt: rursus renouari ad pœnitentiam, rursum crucifigentes sibimetipsis Filium Dei, & ostentui habentes.

Terra enim sæpè venientem super se bibens imbrem, & generans herbam opportunam illis, à quibus colitur, accipit benedictionem à Deo.

Proferens autem spinas ac tribulos, reproba est, & maledicto proxima: cuius cõsummatio in combustionem.

Confidimus autem de vobis, dilectissimi, meliora & viciniora saluti, tametsi ita loquimur.

Transl. ex Syriac.

CAP. V.

1 *Omnis enim Pontifex qui ex hominibus pro hominibus stat, super ijs, quæ Dei sunt, vt offerat oblationem, & sacrificia pro peccatis.*

2 *Isque potest seipsum demittere, & compati ignorantibus, errantibusque, quandoquidem & ipse infirmitate indutus est.*

3 *Et propterea debet, qui est eiusmodi cùm pro populo, tum pro seipso offerre pro peccatis suis.*

4 *Porro nemo sibiipsi sumit honorem, sed qui vocatur à Deo quemadmodum Aharonn.*

5 *Sic & Meschicho non seipsum glorificauit, vt Pontifex fieret, sed is qui dixerat illi: Filius meus tu es, ego hodie genui te.*

6 *Sicut & alio loco dicit: Tu es Sacerdos in aternum secundum similitudinem Melkizedek,*

7 *Qui etiam quum carne indutus esset, orationem, & preces, cum vociferatione vehementi, & cum lachrymis offerebat ei, qui ipsum poterat à morte viuificare, & exauditus est.*

8 *Et quamuis esset Filius, ex timore, & passionibus quas sustinuit, didicit obedientiam,*

9 *Et sic perfectus redditus est, illius omnibus qui ipsi obediuerunt, fuit causa salutis aterna.*

10 *Ac nominatus est à Deo, Summus sacrdos secundum similitudinem Malkizedek.*

11 *De eo autem ipso Malkizedek multa sunt nobis verba facienda, quæ difficiles explicatu habeant quoniam infirmi estis auditu vestro.*

12 * *Deberetis enim doctores esse propter tempus* quod impendistis *doctrina: nunc autẽ rursum opus habetis vt disatis, quæ sint scriptura prima exordij sermonum Dei, & facti estis indigentes lacte, & non cibo solido.* Nota secunda Pallonis

13 *Quisquis autem est, cuius cibus sit lac, non persuadetur sermone iustitiæ, quoniam rudis est.*

14 *Perfectorum autem cibus est solidus, qui quod indagine vtantur, depromuntur sensus eorum ad discretionem boni, & mali.*

CAP VI.

1 *QVapropter omittamus initium sermonis Meschicho, & veniamus ad perfectionem, sed cur iterum fundamentum aliud iactis ad pœnitentiam ex operibus mortuis, & fidem quæ in Deum est:*

2 *Et ad doctrinam baptismi, & impositionis manus, & ad resurrectionem quæ fit ex domo mortuorum, & ad iudicium aternum?*

3 *Si Dominus permiserit, faciemus hoc.*

4 *Sed non possunt ij qui semel ad baptismum descenderunt, & gustauerunt donum illud quod è cœlis est, & acceperunt Spiritum sanctitatis:*

5 *Gustauerunt que verbum bonum Dei, & virtutem seculi futuri:*

6 *Quum iterum peccauerint, denuò renouari ad pœnitentiam, aut denuo crucifigent Filium Dei, & ignominia efficient.*

7 *Terra enim, quæ imbiberit imbrem venientem in se multis vicibus, & produxerit herbam quæ sit vsui ijs propter quos colitur, accipit benedictionem à Deo.*

8 *Sin producat carduos, & spinas, ipsa reprobatur, nec procul est ab execratione: sed finis eius est combustio.*

9 *Caterùm persuasa habemus de vobis, fratres mei, quæ bona sunt, & salutipropinqua, quamuis ita loquamur.*

Transl. B. Ariæ Mont.

CAP. V.

OMnis namque pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur ea quæ ad Deum, vt offerat donaque & victimas pro peccatis.

Mensuratè pati potens ignorantibus, quoniam & errantibus, quoniam & ipse circundatus est infirmitatem.

Et propter hanc debet, quemadmodum pro populo, ita etiam pro semetipso offerre pro peccatis.

Et non sibiipsi quisquam sumit honorem, sed vocatus à Deo, tanquam & Aaron.

Sic & Christus non semetipsum fieri pontificem sed locutus ad eum, Filius meus es tu, ego hodie genui te.

Quemadmodum & in alio dicit, Tu sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedec.

Qui in diebus carnis suæ, precesque & supplicationes ad potentem seruare illum à morte, cum clamore valido, & lachrymis offerens, & exauditus pro reuerentia.

Et quamuis existens filius, didicit exiis quæ passus est, obedientiam:

Et consummatus, factus est optemperantibus sibi omnibus causa salutis æternæ:

Appellatus à Deo pontifex iuxta ordinem Melchisedec.

De quo multus nobis sermo & difficilis interpretatu dicere, quoniam signes facti estis auribus.

Etenim debentes esse magistri propter tempus, rursum opus habetis ad docendum vos quæ elementa initij oraculorum Dei, & facti estis opus habentes lacte, & non solido cibo.

Omnis enim pariceps lactis, expers sermonis iustitiæ: infans enim est.

Perfectorum autem est solidus cibus, per habitum sensus exercitatos habentium ad discretionem bonique ac mali.

CAP. VI.

IDeo intermittentes initij Christi sermonem, ad perfectionem feramur, non rursum fundamentum iacientes pœnitentiæ à mortuis operibus, & fidei ad Deum,

Baptismatum doctrinæ, impositionis quoque manuum, resurrectionisque mortuorum, & iudicij æterni.

Et hoc faciemus, siquidem permiserit Deus.

Impossibile enim semel illustratos, gustatesque donum cæleste, & participes factos Spiritus sancti,

Et pulchrum gustantes Dei verbum, virtuteque futuri seculi:

Et prolapsos, rursus renouari ad pœnitentiam, rursum crucifigentes sibimetipsis Filium Dei, & ostentui habentes.

Terra enim bibens super se sæpè venientem imbrem, & generans herbam opportunam illis per quos & colitur, accipit benedictionem à Deo.

Proferens autem spinas ac tribulos, reproba, & maledictoni proxima: cuius finis in combustionem

Confidimus autem de vobis, dilecti, meliora, & proxima saluti, si & ita loquimur.

Transl. Erasm. Roterod.

CAP. V.

1 *NAm omnis pontifex qui ex hominibus assumitur pro hominib. constituitur in his quæ apud Deum aguntur, vt offerat donaria & victimas pro peccatis,*

2 *Qui placabilis esse possit ignorantibus & errantibus, quandoquidem & ipse circundatus est infirmitate,*

3 *Et propter hanc debet, quemadmodum pro populo, ita & pro seipso immolare pro peccatis.*

4 *Nemo sibi ipsi vsurpat honorem, sed qui vocatur etiam à Deo, quemadmodum & Aaron.*

5 *Ita Christus non semetipsum glorificauit, vt fieret pontifex, sed is qui dixerat illi: Filius meus es tu, ego hodie genui te.*

6 *Sicut & alibi dicit: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec.*

7 *Qui in diebus carnis suæ, cum & precationes & supplicationes apud illum, qui poterat ipsum à morte seruare, cum clamore valido & lachrymis obtulisset, & exauditus esset pro reuerentia.*

8 *Tametsi filius erat, tamen didicit ex his quæ passus est, obedientiam,*

9 *Ac perfectus redditus, omnibus qui sibi obedierunt fuit causa salutis æternæ.*

10 *Cognominatus à Deo pontifex secundum ordinationem Melchisedec.*

11 *De quo nobis multa forent dicenda, eaq; difficilia explicatu, quandoquidem segnes facti estis auribus.*

12 *Etenim cum debeatis pro temporis ratione doctores esse, rursum opus habetis; vt doceamus vos quæ sint elementa initij eloquiorum Dei: factique estis ij, quibus lacte sit opus, & non solido cibo.*

13 *Nam quisquis lactis est particeps, is rudis est sermonis iustitiæ, infans enim est.*

14 *Porro perfectorum est solidus cibus, nempe horum, qui propter assuetudinem, sensus habent exercitatos ad discretionem boni pariter ac mali.*

CAP VI.

1 *QVapropter omisso, qui in Christo rudes inchoat. sermone ad perfectionem feramur, non rursum fundamentum iacientes pœnitentiæ ab operibus mortuis, & fidei in Deum,*

2 *Baptismatum, doctrinæ, ac manuum impositionis, & resurrectionis mortuorum, & iudicij æterni.*

3 *Atque id faciemus, siquidem permiserit Deus.*

4 *Nam fieri non potest, vt qui semel fuerint illuminati, gustauerintque donum cœleste, & participes facti fuerint Spiritus sancti.*

5 *Gustauerintque bonum Dei verbum, ac virtutes futuri seculi,*

6 *Prolabantur, denuò renouentur per pœnitentiam, ab integro crucifigentes sibimetipsis Filium Dei, & ludibrio exponentes.*

7 *Siquidem terra, quæ imbrem sæpius in se venientem combiberit, & progenuerit herbam accommodam eis, opera quorum & colitur, recipit benedictionem à Deo.*

8 *At quæ produxerit spinas & tribulos, reproba est, & maledictioni confinis, cuius exitus huc tendit vt exuratur.*

9 *Cæterùm persuasimus nobis de vobis, dilecti, quæ his sint meliora, & cum salute coniuncta, tametsi sic loquamur,*

Vulgat. Editio.

Non enim iniustus Deus vt ,obliuiscatur operis vestri, & dilectionis quam ostendistis in nomine ipsius, qui ministrastis sanctis,& ministratis.

Cupimus autem vnumquemque vestrum eundem ostentare sollicitudinem ad expletionem spei vsque in finem:

Vt non segnes efficiamini,verum imitatores eorum,qui fide, & patientia hæreditabunt promissiones.

Abrahæ namque promittens Deus, quoniam neminem habuit,per quem iuraret,maiorem,iurauit per semetipsum,

*Gen.12. 16. Dicens: Nisi benedicens benedicam te, & multiplicans multiplicabo te.

Et sic lõganimiter ferẽs,adept⁹ est repromissionẽ.

Homines enim per maiorem sui iurant:& omnis controuersiæ eorum finis,ad confirmationem, est iuramentum.

In quo abundantius volens Deus ostendere pollicitationis hæredibus immobilitatem consilij sui, interposuit iusiurandum:

Vt per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deum, fortissimum solatium habeamus qui confugimus ad tenendam propositam spem,

Quam sicut anchoram habemus animæ tutam,ac firmam,& incedentem vsque ad interiora velaminis.

Vbi præcursor pro nobis introiuit Iesus, secundùm ordinem Melchisedech Pontifex factus in æternum.

CAP. VII.

Gen.14. 18. Hic enim Melchisedech,rex Salem,sacerdos Dei summi, qui obuiauit Abrahæ regresso à cæde regum,& benedixit ei:

Cui & decimas omnium diuisit Abraham: primum quidem,qui interpretatur rex iustitiæ:deinde autem & rex Salem, quod est rex pacis.

Sine patre, sine matre,sine genealogia,neque initium dierum: neque finem vitæ habens: assimilatus autem Filio Dei,manet sacerdos in perpetuum.

Intuemini autem quantus sit hic,cui & decimas dedit de præcipuis Abraham patriarcha.

Et quidem de filiis Leui sacerdotium accipientes,*mandatum habent decimas sumere à populo secundum legem,id est,fratribus suis: quamquam & ipsi exierint de lumbis Abrahæ,

Deut.18. 3. Ios. 14.4. Cuius autem generatio non annumeratur in eis, decimas sumpsit,ab Abraham,& hunc, qui habebat repromissiones benedixit.

Sine vlla autem contradictione,quod minus est à meliore benedicitur.

Et hic quidem,decimas morientes homines accipiunt:ibi autem contestatur, quia viuit.

Et(vt ita dictum sit) per Abraham,& Leui qui decimas accipit decimatus est:

Adhucenim in lumbis patris erat,quando obuiauit ei Melchisedech:

Si ergo consummatio per sacerdotium Leuiticũ erat (populus enim sub ipso legem accepit) quid adhuc necessarium fuit secundùm ordinem Melchisedech,alium surgere sacerdotem,& non secundum ordinem Aaron dici?

Translato enim sacerdotio, necesse est vt & legis translatio fiat.

Transl. ex Syriac.

Non enim iniquus est Deus,vt obliuioni det opera vestra,& vestram illam charitatem quam exhibuistis eius nomini,quippe qui ministrauerittis sanctis ministretisque.

Cupimus autem vt vnusquisque vestrum hanc ipsam sedulitatem ostendat ad complementum spei vestræ vsque in finem:

Neque pretidatur vobis, sed sitis imitatores eorum,qui fide,& longanimitate fuerunt hæredes promissionis.

Abrohom namque polliceretur Deus,quoniam nihil erat seipso maius vt per illud iuraret,iurauit per semetipsum.

Et ait: Benedicendo benedicam tibi, & multiplicando multiplicabo te.

Et sic longanimis fuit,accepitque promissum.

Siquidem homines per maiorem seipsis iurant:ac de omni contentione,quæ accidit inter eos vera solutio fit per iusiurandum,

Quapropter maximè voluit Deus ostendere hæredibus promissionis pellicitationem suam immutabilem eamque obstrinxit iureiurando,

Vt per duas res mutationis expertes, in quibus non potuit Deus mentiri, consolationem magnam haberemus, qui confugimus ad eum,vt prehendamus spem illam quæ promissa est nobis:

Quæ quidem est nobis velut anchora,quæ retinet animam nostram ne commoueatur,& ingreditur intra superficies portæ(velum)

Vbi præcedens ingressus est pro nobis Ieschuæ, & factus est Pontifex in æternum in similitudinem Malkizedek.

CAP. VII.

PORRO hic Malkizedek fuit rex Scholim, pontifex Dei excelsi, & ipse factus est obuiam Abrohom, dum rediret à cæde regum,& benedixit ei: De generatrice Dei

Et ei impartitus est Abrohom decimas ex omnibus,quæ erant secum:exponitur autem nomen illius, Rex iustitiæ: & rursum,Rex Scholim,quod est,Rex pacis,

Cuius neque pater neque mater scribuntur in generationibus,nec initium dierum eius,neque finis vitæ ipsius, sed in similitudinem Filii Dei prmanet pontificatus eius in æternum,

Considerate vero,quam magnus hic fuerit, cui Abrohom patriarcha dederit decimas & primitias.

Illi enim qui ex filijs Leui suscipiunt pontificatum,præceptum habent legis,vt accipiant decimas à populo, hoc est à fratribus suis,quamuis & ipsi ex lumbis Abrohom prodierint.

Is autem qui scriptus non est in genealogiis eorum, decimas tulit ab Abrohom,& benedixit ei, qui acceperat promissionem.

Porrò absque controuersia, qui minor est benedicitur ab eo, qui præstantior est ipso.

Atque hic quidem homines, qui moriuntur,accipiunt decimas.Illic autem is de quo testata est Scriptura ipsum viuere:

At (vt quispiam dixerit) per Abrohom, & Leui ipse qui decimas acceperat,ipse quoque decimatus est. *Sed dixit habet translatio ter Regia, sed quia illa trãslatio & vulgatæ contradicit & textui nõ concordat idcirco nos loco dixit posuimus dicere.

Adhuc enim erat in lumbis patris sui quum occurreret ipsi Malkizedek,

Si ergo consummatio per pontificatum ipsius Leui erat vt per quem imposita est Lex populo,quid opus erat pontificem alium surgere in similitudinem Malkizedek? sed dicere in similitudinem Aharoum erit:

Imo quemadmodum facta est mutatio in pontificatu, sic fuit mutatio & in lege,

Transl. B. Ariæ Mont.

Non enim iniustus Deus, obliuiſci operis veſtri, & laboris dilectionis quam oſtendiſtis in nomen ipſius, ij qui miniſtraſtis ſanctis, & miniſtrantes.

Cupimus autem vnumquemque veſtrûm idem oſtentare ſtudium, ad expletionem ſpei vſque in finem:

Vt non ſegnes efficiamini, imitatores autem illorum per fidem & longanimitatem hæreditãtium promiſſiones.

Namque Abrahæ pollicitus Deus, quoniam per neminem habuit maiorem iurare, iurauit per ſemetipſum,

Dicens, Certè benedicens benedicam te, & multiplicans multiplicabo te.

Et ſic lõganimiter ferẽs, adept⁹ eſt repromiſſionẽ.

Homines quidem enim per maiorem iurant, & omnis ipſis controuerſiæ finis, ad confirmationem iuramentum:

In quo abundantius volens Deus oſtendere hæredibus pollicitationis immobilitatem conſilij ſui, interuenit iuramento:

Vt per duas res immobiles, in quibus impoſſibile mentiri Deum, fortem conſolationem habeamus confugientes obtinere propoſitam ſpem.

Quam ſicut ancoram habemus animæ tutamque ac firmam, & ingredientem ad interius velaminis.

Vbi præcurſor pro nobis introiuit Ieſus, ſecundum ordinem Melchiſedec pontifex factus in æternum.

CAP. VII.

Hic enim Melchiſedec rex Salem, ſacerdos Dei ſummi, occurrens Abrahæ regreſſo à cæde regum, & benedicens ei.

Cui & decimas ab omnibus partitus eſt Abraham primùm quidem interpretatus rex iuſtitiæ, deinde autem & rex Salem, quod eſt rex pacis.

Sine patre, ſine matre, ſine genealogia, neque initium dierum, neque vitæ finem habens: aſſimilatus autem filio Dei, manet ſacerdos in perpetuum.

Intuemini autem quantus hic, cui & decimas Abraham dedit ex manubiis ille patriarcha.

Et illi quidẽ de filiis Leui ſacerdotium accipientes, mandatum habent decimare populum ſecundum legem, id eſt, fratres ſuos, quanquam egreſſos ex lumbo Abrahæ,

Ille autem non genealogizatus ex eis, decimauit Abraham, & habentem repromiſſiones benedixit.

Sine autem omni contradictione, minus à præſtantiore benedicitur.

Et hic quidem decimas morientes homines accipiunt: ibi autem teſtatione dictus, quia viuit.

Et (vt verbum dicere) per Abraham, & Leui decimas accipiens decimatus eſt.

Adhucenim in lumbo patris erat, quando obuiauit ei Melchiſedec.

Si quidem ergo conſummatio per Leuiticum ſacerdotium erat, (populus enim ſub ipſo legem accepit) quid adhuc opus ſecundum ordinem Melchiſedec, alium ſurgere ſacerdotem, & non ſecundum ordinem Aaron dici?

Translato enim ſacerdotio, ex neceſſitate & legis translatio fit.

Transl. Eraſm. Roterod.

Non enim iniuſtus eſt Deus, vt obliuiſcatur operis veſtri, & laboris ex charitate ſuſcepti, quam exhibuiſtis erga nomen illius, qui miniſtraſtis ſanctis & miniſtratis.

Cupimus autem vt vnuſquiſque veſtrum idem præſtet ſtudium ad plenam ſpei certitudinem, vſque ad perfectionem.

Ne ſitis imbecilles, ſed imitatores eorum, qui per fidem ac patientiam hæreditatem accipiunt promiſſionis.

Deus enim pollicitus Abrahæ, cum non poſſet per quenquam maiorem iurare, iurauit per ſeipſum.

Dicens: niſi benedicens benedixero tibi, & multiplicans multiplicauero te.

Atq; ita cũ patiẽter expectaſſet, cõſecutus eſt promiſſũ.

Nam homines quidem per eum iurant, qui ſit maior, atque iſdem omnis controuerſiæ finis eſt, ſi accedat iuriſiurandi confirmatio.

Qua in re Deus cum eximiè vellet hæredibus promiſſionis oſtendere firmitatem conſilij ſui, interpoſuit iuſiurandum,

Vt per duas res immutabiles, in quibus fieri non poſſet, vt mentiretur Deus, validam conſolationem haberemus, qui huc confugimus, vt potiamur propoſita ſpe,

Quam velut ancoram tenemus animæ, tum tutam, tum firmam, & introeuntem vſque ad ea, quæ ſunt intra velum,

Vbi præcurſor pro nobis ingreſſus eſt Ieſus iuxta ordinem Melchiſedec, pontifex factus in æternum.

CAP. VII.

Nam hic erat Melchiſedec, rex Salem, pontifex Dei altiſſimi, qui occurrit Abrahæ, reuertenti à cæde regum, & benedixit illi,

Cui & decimas ex omnibus impartitus eſt Abraham, qui primum quidem ex interpretatione dicitur rex iuſtitiæ, deinde vero etiam rex Salem, quod eſt rex pacis,

Ignoti patris, ignotæ matris, ignoti generis, nec initium dierum, neque vitæ finem habens, ſed aſſimilatus filio Dei, manet ſacerdos in perpetuum.

Conſiderate vero, quantus hic fuerit, cui etiam decimas dederit Abraham patriarcha de ſpoliis?

Atque ij quidem, qui quod ſint de numero filiorum Leui, ſacerdotij functionem ſumunt, præceptum habent, vt decimas accipiant à populo iuxta legem, hoc eſt à fratribus ſuis, licet egreſſis ex lumbis Abrahæ.

At is cuius genus non recenſetur ex illis, decimas accepit ab Abraham, & habenti promiſſiones benedixit.

Porrò nemo negat, quin id quod minus eſt ab eo quod maius eſt, benedictionem accipiat.

Atque hic quidem homines, qui moriuntur, decimas accipiunt. Illic autem is de quo teſtatum eſt, quod viuat,

Et vt ita loquar, in Abraham decimatus eſt etiam ipſe Leui, qui decimas ſolet accipere.

Nam is adhuc in lumbis patris erat, cum occurreret Abrahæ Melchiſedec.

Proinde ſi conſummatio per Leuiticum ſacerdotium erat, (ſiquidem per hoc populus legẽ acceperat,) quid præterea fuit opus alium exoriri ſacerdotem, qui ſecundum ordinem Melchiſedec, & non ſecundum ordinem Aaron diceretur?

Quandoquidem tranſlato ſacerdotio, neceſſe eſt, vt legis quoque tranſlatio fiat.

Vulgat. Editio.

In quo enim hæc dicuntur, de alia tribu eſt, de qua nullus altari præſto fuit.

Manifeſtum eſt enim quod ex Iuda ortus ſit Dominus noſter: in qua tribu nihil de ſacerdotibus, Moyſes locutus eſt.

Et amplius adhuc manifeſtum eſt: ſi ſecundum ſimilitudinẽ Melchiſedech exurgat alius ſacerdos,

Qui non ſecundum legem mandati carnalis factus eſt, ſed ſecundum virtutem vitæ inſolubilis.

*Pſ. 109. d. Conteſtatur enim: *Quoniam tu es ſacerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedech.

Reprobatio quidem fit præcedentis mandati, propter infirmitatem eius, & inutilitatem:

Nihil enim ad perfectum adduxit lex: introductio vero melioris ſpei, per quam proximamus ad Deum.

Et quantum eſt non ſine iureiurando (alij quidem ſine iureiurando ſacerdotes facti ſunt.

*Pſ. 109. 4. Hic autem cum iureiurando per eum, qui dixit ad illum: * Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum: tu es ſacerdos in æternum:)

In tantum melioris teſtamenti ſponſor factus eſt Ieſus:

Et alij quidem plures facti ſunt ſacerdotes, idcirco quod morte prohiberentur permanere:

Hic autem eo quod maneat in æternum, ſempiternum habet ſacerdotium.

Vnde & ſaluare in perpetuum poteſt accedentes per ſemetipſum ad Deum: ſemper viuens ad interpellandum pro nobis.

Talis enim decebat vt nobis eſſet pontifex, ſanctus, innocens, impollutus, ſegregatus à peccatoribus, & excelſior cœlis factus:

*Leu. 16. c. Qui non habet neceſſitatem quotidie, quemadmodum ſacerdotes, * prius pro ſuis delictis hoſtias offerre, deinde pro populi: hoc enim fecit ſemel, ſeipſum offerendo.

Lex enim homines conſtituit ſacerdotes infirmitatem habentes: ſermo autem iuriſiurandi, qui poſt legem eſt, Filium in æternum perfectum.

CAP. VIII.

CApitulum autem ſuper ea, quæ dicuntur: Talem habemus Pontificem, qui conſedit in dextera ſedis magnitudinis in cælis,

Sanctorum miniſter, & tabernaculi veri, quod fixit Dominus, & non homo.

Omnis enim Pontifex ad offerendum munera, & hoſtias conſtituitur: vnde neceſſe eſt, & hunc habere aliquid, quod offerat:

Si ergo eſſet ſuper terram, nec eſſet ſacerdos: cum eſſent qui offerrent ſecundum legem munera.

Qui exemplari, & vmbræ deſeruiunt cœleſtium. *Exo. 25. 40. Act. 7. 44. Sicut reſponſum eſt Moyſi, cum conſummaret tabernaculum: *Vide (inquit) omnia facito ſecundum exemplar, quod tibi oſtenſum eſt in monte.

Nunc autem melius ſortitus eſt miniſterium, quanto & melioris teſtamenti Mediator eſt, quod in melioribus repromiſſionibus ſancitum eſt.

Nam ſi illud prius culpa vacaſſet: non vtique ſecundi locus inquireretur.

Ier. 31. 31 Vituperans enim eos dicit: *Ecce dies venient, dicit Dominus: & conſummabo ſuper domum Iſrael, & ſuper domum Iuda teſtamentum nouum,

Tranſl. ex Syriac.

13 *Is enim de quo hæc dicuntur, de alia tribu natus eſt, de qua nemo vnquam miniſtrauit altari.*

14 *Palam enim eſt à Iehoüdo ortum eſſe Dominum noſtrum ex tribu de qua nihil loquutus eſt Mouſche de pontificatu.*

15 *Eoque magis adhuc notum eſt quod dicat; in ſimilitudinem Malkizedek ſurgit pontifex alius.*

16 *Qui non factus ſit iuxta legem mandatorum corporeorum, ſed iuxta potentiam vitæ indiſſolubilis.*

17 *Atteſtatur enim de eo: Tu es ſacerdos in æternum in ſimilitudinem ipſius Malkizedek.*

18 *Mutatio autem quæ facta eſt priori mandato propter imbecillitatem, & quod nullam in ſe vtilitatem haberet, extitit.*

19 *Nihil enim perfecit lex: introijt autem loco ipſius ſpes præſtantior ipſa, per quam accedimus ad Deum.*

20 *Et eam confirmauit nobis iureiurando: illi enim abſque iureiurando facti ſunt pontifices.*

21 *Hic vero cum iureiurando, quemadmodum dixit ei per Dauid: Iurauit Dominus, neque mentietur: tu es ſacerdos in æternum in ſimilitudinem Malkizedek.*

22 *Hic totius excellentioris illius teſtamenti factus eſt ſponſor Ieſchua.*

23 *At illi quidem multi fuerunt pontifices, propterea quod mortui ſunt, nec relicti fuerunt qui permanerent.*

24 *Hic verò propterea, quod in æternum ſtat, non præterit pontificatus eius:*

25 *Et poteſt in æternum ſeruare eos, per eum patet aditus ad Deum: viuit enim ipſe ſemper, & facit aſcendere (offert) orationes pro illis.*

26 *Talis enim etiam æquum erat vt nobis pontifex eſſet, purus, & abſque malitia, & macula, ſegregatus à peccatoribus, & ſublimior cœlis.*

27 *Nec ei eſt neceſſe quotidie, vt ſummo ſacerdoti, vt prius pro peccatis ſuis offerat victimas tum demum pro populo: hoc enim fecit ſemel per ſemetipſum quem obtulit.*

28 *Siquidem lex homines infirmos conſtituit pontifices: ſermo autem iuriſiurandi, qui factus eſt poſt legem, Filium perfectum in æternum* (conſtituit.)

CAP. VIII.

1 *CAput autem omnium: Habemus ſummum illum Pontificem, qui ſedet à dextera throni maieſtatis in cœlis.* Natali Chriſti. In dedicatione Eccleſiæ, & aliarum.

2 *Eſtq; miniſter domus ſanctitatis, & tabernaculi: illius veri, quod fixit Deus, & non homo.*

3 *Omnis enim ſummus Pontifex conſtituitur, vt offerat oblationes, & ſacrificia: quapropter æquum eſt, vt hic quoque habeat aliquid quod offerat.*

4 *Quod ſi eſſet in terra, ne ſacerdos quidem eſſet, quoniam eſſent ſacerdotes qui offerrent oblationes prout eſt in lege.*

5 *Qui quidem deſeruiunt exemplari, & vmbræ eorum quæ ſunt in cœlis; Sicuti dictum eſt Mouſche, dum conderet tabernaculum: Vide, inquit, & fac omnia ſecundum exemplar quod tibi oſtenſum eſt in monte.*

6 *Nunc vero tanto præſtantius eo accepit miniſterium Ieſchua Meſchicho, quanto præſtantior eſt, ac præſtantius eſt etiam teſtamentum illud cuius factus eſt Mediator, & cum promiſſionibus excellentioribus datum eſt.*

7 *Nam ſi illud prius culpæ non fuiſſet obnoxium, nullus relictus fuiſſet huic ſecundo locus.*

8 *Culpat enim eos, & ait: Ecce dies veniunt, inquit Dominus, & conſummabo ſuper familiam domus Iſroiel, & ſuper familiam domus Iehoudo teſtamentum nouum.*

Transl. B. Ariæ Mont.

In quem enim dicuntur hæc, tribus alterius
parriceps fuit, de qua nullus attendit altari.
Manifestum enim quod ex Iuda ortus sit Dominus noster in quam tribum nihil de sacerdotio Moyses locutus est.
Et amplius adhuc manifestum est, si secundum similitudinẽ Melchisedech exurgat sacerdos alius.
Qui non secundum legem mandati carnalis factus est, sed secundum virtutem vitæ insolubilis.
Contestatur enim, Quoniam tu sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.
Abrogatio quidem enim fit præcedentis mandati, propter eius infirmitatem & inutilitatem.

Nihil enim perfecit lex: introductio vero melioris spei, per quam proximamus Deo.

Et quatenus non sine iureiurando: (hi quidem enim sine iureiurando sunt sacerdotes facti.
Hic autem iureiurando per dicentem ad illum, Iurauit Dominus, & non pœnitentia ducetur: tu sacerdos in æternũ, secundũ ordinẽ Melchisedec.
In tantum præstantioris testamenti factus est sponsor Iesus.
Et illi quidem plures sunt facti sacerdotes, propter morte prohiberi permanere.
Hic autem propter manere eum in æternum, sempiternum habet sacerdotium.
Vnde & saluare in perpetuum potest accedentes per ipsum Deo: semper viuens ad interpellandum pro eis.
Talis enim nobis decebat pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cælis factus:
Qui non habet quotidie necessitatem (quemadmodum sacerdotes) prius pro propriis peccatis hostias offerre, deinde populi. hoc enim fecit semel, seipsum offerens.
Lex enim homines constituit pontifices habentes infirmitatem: sermo autem iurisiurandi eius quod post legem, Filium in æternum perfectum.

CAP. VIII.

CApitulum autem super dictis, Talem habemus pontificem, qui consedit in dextera sedis magnitudinis in cœlis:
Sanctorum minister, & tabernaculi veri, quod fixit Dominus, & non homo.
Omnis enim pontifex ad offerendum munera que & hostias constituitur: vnde necesse habere aliquid & hunc quod offerat.
Siquidem enim esset super terram, nec vtique esset sacerdos: existentibus sacerdotibus, offerentibus secundum legem munera:
Qui exemplari & vmbræ deseruiunt cælestium: sicut responso edoctus est Moyses futurus absoluere tabernaculũ, Vide (enim inquit) facies omnia secundum exemplar ostensum tibi in monte:
Nunc autem excellentius sortitus est ministerium, quantò melioris est testamenti mediator, quod in melioribus promissionibus sancitum est.

Si enim prius illud esset inculpabile, non vtique secundi inquireretur locus:
Vituperans enim eos, dicit, Ecce dies venient, dicit Dominus, & consummabo super domum Israel, & super domum Iuda testamentum nouum.

Transl. Erasm. Roterod.

13 *Nam is de quo dicuntur hæc, ad aliam tribum pertinet, de qua nullus altari assitit.*
14 *Palam est enim, quod ex tribu Iuda exortus sit Dominus noster. At nihil locutus est de sacerdotio Moses, quod hanc tribum pertineat.*
15 *Idq; magis etiam liquet si quidem ad similitudinem Melchisedec exoritur sacerdos alius.*
16 *Qui non iuxta legem mandati carnalis factus sit, sed iuxta potentiam vitæ indissolubilis.*
17 *Testificatur enim ad hunc modum: Tu sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec.*
18 *Abrogatur enim quod præcessit præceptum propter imbecillitatem, & inutilitatem.*

Nam nihil ad perfectionem adduxit lex: verum erat
16 *introductio ad spem potiorem, per quam appropinquamus Deo, atque hoc potiorem,*
20 *Quod non absque iureiurando res acta sit. Nam illi quidem citra iusiurandum sacerdotes facti sunt:*
21 *Hic vero cum iureiurando per eum qui dixit ad illum: Iurauit Dominus & non pœnitebit eum, tu sacerdos in æternum secundum ordinationem Melchisedec.*
22 *Tanto potioris testamenti sponsor factus est Iesus,*

23 *Et illi quidem plures facti fuerunt sacerdotes, propterea quod per mortem non sinerentur permanere.*
24 *At hic quod idem maneat in æternum, perpetuum habet sacerdotium,*
25 *Vnde & saluos facere ad plenum potest, qui per ipsum adeunt Deum, semper viuens, ad hoc, vt interpellet pro illis*
26 *Talis enim decebat vt esset nobis pontifex, pius, innocens impollutus, segregatus à peccatoribus, & sublimior cœlis factus,*
27 *Cui non sit quotidie necesse, quemadmodum illis pontificibus, prius pro propriis peccatis victimas offerre, deinde pro peccatis populi. Nam id fecit semel, cum semetipsum obtulit.*
28 *Siquidem lex homines constituit pontifices, habentes infirmitatem. Porrò sermo iurisiurandi, qui super legem fuit, Filium constituit in æternum consummatum.*

CAP. VIII.

1 *CÆterum eorum quæ dicimus illud est caput, quod talem habemus pontificem, qui consedit ad dexteram throni maiestatis in cœlis.*
2 *Sanctorum administrator, ac veri tabernaculi, quod fixit Deus, & non homo.*
3 *Omnis enim pontifex ad offerendum donaria & victimas constituitur, vnde necesse est, vt hic etiam habeat aliquid, quod offerat.*
4 *Nam si esset in terra, nec sacerdos quidem esset, vbi sunt sacerdotes qui offerunt iuxta legem donaria,*
5 *Quæ quidem exemplari & vmbræ deseruiunt cœlestium, quemadmodum oraculo responsum est Mosi, cum esset absoluturus tabernaculum: nam vide, inquit, vt facias omnia secundum exemplar, quod ostensum est tibi in monte,*
6 *Nunc vero hoc excellentius sortitus est sacerdotium, quo præstantioris est testamenti intercessor, quod in præstantioribus promissis sanctum est.*
7 *Etenim si prius illud tale fuisset, vt nihil in eo posset reprehendi, haudquaquam fuisset secundo quæsitus locus.*
8 *Nam increpans eos loquitur illis: Ecce dies venient, dicit Dominus, & consummabo super domum Israel, & super domum Iuda, testamentum nouum,*

Vulgat. Editio.

Non ſecundum teſtamentum quod feci patribus eorum in die qua apprehendi manum eorum, vt educerem illos de terra Ægypti, quoniam ipſi non permanſerunt in teſtamento meo, & ego neglexi eos, dicit Dominus.

Quia hoc eſt teſtamentum quod diſponam domui Iſrael poſt dies illos, dicit Dominus: Dando leges meas in mentem eorum, & in corde eorum ſuperſcribam eas: & ero eis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum.

Et non docebunt vnuſquiſque proximum ſuum, & vnuſquiſque fratrem ſuum, dicens: Cognoſce Dominum: quoniam omnes ſcient me, à minore vſque ad maiorem eorum:

Quia propitius ero iniquitatibus eorum, & peccatorum eorum iam non memorabor.

Dicendo autem nouum: veterauit prius. Quod autem antiquatur, & ſeneſcit, prope interitum eſt.

Tranſl. ex Syriac.

Non ſecundum teſtamentum illud quod dedi patribus eorum, quo die apprehendi manum eorum, & eduxi eos de terra Ægypti, quoniam illi non permanſerunt in teſtamento meo, & ego deſpectui eos habui, dicit Dominus.

Hoc autem eſt teſtamentum, quod dabo familiæ domui Iſroiel poſt dies illos dicit Dominus, Indam legem meam mentibus illorum, & in cordibus illorum inſcribam eam: & ero illis ego Deus ipſiq; erunt mihi populus.

Nec docebit homo conciuem ſuum: neque fratrem ſuum, dicetur: Cognoſce Dominum, quandoquidem omnes cognoſcent me ab eorum minimo vſque ad maximum natu ipſorum.

Et veniam eis tribuam iniquitatum illorum, ac peccatorum ipſorum amplius non recordabor.

In hoc autem quod dicit, nouum, prius antiquauit. Quod autem antiquatur ac ſeneſcit, prope eſt, vt corrumpatur.

CAP. IX.

HAbuit quidem & prius, iuſtificationes culturæ, & Sanctum ſæculare:

*Exo.26. 1.& 36.8. * Tabernaculum enim factum eſt primum, in quo candelabra, & menſa, & propoſitio panum quæ dicitur Sancta.

Poſt velamentum autem ſecundum, tabernaculum, quod dicitur Sancta ſanctorum.

*Num.16.] Leu.16. *Aureum habens thuribulum, & arcam teſtamẽti circumtectam ex omni parte auro, in qua vrna aurea, habens manna, & virga Aaron, quæ fronduerat, *& tabulæ teſtamenti.

3.Re.8.9 2.Par.5.10. Superque eam erant Cherubim gloriæ, obumbrantia propitiatorium, de quibus non eſt modo dicendum per ſingula.

His vero ita compoſitis, in priori quidem tabernaculo ſemper introibant ſacerdotes, ſacrificiorum conſummantes.

*Exo.30.10. Leu.16.2 In ſecundo autem, *ſemel in anno ſolus pontifex, non ſine ſanguine, quem offert pro ſua & populi ignorantia.

Hoc ſignificante Spiritu ſancto, nondum propalatam eſſe ſanctorum viam, adhuc priore tabernaculo habente ſtatum.

Quæ parabola eſt temporis inſtantis: iuxta quam munera & hoſtiæ offeruntur quæ non poſſunt iuxta conſcientiam perfectum facere ſeruientem, ſolummodo in cibis & potibus,

Et variis baptiſmatibus, & iuſtitiis carnis, vſque ad tempus correctionis impoſitis.

Chriſtus autem aſſiſtens pontifex futurorum bonorũ, per amplius & perfectius tabernaculum, non manufactum, id eſt, non huius creationis:

Neque per ſanguinem hircorum aut vitulorum, ſed per proprium ſanguinem introiuit ſemel in Sancta, æterna redemptione, inuenta.

*Leu. 16. 14. *Si enim ſanguis hircorum & taurorum, & cinis vitulæ aſperſus inquinatos, ſanctificat ad emundationem carnis:

*1.Pet.1 19. 1.Io.1.7. Apoc.2.5 *Quantò magis ſanguis Chriſti, qui per Spiritum ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatum Deo, emundabit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis, ad ſeruiendum Deo viuenti?

In primo autem erant præcepta miniſterij, & ades ſancta mundana.

In tabernaculo enim primo quod factum fuerat, erat candelabrum, & menſa, & panis facierum, & vocabatur dies ſancta.

Tabernaculum verò interius quod erat intra ſuperficiem portæ ſecundæ (velum ſecundum) vocabatur Sanctum ſanctorum.

Et erat in eo domus aromatum aurea (thuribulum aureum,) & arca teſtamenti tota circumtecta auro, eratq; in ea vrna aurea in qua erat Manẽno, & virga illa Aharon, quæ germinauerat, & tabulæ teſtamenti.

Supra hanc autem erant Cherubim gloriæ obumbrantia propitiatorium, non eſt autem tempus de his dicendi ſigillatim.

Quæ quidem ita ordinata erant, vt in tabernaculum exterius ſemper introirent ſacerdotes, ac peragerent miniſterium ſuum.

In tabernaculum verò interius ſemel in anno tantum introibat Summus pontifex, cum ſanguine illo quem offerebat pro ſeipſo, & pro erratis populi.

Per hoc autem patefaciebat Spiritus ſanctitatis nondum reuelatam eſſe viam ſanctorum, quãdiu ſtabat prius tabernaculum.

Erat autem hoc exemplar pro tempore illo, in quo oblationes & victimæ offerebantur, quæ non poterant perficere conſcientiam illius qui offerebat eas, ſed in cibo & potu tantum.

Et variis lotionibus quæ erant præcepta carnis impoſita vſque ad tempus correctionis.

Meſchicho autem qui venerat, extitit Summus pontifex bonorum quæ fecit, & ingreſſus eſt in magnum illud & perfectum tabernaculum quod non fuit manu factum, nec ex hiſce creaturis. ‡ Statim ac venit noſtis Patrem inferiores Crucifixionem.

Neque ingreſſus eſt per ſanguinem hircorum & vitulorum, ſed per ſanguinem ſuiipſius introiuit ſemel in domum Sanctuarij, & inuenit redemptionem æternam.

Si enim ſanguis hircorum & vitulorum & cinis inuenca ſparſus fuit ſuper eos qui impuri erant, & ſanctificauit eos ad purificationem carnis ipſorum.

Quantò magis igitur ſanguis ipſius Meſchicho, qui per Spiritum æternum ſemetipſum obtulit immaculatum Deo, purgabit conſcientiam veſtram ab operibus mortuis vt ſeruiamus Deo viuenti?

Transl. B. Ariæ Mont.

Non secundum testamentum quod feci patribus eorum in die appreheudẽte me manum eorũ,educere illos de terra Ægypti,quoniam ipsi non permansuerunt in testamento meo,& ego neglexi eos dicit Dominus.

Quia hoc testamentum quod disponam domui Israel post dies illos, dicit Dominus, Dans leges meas in mentem eorum,& in corde eorum superscribam eas:& ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum.

Et non docebunt vnusquisque ciuem suum, & vnusquisque fratrem suum,dicens .Cognosce Dominum:quoniam omnes scient me,à paruo eorum vsque ad magnum eorum:

Quia propitius ero iniustitiis eorum,& peccatorũ eorũ,& iniquitatũ eorũ nõ memorabor adhuc.

In dicere nouum,veterauit prius.at antiquatum & senescens,prope euanescentiam.

CAP. IX.

HAbuit quidẽ ergo & prius tabernaculũ iustificationes culturæ,illudque sanctũ mũdanũ.

Tabernaculum enim apparatum est primum,in quo candelabra,&mensa,& propositio panum quæ dicitur Sancta.

Post autem secundum velamentum,tabernaculum,dictum Sancta sanctorum.

Aureum habens thuribulum,& arcam testamẽti circuntectam vndique auro,in qua vrna aurea, habens manna,& virga Aaron geminata. & tabulæ testamenti,

Super autem eam Cherubim gloriæ,obumbrantia propitiatorium,de quibus non est modo dicendum per partes.

His vero ita compositis,inquidem priori tabernaculo semper introibant sacerdotes, cultus consummantes.

In autem secundo,semel in anno solus pontifex, non sine sanguine, quem offert pro suipsius & populi ignorantiis.

Hoc significante Spiritu sancto,nondum propalatam esse sanctorum viam,adhuc priore tabernaculo habente statum.

Quæ parabola in hoc tampus præsens,iuxta quod muneraque & hostię offeruntur non potentes iuxta conscientiam perficere cultorem : Solummodo in cibis & potibus,

Et variis baptismatibus,& iustitiis carnis,vsque ad tempus correctionis impositis.

Christus autem aduertens pontifex futurorum bonorum,per maius & perfectius tabernaculum, non manu factum,id est,non huius creationis,

Neque per sanguinem hircorum & vitulorum, per autem proprium sanguinem introiuit semel in Sancta,æternam redemptionem inueniens.

Si enim sanguis taurorum & hircorum,& cinis vitulæ aspergens inquinatos,sanctificat ad carnis emundationem:

Quanto magis sanguis Christi,qui per Spiritum æternum semetipsum obtulit inculpatum Deo, purgabit conscientiam nostram à mortuis operibus,ad seruiendum Deo viuenti?

Transl. Erasm.Roterod.

Non iuxta testamentum, quod feci patribus illorum in die cum apprehenderem manum illorum, vt educerem eos ex Ægypto, quoniam ipsi non perstiterunt in testamento meo, & ego neglectui eos habui,dicit Dominus.

Nam hoc est testamentum, quod disponam domui Israel post dies illos dicit Dominus,dans leges meas in mentem illorum,& in corde illorum inscribam illas, & ero illis Deus & ipsi erunt mihi populus.

Et non docebunt quisque proximum suum, & vnusquisque fratrem suum,dicentes;Cognosce Dominum,quod omnes cognituri sint me,ab eo qui pusillus fuerit inter eos, vsque ad eum qui magnus est inter illos,

Quoniam placatus ero super iniustitijs illorum, & peccatis eorum,& iniquitatum illorũ nõ recordabor amplius.

Per hoc quod dicit nouum,antiquauit prius. Porro quod antiquatur at senescit,in propinquo est,vt euanescat.

CAP. IX.

IGitur habebat quidem etiam prius illud iustificationes, cultus,ac sanctum mundanum.

Siquidem tabernaculum factum fuit primum, in quo erant & lucerna,& mensa, & propositio panum, quam vocant sancta.

Post secundum autem velum erat tabernaculum, quod vocatur sanctum sanctorum.

Aureum habens thuribulum,& arcam testamenti, vndiq; circumtectam auro,in qua vrna aurea habens manna,& virga Aaron, quæ germinauerat, & tabulæ testamenti.

Supra hanc autem Cherubim gloriæ,obumbrantia propitiatorium,de quibus non est nunc dicendum singulatim.

His autem ad hunc ordinatis modum, in prius quidem tabernaculum semper ingrediuntur sacerdotes, qui sacrorum ritus peragant:

In secundum autem semel quotannis solus pontifex, non sine sanguine,quem offert pro seipso, & pro populi ignorantiis.

Illud significante Spiritu sancto, nondum manifestatam esse sanctorum viam,adhuc priore tabernaculo consistente.

Quæ erat similitudo pro tempore tum præsente, in quo dona sacrificiaq; offeruntur, quæ non possint iuxta conscientiam perfectum reddere cultorem, in cibis duntaxat & portionibus,

Et diuersis ablutionibus ac iustificationibus carnis vsq; ad tempus correctionis impositæ.

At,Christus accedens pontifex futurorum bonorum, per maius & perfectius tabernaculum,non manu factum, hoc est,non huius structura;

Neque per sanguinem hircorum ac vitulorum, sed per proprium sanguinem ingressus est semel in sancta, æterna redemptione reperta.

Nam si sanguis taurorum & hircorum,& cinis iuuencæ,aspergens inquinatos,sanctificat ad carnis purificationem.

Quantò magis sanguis Christi,qui per spiritum æternum seipsum obtulit immaculatum Deo, purgabit conscientiam vestram à mortuarijs operibus, ad seruiendum Deo viuenti.

Vulgat. Editio.

Gal.3. 15. Et ideo noui teſtamenti mediator eſt: vt morte intercedente,in redemptionem earum prævaricationum ,quæ erant ſub priori teſtamento,repromiſſionem accipiant qui vocati ſunt æternæ hæreditatis.

Vbi enim teſtamentum eſt:mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris.

Teſtamentum enim in mortuis confirmatum eſt:alioquin nondũ valet,dũ viuit qui teſtatus eſt.

Vnde nec primum quidem ſine ſanguine dedicatum eſt,

Lecto enim omni mandato legis à Moyſe vniuerſo populo,accipiens ſanguinem vitulorum,& hircorum cum aqua,& lana coccinea,& hyſſopo: ipſum quoque librum, & omnem populum aſperſit.

Exod.24. Dicens:*Hic ſanguis teſtamenti, quod mandauit ad vos Deus.

Etiam tabernaculum, & omnia vaſa miniſtrij ſanguine ſimiliter aſperſit:

Et omnia pene in ſanguine ſecundum legem mũdantur:& ſine ſanguinis effuſione non fit remiſſio.

Neceſſe eſt ergo exemplaria quidem cæleſtium his mundari:ipſa autem cæleſtia melioribus hoſtijs quam iſtis.

Non enim in manufacta Sancta Ieſus introiuit exemplaria verorum:ſed in ipſum cælum,vt appareat nunc vultui Dei pro nobis:

Neque vt ſæpe offerat ſemetipſum, quemadmodum Pontifex intrat in Sancta per ſingulos annos in ſanguine alieno:

Alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi:nunc autem ſemel in conſummatione ſæculorum,ad deſtitutionem peccati , per hoſtiam ſuam apparuit.

Et quemadmodum ſtatutum eſt hominibus ſemel mori,poſt hoc autem iudicium:

Rom.5.2. i.Pet.3. 28. * Sic & Chriſtus ſemel oblatus eſt ad multorum exhaurienda peccata:ſecundo ſine peccato apparebit expectantibus ſe,in ſalutem.

CAP. X.

VMbram enim habens lex futurorum bonorũ non ipſam imaginem rerum:per ſingulos annos eiſdem ipſis hoſtijs,quas offerunt indefinenter, numquam poteſt accedentes perfectos facere:

Alioquin ceſſaſſent offerri:ideo quod nullam haberent vltra conſcientiam peccati, cultores ſemel mundati:

Sed in ipſis commemoratio peccatorum per ſingulos annos fit.

Impoſſibile enim eſt ſanguine tautorum ,& hircorum auferri peccata.

Pſ.39.7. Ideo ingrediens mundum dicit: Hoſtiam , & oblationem noluiſti corpus autem aptaſti mihi:

Holocauſtomata pro peccato non tibi placuerũt.

*Ibidem. Tunc dixi:Ecce venio:*in capite libri ſcriptum eſt de me:Vt faciam,Deus,voluntatem tuam.

Superius dicens: Quia hoſtias,& oblationes , & holocauſtomata pro peccato noluiſti , nec placita ſunt tibi,quæ ſecundum legem offeruntur.

Tunc dixi:Ecce venio,vt faciam, Deus, voluntatem tuam:aufert primum,vt ſequens ſtatuat.

In qua voluntate ſanctificati ſumus per oblationem corporis Ieſu Chriſti ſemel.

Tranſl. ex Syriac.

Propterea ipſa fuit mediator teſtamenti noui , vt per mortem ſuam fieret redemptio,ijs qui tranſgreſſi fuerant teſtamentum primum,vt illi promiſſionem conſequantur, qui vocati ſunt ad hæreditatem æternam, Crepuſculo ſexto & Septimo

Vbi enim eſt teſtamentum,mors oſtenditur eius qui condidit illud.

In mortuo enim tantum confirmatur: quia quamdiu viuit is qui condidit illud, nullius eſt vſus.

Quapropter nec primum quidem abſque ſanguine confirmatum fuit.

Quum enim iniunctum fuiſſet quodlibet mandatum à Mouſche vniuerſo populo,iuxta legem accipiebat ſanguinem iuuencæ,& aquam cum lana coccinea,& hyſſopo,& aſpergebat librum,& populum vniuerſum.

Ac dicebat illis:Hic eſt ſanguis teſtamenti illius quod iniunctum eſt à Deo.

Quinetiam tabernaculum , & omnia vaſa miniſterij ex eo ſanguine aſpergebat:

Quandoquidem omnia per ſangninem purgantur in lege,& ſine effuſione ſanguinis non fit remiſſio.

Neceſſe eſt enim vt exemplaria illa,quæ ſunt cæleſtium hiſce rebus purificentur:ipſa vero cæleſtia ſacrificijs , quæ iſtis ſint præſtantiora.

Non enim adem Sanctuarij manufactam ingreſſus eſt Meſchicho,quæ fuit ſimilitudo vera illius,ſed in ipſum cælum introiuit,vt appareat ante faciem Dei pro nobis,

Non quidem vt offerat ſemetipſum pluries,vt faciebat ſummus Sacerdos , qui introibat quolibet in anno adem Sanctuarij non per ſanguinem ſuum.

Alioquin debebat ſæpius pati ab initio mundi: nunc autem in fine mundi ſemel obtulit ſeipſum per immolationem ſuipſius,vt aboleret peccatum.

Et quemadmodum ſtatutum eſt hominibus vt ſemel moriantur,poſt vero mortem ipſorum,iudicium.

Sic & Meſchicho ſemel oblatus eſt,& in ſeipſo immolauit peccata multorum: ſecundo autem ſine peccatis apparebit ad ſalutem eorum qui ipſum præſtolantur.

CAP. X.

SIquidem in lege erat vmbra bonorum futurorum, non ipſamet ſubſtantia earum rerum:idcirco etſi quolibet anno illa ipſa ſacrificia offerrentur, nunquam potuerunt perficere eos qui ipſa offerunt. Domini carip. poſt Reſurrectionem.

Si enim perfecti eſſent,iam diu requieuiſſent ab oblationibus ſuis,quoniam non amplius agitaſſet eos conſcientia ipſorum propter peccata,illorum inquam , qui ſemel ſibi purificati eſſent.

Sed in ipſis ſacrificijs commemorantur peccata illorum quolibet anno.

Nam impoſſibile eſt ſanguinem taurorum & hircorum purgare peccata.

Quapropter quum introijt in mundum,dixit:Victimas & oblationes noluiſti,corpore autem induiſti me.

Et holocautomata,quæ fiunt pro peccatis,non poſtulaſti.

Tunc dixi:Ecce ego venio:in capite libri ſcriptum eſt de me:Vt faciam voluntatem tuam ò Deus.

Superius,dicens:Sacrificia,& combuſta integra (holocautomata) quæ fiunt pro peccatis,noluiſti,illa nempe quæ offerebantur in lege.

Et poſtea dixi: Ecce venio,vt faciam voluntatem tuam: Deus,in hoc obliterat primum,vt ſtatuat ſecundum.

Siquidem,in hac voluntate ſanctificati ſumus per oblationem corporis Ieſchua Meſchicho ſemel.

Transl. B. Ariæ Mont.

Et propter hoc testamenti noui mediator est: vt 15
morte intercedente, in redemptionem earum quæ
sub priori testamento, transgressionum repromis-
sionem accipiant vocati æternæ hæreditatis.

Vbi enim testamentum, mortem necesse ferri te- 16
statoris.
Testamentum enim in mortuis ratum, quan- 17
doquidem nunquam valet dum viuit testator.
Vnde nec primum sine sanguine dedicatum est, 18

Expositio enim omni mandato secundum legem 19
à Moyse vniuerso populo, accipiens sanguinem
vitulorum, & hircorum cum aqua, & lana coc-
cinea, & hyssopo: ipsum quoque librum, & om-
nem populum aspersit.
Dicens: Hic sanguis testamenti, quod manda- 20
uit ad vos Deus.
Etiam tabernaculum, & omnia vasa ministerij, 21
sanguine similiter aspersit:
Et pene in sanguine omnia mundantur secundum 22
legem, & sine sanguinis effusione non fit remissio.
Necesse ergo ipsa quidem exemplaria eorum 23
quæ in cælis his mundari: ipsa autem cælestia me-
lioribus hostijs præ istis.
Non enim in manufacta Sancta introiit Chri- 24
stus, exemplaria verorum: sed in ipsum cælum,
nunc apparere vultui Dei pro nobis:

Neque vt sæpe offerat semetipsum, quemadmo- 25
dum Pontifex intrat in Sancta per singulos annos
in sanguine alieno:
Alioquin oportebat eum frequenter pati à con- 26
stitutione mundi: nunc autem semel in consum-
matione sæculorum, ad destitutionem peccati, per
hostiam suam apparuit.
Et quemadmodum statutum est hominibus se- 27
mel mori, post autem hoc iudicium:
Sic & Christus semel oblatus ad multorum 28
tollere peccata: ex secundo sine peccato videbitur
se expectantibus in salutem.

CAP. X.

Vmbram enim habens lex futurorum bonorũ 1
non ipsam imaginem rerum: per singulos an-
nos eisdem ipsis hostijs quas offerunt in assiduum,
numquam potest accedentes perficere:
Alioquin vtique cessassent oblata, propter nul- 2
lam habere vltra conscientiam peccatorum, cultó-
res semel mundatos:

Sed in ipsis recommemoratio peccatorum per 3
singulos annos.
Impossibile enim sanguinem taurorum, & hir- 4
corum auferre peccata.
Ideo ingrediens in mundum dicit: Hostiam, & 5
oblationem non voluisti corpus autẽ aptasti mihi:
Holocautomata & pro peccato non approbasti. 6
Tunc dixi: Ecce venio: in capite libri scriptum 7
est de me: ad faciendum, Deus, voluntatem tuam.
Superius dicens: Quia hostiam, & oblationem, 8
& holocautomata & pro peccato noluisti, nec
approbasti, quæ secundum legem offeruntur.
Tunc dixi: Ecce venio ad faciendum, Deus mi, 9
voluntatem tuam: aufert primum, vt secundum
statuat.
In qua voluntate sanctificati sumus per oblatio- 10
nem corporis Iesu Christi semel.

Transl. Erasm. Roterod.

Et ob id noui testamenti conciliator est, vt morte inter- 15
cedente, ad redemptionem earum præuaricationum, quæ
fuerant sub priori testamento ijs qui vocati sunt, promissio-
nem accipiant æternæ hæreditatis.

Siquidem vbi testamentum est, mors intercedat necesse 16
est testatoris.
Nam testamentum in mortuis ratum est quandoqui- 17
dem nondum valet, cum viuit testator.
Vnde ne prius quidem illud, absque sanguine dedicatum
fuit.
Cum enim Moses omne præceptum iuxta legem expo- 19
suisset omni populo, sumpto sanguine vitulorum & hir-
corum, cum aqua & lana coccina & hysopo simul & ip-
sum librum & totum populum aspersit,

Dicens: Hic est sanguis testamenti, quod mandauit vo- 20
bis Deus.
Insuper autem & tabernaculum, & omnia vasa mi- 21
nisterij, sanguine consimiliter aspergebat:
Et omnia fere secundum legem sanguine purificantur, 22
& absq; sanguinis effusione non fit remissio.
Itaq; necesse est, vt exemplaria quidem eorum quæ sunt 23
in cælis, hisce rebus purificentur, cæterum ipsa cœlestia
potioribus, quàm hæ sint, victimis mundentur.
Non enim in manu facta Sancta ingressus est Christus, 24
exemplaria verorum, sed in ipsum cælum vt appareat nunc
in conspectu Dei pro nobis,

Non vt sæpius offerat semetipsum, quemadmodum pon- 25
tifex ingreditur in sancta singulis annis per sanguinem
alienum.
Alioqui oportuisset illum sæpius passum fuisse à condito 26
mundo. Nunc autem semel, sub consummationem seculo-
rum, ad profligationem peccati, per immolationem suiipsius

Et quatenus illud manet omnes homines, vt semel mo- 27
riantur, post hoc autem iudicium.
Ita & Christus semel oblatus, vt multorum peccata 28
tolleret, rursus, absque peccato conspicietur ijs, qui illum
expectant in salutem.

CAP. X.

Nam lex vmbram obtinens futurorum bonorum, non 1
ipsam imaginem rerum, his hostijs quas singulis an-
nis easdem continenter offerunt, numquam potest acceden-
tes perfectos reddere.
Alioqui nonne desissent offerri propterea, quod nullam 2
eam habuissent conscientiam peccatorum, qui sacrificas-
sent, ac semel purgati essent.

Atqui in istis commemoratio peccatorum quotannis. 3

Non enim potest sanguis taurorum & hircorum auferre 4
peccata.
Quapropter cum ingressurus est mundum, dixit: Sacri- 5
ficium & oblationem noluisti. Corpus autem aptasti mihi
Holocautomata & pro peccato non comprobasti. 6
Tunc dixi: Ecce adsum, in capite libri scriptum est de 7
me: Vt faciam, Deus, voluntatem tuam.
Superius cum dicit, Sacrificium, & oblationem, & ho- 8
locautomata, & pro peccato noluisti, neq; comprobasti, quæ
iuxta legem offeruntur,
Tunc dixi: Ecce adsum, vt faciam, Deus, voluntatem 9
tuam: tollit prius, vt posterius statuat.

Per quam voluntatem sanctificati sumus per oblatio- 10
nem corporis Iesu Christi semel peractam.

Vulgat. Editio.

Et omnis quidem ſacerdos præſto eſt quotidie miniſtrans, & eaſdem ſæpe offerens hoſtias, quæ numquam poſſũt auferre peccata:

Hic autem vnam pro peccatis offerens hoſtiam, in ſempiternum ſedet in dextera Dei:

De cetero expectans * donec ponantur inimici eius ſcabellũm pedum eius.

*Pſ.109.1. 1.Cor.15. 25.

Vna enim oblatione, conſummauit in ſempiternum ſanctificatos.

Conteſtatur autem nos, & Spiritus ſanctus. Poſtquam enim dixit:

*Hoc autẽ teſtamentum, quod teſtabor ad illos poſt dies illos, dicit Dñs dando leges meas in cordibus eorũm, & in mentibus eorũ ſuperſcribã eas:

*Ier.31.33. Sup.8.8.10

Et peccatorum, & iniquitatum eorum iam non recordabor amplius.

Vbi autem horum remiſſio: iam non eſt oblatio pro peccato.

Habentes itaque fratres fiduciam in introitu sãctorum in ſanguine Chriſti.

Quam initiauit nobis viam nouam, & viuentem per velamen, ideſt. carnem ſuam.

Et ſacerdotem magnum ſuper domum Dei:

Accedamus cum vero corde in plenitudine fidei aſperſi corda à conſcientia mala, & abluti corpus aqua munda.

Teneamus ſpei noſtræ confeſſionem indeclinabilem, (fidelis enim eſt qui repromiſit.)

Et conſideremus inuicem in prouocationem charitatis, & bonorum operum:

Non deſerentes collectionem noſtram, ſicut conſuetudinis eſt quibuſdam, ſed conſolantes, & tãto magis quanto videritis appropinquantem diem.

*Voluntarie enim peccantibus nobis, poſt acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hoſtia.

*Sup. 6.4

Terribilis autem quædam expectatio iudicij, & æmulatio quæ conſumptura eſt aduerſarios.

Irritam quis faciens legem Moyſi, ſine vlla miſeratione *duobus vel tribus teſtibus moritur:

*Deu. 17. 6. Mat.18.16 Io. 8.17. 1.Cor.13.1

Quanto magis putatis deteriora mereri ſupplicia qui filium Dei conculcauerit, & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit, in quo ſanctificatus eſt & ſpiritui gratiæ contumeliam fecerit?

Scimus enim quid dixit: *Mihi vindicta, & ego retribuam. Et iterum: Quia iudicabit Dominus populum ſuum.

*Deu.32. 35. Ro.12.19.

Horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis.

Rememoramini autem priſtinos dies, in quibus illuminati, magnum certamen ſuſtinuiſtis paſſionum:

Et in altero quidem opprobrijs, & tribulationibus ſpectaculum facti: in altero autem ſocij taliter conuerſantium effecti.

Nam & vinctis compaſſi eſtis, & rapinam bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis, cognoſcentes vos habere meliorem, & manentem ſubſtantiam.

Nolite itaque amittere confidentiam veſtram, quæ magnam habet remunerationem.

Patientia enim vobis neceſſaria eſt: vt voluntatem Dei facientes, reportetis promiſſionem.

*Hab.2.3 Rom.1.17

*Adhuc enim modicum aliquantulum, qui venturus eſt veniet & non tardabit.

Gal.3.11.

*Iuſtus autem meus ex fide viuit, quod ſi ſubtraxerit ſe, non placebit animæ meæ.

Nos autem non ſumus ſubtractionis filij in perditionem, ſed fidei in acquiſitionem animæ.

Tranſl. ex Syriac.

Omnis enim ſummus Sacerdos quum aſſiſteret, & miniſtraret quotidie, eadem ſacrificia offerebat quæ numquam poterant purgare peccata.

Hic verò vnam victimam obtulit pro peccatis, conſeditque ad dexteram Dei in æternum.

Et expectat adhuc vſquedum poſiti fuerint inimici eius ſcabellum ſub pedibus ſuis.

Vna enim oblatione perfecit eos, qui ſanctificantur in ipſo in æternum.

Caterum teſtis eſt nobis Spiritus ſanctitatis quum dicit. Notæ benedictionis Aquarum.

Hoc eſt teſtamentum quod illis daturus ſum poſt dies illos, ait Dominus, dabo legem meam in mentibus eorum, & in cordibus ipſorum inſcribam eam.

Et iniquitatum, ac peccatorum eorum non recordabor in ipſos.

Vbi autem eſt remiſſio peccatorum, non opus eſt oblatione, quæ fiat pro peccatis.

Habemus igitur fratres mei, fiduciam in introitu ædis ſanctæ per ſanguinem Ieſchua, & viam vitæ.

Quam dedicauit nobis nunc per velamen, id eſt, per carnem ipſius.

Et habemus ſummum Pontificem ſuper domum Dei.

Accedamus ergo cum corde, & cum fiducia fidei, aſperſi cordibus noſtris, & repurgati à conſcientia mala, & abluto corpore noſtro aquis mundis.

Et perſeueremus in confeſſione ſpei noſtræ, neque vacillemus (fidelis enim eſt, qui promiſit nobis.)

Et proſpiciamus inuicem in prouocationem charitatis, & operum bonorum.

Nec deſeramus congregationem noſtram, ſicuti mos eſt nonnullis, ſed adhortamini alter alterum tantò magis, quantò videritis appropinquantem diem illum.

Si enim propria voluntate quis peccauerit, poſtquam acceperit notitiam veritatis, non eſt amplius hoſtia, quæ offeratur pro peccatis. De Bapt. ii. mo.

Sed futurum eſt iudicium formidabile, & æmulatio ignis, qui deuoraturus eſt inimicos.

Si enim qui transgreſſus eſt legem Mouſche, iuxta os (teſtimonium) duorum trium ve (teſtium abſque commiſeratione moritur.

Quantò magis putatis ſupplicium capitalius recipiet, quod conculcauerit Filium Dei, & reputauerit ſanguinẽ teſtamenti ipſius tanquam cuiuſlibet hominis, per quem ſanctificatus eſt, & contumelia affecerit Spiritum gratiæ.

Nouimus enim qui dixit: Mea eſt vltio, & ego rependam. Et iterum: Iudicabit Dominus populum ſuum.

Magna eſt formido incidere in manus Dei viuentis.

In memoriam itaque reuocate primos illos dies, in quibus recepiſtis baptiſmum, & magnum certamen ſuſtinuiſtis paſſionum.

Cum opprobrio, & oppreſſione, & quum facti eſtis ſpectacula: & conſortes fuiſtis hominum qui talia pertulerunt.

Et dolorem paſſi eſtis propter eos, qui erant vincti: & direptionem facultatum veſtrarum cum gaudio ſuſtinuiſtis, quippe, qui cognoſcatis vos habere ſubſtantiam in cœlis præſtantiorem, ac non pratereuntem.

Ne perdideritis igitur fiduciam quam habetis, cui futura eſt multa merces.

Nam patientia requiritur vobis, vt exequamini voluntatem Dei, & accipiatis promiſſum.

Quoniam perpuſillum eſt temporis, & modicum valdè quò veniet ille qui venturus eſt, neque tardabit.

Caterum iuſtus ex fide meipſius viuet, quod ſi præcidatur ei, non ſibi complacebit in eo omnia mea.

Nos autem non ſumus excitionis quæ ducit ad perditionem, ſed fidei quæ nos inducit in poſſeſſionem animarum noſtrarum. *Mauſinaij feriæ ii. Paſſionis, & de Paſchate.

	Transl. B. Ariæ Mont.		Transl. Erasm. Roterod.
	Et omnis quidem sacerdos astat quotidie ministrans, & easdem sæpe offerens hostias, quæ numquam possunt auferre peccata:	11	*Et omnis quidem Sacerdos assistit quotidie sacra peragens, & easdem sæpius offerens hostias, quæ nunquam possint auferre peccata.*
	Hic autem vnam pro peccatis offerens hostiam, in sempiternum sedet in dextera Dei:	12	*Hic verò vna pro peccatis, oblata victima, perpetuo sedet ad dexteram Dei,*
	Reliquum expectans, donec ponantur inimici eius scabellum pedum eius.	13	*Id quod superest expectans, donec reddantur inimici ipsius scabellum pedum eius.*
	Vna enim oblatione, consummauit in sempiternum sanctificatos.	14	*Vnica enim oblatione perfectos effecit in perpetuum, eos qui sanctificantur.*
	Contestatur autem nobis, & Spiritus sanctus. Post enim prædixisse:	15	*Testificatur autem nobis & ipse Spiritus sanctus, nimirum cum prædixerit,*
	Hoc testamentum, quod paciscar ad illos post dies illos, dicit Dñs dans leges meas in cordibus eorum, & in mentibus eorũ superscribã eas:	16	*Hoc est testamentum, quod condam erga illos, post dies illos, dicit Dominus, dans leges meas in corde illorum, & in mentibus illorum inscribam eas,*
	Et peccatorum eorum, & iniquitatum eorum non recordabor amplius.	17	*Et peccatorum atque iniquitatum illorum non recordabor amplius.*
	Vbi autem remissio horum: non iam oblatio pro peccato.	18	*Porrò vbi horum est remissio, non est amplius oblatio pro peccato*
	Habentes itaque fratres libertatem in introitum sanctorum in sanguine Iesu.	19	*Cum igitur fratres, habeamus libertatem adeundi in sancta per sanguinem Iesu.*
	Quam initiauit nobis viam recentẽ, & viuentem per velamen, id est, carnem suam.	20	*Ea via quam dedicauit nobis recentem ac viuentem, per velamentum, hoc est, per carnem suam,*
	Et sacerdotem magnum super domum Dei:	21	*Cumq; habeamus sacerdotẽ magni præfectũ domui Dei.*
	Accedamus cum vero corde in plenitudine fidei aspersi corda à conscientia mala, & abluti corpus aqua munda.	22	*Accedamus cum vero corde, in certitudine fidei, aspersi cordibus, ac depulsa conscientia mala, & abluti corpore, aqua pura.*
	Teneamus confessionem spei indeclinabilem, (fidelis enim pollicitus.	23	*Teneamus confessionem spei non vacillantem, fidelis enim qui promisit.*
	Et consideremus alii alios in prouocationem charitatis, & bonorum operum:	24	*Et consideremus nos inuicem in hoc, vt prouocemus ad charitatem & bona opera.*
	Non deserentes collectionem nostram ipsorum sicut mos quibusdam, sed adhortantes: & tãto magis, quanto videritis appropinquantem diem.	25	*Non deserentes aggregationem nostri mutuam, sicuti mos est nonnullis, sed adhortantes inuicem, idq; hoc magis, quod videtis appropinquantem diem.*
	Vltro enim peccantibus nobis, post accepisse notitiam veritatis, non iam pro peccatis relinquitur hostia.	26	*Nam si volentes peccauerimus post acceptam cognitionem veritatis, non vltrà pro peccatis reliqua est hostia.*
	Terribilis autem quædam expectatio iudicij, & ignis æmulatio, deuorare futuri aduersarios.	27	*Sed formidabilis quædam expectatio iudicij, & ignis vehementia, qui deuoraturus est aduersarios.*
	Irritam faciens quis legem Moysi, sine miserationibus in duobus vel tribus testibus moritur:	28	*Qui aspernatus fuerit Moysi legem, absque misericordia, sub duobus aut tribus testibus moritur.*
	Quanto putatis deteriore dignus iudicabitur supplicio filium Dei conculcans, & sanguinem testamenti communem ducens, in quo sanctificatus est, & spiritum gratiæ contumelia afficiens?	29	*Quantò putatis peioribus afficietur suppliciis, qui Filium Dei conculcarit, & sanguinem testamenti, ceu rem prophanam habuerit, per quem fuerat sanctificatus, & Spiritum gratiæ contumelia affecerit.*
	Scimus enim dicentem, Mihi vltio, ego retribuam, dicit Dominus. & iterum Dominus iudicabit populum suum.	30	*Nouimus enim eum qui dixit: Meum est vlcisci, ego rependam, dicit Dominus. Et rursum, Dominus iudicabit populum suum.*
	Horrendum incidere in manus Dei viuentis.	31	*Horrendum est incidere in manus Dei viuentis.*
	Rememoramini autem pristinos dies, in quibus illuminati, multum certamen sustinuistis passionum:	32	*Redeant autem vobis in memoriam superiores dies, in quibus illuminati, ingens certamen sustinuistis afflictionum.*
	Hoc quidem opprobrijsque, & tribulationibus in theatrum producti: hoc autem communicantes taliter conuersantium effecti.	33	*Partim quidem, dum & probris & pressuris affecti, spectaculo fuistis omnibus, partim dum consortes ita conuersantium facti estis.*
	Etenim vinculis meis compassi estis, & rapinam subsistentium vestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscentes habere vobismetipsis præstantiorem substantiam in cœlis, & manentem.	34	*Siquidem & afflictionum, quæ ex vinculis meis contigerunt participes, fuistis, & direptionem facultatum vestrarum cum gaudio accepistis, scientes vos habere in vobis, potiorem substantiam in cœlis ac manentem,*
	Ne abiicite itaque fiduciam vestram, quæ habet remunerationem magnam.	35	*Ne abieceritis igitur fiduciam vestram, quæ magnam habet præmij retributionem.*
	Patientia enim habetis opus, vt voluntatem Dei facientes, reportetis promissionem.	36	*Nam patientia vobis est opus, vt vbi voluntatem Dei peregeritis, reportetis promissionem.*
	Adhuc enim paruum quantum quantum, veniens veniet, & non tardabit.	37	*Adhuc enim perpusillum temporis, & qui venturus est, veniet, & non tardabit.*
	At Iustus ex fide viuet, & si subtraxerit se, non benè gaudet anima mea in eo.	38	*Iustus autem ex fide victurus est, & si se subduxerit, non probabitur animo meo.*
	Nos autem non sumus subtractionis in perditionem, sed fidei in acquisitionem animæ.	39	*At nos non sumus qui subducamus nos in perditionem, sed ad fidem pertinemus in acquisitione animæ.*

Vulgat. Editio.

CAP. XI.

EST autem fides sperandarum substantia rerum argumentum non apparentium.

In hac enim testimonium consecuti sunt seues.

*Gen. 1.3 * Fide intelligimus aptata esse sæculo verbo Dei: vt ex inuisibilibus visibilia fierent.

*Gen.4.4 *Mat.23. 24. *Fide plurimam hostiam Abel quam Cain, obtulit Deo,* per quam testimonium consecutus est esse iustus, testimonium perhibente muneribus eius Deo & per illam defunctus adhuc loquitur.

*Gen.5. 24. Eccl. 44. 16. *Fide Henoch translatus est ne videret mortem, & non inueniebatur, quia transtulit illum Deus: ante translationem enim testimonium habuit placuisse Deo.

Sine fide autem impossibile est placere Deo. Credere enim oportet accedentem ad Deum quia est, & inquirentibus se remunerator sit.

*Ge.6.13 Eccli.44. 17. * Fide Noe responso accepto de ijs, quæ adhuc non videbantur, metuens aptauit arcam in salutē domus suæ, per quam damnauit mundum: & iustitiæ, quæ per fidem est, hæres est institutus.

*Ge.12.5 * Fide qui vocatur Abraham obediuit in locum exire, quem accepturus erat in hæreditatem: & exijt, nescions quò iret.

Fide demoratus est in Terra repromissionis, tamquam in aliena, in casulis habitando cum Isaac, & Iacob cohæredibus repromissionis eiusdem.

Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem: cuius artifex, & conditor Deus.

*Gen.17. 19. *Fide & ipsa Sara sterilis virtutem in conceptionem seminis accepit, etiam præter tempus ætatis. quoniam fidelem credidit esse eum, qui repromiserat.

Propter quod & ab vno orti sunt (& hoc emortuo) tamquam sidera cœli in multitudinem, & sicut arena, quæ est ad oram maris, innumerabilis.

Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti, nō acceptis repromissionibus, à longè eas aspicientes, & salutantes, & confitentes quia peregrini, & hospites sunt super terram.

Qui enim hæc dicunt, significant se patriam inquirere.

Et si quidem ipsius meminissent de qua exierunt habebant vtique tempus reuertendi.

Nunc autem meliorem appetunt, id est, cæleſtem. Ideo non confunditur Deus vocari Deus eorum: parauit enim illis ciuitatem.

*Ge.22.1 Eccli.44. 21. *Fide obtulit Abraham Isaac cum tentaretur, & vnigenitum offerebat, qui susceperat repromissiones;

*Gen.21. 12. Rom.9. 7 Ad quem dictum est: * Quia in Isaac vocabitur tibi semen:

Arbitrans quia & à mortuis suscitare potens est Deus, vnde eum & in parabolam accepit.

*Gen. 27 27.36. *Fide & de futuris benedixit Isaac Iacob, & Esau.

*Gen.48. 15. *Ge.47.3 *Fide Iacob, moriens, singulos filiorum Ioseph benedixit: & adorauit fastigium virgæ eius.

*Gen.50 24. *Fide Ioseph moriens, de profectione filiorū Israel memoratus est, & de ossibus suis mandauit.

Transl. ex Syriac.

CAP. XI.

1 *Est autem fides certitudo de ijs rebus quæ sunt in spe, ac si iam existerent actu, & reuelatio earum quæ non videntur.*

2 *Et in hac extat testimonium de senioribus.*

3 *Per fidem enim intelligimus ordinata fuisse sæcula verbo Dei: & quæ videntur exitisse ex ijs quæ non videntur.*

4 *Per fidem obtulit Hobel hostiam longè præstantiorem quàm Kain Deo: & propterea extat de illo testimonium quod iustus fuerit, atque testimonium perhibuit de eius oblatione Deus, & ideo etiam mortuus loquitur.*

5 *Per fidem translatus est Chanouok, & mortem non gustauit, neq; inuentus est, quoniam transtulit eum Deus: etenim antequam translatus fuisset, extitit de ipso testimonium quod placuerit Deo.*

6 *Atqui sine fide nemo potest placere Deo. Debet enim is qui accedit ad Deum, credere illum esse, & quærentibus se, esse remuneratorem.*

7 *Per fidem Nouach quum sermo habitus esset cum ipso de ijs quæ non videbantur timuit, & condidit sibi arcam ad salutem filiorum suæ familiæ, per quam reum peregit mundum, & factus est hæres iustitiæ quæ est per fidem.*

8 * *Per fidem Abrohom quum vocatus est, dicto audiens fuit, vt exiret in locum illum quem accepturus erat in hæreditatem: & exijt, nescions quò esset profecturus.* * Crepu. sculo Se. rix ij. Passionis, ac de Patribus.

9 *Per fidem fuit inquilinus in Terra illa, quæ fuerat ei promissa, tanquam in extranea; & in tentorijs habitauit cum Ischok, & Iaacoub coheredibus eiusdem promissionis.*

10 *Expectabat enim ciuitatem fundamenta habentem: cuius est opifex & conditor Deus.*

11 *Per fidem Saro, quæ sterilis erat, accepit virtutem suscipiendi seminis: quumq; non esset in tempore annorum suorum (& præter ætatis rationem) peperit, quod constanter sibi persuaderet fidelem eum esse qui sibi promiserat.*

12 *Quapropter ab vno qui per senectutem defecerat, geniti sunt permulti instar stellarum quæ sunt in cœlo, & instar arenæ quæ est in litore maris, cuius non est numerus.*

13 *In fide mortui sunt hi omnes, nec acceperunt sibi promissum, sed procul viderunt illud, eoq; gauisi sunt, & confessi sunt se esse peregrinos & aduenas in terra.*

14 *Qui autem hæc dicunt, ostendunt se propriam ciuitatem inquirere.*

15 *Quod si ciuitatem illam ex qua prodierunt quæsiuissent, habebant tempus vt iterum reuertentes eam adirent.*

16 *Nunc autem certum est eos ista meliorem desiderasse, eam scilicet quæ est in cœlis: propterea non erubescit Deus vocari Deus illorum: parauit enim illis ciuitatem.*

17 *Per fidem obtulit Abrohom Ischok dum tentaretur, & suum illum vnigenitum ad altare eleuauit, quem susceperat ex promissione.*

18 *Siquidem dictum illi fuerat: In Ischok vocabitur tibi semen:*

19 *Et cogitabat apud se illum posse per manus Dei vel à mortuis excitari: & ideo in similitudine datus est ei.*

20 *Per fidem de ijs quæ erant futura benedixit Ischok ipsi Iaacoub & Isau.*

21 *Per fidem quum moreretur Iaakoub, bene precatus est cuilibet ex filijs Iausephi, & adorauit super fastigium virgæ suæ.*

22 *Per fidem Iausephi moriens meminit exitus filiorum, Israel, & mandauit de ossibus suis.*

Transl. B. Ariæ Mont.

CAP. XI.

Est autem fides, sperandarum substantia rerum argumentum non conspectarum.

In hac enim testimonium consecuti sunt senes.

Fide intelligimus constructa esse sæcula verbo Dei, in non ex apparentibus visibilia facta esse.

Fide plurimam hostiam Abel præ Cain obtulit Deo, per quam testimonium consecutus est esse iustus, testante in muneribus eius Deo, & per illam mortuus, adhuc loquitur.

Fide, Henoch translatus est ad non videndum mortem, & non inueniebatur: quia transtulit illū Deus. ante enim translationem eius testimonium habuit bene placuisse Deo.

Sine autem fide impossibile beneplacere, credere enim oportet accedentem Deo, quia est, & inquirentibus se remunerator fit.

Fide, diuinitus monitus Noe de nondum visis, reueritus aptauit arcam in salutem domus suæ, per quam damnauit mundum, & eius quæ per fidem iustitiæ, factus est hæres.

Fide, vocatus Abraham obediuit exiens in locum quem futurus erat accipere in hæreditatem: & exiit, nesciens quò iret.

Fide, demoratus est Abraham in Terram repromissionis tanquam alienam, in tabernaculis habitans cum Isaac & Iacob cohæredibus repromissionis eiusdem.

Expectabat enim illam fundamenta habentem ciuitatem, cuius artifex & conditor Deus.

Fide, & ipsa Sara sterilis existens, virtutem in cōceptionem seminis accepit, etiam præter tempus ætatis peperit: quoniam fidelem existimauit promittentem.

Ideo & ab vno orti sunt, (& hæc emortuo) tanquam sydera cæli multitudine, & sicut arena quæ ad labium maris, innumerabilis.

Iuxta fidem mortui sunt isti omnes, non accipientes repromissiones: sed à longè eas aspicientes, & salutantes & confitentes, quia hospites & peregrini sunt super terram.

Nam huiusmodi dicentes, ostendunt palam quod patriam inquirunt.

Et si quidem ipsius meminissent de qua exierūt, habebant vtique tempus reuertendi.

Nunc autem meliorem appetunt, id est cælestem ideo non erubescit eos Deus, Deus inuocari eorum parauit eum illis ciuitatem.

Fide, obtulit Abraham Isaac, tentatus: & vnigenitum offerebat ille repromissiones accipiens:

(Ad quem dictum est, Quia in Isaac vocabitur tibi semen.

Arbitrans, quia & à mortuis suscitare potens Deus: vnde eum & in parabolam accepit.

Fide de futuris, benedixit Isaac Iacob, & Esau.

Fide, Iacob moriens, vnūquemque filiorū Ioseph benedixit & adorauit super summitatē virgæ suæ.

Fide, Ioseph finiens, de egressione filiorum Israel meminit, & de ossibus suis mandauit.

Transl. Erasm. Roterod.

CAP. XI.

1 *Est autem fides earum rerum quæ sperantur substantia, argumentum eorum, quæ non videntur.*

2 *Per hanc enim testimonium meruerunt seniores.*

3 *Per fidem intelligimus perfecta fuisse secula verbo Dei, vt ex his quæ non apparebant, ea quæ videntur, fierent.*

4 *Per fidem vberiorem hostiam Abel obtulit Deo, quàm Cain: per quam testimonium meruit, quod esset iustus, testimonium perhibente de donarijs illius Deo, & per hanc mortuus adhuc loquitur.*

5 *Per fidem Enoch fuit translatus, ne videret mortem, nec fuit inuentus, propterea quod transtulerat illum Deus, priusquam enim transferretur testimonium meruerat, quod placuisset Deo.*

6 *Atqui sine fide fieri non potest, vt quis illi placeat. Nam qui accedit ad Deum, hunc credere oportet esse Deum, & esse remuneratorem quærentibus se.*

7 *Per fidem admonitus oraculo Noe, ea quæ nondum videbantur, veritus, apparauit arcam ad salutem domus suæ, per quam arcam condemnauit mundum, & eius quæ secundum fidem est, iustitiæ, factus est hæres.*

8 *Per fidem appellatus Abraham, obedijt, vt exiret in locum quem ac capturus erat in hæreditatem, & exiuit, nescius quò esset venturus.*

9 *Per fidem commigrauit in Terram promissionis, veluti peregrinam, cum in tabernaculis habitasset cum Isaac, & Iacob coheredibus eiusdem promissionis.*

10 *Expectauerant enim habentem fundamenta ciuitatem, cuius opifex & conditor est Deus.*

11 *Per fidem & ipsa Sara vim ad concipiendum ac retinendum semen accepit, ac prater ætatis rationem peperit, quod fidelem iudicaret eum qui promiserat.*

12 *Quapropter & ex vno prognati sunt posteri, eoq; iam annis effœto, tanto numero, quanto sunt stellæ cœli, & velut arena, quæ est iuxta marginem maris innumerabilis.*

13 *Iuxta fidem mortui sunt hi omnes, cum non accepissent promissiones, sed procul eas vidissent, & credidissent, salutassentq;, & confessi fuissent se hospites atque aduenas esse in terra.*

14 *Nam hæc qui dicunt, declarant se patriam inquirere.*

15 *Et si illius quidem memores fuissent, vnde fuerant profecti, habebant opportunitatem reuertendi.*

16 *Nunc autem meliorem expetunt, hoc est cœlestem. Quapropter non erubescit ipse Deus vocari Deus illorum. parauerat enim illis ciuitatem.*

17 *Per fidem obtulit Abraham Isaac, cum tentaretur, & vnigenitum obtulit, in quo promissiones acceperat.*

18 *Ad quem dictum fuerat: In Isaac vocabitur tibi semen,*

19 *Cum illud secum perpendisset, Deum vel à mortuis excitare posse, vnde illum etiam resurrectionis typo reduxit.*

20 *Per fidem de futuris benedixit Isaac filio Iacob, & Esau.*

21 *Per fidem Iacob moriens, singulis filijs Ioseph benedixit, & adorauit fastigium virgæ illius,*

22 *Per fidem Ioseph moriens, de egressione filiorum Israel meminit, deq; ossibus suis mandauit.*

Vulgat. Editio.

*Exo.2.2 *Fide Moyſes,natus,occultatus eſt menſibus tribus à parentibus ſuis,eo quod vidiſſent elegantem
*Exo.1.16. infantem, *& non timuerunt regis edictum.
*Exo.2. 11. *Fide, Moyſes grandis factus, negauit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis.
Magis eligens affligi cum populo Dei,quam temporalis peccati habere iucunditatem.

Maiores diuitas æſtimans theſauro Ægyptiorum, improperium Chriſti:aſpiciebat enim in remunerationem.
Fide,reliquit Ægyptum,non veritus animoſitatem regis:inuiſibilem enim tanquam videns ſuſtinuit.
*Exo.12. *Fide celebrauit paſcha,& ſanguinis effuſionem ne qui vaſtabat primitiua,tangeret eos.
Exo.14. 22. *Fide,tranſierunt Mare rubrum tanquam per aridam terram : quod experti Ægyptij, deuorati ſunt.
*Ioſ.6.20 Fide muri Iericho corruerunt, circuitu dierum ſeptem.
*Ioſ.2.3. Fide,Rahab meretrix non periit cum incredulis, excipiens exploratores cum pace.

Et quid adhuc dicam? deficiet enim me tempus enarrantem de Gedeon,Barac,Sampſon,Iephte,Danid,Samuel,& Prophetis:

Qui per fidem vicerunt regna,operati ſunt iuſtitiam,adepti ſunt repromiſſiones , obturauerunt ora leonum,
Extinxerunt impetum ignis,effugerunt aciē gladij conualuerunt de infirmitate, fortes facti ſunt in bello,caſtra verterunt exterorum:
Acceperunt & mulieres de reſurrectione mortuos ſuos:alij autem diſtenti ſunt, non ſuſcipientes redemptionem, vt meliorem inuenirent reſurrectionem.
Alij vero ludibria & verbera experti, inſuper & vincula,& carceres:
Lapidati ſunt,ſecti ſunt,tentati ſunt, in occiſione gladij mortui ſunt , circuierunt in melotis,in pellibus caprinis egentes,anguſtiati,afflicti:
Quibus dignus non erat mundus,in ſolitudinibus errantes, in montibus,& ſpeluncis, & cauernis terræ.
Et hi omnes teſtimonio fidei probati , non acceperunt repromiſſionem.
Deo pro nobis melius aliquid prouidente,vt non ſine nobis conſummarentur.

CAP. XII.

Ro.6.4. Col.3.8. Eph.4. 23. 1.Pet.2.1 & 4.1. IDeoque & nos tantam habentes impoſitam nubem teſtium deponentes omne pondus,& circumſtans nos peccatum,per patientiam curramus ad propoſitum nobis certamen:

Aſpicientes in Auctorem fidei, & conſummatorem Ieſum,qui pro propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem, confuſione contempta, in dextera ſedis Dei ſedet.
Recogitate enim eum,qui talem ſuſtinuit à peccatoribus aduerſum ſemetipſum contradictionem, vt ne fatigemini animis veſtris deficientes.
Nondum enim vſque ad ſanguinem reſtitiſtis, aduerſus peccatum repugnantes.
Pro.3.11 Apo. 3.19 Et obliti eſtis conſolationis,quæ vobis tamquam filijs loquitur,dicens: Fili mi,noli negligere diſciplinam Domini,neque fatigeris dū ab eo argueris.

Tranſl. ex Syriac.

*Occiſionis pueruloru. *Per fidem parentes Mouſche,poſtquam natus eſt, eum occultarunt menſes tres , quod viderent pulchrum eſſe puerulum,neque timuerunt ob edictum regis. 23
Per fidem Mouſche quum in virum euaſiſſet , negauit ſe vocari filium filiæ Perhoun. 24
Et eligit ſibi in afflictione cum populo Dei eſſe,non autem ad modicum tempus iucunditate frui in peccato. 25

Et exiſtimauit longè potiores diuitiis opprobrij Meſchicho,quàm theſaurum Ægyptiorum : intuebatur enim retributionem mercedis. 26
Per fidem reliquit Ægyptum neque reformidauit regis furorem,ſed ſpem habuit perinde ac ſi vidiſſet Deum inuiſibilem. 27
Per fidem fecerunt Pezcho.& aſperſionem ſanguinis,ne tangeret eos ille qui deſtruebat primogenita. 28
Per fidem tranſierunt mare Souph,(carectoſum)tanquam per aridam terram, & in eo abſorpti ſunt Ægyptij quum auſi eſſent illud ingredi, 29
Per fidem mœnia Hiricou corruerunt, vbi perluſtrata (obſeſſa)fuiſſent ſeptem diebus. 30
Per fidem Rochob metretrix(caupona)non perijt cum ijs qui non obedierunt, quod excepiſſet exploratores in pace. 31

Quid amplius dicam?modicum enim tempus habeo vt recitem de Gedeoun, & de Borok,deq; Schemchoun, & de Ieptach,necnon Dauid,& Schemouel, de cæteris denique Prophetis, 32 Prophetarum,& apoſtolorū & Patri.
Qui quidem per fidem deuicerunt regna & operati ſunt iuſtitiam,& receperunt promiſſiones,& obturauerunt os leonum: 33
Et extinxerūt vim ignis,& erepti ſunt ab acie glagij, & validi facti ſunt ex infirmitatibus,& fuerunt ſtrenui in bello,& euerterunt caſtra hoſtium. 34
Et reddiderunt mulieribus filios ipſarum ex reſurrectione mortuorum:alij autem in cruciatibus mortui ſunt, neque ſperauerunt ſe liberatum iri,vt reſurrectionem præſtantiorem haberent. 35
Alij verò ludibrijs,& verberibus ſe expoſuerunt : alij in vincula,& carceres traditi ſunt. 36
Alij lapidibus obruti,alij diſſecti,alij acie gladij mortui ſunt,alij oberrarunt induti pellibus ouilis & caprinis cùm egeni,tum oppreſſi,& conquaſſati. 37
Viri quibus indignus erat mundus : & fuerunt veluti errantes in deſerto,& montibus,& in ſpeluncis,& cauernis terræ. 38
Atque hi omnes, quum de ipſis extaret teſtimonium in fide eorum, non ſunt adepti promiſſionem. 39
Quoniam Deus proſpexit in auxilium noſtrum,ne ſine nobis conſummarentur. 40

CAP. XII.

QVamobrem quum,& nobis illi omnes ſint teſtes,qui nubium in morem vndique ſepiunt nos abijciamus à nobis onera, & peccatum quod ſemper nobis impendet, & per patientiam curramus ad certamen illud quod propoſitum eſt nobis. 1
Et reſpiciamus in Ieſchua qui fuit principium , & perfector fidei noſtræ,qui pro gaudio quod habebat, ſuſtinuit crucem,& ignominiam contempſit, ad dexteram autem throni Dei conſedit. 2
Videte ergo quanta ſuſtinuerit à ſceleratis illis qui animæ ſuæ(ſibiipſis)contradicebant;ne tadeat vos neue remittatur veſter animus. 3 Quum ſit indignatio, ſcil. Ioubilæi
Nondum perueniſtis vſque ad ſanguinem in certamine quod ſit aduerſus peccatum, 4
Et obliti eſtis doctrinæ illius,quam veluti filijs diximus vobis:Fili mi,ne negligas correptionem Domini , neue cōſterneris animo,quum ab eo argueris. 5

Transl. B. Ariæ Mont.

Fide, Moyses natus, occultatus est trimestre à parentibus suis, eo quod vidissent elegantem infantē & non timuerunt edictum regis.

Fide, Moyses grandis factus, negauit dici filius filiæ Pharaonis:

Magis eligens malis affligi cum populo Dei, quam temporarium habere peccati emolumentum:

Maiores diuitas æstimans illis Ægypti thesauris improperium Christi. aspiciebat enim in remunerationem.

Fide, reliquit Ægyptum, non veritus animositatem regis: illum enim inuisibilem tanquam videns fortiter tulit.

Fide, fecit Paschа, & effusionem sanguinis, ne ille, perimens primogenita, tangeret eos.

Fide, transierunt per rubrum mare tanquam per aridam cuius experientiam accipientes Ægyptij, absorpti sunt.

Fide, muri Iericho corruerunt, circuita per septem dies.

Fide, Rahab meretrix non periit cum incredulis, excipiens exploratores cum pace.

Et quid adhuc dico? deficiet enim me perenarrantem tempus, de Gedeon, Baraque & Sampson, & Iephte, Dauidque & Samuel, & prophetis:

Qui per fidem deuicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones, obturauerunt ora leonum,

Extinxerunt vim ignis, effugerunt ora gladij, conualuerunt de infirmitate, facti sunt fortes in bello, castra verterunt exterorum:

Acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos: alij autem distenti sunt, non suscipientes redemptionem, vt meliorem resurrectionem nanciscerentur.

Alij vero ludibriorum & flagellorum experientiam acceperunt, etiam autē vinculorū & custodię.

Lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt, circuierunt in ouillis, in caprinis pellibus, egentes afflicti, male habiti.

Quibus non erat dignus mundus, in solitudinibus errantes, & montibus, & speluncis, & cauernis terræ.

Et hi omnes testimonio probati per fidem, non reportarunt repromissionem.

Deo pro nobis melius aliquid prouidente, vt non sine nobis consummarentur.

CAP. XII.

IDeoque & nos tantam habentes circumiacentem nobis nubem testium pondus deponentes omne, & circunstās peccatum, per patientiam curramus propositum nobis certamen:

Aspicientes in illum fidei auctorem & consummatorem Iesum, qui pro proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta, in dexteraque throni Dei sedit.

Recogitate ergo talem sustinentem à peccatoribus in semetipsum contradictionem, vt ne fatigemini animis vestris deficientes.

Nondum vsque ad sanguinem restitistis, aduersus peccatum repugnantes.

Et obliti estis exhortationis, quæ vobis tanquam filijs differitur, Fili mi, ne parui pende disciplinam Domini, neque fatiscas ab eo argutus.

Transl. Eraſm. Roterod.

Per fidem, cum natus esset Moses, occultatus est menses treis, à parentibus suis, propterea quod viderent elegantem puellum, nec veriti sunt edictum regis.

Per fidem Moses iam grandis, renuit vocari filius filiæ Pharaonis.

Potius eligens simul malis affici cum populo Dei quàm temporarijs peccati commodis frui,

Maiores arbitratus diuitias probrum Christi, quàm Ægyptiorum thesauros. Respectum enim habebat remunerationis.

Per fidem reliquit Ægyptum, haud veritus ferociam regis. Perinde enim quasi vidisset eum qui est inuisibilis, ita obduruit.

Per fidem fecit Paschа, & effusionem sanguinis: ne is qui perimebat primogenita, tangeret ipsos.

Per fidem transierunt rubrum mare, veluti per siccam terram, quod cum tentassent Ægyptij, absorpti sunt.

Per fidem mœnia Hiericho conciderunt, circundata ad dues septem.

Per fidem Raab meretrix non perijt una cum ijs qui non obedierant, cum excepisset hospitio exploratores pacificè.

Et quid præterea loquor? Deficiet enim me tempus, commemorantem de Gedeone, de Barac, & Sampsone, & Hiephthaë, necnon Dauid & Samuële, ac prophetis,

Qui per fidem expugnauerunt regna, operati sunt iustitiam, assecuti sunt promissiones, occluserunt ora leonum,

Extinxerūt vim ignis, effugerunt acies gladij, validi facti sunt ex imbecillitate, effecti sunt robusti in bello, incursiones auerterunt exterorum.

Mulieres acceperunt ex resurrectione mortuos suos. Alij vero distenti sunt, aspernati redemptionem, vt potiorem fortirentur resurrectionem.

Alij rursus ludibrijs & flagris explorati sunt, insuper & vinculis, & carcere,

Lapidati sunt, dissecti sunt, tentati sunt, occisione gladij occubuerunt, oberrarunt in ouillis & caprinis pellibus, destituti, pressi, afflicti,

Quibus indignus erat mundus, in desertis errantes, & montibus, ac speluncis, & cauernis terræ.

Atque omnes hi testimonium promeriti per fidem, non acceperant promissionem,

Quod Deus de nobis melius quiddam prouiderat, ne sine nobis consummarentur.

CAP. XII.

PRoinde nos quoque, cum tanta septi simus nube testiū, de posito onere omni, & tenaciter inhærente peccato, per tolerantiam curramus in propositō nobis certamine,

Respicientes ad fidei ducem & consummatorem Iesum, qui pro proposito sibi gaudio, pertulit crucem, ignominia contempta, & ad dexteram throni Dei consedit.

Reputate enim quod is talem sustinuerit à peccatoribus aduersus se contradictionem, ne defatigemini, animis defecti.

Nondum vsque ad sanguinem restitistis, aduersus peccatum repugnantes,

Et obliti estis exhortationis, quæ vobis tanquam filijs loquitur: Fili mi, ne neglexeris correptionem Domini, neque deficias cum ab eo argueris.

Vulgat. Editio.

Quem enim diligit Dominus, castigat : flagellat autem omnem filium quem recipit.

In disciplina perseuerate. Tanquam filiis vobis offert se Deus. quis enim est filius, quem non corripit pater?

Quod si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes, ergo adulteri, & non filij estis.

Deinde patres quidem carnis nostræ, eruditores habuimus & reuerebamur eos : non multò magis obtemperabimus Patri spirituum, & viuemus?

Et illi quidem in tempore paucorum dierum secundum voluntatem suam erudiebant : nos hic autem ad id, quod vtile est in recipiendo sanctificationem eius.

Omnis autem disciplina in præsenti quidem videtur, non esse gaudij, sed mœroris: postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam, reddet iustitiæ.

Propter quod remissas manus, & soluta genua, erigite:

Et gressus rectos facite pedibus vestris, vt non claudicans quis erret, magis autem sanetur.

*Pacem sequimini cum omnibus. & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum.

Contemplantes ne quis desit gratiæ Dei: ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediat, & per illam inquinentur multi.

Ne quis fornicator aut prophanus, * vt Esau: qui propter vnam escam vendidit primitiua sua.

*Scitote enim quoniam * & postea cupiens hæreditare benedictionem, reprobatus est: non enim inuenit pœnitentiæ locum, quamquam cum lachrymis inquisisset eam.

*Non enim accessistis tractabilem montem, & accensibilem ignem, & turbinem, & caliginem, & procellam.

Et tubæ sonum, & vocem verborum, quam qui audierunt, excusauerunt se, ne eis fieret verbum.

Non enim portabant quod dicebatur. *Et si bestia tetigerit montem, lapidabitur.

Et ita terribile erat quod videbatur. Moyses dixit: Exterritus sum, & tremebundus.

Sed accessistis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis, Hierusalem cælestem, & multorum millium Angelorum frequentiam:

Et Ecclesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in cœlis, & iudicem omnium Deum, & spiritus iustorum perfectorum.

Et testamẽti noui mediatorem Iesum, & sanguinis aspersionem melius loquentem quàm Abel,

Videte ne recusetis loquentem : si enim illi non effugerunt, recusantes eũ qui super terram loquebatur : multò magis nos, qui de cælis loquentem nobis auertimus.

Cuius vox mouit terram tunc, nunc autem repromittit, dicens, * Adhuc semel & ego mouebo non solum terram, sed & cælum.

Quod autem, adhuc semel, dicit: declarat mobilium translationem, tanquam factorum, vt maneant ea, quæ sunt immobilia.

Itaque regnum immobile suscipiẽtes, habemus gratiam, per quam seruiamus placentes Deo, cum metu & reuerentia.

* Etenim Deus noster ignis consumens est.

Transl. ex Syriac.

6 *Quem enim diligit Dominus, castigat, & flagellat filios illos quibus bene vult.*

7 *Sustinete igitur correptionem, quandoquidem tanquam apud filios agit apud vos Deus: quis enim est filius, quem non castigat pater ipsius?*

8 *Quod si absque illa castigatione estis quam quilibet castigatur: estis extranei, non autem filij.*

9 *Quod si patres nostri, qui erant secundum carnem castigauerunt nos eosq; sumus reueriti: quanto magis ergo debemus subijci Patri ipsorum spirituum, vt viuamus?*

10 *Illi enim ad modicum tempus pront volebant, erudiebant nos: Deus autem est nobis auxilio vt participes efficiamur sanctitatis ipsius.*

11 *Omnis porrò castigatio ad quoddam tempus non existimatur esse gaudij, sed agritudinis: ad extremum vero fructus pacis, & iustitiæ datura est illis qui per ipsam exercitati fuerint.*

12 * *Quapropter manus vestras remissas, & genua vestra nutantia confirmate,* * Obiurgatio quadraginta.

13 *Et semitas rectas facite pedibus vestris, ne membrum claudum aberret, sed sanitati restituatur.*

14 *Cursu ad pacem properate cum omnibus, & ad sanctimoniam sine qua nemo videt Dominum nostrum.*

15 *Ee cauete ne quis reperiatur inter vos expers gratiæ Dei vel ne qua radix amaritudinum producat folium & perturbet vos, eoq; multi contaminentur.*

16 *Aut ne quis inueniatur inter vos scortator, & remissus sicut Iesu, qui vnico edulio vendidit suum ius primogeniti.*

17 *Scitis enim eum quoque postea voluisse hæreditate benedictionem adipisci, & reprobatum fuisse: locum enim pœnitentiæ non inuenit, quamuis cum lachrymis eam quæsiuisset.*

18 *Non enim accessistis ad ignem ardentem, & commotum, neque ad tenebras, & caliginem, & procellam.*

19 *Neque ad sonum cornu, & vocem verborum, quam qui audierunt, obsecrarunt ne adderet ipsos alloqui.*

20 *Non enim poterant sustinere quod iniunctum fuerat: Quod si vel bestia tetigerit montem, lapidibus obruatur.*

21 *Et vsque adeo terribilis erat visio, vt Mouses dixerit: Pertertitus sum ac tremebundus,*

22 *Vos vero accessistis ad montem Tzehioun, & ad ciuitatem Dei viuentis Ourischlem, quæ est in cælis, & ad cetus myriadum Angelorum:*

23 *Et ad ecclesiam primogenitorum, qui inscripti sunt in cœlis, & ad Deum iudicem omnium, spiritusque iustorum qui perfecti fuerunt.*

24 *Ad Ieschuam denique Mediatorem testamenti noui, & ad sanguinis eius aspersionem melius loquentem quem Hobil.*

25 *Cauete ergo ne aspernemini eum, qui loquitur vobiscum. Si enim illi non effugerunt, qui aspernati fuerant eũ qui ipsos alloquebatur in terra: quanto magis nos si auersemur eum, qui nos alloquitur de cœlis?*

26 *Cuius vox terram commouit: nunc autem pollicetur, & ait: Adhuc semel, ego commouebo non solum terram, sed & cælos.*

27 *Per hoc autem quod dicit, semel, ostendit immutationem eorum quæ mouentur, quippe quæ facta sint, vt permaneant ea quæ sunt motus expertia.*

28 *Proinde ergo quum accipiamus regnum immobile, amplectamur gratiam, per quam seruiamus, ac placeamus Deo cum reuerentia & timore.* * Ecc. XVIII. Patrum, Regnum; & delium Communitatum.

29 *Deus enim noster ignis est deuorans.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Quem enim diligit Dominus castigat : flagellat autem omnem filium quem recipit.

Si disciplinã sustinetis,tanquam filiis vobis offert se Deus.quis enim est filius, quem non corripit pater?

Si autem absque estis disciplina,cuius participes facti sunt omnes,vtique nothi estis,& non filij.

Deinde ipsos quidem carnis nostræ patres,habuimus castigatores , & reuerebamur : non multò magis obtemperabimus Patri spirituum , & viuemus?

Illi quidem enim ad paucos dies,secundum visum ipsis,castigabant : hic autem ad commodum, ad recipiendum sanctificationem eius.

Omnis autem disciplina ad quidem præsens nõ videtur gaudij esse,sed mœroris:postea autem fructum pacificum per eam exercitatis reddet iustitiæ.

Ideo remissas manus , & soluta genua erigite:

Et gressus rectos facite pedibus vestris , vt non claudum abducatur,sanetur autem magis.

Pacem sequimini cum omnibus. & sanctimoniam,qua sine nemo videbit Dominum.

Contemplantes ne quis deficiat à gratia Dei: ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediat,& per illam inquinentur multi.

Ne quis fornicator aut prophanus , vt Esau: qui propter escam vnam vendidit primogenita sua.

Scitis enim quoniam & postea volens hæreditare benedictionem,reprobatus est: pœnitentiæ enim locum non inuenit , quamquam cum lachrymis exquirens eam.

Non enim accessistis tractabilem montem,& incensum ignem , & turbinem, & caliginem & procellam.

Et tubæ sonum, & vocem verborum,quam audientes, deprecati sunt,non proponi eis verbum.

Non portabant enim imperatum,Et si bestia tetigerit montem,lapidabitur.

Et, (ita terribile erat apparens,Moyses dixit:Exterritus sum,& tremebundus.)

Sed accessistis Sion montem , & ciuitatem Dei viuentis Hierusalem cælestem,, & myriadum angelorum frequentiam.

Et Ecclesiam primogenitorum in cœlis conscriptorum,& iudicem Deum omnium,& spiritus iustorum perfectorum.

Et testamẽti noui mediatorem Iesum , & sanguinem aspersionis præstantiùs loquentem præ Abel.

Videte ne recusetis loquentem : si enim illi non effugerunt , illum super terram recusantes negotium agentem : multò magis nos illum de cælis auersati:

Cuius vox terram mouit tunc, nunc autem denuntiauit , dicens , Adhuc semel ego moueo non solum terram,sed & cælum.

Illud autem , Adhuc semel , declarat mobilium translationem,tanquam factorum,vt maneant nõ mobilia.

Itaque regnum immobile suscipiẽtes habeamus gratiam , per quam seruiamus gratè Deo, cum reuerentia & religione.

Etenim Deus noster ignis consumens.

Transl. Erasm. Roterod.

6 *Quem enim diligit Dominus,corripit: flagellat autem omnem filium,quem recipit.*

7 *Si castigationem sustinetis , veluti filijs vobis offert se Deus. Quis enim est filius,quem non castigat pater?*

8 *Quod si alieni estis à castigatione,cuius participes sunt omnes:igitur spurij estis,non filij.*

9 *Itaque cum carnis nostræ patres habuerimus castigatores,& reueriti simus illos,an non multò magis subijciemur patri spirituum, & viuemus.*

10 *Atque illi quidem ad paucos dies , pro arbitratu suo nos erudiebant : hi autem ad commodum nostrum in hoc vt impartiat nobis sanctimoniam suam.*

11 *Omnis autem castigatio in præsens quidem, non videtur esse gaudij,sed molestiæ. At postea fructum tranquillum iustitiæ reddit, ijs qui per illam fuerint exercitati.*

12 *Quapropter manus remissas , & genua soluta surgite,*

13 *Et facite,vt recti sint gressus pedibus vestris, ne claudicatio aberret à via,imo sanetur potius.*

14 *Pacem sectemini cum omnibus,& sanctimoniam , sine qua nemo videbit Dominum,*

15 *Curam agentes,ne quis sit qui deficiat à gratia Dei,ne qua radix amarulentia,suppullulans obturbet,& per hanc inquinentur multi:*

16 *Ne quis scortator aut prophanus,velut Esau,qui vnico edulio permutauit ius primogeniti.*

17 *Scitis enim,quod & postea,cum vellet hæreditario iure benedictionem assequi reprobatus sit: Non enim reperit pœnitentiæ locum,tametsi cum lachrymis quæsiisset eam.*

18 *Non enim accessistis ad contactum montem , & incensum ignem ac turbinem,& caliginem,*

19 *Et procellam,tubæq; sonitum,& vocem verborum, quã qui audierant,deprecati sunt,ne his adiungeretur oratio:*

20 *Non enim ferebant,quod edicebatur. Si bestia tetigerit montem,lapidabitur,aut iaculo configetur.*

21 *Et adeo terribile erat visum,quod apparebat. Moses dixit:Expauefactus sum,ac tremebundus,*

22 *Sed accessistis ad montem Sion , & ad ciuitatem Dei viuentis,Hierusalem cœlestem , & ad innumerabilium angelorum cœtum,*

23 *Et ad concionem primogentorum , qui conscripti sunt in cœlis,& ad iudicem vniuersorum Deum,& ad spiritus iustorum perfectorum,*

24 *Et ad noui testamenti conciliatorem Iesum,& ad sanguinem aspersionis,meliora loquentem,quam loquebatur sanguis Abel.*

25 *Videte ne aspernemini eum,qui loquitur,nam si illi non effugerunt,qui auersabantur eum qui loquebatur in terra,multò magis nos,si eum qui de cœlis est,auersemur:*

26 *Cuius vox tùm concussit terram,at nunc denunciauit, dicens. Adhuc semel ego concutio , non modo terram, verumetiam cœlum.*

27 *Porro illud quod dicit,adhuc semel,significat eorum quæ concutiuntur translationem , vtpote quæ facta sint , vt maneant ea quæ non concutiuntur.*

28 *Quapropter regnum assumentes quod concuti non possit,habeamus gratiam , per quam ita colamus Deum, vt illi placeamus cum reuerentia & religione.*

29 *Etenim Deus noster ignis consumens est.*

Vulgat. Editio.

CAP. XIII.

*Rom. 12. 13. 1. Pet. 4. 9. CHaritas fraternitatis maneat in vobis.
*Et hospitalitatem nolite obliuisci, per hanc enim *latuerunt quidam, Angelis hospitio receptis.
*Ge. 18. 3. & 19. 2. Mementote vinctorum, tamquam simul vincti: & laborantium, tamquam & ipsi in corpore morantes.
Honorabile connubium in omnibus, & thorus immaculatus. Fornicatores enim, & adulteros iudicabit Deus.
Sint mores sine auaritia, contenti præsentibus: ipse enim dixit: *Non te deseram, neque derelinquam.
*Ps. 117. 6. Ita vt confidenter dicamus: * Dominus mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi homo.

Mementote præpositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum Dei: quorum intuentes exitum conuersationis, imitamini fidem.
Iesus Christus heri, & hodie: ipse & in sæcula.

Doctrinis varijs, & peregrinis nolite abduci. Optimum est enim gratia stabilire cor, non escis: quæ non profuerunt ambulantibus in eis.

Habemus altare, de quo edere non habent potestatem, qui tabernaculo deseruiunt.
*Leu. 16. 27. * Quorum enim animalium infertur sanguis pro peccato in Sancta per pontificem, horum corpora cremantur extra castra.
Propter quod & Iesus, vt sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est.
Exeamus igitur ad eum extra castra, improperium eius portantes.
*Mic. 2. 10. * Non enim habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus.
Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper Deo, ideſt, fructum labiorum confitentium nomini eius.
Beneficentiæ autem, & communionis nolite obliuisci: talibus enim hostiis promeretur Deus.

Obedite præpositis vestris, & subiacete eis. Ipsi enim peruigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri, vt cum gaudio hoc faciant, & nō gementes: hoc enim non expedit vobis.

Orate pro nobis: confidimus enim quia bonam conscientiam habemus in omnibus bene volentes conuersari.
Amplius autem deprecor vos hoc facere, quod celerius restituar vobis.
Deus autem pacis, qui eduxit de mortuis pastorem magnum ouium, in sanguine testamenti æterni, Dominum nostrum Iesum Christum,

Aptet vos in omni bono, vt faciatis eius volūtatē: faciēs in vobis quod placeat coram se per Iesum Christū: cui est gloria in sæcula sæculorum. Amen.
Rogo autem vos fratres, vt sufferatis verbum solatij. Etenim perpaucis scripsi vobis.
Cognoscite fratrem nostrum Timotheum dimissum: cum quo (si celerius venerit) videbo vos.
Salutate omnes præpositos vestros, & omnes sanctos. Salutant vos de Italia fratres.

Gratia cum omnibus vobis. Amen.

Transl. ex Syriac.

CAP. XIII.

1 *Charitas fraterna permaneat in vobis.*
2 *Et dilectionis peregrinorum (hospitalitatis) ne sitis immemores. Per hanc enim digni fuerunt quidam, quamuis non sentientes, qui exciperent Angelos.*
3 *Memores estote eorum qui vincti sunt perinde ac si cum eis vincti essetis: mementote eorum qui afflicti sunt, tanquam homines qui carne induti estis.*
4 *Honorabile est coniugium in omnibus, & thorus eorum purus est. Scortatores autem & mœchos iudicaturus est Deus.*
5 *Ne diligat pecuniam mens vestra, sed sufficiat vobis id quod habetis: siquidem ipse Dominus dixit: Non te deseram neque remittam erga te manus.*
6 *Proinde dicendum est nobis confidenter: Dominus meus adiutor meus est, non timebo quid faciat mihi homo.*

7 *Estote memores ductorum vestrorum, qui locuti sunt vobiscum sermonem Dei: exquirite exitum conuersationum ipsorum, & imitemini fidem illorum.*
8 *Ieschua Meschicho heri, & hodie, etiam idem est & in æternum.*
9 *Doctrinis peregrinis & varijs ne circumferamini. Bonum est per gratiam confirmari corda nostra, & non per cibos, quoniam non sunt adiuti ij qui versati sunt in illis.* *Non nouas putare oportet traditiones Gentilium, & de Sacerdotibus.

10 *Habemus autem altare ex quo non licet edere ijs qui in tabernaculo ministrant.*
11 *Siquidem animalium illorum, quorum inferebat sanguinem Summus Pontifex in eadem Sanctuarij pro peccatis, cavo concremabatur extra castra.*
12 *Propter hoc Ieschua vt sanctificaret populum suum sanguine proprio extra ciuitatem passus est.*
13 *Enimvero nos quoque exeamus ad eum extra castra inducti opprobrio ipsius.*
14 *Non enim habemus ciuitatem hic permanentem, sed in futuram illam prospicimus.*
15 *Per ipsum itaque faciamus ascendere (offeramus) hostias laudis semper Deo, hoc est fructus labiorum confitentium nomini eius.*
16 *Nec obliuiscamini commiserationis, & communicationis in pauperes: per has hostias homo gratus est Deo.*

17 *Parete gubernatoribus vestris, & estote dicto illis audientes, ipsi enim vigilant pro animabus vestris, quippe qui vestri rationem reddituri sint, vt cum gaudio hoc faciant, & non cum gemitibus, quoniam non expedit vobis.*

18 *Orate pro nobis: confidimus enim nos habere bonam conscientiam quia in omnibus volumus bene conuersari.*
19 *Vehementer efflagito à vobis vt hoc faciatis, quò citius restituar vobis.*
20 *Ille autem Deus pacis qui eduxit ex mortuis magnum illum pastorem gregis per sanguinem testamenti æterni, hoc est Ieschua Meschicho, ipse perfectos vos reddat in omni opere bono, vt exequamini voluntatem ipsius.*
21 *Et ipse agat in vobis quod bonum est coram ipso per Ieschua Meschicho, cui sit laus in sæculum sæculorum. Amin.*
22 *Peto autem à vobis fratres mei vt longanimes sitis in sermone consolationis, quoniam paucis scripsi vobis.*
23 *Caterum cognoscite fratrem nostrum Timotheum qui solutus est, & si citò venerit, cum eo vos inuisam.*
24 *Postulate pacem eorum omnium qui præsunt vobis, omniumq; sanctorum. Postulant pacem vestram quotquot sunt ex Italia.*
25 *Gratia cum omnibus vobis. Amin.*

Transl. B. Ariæ Mont.

CAP. XIII.

CHaritas fraternitatis maneat.
Hospitalitatem ne obliuiscemini, per hanc enim latuerunt quidam, hospitio excipientes Angelos.
Mementote vinctorum, tamquam simul vincti: malis pressorum, tamquam & ipsi existentes in corpore.
Honorabile connubium in omnibus, & cubile immaculatum. Fornicatores autem, & adulteros iudicabit Deus.
Pecuniæ non appetens mos: contenti præsentibus: ipse enim dixit: Non te deseram, neque te derelinquam.
Ita vt confidentes nos dicere, Dominus mihi adiutor: & non timebo quid faciat mihi homo.

Mementote ducum vestrorum, qui locuti sunt vobis verbum Dei: quorum intuentes exitum conuersationis, imitamini fidem.
Iesus Christus heri, & hodie: ipse & in sæcula.

Doctrinis varijs, & peregrinis ne circumferamini. pulchrum enim gratia stabiliri cor, non escis: in quibus non sunt adiuti ambulantes,

Habemus altare, de quo edere non habent potestatem, tabernaculo seruientes.
Quorum enim inferuntur animalium sanguis pro peccato in Sancta per pontificem, horum corpora cremantur extra castra.
Ideo & Iesus, vt sanctificaret per proprium sanguinem populum, extra portam passus est.
Igitur exeamus ad eum extra castra, improperium eius portantes.
Non enim habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus.
Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis per omne Deo, id est, fructum labiorum confitentium nomini eius.
At beneficentiæ & communionis ne obliuiscemini: talibus enim hostiis beneplacet sibi Deus.

Obedite ducibus vestris, & subiacete: Ipsi enim peruigilant pro animabus vestris, quasi rationem reddituri, vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes: inutile enim vobis hoc.

Orate pro nobis: confidimus enim quia pulchram conscientiam habemus in omnibus pulchrè volentes conuersari.
Amplius autem deprecor hoc facere, vt celeriùs restituar vobis.
At Deus pacis, reducens de mortuis pastorem ouium magnum, in sanguine testamenti æterni, Dominum nostrum Iesum Christum,

Aptet vos in omni opere bono, ad faciendum voluntatem eius: faciens in vobis beneplacitum coram se per Iesum Christum: cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.
Rogo autem vos fratres, sufferte verbum solatij. Etenim per breuia misi vobis.
Cognoscite fratrem Timotheum absolutum, cum quo (si celerius venerit) videbo vos.
Salutate omnes duces vestros, & omnes sanctos. Salutant vos illi de Italia.
Gratia cum omnibus vobis. Amen.

Transl. Erasm. Roterod.

CAP. XIII.

1 *Fraterna charitas maneat.*
2 *Hospitalitatis ne sitis immemores. Per hanc enim quidam inscientes exceperunt Angelos hospitio.*
3 *Memores estote vinctorum, tanquam vnà cum illis vincti, eorum qui afflguntur, velut ipsi quoque versantes in corpore.*
4 *Honorabile est inter omnes coniugium, & cubile impollutum. Scortatores autem & adulteros iudicabit Deus.*
5 *Sint mores alieni ab auaritia; contenti ijs quæ adsunt. Siquidem ipse dixit: Non te desero, neque derelinquo,*
6 *Vt fidentes dicamus: Dominus mihi auxiliator, nec timebo quid faciat mihi homo.*
7 *Memores estote eorum qui præsunt vobis, qui locuti sunt vobis sermonem Dei: quorum imitemini fidem, considerantes qui fuerit exitus conuersationis illorum,*
8 *Iesus Christus heri, & hodie, idem est etiam in sæcula.*
9 *Doctrinis varijs ac peregrinis ne circumferamini. Bonum est enim gratia confirmari cor, nõ escis quæ non profuerunt ijs qui versati sunt in illis.*
10 *Habemus altare de quo non est fas edere, ijs qui tabernaculo deseruiunt.*
11 *Animalium enim quorum sanguis infertur pro peccatis in sancta per Pontificem, horum corpora cremantur extra castra.*
12 *Quapropter & Iesus, vt sanctificaret per proprium sanguinem populum extra portam passus est.*
13 *Exeamus igitur ad eum extra castra, opprobrium eius portantes.*
14 *Non enim habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus.*
15 *Per ipsum igitur offerimus hostiam laudis semper Deo, hoc est fructum labiorum, confitentium nomini eius.*
16 *Caterum beneficentiæ & communicationis ne obliuiscamini. Talibus enim victimis placetur Deo.*
17 *Parete ijs qui præsunt vobis, & concedite, siquidem illi vigilant pro animabus vestris, tanquam rationem reddituri, vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes. nam id est inutile vobis.*
18 *Orate pro nobis: confidimus enim quod bonam habemus conscientiam inter omnes cupientes honestè conuersari.*
19 *Magis autem obsecro vos, vt faciatis, quò celeriùs restituar vobis.*
20 *Deus autem pacis qui reduxit à mortuis pastorem ouium illum magnum per sanguinem testamenti æterni, Dominum nostrum Iesum,*
21 *Absolutos vos reddat in omni opere bono, ad faciendum voluntatem ipsius, efficiens, vt quod agitis, acceptum sit in conspectu suo per Iesum Christum, cui gloria in secula seculorum. Amen,*
22 *Obsecro vos fratres, sufferte sermonem exhortationis. Etenim paucis scripsi vobis.*
23 *Scitis fratrem nostrum Timotheum solutum esse, cum quo, si celeriùs venerit, visam vos.*
24 *Salutate omnes qui præsunt vobis, & omnes sanctos. Salutant vos Itali,*
25 *Gratia cum omnibus vobis. Amen.*


PROLOGVS.

S. HIERONYMI PRESBYTERI,

IN SEPTEM EPISTOLAS CANONICAS.

NON *ita est ordo apud Græcos qui integrè sapiunt, fidemque rectam sectantur, Epistolarum septem, quæ Canonicæ nuncupantur, sicut in Latinis codicibus inuenitur: vt quia Petrus est primus in ordine Apostolorum, primæ sint etiam eius epistolæ in ordine cæterarum. Sed sicut Euangelistas dudum ad veritatis lineam correximus: ita has proprio ordini, Deo iuuante, reddidimus. Est enim prima earum vna Iacobi, duæ Petri, tres Iohannis, & Iudæ vna. Quæ si sicut ab eis digestæ sunt, ita quoque ab interpretibus fideliter in Latinum verterentur eloquium, nec ambiguitatem legentibus facerent, nec sermonum sese varietas impugnaret, illo præcipuè loco vbi de vnitate Trinitatis in prima Iohannis epistola positam legimus, in qua etiam ab infidelibus translatoribus multum erratum esse à fidei veritate comperimus: trium tantummodo vocabula, hoc est aquæ, sanguinis, & spiritus in ipsa sua editione ponentibus, & Patris, Verbiq; ac Spiritus testimonium omittentibus, in quo maximè & fides Catholica roboratur, & Patris, & Filij, & Spiritus sancti, vna diuinitatis substantia comprobatur. In cæteris vero Epistolis quantum à nostra alio-*

rum distet editio, Lectoris prudentiæ derelinquo. Sed tu virgo Christi Eustochium, dum à me impensiùs Scripturæ veritatem inquiris, meam quodammodo senectutem inuidorum dentibus corrodendam exponis, qui me falsarium corruptoremq; sanctarum pronunciant Scripturarum. Sed ego in tali opere nec æmulorum meorum inuidentiam pertimesco, nec sanctæ Scripturæ veritatem poscentibus denegabo.



EPISTOLÆ CATHOLICÆ B. IACOBI APOSTOLI

Vulgat. Editio.

CAPVT PRIMVM.

IAcobus Dei, & Domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruus duodecim tribubus, quæ ſunt in diſperſione, ſalutem.

Omne gaudium exiſtimate fratres mei, cum in tentationes varias incideritis:

*Ro. 5.3. * Scientes quod probatio fidei veſtræ patientiam operatur.

Patientia autem opus perfectum habet: vt ſitis perfecti & integri in nullo deficientes,

Si quis autem veſtrum indiget ſapientia, poſtulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat: & dabitur ei.

*Mat. 7.7 & 21.22. Mar. 11. 24. Luc. 11.9. Ib 14.13. & 16. 23. 24. * Poſtulet autem in fide nihil hæſitans: qui enim hæſitat, ſimilis eſt fluctui maris, qui à vento mouetur & circumfertur.

Non ergo æſtimet homo ille quod accipiat aliquid à Domino,

Vir duplex animo inconſtans eſt in omnibus viis ſuis.

Glorietur autē frater humilis in exaltatione ſua:

*Eccl. 14. 18. Iſa. 40.6. 1. Pet. 1. 24. Diues autem in humilitate ſua, * quoniam ſicut flos fœni tranſibit:

Exortus eſt enim ſol cum ardore, & arefecit fœnum, & flos eius decidit, & decor vultus eius deperiit: ita & diues in itineribus ſuis marceſcet.

*Iob. 5.17 * Beatus vir, qui ſuffert tentationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromiſit Deus diligentibus ſe.

Nemo cum tentatur, dicat quoniam à Deo tentatur: Deus enim intentator malorum eſt: ipſe autem neminem tentat,

Vnuſquiſque verò tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus & illectus.

Deinde concupiſcentia cum conceperit, parit peccatum: peccatum vero cum conſummatum fuerit, generat mortem.

Nolite itaque errare fratres mei dilectiſſimi.

Omne datum optimum, & omne donum perfectum de ſurſum eſt, deſcendens à Patre luminum, apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio.

Voluntariè enim genuit nos verbo veritatis, vt ſimus initium aliquod creaturæ eius.

*Prou. 17. 27. Scitis fratres mei dilectiſſimi. * Sit autem omnis homo velox ad audiendum: tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram.

Ira enim viri, iuſtitiam Dei non operatur.

Propter quod abiicientes omnem immunditiam, & abundantiam malitiæ, in manſuetudine ſuſcipite inſitum verbum, quod poteſt ſaluare animas veſtras.

*Mat. 7. 21 Ro. 2. 13. * Eſtote autem factores verbi, & non auditores tantum fallentes voſmetipſos.

Quia ſi quis auditor eſt verbi, & non factor: hic comparabitur viro conſideranti vultum natiuitatis ſuæ in ſpeculo.

Conſiderauit enim ſe, & abiit, & ſtatim oblitus eſt qualis fuerit.

EPISTOLÆ CATHOLICÆ B. IACOBI APOSTOLI

Tranſl. ex Syriac.

CAPVT PRIMVM.

1 *Iaakoub ſeruus Dei & Domini noſtri Ieſchua Meſchicho, duodecim tribubus quæ diſperſæ ſunt inter gentes, Pacem* (Salutem.)

Commentatio ne Marg. rum.

2 *Omne gaudium habeatis, fratres mei, quum ingrediemini in tentationes multas & varias.*

3 *Scientes probationem illam fidei comparare vobis patientiam.*

4 *Patientia autem habebit opus conſummatum, vt ſitis perfecti & conſummati, & ne quid deſit vobis.*

5 *Si quis autem ex vobis indiget ſapientia poſtulet à Deo ipſo qui dat omnibus ſimpliciter, nec exprobrat, & dabitur ei.*

6 *Poſtulet autem cum fide non hæſitans: qui hæſitat, ſimilis eſt fluctibus maris quos commouet ventus.*

7 *Neque exiſtimet homo ille ſe aliquid accepturum à Domino.*

8 *Quum ſit dubius mente ſua, & commotus in omnibus viis ſuis.*

9 *Glorietur autem frater humilis in ſublimitate ſua:*

10 *Diues autem in humiliatione ſui, quia ſicut flos herbæ, ita præteribit.*

11 *Exoritur enim Sol cum calore ſuo, & arefacit herbam & flos cadit, & decor aſpectus illius perit: ſic & diues arefit in conuerſationibus ſuis.*

12 *Beatus vir ille qui ſuſtinet tentationes, quoniam quum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ quam promiſit Deus iis qui ipſum diligunt.*

13 *Ne quis dicat quum tentatur, à Deo tentor: Deus enim non tentatur malis, & ipſe neminem tentat.*

14 *Sed vnuſquiſque à concupiſcentia ſua tentatur, & allicitur; abſtrahiturq;.*

15 *Porrò hæc concupiſcentia concipit & parit peccatum: peccatum autem quum conſummatum eſt, generat mortem.*

16 *Nec errauerit is fratres mei dilecti.*

17 *Omne donum bonum, & perfectum è ſupernis eſt, deſcendens à Patre luminum, apud quem nulla eſt tranſmutatio, ne obumbratio quidem viciſſitudinis.*

18 *Is voluit & genuit nos ſermone veritatis, vt ſimus primitiæ rerum ab eo conditarum.*

19 *Itaq; ô vos fratres mei dilecti, vnuſquiſque veſtrum ſit velox ad audiendum, & tardus ad loquendum, tardusq; ad iraſcendum.*

20 *Ira enim viri iuſtitiam Dei non præſtat.*

21 *Quapropter procul expellatis à vobis omnem immunditiem, & multitudinem malitiæ, & cum manſuetudine excipite verbum illud naturæ noſtræ inſitum, quod quidem poteſt ſeruare ipſa animas veſtras.*

22 * *Caterum eſtote effectores ſermonis, & non auditores tantum: neque decipiatis voſmetipſos,* aDominica 11. poſt Epiphaniã

23 *Si quis enim fuerit auditor ſermonis & non effector: hic ſimilis eſt illi qui aſpicit vultum ſuum in ſpeculo.*

24 *Aſpexit enim ſeipſum & præterijt, ac oblitus eſt qualis eſſet.*

EPISTOLÆ CATHOLICÆ B. IACOBI APOSTOLI

Transl. B. Ariæ Mont.

CAPVT PRIMVM.

IAcobus Dei, & Domini Ieſu Chriſti ſeruus illis duodecim tribubus, in diſperſione gaudere.

Omne gaudium ducite fratres mei, cum tentationibus incideritis variis:
Scientes quod probatio veſtræ fidei adoperatur patientiam.
At patientia opus perfectum habeat: vt ſitis perfecti & integri in nullo deficientes,
Si autem quis veſtrum deſtituitur ſapientia, poſtulet à dante Deo, omnibus ſimpliciter, & non improperante: & dabitur ei.
Poſtulet autem in fide nihil diſceptans: nam diſceptans, ſimilis eſt fluctui maris, ventis agitato & iactato.
Non ergo æſtimet homo ille quod accipiat aliquid à Domino.
Vir duplex animo inconſtans in omnibus viis ſuis.
Glorietur autẽ frater humilis in ſublimitate ſua:
At Diues in humilitate ſua, quoniam ſicut flos fœni tranſibit:
Exortus eſt enim ſol cum ardore, & arefecit fœnum, & flos eius decidit, & decor vultus eius deperiit: ita & diues in itineribus ſuis marceſcet.
Beatus vir, qui ſuffert tentationem: quoniam probatus factus accipiet coronam vitæ, quam repromiſit Dominus diligentibus ſe.
Nemo tentatus, dicat quoniam à Deo tentor: nam Deus intentator eſt malorum: tentat autem ipſe neminem.
Vnuſquiſque verò tentatur à propria concupiſcentia abſtractus & illectus.
Deinde concupiſcentia concipiens, parit peccatũ, at peccatum cõſummatum, generat mortem.

Ne errate fratres mei dilecti.
Omne datum bonum, & omne donum perfectum ſuperne eſt, deſcendens à Patre luminum, apud quem non eſt tranſmutatio, aut vicifſitudinis obumbratio.
Volens genuit nos verbo veritatis, ad eſſe nos initium aliquod eius creaturarum.
Itaque fratres mei dilecti, Sit omnis homo velox ad audiendum: tardus ad loquendum, tardus ad iram.
Ira enim viri, iuſtitiam Dei non adoperatur.
Ideo abiicientes omnem ſordem & aquindantiam malitiæ, in manſuetudine ſuſcipite inſitum verbum, potens ſaluare animas veſtras.

Eſſote autem factores verbi, & non tantum auditores fallentes voſmetipſos.
Quia ſi quis auditor verbi eſt, & non factor: hic ſimilis eſt viro conſideranti vultum natiuitatis ſuæ in ſpeculo.
Conſiderauit enim ſeipſum, & abiit, & ſtatim oblitus eſt qualis fuerit.

EPISTOLÆ CATHOLICÆ B. IACOBI APOSTOLI

Transl. Eraſm. Roterod.

CAPVT PRIMVM.

1 *IAcobus Dei ac Domini Ieſu Chriſti ſeruus duodecim tribubus, quæ ſunt in diſperſione, ſalutem.*

2 *Pro ſummo gaudio ducite fratres mei, quoties in tentationes incideritis varias.*
3 *Illud ſcientes, quod exploratio fidei veſtræ parit patientiam.*
4 *Caterum patientia opus perfectum habeat, vt ſitis perfecti & integri, nullaq; in parte diminuti.*
5 *Quod ſi cui veſtrum deeſt ſapientia, poſtulet ab eo qui dat nempe deo, qui dat inquam omnibus ſimpliciter, nec exprobrat; ac dabitur ei.*
6 *Sed poſtulet cum fiducia, nihil hæſitans. Nam: qui hæſitat, is ſimilis eſt fluctui maris, qui ventis agitur, & impetu rapitur.*
7 *Neque enim exiſtimet homo ille, ſe quicquam acceptorum à Domino.*
8 *Vir animo duplici, inconſtans eſt in omnibus vijs ſuis.*

9 *Glorietur autem frater qui eſt humilis in ſublimitate ſua:*
10 *Contra qui diues eſt, in humiliatione ſui, quoniam veluti flos herbæ præteribit.*
11 *Exortus eſt enim Sol cum æſtu, & exaruit herba, & flos illius decidit, & decor aſpectus illius periit: ſic & diues in vijs ſuis marceſcet.*
12 *Beatus vir qui ſuffert tentationem, quoniam cum probatus erit, accipiet coronam vitæ quam promiſit Dominus ijs à quibus fuerit dilectus.*
13 *Ne quis cum tentatur, dicat ſe à Deo tentari: Nam Deus vt malis tentari non poteſt, ita nec ipſe quemquam tentat.*
14 *Imò vnuſquiſque tentatur, dum à propria concupiſcentia abſtrahitur & inescatur.*
15 *Deinde concupiſcentia poſteaquam concipit, parit peccatum: peccatum verò perfectum progignit mortem.*
16
17 *Ne erretis fratres mei dilecti.*
Omnis donatio bona & omne donum perfectum è ſupernis eſt, deſcendens à Patre luminum, apud quem non eſt tranſmutatio, aut conuerſionis obumbratio.

18 *Is deſtinata voluntate progenuit nos ſermone veritatis, vt eſſemus primitiæ quædam ſuarum creaturarum.*

19 *Itaq; fratres mei dilecti, ſit omnis homo velox ad audiendum, tardus ad loquendum, tardus ad iram.*
20 *Nam ira viri iuſtitiam Dei non efficit.*
21 *Quapropter depoſita omni immunditia & redundantia malitiæ, cum manſuetudine recipite inſitum ſermonem, qui poteſt ſaluas reddere animas veſtras.*
22 *Sitis autem effectores ſermonis, & non auditores tantum fallentes voſmetipſos.*
23 *Quoniam ſi quis audiat ſermonem nec eum factis exprimat, hic ſimilis eſt viro conſideranti faciem natiuitatis ſuæ in ſpeculo.*
24 *Conſideravit enim ſeipſum, & abijt, & continuò oblitus eſt qualis eſſet.*

Vulgat. Editio.

Qui autem perſpexerit in legem perfectam libertatis, & permanſerit in ea, non auditor obliuioſus factus, ſed factor operis: hic beatus in facto ſuo erit.

Si quis autem putat ſe religioſum eſſe, non refrenans linguam ſuam, ſed ſeducens cor ſuum, huius vana eſt religio.

Religio munda, & immaculata apud Deum & Patrem, hæc eſt: Viſitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum, & immaculatum ſe cuſtodire ab hoc ſæculo.

CAP. II.

Leu.19.15 Deu.1.17 & 16.19. Pro.24.23 Eccl.42.1

FRatres mei nolite in perſonarum acceptione habere fidem Domini noſtri Ieſu Chriſti gloriæ.

Etenim ſi introierit in conuentum veſtrum vir aureum annulum habens in veſte candida, introierit autem & pauper in ſordido habitu.

Et intendatis in eum, qui indutus eſt veſte præclara, & dixeritis ei: Tu ſede hic bene: pauperi autem dicatis: Tu ſta illic, aut ſede ſub ſcabello pedum meorum:

Nonne iudicatis apud voſmetipſos, & facti eſtis iudices cogitationum iniquarum?

Audite fratres mei dilectiſſimi, nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, & hæredes regni, quod repromiſit Deus diligentibus ſe?

Vos autem exhonoraſtis pauperem. Nonne diuites per potentiam opprimunt vos, & ipſi trahunt vos ad iudicia?

Nonne ipſi blaſphemant bonum nomen, quod inuocatum eſt ſuper vos?

*Leui.19. 18. Mat.22. 39. Mar.12.31 Ro.13.9. Gal.5.14. Ieu.19.15

Si tamen legem perficitis regalem ſecundum Scripturas: * Diliges proximum tuum ſicut teipſum: bene facitis:

Si autem perſonas accipitis, peccatum operamini, redarguti à lege quaſi transgreſſores:

*Deu.1. 16. Mat.5.19.

* Quicunque autem totam legem ſeruauerit, offendat autem in vno, factus eſt omnium reus.

Qui enim dixit, Non mœchaberis, dixit, & non occides. Quod ſi non mœchaberis, occides autem, factus es transgreſſor legis.

Sic loquimini, & ſic facite ſicut per legem libertatis incipientes iudicari.

Iudicium enim ſine miſericordia illi, qui non fecit miſericordiam: ſuperexaltat autem miſericordia iudicium.

Quid proderit fratres mei, ſi fidem quis dicat ſe habere, opera autem non habeat? Nunquid poterit fides ſaluare eum?

*1.Io.3. 17.

* Si autem frater, & ſoror nudi ſint, & indigeant victu quotidiano,

Dicat autem aliquis ex vobis illis: Ite in pace, calefacimini & ſaturamini: nō dederitis autem eis, quæ neceſſaria ſunt corpori, quid proderit?

Sic & fides, ſi non habeat opera, mortua eſt in ſemetipſa.

Sed dicet quis: Tu fidem habes, & ego opera habeo. oſtende mihi fidem tuam ſine operibus: & ego oſtendam tibi ex operibus fidem meam.

Tu credis quoniam vnus eſt Deus: Bene facis: & dæmones credunt, & contremiſcunt.

Vis autem ſcire, ò homo inanis, quoniam fides ſine operibus mortua eſt?

Tranſl. ex Syriac.

Quiſquis autem reſpicit in legem perfectam, quæ eſt libertatis, & permanet in ea, nec eſt auditor qui audiat vt obliuiſcatur, ſed effector operis, hic ſanè beatus erit in opere ſuo.

Quod ſi quis exiſtimet ſe ſeruire Deo, & non contineat linguam ſuam, ſed inducat in errorem cor ſuum, iſtius vanum eſt obſequium.

Miniſterium enim purum & ſanctum coram Deo Patre illud eſt: Inuiſere orphanos & viduas in afflictionibus ipſorum, & ſeruare ſeipſum à mundo immaculatum.

CAP. II.

FRatres mei ne cum acceptione (delectu) perſonarum teneatis fidem gloriæ Domini noſtri Ieſchua Meſchicho.

Nam ſi quis introierit in congregationem veſtram qui annulos aureos habeat, aut pulchriora veſtimenta, introierit verò pauper cum veſtimentis ſordidis.

Et riſpexeritis in illum qui indutus eſt perpulchris veſtimentis, ac dixeritis ei: Tu ſede hic bene: pauperi verò dicatis: Tu ſta illic, aut ſede hic ante ſcabellum pedum noſtrorum.

Nonne diuiſi eſtis vobis in animabus veſtris, & facti eſtis interpretes malarum cogitationum?

Audite fratres mei dilecti, nonne pauperes mundi huius, diuites autem in fide elegit Deus, vt ſint hæredes in regno illo quod promiſit Deus iis qui ipſum diligunt?

Vos autem contemptui habuiſtis pauperem. Nonne diuites efferunt ſeſe ſuper vos, ipſiq; trahunt vos ad domum iudicij (forum.)

Nonne ipſi obloquuntur de bono nomine, quod inuocatum eſt ſuper vos?

Sed ſi legem Dei in hoc adimpletis quod ſcriptum eſt: Diliges proximum tuum ſicut teipſum: bene facitis.

At ſi facies aſſumitis (delectum perſonarum habetis) peccatum committitis, & redarguimini à lege tanquam tranſgreſſores legis.

Is enim qui totam legem ſeruat, & in vno offendit, totius legis factus eſt reus.

Qui enim dixit: Non mœchaberis, ipſe dixit: Non occides. Quod ſi non mœchus es, ſed homicida, factus es tranſgreſſor legis.

Sic loquamini, & ſic faciatis, vt qui per legem libertatis iudicandi eſtis.

Iudicium enim abſque miſericordia fiet in eum, qui non præſtiterit miſericordiam: exaltati eſtis per miſericordias ſuper iudicium.

Quæ vtilitas fratres mei, ſi quis dixerit: Habeo fidem, opera verò non habeat? Nunquid poterit eius fides ipſum ſeruare? *Daniel ca.vlt. ſecundū Theodo.

Quod ſi frater aut ſoror nudi fuerint, & indigeant victu quotidiano:

Et dicat illis aliquis ex vobis: Abite cum pace, caleſcite, & ſaturamini: nec dederitis illis quæ ſunt neceſſaria corpori, quæ erit vtilitas?

Ita & fides abſque operibus mortua eſt, ſola.

Sed dicet aliquis: Tu fidem habes, & ego habeo opera: oſtende mihi fidem tuam abſque operibus, & ego oſtendam tibi fidem meam ex operibus meis.

Credis vnum eſſe Deum: Bene facis: & dæmonia credunt & contremiſcunt.

Vis autem ſcire, ò homo debilis, quod fides abſque operibus mortua eſt.

Transl. B. Ariæ Mont.

At perſpiciens in legem perfectam illam libertatis, & permanens hic non auditor obliuioſus factus, ſed factor operis: hic beatus in facto ſuo erit.

Si quis videtur religioſus eſſe in vobis, , non refrenans linguam ſuam, ſed ſeducens cor ſuum, huius vana religio.

Religio munda, & immaculata apùd Deum & Patrem, hæc eſt: Viſitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum, immaculatum ſeipſum cuſtodire à mundo.

CAP. II.

FRatres mei ne in perſonarum acceptione habete fidem Domini noſtri Ieſu Chriſti gloriæ.

Si enim introierit in conuentum veſtrum vir aureum habens annulum in veſte candida, introierit autem & pauper in ſordido habitu.

Et intendatis in ferentem veſtem ſplendidam, & dixeritis ei: Tu ſede hic pulchrè: & pauperi dicatis: Tu ſta illic, aut ſede hic ſub ſcabello meo.

Et non diiudicatis in vobiſmetipſis, & facti eſtis iudices diſceptationum malarum?

Audite fratres mei dilecti, nonne Deus elegit pauperes mundi diuites in fide, & hæredes regni, quod repromiſit diligentibus ſe?

Vos autem exhonoraſtis pauperem. Nonne diuites per potentiam opprimunt vos, & ipſi trahunt vos ad iudicia?

Nonne ipſi blaſphemant pulchrum nomen, inuocatum ſuper vos?

Si tamen legem perficitis regalem ſecundum Scripturam: Diliges proximum tuum ſicut teipſum: pulchrè facitis.

Si autem perſonam accipitis, peccatum operamini, redarguti à lege quaſi transgreſſores:

Quicunque enim totam legem ſeruauerit, offendat autem in vno, factus eſt omnium reus.

Ille enim dicens, Non mœchaberis, dixit, & non occides, ſi autem non mœchaberis, occides autem, factus es transgreſſor legis.

Sic loquimini, & ſic facite ſicut per legem libertatis futuri iudicari.

Nam Iudicium ſine miſericordia non facienti miſericordiam: contra gloriatur miſericordia iudicium.

Quid illud vtile fratres mei, ſi fidem dicat quis habere, opera autem non habeat? non poteſt fides ſaluare eum?

* Si autem frater, aut ſoror nudi ſint, & deſtituti fuerint quotidiano victu,

Dicat autem aliquis illis ex vobis: Ite in pace, calefacimini & ſaturamini: nō dederitis autem eis, ea quæ neceſſaria corpori, quid illud vtile?

Sic & fides, ſi non opera habeat, mortua eſt ſecundum ſeipſam.

Sed dicet quis: Tu fidem habes, & ego opera habeo. oſtende mihi fidem tuam ex operibus tuis: & ego oſtendam tibi ex operibus meis, fidem meā.

Tu credis quoniam vnus eſt Deus: pulchrè facis: & dæmones credunt, & contremiſcunt.

Vis autem ſcire, ò homo inanis, quoniam fides ſine operibus mortua eſt?

Transl. Eraſm. Roterod.

At qui proſpexerit in legem perfectam, quæ eſt libertatis, & permanſerit, hic cum ſit non auditor obliuioſus, ſed effector operis, beatus facto ſuo erit.

Si quis videtur religioſus eſſe inter vos, qui non frenat linguam ſuam, ſed aberrare ſinit cor ſuum, huius vana eſt religio.

Religio pura & immaculata apud Deum & Patrem hæc eſt, inuiſere orphanos & viduas in afflictione ſua, immaculatum ſeipſum ſeruare à mundo.

CAP. II.

FRatres mei ne cum reſpectu perſonarum habeatis fidem Domini noſtri Ieſu Chriſti ex opinione.

Nam ſi ingrediatur in cœtum veſtrum vir aureum geſtans annulum, veſte indutus ſplendida, ingrediatur autem & pauper in ſordida veſte.

Et riſpexeritis ad illum qui veſtem geſtat ſplendidam & dixeritis illi, : Tu ſede hic benè, & pauperi dicatis: Tu ſta illic, aut ſede hic ſubter ſtabellum meum,

Et non diiudicati eſtis in vobis ipſis, & facti eſtis iudices cogitationum malarum?

Audite fratres mei dilecti, nonne Deus elegit pauperes mundi huius, diuites in fide, & hæredes regni, quod promiſit ijs à quibus dilectus fuerit?

Vos autem contemptui habuiſtis pauperem. Nonne diuites tyrannidem exercent in vos, & ijdem trahunt vos ad tribunalia?

Et ijdem malè loquuntur de bono nomine, quod inuocatum eſt ſuper vos?

Si legem quidem regiam perficitis iuxta ſcripturam, Diliges proximum tuum ſicut teipſum: bene facitis.

Sin verò perſonam reſpicitis, peccatum committitis, & redarguimini à lege veluti tranſgreſſores

Quiſquis enim totam legem ſeruauerit, offenderit autem in vno, factus eſt omnium reus,

Nam qui dixit, Ne mœcheris, dixit etiam, Ne occidas, Quod ſi non fueris mœchatus, occideris tamen, factus es tranſgreſſor legis.

Ita loquamini, & ita faciatis, veluti per legem libertatis iudicandi.

Siquidem Iudicium abſque miſericordia erit ei, qui non præſtiterit miſericordiam. Et gloriatur miſericordia aduerſus iudicium.

Quæ utilitas fratres mei, ſi fidem dicat aliquis habere ſe, facta verò non habeat? Numpoteſt fides ſaluum facere illum?

Quod ſi frater aut ſoror nudi fuerint, & egentes quotidiano victu:

Dicat autem aliquis veſtrum illis, Abite cum pace, calefcite, & ſaturamini: non tamen dederitis illis, quæ ſunt neceſſaria corpori, quæ erit vtilitas?

Sic & fides ſi facta non habuerit, mortua eſt per ſe.

Sed dicet aliquis: Tu fidem habes, & ego facta habeo, oſtende mihi fidem tuam ex factis tuis & ego oſtendam tibi ex factis meis fidem meam.

Tu credis quod Deus vnus eſt? Rectè facis: & dæmonia credunt ac contremiſcunt.

Vis verò ſcire, ò homo inanis, quod fides abſque factis mortua ſit.

Vulgat. Editio.

*Gen. 22. 9.

* Abraham pater noster nonne ex operibus iustificatus est offerens Isaac filium suum super altare?

Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius, & ex operibus fides consummata est.

*Gen. 15. Rom. 4. 3. Gal. 3. 6.

Et supplera est scriptura, dicens, * Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam, & amicus Dei appellatus est.

Videtis, quoniam ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantum?

*Iosue 2. 10.

Similiter * & Raab meretrix, nonne ex operibus iustificata est, suscipiens nuntios, & alia via eiciens?

Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, ita & fides sine operibus mortua est.

CAP. III.

Matt. 23. 1

NOlite plures magistri fieri fratres mei, sciente quoniam maius iudicium sumitis.

In multis enim offendimus omnes. si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir, potest etiam freno circunducere totum corpus.

Si autem equis frena in ora mittimus ad consentiendum nobis, & omne corpus illorum circumferimus.

Ecce & naues, cum magnæ sint, & à ventis validis minentur circumferuntur à modico gubernaculo, vbi impetus dirigentis voluerit.

Ita & lingua modicum quidem membrum est, & magna exaltat. Ecce quantus ignis quam magnam siluam incendit!

Et lingua ignis est, vniuersitas iniquitatis. Lingua constituitur in membris nostris, quæ maculat totum corpus, & inflammat rotam natiuitatis nostræ, inflammata à gehenna.

Omnis enim natura bestiarum & volucrum, & serpentium, & cæterorum domantur, & domita sunt à natura humana.

Linguam autem nullus hominum domare potest inquietum malum, plena veneno mortifero.

In ipsa benedicimus Deum & Patrem, & in ipsa maledicimus homines qui ad similitudinem Dei facti sunt.

Ex ipso ore procedit benedictio, & maledictio, Non oporret fratres mei dilecti, hæc ita fieri.

Nunquid fons de eodem foramine emanat dulcem & amaram aquam?

Nunquid potest, fratres mei, ficus vuas facere, aut vitis ficus? Sic neque salsa dulcem post facere aquam.

Quis sapiens, & disciplinatus inter vos, ostendat ex bona conuersatione operationem suam in mansuetudine sapientiæ.

Quod si zelum amarum habetis, & contentiones sint in cordibus vestris: nolite gloriari, & mendaces esse aduersus veritatem.

Non est enim ista sapientia desursum descendens; sed terrena, animalis, diabolica.

Vbi enim zelus & contentio, ibi inconstantia, & omne opus prauum.

Quæ autem desursum est sapientia, primum quidem pudica est: deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens plena misericordia, & fructibus bonis, non iudicans, sine simulatione.

Fructus autem iustitiæ in pace seminatur facientibus pacem.

Transl. ex Syriac.

21 *Pater noster Abrohòm nonne ex operibus iustificatus est, quum obtulit Ischok filium suum super altare?*

22 *Videsfidem illius adiumento fuisse ipsius operibus, atq; ex operibus fidem eius perfectam fuisse.*

23 *Et impleta est Scriptura, quæ dicit: Credidit Abrohom Deo, & imputatum est illi ad iustitiam, & amicus Dei vocatus est.*

24 *Vides quod ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantum?*

25 *Sic etiam Rochob meretrix (caupona) nonne ex operibus iustificata est, quum excepit exploratores, & per viam aliam emisit eos?*

26 *Quemadmodum corpus absque spiritu mortuum est, ita & fides absque operibus est mortua.*

CAP. III.

1 *NE multi doctores sint inter vos, fratres mei, sed scitote nos maiori iudicio esse obnoxios.* Domiel. ex int. post Epiphaniam.

2 *In multis enim labimur omnes. Quisquis in sermone non labitur, hic est vir perfectus, qui potest subijcere & totum corpus suum.*

3 *Ecce enim frena in os equorum velocium injicimus, vt subiiciantur nobis, & totum corpus eorum circumagimus.*

4 *Quin & naues valida quum aguntur ventis vehementioribus, à minimo ligno circumaguntur, quocunque tendat voluntas gubernatoris.*

5 *Ita & lingua membrum est pusillum, sed extollit se. Ignis quoque minimus ramos multos incendit.*

6 *Et lingua ignis est, & mundus peccati est instar rami. Et hæc quidem lingua quum sit inter membra nostra, commaculat totum corpus nostrum, & incendit series genealogiarum nostrarum quæ currunt in modum rotarum, & ipsa quoque accenditur igne.*

7 *Omnes enim naturæ ferarum & volucrum, & serpentium tum maris, tum aridæ, subijciuntur naturæ humanæ.*

8 *Linguam autem nemo potest subiugare: malum hoc incoercibile est, plenum veneno lethifero,*

9 *Per ipsam benedicimus Deo & patri, ac per eam maledicimus hominibus qui ad similitudinem Dei facti sunt.*

10 *Atque ex ipso ore exeunt maledictiones, & benedictiones. Non oportet fratres mei hæc ita fieri.*

11 *Nunquid possibile est vt ex eadem scaturigine exeant aquæ dulces & amaræ?*

12 *Aut nunquid potest ficus, fratres mei, oliuas edere, aut vitis ficus? Sic nec aquæ salsæ possunt effici dulces.*

13 *Quis est ex vobis qui sapiens & eruditus sit? Ostendat opera sua ex bonis conuersationibus per sapientiam mansuetam.*

14 *Quod si liuor amarulentus sit inter vos, aut contentio in cordibus vestris, ne intumescatis aduersus veritatem, nec mentiamini.*

15 *Quandoquidem hæc sapientia è supernis non descendit: sed est terrena à cogitationibus animæ & à dæmoniis.*

16 *Vbi enim est inuidia & contentio ibi etiam inconstantia (pauor) & omne malum.*

17 *Sapientia verò quæ è supernis est, pura est, & plena pace, & mansueta, & obediens, plenaq; miserationibus & fructibus bonis, & absque diiudicatione, ac facies (personas) non accepit.*

18 *Fructus autem iustitiæ in tranquillitate, seminantur ijs qui sunt pacifici.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Abraham pater noster nonne ex operibus iustificatus est offerens Isaac filium suum super altare?

Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius, & ex operibus fides consummata est.

Et suppleta est scriptura, dicens, Credidit autem Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam, & amicus Dei appellatus est.

Videtis igitur, quoniam ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantum?

Similiter autem & Raab meretrix, nonne ex operibus iustificata est, suscipiens nuntios, & alia via eijciens?

Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, ita & fides sine operibus mortua est.

CAP. III.

NE multi magistri fiatis, fratres mei, scientes quoniam maius iudicium capiemus.

Multa enim offendimus omnes. si quis in verbo non offendit, hic perfectus vir, potens freno circunducere & totum corpus.

Ecce equis frena in ora mittimus ad obediendum ipsos nobis, etiam omne corpus illorum circumagimus.

Ecce & naues tantæ existentes, & à validis ventis impulsæ circumferuntur à modico gubernaculo, vbi impetus dirigentis voluerit.

Ita & lingua paruum membrum est, magna gloriatur. Ecce exiguus ignis quantam materiam incendit.

Et lingua ignis, mundus iniquitatis. ita & lingua constituitur in membris nostris, maculans totum corpus, & inflammans totam natiuitatis & inflammata à gehenna.

Omnis enim natura bestiarumque & volucrum, serpentiumque & marinorum domatur, & domita est natura humana.

At linguam nullus potest hominum domare: incoercibile malum, plena veneno mortifero.

In ipsa benedicimus Deum & Patrem, & in ipsa maledicimus homines illos ad similitudinem Dei factos.

Ex ipso ore procedit benedictio, & maledictio, nõ oporret fratres mei dilecti, hæc ita fieri.

Nunquid fons de eodem foramine emanat dulce & amarum?

Nunquid potest, fratres mei, ficus oleas facere, aut vitis ficus? sic nullus fons salsam & dulcem facere aquam.

Si quis sapiens, & peritus in vobis, ostendat ex pulchra conuersatione opera sua in mansuetudine sapientiæ.

Si autem zelum amarum habetis, & contentionem in corde vestro ne gloriamini & mentimini aduersus veritatem.

Non est ista sapientia desursum descendens sed terrena, animalis, dæmoniaca.

Vbi enim zelus & irritatio, illic tumultuatio, & omnis praua actio,

Illa autem supernè sapientia, primum quidem pudica est: deinde pacifica, modesta, benè suadibilis, plena misericordia, fructibus bonis, non diiudicans, & non simulata.

Fructus autem iustitiæ in pace seminatur facientibus pacem.

Transl. Erasm. Roterod.

Abraham pater noster nonne ex factis iustificatus est, cum obtulisset Isaac filium suum super altare?

Vides, quod fides adiumento fuerit factis illius & ex factis fides perfecta fuerit?

Et impleta est scriptura, quæ dicit: Credidit Abraham Deo, & imputatum est illi ad iustitiam, & amicus Dei vocatus est.

Videtis igitur quod ex factis iustificetur homo, & non ex fide tantum?

Similiter autem & Rhaab meretrix, an non ex factis iustificata est cum excepisset nuncios, & alia via emisisset?

Nam quemadmodum corpus absque spiritu mortuum est, ita & fides absque factis mortua est.

CAP. III.

NOlite plures magistri fieri fratres mei, scientes quod maius iudicium sumpturi simus.

In multis enim labimur omnes. Si quis in sermone non labitur, hic perfectus est vir, qui possit freno moderari totum etiam corpus.

Ecce equis frena in ora immittimus, vt obediant nobis, & totum corpus illorum circumagimus.

Ecce naues quoque cum tantæ sint, & à ventis sæuis agantur, circumaguntur à minimo gubernaculo, quocunque impetus dirigentis voluerit.

Ita & lingua pusillum membrum est, & magna iactat. Ecce exiguus ignis quantam materiam incendit.

Et lingua ignis est, mundus iniquitatis sic lingua constituitur in membris nostris, quæ maculat totum corpus, & inflammat totam natiuitatis, & inflammatur à gehenna.

Omnis enim natura & ferarum & volucrum, serpentiumq́, & marinorum domatur, & domita est à natura humana.

Linguam autem nullus hominum domare potest, incoercibile malum, plena veneno mortifero.

Per ipsam benedicimus Deo & patri, & per ipsam maledicimus hominibus, qui ad similitudinem Dei conditi sunt.

Ex eodem ore procedit benedictio & maledictio. Non oportet fratres mei hæc ita fieri.

Nunquid fons ex eodem foramine emittit dulcem & amaram aquam?

Nunquid potest, fratres mei, ficus oleas gignere, aut vitis ficus? Sic nullus fons salsam ac dulcem potest edere aquam.

Quis sapiens & scientia præditus inter vos? Ostendat ex bona conuersatione opera sua cum mansuetudine sapientiæ.

Quod si æmulationem amaram habetis, & contentionem in corde vestro, nolite gloriari, & mendaces esse aduersus veritatem.

Non enim ista sapientia è supernis descendens, sed terrena, animalis, dæmoniaca,

Vbi enim æmulatio & contentio ibi inconstantia & omne opus praua.

Quæ autem è supernis est sapientia, primum quidem casta est, deinde pacifica, modesta, tractabilis, plena misericordia & fructibus bonis, absque diiudicatione, sine simulatione.

Fructus autem iustitiæ in pace seminatur, facientibus pacem.

Vulgat. Editio.

CAP. IV.

VNde bella, & lites in vobis? Nonne hinc? ex concupiscentiis vestris, quæ militât in membris vestris.

Concupiscitis, & non habetis: occiditis, & zelatis: & non potestis adipisci: litigatis, & belligeratis, & non habetis, propter quod non postulatis.

Petitis, & non accipitis: eo quòd malè petatis: vt in concupiscentiis vestris insumatis.

Adulteri, nescitis quia amicitia huius mundi, inimica est Dei? Quicunque ergo voluerit amicus esse sæculi huius, inimicus Dei constituitur.

An putatis quia inaniter Scriptura dicat: Ad inuidiam concupiscit spiritus, qui habitat in vobis?

Maiorem autem dat gratiam. Propter quod dicit: * Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. *Prou. 3. 34.

Subditi ergo estote Deo, resistite autem diabolo, & fugiet à vobis.

Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Emundate manus, peccatores: & purificate corda, duplices animo.

Miseri estote & lugete, & plorate: risus vester in luctum conuertatur, & gaudium in mœrorem.

* Humiliamini in conspectu Domini, & exaltabit vos. *1. Pet. 5. 6.

Nolite detrahere alterutrum fratres. Qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem suum, detrahit legi, & iudicat legem. Si autem iudicas legem, non es factor legis, sed iudex.

Vnus est legislator, & iudex, qui potest perdere, & liberare.

* Tu autem quis es, qui iudicas proximum? Ecce nunc qui dicitis: Hodie, aut crastino ibimus in illam ciuitatem, & faciemus ibi quidem annum, & mercabimur, & lucrum faciemus: *Ro. 14. 4

Qui ignoratis quid erit in crastino.

Quæ est enim vita vestra? vapor est ad modicum parens, & deinceps exterminabitur, pro eo vt dicatis: Si Dominus voluerit, & vixerimus, faciemus hoc aut illud.

Nunc autem exultatis in superbiis vestris. Omnis exultatio talis, maligna est.

Scienti igitur bonum facere, & non facienti, peccatum est illi.

CAP. V.

AGite nunc diuites, plorate vlulantes in miseriis vestris, quæ aduenient vobis.

Diuitiæ vestræ putrefactæ sunt: & vestimenta vestra à tineis comesta sunt.

Aurum, & argentum vestrum æruginauit: & ærugo eorum in testimonium vobis erit, & manducabit carnes vestras sicut ignis. Thesaurizastis vobis iram in nouissimis diebus.

Ecce merces operariorum, qui messuerunt regiones vestras, quæ fraudata est à vobis, clamat: & clamor eorum in aures domini sabbaoth introiuit.

Epulati estis super terram, & in luxuriis enutristis corda vestra in die occisionis.

Addixistis, & occidistis iustum, & non restitit vobis.

Transl. ex Syriac.

CAP. IV.

1 *VNde existunt inter vos bella & lites? nonne ex concupiscentiis quæ militant in membris vestris?*

2 *Concupiscitis & non habetis; & occiditis, ac æmulamini, nec deuenit in manus vestras. Et litigatis ac belligeritis, & non habetis, quoniam non postulatis.*

3 *Petitis & non accipitis, quippe qui malè petatis: vt alatis concupiscentias vestras.*

4 *Adulteri, nescitis amicitiam huius mundi inimicitiam esse apud Deum? Quicunque ergo voluerit amicus esse mundi huius, inimicus est Deo.*

5 *Vel nunquid putatis quod frustrà scriptura dicat: In inuidia concupiscit spiritus qui habitat in nobis?*

6 *Gratiam verò præstantiorem dedit nobis Dominus noster. Quapropter dicit: Deus deprimit elatos, humilibus autem dat gratiam.*

7 ** Subditi ergo estote Deo, & insurgite aduersus Satanam, & fugiet à vobis.* *Dominica xii. post Pentecosten.

8 *Et appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Purgate manus vestras à peccatores; sanctificate corda vestra, duplices animo.*

9 *Humiles efficiamini, & lugete: risus & vester in luctum vertatur, & gaudium vestrum in angustiam.*

10 *Humiles vos reddite coram Domino, & exaltabit vos.*

11 *Ne obloquamini vnus de alio fratres mei. Is enim qui obloquitur de fratre suo, aut iudicat fratrem suum, obloquitur de lege & iudicat legem. Quod si legem iudicas, non es effector legis, sed iudex illius.*

12 *Vnus est enim positor legis* (Legislator) *& iudex, qui quidem potest seruare & perdere.*

13 *Tu autem quis es qui iudicas proximum tuum? Quid porrò dicemus de ijs qui dicunt: Hodie aut cras profecturi sumus in vrbem illam, quæcunque sit, & agemus illic hunc annum; & mercabimur, & quæstum faciemus?*

14 *Neque norunt quid cras fiet.*

15 *Quæ est enim vita nostra, nisi vapor, qui ad modicum tempus apparet, & deijcitur, ac euanescit? Pro eo quod dicere debueritis: Si Dominus voluerit, & vixerimus, facturi sumus hoc aut illud.*

16 *Sese efferunt in superbia sua. Omnis gloriatio talis à malo est.*

17 *Et quisquis nouit bonum, & non exequitur illud, peccatum habet.*

CAP. V.

1 *O diuites vlulate, & plorate ob dolores qui obuenturi sint vobis.*

2 *Opulentia enim vestra corrupta est, & fœtet: & vestimenta vestra consumpta sunt à tinea.*

3 *Item aurum & argentum vestrum corruptum est, & corruptio eorum erit testimonio contra vos, & ipsa erodet carnem vestram. Ignem conceruauistis vobis in dies extremos.*

4 *Ecce merces operariorum, qui messuerunt terras vestras quam peruersè denegauistis, clamat: & clamor messorum in aures Domini Tzenaouth* (exercituum) *introiuit.*

5 *In delicijs enim vixistis super terram, & sannas egistis, ac enutriuistis corpora vestra tanquam ad diem mactationis.*

6 *Condemnastis & interemistis iustum, neque restitit vobis.*

Transl. B. Ariæ Mont.

CAP. IV.

VNde bella & pugnæ in vobis? Non hinc ex voluptatibus vestris militantibus in membris vestris?

Concupiscitis, & non habetis: occiditis, & zelatis, & non potestis adipisci, litigatis & belligeratis: & non habetis propter non petere vos.

Petitis, & non accipitis, eo quod malè petitis: vt in voluptatibus vestris insumatis.

Adulteri & adulteræ, nescitis quia amicitia mundi inimicitia Dei est? Quicunque ergo voluerit amicus esse mundi, inimicus Dei constituitur.

An putatis quia inaniter Scriptura dicit, Ad inuidiam concupiscit spiritus qui habitat in nobis?

Maiorem autem dat gratiam. Ideo dicit, Dominus superbis resistit, humilib. autem dat gratiam.

Subditi estote ergo Deo: resistite diabolo: & fugiet à vobis.

Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Emundate manus, peccatores: & purificate corda, duplices animo.

Affligimini, & lugete, & plorate: risus vester in luctum conuertatur, & gaudium in mœrorem.

* Humiliamini in conspectu Domini, & exaltabit vos.

Ne contraloquimini alij aliis, fratres. Contraloquens fratri, & iudicans fratrem suum, contraloquitur legi, & iudicat legem. Si autem legem iudicas, non es factor legis, sed iudex.

Vnus est legislator, potens seruare & perdere.

Tu autem quis es qui iudicas alterum? Age nunc dicentes. Hodie & cras ibimus in illam ciuitatem, & faciemus ibi annum vnum, & mercabimur, & lucrabimur:

Qui ignoratis illud cras.

Quæ enim vita vestra? Vapor enim erit, ad modicum apparens, deinceps verò & euanescens. Pro dicere vos, Si Dominus voluerit, & vixerimus, & faciemus hoc aut illud.

Nunc autem gloriamini in superbiis vestris. Omnis gloriatio talis maligna est.

Scienti igitur bonum facere, & non facienti peccatum illi est.

CAP. V.

AGe nunc diuites, plorate vlulantes in miseriis vestris superuenturis.

Diuitiæ vestræ putrefactæ sunt: & vestimenta vestra à tineis comesta facta sunt.

Aurum vestrum & argentum æruginauit: & ærugo eorum in testimonium vobis erit, & manducabit carnes vestras sicut ignis. Thesaurizastis in nouissimis diebus.

Ecce merces operariorum metentium regiones vestras, intercepta à vobis clamat: & clamores metentium in aures Domini sabaoth introierunt.

Delitiati estis super terram, & lasciuistis: enutristis corda vestra vt in die occisionis.

Condemnastis, occidistis iustum: non restitit vobis.

Transl. Erasm. Roterod.

CAP. IV.

1 VNde bella & lites in vobis? Nonne hinc? nimirum ex voluptatibus vestris, quæ militant in membris vestris.

2 Concupiscitis & non habetis, inuidetis & æmulamini, & non potestis adipisci, pugnatis & bellatis, non habetis propterea, quod non postulatis.

3 Petitis & non accipitis, eo quod malè petatis, vt in voluptatibus vestris insumatis.

4 Adulteri & adulteræ nescitis, quod amicitia mundi, inimicitia est cum Deo? Quicunque ergo voluerit amicus esse mundi, inimicus Dei constituitur.

5 An putatis quod inaniter scriptura dicat: Ad inuidiam concupiscit spiritus qui habitauit in nobis?

6 Maiorem autem dat gratiam.

7 Subditi ergo estote Deo, resistite autem diabolo, & fugiet à vobis.

8 Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Emundate manus ò peccatores, & purificate corda, duplices animo.

9 Affligimini & lugete & plorate, risus vester in luctum conuertatur, & gaudium in mœrorem.

10 Humiles vos reddite, in conspectu Domini & eriget vos.

11 Nolite detrahere vobis inuicem, fratres. Qui detrahit fratri, quique iudicat fratrem suum, detrahit legi, & iudicat legem. quod si iudicas legem, non es obseruator legis, sed iudex.

12 Vnus est legislator, qui potest seruare & perdere.

13 Tu quis es qui iudicas alium? Age nunc qui dicitis: hodie & cras eamus in hanc ciuitatem, & faciamus ibi annum vnum, & mercemur, & lucrum faciamus.

14 Qui ignoratis, quid futurum sit postero die.

15 Quæ est enim vita vestra? Vapor enim est, qui ad exiguum tempus apparet, & deinde euanescit: pro eo quod dicere debueritis, Si Dominus voluerit, & si vixerimus, faciamus hoc aut illud.

16 Nunc autem exultatis in superbijs vestris. Omnis exultatio talis mala est.

17 Igitur qui nouerit rectè facere, nec facit, hic peccato tenetur.

CAP. V.

1 AGe nunc diuites, plorate vlulantes super miserijs vestris, quæ aduenient vobis.

2 Diuitiæ vestræ putrefactæ sunt, vestimenta vestra tineis obnoxia facta sunt.

3 Aurum & argentum vestrum rubigine viciatum est, & rubigo eorum in testimonium vobis erit, & exedit carnes vestras sicut ignis. Thesaurum congessistis in extremis diebus.

4 Ecce merces operariorum qui messuerunt regiones vestras, quæ fraude non reddita est à vobis, clamat, & clamores eorum qui messuerant, in aures domini sabaoth introierunt.

5 In delitijs vixistis super terram, & lasciuistis, enutristi corda vestra, vt in die occisionis.

6 Condemnastis & occidistis iustum, non opponitur vobis.

Vulgat. Editio.

Patientes igitur estote fratres vsque ad aduentum Domini. Ecce agricola expectat pretiosum fructum terræ, patienter ferens donec accipiat temporaneum, & serotinum.

Patientes igitur estote & vos, & confirmate corda vestra: quoniam aduentus Domini appropinquauit.

Nolite ingemiscere fratres in alterutrum, vt non iudicemini. Ecce iudex ante ianuam assistit.

Exemplum accipite fratres, exitus mali, laboris, & patientiæ, Prophetas: qui locuti sunt in nomine Domini.

Ecce beatificamus eos, qui sustinuerunt. Sufferentiam Iob audistis, & finem Domini vidistis, quoniam misericors Dominus est, & miserator.

Ante omnia autem fratres mei * nolite iurare, neque per cœlum, neque per terram, neque aliud quodcunque iuramentum. Sit autem sermo vester: Est, est: Non, non: vt non sub iudicio decidatis.

Tristatur aliquis vestrum? oret: æquo animo est? psallat.

Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini:

Et oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus: & si in peccatis sit, remittentur ei.

Confitemini ergo alterutrum peccata vestra, & orate pro inuicem vt saluemini: multum enim valet deprecatio iusti assidua.

* Elias homo erat similis nobis passibilis: & oratione orauit vt non plueret super terram, & non pluit annos tres, & menses sex.

Et rursum orauit: & cælum dedit pluuiam, & terra dedit fructum suum.

Fratres mei, si quis ex vobis errauerit à veritate, & conuerterit quis eum.

Scire debet quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animam eius à morte, & operiet multitudinem peccatorum.

Transl. ex Syriac.

7 *Vos autem fratres mei longanimes estote vsque ad aduentum Domini, sicut agricola qui expectat fructus pretiosos fundi sui & longanimis est super eis donec accipiat pluuiam tempestiuam & serotinam.*

8 *Ita & vos longanimes estote, & corda vestra confirmate, appropinquat enim aduentus Domini nostri.*

9 *Ne ingemiscatis vnus aduersus alium, fratres mei, vt non iudicemini: ecce iudex pro foribus stat.*

10 *Exemplum accipite vobis prophetas, fratres mei, ad longanimitatem in afflictionibus vestris, qui quidem locuti sunt in nomine Domini.*

11 *Ecce enim beatitatem tribuimus ijs, qui sustinuerunt. Audistis tolerantiam Iioub, & finem, quem præstitit ei Dominus vidistis, quoniam misericors est Dominus & commiserans.*

12 *Caterum ante omnia fratres mei, ne iurauerit is per cælum neque per terram, neque per aliud iusiurandum. Sed sermo vester sit Est, Est, & Non, Non: ne sitis obnoxij iudicio.*

13 *Quòd si quis ex vobis fuerit in oppressione, oret: quod si lætetur, psallat.*

14 *Quòd si ægrotet, vocet Presbyteros ecclesiæ vt orent pro ipso, & vngant eum oleo in nomine Domini nostri.*

15 *Et oratio fidei sanitati restituet ipsum ægrotum, & eriget eum Dominus noster: quod si peccata sint ab eo commissa, remittentur ei.*

16 *Porrò confitemini alius alij delicta vestra, & orate alius pro alio vt sani efficiamini: magna siquidem est virtus orationis illius quam iustus orat.*

17 *Et Iliio homo fuit passionibus obnoxius sicut & nos: & orauit ne descenderet pluuia super terram, neque descendit per tres annos & sex menses.*

18 *Et rursum preces fudit, & cæli dederunt pluuiam, terraq; edidit fructus suos.*

19 *Fratres mei, si quis ex vobis errauerit à via veritatis, & conuerterit eum aliquis ab errore ipsius:*

20 *Sciat quod, qui reduxit peccatorem ab errore via suæ, seruaturus sit animam eius à morte, operietq; multitudinem peccatorum suorum.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Patientes igitur estote fratres vsque ad aduentum Domini. Ecce agricola expectat pretiosum fructum terræ, patienter ferens in eum donec accipiat pluuiam matutinam & serotinam.

Patientes estote & vos & confirmate corda vestra: quoniam aduentus Domini appropinquauit.

Ne ingemiscite aduersus alij alios, fratres, vt non iudicemini. Ecce iudex ante fores stetit.

Exemplum accipite fratres mei, malorum perpessionis & patientiæ, Prophetas: qui locuti sunt nomine Domini.

Ecce beatificamus tolerantes. Tolerantiam Iob audistis, & finem Domini vidistis, quoniam valdè misericors est, & miserator.

Ante omnia autem fratres mei ne iurate, neque cœlum, neque terram, neque aliud quodcunque iuramentum. Sit autem vestrum illud Etiam, etiã & illud Nõ, nõ: vt nõ in hypocrisin decidatis.

Tristatur aliquis in vobis? oret: æquo animo est quis? psallat.

Infirmatur quis in vobis? aduocet presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini:

Et oratio fidei seruabit laborantem, & eriget eum Dominus: & si peccata fuerit perpetratus, remittentur ei.

Confitemini alij alijs offensiones: & orate pro alij alijs, vt sanemini: multum valet deprecatio iusti efficax.

Elias homo erat similiter passibilis nobis: & oratione orauit ad non pluendum: & non pluit super terram, annos tres, & menses sex.

Et rursum orauit: & cælum pluuiam dedit, & terra germinauit fructum suum.

Fratres, si quis in vobis errauerit à veritate, & conuerterit quis eum:

Sciat quod ille conuertens peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animam à morte, & operiet multitudinem peccatorum.

Transl. Erasm. Roterod.

Patientes igitur estote fratres vsque ad aduentum Domini: Ecce agricola expectat pretiosum fructum terræ, patienter expectans illum, donec accipiat pluuiam tempestiuam & serotinam.

Patientes igitur estote, & vos, & confirmate corda vestra, quoniam aduentus Domini appropinquat.

Nolite ingemiscere alius aduersus alium, fratres, vt ne condemnemini: ecce iudex ante ianuam assistit.

Exemplum accipite fratres mei, afflictionis ac patientiæ prophetas, qui locuti sunt in nomine Domini.

Ecce beatos ducimus eos qui sustinent. Tolerantiam Iob audistis. & finem Domini vidistis, quod valdè misericors sit Dominus ac commiserans.

Ante omnia autem fratres mei, nolite iurare, neque per cælum neque per terram, neque aliud quodcunque iusiurandum. Sit autem vestrum Est, est: non, non: vt ne in simulationem incidatis.

Affligitur aliquis inter vos? oret. Aequo animo est aliquis? psallat.

Infirmatur quis inter vos? accersat presbyteros ecclesiæ, & orent super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini.

Et obsecratio fidei saluum reddet laborantem, & eriget eum Dominus: & si in peccatis fuerit, remittentur ei.


Confitemini inuicem alius alij delicta, & orate pro vobis inuicem, vt sani sitis. Multum enim valet deprecatio iusti efficax.

Helias homo erat similiter obnoxius affectionibus vt nos: & precatione precatus est ne pluueret: & non pluit super terram, annos tres & menses sex.

Et rursum orauit, & cælum dedit pluuiam, & de terra produxit fructum suum.

Fratres, si quis inter vos errauerit à veritate, & conuerterit quis eum,

Sciat quod, qui conuerti fecerit peccatorem ab errore via sua, saluam faciet animam à morte, & operiet multitudinem peccatorum.



PRIORIS EPISTOLÆ BEATI PETRI APOSTOLI

Vulgat. Editio.

CAPVT PRIMVM.

1 PEtrus Apostolus Iesu Christi electis aduenis dispersionis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ, & Bithyniæ.

2 Secundum præscientiam Dei Patris in sanctificatione Spiritus in obedientiam & aspersionem sanguinis Iesu Christi. Gratia vobis & pax multiplicetur.

3 * Benedictus Deus, & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui secundum misericordiam suam magnam regenerauit nos in spem viuam, per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis,

4 In hæreditatem incorruptibilem, & incontaminatam & immarcescibilem conseruatam in cœlis in vobis.

5 Qui in virtute Dei custodimini, per fidem in salutem, paratam reuelari in tempore nouissimo.

6 In quo exultabitis modicum nunc, si oportet contristari in variis tentationibus:

7 Vt probatio vestræ fidei multò pretiosior auro (quod per ignem probatur) inueniatur in laudem & gloriam, & honorem in reuelatione Iesu Christi:

8 Quem cum non videritis, diligitis: in quem nũc quoque non videntes, creditis: credentes autem exultabitis lætitia inenarrabili & glorificata.

9 Reportantes finem fidei vestræ, salutem animarum.

10 De qua salute exquisierunt atque scrutati sunt Prophetæ; qui de futura in vobis gratia prophetauerunt:

11 Scrutantes in quod vel quale tempus significaret in eis Spiritus Christi, prænuncians eas quæ in Christo sunt passiones, & posteriores glorias.

12 Quibus reuelatum est quia non sibimetipsis, vobis autem ministrabant ea, quæ nunc nuntiata sunt vobis per eos, qui euangelizauerũt vobis Spiritu sancto misso de cælo, in quem desiderant Angeli prospicere.

13 Propter quod succincti lumbos mentis vestræ, sobrij, perfectè sperate in eam quæ offertur vobis gratiam, in reuelationem Iesu Christi:

14 Quasi filij obedientiæ, non configurati prioribus ignorantiæ vestræ desideriis:

15 Sed secundum eum qui vocauit vos, Sanctum: & ipsi in omni conuersatione sancti sitis:

16 Quoniam scriptum est: * Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum.

17 Et si Patrem inuocatis eum qui * sine acceptione personarum iudicat secundũ vniuscuiusque opus, in timore incolatus vestri tempore conuersamini.

1. Cor. 1. 3. Eph. 1. 3.

* Leu. 11. 44. & 19. 2. & 20. 7. * Deu. 10. 17. Ro. 2. 11. Gala. 2. 6

PRIORIS EPISTOLÆ BEATI PETRI APOSTOLI

Transl. ex Syriac.

CAPVT PRIMVM.

1 PEtrus Apostolus Ieschua Meschicho electis & aduenis qui sparsi sant in Ponto, & in Galatia, Cappadocia, & Asia, & Bythynia, Domini ea nous,

2 Iis qui electi sunt per præscientiam Dei Patris, per sanctificationem Spiritus, vt sint in obedientiam, & aspersionem sanguinis Ieschua Meschicho: Gratia & pax multiplicetur apud vos.

3 Benedictus Deus pater Domini nostri Ieschua Meschicho qui multa misericordia sua genuit nos denuò per resurrectionem Domini nostri Ieschua Meschicho in spem vita.

4 Et in hæreditatem incorruptibilem, & incontaminatam, ac immarcessibilem, quæ parata est vobis in cœlis.

5 Qui custodimini virtute Dei & fide in salutem, quæ parata est vt reueletur in temporibus nouissimis.

6 In quibus latabimini in æternum, etsi hoc tempore paululum in angustiam redacti sitis per varias tentationes, quæ transeunt super vos.

7 Vt probatio fidei vestræ appareat excellentior auro purgato, quod probatum est per ignem in laudem & honorem, & gloriam, in reuelatione Ieschua Meschicho.

8 Quem cum non videritis, diligitis: ac per fidem in eum exultatis cum gaudio glorificato ineffabili:

9 Vt recipiatis retributionem fidei vestræ salutem animarum vestrarum.

10 De qua salute exquisierant prophetæ, quum vaticinati sunt de gratia quæ futura est vt detur vobis.

11 Et scrutati sunt, quo tempore demonstraturus esset, ac testimonium redditurus Spiritus ille Meschicho, qui habitabat in ipsis, de futuris passionibus Meschicho, & gloria eius postea.

12 Et reuelata fuerunt illis quacunque scrutabantur, quia non sibimetipsis perquirebant, sed nostra nobis vaticinabantur, ea nempe, quæ nunc reuelata sunt vobis per eos, qui euangelizauerunt vobis Spiritu sanctitatis, qui missus est è cœlis, in quem desiderant etiam Angeli prospicere.

13 Quapropter accingite lumbos mentium vestrarum, & excitamini perfectè, & sperate in gaudium illud quod obuenturum est vobis in reuelatione Domini nostri Ieschua Meschicho.

14 Tanquam filij obedientes: neque communicaueritis amplius primis illis concupiscentiis, quibus concupiscebatis absque scientia,

15 Sed estote sancti in omnibus conuersationibus vestris, quemadmodum Sanctus est ille qui vocauit vos.

16 Quandoquidem scriptum est: Estote Sancti sicut & ego sanctus sum.

17 Quod si patrẽ vocatis eũ in cuius cõspectu nõ est acceptio faciẽũ (personarum) & qui iudicat vnumquẽq; secundũ opera eius timore ducimini hoc tempore incolatus vestri.

PRIORIS EPISTOLÆ BEATI PETRI APOSTOLI

Transl. B. Ariæ Mont.

CAPVT PRIMVM.

PEtrus Apostolus Iesu Christi electis aduenis dispersionis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ, & Bithyniæ.

Secundum prænotionem Dei Patris in sanctificatione Spiritus in obedientiam & aspersionem sanguinis Iesu Christi. Gratia vobis & pax multiplicetur.

Benedictus Deus, & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui secundum multam suam misericordiam regenerans nos in spem viuam, per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis,

In hæreditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarcescibilem conseruatam in cœlis in vos.

In virtute Dei custoditos, per fidem in salutem paratam reuelari in tempore nouissimo.

In quo exultatis modicum nunc, (si opus est) tristati in variis tentationibus:

Vt probatio vestræ fidei multò pretiosior auro illo perdito, per ignem verò explorato, inueniatur in laudem & honorem & gloriam, in reuelatione Iesu Christi:

Quem non videntes diligitis: in quem non videntes, credentes autem, exultatis lætitia inenarrabili & glorificata,

Reportantes finem fidei vestræ, salutem animarum.

De qua salute exquisierunt atque scrutati sunt Prophetæ; qui de illa in vos gratia prophetantes,

Scrutantes in quod vel quale tempus significaret in eis Spiritus Christi, prætestatus illas in Christum passiones, & post hæc glorias.

Quibus reuelatum est quia non sibimetipsis, vobis autem ministrabant ea, quæ nunc nuntiata sunt vobis per eos euangelizantes vobis in Spiritu sancto misso de cælo, in quæ desiderant Angeli prospicere.

Ideo succincti lumbos mentis vestræ, sobrij, perfectè sperate in eam latam, vobis gratiam in reuelatione Iesu Christi,

Quasi filij obedientiæ, non configurati illis prius in ignorantia vestra cupiditatibus:

Sed secundum eum vocantem vos, Sanctum, & ipsi sancti in omni conuersatione fiatis:

Quoniam scriptum est: Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum.

Et si Patrem inuocatis eum sine acceptione personarum iudicantem secundum vniuscuiusque opus, in timore commorationi vestræ tempus conuersamini.

PRIORIS EPISTOLÆ BEATI PETRI APOSTOLI

Transl. Erasm. Roterod.

CAPVT PRIMVM.

1 *PEtrus Apostolus Iesu Christi, aduenis sparsim incolentibus Pontum, Galatiam, Cappadociam, Asiam, & Bythyniam, delectis.*

2 *Iuxta præfinitionem Dei Patris, per sanctificationem Spiritus, in obedientiam & aspersionem sanguinis Iesu Christi. Gratia vobis & pax multiplicetur.*

3 *Laudandus est Deus, & pater Domini nostri Iesu Christi, qui iuxta copiosam suam misericordiam regenuit nos in spem viuam, per hoc quod resurrexit Iesus Christus ex mortuis,*

4 *In hæreditatem immortalem, & incontaminabilem, atque immarcessibilem, conseruatam in cœlis erga vos,*

5 *Qui virtute Dei custodimini per fidem, ad salutem, quæ in hoc parata est, vt pareat in tempore supremo,*

6 *In quo exultatis, nunc ad breue tempus affuncti in variis experimentis, si opus sit,*

7 *Quo exploratio fidei vestræ multò pretiosior auro, quod perit, & tamen per ignem probatur, reperiatur in laudem & gloriam & honorem, tum cum reuelabitur Iesus Christus.*

8 *Quem cum non videatis, diligitis: in quem in præsentia, cum non videritis, credentes tamen, exultatis gaudio ineffabili, & glorificato,*

9 *Reportantes finem fidei vestræ, salutem animarum.*

10 *De qua salute exquisierunt, & scrutati sunt prophetæ, qui de ventura in vos gratia vaticinati sunt,*

11 *Scrutantes ad quem, aut cuiusmodi temporis articulum significaret, qui in illis erat Spiritus Christi qui priusquam acciderent, testabatur ventures in Christum afflictiones: & quæ essent consecuturæ gloriæ,*

12 *Quibus & illud reuelatum est, quod haud sibiipsis, imò nobis ministrarent, hæc quæ nunc annunciata sunt vobis, per eos, qui vobis prædicauerunt Euangelium, per Spiritum sanctum emissum è cælo in quæ desiderant Angeli prospicere.*

13 *Quapropter succincti lumbis mentis vestræ, sobrij, perfectè sperate in eam quæ ad vos defertur gratiam, dum vobis patefit Iesus Christus,*

14 *Tanquam filij obedientes, vt non accommodetis vos pristinis concupiscentiis, quibus dum adhuc ignoraretis Christum, agebamini.*

15 *Sed quemadmodum is qui vos vocauit, sanctus est: ita ipsi quoque sancti in omni conuersatione reddamini:*

16 *Propterea quod scriptum est: Sancti estote, nam ego sanctus sum.*

17 *Et si patrem inuocatis citra personarum respectum iudicantem iuxta cuiusque opus, videte vt in timore conuersantes, incolatus vestri tempus transigatis,*

Vulgat. Editio.

Scientes quod non corruptibilibus auro vel argento, redempti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis.

1 Cor. 6. 20. 7. 23. Heb. 9. 12. 1. Io. 1. 7. Apoc. 1. 5. *Sed pretioso sanguine quasi Agni immaculati Christi & incontaminati.

Prægogniti quidem ante mundi constitutionem, manifestati autem nouissimis ¦ temporibus propter vos.

Qui per ipsum fideles estis in Deo, qui suscitauit eum à mortuis & dedit ei gloriam, vt fides vestra & spes esset in Deo.

Animas vestras castificantes in obedientia charitatis in fraternitatis amore, simplici ex corde inuicem diligite attentius.

Renati non ex semine corruptibili, sed incorruptibili, per verbum Dei viui & permanentis in æternum.

Isa. 40. 6. Eccliq. 18. Esa. 1. 10. * Quia omnis caro vt fœnũ, & omnis gloria eius tãquã flos fœni, exaruit fœnũ, & flos eius decidit.

Verbum Domini manet in æternum. Hoc est autem verbum quod euangelizatum est in vos.

CAP. II.

Rom. 6. 4. Ephes. 4. 22. Col. 3. 8. Heb. 12. 1. DEponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolum, & simulationes & inuidias, & omnes detractiones.

Sicut modo geniti infantes, rationabile sine dolo lac concupiscite: vt in eo crescatis in salutem.

Si tamen gustastis, quoniam dulcis est Dominus.

Ad quem accedentes, lapidem viuum, ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autem electum, & honorificatum.

Et ipsi tanquam lapides viui superædificamini domus spiritualis sacerdotium sanctum, offerre spiritales hostias, acceptabiles Deo per Iesum Christum.

*Propter quod continet Scriptura: * Ecce pono in Sion lapidem summum angularem, electum, pretiosum, & qui crediderit in eũ, non cõfundetur.

Vobis igitur honor credentibus. non credentibus autem, *lapis quem reprobauerũt ædificantes, hic factus est in caput anguli.

Is. 28. 16. Ro. 9. 33.

Ps. 117. 22. Matt. 21. 42. Act. 4. 11. Esa. 8. 14. Et lapis offensionis, & petra scandali his, qui offendunt verbo, nec credunt in quo & positi sunt.

Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis: vt virtutes annuntietis eius qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum.

*Qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei, qui non consecuti misericordiam, nunc autem misericordiam consecuti.

Osee. 2. 23. Ro. 9. 25.

*Charissimi, obsecro vos tanquam aduenas & peregrinos, abstinere vos à carnalibus desideriis, quę militant aduersus animam:

Ro. 13. 14. Gal. 5. 16.

Conuersationem vestram inter Gentes habentes bonam: vt in eo quod detrectant de vobis tanquã de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Deum in die visitationis.

*Subiecti igitur estote omni humanæ creaturæ propter Deum: siue regi, quasi præcellenti:

Ro. 13. 1.

Siue ducibus, tanquam ab eo missis, ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum.

Quia sic est voluntas Dei, benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam.

Transl. ex Syriac.

18 *Quum sciatis nec argento quod corrumpitur, nèc auro vos redemptos fuisse ab illis vanis operibus vestris, quæ accepistis à patribus vestris.*

19 *Sed pretioso sanguine Agni illius, qui nec nœuum nec maculam habet, hoc est Meschicho.*

20 *Qui prœordinatus fuerat ad hoc ante iacta mundi fundamenta, reuelatus est autem in fine temporum propter vos.*

21 *Qui quidem per ipsum credidistis in Deum, qui excitauit eum à mortuis, & dedit ei gloriam, vt fides spesq; vestra sit in Deo.*

22 *Quum sanctificaueritis animas vestras per obedientiam veritatis, & fueritis pleni charitate absque acceptione facierum (simulatione) vt ex puro & integro corde vos inuicem diligatis.*

23 *Vt qui denuò geniti estis non ex semine corruptibili, sed ex illo incorruptibili, per viuum sermonem Dei, qui stat in æternum.*

24 *Quoniam omnis caro herba, & omnis decor eius tanquam folium agri: exaruit herba & marcescit folium.*

25 *At verbum Dei nostri stat in secula: & hoc est verbum quod euangelizatum est vobis.*

CAP. II.

1 DEponite ergo à vobis omnem malitiam, omnemque fraudem, & simulationem, & inuidiam, & obtrectationem: *Dominicas v. Post Epiphaniam.*

2 *Et estote sicuti infantes simplices, & appetite verbum illud tanquam lac purum & spirituale; vt per illud adolescatis ad salutem.*

3 *Si gustaueritis, & videritis, quàm bonus sit Dominus.*

4 *Ad quem accedentes, qui est lapis viuus, quem reprobauerunt filij hominum, sed electus & pretiosus est apud Deum.*

5 *Quin & vos tanquam lapides viui ædificemini, ac estote templa spiritualia, & Sacerdotes sancti ad offerendas hostias, quæ acceptabiles sint coram Deo per Ieschua Meschicho.*

6 *Dictum est enim in Scriptura: Ecce pono in Tzehioun lapidem electum & pretiosum in caput anguli, in quem qui crediderit, non pudefiet.*

7 *Vobis igitur datus est hic honor, ijs nimirum qui credunt: illis verò qui sunt increduli,*

8 *Lapis est offendiculi, aut petra in quam impingitur, & offendunt ad eam quòd non acquiescant sermoni in quem positi sunt.*

9 *Vos autem genus electum estis quod fungatur sacerdotio ad regnum, gens sancta, cœtus redemptus, vt euangelizetis laudes eius, qui vocauit vos à tenebris in præstantissimam lucem suam.*

10 *Qui quondam non habiti estis populus, nunc autem populus Dei, nec super vos erant misericordiæ, nunc autem effusæ sunt super vos miserationes.*

11 *Dilecti mei, obsecro vos tanquam aduenas & peregrinos, seiungite vos ab omnibus illis concupiscentijs corporis quæ bellum gerunt aduersus animam.* *De Ioannem Baptista.

12 *Sintq; bonæ conuersationes vestræ coram? omnibus filijs hominum: vt ij qui obloquuntur de vobis malos sermones, conspiciant bona opera vestra, & glorificent Deum in die examinis.*

13 *Proinde estote subditi omnibus filijs hominum propter Deum, regibus propter imperium ipsorum:*

14 *Iudicibus autem, vt qui ab eo missi sunt ad vindictam nocentium, laudem verò benè agentium.*

15 *Quia sic est voluntas Dei, vt per bona opera vestra obturetis os stultorum illorum, qui non norunt Deum.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Scientes quod non corruptibilibus argento, vel auro redempti estis de vana vestra conuersatione paterna traditione accepta.

Sed pretioso sanguine quasi Agni immaculati & incontaminati Christi.

Præcogniti quidem ante constitutionem mundi, manifestati autem in nouissimis temporibus propter vos.

Per ipsum credentes in Deum illum suscitantem eum à mortuis & gloriam ei dantem, vt fidem vestram & spem esse in Deum.

Animas vestras castificantes in obedientia veritatis per Spiritum in fraternum amorem non simulatum ex puro corde alij alios diligite impensè.

Renati non ex semine corruptibili, sed incorruptibili, per verbum Dei viui & permanentis in æternum.

Quia omnis caro vt fœnum, & omnis gloria hominis vt flos fœni, exaruit fœnū, & flos ei⁹ decidit.

At verbum Domini manet in æternum. Hoc autem est verbum euangelizatum in vos.

CAP. II.

DEponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolum, & simulationes & inuidias, & omnes oblocutiones.

Sicut modo geniti infantes, rationale sine dolo lac concupiscite: vt in eo augeamini.

Siquidem gustastis, quoniam benignus ille Dominus.

Ad quem accedentes, lapidem viuum, ab hominibus quidem reprobatum, à autem Deo electum, honorabilem.

Et ipsi tanquam lapides viui superædificamini domus spiritualis sacerdotium sanctum, offerre hostias spiritales, bene acceptabiles Deo per Iesum Christum.

Propter quod continetur in Scriptura: Ecce pono in Siō lapidem summum angularem, electum, pretiosum. & credens in eo, non pudefiet.

Vobis igitur honor credentibus. non credentibus autem, lapis quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli.

Et lapis offensionis, & petra scandali, qui offendunt verbo, inpersuasi, in quod & positi sunt.

Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus in vendicationem, vt virtutes annuntietis eius de tenebris vos vocantis in admirabile suum lumen.

Qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei, qui non consecuti misericordiam, nunc autem misericordiam consecuti.

Dilecti, obtecro tanquam aduenas & peregrinos, abstinere carnalibus desideriis, quę militant aduersus animam:

Conuersationem vestram habentes honestam in Gentibus, vt in quo obloquuntur vobis vt malefactoribus, ex bonis operibus inspicientes, glorificent Deum in die visitationis.

Subiecti estote igitur omni humanæ creaturæ propter Dominum: siue regi, quasi superhabenti:

Siue præsidibus, vt per eum missis, ad vindictam quidem malefactorum, laudem vero benè agentiū.

Quia sic est voluntas Dei, benefacientes capistrare imprudentium hominum ignorantiam.

Transl. Erasm. Roterod.

Cum sciatis vos, non caducis rebus velut argento & auro fuisse redemptos à vana vestra conuersatione, quam ex patrum acceperatis traditione.

Sed pretioso sanguine velut Agni immaculati, & incontaminati Christi.

Qui præordinatus quidem fuerat, antequam conditus esset mundus, sed manifestatus fuit extremis temporibus propter vos.

Qui per illum creditis in Deum, qui illum excitauit à mortuis, & gloriam ei dedit, vt vos fidem ac spem haberetis erga Deum.

Qui animas vestras purificastis obediendo veritati, per Spiritum cum charitate fraterna, ab omni simulatione aliena, ex puro corde vos inuicem diligite impensè.

Renati non ex semine mortali, sed ex immortali per sermonem viuentis Dei, & manentis in æternum.

Propterea quod omnis caro gramen sit, & omnis gloria hominis quasi flos graminis. Exaruit gramē, & flos decidit.

At verbum Domini manet in æternum. Hoc autem est verbum, quod per euangelium delatum est ad vos.

CAP. II.

PRoinde depositā omni malitia, & omni dolo, & simulationibus, & inuidentijs & omnibus obtrectationibus.

Vt modo nati infantes, lac illud non corporis, sed animi, quod dolum nescit, appetite, vt per illud subolescatis.

Siquidem gustastis, quod benignus sit Dominus.

Ad quem accedentes, qui lapis est viuus, ab hominibus quidem reprobatus, apud Deum verò electus ac pretiosus.

Ipsi quoque veluti viui lapides ædificemini, domus spiritualis, sacerdotium sanctum ad offerendum spirituales hostias, acceptabiles Deo per Iesum Christum.

Quapropter & continet Scriptura, Ecce pono in Sion lapidem, in summo ponendum angulo, electum, pretiosum, Et qui crediderit in illo non pudefiet.

Vobis igitur pretiosus est, qui creditis. Caterum ijs qui non credunt lapis, quem reprobauerant ædificantes, hic cæpit esse caput anguli:

Et lapis in quem impingitur, & petra ad quam offendunt, nempe ijs qui impingunt in sermonem, neque credunt in id ad quod & instituti fuerant.

Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus qui in lucrum accessit, vt virtutes prædicetis illius, qui è tenebris vos vocauit in admirabilem suam lucem.

Qui quondam eratis non populus, nunc populus Dei, qui quondam non consecuti misericordiam, nunc estis misericordiam consecuti.

Dilecti, obsecro tanquam aduenas ac peregrinos, abstinete à carnalibus concupiscentijs, quæ militant aduersus animam,

Et conuersationem vestram habete honestam inter gentes, vt in hoc quod obtrectant vobis quasi malefici ex bonis operibus æstimantes vos, glorificent Deum in die visitationis:

Proinde subditi estote cuiuis humanæ creaturæ propter Dominum, siue regi tanquam præcellenti,

Siue præsidibus, vt qui per eum mittantur ad vindictam quidem nocentium, laudem verò rectè agentium.

Quoniam sic est voluntas Dei, vt benefaciendo obturetis os hominibus stultis & ignorantibus.

Vulgat. Editio.

Quasi liberi, & non quasi velamen habentes malitiæ libertatem, sed sicut serui Dei.

Rom. 12. 10. Omnes honorate: *fraternitatem diligite: Deum timete: Regem honorificate.

*Ephe. 6. 5. Col. 3. 22. Tit. 2. 9. * Serui subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis & modestis, sed etiam discolis.

Hæc enim gratia, si propter Dei conscientiam sustinet quis tristitias, patiens iniustè.

Quæ enim est gloria, si peccantes, & colaphyzati suffertis? Sed si bene facientes patienter sustinetis: hæc est gratia apud Deum.

In hoc enim vocati estis: quia & Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum vt sequamini vestigia eius,

*Isa. 53. 9. * Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius:

Qui cum malediceretur, non maledicebat: cum pateretur, non comminabatur: tradebat autem iudicanti se iniustè:

1. Pet. 3. 5. Isa. 53. 5. * Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum: vt peccatis mortui, iustitiæ viuamus: cuius liuore sanati estis.

Eratis enim sicut oues errantes, sed conuersi estis nunc ad pastorem, & episcopum animarum vestrarum.

CAP. III.

Col. 3. 18. Ephe. 5. 25. Similiter & mulieres subditæ sint viris suis: vt & si qui non credunt verbo, per mulierum conuersationem sine verbo lucrifiant,

Considerentes in timore castam conuersationem vestram.

*2. Tim. 2. 9. Quarum non sit extrinsecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus?

Sed qui absconditus est cordis homo, in incorruptibilitate quieti, & modesti spiritus, qui est in conspectu Dei locuples.

Sic enim aliquando & sanctæ mulieres, sperantes in Deo, ornabant, se subiectæ propriis viris.

*Gen. 18. 12. * Sicut Sara obediebat Abrahæ, dominum eum vocans: cuius estis filiæ benefacientes, & non pertinentes vllam perturbationem.

*1. Cor. 7. 3. * Viri similiter cohabitantes secundum scientiam, quasi infirmiori vasculo muliebri impartientes honorem, tanquam & cohæredibus gratiæ vitæ: vt non impediantur orationes vestræ.

In fine autem omnes vnanimes, compatientes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles:

*Pro. 17. 13. Rom. 12. 17. 1. Thes. 5. 15. * Non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto, sed è contrario benedicentes: quia in hoc vocati estis, vt benedictionem hæreditate possideatis.

*Psal. 33. 13. Qui enim vult vitam diligere, & dies videre bonos, coerceat linguam suam à malo, & labia eius ne loquantur dolum:

Isa. 1. 16. * Declinet à malo, & faciat bonum: inquirat pacem, & sequatur eam.

Quia oculi Domini super iustos, & aures eius in preces eorum: Vultus autem Domini super facientes mala.

Transl. ex Syriac.

16 *Tanquam filij liberi, & non tanquam homines quibus facta sit sua libertas velamen malitiæ ipsorum, sed tanquam serui Dei.*

17 *Omnes honorate: fratres vestros diligite: ac Deum reueremini: & regibus honorem exhibete.*

18 *Illis autem seruis qui sunt inter vos, (dico) subditi estote heris vestris cum timore, non tantum bonis & mansuetis, sed etiam duris & asperis.*

19 *Illi enim gratiam habent coram Deo, qui propter bonam conscientiam sufferunt molestias quæ sibi obueniunt ab iniquis.*

20 *Qui verò propter delicta sua sustinent afflictiones, quamnam habent gloriam? Sed quum benè feceritis, oppressi fueritis, ac sustinueritis tunc crescet gloria vestra apud Deum.*

21 *Ad hoc enim vocati estis, quoniam & Meschicho mortuus est pro nobis & reliquit nobis hoc exemplum, vt & vos per vestigia eius incedatis.*

22 *Qui quidem non fecit peccatum, neque dolus inuentus est in ore ipsius.*

23 *Qui maledicentiam pertulit, neque maledixit: & passus est, neque comminatus est, sed tradebat iudicium suum iudici iustitiæ.*

24 *Et baiulauit omnia peccata nostra, eaq; sustulit in corpore suo ad crucem; vt quum mortui fuerimus peccato, per iustitiam illius viuamus: nam eius liuore sanati estis:*

25 *Qui errabatis tanquam oues, nunc autem conuersi estis ad pastorem, & curatorem animarum vestrarum.*

CAP. III.

1 *Similiter & vos mulieres subditæ estote maritis vestris, vt eos qui non acquiescunt sermoni, bonis moribus vestris acquiratis absque labore:*

2 *Quum viderint in timore & castitate vos conuersari.*

3 *Neque ornemini ornatu externo, vt cincinnis capillorum vestrorum, aut additamentis auri, aut excellentibus vestimentis.*

4 *Sed ornemini in homine abscondito cordis, in spiritu mansueto incorruptibili ornatu excellentiori coram Deo.*

5 *Sic enim & quondam mulieres illæ sanctæ, quæ sperabant in Deo, exornabant sese; & erant subditæ maritis suis.*

6 *Quemadmodum Saro subdita erat ipsi Abrohom; & vocabat eum, Domine mi: cuius vos estis filiæ in bonis operibus non conturbatæ vllo timore.*

7 **Vos autem, viri habitate cum mulieribus vestris secundum scientiam, & tanquam vasa infirmiora in honore eas habetote; quoniam & ipsæ sunt vobiscum hæredes doni vitæ in æternum: neque suspensi sitis in orationibus vestris.* *Dominicas vj. post Epiphaniam.

8 *Finis porrò hic est; vt sitis omnes vnanimes, estote itaq; compatientes ijs qui patiuntur, & vos inuicem diligite, & estote misericordes & mansueti.*

9 *Et nemini malum pro malo rependatis, nec etiam maledicentiam pro maledicentia: sed è contrario illis bene precemini. Ad hoc enim vocati estis, vt benedictionem hæreditate possideatis.*

10 *Qui ergo desiderat vitam, & amat videre dies bonos, custodiat linguam suam à malo, & labia sua ne loquantur fraudem.*

11 *Transeat (recedat) à malo, & faciat bonum; & quærat pacem, cursuq; ad eam contendat.*

12 *Quoniam oculi Domini sunt super iustos, & aures eius ad assidendum eos; vultus (ira) autem Domini est super improbos.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Quasi liberi, & non quasi velamen habentes malitiæ libertatem, sed sicut serui Dei.

Omnes honorate, Fraternitatem diligite, Deum timete, Regem honorificate.

Serui, subditi in omni timore dominis, non tantùm bonis & æquis, sed etiam prauis.

Hoc enim gratia, si propter conscientiam Dei sustinet quis tristitias, patiens iniustè.

Quæ enim laus, si peccantes, & colaphizati sufferetis? Sed si benè facientes, & patientes sustinetis, hoc gratia apud Deum.

In hoc enim vocati estis: quia & Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius:

Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius.

Qui conuitiis affectus non contra conuitiabatur: patiens, non minabatur: tradebat autem iudicanti iustè.

Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, vt peccatis mortui, iustitiæ viuamus. cuius vibice eius sanati estis:

Eratis enim sicut oues errantes: sed conuersi estis nunc ad pastorem & episcopum animarum nostrarum.

CAP. III.

Similiter mulieres subditæ propriis viris, vt & si qui non suadentur verbo, per mulierum conuersationem sine verbo lucrifiant,

Aspicientes illam in timore castam conuersationem vestram.

Quarum sit non extrinsecus implicationis capillorum, & circumpositionis aureorum, aut indumenti vestimentorum ornatus.

Sed ille absconditus cordis homo, in incorruptibilitate lenis & quieti spiritus: qui est in conspectu Dei pretiosus.

Sic enim aliquando & illæ sanctæ mulieres sperantes in Deum, ornabant seipsas, subiectæ propriis viris.

Sicut Sara obediebat Abrahæ, dominum eum vocans: cuius factæ estis natæ, benefacientes, & non timentes vllam consternationem animi.

Viri similiter, cohabitantes secundùm cognitionem, quasi infirmiori vasi muliebri tribuentes honorem, tanquam & cohæredes gratiæ viuæ: ad non intercidi orationes vestras.

At finis, omnes vnanimes, compatientes, fraternitatis amatores, misericordes, humiles.

Non reddentes malum pro malo, aut conuitium pro conuitio: contrarium verò, benedicentes: scientes quia in hoc vocati estis, vt benedictionem hæreditate possideatis.

Nam volens vitam diligere, & videre dies bonos, coërceat linguam suam à malo, & labia sua non loqui dolum.

Declinet à malo, & faciat bonum: inquirat pacem, & sequatur eam.

Quia oculi Domini super iustos, & aures eius in preces eorum: Vultus autem Domini super facientes mala.

Transl. Erasm. Roterod.

16 *Tanquam liberi, & non velati prætextum habentes malitiæ libertatem, sed tanquam serui Dei.*

17 *Omnes honorate, fraternitatem diligite, Deum timete, regem honorate.*

18 *Famuli subditi sint cum timore dominis, non solum bonis ac humanis, verumetiam prauis.*

19 *Nam hæc est gratia, si quis propter conscientiam Dei suffert molestias, præter meritum affectus malis.*

20 *Quæ enim est laus, si cum peccantes alapis cædimini sufferetis? At si cum benefacitis, & tamen malis afficimini, sufferetis. Hæc enim est gratia apud Deum.*

21 *Siquidem in hoc vocati estis, quoniam & Christus afflictus est pro nobis, relinquens nobis exemplum, vt insequeremini vestigia ipsius,*

22 *Qui peccatum non fecerat nec inuentus est dolus in ore illius*

23 *Qui cum maledictis inciperetur, non regessit maledicta: cum malis afficeretur, non minabatur. Sed tradidit vindictam ei, qui iudicat iustè,*

24 *Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo, super lignum, quo peccatis mortui iustitiæ viueremus. Cuius eiusdem vibice sanati fuistis.*

25 *Nam eratis velut oues errantes, sed conuersi estis nunc ad pastorem, & curatorem animarum vestrarum.*

CAP. III.

1 *Similiter vxores subditæ sitis vestris viris, vt etiam qui non obtemperant sermoni, per vxorum conuersationem absque sermone lucrifiant:*

2 *Dum considerant cum reuerentia coniunctam castam conuersationem vestram,*

3 *Quarum ornatus sit, non externus, qui situs est in plicatura capillorum, & additione auri, aut in palliorum amictu,*

4 *Verum occultus, qui est in corde homo, si is careat omni corruptela, ita vt spiritus placidus sit ac quietus, qui spiritus in oculis Dei magnifica ac sumptuosa res est*

5 *Nam ad eum modum olim & sanctæ illæ mulieres sperantes in Deo, comebant sese, & subditæ erant suis viris,*

6 *Quemadmodum Sara obediuit Abrahæ, dominum illum appellans, cuius factæ estis filiæ, dum benefacitis, & non terremini vllo pauore.*

7 *Viri similiter cohabitent secundum scientiam, velut infirmiori vasi muliebri impartientes honorem, tanquam etiam coheredes gratiæ vitæ, ne interrumpantur preces vestræ.*

8 *In summa, omnes sitis vnanimes, similiter affecti, fraterna præditi charitate, misericordes, affabiles,*

9 *Non retaliantes malum malo, aut conuitium conuitio, sed contra, benedicentes, scientes vos in hoc vocatos esse, vt benedictionem hæreditate possideatis.*

10 *Nam qui vult vitam diligere, & videre dies bonos, coërceat linguam suam à malo, & labia sua ne loquantur dolum.*

11 *Declinet à malo, & faciat bonum, quærat pacem, & persequatur eam:*

12 *Quoniam oculi Domini super iustos, & aures eius ad deprecationem illorum. Rursus aspectus domini super eos qui faciunt mala.*

Vulgat. Editio.

Et quis est qui vobis noceat, si boni æmulatores fueritis?

* Sed & si quid patimini propter iustitiam, beati. Timorem autem eorum ne timueritis, & non conturbemini.

Dominum autem Christum sanctificate, in cordibus vestris, parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea, quæ in vobis est, spe.

* Sed cum modestia, & timore, conscientiam habentes bonam: vt in eo, quod detrahunt vobis, confundantur, qui calumniantur vestram bonam in Christo conuersationem.

Melius est enim benefacientes (si voluntas Dei velit) pati quàm malefacientes.

Quia & Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, vt nos offerret Deo, mortificatus quidem carne, viuificatus autem spiritu.

In quo & his, qui in carcere erant, spiritibus veniens prædicauit:

Qui increduli fuerant aliquando, * quando expectabant Dei patientiam in diebus Noë, cum fabricaretur arca: in qua pauci, id est octo animæ saluæ factæ sunt per aquam.

Quod & vos nunc similis formæ saluos facit baptisma: non carnis depositio sordium, sed conscientiæ bonæ, interrogatio in Deum per resurrectionem Iesu Christi,

Qui est in dextera Dei, deglutiens mortem vt vitæ æternæ hæredes efficeremur; profectus in cælum subiectis sibi Angelis, & potestatibus, & virtutibus.

CAP. IIII.

Christo igitur passo in carne, & vos eadem cogitatione armamini: quia qui passus est in carne, desijt à peccatis:

Vt iam non desiderijs hominum, sed voluntati Dei, quod reliquum est in carne viuat temporibus.

* Sufficit enim præteritum tempus ad voluntatem Gentium consummandam his, qui ambulauerunt in luxurijs, desiderijs, vinolentijs, comessationibus, potationibus, & illicitis idolorum cultibus.

In quo admirantur non concurrentibns vobis in eandem luxuriæ confusionem, blasphemantes.

Qui reddent rationem ei, qui paratus est iudicare viuos & mortuos.

Propter hoc enim & mortuis euangelizatum est: vt iudicentur quidem secundum homines in carne, viuant autem secundum Deum in Spiritu.

Omnium autem finis appropinquauit. Estote itaque prudentes, & vigilate in orationibus.

Ante omnia autem, mutuam in vobismetipsis charitatem continuam habentes: quia charitas operit multitudinem peccatorum.

Hospitales inuicem sine murmuratione.

* Vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei,

* Si quis loquitur, quasi sermones Dei: si quis ministrat, tamquam ex virtute, quam administrat Deus: vt in omnibus honorificetur Deus per Iesum Christum: cui est gloria, & imperium in sæcula sæculorum: Amen.

Transl. ex Syriac.

13 *Et quis vobis malefaciet, si fueritis zelatores bonitatis?*

14 *Quod si patiamini propter iustitiam, beati estis: neque reformidabitis eos qui terrorem vobis incutiunt, neque conturbabimini:*

15 *Sed sanctificate in cordibus vestris Dominum Meschicho. Et estote parati ad depromendum spiritum* (ad satisfaciendum) *omni poscenti vos rationem de spe fidei.*

16 *Cum humilitate & timore, habentes bonam conscientiam: adeo vt ij qui obloquuntur de vobis tanquam de hominibus sceleratis, confundantur, vt qui calumnientur bono in Meschicho mores vestros.*

17 *Præstat enim vobis quum feceritis bona opera, vt mala reporteris (siquidem talis fuerit voluntas Dei) quàm quum malefeceritis.*

18 *Quoniam & Meschicho semel mortuus est propeccatis nostris, iustus pro sceleratis, vt nos offerret Deo, & mortuus est corpore, & vixit spiritu.*

19 *Et prædicauit animabus illis quæ detinebantur in sepulchro:*

20 *Quæ quondam inobedientes fuerant in diebus Nouach, quum longanimitas Dei præcepit vt fieret arca, ob spem pœnitentiæ eorum: & octo tantùm anima introierunt in eam, & seruatæ sunt per aquas.*

21 *Quo quidem exemplo & vos seruamini per baptismum, non abluentes corpus à sordibus, sed gratias agentes Deo cum pura conscientia, & per resurrectionem Ieschua Meschicho.*

22 *Qui euectus est in cœlum, & est ad dexteram Dei, cui subiecti sunt Angeli, & potestates, ac virtutes.*

CAP. IIII.

1 *Si ergo Meschicho passus est pro nobis in carne, vos quoque eadem mente armemini: quisquis enim mortuus est in corpore suo, desitit ab omnibus peccatis.*

2 *Vt non amplius desiderijs hominum viuat quanto tempore erit in corpore, sed voluntati Dei.*

3 *Sufficit enim quod transacto tempore operati simus voluntatem Ethnicorum in crapula, & ebrietate, & proteruia, & cantu* (comessatione) *cultu denique damoniorum.*

4 *Et ecce nunc admirantur, vosque maledictis proscindunt, eo quod libidine non pruritis cum eis in illa prauæ inglunie.*

5 *Qui quidem reddituri sunt rationem Deo ipsi, qui paratus est ad iudicandum viuos & mortuos.*

6 *Nam propterea euangelizatum est & mortuis, vt iudicentur secundùm homines carne, viuant autem secundùm Deum spiritu.*

7 * *Instat autem finis omnium. Quamobrem estote casti, & inuigilate orationi.*

8 *Et ante omnia charitas vehemens mutua sit inter vos: charitas enim operit multitudinem peccatorum.*

9 *Et estote amatores peregrinorum absque murmuratione.*

10 *Porrò vnusquisque vestrum quod accepit donum à Deo, ministret sociis suis tanquam boni dispensatores distinctæ gratiæ Dei.*

11 *Quisquis loquitur, vt eloquium Dei loquatur: & quisquis ministrat, vt ex virtute quam dat ei Deus: vt in omnibus quæ agitis glorificetur Deus per Ieschua Meschicho: cui est gloria & honor in seculum seculorum Amen.*

* Mat. 5. 10.
* Sup. 2. 12. Ro. 5. 6. Heb. 9. 28.
* Gen. 6. 14 Mat. 24. 37. Lu. 17. 26
* Eph. 4. 23.
* Pro. 10. 12. Ro. 12. 13. Heb. 13. 2. Phil. 2. 14
* Ro. 12. 6. 1. Cor. 4. 2

* Dominica 15 post Pent. Ad Rom. 12.
* Dominica septima post Epiphaniam.

Transl. B. Ariæ Mont.

Et quis ille malè tractans vos, si boni imitatores fueritis?

Sed si & patimini propter iustitiam, beati. At timorem eorum ne timueritis, neque conturbemini:

Dominum autem Deum sanctificate in cordibus vestris, parati verò semper ad apologiam omni posceti vos rationem de in vobis spe:

Cum modestia & timore, conscientiam habentes bonam, vt in eo quòd obloquuntur vobis vt malefactoribus, pudefiant illi calumniantes vestram bonam in Christo conuersationem.

Melius enim benefacientes, (si velit voluntas Dei,) pati, quàm malefacientes.

Quia & Christus semel pro peccatis passus est, iustus pro iniustis: vt nos offerret Deo, mortificatus quidem carne, vitificatus autem spiritu.

In quo & illis in custodia spiritibus profectus prædicauit:

Incredulis aliquando, quando expectabat illa Dei longanimitas, in diebus Noë apparata arca: in quam paucæ (id est octo) animæ seruatæ sunt per aquam.

Cui correspondens exemplar nunc & nos saluat baptisma: non carnis depositio sordis, sed conscientiæ bonæ interrogatio in Deum per resurrectionem Iesu Christi:

Qui est in dextera Dei: profectus in cælum, subiectis sibi Angelis, & potestatibus, & virtutibus.

Transl. Erasm. Roterod.

Et quis est, qui sit afflicturus vos, si bonitatis æmulatores fueritis?

Imò si quid etiam acciderit incommodi propter iustitiam, beati tamen estis. Caterum terrore illorum ne terreamini, neque turbemini,

Sed Dominum Deum sanctificate in cordibus vestris. Sitis autem parati semper ad respondendum cuilibet petenti, vt loquamini de ea quæ in vobis est spe,

Cum mansuetudine & reuerentia, conscientiam habentes bonam, vt in hoc quod vobis detrahunt, tanquam sceleroso, pudeant hi qui incessunt vestram bonam in Christo conuersationem.

Præstat enim, vt bene agentes, si ita velit Dei voluntas, malis afficiamini, quàm male facientes.

Quandoquidem & Christus semel pro peccatis passus fuit, iustus pro iniustis, vt nos adduceret Deo, mortificatus quidem carne, sed vitificatus spiritu,

In quo etiam abijt & spiritibus qui erant in carcere prædicauit,

Qui inobedientes fuerant quondam. Cum semel expectabatur Dei lenitas in diebus Noë, cum apparabatur arca, in qua pauca, hoc est, octo animæ seruatæ fuerunt per aquam.

Cuius figura nunc respondens baptismus, nos quoque saluos reddit, quo non carnis sordes abijciuntur, sed quo sit, vt bona conscientia bene respondeat apud Deum, per resurrectionem Iesu Christi,

Qui est ad dexteram Dei, perfectus in cœlum, subiectis sibi Angelis, & potestatibus, ac virtutibus.

CAP. IIII.

CHristo igitur pro nobis carne, & vos eadem cogitatione armamini: quia passus passo in carne destitit peccato:

In non amplius hominum desideriis, sed voluntati Dei reliquum in carne viuere tempus.

Sufficiens enim vobis præteritum tempus vitæ voluntatem Gentium adoperari, incedentes in proteruiis, cupiditatibus, vinolentiis comessationibus, potationibus, & nefariis idololatriis,

In quo peregrinantur, non concurrentibus vobis in eandem luxuriæ confusionem, blasphemantes.

Qui reddent rationem ei parate habenti iudicare viuos & mortuos.

In hoc enim & mortuis euangelizatum est, vt iudicentur quidem secundùm homines carne, viuant autem secundùm eum Spiritu.

Omnium autem finis appropinquauit. Prudentes estote itaque, & vigilate in orationes,

Ante omnia autem illam in vosipsos charitatem propensam habentes: quia charitas operiet multitudinem peccatorum.

Hospitales in inuicem, sine murmurationibus.

Vnusquisque sicut accepit donum, in seipsos illud ministrantes, vt pulchri dispensatores variæ gratiæ Dei,

Si quis loquitur, vt eloquia Dei: si quis ministrat, tanquã ex virtute, sicut suppeditat Deus: vt in omnibus glorificetur Deus per Iesum Christum: cui est gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

CAP. IIII.

CVm igitur Christus passus sit pro nobis carne, vos quoque iuxta eandem cogitationem armemini, quod qui patiebatur in carne, destitit à peccato, in hoc,

Vt iam non concupiscentiis hominum, sed voluntati Dei, quod superest in carne tempus viuat.

Sat enim est nobis quod anteacto vitæ tempore voluntatem gentium patrauerimus, cum versaremur in lasciuiis, concupiscentiis, vinolentijs, comessationibus, compotationibus, & nefarijs simulacrorum cultibus.

Atque id absurdum illis videtur, quod non accuratis vnà cum ipsis in eandem luxus refusionem, qui de vobis male loquuntur.

Qui reddituri sunt rationem ei, qui paratus est ad iudicandum viuos & mortuos.

Nam in hoc mortuis quoque prædicatum est euangelium, vt iudicentur quidem secundùm homines carne, viuant autem iuxta Deum spiritu.

Porro rerum omnium finis imminet. Sitis igitur sobrij, & vigilantes ad orandum.

Ante omnia vero charitatem inter vos vehementem habentes. Nam charitas operiet multitudinem peccatorum.

Hospitales estote ergo vos inuicem, sine murmurationibus,

Vt quisque accepit donum ita alius in alium illud ministrantes, vt boni dispensatores variæ gratiæ Dei.

Si quis loquitur, loquatur vt eloquia Dei: si quis ministrat, ministret tanquam ex virtute, quam suppeditat Deus: vt omnibus glorificetur Deus per Iesum Christum cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

Vulgata Editio.

Charissimi, nolite peregrinari in feruore, qui ad tentationem vobis fit, quasi noui aliquid vobis contingat:

Sed communicantes Christi passionibus, gaudete, vt & in reuelatione gloriæ eius gaudeatis exultantes.

Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis: quoniam quod est honoris, gloriæ, & virtutis Dei & qui est eius Spiritus, super vos requiescit.

Nemo autem vestrum patiatur vt homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor.

Si autem vt Christianus, non erubescat: glorificet autem Deum in isto nomine.

Quoniam tempus est, vt incipiat iudicium à domo Dei. Si autem primùm à nobis: quis finis eorum, qui non credunt Dei Euangelio?

*Prou. 11. 31. * Et si iustus vix saluabitur, impius, & peccator vbi parebunt?

Itaque & hi, qui patiuntur secundùm voluntatem Dei, fideli Creatori commendent animas suas in benefactis.

CAP. V.

Seniores ergo, qui in vobis sunt, obsecro, consenior, & testis Christi passionum: qui & eius, quæ in futuro reuelanda est, gloriæ communicator:

Pascite qui in vobis est gregem Dei, prouidentes non coactè, sed spontaneè secundum Deum: neque turpis lucri gratia, sed voluntariè:

Neque vt dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo.

Et cum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibilem gloriæ coronam.

Similiter adolescentes subditi estote senioribus.

*Ro. 12. 10. *Iac. 4. 10. Mat. 6. 23. Luc. 12. 12. * Omnes autem inuicem humilitatem insinuate, * quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.

Humiliamini igitur sub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore visitationis:

Omnem sollicitudinem vestram proijcientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis.

Sobrij estote, & vigilate: quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret:

Cui resistite fortes in fide: scientes eandem passionem ei, quæ in mundo est, vestræ fraternitati fieri.

Deus autem omnis gratiæ, qui vocauit nos in æternam suam gloriam in Christo Iesu, modicum passos ipse perficiet, confirmabit, solidabitque.

Ipsi gloria, & imperium in secula sæculorum, Amen.

Per Siluanum fidelem fratrem vobis vt arbitror, breuiter scripsi: obsecrans & contestans, hanc esse veram gratiam Dei, in qua statis.

Salutat vos Ecclesia, quæ est in Babylone coelecta, & Marcus filius meus.

Salutate inuicem in osculo sancto: Gratia vobis omnibus, qui estis in Christo Iesu.

Transl. ex Syriac.

Dilecti mei, ne miremini in tentationi us quas habetis, quasi quid alienum vobis acciderit; quandoquidem ad vestri probationem fiunt. 12

Sed gaudete vos participes esse passionum Meschicho, vt sic & in reuelatione gloriæ eius gaudeatis & exultetis. 13

Quod si probrum patimini pro nomine Meschicho, beati estis: quoniam Spiritus Dei glorioſus requiescit super vos. 14

Tantum ne quis vestrum tanquam homicida, aut fur, aut facinorosus patiatur. 15

Sin patitur vt Christianus, non erubescat; sed glorificet Deum hoc nomine 16

Quoniam tempus est vt incipiat iudicium à domo Dei, Quod si à nobis incipit, quis erit finis eorum qui non acquiescunt Euangelio Dei? 17

Et si iustus vix seruatur, impius & peccator vbi inueniendus est? 18

Quapropter ij qui patiuntur iuxta voluntatem Dei, commendant ei animas suas bonis operibus tanquam conditori fideli. 19

CAP. V.

Obsecro autem presbyteros qui sunt inter vos, ego presbyter socius vester, ac testis passionum Meschicho, & particeps gloriæ ipsius quæ reuelanda est: 1

Dominica turpis lucri, cohæc, & sin electione aut ordinatione episcoporum.

Pascite gregem Dei, qui traditus est vobis, & curam eius agite spiritualiter, non vi, sed sponte, non in sordido lucro, sed ex toto corde vestro: 2

Non tanquam domini gregis, sed vt sitis illis bonum exemplar. 3

Vt quum reuelatus fuerit ille pastorum magister, recipiatis ab eo coronam gloriæ immarcescibilem. 4

Vos autem adolescentes, subditi estote senioribus, vestris: & circumamicti estote mansuetudine animi vnus erga alium, quia Deus illis aduersatur qui efferunt sese, humilibus autem dat gratiam. 5

Humiliemini igitur sub potenti illa Dei manu, vt ipse vos euehat tempore congruo; 6

Et omnem sollicitudinem vestram conijcite in Deum, quippe cui cura estis. 7

Vigilate & memores estote, quoniam aduersarius vester Satanas tanquam leo rugit & obambulat, quærens quem absorbeat. 8

Insurgite ergo in eum obfirmati in fide, & scitote quòd & fratribus vestris, qui in mundo sunt, hæ passiones obueniunt. 9

Deus autem gratiæ est, qui vocauit nos ad gloriam suam in æternam per Ieschuæ Meschicho, quem dedit nobis, vt quum sustinuerimus has oppressiones exiguas, roboremur, & confirmemur, atque perstemus in eo æternum. 10

Cui sit gloria, & potentia, & honor in seculum seculorum, Amin. 11

Pauca hæc, vt arbitror, scripsi vobis per Syluanum fratrem fidelem: & persuasum habeo ac testificor hanc esse veram gratiam Dei in qua statis. 12

Postulat pacem vestram Ecclesia illa lecta, quæ est in Bobil & Marcus filius meus. 13

Postulate pacem mutuam cum osculo sancto. Pax cum omnibus vobis qui in Meschicho estis, Amin. 14

Transl. B. Ariæ Mont.

Dilecti, ne peregrinamini illa in vobis ignitione 12
ad experimentum vobis facta, ſicut peregrino vobis contingente:

Sed ſicut communicatis Chriſti paſsionibus, gaudete: vt & in reuelatione gloriæ eius gaudeatis exultantes. 13

Si probris afficimini in nomine Chriſti, beati: quoniam quod gloriæ & illæ Dei Spiritus, ſuper vos requieuit. ſecundùm quidem eos blaſphematur, ſecundùm autem vos glorificatur. 14

Non enim quis veſtrum patiatur quaſi homicida, aut fur, aut maleficus, aut vt alienorum explorator 15

Si autem vt Chriſtianus, non pudeſiat: glorificet autem Deum in parte hac. 16

Quoniam tempus incipi iudicium à domo Dei. Si autem primùm à nobis, quis finis imperſuaſorum Dei Euangelio? 17

Et ſi iuſtus vix ſaluatur, impius & peccator vbi parebit? 18

Itaque & patientes ſecundùm voluntatem Dei, vt fideli creatori commendent animas ſuas in beneficentia. 19

CAP. V.

PResbyteros illos in vobis obſecro, vt compresbyter, & teſtis Chriſti paſsionum, qui & futura reuelari gloriæ communicator: 1

Paſcite illum in vobis gregem Dei, proſpicientes non coactè, ſed ſpontaneè: neque turpis lucri gratia, ſed prompto animo: 2

Neque vt dominantes cleris, ſed exemplaria facti gregis. 3

Et apparente illo principe paſtorum, reportabitis immarceſcibilem gloriæ coronam. 4

Similiter iuniores, ſubditi eſtote ſenioribus. Omnes autem alij aliis ſubditi, humilitatem animi inſinuate, quia Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. 5

Humiliamini igitur ſub potentem manum Dei, vt vos exaltet in tempore: 6

Omnem ſolicitudinem veſtram proijcientes in eum: quoniam ipſi cura eſt de vobis. 7

Sobrij eſtote, vigilate: aduerſarius veſter diabolus, tanquam leo rugiens, ambulat quærens quem deuoret. 8

Cui reſiſtite firmi fide: ſcientes eadem paſsionum illi in mundo veſtræ fraternitati impleri. 9

At Deus omnis gratiæ vocans vos in æternam ſuam gloriam in Chriſto Ieſu, modicum paſſos ipſe perficiat vos, confirmet, roboret, fundet. 10

Ipſi gloria, & imperium in ſecula ſeculorum, Amen. 11

Per Siluanum vobis fidelem fratrem, (vt arbitror) per pauca ſcripſi: obſecrans & conteſtans hanc eſſe veram gratiam Dei in quam ſtatis. 12

Salutat vos in Babylone coelecta, & Marcus filius meus. 13

Salutate alij alios in oſculo charitatis. Pax vobis omnibus in Chriſto Ieſu. Amen. 14

Transl. Eraſm. Roterod.

Chariſſimi, ne miremini, dum per ignem exploramini, quæ res ad experimentum veſtri ſit, perinde quaſi nouum aliquid vobis vbtingat, 12

Imò in hoc quod conſortes eſtis afflictionum Chriſti, gaudete, vt in reuelatione quoque gloriæ eiuſdem gaudeatis exultantes. 13

Si probris afficimini in nomine Chriſti, beati eſtis: quoniam gloria & Spiritus Dei ſuper vos requieſcit. Iuxta ipſos quidem maledictis afficitur, iuxta vos autem glorificatur. 14

Ne quis enim veſtrum affligatur, vt homicida, aut fur, aut facinoroſus, aut curioſus alienarum rerum. 15

Porrò ſi vt Chriſtianus affligitur aliquis, ne pudefiat, imò glorificet Deum in parte hac. 16

Quandoquidem & tempus eſt, vt incipiat iudicium à domo Dei, quod ſi primum incipit à nobis, quis erit finis eorum qui non credunt Dei Euangelio? 17

Et ſi iuſtus vix ſaluus efficitur, impius & peccator vbi comparebit? 18

Proinde qui affliguntur iuxta voluntatem Dei, tanquam apud fidelem conditorem deponant animas ſuas benefaciendo. 19

CAP. V.

PResbyteros qui inter vos ſunt obſecro, qui ſum & ipſe Presbyter, ac teſtis afflictionum Chriſti, atque idem conſors gloriæ, quæ reuelabitur, 1

Paſcite quantum in vobis eſt gregem Chriſti, curam illius agentes non coactè, ſed volentes: non turpiter affectantes lucrum, ſed propenſo animo, 2

Neque ceu dominium exercentes aduerſus cleros, ſed ſic vt ſitis exemplaria gregis. 3

Et cum apparuerit ille paſtorum princeps reportabitis immarceſſibilem gloriæ coronam. 4

Similiter iuniores ſubditi eſtote ſenioribus, ſic vt omnes alius alij viciſſim ſubijciamini. Humilitatem animi vobis infixam habete: propterea quod Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. 5

Humiliemini igitur ſub potenti manu Dei, vt vos extollat cum erit opportunum, 6

Omni cura veſtra conjecta in illum. Nam illi cura eſt de vobis. 7

Sobrij eſtote, vigilate, quoniam aduerſus veſter diabolus tanquam leo rugiens obambulat, quærens quem deuoret. 8

Cui reſiſtite, ſolidi fide, ſcientes eaſdem afflictiones, veſtræ, quæ in mundo eſt fraternitati conſummari. 9

Sed Deus omnis gratiæ, qui vocauit nos ad æternam ſuam gloriam per Chriſtum Ieſum, parumper afflictos, idem inſtauret vos, fulciat, roboret, ſtabiliat. 10

Ipſi gloria, imperium in ſecula ſeculorum, Amen. 11

Per Syluanum vobis fidelem fratrem, vt arbitror, paucis ſcripſi, adhortans ac teſtificans hanc eſſe veram gratiam Dei, in qua ſtatis. 12

Salutat vos ea, quæ eſt in Babylone, veſtra conſors electionis Eccleſia, & Marcus filius meus. 13

Salutate vos mutuo charitatis oſculo. Pax vobis omnibus, qui eſtis in Chriſto Ieſu. Amen. 14

POSTERIORIS EPISTOLÆ BEATI PETRI APOSTOLI.

Vulgat. Editio.

CAPVT PRIMVM.

SImon Petrus, seruus, & Apostolus Iesu Christi, his, qui coæqualem nobiscum sortiti sunt fidem in iustitia Dei nostri, & Saluatoris Iesu Christi:

Gratia vobis, & pax adimpleatur in cognitione Dei, & Christi Iesu Domini nostri:

Quomodo omnia nobis diuinæ virtutis suæ, quæ ad vitam, & pietatem donata sunt, per cognitionem eius, qui vocauit nos propria gloria, & virtute,

Per quem maxima, & pretiosa nobis promissa donauit: vt per hæc efficiamini diuinæ consortes naturæ: fugientes eius, quæ in mundo est, concupiscentiæ corruptionem.

Vos autem curam omnem subinferentes, ministrate in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam,

In scientia autem abstinentiam, in abstinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem,

In pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis charitatem.

Hæc enim si vobiscum adsint, & superent, non vacuos, nec sine fructu vos constituent in Domini nostri Iesu Christi cognitione.

Cui enim non præsto sunt hæc, cæcus est, & manu tentans, obliuionem accipiens purgationis veterum suorum delictorum.

Quapropter fratres magis satagite vt per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis: hæc enim facientes, non peccabitis aliquando.

Sic enim abundanter ministrabitur vobis introitus in æternum regnum Domini nostri, & Saluatoris Iesu Christi.

Propter quod incipiam vos semper commonere de his: & quidem scientes & confirmatos vos in præsenti veritate.

Iustum autem arbitror quamdiu sum in hoc tabernaculo, suscitare vos in commonitione:

Certus quod velox est depositio tabernaculi mei secundum quod & Dominus noster Iesus Christus
Io. 21. 19. * significauit mihi.

Dabo autem operam & frequenter habere vos post obitum meum, vt horum memoriam faciatis.

1. Cor. 1. 7. * Non enim doctas fabulas secuti notam fecimus vobis Domini nostri Iesu Christi virtutem, & præsentiam: sed speculatores facti illius magnitudinis.

Accipiens enim à Deo Patre honorem, & gloriam voce delapsa ad eum huiusmodi à magnifica gloria: * Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipsum audite.
Mat. 17. 5.

Et hanc vocem nos audiuimus de cælo allatam, cum essemus cum ipso in monte sancto.

Et habemus firmiorem propheticum sermonem: cui benefacitis attendentes quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco donec dies elucescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris:

2. Tim. 3. 16. *Hoc primum intelligentes quòd omnis prophetia Scripturæ propria interpretatione non fit.

POSTERIORIS EPISTOLÆ BEATI PETRI APOSTOLI.

Transl. Eraſm. Roterod.

CAPVT PRIMVM.

1 *SImeon Petrus, seruus & Apostolus Iesu Christi, iis qui æquè pretiosam nobiscum sortiti sunt fidem, per iustitiam Dei nostri, & seruatoris Iesu Christi.*

2 *Gratia vobis & pax multiplicetur per agnitionem Dei, & Iesu Domini nostri,*

3 *Sic vt eius diuina virtus omnia nobis largita est, quæ ad vitam ac pietatem pertinent per agnitionem eius qui vocauit nos per gloriam & virtutem,*

4 *Per quæ pretiosa nobis ac maxima promissa donata sunt, vt per hæc efficeremini diuinæ consortes naturæ, si refugeritis à corruptione quæ est in mundo per concupiscentiam.*

5 *Sed & in hoc ipsum omni adhibito studio, subministrate in fide vestra virtutem, in virtute vero scientiam,*

6 *In scientia vero temperantiam, in temperantia vero patientiam, rursus in patientia pietatem,*

7 *In pietate autem fraternam charitatem, in fraterna vero charitate dilectionem.*

8 *Hæc enim cum vobis adsint, & exuberent, haud otiosos, nec in irritum laborantes efficiunt, ad Domini nostri Iesu Christi cognitionem.*

9 *Nam cui non adsunt hæc, is cæcus est, & manu viam tentans, oblitus sese à veteribus peccatis suis fuisse purgatum.*

10 *Quapropter fratres potius operam date, vt vocationem & electionem vestram firmam efficiatis. Hæc enim si feceritis, non labemini vnquam.*

11 *Siquidem ad hunc modum, abundè subministrabitur vobis introitus in æternum regnum Domini nostri & Seruatoris Iesu Christi.*

12 *Quapropter haud negligam, vos semper commonere de his, tametsi scitis, & confirmati sitis in præsenti veritate.*

13 *Attamen iustum arbitror, quandiu sum in hoc tabernaculo, excitare vos per commonitionem,*

14 *Cum sciam breui futurum, vt deponam hoc tabernaculum meum, quemadmodum & Dominus noster Iesus Christus significauit mihi.*

15 *Quin & dabo semper operam, vt vos post exitum meum, horum mentionem facere possitis.*

16 *Non enim arte compositis fabulas secuti, notam vobis fecimus Domini nostri Iesu Christi virtutem, & aduentum, sed qui oculis nostris aspeximus illius maiestatem.*

17 *Acceperat enim à Deo patre honorem & gloriam, voce ad illum delata huiusmodi à magnifica gloria: Hic est ille Filius meus dilectus, in quo mihi complacitum est.*

18 *Et hanc vocem nos audiuimus è cælo delatam, cum essemus vnà cum illo in monte sancto.*

19 *Et habemus firmiorem sermonem propheticum, cui dum attenditis, ceu lucernæ apparenti in obscuro loco, recè facitis, donec dies illucescat, & lucifer exoriatur in cordibus vestris.*

20 *Si illud prius noueritis, quod omnis prophetica scriptura non sit priuatæ interpretationis.*

Vulgat. Editio.

Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia: sed Spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines.

CAP. II.

FVerunt vero & pseudoprophetæ in populo, sicut & in vobis erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis, & eũ, qui emit eos, Dominum negant, superducẽtes sibi celerem perditionem.

Et multi sequentur eorum luxurias, per quos via veritatis blasphemabitur:

Et in auaritia fictis verbis de vobis negotiabuntur: quibus iudicium iam olim non cessat: & perditio eorum non dormitat.

Iob 4.18. iud.6. *Si enim Deus Angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos, in iudicium reseruari,

Gen.7.1. Et originali mundo non pepercit, * Sed octauum Noe iustitiæ præconem custodiuit, diluuium mundo impiorum inducens.

Gen. 19. 25. * Et ciuitates Sodomorum, & Gomorrhæorum in cinerem redigens, euersione damnauit: exemplum eorum, qui impiè acturi sunt, ponens:

Et iustum Lot oppressum à nefandorum iniuria, ac luxuriosa conuersatione eripuit:

Aspectu enim, & auditu iustus erat: habitans apud eos, qui de die in diem animam iustam iniquis operibus cruciabant.

Nouit Dominus pios de tentatione eripere: iniquos vero in diem iudicij reseruare cruciandos:

Magis autem eos, qui post carnem in concupiscentia immunditiæ ambulant, dominationemque contemnunt, audaces, sibi placentes, sectas non metuunt introducere blasphemantes:

Vbi Angeli fortitudine, & virtute cum sint maiores, non portant aduersum se execrabile iudicium.

Hi vero velut irrationabilia pecora, naturaliter in captionem, & in perniciem in his quæ ignorant blasphemantes in corruptione sua peribunt,

Percipientes mercedem iniustitiæ, voluptatem existimantes diei delicias: coinquinationes, & maculæ deliciis affluentes, in conuiuiis suis luxuriantes vobiscum,

Oculos habentes plenos adulterij, & incessabilis delicti. Pellicientes animas instabiles, cor exercitatum auaritia habentes, maledictionis filij:

Derelinquentes rectã viã errauerunt, * secuti viam Num.22. 23. Iudic.13. Balaam ex Bosor, qui mercedem iniquitatis amauit:

Correptionem vero habuit suæ vesaniæ: subiugale mutum animal, hominis voce loquens, prohibuit prophetæ insipientiam.

Hi sunt fontes siue aqua, & nebulæ turbinibus exagitatæ, quibus caligo tenebrarum reseruatur.

Superba enim vanitatis loquentes, pelliciunt in desideriis carnis luxuriæ eos, qui paululum effugiunt, qui in errore conuersantur:

Libertatem illis promittentes, cum ipsi serui sint corruptionis: * à quo enim quis superatus est, huius & seruus est. Io.8.34. Ro.6.16. Heb.6.4. Mat.12.4.

Si enim refugientes coinquinationes mundi in cognitione Domini nostri, & Saluatoris Iesu Christi, his rursus implicati superantur: facta sunt eis posteriora deteriora prioribus.

Melius enim erat illis non cognoscere viam iustitiæ, quàm post agnitionem, retrorsum conuerti ab eo, quod illis traditum est, sancto mandato.

Contigit enim eis illud veri prouerbij: * Canis reuersus ad suum vomitum: &, Sus lota in volutabro luti. Pro.26.11

Transl. Eraſm. Roterod.

21 *Non enim voluntate hominis allata est olim prophetia, sed à Spiritu sancto impulsi, locuti sunt sancti Dei homines.*

CAP. II.

1 *FVerunt autem & Pseudoprophetæ in populo, quemadmodum & inter vos erunt falsi doctores, qui clàm inducent sectas pernitiosas, etiam dominum qui illos mercatus est, abnegantes, accersentes sibi ipsis celerem interitum:*

2 *Et plerique sequentur illorum exitia, per quos via veritatis maledicis afficietur.*

3 *Et per auaritiam factitijs sermonibus de vobis negotiabuntur, quibus iudicium iam olim non tardat, & perditio illorum non dormitat.*

4 *Nam si deus Angelis qui peccauerant, non porpecit, sed catenis noctis in Tartarum præcipitatos, tradidit seruatos in iudicium,*

5 *Et prisco mundo non pepercit, sed octauum iustitiæ præconem Noe seruauit, diluuio in mundum impiorum inducto,*

6 *Et ciuitates Sodomorum ac Gomorrhæ in cinerem redactas subuersione condemnauit eosq; fecit exemplum ijs, qui impiè forent acturi:*

7 *Et iustum Lot, qui opprimebatur à nefarijs per libidinosam conuersationem, eripuit.*

8 *Is enim oculis & auribus iustus, cum habitaret inter illos, coitidie animam iustam iniquis illorum factis excruciabat.*

9 *Nouit Dominus pios è tentatione eripere, iniustos autem in diem iudicij puniendos seruare,*

10 *Maximè verò illos, qui carnem sequentes in concupiscentia pollutionis ambulant, ac Dominationem contemnunt, audaces, præfracti, qui gloria præcellentes non verentur conuitijs incessere.*

11 *Cum ipsi Angeli, qui sunt robore ac virtute maiores, non ferunt aduersus sese apud Dominum, maledicum iudicium.*

12 *At isti velati bruta animantia, natura genita in capturam & in pernitiem, in his quæ non intelligunt maledicentes in perditione sua peribunt,*

13 *Reportantes mercedem iniustitiæ, pro voluptate ducentes, si in diem delitijs fruantur labes ac macula, qui conuiuantes in erroribus suis, insultant vobis,*

14 *Oculos habentes plenos adultera, & qui à peccando cessare nesciant, inescantes animas instabiles, cor habentes exercitatum rapinis, execrabiles filij,*

15 *Qui relicta recta via, aberrauerunt, secuti viam Balaam filij Bosor, qui mercedem iniquitatis dilexit,*

16 *Sed redarguitus fuit de sua iniquitate. Animal subiugale mutum humana voce loquens, prohibuit prophetæ dementiam.*

17 *Isti sunt fontes aquæ carentes, nebulæ quæ à procella feruntur, quibus caligo tenebrarum in æternum seruata est.*

18 *Siquidẽ vbi vehemẽter fastuosa vanitatis verba sonuerint inescãt homines per cõcupiscẽtias carnis voluptatibus eos qui verè ausugerãt, ab his qui in errore conuersantur,*

19 *Dum illis libertatem pollicentur, cum ipsi serui sint corruptionis. Siquidem à quo quis superatus est, huic etiam in seruitutem est addictus.*

20 *Nam si posteaquam refugerunt ab inquinamentis mũdi, per agnitionem Domini, & seruatoris Iesu Christi: tamen his rursum inuoluti superantur, facta sunt illis postrema peiora primis.*

21 *Satiùs enim fuisset illis, non cognouisse viam iustitiæ, quàm vbi cognouerunt, conuerti ab eo, quod illis traditum fuit, sancto præcepto.*

22 *Verum accidit illis id, quod vero prouerbio dici solet: Canis reuersus ad suum ipsius vomitum: & sus lota, reuersa ad volutabrum cœni.*

Vulgat. Editio.

CAP. III.

1 HAnc ecce vobis, charissimi, secundam scribo epistolam, in quibus vestram excito in commonitione sinceram mentem:

2 Vt memores sitis eorum, quæ prædixi verborum à sanctis Prophetis, & Apostolorum vestrorum, præceptorum Domini & Saluatoris.

3 * Hoc primum scientes, quod venient in nouissimis diebus in deceptione illusores, iuxta proprias concupiscentias ambulantes, (1. Tim. 4. 1. 2. Tim. 3. 1 Iud. 18.)

4 Dicentes: * Vbi est promissio, aut aduentus eius? ex quo enim patres dormierunt, omnia sic perseuerant ab initio creaturæ. (Ezech. 12. 27.)

5 Latet enim eos hoc volentes, quòd cæli erant prius, & terra, de aqua, & per aquam consistens Dei verbo:

6 Per quæ, ille tunc mundus, aqua inundatus perijt.

7 Cæli, autem qui nunc sunt, & terra eodem verbo repositi sunt, igni reseruati in diem iudicij, & perditionis impiorum hominum.

8 Vnum verò hoc non lateat vos charissimi, quia vnus dies apud Dominum sicut mille anni, & mille anni sicut dies vnus.

9 Non tardat Dominus promissionem suam, sicut quidam existimant: sed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti.

10 * Aduenict autem dies Domini vt fur: in quo cæli magno impetu tranſient, elementa vero calore soluentur, terra autem & quæ in ipsa sunt opera, exurentur. (1. Thess. 5. 2. Apoc. 3. 3. & 16. 15.)

11 Cum igitur hæc omnia dissoluenda sint, quales oportet vos esse in sanctis conuersationibus, & pietatibus,

12 Expectantes, & properantes in aduentum diei Domini, per quem cæli ardentes soluentur, & elementa ignis ardore tabescent?

13 * Nouos vero cœlos, & nouam terram secundum promissa ipsius expectamus, in quibus iustitia habitat. (Isa. 65. 17 & 66. 22. Apoc. 21. 1.)

14 Propter quod charissimi hæc expectantes, satagite immaculati, inuiolati ei inueniri in pace.

15 Et * Domini nostri longanimitatem, salutem arbitremini: sicut & charissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis. (Ro. 2. 4.)

16 Sicut & omnibus epistolis, loquens in eis de his, in quibus sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti, & instabiles deprauant, sicut & ceteras Scripturas, ad suam ipsorum perditionem.

17 Vos igitur fratres præscientes custodite, ne insipientiũ errore traducti excidatis à propria firmitate.

18 Crescite vero in gratia, & in cognitione Domini nostri, & Saluatoris Iesu Christi. Ipsi gloria & nunc, & in diem æternitatis. Amen.

Transl. Erasm. Roterod.

CAP. III.

1 HAsce iam alteras vobis, charissimi, scribo literas, in quibus extimulo vestram, per commonitionem, sinceram mentem

2 Vt memores sitis verborum, quæ prædicta sunt à sanctis prophetis, & mandati nostri, qui sumus Apostoli Domini & Seruatoris,

3 Illud primum scientes, venturos in extremis diebus illusores, qui iuxta proprias concupiscentias ambulent,

4 Et dicant: Vbi est pollicitatio aduentus eius. Siquidem ex quo die patres obdormierunt, sic omnia permanent ab initio conditionis.

5 Nam illud volentes nesciunt, quod cœli iam olim fuerint ac terra, ex aqua & per aquam consistentes Dei sermone,

6 Per quæ is qui tum erat mundus, aqua inundatus periit.

7 At qui nunc sunt cœli ac terra, eiusdem sermone repositi sunt, & seruantur igni, in diem iudicij & perditionis impiorum hominum.

8 Vnum autem hoc ne lateat vos, dilecti, quod vnus dies apud Dominum perinde est, vt mille anni, & mille anni, vt dies vnus.

9 Haud tardat Dominus qui promisit, quemadmodum nonnulli tarditatem existimant. Verum patiens est erga nos, dum non vult vllos perire, sed omnes ad pœnitentiam recipere.

10 Veniet autem dies Domini sicut fur in nocte, quo cœli, procelle in morem transibunt: elementa verò æstuantia soluentur, terraq; & quæ in ea sunt opera, exurentur.

11 Cum igitur hæc omnia soluantur, quales oportet esse vos in sanctis conuersationibus ac pietatibus,

12 Expectantes & accelerantes aduentum diei Dei, per quem cœli incensi soluentur, & elementa æstuantia liquescent.

13 Sed cœlos nouos ac terram nouam iuxta promissum illius expectamus, in quibus iustitia inhabitat.

14 Quapropter, dilecti, hæc expectantes, date operam, vt immaculati & incontaminati, ab illo reperiamini in pace:

15 Dominiq; nostri patientiam, salutem arbitremini, quemadmodum & dilectus frater noster Paulus, iuxta sibi datam sapientiam scripsit vobis,

16 Etiam in omnibus ferè epistolis loquens de his, inter quæ sunt nonnulla difficilia intellectu, quæ indocti parumq; firmi detorquent, sicut & cæteras scripturas ad suam ipsorum perniciem.

17 Vos igitur dilecti, posteaquàm præmoniti estis, cauete, ne simul cum aliis nefariorum errore abducti, excidatis à propria stabilitate,

18 Sed crescite in gratia, & cognitione Domini nostri & seruatoris Iesu Christi. Ipsi gloria & nunc & in diem æternitatis. Amen.

PRIMÆ EPISTOLÆ BEATI IOANNIS APOSTOLI,

Vulgat. Editio.

CAPVT PRIMVM.

QVod fuit ab initio,quod audiuimus, quod vidimus oculis noſtris, quod perſpeximus & manus noſtræ contrectauerunt de Verbo vitæ.

Et vita manifeſtata eſt;& vidimus,& teſtamur,& annuntiamus vobis vitam æternam,quæ erat apud Patrem,& apparuit nobis:

Quod vidimus & audiuimus annũtiamus vobis, vt & vos ſocietatem habeatis nobiſcum, & ſocietas noſtra ſit cũ Patre, & cum Filio eius Ieſu Chriſto.

Et hæc ſcribimus vobis vt gaudeatis,& gaudium veſtrum ſit plenum.

Et eſt hæc annuntiatio,quam audiuimus ab eo,& annuntiamus vobis:* Quoniam Deus lux eſt, & tenebræ in eo non ſunt vllæ.

Si dixerimus quoniam ſocietatem habemus cum eo,& in tenebris ambulamus,mentimur, & veritatem non facimus.

Si autem in luce ambulamus ſicut & ipſe eſt in luce,ſocietatem habemus ad inuicem,*& ſanguis Ieſu Chriſti filij eius, emundat nos ab omni peccato.

* Si dixerimus quoniam peccatum non habemus,ipſi nos ſeducimus,& veritas in nobis non eſt.

Si confiteamur peccata noſtra:fidelis eſt,& iuſtus, vt remittat nobis peccata noſtra,& emundet nos ab omni iniquitate.

Si dixerimus quoniam non peccauimus: mendacem facimus eum,& verbum eius non eſt in nobis.

* 1o.1.12

* Heb.9. 14. 1.Pet.1. 19. Apoc.1.5 3.Reg.8. 45. 2.Paral.6 36. Pro.20.9 Eccl.7.21

CAP. II.

FIlioli mei,hæc ſcribo vobis, vt non peccetis.Sed & ſi quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem,Ieſum Chriſtum iuſtum:

Et ipſe propitiatio pro peccatis noſtris: non pro noſtris autem tantum,ſed etiam pro totius mundi.

Et in hoc ſcimus quoniam cognouimus eum, ſi mandata eius obſeruemus.

Qui dicit ſe noſſe eum,& mandata eius non cuſtodit,mendax eſt, & in hoc veritas non eſt.

Qui autẽ ſeruat verbũ eius,verè in hoc charitas Dei perfecta eſt:& in hoc ſcimus quoniã in ipſo ſumus.

Qui dicit ſe in ipſo manere,debet,ſicut ille ambulauit,& ipſe ita ambulare.

Chariſſimi,non mandatum nouum ſcribo vobis, ſed mandatum vetus,quod habuiſtis ab initio:Mandatum vetus eſt verbum,quod audiſtis.

* Iterum mandatum nouum ſcribo vobis quod verum eſt & in ipſo,& in vobis: quia tenebræ tranſierunt,& verum lumen iam lucet.

Qui dicit ſe in luce eſſe, & fratrem ſuum odit, in tenebris eſt vſque adhuc.

* Qui diligit fratrem ſuum, in lumine manet, & ſcandalum in eo non eſt.

Qui autem odit fratrem ſuum,in tenebris eſt, & in tenebris ambulat,& neſcit quò eat: quia tenebræ obcæcauerunt oculos eius.

* 1o.13.34 & 15.12.

* Inf.3.14

PRIMÆ EPISTOLÆ BEATI IOANNIS APOSTOLI,

Tranſl. ex Syriac.

CAPVT PRIMVM.

1 *EVangelizamus vobis illud quod erat à principio, quod audiuimus & vidimus oculis noſtris, vidimus, & contrectauimus manibus noſtris, hoc eſt, Verbum vitæ.* Dominica poſt Natiuitatẽ.

2 *Et vita reuelata eſt, & vidimus: & teſtamur ac prædicamus vobis vitam æternam, quæ erat apud Patrem, & manifeſtata eſt nobis.*

3 *Et quod vidimus & audiuimus, vobis quoque patefacimus, vt habeatis ſocietatem nobiſcum: eſt autem ſocietas noſtra cum Patre & Filio eius Ieſchua Meſchicho,*

4 *Et hæc ſcribimus vobis, vt gaudium noſtrum, quod eſt in vobis, ſit plenum.*

5 *Et hoc eſt euangelium quod audiuimus ab eo, & annunciamus vobis, nempe Deum lucem eſſe, & nullas omnino tenebras eſſe in eo.*

6 *Quod ſi dixerimus nos ſocietatem habere cum eo, & ambulauerimus in tenebris, mendaces ſumus, & non in veritate progredimur.*

7 *Sin autem in luce ambulauerimus, prout & ipſe eſt in luce, ſocietatem habemus inter nos mutuam, & ſanguis Ieſchuæ Filij eius repurgat nos ab omnibus peccatis noſtris.*

8 *Quòd ſi dixerimus nos peccatum non habere, nos ipſos ſeducimus, & veritas non eſt in nobis.*

9 *Sin confiteamur peccata noſtra, fidelis eſt & iuſtus, vt remittat nobis peccata noſtra, & repurget nos ab omni noſtra iniquitate.*

10 *Quod ſi dixerimus: nos non peccare, mendacem eum efficimus, & Verbum ipſius penes nos non eſt.*

CAP. II.

1 *FIlioli mei, hæc ſcribo vobis ne peccetis: Quòd ſi quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem, Ieſchua Meſchicho iuſtum.*

2 *Ipſe enim eſt propitiatio pro peccatis noſtris: nec pro noſtris tantum, ſed etiam pro totius mundi.*

3 *Et in hoc ſentimus quod cognouerimus eum, ſi ſeruamus mandata eius.*

4 *Qui enim dixerit ſe noſſe eum, & mandata eius non ſeruauerit, mendax eſt, & veritas non eſt in eo,*

5 *Qui autem cuſtodit ſermonem eius, verè in hoc perfecta eſt charitas Dei: per hoc enim ſcimus nos in eo eſſe.*

6 *Qui dicit in ipſo ſum, oportet vt ille iuxta itinera ipſius ambulet.*

7 **Dilecti mei, præceptum nouum non ſcribo vobis, ſed præceptum vetus, quod habuiſtis ab initio: Præceptum autem vetus eſt ſermo ille quem audiſtis.* *Oblatione Dominicæ Palmarum.

8 *Rurſum præceptum nouum ſcribo vobis, quod verum eſt in ipſo, & in vobis: quia tenebræ tranſierunt, & verum lumen incipit apparere.*

9 *Quiſquis igitur dicit ſe in luce eſſe, & odio habet fratrem ſuum, in tenebris eſt etiam nunc.*

10 *Qui diligit fratrem ſuum, in lumine permanet, & offendiculum in eo non eſt.*

11 *Qui verò odio habet fratrem ſuum, in tenebris eſt, & in tenebris ambulat, & neſcit quò eat: quia tenebræ obcæcauerunt oculos eius.*

PRIMÆ EPISTOLÆ BEATI IOANNIS APOSTOLI.

Transl. B. Ariæ Mont.

CAPVT PRIMVM.

QVod erat ab initio,quod audiuimus, quod vidimus oculis noſtris,quod ſpectauimus,& manus noſtræ contrectauerunt de verbo vitæ.

Et vita manifeſtata eſt:& vidimus,& teſtamur,& annuntiamus vobis illam vitam, illam æternam, quæ erat apud Patrem,& apparuit nobis:

Quod vidimus & audiuimus annũtiamus vobis, vt & vos cõmunionẽ habeatis cũ nobis:& cõmunio verò noſtra cũ Patre & cum Filio eius Ieſu Chriſto.

Et hæc ſcribimus vobis, vt gaudium noſtrum ſit plenum.

Et eſt hæc annuntiatio quam audiuimus ab eo,& annuntiamus vobis,Quoniam Deus lux eſt,& tenebræ in eo non ſunt vllæ.

Si dixerimus quoniam communionem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus, mentimur, & non facimus veritatem.

Si autem in luce ambulamus, ſicut ipſe eſt in luce,communionem habemus cum alij aliis. Et ſanguis Ieſu Chriſti filij eius emundat nos ab omni peccato.

Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, noſipſos ſeducimus:& veritas non eſt in nobis.

Si confiteamur peccata noſtra,fidelis eſt & iuſtus vt remittat nobis peccata,& emunder nos ab omni iniquitate.

Si dixerimus quoniam non peccauimus,mendacem facimus eum:& verbum eius non eſt in nobis.

CAP. II.

FIlioli mei, hæc ſcribo vobis, vt non peccetis: Et ſi quis peccauerit aduocatum habemus apud Patrem,Ieſum Chriſtum iuſtum:

Et ipſe propitiatio eſt pro peccatis noſtris: non pro noſtris autẽ tantũ,ſed etiam pro totius mundi.

Et in hoc ſcimus quoniam cognouimus eum, ſi mandata eius obſeruemus.

Dicens,Noui eum, & mandata eius non ſeruans, mendax eſt,& in hoc veritas non eſt.

Qui autẽ ſeruat eius verbũ,verè in hoc charitasDei perfecta eſt:in hoc cognoſcim⁹ quoniã in ipſo ſum⁹.

Dicens in ipſo manere,debet,ſicut ille ambulauit, & ipſe ita ambulare.

Fratres,non mandatum nouum ſcribo vobis, ſed mandatum vetus,quod habuiſtis ab initio. Mandatum vetus eſt verbum quod audiſtis ab initio.

Iterum mandatum nouum ſcribo vobis, quod eſt verum in ipſo,& in vobis: quia tenebræ tranſeunt, & lumen verum iam lucet.

Dicens in luce eſſe,& fratrem ſuum odio habens, in tenebris eſt vſque adhuc:

Diligens fratrem ſuum,in lumine manet: & ſcandalum in eo non eſt.

Verum odio habens fratrem ſuum,in tenebris eſt, & in tenebris ambulat:& neſcit quò eat:quia tenebræ obcæcauerunt eius oculos.

PRIMÆ EPISTOLÆ BEATI IOANNIS APOSTOLI.

Transl. Eraſm. Roterod.

CAPVT PRIMVM.

1 *QVod erat ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis noſtris quod perſpeximus, & manus noſtræ contrectauerunt de ſermone vitæ,*

2 *Et vita manifeſta eſt,vidimus:etiam teſtamur, & annunciamus vobis vitam æternam, quæ erat apud patrem, & manifeſtata eſt nobis.*

3 *Quod vidimus & audiuimus annunciamus vobis, vt & vos ſocietatem habeatis nobiſcum,& ſocietas noſtra ſit cum patre & Filio eius Ieſu Chriſto.*

4 *Et hæc ſcribimus vobis, vt gaudium veſtrum ſit plenum.*

5 *Et hæc eſt promiſſio, quam audiuimus ex ipſo,& annunciamus vobis,quod Deus lux eſt,& tenebræ in eo non ſunt vllæ.*

6 *Si dixerimus, quod ſocietatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus, mentimur, & veritatem non facimus,*

7 *Quod ſi in luce ambulamus,ſicut ipſe eſt in luce,ſocietatem habemus inter nos mutuam,& ſanguis Ieſu Chriſti filij eius emundat nos ab omni peccato.*

8 *Si dixerimus: peccatum non habemus,noſipſos fallimus, & veritas in nobis non eſt.*

9 *Si confiteamur peccata noſtra, fidelis eſt & iuſtus, vt remittat nobis peccata noſtra, & emundet nos ab omni iniquitate.*

10 *Si dixerimus:non peccauimus,mendacem facimus eum, & ſermo eius non eſt nobis.*

CAP. II.

1 *FIlioli mei, hæc ſcribo vobis ne peccetis: & ſi quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem, Ieſum Chriſtum iuſtum.*

2 *Et ipſe eſt propiciatio pro peccatis noſtris:non pro noſtris autem tantum,ſed etiam pro totius mundi.*

3 *Et per hoc ſcimus,quod cognouimus eum,ſi iuſſa illius obſeruamus.*

4 *Qui dicit: noui eum, & præcepta eius non ſeruat, mendax eſt,& in eo veritas non eſt,*

5 *Qui autem ſeruat ſermonem eius,verè in hoc charitas Dei perfecta eſt.Per hoc ſcimus,quod in ipſo ſumus.*

6 *Qui dicit ſe in eo manere, debet,ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare.*

7 *Chariſſimi,non præceptum nouum ſcribo vobis,ſed præceptum vetus, quod habuiſtis ab initio. Præceptum vetus eſt ſermo,quem audiſtis ab initio.*

8 *Rurſum præceptum nouum ſcribo vobis,quod verum eſt in ipſo,idem verum eſt & in vobis: quia tenebræ præteunt,& verum lumen iam lucet.*

9 *Qui dicit ſe in luce eſſe,& fratrem ſuum odit,in tenebris eſt vſque adhuc.*

10 *Qui diligit fratrem ſuum, in lumine manet, & offendiculum in eo non eſt.*

11 *Qui autem odit fratrem ſuum,in tenebris eſt,& in tenebris ambulat, & neſcit quò eat quia tenebræ obcæcauerunt oculos eius.*

Vulgat. Editio.

Scribo vobis,filioli, quoniam remittuntur vobis peccata propter nomen eius.

Scribo vobis patres, quoniam cognouistis eum, qui ab initio est.Scribo vobis adolescentes,quoniam vicistis malignum.

Scribo vobis infantes, quoniam cognouistis Patrem.Scribo vobis iuuenes, quoniam fortes estis, & verbum Dei manet in vobis,& vicistis malignum.

Nolite diligere mundum,neque ea,quæ in mundo sunt. Si quis diligit mundum, non est charitas Patris in eo:

Quoniam omne, quod est in mundo, concupiscentia carnis est,& concupiscentia oculorum,& superbia vitæ:quæ non est ex Patre, sed ex mundo est.

Et mundus transit, & concupiscentia eius. Qui autem facit voluntatem Dei,manet in æternum.

Filioli, nouissima hora est: & sicut audistis quia Antichristus venit: & nunc Antichristi multi facti sunt;vnde scimus,quia nouissima hora est.

Ex nobis prodierunt,sed non erant ex nobis:nã,si fuissent ex nobis, permansissent vtique nobiscum: sed vt manifesti fiant quoniã non sunt oẽs ex nobis.

Sed vos vnctionem habetis à Sancto & nostis omnia.

Non scripsi vobis quasi ignorantibus veritatem, sed quasi scientibus eam: & quoniam omne mendacium ex veritate non est.

Quis est mendax,nisi is,qui negat quoniam Iesus est Christus?Hic est Antichristus:qui negat Patrem, & Filium.

Omnis, qui negat Filium, nec Patrem habet: qui confitetur Filium,& Patrem habet.

Vos quod audistis ab initio,in vobis prrmaneat:Si in vobis permanserit quod audistis ab initio, & vos in Filio,& Patre manebitis:

Et hæc est repromissio, quam ipse pollicitus est nobis,vitam æternam.

Hæc scripsi vobis de his,qui seducunt vos.

Et vos vnctionem,quam accepistis ab eo,maneat in vobis. Et non necesse habetis vt aliquis doceat vos: sed sicut vnctio eius docet vos de omnibus, & verum est, & non est mendacium. Et sicut docuit vos:manete in eo.

Et nunc filioli manete in eo: vt cum apparuerit, habeamus fiduciam, & non confundamur ab eo in aduentu eius.

Si scitis quoniam iustus est, scitote quoniam & omnis,qui facit iustitiam,ex ipso natus est.

CAP. III.

VIdete qualem charitatem dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur & simus. Propter hoc mundus non nouit nos,quia non nouit eum.

Charissimi,nunc filij Dei sumus: & nondum apparuit quid erimus.Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus: quoniam videbimus eum sicuti est.

Et omnis, qui habet hanc spem in eo, sanctificat se,sicut & ille sanctus est.

Omnis,qui facit peccatum, & iniquitatem facit: & peccatum est iniquitas.

* Et scitis quia ille apparuit vt peccata nostra tolleret:peccatum in eo non est.

Omnis,qui in eo manet,non peccat:& omnis,qui peccat,non vidit eum,nec cognouit eum.

* Isa. 53. 11. 1. Pet. 2. 22.

Transl. ex Syriac.

Scribo vobis filioli, quoniam remissa sunt vobis peccata vestra propter nomen eius.

Scribo vobis patres, quoniam nouistis eum qui erat ab initio. Scribo vobis adolescentes, quoniam vicistis malum illum.

Scripsi vobis pueri,quoniam cognouistis Patrem. Scripsi vobis patres,quoniam cognouistis eum qui est à principio. Scripsi vobis adolescentes,quoniam fortes estis,& verbum Dei habitat in vobis, & vicistis malum illum.

Ne diligatis mundum, neque ea quæ in mundo sunt. Qui enim diligit mundum, charitas Patris in eo non est.

Quicquid enim in ipso mundo est, concupiscentia est corporis, & concupiscentia oculorum, & fastus mundi, quæ quidem non sunt ex Patre,sed ex ipso sunt mundo.

Et mundus præterit,& concupiscentia eius. Qui autem exequitur voluntatem Dei,manet in æternum.

Filioli,vltimum est tempus: & sicut audistis venturum Pseudochristum,etiam nunc multi sunt Pseudochristi,& ex hoc nouimus quòd vltimum tempus est.

E nobis egressi sunt, sed ex nobis non erant: si enim ex nobis fuissent,apud nos permansissent:at egressi sunt è nobis,vt innotescat eos ex nobis non fuisse.

Vos autem vnctionem habetis à Sancto illo,& discernitis vnumquemque hominem.

Non scripsi vobis vt ignorantibus veritatem, sed vt scientibus eam:quodque omne mendacium non est ab ipsa veritate.

Quis est mendax,nisi ille qui negat Ieschua fuisse Meschichoe?Et hic est Pseudochristus: Qui negat Patrem,negat & Filium;

Et qui negat Filium,is ne Patrem quidem credit. Qui confitetur Filium,& Patrem quoque confitetur.

Vos itaq; quod audistis ab initio, permaneat apud vos. Si enim permanserit apud vos quod audistis ab initio, & vos in Patre & Filio manebitis.

Et hoc est promissum quod pollicitus est vobis, vitam æternam.

Hæc autem scripsi vobis propter eos qui seducunt vos.

Sed & vos,si permanserit vobiscum vnctio illa, quam accepistis ab eo. Necesse non habebitis vt quis doceat vos, sed sicut illa vnctio à Deo est,ipsa docebit vos de omnibus & verax est,nec est in ea mendacium.Et sicut docuit vos, manete in eo.

Et nunc filioli manete in eo, vt quum reuelatus fuerit,non erubescamus ab eo,sed habeamus fiduciam in aduentu ipsius.

Si scitis quòd iustus est,scitote quòd omnis qui facit iustitiam,ex eo est.

CAP. III.

POrrò videte quanta sit charitas Patris erga nos,qui filios vocauit nos,effecitque Propterea mundus non nouit nos,quoniam nec illum nouit.

* Dilecti mei,nunc filij Dei sumus,nec vsque adhuc reuelatum est quid futuri simus. Scimus autem quum ipse reuelatus fuerit,nos in similitudinem ipsius fore, eumque visuros prout ipse est.

* De Genitrice Dei.

Et quisquis habet in eo hanc spem,purificat seipsum sicut & ille purus est.

Qui autem peccatum committit, iniquitatem facit: peccatum enim omne iniquitas est.

Et scitis illum manifestatum esse vt tolleret peccata nostra,& peccatum in eo non est.

Porrò quisquis in eo manet, non peccat: & quicunque peccat,non vidit eum,nec eum nouit.

Transl. B. Ariæ Mont.

Scribo vobis,filioli, quoniam remittuntur vobis 12
peccata propter nomen eius.

Scribo vobis, patres, quoniam cognouistis eum, 13
ab initio. Scribo vobis,adolescentes: quoniam vicistis malignum.

Scribo vobis, infantes: quoniam cognouistis Pa- 14
trem. Scripsi vobis, adolescentes, quoniam fortes estis; & verbum Dei in vobis manet, & vicistis illum malignum.

Ne diligite mundum, neque ea quæ in mundo. 15
Si quis diligit mundum, non est charitas Patris in eo:

Quoniam omne illud in mundo, concupiscentia 16
carnis, & concupiscentia oculorum,& superbia vitæ non est ex Patre,sed ex mundo est.

Et mundus transit,& concupiscentia eius.Verùm 17
faciens voluntatem Dei,manet in æternum.

Pueruli, nouissima hora est: & sicut audistis quia 18
Antichristus venit: & nunc Antichristi multi facti sunt;vnde scimus quia nouissima hora est.

Ex nobis exierunt:sed non erant ex nobis:si enim 19
fuissent ex nobis,permansissent vtiq; cum nobis:sed vt manifesti sint,quoniam nõ sunt omnes ex nobis.

Et vos vnctionem habetis à Sancto, & nostis om- 20
nia.

Non scripsi vobis, quod non nostis veritatem,sed 21
quod nostis eam: & quoniam omne mendacium ex veritate non est.

Quis est mendax, si non negans quoniam Iesus 22
non est Christus? Hic est Antichristus, ille negans Patrem,& Filium.

Omnis negans Filium,nec Patrem habet. 23

Vos igitur quod audistis ab initio, in vobis per- 24
maneat: si in vobis manserit quod ab initio audistis, & vos in Filio,& in Patre manebitis.

Et hæc est repromissio, quam ipse pollicitus est 25
nobis,illam vitam æternam.

Hæc scripsi vobis de illis seducentibus vos. 26

Et vos vnctionem quam accepistis ab eo,in vobis 27
manet, & non opus habetis vt aliquis doceat vos: sed sicut ipsa vnctio docet vos de omnibus, & vera est, & non est mendacium. Et sicut docuit vos,manete in eo.

Et nunc, filioli,manete in eo: vt cùm apparuerit, 28
habeamus fiduciam,& non pudefiamus ab eo in aduentu eius.

Si scitis quoniam iustus est,scitote quoniam om- 29
nis faciens iustitiam,ex ipso natus est.

CAP. III.

VIdete qualem charitatem dedit nobis Pater, vt 1
nati Dei vocemur. Propter hoc mundus non nouit nos,quia non nouit eum.

Dilecti, nunc nati Dei sumus: & nondum appa- 2
ruit quid erimus. Scimus autem quoniam si apparuerit,similes ei erimus: quoniam videbimus eum sicuti est.

Et omnis habens spem hanc in eo, sanctificat se- 3
ipsum,sicut ille sanctus est.

Omnis faciens peccatum, & transgressionem le- 4
gis facit:& peccatum est transgressio legis.

Et scitis quia ille apparuit, vt peccata nostra tol- 5
leret:& peccatum in eo non est.

Omnis in eo manens,non peccat,omnis peccans, 6
non vidit eum,nec cognouit eum.

Transl. Erasm. Roterod.

*Scribo vobis filioli, quoniam remittuntur vobis pecca- 12
ta propter nomen eius.*

*Scribo vobis patres, quoniam cognouistis eum qui ab 13
initio est. Scribo vobis adolescentes, quoniam vicistis illum malum.*

*Scribo vobis filioli, quoniam cognouistis Patrem. Scripsi 14
vobis patres, quoniam cognouistis eum, qui ab initio est. Scripsi vobis adolescentes, quoniam fortes estis, & verbum Dei manet in vobis, & vicistis illum malum.*

*Ne diligatis mundum, neque ea quæ in mundo sunt. 15
Si quis diligit mundum, non est charitas Patris in eo.*

*Quoniam omne quod est in mundo, veluti concupiscen- 16
tia carnis, & concupiscentia oculorum, & fastus vitæ, non est ex Patre, sed ex mundo est.*

*Et mundus transit & concupiscentia eius. Qui autem 17
facit voluntatem Dei, manet in æternum.*

*Filioli, nouissimum tempus est, & sicut audistis, quod 18
Antichristus venturus sit, etiam nunc Antichristi multi cœperunt esse. Vnde scimus nouissimum tempus esse.*

*E nobis egressi sunt, sed non erant ex nobis. Nam si fuis- 19
sent ex nobis, permansissent vtique nobiscum. Sed vt manifesti fierent, quòd non sint omnes ex nobis.*

*Sed vos vnctionem habetis à Sancto illo, & nostis om- 20
nia.*

*Non scripsi vobis, quasi ignorantibus veritatem, sed 21
tanquam scientibus eam. Quodque omne mendacium ex veritate non est.*

*Quis est mendax, nisi is qui negat Iesum esse Chri- 22
stum? Hic est Antichristus, qui negat Patrem & Filium.*

Quisquis negat Filium, is ne Patrem quidem habet. 23

*Vos igitur quod audistis ab initio, in vobis permaneat. 24
Si in vobis permanserit quod audistis ab initio, & vos in Filio & Patre manebitis.*

*Et hæc est repromissio, qua ipse pollicitus est nobis vi- 25
tam æternam.*

Hæc scripsi vobis de his qui seducunt vos. 26

*Et vnctio quam vos accepistis ab eo, manet in vobis. Et 27
non necesse habetis, vt quisquam doceat vos, sed sicut ipsa vnctio docet vos de omnibus, & verax est, & non est mendacium. Et sicut docuit vos, manete in ea.*

*Et nunc, filioli, manete in eo, vt cum apparuerit, ha- 28
beamus fiduciam, & non pudefiamus ab eo in aduentu eius.*

*Si scitis quòd iustus est, scitote, quod omnis qui facit iu- 29
stitiam, ex ipso natus est.*

CAP. III.

*VIdete qualem charitatem dedit nobis Pater, vt Fi- 1
lij Dei nominemur. Propter hoc mundus non nouit vos, quia non nouit eum.*

*Charissimi, nunc Filij Dei sumus, & nondum apparuit 2
id quod futuri simus. Scimus autem, quod si apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est.*

*Et omnis qui habet hanc spem in eo, purificat se, sicut 3
& ille purus est.*

*Omnis qui committit peccatum, idem & iniquitatem 4
committit: & peccatum est iniquitas.*

*Et scitis quod ille apparuit, vt peccata nostra tolleret, 5
& peccatum in eo non est.*

*Omnis qui in eo manet, non peccat: omnis qui peccat, 6
non vidit eum, nec cognouit eum.*

Vulgat. Editio.

Filioli, nemo vos seducat. Qui facit iustitiam, iustus est: sicut & ille iustus est.

*Io.8.44 * Qui facit peccatum, ex diabolo est: quoniam ab initio diabolus peccat. In hoc apparuit Filius Dei, vt dissoluat opera diaboli.

Omnis, qui natus est ex Deo, peccatum non facit: quoniam semen ipsius in eo manet, & non potest peccare, quoniam ex Deo natus est.

In hoc manifesti sunt filij Dei, & filij diaboli. Omnis qui non est iustus, non est ex Deo, & qui non diligit fratrem suum:

Quoniam hæc est annuntiatio, quam audistis ab initio, *Io.13.34 & 15.12. * vt diligatis alterutrum.

Non sicut *Cain, qui ex maligno erat, & occidit fratrem suum. Et propter quid occidit eum? quoniã opera eius maligna erant: fratris autem eius iusta.

*Gen.4.8

Nolite mirari fratres, si odit vos mundus.

*1.Ioan.3.14. Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. * Qui non diligit, manet in morte.

Omnis, qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in semetipso manentem.

*Io.15.13 In hoc * cognouimus charitatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit: & nos debemus pro fratribus animas ponere.

*Iac.2.15 *Qui habuerit substantiã huius mundi, & viderit fratrem suũ necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo: quomodo charitas Dei manet in eo?

Filioli mei, non diligamus verbo, neque lingua, sed opere & veritate.

In hoc cognoscimus quoniam ex veritate sumus, & conspectu eius suadebimus corda nostra.

Quoniam si reprehenderit nos cor nostrum, maior est Deus corde nostro, & nouit omnia.

Charissimi, si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum.

*Mat.21.22. *Et quicquid petierimus, accipiemus ab eo: quoniam mandata eius custodimus: & ea, quæ sunt placita coram eo, facimus.

*1o 6.29. & 17.3. *Et hoc est mandatum eius: Vt credamus in nomine Filij eius Iesu Christi: & diligamus alterutrum, sicut dedit mandatum nobis.

*1o.14.23 & 15.12. Et *qui seruat mandata eius, in illo manet, & ipse in eo: & in hoc scimus quoniam manet in nobis de Spiritu quem dedit nobis.

CAP. IIII.

CHarissimi, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex Deo sint: quoniam multi pseudoprophetæ exierunt in mundum.

In hoc cognoscitur Spiritus Dei: omnis spiritus qui confitetur Iesum Christum in carne venisse, ex Deo est:

Et omnis spiritus qui soluit Iesum ex Deo non est: & hic est Antichristus, de quo audistis quoniam venit, & nunc in mundo est.

Vos ex Deo estis filioli, & vicistis eum, quoniam maior est qui in vobis est, quam qui in mundo.

*1o.8.47 *Ipsi de mundo sunt: ideo de mundo loquuntur, & mundus eos audit.

Nos ex Deo sumus. Qui nouit Deum, audit nos: qui non est ex Deo, non audit nos: in hoc cognoscimus Spiritum veritatis, & spiritum erroris.

Transl. ex Syriac.

7 *Filioli mei, nemo seducat vos. Qui facit iustitiam, iustus est, sicut & ipso Meschicho iustus est.*

8 *Qui verò committit peccatum, ex Satana est: quoniam à principio ipse Satanas peccator est. Et propter hoc apparuit Filius Dei, vt dissolueret opera Satanæ.*

9 *Quisquis natus est ex Deo, peccatum non committit, quoniam semen ipsius in illo est, & non potest peccare quia ex Deo natus est.*

10 *In hoc distinguuntur filij Dei à filijs Satanæ. Quisquis non facit iustitiam, neque diligit fratrem suum, non est ex Deo,*

11 *Quoniam hoc est præceptum quod audistis ab initio, vt diligatis vos inuicem.*

12 *Non sicut Koin ille qui erat ex malo, & trucidauit fratrem suum. Et quare trucidauit eum, nisi quia mala erant opera sua, fratris verò sui iusta?*

13 *Ne miremini fratres mei, si odit vos mundus.*

14 *Nos scimus, quod translati sumus à morte ad vitam, eò quod diligimus fratres nostros. Qui non amat fratrem suum, in morte manet.*

15 *Quisquis enim odit fratrem suum, homicida est. Et scitis quod omnis homicida non potest habere permanentem in se vitam æternam.*

16 *In hoc cognoscimus charitatem eius erga nos, quòd is dederit animam suam pro nobis: & æquum est nos quoque pro fratribus nostris dare animas nostras.*

17 *Porrò qui habuerit possessionem mundi, & viderit fratrem suum egentem, & clauserit viscera sua ab eo, quæ potest esse charitas Dei in illo?*

18 *Filioli mei, ne diligamus nos inuicem verbis & lingua, sed operibus & veritate.*

19 *Et in hoc cognoscimus quod ex veritate sumus, & antequam veniat ipse persuasum reddituri sumus cor nostrum.*

20 *Quod si cor nostrum reprehendat nos, quanto maior est Deus corde nostro? nouit enim omnia.*

21 *Dilecti mei, si cor nostrum non arguit nos, fiduciam habemus coram Deo:*

22 *Et quicquid petierimus, accipimus ab eo, quoniam seruamus mandata eius, & quæ grata sunt coram ipso peragimus.*

23 *Et hoc est præceptum eius: Vt credamus in nomine filij ipsius Ieschua Meschicho, & diligamus nos inuicem sicut præcepit nobis.*

24 *Caterum qui seruat præcepta eius, per ipsum seruatur, & ille habitat in ipso: ac per hoc intelligimus quòd habitet in nobis, è Spiritu suo quem dedit nobis.*

CAP. IIII.

1 *Dilecti mei, non omnibus spiritibus credatis, sed dijudicate spiritus, num ex Deo sint: quia multi pseudoprophetæ exierunt in mundum.* Natiuitate Domini nostri

2 *Per hoc cognoscitur Spiritus Dei. Omnis spiritus, qui confitetur Ieschua Meschicho venisse in carne ex Deo est.*

3 *Omnis autem spiritus qui non confitetur Ieschua venisse in carne non est ex Deo: sed hic est ab ipso pseudochristo, quem audistis venturum, & nunc iam in mundo est.*

4 *Vos autem ex Deo estis filij, & vicistis eos, quoniam maior est ille, qui in vobis est, quàm qui in mundo.*

5 *Et illi ex mundo sunt propterea de mundo loquuntur, & mundus eos audit.*

6 *Nos autem ex Deo sumus, & qui nouit Deum audit nos, & qui non est ex Deo non audit nos: per hoc ipsum intelligimus spiritum veritatis, & spiritum erroris.*

Transl. B. Ariæ Mont.

Filioli, nemo seducat vos. Faciens iustitiam, iustus est, sicut ille iustus est.

Faciens peccatum, ex diabolo est: quoniam ab initio diabolus peccat. In hoc apparuit Filius Dei, vt dissoluat opera diaboli.

Omnis natus ex Deo, peccatum non facit: quoniam semen ipsius in eo manet: & non potest peccare, quoniam ex Deo natus est.

In hoc manifesti sunt nati Dei, & nati diaboli. Omnis non faciens iustitiam, non est ex Deo, & non diligens fratrem suum.

Quoniam hæc est annuntiatio, quam audistis ab initio, vt diligamus alij alios.

Non sicut Cain ex maligno erat: & occidit fratrem suum. Et gratia cuius occidit eum? Quoniam opera eius maligna erant: quæ autẽ fratris eius iusta.

Ne admiremini, fratres mei, si odit vos mundus.

Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. Non diligens fratrem, manet in morte.

Omnis odio habens fratrem suum, homicida est. Et scitis quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem.

In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille pro nobis animam suam posuit: & nos debemus pro fratribus animas ponere.

Qui verò habuerit victum mundi, & viderit fratrem suum opus habentem, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo?

Filioli mei, non diligamus verbo, neque lingua, sed opere & veritate.

Et in hoc cognoscimus quoniam ex veritate sumus, & ante eum suadebimus corda nostra.

Quoniam si reprehenderit nos cor, quod maior est Deus corde nostro, & nouit omnia.

Dilecti, si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum.

Et quicquid petierimus, accipiemus ab eo: quoniam mandata eius custodimus: & placita coram eo facimus.

Et hoc est mandatum eius, Vt credamus nomini Filij eius Iesu Christi: & diligamus alij alios, sicut dedit mandatum.

Et seruans mandata eius, in illo manet, & ipse in eo manet, & in hoc scimus quoniam manet in nobis, de Spiritu quem dedit nobis.

CAP. IIII.

Dilecti, ne omni spiritui credite: sed probate spiritus, si ex Deo sint: quoniam multi pseudoprophetæ exierunt in mundum.

In hoc cognoscitur Spiritus Dei. Omnis spiritus qui confitetur Iesum Christum in carne venisse, ex Deo est:

Et omnis spiritus qui non confitetur Iesum Christum in carne venientem, ex Deo non est: & hic est antichristi: de quo audistis quoniam venit: & nunc in mundo est iam.

Vos ex Deo estis, filioli, & vicistis eos. quoniam maior est qui in vobis, quam qui in mundo.

Ipsi de mundo sunt: propter hoc de mundo loquuntur, & mundus eos audit.

Nos ex Deo sumus. Cognoscens Deum, audit nos: qui non est ex Deo, non audit nos. Ex hoc cognoscimus Spiritum veritatis, & spiritum erroris.

Transl. Erasm. Roterod.

7 *Filioli, nemo vos seducat. Qui exercet iustitiam, iustus est, sicut & ille iustus est.*

8 *Qui committit peccatum, ex diabolo est: quoniam ab initio diabolus peccat. Ad hoc apparuit Filius Dei, vt dissoluat opera diaboli.*

9 *Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non committit: quoniam semen ipsius in eo manet, & non potest peccare, eò quod ex Deo natus est.*

10 *In hoc manifesti sunt Filij Dei, & filij diaboli: Omnis qui non facit iustitiam, non est ex Deo, & qui non diligit fratrem suum.*

11 *Quoniam hæc est annunciatio, quam audistis ab initio, vt diligatis nos inuicem.*

12 *Non sicut Cain ex illo malo erat, & occidit fratrem suum. Et propter quid occidit eum? Quia opera eius mala erant, fratris autem eius iusta.*

13 *Ne miremini fratres mei, si odit vos mundus.*

14 *Nos scimus, quod translati sumus de morte ad vitam, quia diligimus fratres. Qui non diligit fratrem, manet in morte.*

15 *Omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis, quod omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem.*

16 *Per hoc cognouimus charitatem, quoniam ille animam suam pro nobis posuit: & nos debemus pro fratribus animas ponere.*

17 *Qui vero habuerit substantiam mundi, & viderit fratrem suum egentem, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo?*

18 *Filioli mei, ne diligamus verbo, neque lingua, sed opere & veritate.*

19 *Per hoc cognoscimus, quod ex veritate sumus, & in conspectu eius suadebimus cordibus nostris.*

20 *Quoniam si condemnet nos cor nostrum, maior est Deus corde nostro, & nouit omnia.*

21 *Charissimi, si cor nostrum non condemnet nos, fiduciam habemus erga Deum:*

22 *Et quicquid petierimus, accipimus ab eo: quoniam præcepta eius custodimus, & ea quæ sunt placita coram eo, facimus.*

23 *Et hoc est præceptum eius, vt credamus nomini Filij eius Iesu Christi, & diligamus nos mutuo, sicut dedit præceptum.*

24 *Et qui seruat præcepta eius, in illo manet, & ipse in eo. Et per hoc scimus, quòd manet in nobis è spiritu, quem nobis dedit.*

CAP. IIII.

1 *Charissimi, ne cuiuis spiritui credatis, sed probate spiritus an ex Deo sint, quoniam multi pseudoprophetæ exierunt in mundum.*

2 *Per hoc cognoscite Spiritum Dei. Omnis spiritus, qui confitetur Iesum Christum in carne venisse, ex Deo est.*

3 *Et omnis spiritus, qui non confitetur Iesum Christum in carne venisse, ex Deo non est. Et hic est ille spiritus Antichristi, de quo audistis, quod venturus sit, & nunc iam in mundo est.*

4 *Vos ex Deo estis filioli, & vicistis eos: quoniam maior est qui in vobis est, quàm qui in mundo.*

5 *Ipsi è mundo sunt, ideo è mundo loquuntur, & mundus eos audit.*

6 *Nos ex Deo sumus. Qui nouit Deum, audit nos, qui non est ex Deo, non audit nos. Per hoc cognoscimus Spiritum veritatis, & spiritum erroris.*

Vulgat. Editio.

Chariſsimi, diligamus nos inuicem: quia charitas ex Deo eſt: Et omnis, qui diligit, ex Deo natus eſt, & cognoſcit Deum.

Qui non diligit, non nouit Deum: quoniam Deus charitas eſt.

Ioa.3.16. * In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam Filium ſuum vnigenitum miſit Deus in mundum, vt viuamus per eum.

In hoc eſt charitas, non quaſi nos dilexerimus Deum, ſed quoniam ipſe prior dilexit nos, & miſit filium ſuum propitiationem pro peccatis noſtris.

Chariſsimi, ſi ſic Deus dilexit nos: & nos debemus alterutrum diligere.

1.Ioa.1.18. 2.Tim.1.17. * Deum nemo vidit vmquam: Si diligamus inuicem, Deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta eſt.

In hoc cognoſcimus quoniam in eo manemus, & ipſe in nobis: quoniam de Spiritu ſuo dedit nobis.

Et nos vidimus, & teſtificamus quoniam Pater miſit Filium ſuum Saluatorem mundi.

Quisquis confeſſus fuerit quoniam Ieſus eſt Filius Dei, Deus in eo manet, & ipſe in Deo.

Et nos cognouimus, & credidimus charitati, quã habet Deus in nobis. Deus charitas eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.

In hoc perfecta eſt charitas Dei nobiſcum, vt fiduciam habeamus in die iudicij: quia ſicut ille eſt, & nos ſumus in hoc mundo.

Timor non eſt in charitate: ſed perfecta charitas foras mittit timorem, quoniam timor pœnam habet. Qui autem timet, non eſt perfectus in charitate.

Nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos.

Si quis dixerit quoniam diligo Deum, & fratrem ſuum oderit, mendax eſt. Qui enim non diligit fratrem ſuum quem videt, Deum, quem non videt, quomodo poteſt diligere?

1.Ioan.2. 3.4.& 15. 22. Eph.5.2. * Et hoc mandatum habemus à Deo: vt qui diligit Deum, diligat & fratrem ſuum.

CAP. V.

OMnis, qui credit, quoniam Ieſus eſt Chriſtus, ex Deo natus eſt. Et omnis, qui diligit eum qui genuit, diligit & eum qui natus eſt ex eo.

In hoc cognoſcimus quoniam diligimus natos Dei cum Deũ diligamus, & mandata eius faciamus.

Hæc eſt enim charitas Dei, vt mandata eius cuſtodiamus: & mandata eius grauia non ſunt.

Quoniam omne, quod natum eſt ex Deo, vincit mundum: & hæc eſt victoria, quæ vincit mundum, fides noſtra.

1.Cor.15. 57. * Quis eſt, qui vincit mundum, niſi qui credit quoniam Ieſus eſt filius Dei?

Hic eſt, qui venit per aquam & ſanguinem, Ieſus Chriſtus: non in aqua ſolum, ſed in aqua, & ſanguine. Et ſpiritus eſt, qui teſtificatur, quoniam Chriſtus eſt veritas.

Quoniam tres ſunt, qui teſtimonium dant in cœlo: Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus: & hi tres vnum ſunt.

Et tres ſunt, qui teſtimonium dant in terra: Spiritus, & aqua, & ſanguis: & hi tres vnum ſunt.

Si teſtimonium hominum accipimus, teſtimoniũ Dei maius eſt: quoniam hoc eſt teſtimonium Dei, quod maius eſt, quoniã teſtificatus eſt de Filio ſuo.

Qui credit in filium Dei, habet teſtimonium Dei in ſe. * Qui non credit Filio, mendacem facit eum: quia non credit in teſtimonium quod teſtificatus eſt Deus de Filio ſuo.

1.Ioa.5.36.

Tranſl. ex Syriac.

7 *Dilecti mei, diligamus nos inuicem, quoniam charitas ex Deo eſt: Et quiſquis diligit, ex Deo natus eſt, & cognoſcit Deum.*

8 *Quoniam Deus charitas eſt, & quiſquis non diligit, non cognoſcit Deum.*

9 *Per hoc innotuit charitas Dei erga nos, quòd Filium ſuum vnicum miſerit Deus in mundum, vt viuamus per eum.*

10 *In hoc eſt charitas, non quòd nos dilexerimus Deum, ſed quòd ipſe Deus dilexit nos, & miſerit filium ſuum propitiationem pro peccatis noſtris.*

11 * *Chariſſimi mei, ſi ſic dilexit nos Deus, & nos quoque debemus nos mutuò diligere.* * Lectione ſecreta, & Dominica, ex poſt Epiphaniam.

12 *Deum nemo vidit vnquam: Sed ſi dilexerimus nos mutuò, Deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta eſt.*

13 *Et per hoc ſcimus nos in eo manere, & ipſum manere in nobis, quia de Spiritu ſuo largitus eſt nobis.*

14 *Et nos vidimus, ac teſtificamur quòd Pater miſerit Filium ſuum Redemptorem in mundum.*

15 *Quiſquis confitetur Ieſchua, quod ipſe ſit Filius Dei, Deus in eo manet, & ipſe manet in Deo.*

16 *Et nos credidimus, & ſcimus quam charitatem habeat Deus erga nos. Deus enim charitas eſt, & quiſquis manet in charitate, in Deo manet.*

17 *Et in hoc completa eſt charitas eius nobiſcum, vt fiduciam habeamus in die iudicij: quia ſicut ipſe fuit, ita & nos ſumus in hoc mundo.*

18 *Timor in charitate non eſt, ſed charitas perfecta foras eiicit ipſum timorem, quoniam timor in perturbatione eſt. Qui autem timet, non eſt perfectus in charitate.*

19 *Nos igitur diligamus Deum, quoniam ipſe primum dilexit nos.*

20 *Sed ſi quis dicat: Diligo Deum, & fratrem ſuum odit, mendax eſt. Qui enim fratrem ſuum qui videtur, non diligit, Deum ipſum qui non videtur, quomodo poteſt diligere?*

21 *Et hoc præceptum accepimus ab eo, vt omnis qui diligit Deum, diligat & fratrem ſuum.*

CAP. V.

1 *QVisquis credit Ieſchua eſſe Meſchicho, ex Deo natus eſt. Et quiſquis diligit genitorem, diligit & eum qui natus eſt ex eo.* Feſto Iuliano, hoc eſt, Epiphaniæ.

2 *Et in hoc cognoſcimus quod diligimus filios Dei, quum Deum diligimus, & exequimur præcepta eius.*

3 *Hæc eſt enim charitas Dei, vt ſeruemus præcepta eius: & præcepta eius grauia non ſunt.*

4 *Quoniam quicquid natum eſt ex Deo, vincit ipſum mundum: & hæc eſt victoria, quæ vincit mundum ipſum, fides noſtra.*

5 *Quis eſt enim qui vincit ipſum mundum, niſi is qui credit Ieſchua eſſe filium Dei?*

6 * *Hic eſt qui venit per aquam, & ſanguinem Ieſchua Meſchicho: non per aquam ſolum, ſed per aquam, & ſanguinem. Et Spiritus eſt, qui teſtificatur, quoniam ipſe ſpiritus eſt veritas.*

7

8 *Et tres ſunt teſtes, Spiritus, & aqua, & ſanguis, & hi tres in vno ſunt.*

9 *Si teſtimonium hominum accipimus, quanto maius eſt teſtimonium Dei? & hoc eſt teſtimonium Dei, quo teſtificatus eſt de Filio ſuo.*

10 *Quiſquis credit in filium Dei, habet hoc teſtimonium in ſeipſo: Omnis qui non credit Deo, mendacem efficit eum: eo quod non credat in teſtimonium quo teſtificatus eſt Deus de Filio ſuo.*

Transl.B.Ariæ Mont.

Dilecti, diligamus alij alios, quia charitas ex Deo est: Et omnis diligens ex Deo natus est,& cognoscit Deum.

Qui non diligens, non nouit Deum: quoniam Deus charitas est.

In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam Filium suum vnigenitum misit Deus in mundum, vt viuamus per eum.

In hoc est charitas, non quòd nos dilexerimus Deum,sed quoniam ipse dilexit nos:& misit Filium suum propitiationem pro peccatis nostris.

Dilecti,si sic Deus dilexit nos, & nos debemus alij alios diligere.

Deum nemo vnquam vidit: Si diligamus alij alios, Deus in nobis manet:& charitas eius perfecta est in nobis.

In hoc cognoscimus quoniam in eo manemus,& ipse in nobis:quoniam de Spiritu suo dedit nobis.

Et nos vidimus, & testificamur, quoniam Pater misit Filium Saluatorem mundi.

Quisquis confessus fuerit quoniam Iesus est Filius Dei,Deus in eo manet & ipse in Deo.

Et nos cognouimus,& credidimus charitatẽ quam habet Deus in nobis. Deus charitas est:& manens in charitate,in Deo manet,& Deus in eo manet.

In hoc perfecta est charitas cum nobis,vt fiduciam habeamus in die iudicij:quia sicut ille est, & nos sumus in mundo hoc.

Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem: quoniam timor punitionem habet.at timens non perfectus est in charitate.

Nos diligimus eum, quoniam ipse prior dilexit nos.

Si quis dixerit,Quoniam diligo Deum,& fratrem suum oderit,mendax est. Nam non diligens fratrem suum quem vidit, Deum quem non vidit,quomodo potest diligere?

Et hoc mandatum habemus ab eo, vt diligens Deum,diligat & fratrem suum.

CAP. V.

OMnis credens quoniam Iesus est Christus,ex Deo natus est. Et omnis diligens genitorem, diligit & genitum ex eo.

In hoc cognoscimus quoniam diligimus natos Dei,cùm Deũ diligimus,& mandata eius seruamus,

Hæc enim est charitas Dei, vt mandata eius custodiamus:& mandata eius grauia non sunt.

Quoniam omne natum ex Deo,vincit mundum. & hæc est victoria,vincens mundum,fides nostra.

Quis est vincens mundum, si non credens quoniam Iesus est Filius Dei?

Hic est ille veniens per aquam & sanguinem, Iesus ille Christus, non in aqua solùm, sed in aqua & sanguine. Et Spiritus est ille testans,quoniam Spiritus est veritas.

Quoniam tres sunt illi testantes in cælo, Pater, & Verbum,& sanctus Spiritus.& tres in vnum sunt.

Et tres sunt illi testantes in terra,Spiritus,& aqua, & sanguis.

Si testimonium hominum accipimus, testimonium Dei maius est: quoniam hoc est testimonium Dei, quod testificatus est de Filio suo.

Credens in Filium Dei, habet testimonium in se: Non credens Deo, mendacem fecit eum: quia non credidit in testimonium quod testificatus est Deus de Filio suo,

Transl. Erasm.Roterod.

7 *Charissimi, diligamus nos inuicem, quia charitas ex Deo est.Et omnis qui diligit ex Deo natus est,& cognoscit Deum.*

8 *Qui non diligit, non nouit Deum quoniam Deus charitas est.*

9 *In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quòd Filium suum vnigenitum misit Deus in mundum, vt viuamus per eum.*

10 *In hoc est charitas, non quod nos dilexerimus Deum, sed quod ipse dilexerit nos: & miserit Filium suum propitiationem pro peccatis nostris.*

11 *Charissimi, si sic Deus dilexit nos,& nos debemus nos mutuo diligere.*

12 *Deum nemo vidit vnquam. Si diligamus nos inuicem, Deus in nobis manet, & charitas eius est perfecta in nobis,*

13 *Ex hoc cognoscimus, in eo nos manere, & ipsum in nobis:quod de Spiritu suo dedit nobis.*

14 *Et nos vidimus & testamur, quod pater misit Filium seruatorem mundi.*

15 *Quisquis confessus fuerit, quod Iesus est Filius Dei, Deus in eo manet,& ipse in Deo.*

16 *Et nos cognouimus & credidimus charitatem, quam habet Deus in nobis. Deus charitas est, & qui manet in charitate,in Deo manet,& Deus in eo.*

17 *In hoc perfecta est charitas nobiscum, vt fiduciam habeamus in die iudicij, quod sicut ille est, & nos sumus in mundo hoc.*

18 *Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras eijcit timorem,quoniam timor cruciatum habet. Qui autem timet,non est perfectus in charitate.*

19 *Nos diligimus eum,quoniam ipse prior dilexit nos.*

20 *Si quis dixerit: diligo Deum, & fratrem suum oderit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quem vidit,Deum quem non vidit,quomodo potest diligere?*

21 *Et hoc præceptum habemus ab eo:vt qui diligit Deum, diligat & fratrem suum.*

CAP. V.

1 *OMnis qui credit Iesum esse Christum,ex Deo natus est. Et omnis qui diligit eum qui genuit, diligit & eum qui natus est ex eo,*

2 *In hoc cognoscimus, quod diligamus filios Dei, cum Deum diligimus,& præcepta eius seruamus.*

3 *Hæc est enim charitas Dei, vt præcepta eius seruemus, & præcepta eius grauia non sunt.*

4 *Quoniam omne quod natum est ex Deo, vincit mundum: & hæc est victoria quæ vicit mundum,fides nostra.*

5 *Quis est qui vincit mundum,nisi qui credit quod Iesus est Filius Dei?*

6 *Hic est qui venit per aquam & sanguinem Iesus Christus: non per aquam solum,sed per aquam & sanguinem. Et Spiritus est qui testificatur, quoniam Spiritus est veritas.*

7 *Quoniam tres sunt qui testimonium dant in cœlo:Pater,Sermo,& Spiritus sanctus:& hi tres vnum sunt.*

8 *Et tres sunt qui testimonium dant in terra, Spiritus, & aqua,& sanguis:& hi tres vnum sunt.*

9 *Si testimonium hominum accepimus, testimonium Dei maius est:quoniam hoc est testimonium Dei,quo testificatus est de Filio suo.*

10 *Qui credit in Filium Dei, habet testimonium in se ipso. Qui non credit Deo,mendacem fecit eum: quia non credit in testimonium, quod testificatus est Deus de Filio suo.*

Vulgat. Editio.		Transl. ex Syriac.
Et hoc est testimonium, quoniam vitam æternam dedit nobis Deus. Et hæc vita in Filio eius est.	11	*Et hoc est testimonium, quòd vitam æternam dedit nobis Deus. Et hæc vita in Filio eius est.*
Qui habet Filium, habet vitam: qui non habet Filium, vitam non habet.	12	*Quisquis habet Filium, habet & vitam: & quisquis non habet Filium Dei, non est ei vita.*
Hæc scribo vobis: vt sciatis quoniam vitam habetis æternam, qui creditis in nomine Filij Dei.	13	*Hæc scripsi vobis, vt sciatis vos habere vitam æternam, qui credidistis nomini Filij Dei.*
Et hæc est fiducia, quam habemus ad eum: Quia quodcumque petierimus: secundum voluntatem eius, audit nos.	14	*Et hæc est fiducia quam habemus apud eum, quòd quicquid petierimus secundùm voluntatem eius, audit nos.*
Et scimus quia audit nos quidquid petierimus: scimus quoniam habemus petitiones quas postulamus ab eo.	15	*Quod si persuasum habemus quòd audit nos, quicquid petierimus ab eo: confidimus nos iam recepisse petitiones nostras quas postulauimus ab eo.*
Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat & dabitur ei vita, peccanti non ad mortem: Est peccatum ad mortem: non pro illo dico vt roget quis.	16	*Si quis viderit fratrem suum peccantem, peccatum quod non condemnat ad mortem, postulet, & dabitur ei vita, illis nimirum, qui non tanquam ad mortem peccant. Est enim peccatum mortis: pro quo non dico vt quis roget.*
Omnis iniquitas, peccatum est: & est peccatum ad mortem.	17	*Omnis enim iniquitas peccatum est, & est peccatum quod non est mortis.*
Scimus quia omnis, qui natus est ex Deo, non peccat: sed generatio Dei conseruat eum, & malignus non tangit eum.	18	*Porrò scimus quòd omnis qui natus est ex Deo, non peccat: is enim qui natus est ex Deo, custodit seipsum, & malus ille non tangit eum.*
Scimus quoniam ex Deo sumus: & mundus totus in maligno positus est.	19	*Scimus quòd ex Deo sumus, & mundus totus in malo positus est.*
Et scimus quoniam Filius Dei venit. * & dedit nobis sensum, vt cognoscamus verum Deum, & simus in vero Filio eius. Hic est verus Deus, & vita æterna.	20	*Et scimus Filium Dei venisse, & dedisse nobis mentem vt cognoscamus verum illum, & simus in ipso vero, in Filio eius Ieschua Meschicho. Hic est Deus verus, & vita æterna.*
Filioli, custodite vos à simulacris. Amen.	21	*Filioli mei custodite vosmetipsos à cultu idolorum. Amin.*

* Luc. 24. 45.



Transl. B. Ariæ Mont.

Et hoc est testimonium, Quoniam vitam æternam dedit nobis Deus. Et hæc vita in Filio eius est.
Habens Filium, habet vitam: non habens Filium Dei, vitam non habet.
Hæc scripsi vobis credentibus in nomen Filij Dei, vt sciatis quoniam vitam æternam habetis, & vt credatis in nomen Filij Dei.
Et hæc est fiducia quam habemus ad eum, Quia si quid petierimus secundùm voluntatem eius, audit nos.
Et si scimus quia audit nos, quicquid petierimus, scimus quoniam habemus petitiones quas postulauimus ab eo,
Si quis viderit fratrem suum peccantem peccatum non ad mortem, petet, & dabit ei vitam, peccantibus non ad mortem. Est peccatum ad mortem, non pro illo dico vt roget.

Omnis iniquitas peccatum est: & est peccatum non ad mortem.
Scimus quia omnis natus ex Deo, non peccat: sed ille genitus ex Deo conseruat seipsum, & ille malignus non tangit eum
Scimus quoniam ex Deo sumus: & mundus totus in maligno positus est.
Scimus autem quoniam Filius Dei venit, & dedit nobis mentem, vt cognoscamus verum Deum: & simus in vero, in Filio eius Iesu Christo. Hic est verus Deus, & vita æterna.
Nati, custodite vosipsos ab idolis. Amen.

Transl. Erasm. Roterod.

Et hoc est testimonium, quod vitam æternam dedit nobis Deus, & hæc vita in Filio eius est.
Qui habet Filium, habet vitam: qui non habet Filium Dei, vitam non habet.
Hæc scripsi vobis, qui creditis in nomine Filij Dei, vt sciatis quod vitam habetis æternam, & vt credatis in nomine Filij Dei.
Et hæc est fiducia quam habemus apud eum: quod si quid petierimus secundum voluntatem eius, audit nos.
Et si scimus, quod audit nos, quicquid petierimus, scimus quod habemus petitiones quas postulauimus ab eo.
Si quis viderit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petet, & dabit ei vitam, peccantibus non ad mortem. Est peccatum ad mortem, non pro illo dico vt roges.
Omnis iniquitas peccatum est. Et est peccatum non ad mortem.
Scimus, quod omnis qui natus est ex Deo, non peccat: sed qui genitus est ex Deo, seruat seipsum, & malus ille non tangit eum.
Scimus quod ex Deo sumus, & mundus totus in malo constitutus est.
Scimus autem quod Filius Dei venit, & dedit nobis mentem, vt cognoscamus illum qui verus est: & sumus in vero, in Filio eius Iesu Christo. Hic est verus Deus, & vita æterna.
Filioli, cauete vobis à simulacris. Amen.

SECVNDÆ EPISTOLAE BEATI IOANNIS APOSTOLI,

Vulgat. Editio.

SEnior Electæ dominæ, & natis eius, quos ego diligo in veritate, & non ego solus, sed & omnes, qui cognouerunt veritatem,

Propter veritatem, quæ permanet in nobis, & nobiscum erit in æternum.

Sit vobiscum gratia, misericordia, pax à Deo Patre, & à Christo Iesu Filio Patris in veritate, & charitate.

Gauisus sum valde, quoniam inueni de filiis tuis ambulantes in veritate, sicut mandatum accepimus à Patre.

Et nunc rogo te domina, non tanquam mandatum nouum scribens tibi, sed quod habuimus ab initio, * vt diligamus alterutrum.

1Ia.15.12 Et hæc est charitas, vt ambulemus secundum mandata eius. Hoc est enim mandatum, vt quemadmodum audisti ab initio, in eo ambuletis.

Quoniam multi seductores exierunt in mundum, qui non confitentur Iesum Christum venisse in carnem: hic est seductor, & antichristus.

Videte vosmetipsos, ne perdatis quæ operati estis: sed vt mercedem plenam accipiatis.

Omnis, qui recedit, & non permanet in doctrina Christi, Deum non habet: qui permanet in doctrina, hic & Patrem & Filium habet.

Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec AVE ei dixeritis.

Qui enim dicit illi AVE, communicat operibus eius malignis.

Plura habens vobis scribere, nolui per chartam, & atramentum: spero enim me futurum apud vos, & os ad os loqui: vt gaudium vestrum plenum sit.

Salutant te filij sororis tuæ Electæ.

SECVNDÆ EPISTOLAE BEATI IOANNIS APOSTOLI,

Transl. Eraſm. Roterod.

1 *SEnior electæ dominæ & filiis eius, quos ego diligo in veritate: & non ego solus, sed & omnes qui cognouerunt veritatem,*

2 *Propter veritatem, quæ permanet in nobis, & nobiscum erit in æternum*

3 *Erit nobiscum gratia, misericordia, pax, à Deo Patre, & à Domino Iesu Christo Filio Patris in veritate & charitate.*

4 *Gauisus sum valde, quod inueni de filiis tuis ambulantes in veritate, sicut præceptum accepimus à Patre.*

5 *Et nunc rogo te domina, non tanquam mandatum nouum scribo tibi, sed quod habuimus ab initio, vt diligamus nos mutuo.*

6 *Et hæc est charitas, vt ambulemus secundum præceptum eius. Hoc est præceptum, quemadmodum audistis ab initio, vt in eo ambuletis:*

7 *Quoniam multi seductores ingressi sunt in mundum, qui non confitentur Iesum Christum venturum in carne. Hic est seductor & antichristus,*

8 *Intuemini vosipsos, ne perdamus quæ operati sumus, sed vt mercedem plenam recipiamus.*

9 *Omnis qui transgreditur, & non manet in doctrina Christi, Deum non habet. Qui manet in doctrina Christi, hic & patrem & Filium habet.*

10 *Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, ne recipiatis eum in domum, nec AVE ei dixeritis.*

11 *Qui enim dicit illi AVE, communicat operibus eius malis.*

12 *Cum multa haberem vobis scribenda, nolui per chartam & atramentum. Sed spero me venturum ad vos, & præsentem præsentibus locuturum, vt gaudium nostrum sit completum.*

13 *Salutant te filij sororis tuæ electæ. Amen.*

TERTIÆ EPISTOLÆ BEATI IOANNIS APOSTOLI,

Vulgat. Editio.

SEnior Gaio charissimo, quem ego diligo in veritate.

Charissime, de omnibus orationem facio prospere te ingredi,& valere,sicut prospere agit anima tua.

Gauisus sum valde venientibus fratribus,& testimonium perhibentibus veritati tuæ, sicut tu in veritate ambulas.

Maiorem horum non habeo gratiam, quam vt audiam filios meos in veritate ambulare.

Charissime, fideliter facis quidquid operaris in fratres,& hoc in peregrinos,

Qui testimonium reddiderunt charitati tuæ in conspectu Ecclesiæ: quos benefaciens,deduces dignè Deo.

Pro nomine enim eius profecti sunt, nihil accipientes à Gentibus.

Nos ergo debemus suscipere huiusmodi, vt cooperatores simus veritatis.

Scripsissem forsitan Ecclesiæ: sed is,qui amat primatum gerere in eis, Diotrephes,non recipit nos,

Propter hoc si venero,commonebo eius opera,quę facit, verbis malignis garriens in nos: & quasi non ei ista sufficiant: neque ipse suscipit fratres: & eos, qui suscipiunt,prohibet,& de Ecclesia eijcit.

Charissime,noli imitari malum,sed quod bonum est. Qui benefacit,ex Deo est: qui malefacit,non vidit Deum.

Demetrio testimonium redditur ab omnibus, & ab ipsa veritate; sed & nos testimonium perhibemus: & nosti quoniam testimonium nostrum verum est.

Multa habui tibi scribere: sed nolui per atramentum,& calamum scribere tibi.

Spero autem protinus te videre,& os ad os loquemur. Pax tibi. Salutant te amici. Saluta amicos nominatim.

TERTIÆ EPISTOLÆ BEATI IOANNIS APOSTOLI,

Transl. Erasm. Roterod.

1 *SEnior Gaio dilecto,quem ego diligo in veritate.*

2 *Dilecte, de omnibus opto, vt prospere agant, & recte valeant,sicut prospere agit anima tua.*

3 *Gauisus sum enim valde venientibus fratribus, & testimonium reddentibus veritati tuæ, sicut tu in veritate ambulas.*

4 *Maius iis non habeo gaudium, quàm vt audiam filios meos in veritate ambulare.*

5 *Charissime, fideliter facis quicquid operaris in fratres, & in hospites,*

6 *Qui testimonium reddiderunt charitati tuæ in conspectu ecclesiæ,quos,benefacies,si deduxeris dignè Deo.*

7 *Pro nomine enim eius profecti sunt, nihil accipientes à gentibus.*

8 *Nos ergo debemus recipere huiusmodi, vt cooperatores simus veritati.*

9 *Scripsi ecclesiæ, sed is qui amat primatum gerere in eis Diotrephes non recipit nos.*

10 *Propter hoc si venero, indicabo facta illius quæ facit, verbis malitiosis garriens in nos, & nec his contentus,non solùm non recipit fratres, verum etiam volentes recipere, prohibet,& è congregatione eijcit.*

11 *Dilecte, ne imiteris quod malum est, sed quod bonum est. Qui benefacit,ex Deo est: qui autem malefacit,non videt Deum.*

12 *Demetrio testimonium redditum est ab omnibus, & ab ipsa veritate, sed & nos testimonium perhibemus, & nostis,quod testimonium nostrum verum est.*

13 *Multa habebam quæ scriberem, sed nolo per atramentum & calamum scribere tibi.*

14 *Spero autem protinus me visurum te,& præsentes coram loquemur. Pax tibi. Salutant te amici,saluta amicos nominatim.*

EPISTOLÆ
CATHOLICAE
B. IVDÆ APOSTOLI,

Vulgata Editio.

1 IVdas Iesu Christi seruus, frater autem Iacobi, his, qui sunt in Deo Patre dilectis, & Christo Iesu conseruatis,& vocatis.
2 Misericordia vobis, & pax,& charitas adimpleatur.
3 Charissimi, omnem solicitudinem faciens scribendi vobis de communi vestra salute, necesse habui scribere vobis: deprecans supercertari semel traditæ sanctis fidei.
4 Subintroierunt enim quidam homines (qui olim præscripti sunt in hoc iudicium) impij, Dei nostri gratiam transferentes in luxuriam,& solum Dominatorem, & Dominum nostrum Iesum Christum negantes.
5 Commonere autem vos volo, scientes semel omnia, quoniam Iesus populum de terra Ægypti saluans, *secundo eos, qui non crediderunt, perdidit: Num. 14. 37.
6 Angelos vero, qui non seruauerunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, in iudicium magni diei, vinculis æternis sub caligine reseruauit.
7 Sicut Sodoma,& Gomorrha,& finitimæ ciuitates simili modo exfornicatæ, & abeuntes post carnem alteram,factæ sunt exemplum, ignis æterni pœnam sustinentes.
8 Similiter,& hi carnem quidem maculant, dominationem autem spernunt, maiestatem autem blasphemant.
9 *Cum Michael Archangelus cum diabolo disputans altercaretur de Moysi corpore,non est ausus iudicium inferre blasphemiæ: sed dixit: Imperet tibi Dominus. Zach. 3. 2.
10 Hi autem quæcunque quidem ignorant, blasphemant:quæcunque autem naturaliter,tanquam muta animalia,norunt,in his corrumpuntur.
11 Væ illis, quia in *via Cain abierunt, & *errore Balaam mercede effusi sunt, & in contradictione *Core perierunt: Gen. 4. 8. Nu. 22. 23 Nu. 16. 1. 2. Petr. 2. 17.
12 Hi sunt in epulis suis maculæ, conuiuantes sine timore,semetipsos pascentes,nubes sine aqua, quæ à ventis circumferuntur, arbores autumnales, infructuosæ,bis mortuæ,eradicatæ,
13 Fluctus feri maris, dispumantes suas confusiones, sidera errantia:quibus procella tenebrarum seruata est in æternum.
14 Prophetauit autem & de his septimus ab Adam Enoch,dicens:* Ecce venit Dominus in sanctis millibus suis Apo. 1. 7.
15 Facere iudicium contra omnes, & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum, quibus impiè egerunt, & de omnibus duris,quæ locuti sunt contra Deum peccatores impij.
16 Hi sunt murmuratores querulosi, secundum desideria sua ambulantes, * & os eorum loquitur superba,mirantes personas quæstus causa. Psa. 5. 10.
17 Vos autem charissimi memores estote verborum, * quæ prædicta sunt ab Apostolis Domini nostri Iesu Christi, 1. Tim. 4. 1. 2. Tim. 3. 1. 2. Pet. 3. 3
18 Qui dicebant vobis, quoniam in nouissimo tempore venient illusores, secundum desideria sua ambulantes in impietatibus.
19 Hi sunt, qui segregant semetipsos, animales, Spiritum non habentes.
20 Vos autem charissimi superædificantes vosmetipsos sanctissimæ vestræ fidei, in Spiritu sancto orantes,
21 Vosmetipsos in dilectione Dei seruate,expectantes misericordiam Domini nostri Iesu Christi in vitam æternam.
22 Et hos quidem arguite iudicatos:
23 Illos vero saluate, de igne rapientes. Aliis autem miseremini in timore:odientes & eam,quæ carnalis est,maculatam tunicam.
24 Ei autem, qui potens est vos conseruare sine peccato,& constituere ante conspectum gloriæ suæ immaculatos in exultatione in aduentu Domini nostri Iesu Christi.
25 Soli Deo Saluatori nostro, per Iesum Christum Dominum nostrum, gloria & magnificentia,imperium & potestas ante omne sæculum, & nunc, & in omnia sæcula, sæculorum. Amen.

PROLOGVS IN APOCALYPSIM.

IOANNES Apostolus & Euangelista, à Christo electus atque dilectus, in tanto amore dilectionis vberior habitus est, vt in cœna supra pectus eius recumberet; & ad crucem astanti soli matrem propriam commẽdasset: vt quem nubere volentem ad amplexum virginitatis asciuerat, ipsi etiam custodiendam virginem tradidisset. Hic itaque cum propter verbum Dei & testimonium Iesu Christi in Pathmos insulam sortiretur exilium, illic ab eodem Apocalypsis præostensa describitur. Vt sicut in principio canonis, id est, libri Geneseos incorruptibile principium prænotatur; ita etiam incorruptibilis finis per virginem in Apocalypsi redderetur, dicentis, Ego sum Alpha & Ω, initium & finis. Hic est Ioannes, qui sciens superuenisse sibi diem egressionis de corpore, conuocatis in Epheso discipulis; descendit in defossum sepulturæ suæ locum; orationeq; completa, reddidit spiritum, tam à dolore mortis factus extraneus, quàm à corruptione carnis noscitur alienus. Cuius tamen scripturæ dispositio vel libri ordinatio ideo à nobis per singula non exponitur, vt nescientibus inquirendi desiderium collocetur, & quærentibus laboris fructus, & Deo magisterij doctrina seruetur.

APOCALYPSIS B. IOANNIS APOSTOLI.

Vulgata Editio.

CAPVT PRIMVM.

APocalypſis Ieſu Chriſti, quam dedit illi Deus palam facere ſeruis ſuis, quæ oportet fieri cito: & ſignificauit, mittens per Angelum ſuum ſeruo ſuo Ioanni,

Qui teſtimonium perhibuit verbo Dei, & teſtimonium Ieſu Chriſti, quæcumque vidit.

Beatus, qui legit, & audit verba prophetiæ huius: & ſeruat ea, quæ in ea ſcripta ſunt: tempus enim prope eſt.

Ioannes ſeptem Eccleſiis, quæ ſunt in Aſia. Gratia vobis, & pax ab eo, * qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt: & à ſeptem ſpiritibus, qui in conſpectu throni eius ſunt:

Exod. 3. 14.

Et à Ieſu Chriſto, qui eſt teſtis fidelis, primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ, qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris * in ſanguine ſuo,

1. Cor. 15. 20. Col. 1. 18 Heb. 9. 14. 1. Pet. 1. 19. 1. Ioan. 1. 7.

Et fecit nos regnum, & ſacerdotes Deo & Patri ſuo: ipſi gloria, & imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

Iſa. 3. 13. Matt. 24. 30. Iud. 14.

* Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt. Et plangent ſe ſuper eum omnes tribus terræ: Etiam: Amen.

Iſa. 44. 6. Inf. 21. 6. & 22. 13.

Ego ſum A, & Ω, principium, & finis, dicit Dominus Deus: qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt, omnipotens.

Ego Ioannes frater veſter, & particeps in tribulatione, & regno & patientia in Chriſto Ieſu: fui in inſula, quæ appellatur Patmos propter verbum Dei, & teſtimonium Ieſu:

Fui in ſpiritu in Dominica die, & audiui poſt me vocem magnam tanquam tubæ,

Dicentis: Quod vides, ſcribe in libro: & mitte ſeptem Eccleſiis, quæ ſunt in Aſia, Epheſo, & Smyrnæ, & Pergamo, & Thyatiræ, & Sardis, & Philadelphiæ, & Laodiciæ:

Et conuerſus ſum vt viderem vocem, quæ loquebatur mecum: Et conuerſus vidi ſeptem candelabra aurea:

Et in medio ſeptem candelabrorum aureorum ſimilem filio hominis, veſtitum podere, & præcinctum ad mammillas zona aurea:

Caput autem eius, & capilli erant candidi tanquam lana alba, & tanquam nix, & oculi eius tanquam flamma ignis,

Et pedes eius ſimiles aurichalco, ſicut in camino ardenti, & vox illius tanquam vox aquarum multarum:

Et habebat in dextera ſua ſtellas ſeptem: & de ore eius gladius vtraque parte acutus exibat: & facies eius ſicut ſol lucet in virtute ſua.

Et cum vidiſſem eum, cecidi ad pedes eius tanquam mortuus. Et poſuit dexteram ſuam ſuper me, dicens: Noli timere: * ego ſum primus, & nouiſſimus,

Iſa. 41. 4. & 44. 6.

Et viuus, & fui mortuus, & ecce ſum viuens in ſæcula ſæculorum, & habeo claues mortis, & inferni.

APOCALYPSIS B. IOANNIS APOSTOLI.

Tranſl. Eraſm. Roterod.

CAPVT PRIMVM.

Reuelatio Ieſu Chriſti, quam dedit illi Deus, vt palam faceret ſeruis ſuis, quæ oporteat fieri cito & ſignificauit, cum miſiſſet mandatum ſuum ſeruo ſuo Ioanni,

Qui teſtificatus eſt ſermonem Dei, & teſtimonium Ieſu Chriſti, & quæcunque vidit.

Beatus qui legit & audit verba prophetiæ & ſeruat ea, quæ in ea ſcripta ſunt. Tempus enim prope eſt.

Ioannes ſeptem Eccleſiis quæ ſunt in Aſia. Gratia vobis & pax ab eo qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt, & à ſeptem ſpiritibus, qui in conſpectu throni eius ſunt,

Et à Ieſu Chriſto, qui eſt teſtis fidelis primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ: ei qui dilexit nos & & lauit nos à peccatis noſtris per ſanguinem ipſius,

Et fecit nos reges & ſacerdotes Deo & Patri ſuo, ipſi gloria & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum compunxerunt. Et plangent ſe ſuper eum omnes tribus terræ, etiam, Amen.

Ego ſum alpha & Ω, principium & finis, dicit Dominus, qui eſt, & qui erat, & qui venturus eſt omnipotens.

Ego Ioannes frater veſter & particeps in afflictione, & regno, & patientia in Chriſto Ieſu, fui in inſula, quæ appellatur Patmos, propter ſermonem Dei & teſtimonium Ieſu Chriſti.

Fui in ſpiritu in dominico die, & audiui poſt me vocem magnam tanquam tubæ,

Dicentis: Ego ſum alpha & Ω, primus & nouiſſimus. Quod vides ſcribe in libro, & mitte ſeptem Eccleſiis, quæ ſunt in Aſia, Epheſo, & Smyrnæ, & Pergamo, & Thyatiræ, & Sardis, & Philadelphiæ, & Laodiciæ.

Et conuerſus ſum, vt viderem vocem quæ loquebatur mecum. Et conuerſus, vidi ſeptem candelabra aurea,

Et in medio ſeptem candelabrorum aureorum ſimilem filio hominis, veſtitum veſte ad pedes vſque demiſſa, & præcinctum ad mamillas zona aurea.

Caput autem eius & capilli erant candidi, velut lana alba, & tanquam nix. Et oculi eius tanquam flamma ignis,

Et pedes eius ſimiles chalcolibano, velut in camino ardentes. Et vox illius tanquam vox aquarum multarum,

Et habebat in dextera ſua ſtellas ſeptem. Et de ore eius gladius vtraque parte acutus exibat, & facies eius ſicut ſol lucet in virtute ſua.

Et cum vidiſſem eum, cecidi ad pedes eius tanquam mortuus. Et poſuit dexteram ſuam ſuper me, dicens mihi: Noli timere, ego ſum primus & nouiſſimus,

Et viuus, & fui mortuus, & ecce ſum viuens in ſecula ſeculorum, amen, & habeo claues inferorum & mortis.

Vulgat. Editio.

Scribe ergo quæ vidisti,& quæ sunt,& quæ oportet fieri post hæc.

Sacramentum septem stellarum, quas vidisti in dextera mea, & septem candelabra aurea: septem stellæ, Angeli sunt septem Ecclesiarum: & candelabra septem, septem Ecclesiæ sunt.

CAP. II.

Angelo Ephesi Ecclesiæ scribe: Hæc dicit, qui tenet septem stellas in dextera sua, qui ambulat in medio septem candelabrorum aureorum:

Scio opera tua,& laborem,& patientiam tuam,& quia non potes sustinere malos: & tentasti eos, qui se dicunt Apostolos esse,& non sunt.& inuenisti eos mendaces:

Et patientiam habes,& sustinuisti propter nomen meum,& non defecisti.

Sed habeo aduersum te, quod charitatem tuam primam reliquisti.

Memor esto itaque vnde excideris: & age pœnitentiam,& prima opera fac.In autem, venio tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco suo,nisi pœnitentiam egeris.

Sed hoc habes,quia odisti facta Nicolaitarum,quę & ego odi.

Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesijs: Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in Paradiso Dei mei.

Et Angelo Smyrnæ Ecclesiæ scribe:Hæc dicit primus,& nouissimus, qui fuit mortuus, & viuit:

Scio tribulationem tuá & paupertatem ruam,sed diues es: & blasphemaris ab his, qui se dicunt Iudæos esse,& non sunt,sed sunt synagoga Satanæ.

Nihil horum timeas quæ passurus es.Ecce missurus est diabolus aliquos ex vobis in carcerem vt tentemini:& habebitis tribulationem diebus decem. Esto fidelis vsque ad mortem,& dabo tibi coronam vitæ.

Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesijs:Qui vicerit,non lædetur à morte secunda.

Et Angelo Pergami Ecclesiæ scribe:Hæc dicit qui habet rhomphæam vtraque parte acutam:

Scio vbi habitas,vbi sedes est Satanæ: & tenes nomen meum, & non negasti fidem meam. Et in diebus illis Antipas testis meus fidelis, qui occisus est apud vos,vbi Satanas habitat.

Sed habeo aduersus te pauca: quia habes illic tenentes doctrinam * Balaam,qui docebat Balac mittere scandalum coram filiis Israel, edere, & fornicari:

Nu.24.25. & 25.2.

Ita habes & tu tenentes doctrinam Nicolaitarum.

Similiter pœnitentiam age: si quò minus, veniam tibi cito,& pugnabo cum illis in gladio oris mei.

Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesijs: Vincenti dabo manna absconditum, & dabo illi calculum candidum: & in calculo nomen nouum scriptum,quod nemo scit,nisi qui accipit.

Et Angelo Thyatiræ Ecclesiæ scribe: Hæc dicit Filius Dei, qui habet oculos tanquam flammam ignis,& pedes eius similes aurichalco:

Noui opera tua, & fidem, & charitatem tuam, & ministerium, & patientiam tuam, & opera tua nouissima plura prioribus.

Sed habeo aduersus te pauca: quia permittis mulierem Iezabel,quæ se dicit propheten,docere,& seducere seruos meos,fornicari,& manducare de idolothytis.

Et dedi illi tempus vt pœnitentiam ageret:& non vult pœnitere à fornicatione sua.

Transl.Erasm.Roterod.

Scribe ergo quæ vidisti, & quæ sunt, & quæ oportet fieri post hæc.

Sacramentum septem stellarum, quas vidisti in dextera mea, & septem candelabra aurea. Septem stellæ Angeli sunt septem ecclesiarum, & candelabra septem quæ vidisti, septem ecclesiæ sunt.

CAP. II.

Angelo Ephesinæ ecclesiæ scribe. Hæc dicit qui tenet septem stellas in dextera sua, qui ambulat in medio septem candelabrorum aureorum.

Scio opera tua, & laborem & patientiam tuam, & quod non potes sustinere malos, & tentasti eos qui se dicunt Apostolos esse, & non sunt: & inuenisti eos mendaces, & tulisti,

Et patientiam habes & propter nomen meum laborasti & non defecisti.

Sed habeo aduersum te, quod charitatem primam reliquisti.

Memor esto itaque vnde excideris, & age pœnitentiam, prima opera fac. Sin minus, veniam tibi cito, & mouebo candelabrum tuum de loco suo, nisi respueritis.

Sed hoc habes, quia odisti facta Nicolaitarum, quæ & ego odi.

Qui habet aurem, audiat, quid Spiritus dicat ecclesiis: Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in medio paradisi Dei.

Et Angelo Smyrnæorum ecclesiæ scribe: Hæc dicit primus & nouissimus, qui fuit mortuus, & viuit.

Scio opera tua & afflictionem & paupertatem, sed dines es: & blasphemiam eorum qui se dicunt Iudæos esse, & non sunt, sed sunt synagoga Satanæ.

Nihil horum timeas quæ passurus es. Ecce missurus est diabolus aliquos ex vobis in carcerem vt tentemini, & habebitis afflictionem dierum decem. Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ.

Qui habet aurem, audiat, quid Spiritus dicat ecclesiis. Qui vicerit, non lædetur à morte secunda.

Et Angelo Pergamensis ecclesiæ scribe: Hæc dicit, qui habet rhomphæam vtraque parte acutam:

Scio opera tua & vbi habitas vbi sedes est Satanæ: & tenes nomen meum, & non negasti fidem meam. Et in diebus meis Antipas testis meus fidelis, qui occisus est apud vos, vbi Satanas habitat.

Sed habeo aduersus te pauca, quia habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat in Balac mittere scandalum coram filijs Israël edere ex ijs quæ simulacris immolantur & scortari:

Ita habes & tu tenẽtes doctrinã Nicolaitarũ, quod odi.

Respisce, alioqui veniam tibi cito, & pugnabo cum illis gladio oris mei.

Qui habet aurem, audiat, quid Spiritus dicat ecclesiis: Vincenti dabo edere ex manna abscondito, & dabo illi calculum candidum, & in calculo nomen nouum scriptum: quod nemo scit, nisi qui accipit.

Et Angelo Thyatirensis ecclesiæ scribe: Hæc dicit Filius Dei, qui habet oculos tanquàm flammam ignis, & pedes eius similes chalcolibano.

Noui opera tua, & charitatem, & ministerium, & fidem, & patientiam tuam, & opera tua, & nouissima plura prioribus.

Sed habeo aduersus te pauca, quia permittis mulierem Hiezabel, quæ se dicit prophetissam, docere, & seducere seruos meos, scortari & edere ex ijs quæ simulacris immolantur.

Et dedi illi tempus, vt respisceret à scortatione sua, nec respuit.

Vulgat. Editio.

Ecce mittam eam in lectum : & qui mœchantur cum ea, in tribulatione maxima erunt, nisi pœnitentiam ab operibus suis egerint.

Et filios eius interficiam in morte, & scient omnes Ecclesiæ,* quia ego sum scrutans renes, & corda: & dabo vnicuique vestrum secundum opera sua. Vobis autem dico,

1. Reg. 16. 7. Ps. 7. 10. Ier. 17. 10.

Et ceteris qui Thyatiræ estis : Quicumque non habent doctrinam hanc, & qui non cognouerunt altitudines satanæ, quemadmodum dicunt, non mittam super vos aliud pondus:

Tamen id, quod habetis, tenete donec veniam.

Et qui vicerit, & custodierit vsque in finem opera mea, dabo illi potestatem super Gentes,

Et reget eas in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringentur,

Sicut & ego accepi à Patre meo: & dabo illi stellam matutinam.

Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis.

CAP. III.

ET Angelo Ecclesiæ Sardis scribe : Hæc dicit qui habet septem Spiritus Dei, & septem stellas: Scio opera tua, quia nomen habes quòd viuas, & mortuus es.

Esto vigilans, & confirma cetera, quæ moritura erant. Non enim inuenio opera tua plena coram Deo meo.

In mente ergo habe qualiter acceperis, & audieris, & serua, & pœnitentiam age. Si ergo non vigilaueris,

Infr. 16. 15. 1. Thess. 5. 2.

* Veniam ad te tanquam fur, & nescies qua hora veniam ad te.

1. Pet. 3. 20.

Sed habes pauca nomina in Sardis, qui non inquinauerunt vestimenta sua: & ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt.

Qui vicerit, sic vestietur vestimentis albis, & non delebo nomen eius de Libro vitæ, & confitebor nomen eius coram Patre meo, & coram Angelis eius.

Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis.

Et Angelo Philadelphiæ ecclesiæ scribe: Hæc dicit Sanctus & Verus, * qui habet clauem Dauid : qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit:

Isa. 22. 22. Iob 12. 14.

Scio opera tua. Ecce dedi coram te ostium apertum, quod nemo potest claudere: quia modicam habes virtutem, & seruasti verbum meum, & non negasti nomen meum.

Ecce dabo de synagoga Satanæ, qui dicunt se Iudæos esse, & non sunt, sed mentiuntur: Ecce faciam illos vt veniant, & adorent ante pedes tuos: & scient quia ego dilexi te

Quoniam seruasti verbum patientiæ meæ, & ego seruabo te ab hora tentationis, quæ ventura est in orbem vniuersum tentare habitantes in terra.

Ecce venio citò: tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam.

Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei, & foras non egredietur amplius: & scribam super eum nomen Dei mei, & nomen ciuitatis Dei mei nouæ Ierusalem, quæ descendit de cælo à Deo meo, & nomen meum nouum.

Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis.

Ioan. 14. 6.

Et Angelo Laodiciæ ecclesiæ scribe : * Hæc dicit: Amen, testis fidelis, & verus, qui est principium creaturæ Dei.

Scio opera tua: quia neque frigidus es, neque calidus: vtinam frigidus esses, aut calidus:

Transl. Erasm. Roterod.

22 *Ecce ego mitto eam in lectum, & qui adulterio miscentur cum ea, in afflictionem maximam, nisi pœnitentiam egerint ab operibus suis,*

23 *Et filios eius interficiam morte, & scient omnes ecclesia, quod ego sim ille scrutans renes & corda, & dabo vnicuique vestrum secundum opera sua. Vobis autem dico,*

24 *Et cæteris qui Thyatiræ estis: quicunque non habent doctrinam hanc, & qui non cognouerunt profunditates satanæ, quemadmodum dicunt, non mittam super vos aliud pondus:*

25 *Tamen id quod habetis, tenete, donec veniam.*

26 *Et qui vicerit & custodierit vsque in finem opera mea, dabo illi potestatem super gentes,*

27 *Et reget eas virga ferrea, & tanquam vasa figuli confringentur.*

28 *Sicut & ego accepi à patre meo, & dabo illi stellam matutinam.*

29 *Qui habet aurem, audiat, quid spiritus dicat Ecclesiis.*

CAP. III.

1 *ET Angelo ecclesiæ, quæ est Sardis, scribe: Hæc dicit qui habet septem spiritus Dei, & septem stellas. Scio opera tua, quia nomen habes, quod viuas & mortuus es.*

2 *Esto vigilans & confirma cætera quæ moritura erant. Non enim inueni opera tua plena coram Deo.*

3 *In mente ergo habe, qualiter acceperis & audieris, & serua, & resipisce. Si ergo non vigilaueris, veniam ad te tanquam fur, & nescies qua hora veniam ad te.*

4 *Habes pauca nomina & Sardis, qui non inquinauerunt vestimenta sua, & ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt.*

5 *Qui vicerit, sic vestietur vestimentis albis: & non delebo nomen eius de libro vitæ, & confitebor nomen eius coram patre meo, & coram Angelis eius.*

6 *Qui habet aurem, audiat, quid spiritus dicat Ecclesiis.*

7 *Et Angelo Philadelphiensis ecclesiæ scribe: Hæc dicit sanctus & verax, qui habet clauem Dauid: qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit.*

8 *Scio opera tua. Ecce dedi coram te ostium apertum, & nemo potest claudere illud, quia modicam habes virtutem. Et seruasti sermonem meum, & non negasti nomen meum.*

9 *Ecce do de synagoga Satanæ, qui dicunt se Iudæos esse, & non sunt, sed mentiuntur. Ecce adigam illos, vt veniant, & adorent ante pedes tuos, & sciant quod ego dilexi te,*

10 *Quoniam seruasti sermonem patientiæ meæ, & ego seruabo te ab hora tentationis, quæ ventura est in orbem vniuersum, vt tentet habitantes in terra.*

11 *Ecce venio citò: tene quod habes vt nemo accipiat coronam tuam.*

12 *Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei, & foras non egredietur amplius. Et scribam super eum nomen Dei mei, & nomen ciuitatis Dei mei nouæ Hierusalem, quæ descendit de cælo à Deo meo, & nomen meum nouum.*

13 *Qui habet aurem, audiat, quid spiritus dicat Ecclesiis.*

14 *Et Angelo Laodicensium ecclesiæ scribe: Hæc dicit, Amen testis fidelis & verus, principium creaturæ Dei.*

15 *Scio opera tua, quia neque frigidus es, neque feruidus, vtinam frigidus esses aut feruidus.*

Vulgat. Editio.

Sed quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo.

Quia dicis: quòd diues sum, & locupletatus, & nullius egeo: & nescis quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus.

Suadeo tibi emere à me aurum ignitum probatum vt locuples fias, & vestimentis albis induaris, & non appareat confusio nuditatis tuæ, & collyrio inunge oculos tuos vt videas.

Pro.3.12. Heb.12.6 * Ego quos amo, arguo, & castigo. Æmulare ergo, & pœnitentiam age.

Ecce sto ad ostium, & pulso: si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum.

Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo: sicut & ego vici, & sedi cum Patre meo in throno eius.

Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesijs.

CAP. IIII.

POst hæc vidi: & ecce ostium apertum in cœlo, & vox prima, quam audiui tanquam tubæ loquentis mecum, dicens: Ascende huc, & ostendam tibi quæ oportet fieri post hæc.

Et statim fui in spiritu: & ecce sedes posita erat in cœlo, & supra sedem sedens.

Et qui sedebat similis erat aspectui lapidis iaspidis, & sardinis: & iris erat in circuitu sedis similis visioni smaragdinæ.

Et in circuitu sedis sedilia viginti quatuor: & super thronos viginti quatuor seniores sedentes, circumamicti vestimentis albis, & in capitibus eorum coronæ aureæ:

Et de throno procedebant fulgura, & voces, & tonitrua: & septem lampades ardentes ante thronum, qui sunt septem spiritus Dei.

Et in conspectu sedis tanquam mare vitreum simile crystallo: & in medio sedis, & in circuitu sedis quattuor animalia plena oculis ante & retro.

Et animal primum simile leoni, & secundum animal simile vitulo, & tertium animal habens faciem quasi hominis, & quartum animal simile aquilæ volanti.

Et quattuor animalia, singula eorum habebant alas senas: & in circuitu, & intus plena sunt oculis: & requiem non habebant die ac nocte, dicentia:

Isa.6.3. * Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus omnipotens, qui erat, & qui est, & qui venturus est.

Et cum darent illa animalia gloriam, & honorem, & benedictionem sedenti super thronum, viuenti in sæcula sæculorum,

Procidebant viginti quattuor seniores ante sedentem in throno, & adorabant viuentem in sæcula sæculorum, & mittebant coronas suas ante thronum dicentes:

Dignus es Domine Deus noster accipere gloriam, & honorem, & virtutem: quia tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam erant, & creata sunt.

CAP. V.

ET vidi in dextera sedentis supra thronum, librũ scriptum intus & foris, signatum sigillis septem.

Et vidi Angelum fortem, prædicantem voce magna: Quis est dignus aperire librum, & soluere signacula eius?

Et nemo poterat neque in cęlo, neq; in terra, neq; subtus terram aperire librum, neque respicere illũ.

Transl. Erasm. Roterod.

Itaque quoniam tepidus es & nec frigidus nec feruidus, incipiam te euomere ex ore meo:

Quia dicis, diues sum, & ditatus sum, & nullius egeo, & nescis quod tu es miser & miserabilis, & pauper, & cæcus, ac nudus.

Suadeo tibi emere à me aurum ignitum ex igni, vt locuples fias, & vestimentis albis induaris, vt non appareat dedecus nuditatis tuæ, & collyrio inunge oculos tuos vt videas.

Ego quoscunque amo, arguo & castigo. Æmulare ergo ac resipisce,

Ecce sto ad ostium & pulso. Si quis audierit vocem meam, & aperuerit tanuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum.

Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut & ego vici, & consedi cum patre meo in throno eius.

Qui habet aurem, audiat, quid spiritus dicat ecclesijs.

CAP. IIII.

POst hæc vidi, & ecce ostium apertum in cœlo, & vox prima quam audiui tanquàm tubæ loquentis mecum, dicens: Ascende huc, & ostendam tibi quæ oportet fieri post hæc.

Et statim fui in spiritu. Et ecce sedes posita erat in cœlo, & supra sedem sedens.

Et qui sedebat, similis erat aspectu, lapidi iaspidi & sardio, & iris erat in circuitu sedis, similis aspectu smaragdino.

Et in circuitu sedis sedilia vigintiquatuor, & super thronos vidi vigintiquatuor seniores sedentes, circumamictos stolis albis, & habebant in capitibus suis coronas aureas.

Et de throno procedebant fulgura & tonitrua, & voces & septem lampades ignis ardentes ante thronum, quæ sunt septem spiritus Dei.

Et in conspectu sedis tanquam mare vitreum simile crystallo, & in medio sedis & in circuitu sedis quatuor animalia, plena oculis ante & retro.

Et animal primum simile leoni, & secundum animal simile vitulo, & tertium animal habens faciem velut homo, & quartum animal simile aquilæ volanti.

Et quatuor animalia singula eorum habebant alas senas in circuitu, & intus plena erant oculis. Et requiem non habent die ac nocte, dicentia: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus omnipotens, qui erat, & qui est, & qui venturus est.

Et cum darent illa animalia gloriam & honorem & benedictionem sedenti super thronum, viuenti in secula seculorum,

Procidunt vigintiquatuor seniores ante sedentem in throno, & adorant viuentem in secula seculorum, & abijciunt coronas suas ante thronum, dicentes:

Dignus es Domine accipere gloriam & honorem & virtutem: quia tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam sunt, & creata sunt.

CAP. V.

ET vidi in dextera sedentis super thronum librum scriptum intus & in tergo, signatum sigillis septem.

Et vidi Angelum fortem, prædicantem voce magna: Quis est dignus aperire librum & soluere signacula eius?

Et nemo poterat neque in cœlo, neque in terra, neque subter terram aperire librum, neque aspicere illum.

Vulgat. Editio.

Et ego flebam multum, quoniam nemo dignus inuentus est aperire librum, nec videre eum.

Et vnus de senioribus dixit mihi: Ne fleueris: ecce vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid, aperire librum, & soluere septem signacula eius.

Et vidi: & ecce in medio throni, & quattuor animalium, & in medio seniorum, agnum stantem tamquam occisum, habentem cornua septem, & oculos septem: qui sunt septem spiritus Dei, missi in omnem terram:

Et venit: & accepit de dextera sedentis in throno librum.

Et cum aperuisset librum, quattuor animalia, & vigintiquattuor seniores ceciderunt coram agno, habentes singuli citharas, & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum:

Et cantabant canticum nouum, dicentes: Dignus es Domine accipere librum, & aperire signacula eius: quoniam occisus es, & redemisti nos Deo in sanguine tuo ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione:

Fecisti nos Deo nostro regnum, & sacerdotes: & regnabimus super terram.

Et vidi, & audiui vocem angelorum multorum in circuitu throni, & animalium, & seniorum. & erat numerus eorum * millia millium,

Dan. 7. 10.

Dicentium voce magna: Dignus est Agnus, qui occisus est, accipere virtutem, & diuinitatem, & sapientiam & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem.

Et omnem creaturam, quę in cælo est, & super terram, & sub terra, & quæ sunt in mari, & quæ in eo, omnes audiui dicentes: Sedenti in throno, & Agno: benedictio, & honor, & gloria, & potestas in sæcula sæculorum.

Et quattuor animalia dicebant: Amen. Et viginti quattuor seniores ceciderunt in facies suas: & adorauerunt viuentem in sæcula sæculorum.

CAP. VI.

ET vidi quod aperuisset Agnus vnum de septem sigillis, & audiui vnum de quattuor animalibus, dicens, tamquam vocem tonitrui: Veni, & vide.

Et vidi: & ecce equus albus, & qui sedebat super illum habebat arcum, & data est ei corona, & exiuit vincens vt vinceret:

Et cum aperuisset sigillum secundum, audiui secundum animal, dicens: Veni. & vide.

Et exiuit alius equus rufus: & qui sedebat super illum, datum est ei vt sumeret pacem de terra, & vt inuicem se interficiant, & datus est ei gladius magnus.

Et cum aperuisset sigillum tertium, audiui tertium animal, dicens: Veni, & vide. Et ecce equus niger: & qui sedebat super illum, habebat stateram in manu sua.

Et audiui tamquam vocem in medio quattuor animalium dicentium: Bilibris tritici denario, & tres bilibres hordei denario, & vinum, & oleum ne læseris.

Et cum aperuisset sigillum quartum, audiui vocem quarti animalis dicentis: Veni, & vide.

Et ecce equus pallidus: & qui sedebat super eum, nomen illi Mors, & infernus sequebatur eum, & data est illi potestas super quattuor partes terræ, interficere gladio, fame, & morte, & bestiis terræ.

Et cum aperuisset sigillum quintum: vidi subtus altare animas interfectorum propter verbum Dei, & propter testimonium, quod habebant,

Transl. Erasm. Roterod.

4 *Et ego flebam multum, quod nemo dignus inuentus esset aperire & legere librum, nec videre eum.*

5 *Et vnus de senioribus dicit mihi, Ne fleueris. Ecce vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid, vt aperiat librum, & soluat septem signacula eius.*

6 *Et vidi, & ecce in medio throni & quatuor animalium, & in medio seniorum agnus stans tamquam occisus, habens cornua septem & oculos septem, qui sunt septem spiritus Dei, missi in omnem terram.*

7 *Et venit, & accepit de dextera sedentis in throno librum.*

8 *Et cum accepisset librum quatuor animalia, & viginti quatuor seniores ceciderunt coram agno, habentes singuli citharas & phialas aureas, plenas odoramentorum, quæ sunt precationes sanctorum,*

9 *Et canunt canticum nouum, dicentes: Dignus es accipere librum & aperire signacula eius, quoniam occisus es, & redemisti nos Deo per sanguinem tuum, ex omni tribu & lingua & populo, & natione,*

10 *Et fecisti nos Deo nostro reges & sacerdotes, & regnabimus super terram.*

11 *Et vidi & audiui vocem angelorum multorum in circuitu throni & animalium & seniorum, & milia milium.*

12 *Dicentia voce magna: Dignus est Agnus qui occisus est, accipere virtutem, & diuitias, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem.*

13 *Et omnem creaturam quæ in cœlo est, & quæ super terram, & sub terra & in mari, & quæ in eis sunt omnia, audiui dicentes: sedenti in throno & Agno benedictio, & honor, & gloria, & potestas in secula seculorum.*

14 *Et quatuor animalia dicebant: Amen. Et vigintiquatuor seniores ceciderunt in facies suas, & adorauerunt viuentem in secula seculorum.*

CAP. VI.

1 *ET vidi cum aperuisset Agnus vnum de sigillis, & audiui vnum de quatuor animalibus, dicens, tanquam vocem tonitrui: Veni & vide.*

2 *Et vidi, & ecce equus albus, & qui sedebat super eum, habebat arcum, & data est ei corona, & exiuit vincens vt vinceret.*

3 *Et cum aperuisset sigillum secundum, audiui secundum animal, dicens: Veni & vide.*

4 *Et exiuit alius equus rufus, & qui sedebat super illum, datum est ei, vt tolleret pacem de terra, & vt inuicem se interficiant, & datus est ei gladius magnus.*

5 *Et cum aperuisset sigillum tertium, audiui tertium animal, dicens: veni, & vide. Et vidi, & ecce equus niger, & qui sedebat super illum, habebat statheram in manu sua.*

6 *Et audiui vocem in medio quatuor animalium, dicentem: Chœnix tritici denario vno, & tres chœnices hordei denario vno, & vinum & oleum ne læseris.*

7 *Et cum aperuisset sigillum quartum, audiui vocem quarti animalis, dicentem: Veni & vide. Et vidi,*

8 *Et ecce equus pallidus, & qui sedebat super eum, nomen illi mors, & infernus sequitur eum. Et data est illis potestas interficiendi super quartam partem terræ, gladio, & fame, & morte, & à bestijs terræ.*

9 *Et cum aperuisset sigillum quintum, vidi subter altare animas interfectorum propter verbum Dei & propter testimonium quod habebant.*

Vulgat. Editio.

Et clamabant voce magna, dicentes: Vsquequò Domine, (sanctus, & verus) non iudicas, & non vindicas sanguinem nostrum de ijs, qui habitant in terra?

Et datæ sunt illis singulæ stolæ albæ: & dictum est illis vt requiescerent adhuc tempus modicum donec compleantur conserui eorum, & fratres eorum, qui interficiendi sunt sicut & illi.

Et vidi cum aperuisset sigillum sextum: & ecce terremotus magnus factus est, & sol factus est niger tamquam saccus cilicinus: & luna tota facta est sicut sanguis:

Et stellæ de cælo ceciderunt super terram, sicut ficus emittit grossos suos cum à vento magno mouetur.

Et cœlum recessit sicut liber inuolutus: & omnis mons, & insulæ de locis suis motæ sunt:

Et reges terræ, & principes, & tribuni, & diuites, & fortes, & omnis seruus, & liber asconderunt se in speluncis, & in petris montium:

Et dicunt montibus & petris:* Cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronum, & ab ira Agni:

Isa. 2. 19. Ose. 10. 8. Luc. 23. 30.

Quoniam venit dies magnus iræ ipsorum: & quis poterit stare?

CAP. VII.

Post hæc vidi quattuor Angelos stantes super quattuor angulos terræ, tenentes quattuor ventos terræ ne flarent super terram, neque super mare, neque in vllam arborem.

Et vidi alterum Angelum ascendentem ab ortu solis, habentem signum Dei viui: & clamauit voce magna quatuor Angelis, quibus datum est nocere terræ, & mari,

Dicens: Nolite nocere terræ, & mari, neque arboribus, quoadusq; signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum.

Et audiui numerum signatorum, centum quadraginta quattuor millia signati, ex omni tribu filiorum Israel.

Ex tribu Iuda duodecim millia signati: Ex tribu Ruben duodecim millia signati: Ex tribu Gad, duodecim millia signati:

Ex tribu Aser, duodecim millia signati: Ex tribu Nephtali duodecim millia signati: Ex tribu Manasse duodecim millia signati:

Ex tribu Simeon, duodecim millia signati: Ex tribu Leui duodecim millia signati: Ex tribu Issachar duodecim millia signati:

Ex tribu Zabulon duodecim millia signati: Ex tribu Ioseph duodecim millia signati: Ex tribu Beniamin duodecim millia signati.

Post hæc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis: stantes ante thronum, & in cõspectu Agni, amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum:

Et clamabant voce magna dicentes: Salus Deo nostro, qui sedet super thronum, & Agno.

Et omnes Angeli stabant in circuitu throni, & seniorum, & quattuor animalium: & ceciderunt in conspectu throni in facies suas, & adorauerunt Deum,

Dicentes, Amen. Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor, & virtus, & fortitudo Deo nostro in sæcula sæculorum, Amen.

Et respondit vnus de senioribus, & dixit mihi: Hi, qui amicti sunt stolis albis, q sunt: & vnde venerũt?

Transl. Erasm. Roterod.

Et clamabant voce magna, dicentes vsquequò Domine, qui es Sanctus, & verax, non iudicas ac vindicas sanguinem nostrum de his, qui habitant in terra?

Et datæ sunt illis singulæ stolæ albæ, & dictum est illis, vt requiescerent adhuc tempus modicum, donec complerentur conserui eorum, & fratres eorum, qui interficiendi essent sicut & illi.

Et vidi, cum aperuisset sigillum sextum, & ecce terramotus magnus factus est. Et sol factus est niger vt saccus cilicinus, & luna tota facta est vt sanguis,

Et stellæ è cælo ceciderunt super terram, sicut ficus abijcit grossos suos, cum à vento magno mouetur.

Et cœlum recessit sicut liber voluteus, & omnis mons & insulæ de locis suis motæ sunt,

Et reges terræ, principes, & diuites, & tribuni, & fortes, & omnis seruus, & liber absconderunt se in speluncis, & in petris montium.

Et dicunt montibus & petris: Cadite super nos, abscondite nos à facie considentis super thronum, & ab ira Agni:

Quoniam venit dies magnus iræ illius. Et quis poterit stare?

CAP. VII.

Post hæc vidi quatuor Angelos stantes super quatuor angulos terræ, tenentes quattuor ventos terræ, ne flaret ventus super terram, neque super mare, neque in vllam arborem.

Vt vidi alterum Angelum ascendentem ab ortu solis, habentem sigillum Dei viui, & clamauit voce magna quatuor Angelis, quibus datum est nocere terræ & mari,

Dicens: Nolite nocere terræ, neque mari, neque arboribus, quoadusque signemus seruos Dei nostri in frontibus suis.

Et audiui numerum signatorum, centum quadraginta quatuor milia signati ex omni tribu filiorum Israël.

Ex tribu Iuda, duodecim melia signati. Ex tribu Ruben, duodecim milia signati. Ex tribu Gad, duodecim milia signati.

Ex tribu Aser, duodecim milia signati. Ex tribu Neptalim, duodecim milia signati. Ex tribu Manasse, duodecim milia signati.

Ex tribu Symeon, duodecim milia signati. Ex tribu Leui, duodecim milia signati. Ex tribu Isachar, duodecim milia signati.

Ex tribu Zabulon, duodecim milia signati. Ex tribu Ioseph, duodecim milia signati. Ex tribu Beniamin, duodecim milia signati.

Post hæc vidi, & ecce turba multa, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis & linguis, stantes ante thronum, & in conspectu Agni, amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum,

Et clamabant voce magna, dicentes: Salus ei qui sedet super thronum Dei nostri & Agno.

Et omnes Angeli stabant in circuitu throni & seniorum, & quatuor animalium, & procubuerunt in conspectu throni in facies suas, & adorauerunt Deum,

Dicentes: Amen, Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor & virtus, & fortitudo Deo nostro in secula seculorum, Amen.

Et respondit vnus de senioribus, & dixit mihi: Hi qui amicti sunt stolis albis, qui sunt & vnde venerunt?

Vulgat. Editio.

Et dixi illi: Domine mi, tu scis. Et dixit mihi: Hi sunt, qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine Agni.

Ideo sunt ante thronum Dei, & seruiunt ei die, ac nocte in templo eius: & qui sedet in throno, habitabit super illos:

Isa.49.10 Isa.25.8. * Non esurient, neque sitient amplius, nec cadet super illos sol, neque vllus æstus:

Quoniam Agnus, qui in medio throni est, reget illos, & deducet eos ad vitæ fontes aquarum, * & Inf.21.4. absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum.

CAP. VIII.

ET cum aperuisset sigillum septimum, factum est silentium in cœlo, quasi media hora.

Et vidi septem Angelos stantes in conspectu Dei: & datæ sunt illis septem tubæ.

Et alius Angelus venit, & stetit ante altare habens thuribulum aureum: & data sunt illi incensa multa, vt daret de orationibus sanctorum omnium super altare aureum, quod est ante thronum Dei.

Et ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum de manu Angeli coram Deo.

Et accepit Angelus thuribulum, & impleuit illud de igne altaris, & misit in terram, & facta sunt tonitrua, & voces, & fulgura, & terræmotus magnus.

Et septem Angeli, qui habebant septem tubas, præparauerunt se vt tuba canerent.

Et primus Angelus tuba cecinit, & facta est grando, & ignis mista in sanguine, & missum est in terram, & tertia pars terræ combusta est, & tertia pars arborum concremata est, & omne fœnum viride combustum est.

Et secundus Angelus tuba cecinit: & tamquam mons magnus igne ardens missus est in mare, & facta est tertia pars maris sanguis,

Et mortua est tertia pars creaturæ eorum, quę habebant animas in mari, & tertia pars nauium interijt.

Et tertius Angelus tuba cecinit: & cecidit de cælo stella magna, ardens tanquam facula, & cecidit in tertiam partem fluminum, & in fontes aquarum:

Et nomen stellæ dicitur Absinthium; & facta est tertia pars aquarum in absinthium: & multi hominum mortui sunt de aquis, quia amaræ factæ sunt.

Et quartus Angelus tuba cecinit: & percussa est est tertia pars solis, & tertia pars lunæ, & tertia pars stellarum, ita vt obscuraretur tertia pars eorum, & diei non luceret pars tertia, & noctis similiter.

Et vidi, & audiui vocem vnius aquilæ volantis per medium cœli, dicentis voce magna: Væ, væ, væ habitantibus in terra de cęteris vocibus trium Angelorum, qui erant tuba canituri.

CAP. IX.

ET quintus Angelus tuba cecinit: & vidi stellam de cœlo cecidisse in terram, & data est ei clauis putei abyssi.

Et aperuit puteum abyssi: & ascendit fumus putei, sicut fumus fornacis magnæ: & obscuratus est sol & aër de fumo putei:

Et de fumo putei exierunt locustæ in terram, & data est illis potestas, sicut habent potestatem scorpiones terræ:

Transl. Erasm. Roterod.

Et dixi illi, Domine, tu scis. Et dixit mihi: Hi sunt qui venerunt ex afflictione magna, & dilauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas per sanguinem Agni.

Ideo sunt ante thronum Dei, & seruiunt ei Die ac nocte in templo eius, & considens in throno habitabit super illos.

Non esurient neque sitient amplius, nec cadet super illos sol, neque vllus æstus:

Quoniam Agnus qui in medio throni est, reget illos, & deducet eos ad vinos fontes aquarum, & absterget eis Deus omnem lachrymam ab oculis eorum.

CAP. VIII.

ET cum aperuisset sigillum septimum, factum est silentium in cœlo media fermè hora.

Et vidi septem Angelos stantes in conspectu Dei, & data sunt illis septem tubæ.

Et alius Angelus venit & stetit ante altare habens thuribulum aureum, & data sunt illi incensa multa, vt daret de precationibus sanctorum omnium super altare aureum, quod est ante thronum.

Et ascendit fumus incensorum de precibus sanctorum è manu Angeli coram Deo.

Et accepit Angelus thuribulum, & impleuit illud de igne altaris, & misit in terram: & facta sunt tonitrua & voces & fulgura & terræmotus,

Et septem Angeli qui habebant septem tubas, præparauerunt se, vt tuba canerent.

Et primus Angelus tuba cecinit, & facta est grando, & ignis mixta sanguine, & missa sunt in terram, & tertia pars arborum concremata est, & omne fœnum viride combustum est.

Et secundus Angelus tuba cecinit, & tanquam mons magnus igne ardens proiectus est in mare. Et facta est tertia pars maris sanguis,

Et mortua est tertia pars creaturarum, quæ erant in mari, quæ habebant animas, & tertia pars nauium interijt.

Et tertius Angelus tuba cecinit, & cecidit è cœlo stella magna ardens tanquam facula, & cecidit in tertiam partem fluminum, & in fontes aquarum,

Et nomen stellæ dicitur absinthium. Et versa est tertia pars in absinthium, & multi homines mortui sunt ex aquis, quia amarę factæ sunt.

Et quartus Angelus tuba cecinit: & percussa est tertia pars solis, & tertia pars lunæ, & tertia pars stellarum, ita vt obscuraretur tertia pars eorum, & diei non luceret pars tertia, & noctis similiter.

Et vidi, & audiui vnum Angelum volantem per medium cœli, dicentem voce magna: Væ, væ, væ habitantibus in terris, è cæteris vocibus tubæ trium Angelorum, qui erant tuba cantaturi.

CAP. IX.

ET quintus Angelus tuba cecinit; & vidi stellam de cœlo cecidisse in terram, & data est ei clauis putei abyssi.

Et aperuit puteum abyssi, & ascendit fumus putei, sicut fumus fornacis magnæ, & obscuratus est sol & aër à fumo putei.

Et de fumo exierunt locustæ in terram, & data est illis potestas, sicut habent potestatem scorpiones terræ.

Vulgat. Editio.

Et præceptum eſt illis ne læderent fœnum terræ, neque omne viride, neque omnem arborem: niſi tantum homines, qui non habent ſignum Dei in frontibus ſuis.

Et datum eſt illis ne occiderent eos: ſed vt cruciarent menſibus quinque: & cruciatus eorum, vt cruciatus ſcorpij cum percutit hominem.

Iſa. 2. 19 Ose. 10. 8 Luc. 23. 30 * Et in diebus illis quærent homines mortem, & non invenient eam: & deſiderabunt mori, & fugiet mors ab eis.

Sap. 16. 9. * Et ſimilitudines locuſtarum, ſimiles equis paratis in prælium: & ſuper capita earum tamquam coronæ ſimiles auro: & facies earum tamquam facies hominum.

Et habebant capillos ſicut capillos mulierum, & dentes earum ſicut dentes leonum erant:

Et habebant loricas ferreas, & vox alarum earum ſicut vox curruum equorum multorum currentium in bellum:

Et habebant caudas ſimiles ſcorpionum, & aculei erant in caudis earum: & poteſtas earum nocere hominibus menſibus quinque:

Et habebant ſuper ſe regem Angelum abyſſi, cui nomen Hebraicè Abaddon, Græcè autem Apollyon, Latinè habens nomen Exterminans.

Væ vnum abijt, & ecce veniunt adhuc duo væ poſt hæc.

Et ſextus Angelus tuba cecinit: & audiui vocem vnam ex quattuor cornibus altaris aurei, quod eſt ante oculos Dei,

Dicentem ſexto Angelo, qui habebat tubam: Solue quattuor Angelos, qui alligati ſunt in flumine magno Euphrate.

Et ſoluti ſunt quattuor Angeli, qui parati erant in horam, & diem, & menſem, & annum: vt occiderent tertiam partem hominum.

Et numerus equeſtris exercitus vicies millies dena millia. Et audiui numerum eorum.

Et ita vidi equos in viſione: & qui ſedebant ſuper eos, habebant loricas igneas, & hyacinthinas, & ſulphureas, & capita equorum erant tamquam capita leonum: & de ore eorum procedit ignis, & fumus, & ſulphur.

Et ab his tribus plagis occiſa eſt tertia pars hominum de igne, & de fumo, & ſulphure, quæ procedebant de ore ipſorum.

Poteſtas enim equorum in ore eorum eſt, & in caudis eorum: nam caudæ eorum ſimiles ſerpentibus, habentes capita: & in his nocent.

Et cæteri homines, qui non ſunt occiſi in his plagis, neque pœnitentiam egerunt de operibus manuum ſuarum, vt non adorarent dæmonia, & ſimulachra aurea, & argentea, & ærea, & lapidea, & lignea, quæ neque videre poſſunt, neque audire, neque ambulare,

Et non egerunt pœnitentiam ab homicidijs ſuis, neque à veneficijs ſuis, neque à fornicatione ſua, neque à furtis ſuis.

CAP. X.

ET vidi alium Angelum fortem deſcendentem de cœlo amictum nube, & iris in capite eius, & facies eius erat vt ſol, & pedes eius tamquam columnæ ignis:

Et habebat in manu ſua libellum apertum: & poſuit pedem ſuum dextrum ſuper mare, ſiniſtrum autem ſuper terram:

Tranſl. Eraſm. Roterod.

4 *Et præceptum eſt illis ne læderent fœnum terræ, neque omne viride, neque omnem arborem, niſi tantum homines, qui non habent ſignum Dei in frontibus ſuis,*

5 *Et datum eſt illis, ne occiderent eos, ſed vt cruciarentur menſibus quinque. Et cruciatus eorum, vt cruciatus ſcorpij, cum percuſſerit hominem.*

6 *Et in diebus illis quærent homines mortem, & non invenient eam & deſiderabunt mori, & fugiet mors ab eis.*

7 *Et ſimilitudines locuſtarum ſimiles equis paratis in prælium, & ſuper capita earum tanquam corona, ſimiles auro, & facies earum tanquam facies hominum.*

8 *Et habebant capillos ſicut capillos mulierum, & dentes earum quaſi leonum erant.*

9 *Et habebant loricas ſicut loricas ferreas, & vox alarum earum ſicut vox curruum equis multis currentibus ad bellum.*

10 *Et habent caudas ſimiles ſcorpionum, & aculei erant in caudis earum, & poteſtas earum nocere hominibus menſibus quinque.*

11 *Et habent ſuper ſe regem Angelum abyſſi, cui nomen Hebraicè Abaddon, Græcè autem Ἀπολλύων, id eſt, perdens.*

12 *Va vnum abijt, & ecce veniunt adhuc duo væ poſt hæc.*

13 *Et ſextus Angelus tuba cecinit, & audiui vocem vnam ex quatuor cornibus altaris aurei, quod eſt ante oculos Dei,*

14 *Dicentem ſexto Angelo, qui habebat tubam: Solue quatuor Angelos, qui alligati ſunt in flumine magno Euphrate.*

15 *Et ſoluti ſunt quatuor Angeli, qui parati erant in horam, & diem, & menſem, & annum, vt occiderent tertiam partem hominum.*

1 *Et numerus equeſtris exercitus vicies millies decem milia. Et audiui numerum eorum.*

17 *Et ita vidi equos in viſione, & qui ſedebant ſuper eos, habebant thoraces igneos & hyacinthinos & ſulphureos. Et capita equorum erant tanquam capita leonum, & de ore ipſorum procedebat ignis & fumus & ſulphur.*

18 *Ab his tribus plagis occiſa eſt tertia pars hominum, de igne & de fumo & ſulphure, quæ procedebant ex ore ipſorum.*

19 *Poteſtas enim eorum in ore eorum eſt, & in caudis eorum. Nam caudæ eorum ſimiles ſerpentibus, habentes capita, & per hæc nocent.*

20 *Et cæteri homines qui non ſunt occiſi his plagis, neque reſipuerunt ab operibus manuum ſuarum, vt non adorarent dæmonia & ſimulacra aurea & argentea, & ærea & lapidea & lignea, quæ neque videre poſſunt, neque audire, neque ambulare,*

21 *Et non egerunt pœnitentiam ab homicidijs ſuis, neque à veneficijs ſuis, neque à fornicatione ſua, neque à furtis ſuis.*

CAP. X.

1 *ET vidi alium Angelum fortem deſcendentem de cœlo amictum nube, & iris in capite eius, & facies eius erat vt ſol, & pedes eius tanquam columnæ ignis.*

2 *Et habebat in manu ſua libellum apertum, & poſuit pedem ſuum dextrum ſuper mare, ſiniſtrum autem ſuper terram,*

Vulgat. Editio.

Et clamauit voce magna, quemadmodum cum leo rugit. Et cum clamasset, locuta sunt septem tonitrua voces suas.

Et cum locuta fuissent septem tonitrua voces suas, ego scripturus eram: & audiui vocem de cœlo dicentem mihi: Signa quæ locuta sunt septem tonitrua: & noli ea scribere.

*Dan.12.7 * Et Angelus, quem vidi stantem super mare, & super terram, leuauit manum suam ad cœlum:

Et iurauit per viuentem in sæcula sæculorum, qui creauit cœlum, & ea quæ in eo sunt: & terram, & ea quæ in ea sunt: & mare, & ea quæ in eo sunt: Quia tempus non erit amplius:

Sed in diebus vocis septimi Angeli, cum cœperit tuba canere, consummabitur mysterium Dei, sicut euangelizauit per seruos suos Prophetas.

Et audiui vocem de cœlo iterum loquentem mecum, & dicentem: Vade, & accipe librum apertum de manu Angeli stantis super mare, & super terram.

*Ezec.3.1 Et abij ad Angelum, dicens ei, vt daret mihi librum. Et dixit mihi: Accipe librum, & deuora illum: & facict amaricari ventrem tuum, sed in ore tuo erit dulce tamquam mel.

Et accepi librum de manu Angeli, & deuoraui illum: & erat in ore meo tamquam mel dulce: & cum deuorassem eum, amaricatus est venter meus:

Et dixit mihi: Oportet te iterum prophetare Gentibus, & populis, & linguis, & regibus multis.

CAP. XI.

ET datus est mihi calamus similis virgæ, & dictum est mihi: Surge, & metire templum Dei, & altare, & adorantes in eo.

Atrium autem, quod est foris templum, eijce foras, & ne metiaris illud: quoniam datum est Gentibus, & ciuitatem sanctam calcabunt mensibus quadraginta duobus:

Et dabo duobus testibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta, amicti saccis.

Hi sunt duæ oliuæ, & duo candelabra in conspectu Domini terræ stantes.

Et si quis voluerit eos nocere, ignis exiet de ore eorum, & deuorabit inimicos eorum: & si quis voluerit eos lædere sic oportet eum occidi.

Hi habent potestatem claudendi cœlum, ne pluat diebus prophetiæ ipsorum: & potestatem habent super aquas conuertendi eas in sanguinem, & percutere terram omni plaga quotiescumque voluerint:

Et cum finierint testimonium suum, bestia quæ ascendit de abysso faciet aduersum eos bellum, & vincet illos, & occidet eos.

Et corpora eorum iacebunt in plateis ciuitatis magnæ, quæ vocatur spiritualiter Sodoma, & Ægyptus, vbi & Dominus eorum crucifixus est.

Et videbunt de tribubus, & populis, & linguis, & Gentibus corpora eorum per tres dies, & dimidium: & corpora eorum non sinent poni in monumentis:

Et inhabitantes terram gaudebunt super illos, & iucundabuntur: & munera mittent inuicem, quoniam hi duo prophetæ cruciauerunt eos, qui habitabant super terram.

Transl. Erasm. Roterod.

3 *Et clamauit voce magna, quemadmodum cum leo rugit. Et cum clamasset, locuta sunt septem tonitrua voces suas.*

4 *Et cum locuta fuissent septem tonitrua voces suas, & ego scripturus eram. Et audiui vocem de cœlo dicentem mihi: Obsigna quæ locuta sunt septem tonitrua, & ne ea scribas?*

5 *Et Angelus quem vidi stantem super mare & super terram, leuauit manum suam ad cœlum,*

6 *Et iurauit per viuentem in secula seculorum: qui creauit cœlum: & ea quæ in illo sunt, & terram. & ea quæ in ea sunt, & mare, & ea quæ in eo sunt: tempus non fore amplius,*

7 *Sed in diebus vocis septimi Angeli, cum cœperit tuba canere, consummandum esse mysterium Dei, sicut euangelizauit seruis suis prophetis.*

8 *Et audiui vocem de cœlo iterum loquentem mecum, & dicentem: Vade & accipe libellum aperium in manu Angeli, stantis super mare & super terram.*

9 *Et abij ad Angelum, dicens ei, vt daret mihi libellum. Et dixit mihi: Accipe libellum & deuora illum, & faciet amaricari ventrem tuum, sed in ore tuo erit dulcis tamquàm mel.*

10 *Et accepi libellum de manu Angeli, & deuorani illum, & erat in ore meo tanquàm mel dulcis. Et cum deuorassem eum, amaricatus est venter meus.*

11 *Et dicit mihi: Oportet te iterum prophetare in gentibus, & linguis & populis & regibus multis.*

CAP. XI.

1 *ET datus est mihi calamus similis virgæ, & dictum est mihi: Sarge & metire templum Dei & altare, & adorantes in eo.*

2 *Et atrium quod intra templum est, eijce foras, & ne metiaris illud, quoniam datum est gentibus & ciuitatem sanctam calcabunt mensibus quadraginta duobus,*

3 *Et dabo duobus testibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta amicti saccis.*

4 *Hi sunt duæ oliuæ & duo candelabra in conspectu Dei terræ stantia. Et si quis voluerit eis nocere, ignis exit de ore eorum & deuorat inimicos eorum.*

5 *Et si quis voluerit eos lædere, sic oportet eum occidi.*

6 *Hi habent potestatem claudendi cœlum, ne pluat diebus prophetiæ ipsorum, & potestatem habent super aquas conuertendi eas in sanguinem, & percutiendi terram omni plaga quotiescunque voluerint.*

7 *Et cum finierint testimonium suum, bestia quæ ascendit de abysso faciet aduersus eos bellum, & vincet illos, & occidet eos.*

8 *Et corpora eorum iacebunt in plateis ciuitatis magnæ, quæ vocatur spiritualiter Sodoma & Ægyptus, vbi & Dominus noster crucifixus est.*

9 *Et videbunt de tribubus, & populis & linguis, & gentibus corpora eorum, per tres dies & dimidium, & corpora eorum non sinent poni in monumentis.*

10 *Et inhabitantes terram, gaudebunt super illis & lætabuntur, & munera mittent inuicem: quoniam hi duo prophetæ cruciauerunt eos qui habitant super terram.*

Vulgata Editio.

Et poſt dies tres,& dimidium,ſpiritus vitæ à Deo intrauit in eos. Et ſteterunt ſuper pedes ſuos, & timor magnus cecidit ſuper eos,qui viderunt eos.

Et audierunt vocem magnam de cœlo, dicentem eis:Aſcendite huc. Et aſcenderunt in cœlum in nube:& viderunt illos inimici eorum.

Et in illa hora factus eſt terræmotus magnus, & decima pars ciuitatis cecidit: & occiſa ſunt in terræmotu nomina hominum ſeptem millia:& reliqui in timorem ſunt miſsi, & dederunt gloriam Deo cœli.

Væ ſecundum abijt: & ecce væ tertium veniet citò.

Et ſeptimus Angelus tuba cecinit: & factæ ſunt voces magnæ in cœlo dicentes: Factum eſt regnum huius mundi,Domini noſtri,& Chriſti eius, & regnabit in ſæcula ſæculorum:Amen.

Et viginti quattuor ſeniores,qui in conſpectu Dei ſedent in ſedibus ſuis, ceciderunt in facies ſuas, & adorauerunt Deum,dicentes:

Gratias agimus tibi Domine Deus omnipotens, qui es,& qui eras, & qui venturus es:quia accepiſti virtutem tuam magnam,& regnaſti.

Et iratæ ſunt Gentes,& aduenit ira tua,& tempus mortuorum iudicari, & reddere mercedem ſeruis tuis Prophetis, & ſanctis, & timentibus nomen tuum puſillis, & maguis, & exterminandi eos, qui corruperunt terram.

Et apertum eſt templum Dei in cœlo: & viſa eſt arca teſtamenti eius in templo eius, & facta ſunt fulgura,& voces,& terræmotus,& grando magna.

CAP. XII.

ET ſignum magnum apparuit in cœlo: Mulier amicta ſole,& luna ſub pedibus eius,& in capite eius corona ſtellarum duodecim:

Et in vtero habens, clamabat parturiens, & cruciabatur vt pariat.

Et viſum eſt aliud ſignum in cœlo: & ecce draco magnus rufus habens capita ſeptem, & cornua decem:& in capitibus eius diademata ſeptem,

Et cauda eius trahebat tertiam partem ſtellarum cœli,& miſit eas in terram, & draco ſtetit ante mulierem, quæ erat paritura: vt cum peperiſſet, filium eius deuoraret.

Et peperit filium maſculum, qui recturus erat omnes Gentes in virga ferrea: & raptus eſt filius eius ad Deum,ad thronum eius,

Et mulier fugit in ſolitudinem vbi habebat locum paratum à Deo,vt ibi paſcant eam diebus mille ducentis ſexaginta.

Et factum eſt prælium magnum in cœlo:Michael, & Angeli eius præliabantur cum dracone, & draco pugnabat,& Angeli eius:

Et non valuerunt, neque locus inuentus eſt eorum amplius in cœlo.

Et proiectus eſt draco ille magnus, ſerpens antiquus, qui vocatur diabolus, & ſatanas, qui ſeducit vniuerſum orbem: & proiectus eſt in terram,& Angeli eius cum illo miſsi ſunt.

Et audiui vocem magnam in cœlo dicentem:Nũc facta eſt ſalus,& virtus,& regnum Dei noſtri,& poteſtas Chriſti eius: quia proiectus eſt accuſator fratrum noſtrorum, qui accuſabat illos ante conſpectum Dei noſtri die,ac nocte.

Et ipſi vicerunt eum propter ſanguinem Agni,& propter verbum teſtimonij ſui, & non dilexerunt animas ſuas vſque ad mortem.

Tranſl.Eraſm.Roterod.

Et poſt dies tres & dimidium ſpiritus vitæ à Deo intrauit in eos. Et ſteterunt ſuper pedes ſuos, & timor magnus cecidit ſuper eos qui viderunt eos.

Et audierunt vocem magnam de cœlo, dicentem ipſis: Aſcendite huc. Et aſcenderunt in cœlum in nube, & viderunt illos inimici eorum.

Et in illa hora factus eſt terræmotus magnus, & decima pars ciuitatis cecidit. Et occiſa ſunt in terræmotu nomina hominum ſeptem milia & reliqui territi ſunt, & dederunt gloriam Deo cœli.

Væ ſecundum abijt, & ecce væ tertium veniet citò.

Et ſeptimus Angelus tuba cecinit, & facta ſunt voces magnæ in cœlo, dicentes: Facta ſunt regna huius mundi Domini noſtri & Chriſti eius, & regnabit in ſæcula ſæculorum, Amen.

Et viginti quatuor ſeniores, qui in conſpectu Dei ſedent in ſedibus ſuis, ceciderunt in facies ſuas, & adorauerunt Deum, dicentes:

Gratias agimus tibi Domine Deus omnipotens, qui es, & qui eras, & qui venturus es, quia accepiſti virtutem tuam magnam, & regnaſti.

Et iratæ ſunt gentes, & aduenit ira tua & tempus mortuorum vt iudicentur: & reddas mercedem ſeruis tuis prophetis & ſanctis, & timentibus nomen tuum puſillis & magnis, & perdas eos qui perdunt terram.

Et apertum eſt templum Dei in cœlo, & viſa eſt arca teſtamenti eius in templo eius, & facta ſunt fulgura & voces & tonitrua & terræmotus & grando magna.

CAP. XII.

ET ſignum magnum apparuit in cœlo: Mulier amicta ſole & luna ſub pedibus eius, & in capite eius corona ſtellarum duodecim.

Et in vtero habens, clamat parturiens, & cruciatur vt pariat.

Et viſum eſt aliud ſignum in cœlo, & ecce draco magnus rufus, habens capita ſeptem, & cornua decem: & in capitibus ſuis diademata ſeptem,

Et cauda eius trahit tertiam partem ſtellarum cœli, & miſit eas in terram, & draco ſtetit ante mulierem, quæ erat paritura: vt cum peperiſſet, filium eius deuoraret.

Et peperit filium maſculum, qui recturus erat omnes gentes in virga ferrea, & raptus eſt filius eius ad Deum & ad thronum eius:

Et mulier fugit in ſolitudinem, vbi habet locum paratum à Deo, vt ibi paſcant eam diebus mille ducentis ſexaginta.

Et factum eſt prælium magnum in cœlo. Michael & Angeli eius præliabantur cum dracone, & draco pugnabat & Angeli eius,

Et non valuerunt, neque locus inuentus eſt eorum amplius in cœlo.

Et proiectus eſt draco ille magnus, ſerpens antiquus, qui vocatur diabolus & ſatanas, qui ſeducit totum terrarum orbem, & proiectus eſt in terram, & Angeli eius cum illo proiecti ſunt.

Et audiui vocem magnam dicentem: In cœlo nunc facta eſt ſalus & virtus, & regnum Dei noſtri, & poteſtas Chriſti eius: quia proiectus eſt accuſator fratrum noſtrorum, qui accuſabat illos ante conſpectum Dei noſtri die ac nocte,

Et ipſi vicerunt eum propter ſanguinem Agni, & propter ſermonem teſtimonij ſui, & non dilexerunt animam ſuam vſque ad mortem.

Vulgat. Editio.

Propterea lætamini cœli, & qui habitatis in eis. Væ terræ, & mari, quia descendit diabolus ad vos, habens iram magnam, sciens quòd modicum tempus habet.

Et postquam vidit draco, quòd proiectus esset in terram, persecutus est mulierem, quæ peperit masculum:

Et datæ sunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ, vt volaret in desertum in locum suum, vbi alitur per tempus, & tempora, & dimidium temporis à facie serpentis.

Et misit serpens ex ore suo post mulierem, aquam tanquam flumen, vt eam faceret trahi à flumine.

Et adiuuit terra mulierem, & aperuit terra os suum, & absorbuit flumen, quod misit draco de ore suo.

Et iratus est draco in mulierem: & abijt facere prælium cum reliquis de semine eius, qui custodiunt mandata Dei, & habent testimonium Iesu Christi.

Et stetit supra arenam maris.

CAP. XIII.

ET vidi de mari bestiam ascendentem, habentem capita septem, & cornua decem, & super cornua eius decem diademata, & super capita eius nomina blasphemiæ.

Et bestia, quam vidi, similis erat pardo, & pedes eius, sicut pedes vrsi, & os eius, sicut os leonis. Et dedit illi draco virtutem suam, & potestatem magnam.

Et vidi vnum de capitibus suis quasi occisum in mortem: & plaga mortis eius curata est. Et admirata est vniuersa terra post bestiam.

Et adorauerunt draconem, qui dedit potestatem bestiæ: & adorauerunt bestiam, dicentes: Quis similis bestiæ? & quis poterit pugnare cum ea?

Et datum est ei os loquens magna, & blasphemias: & data est ei potestas facere menses quadraginta duos.

Et aperuit os suum in blasphemias ad Deum, blasphemare nomen eius, & tabernaculum eius, & eos qui in cœlo habitant.

Et est datum illi bellum facere cum sanctis, & vincere eos. Et data est illi potestas in omnem tribum, & populum, & linguam, & gentem,

Et adorauerunt eam omnes, qui inhabitant terram: quorum non sunt scripta nomina in Libro vitæ Agni, qui occisus est ab origine mundi.

Si quis habet aurem, audiat.

Qui in captiuitatem duxerit, in captiuitatem vadet * qui in gladio occiderit, oportet eum gladio occidi. Hic est patientia, & fides Sanctorum. Gen. 9. 6. Mat. 26. 52

Et vidi aliam bestiam ascendentem de terra, & habebat cornua duo similia Agni, & loquebatur sicut draco.

Et potestatem prioris bestiæ omnem faciebat in conspectu eius: & fecit terram, & habitantes in ea, adorare bestiam primam, cuius curata est plaga mortis.

Et fecit signa magna, vt etiam ignem faceret de cœlo descendere in terram in conspectu hominum.

Et seduxit habitantes in terra propter signa, quæ data sunt illi facere in conspectu bestiæ, dicens habitantibus in terra, vt faciant imaginem bestiæ, quæ habet plagam gladij, & vixit.

Et datum est illi, vt daret spiritum imagini bestiæ, & vt loquatur imago bestiæ: & faciat, vt quicumque non adorauerint imaginem bestiæ, occidantur.

Transl. Erasm. Roterod.

Propterea lætamini cœli, & qui habitatis in eis. Væ habitatoribus terræ & maris, quia descendit diabolus ad vos habens iram magnam, sciens quod modicum tempus habet.

Et postquàm vidit draco, quod proiectus esset in terram, persecutus est mulierem quæ peperit masculum.

Et datæ sunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ, vt volaret in desertum in locum suum vbi alitur per tempus & tempora & dimidium temporis à facie serpentis.

Et eiecit serpens ex ore suo post mulierem aquam tanquam flumen, vt eam faceret rapi à flumine.

Et adiuuit terra mulierem, & aperuit terra os suum, & absorbuit flumen quod eiecerat draco ex ore suo.

Et iratus est draco aduersus mulierem, & abijt vt faceret prælium cum reliquis de semine eius qui custodiunt mandata Dei, & habent testimonium Iesu Christi.

Et stetit super arenam maris.

CAP. XIII.

ET vidi de mari bestiam ascendentem, habentem capita septem & cornua decem, & super cornua eius decem diademata, & super capita eius nomen blasphemiæ.

Et bestia quam vidi, similis erat pardo, & pedes eius sicut pedes vrsi, & os eius sicut os leonis. Et dedit illi draco virtutem suam & sedem suam & potestatem magnam.

Et vidi vnum de capitibus eius quasi occisum in mortem, & plaga mortis eius curata est. Et admiratio fuit in vniuersa terra post bestiam.

Et adorauerunt draconem, qui dedit potestatem bestiæ, & adorauerunt bestiam, dicentes: Quis similis bestiæ, & quis poterit pugnare cum ea?

Et datum est ei os loquens magna & blasphemias, & data est ei potestas faciendi menses quadraginta duos.

Et aperuit os suum in conuitia ad Deum, vt conuitiis afficeret nomen eius & tabernaculum eius, & eos qui in cœlo habitant.

Et est datum illi bellum facere cum sanctis, & vincere eos. Et data est illi potestas in omnem tribum, & populum, & linguam, & gentem,

Et adorabunt eam omnes qui inhabitant terram, quorum non sunt scripta nomina in Libro vitæ Agni, qui occisus est ab origine mundi.

Si quis habet aurem, audiat.

Qui in captiuitatem ducit, in captiuitatem vadit: qui gladio occiderit, oportet eum gladio occidi. Hic est patientia & fides Sanctorum.

Et vidi aliam bestiam ascendentem de terra, & habebat cornua duo, similia Agni, & loquebatur sicut draco.

Et potestatem prioris bestiæ omnem facit in conspectu eius, & facit terram, & inhabitantes in ea, adorare bestiam primam, cuius curata est plaga mortis.

Et facit signa magna, vt etiam ignem faceret de cœlo descendere in terram in conspectu hominum.

Et seducit habitantes in terra propter signa quæ data sunt illi vt faceret in conspectu bestiæ, dicens habitantibus in terra, vt faciant imaginem bestiæ, quæ habet plagam gladij, & vixit.

Et datum est illi vt daret spiritum imagini bestiæ, & vt loquatur imago bestiæ, & faciet vt quicunque non adorauerint imaginem bestiæ occidantur.

Vulgat. Editio.

Et faciet omnes pusillos, & magnos, & diuites, & pauperes, & liberos, & seruos habere characterem in dextera manu sua, aut in frontibus suis:

Et ne quis possit emere, aut vendere, nisi qui habet characterem, aut nomen bestiæ, aut numerum nominis eius.

Hic sapientia est. Qui habet intellectum, computet numerum bestiæ. Numerus enim hominis est: & numerus eius sexcenti sexaginta sex.

CAP. XIIII.

ET vidi: & ecce Agnus stabat supra montem Sion, & cum eo centum quadraginta quattuor millia habentes nomen eius, & nomen Patris eius scriptum in frontibus suis.

Et audiui vocem de cœlo, tanquam vocem aquarum multarum, & tanquam vocem tonitrui magni: & vocem, quam audiui, sicut citharœdorum citharizantium in citharis suis.

Et cantabant quasi canticum nouum ante sedem, & ante quattuor animalia, & seniores: & nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadraginta quattuor millia, qui empti sunt de terra.

Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati: Virgines enim sunt. Hi sequuntur Agnum quocumque ierit. Hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo & Agno:

Et in ore eorum non est inuentum mendacium: sine macula enim sunt ante thronum Dei.

Et vidi alterum Angelum volantem per medium cœli, habentem Euangelium æternum, vt euangelizaret sedentibus super terram, & super omnem gentem, & tribum, & linguam, & populum:

Psal. 46. 6. Ab. 3. 14. Dicens magna voce: * Timete Dominum, & date illi honorem, quia venit hora iudicij eius: & adorate eum, qui fecit cœlum, & terram, mare, & fontes aquarum.

Et alius Angelus secutus est dicens: * Cecidit, cecidit Babylon illa magna: quæ à vino iræ fornicationis suæ potauit omnes gentes.

Ier. 51. 8. Et tertius Angelus secutus est illos, dicens voce magna: Si quis adorauerit bestiam, & imaginem eius, & acceperit characterem in fronte sua, aut in manu sua:

Et hic bibet de vino iræ Dei, quod mistum est mero in calice iræ ipsius, & cruciabitur igne, & sulphure in conspectu Angelorum sanctorum, & ante conspectum Agni:

Et fumus tormentorum eorum ascendet in sæcula sæculorum: nec habent requiem die ac nocte, qui adorauerunt bestiam, & imaginem eius, & si quis acceperit characterem nominis eius.

Hic patientia Sanctorum est, qui custodiunt mandata Dei, & fidem Iesu.

Et audiui vocem de cœlo, dicentem mihi: Scribe: Beati mortui, qui in Domino moriuntur. Amodo iam dicit Spiritus, vt requiescant à laboribus suis: opera enim illorum sequuntur illos.

Et vidi & ecce nubem candidam: & super nubem sedentem similem Filio hominis, habentem in capite suo coronam auream, & in manu sua falcem acutam.

Matt. 13. 39. * Et alius Angelus exiuit de templo, clamans voce magna ad sedentem super nubem: * Mitte falcem tuam, & mete quia venit hora vt metatur, quoniam aruit messis terræ.

Ioel. 3. 13. Et misit qui sedebat super nubem, falcem suam in terram, & demessa est terra.

Et alius Angelus exiuit de templo, quod est in cœlo, habens & ipse falcem acutam.

Transl. Eraſm. Roterod.

16 *Et facit omnes pusillos & magnos, & diuites, & pauperes, & liberos, & seruos accipere characterem in manu sua dextera, aut in frontibus suis.*

17 *Et ne quis posset emere aut vendere, nisi qui habeat characterem, aut nomen bestiæ, aut numerum nominis eius,*

18 *Hic sapientia est. Qui habet intellectum, computet numerum bestiæ. Numerus enim hominis est & numerus eius sexcenti sexaginta sex.*

CAP. XIIII.

1 *ET vidi, & ecce Agnus stans super montem Sion, & cum eo centum quadraginta quatuor milia habentia nomen patris eius scriptum in frontibus suis.*

2 *Et audiui vocem de cœlo tanquam vocem aquarum multarum, & tanquam vocem tonitrui magni, & vocem audiui citharœdorum citharizantium citharis suis.*

3 *Et cantant quasi canticum nouum ante sedem & ante quatuor animalia, & seniores, & nemo poterat discere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor milia, qui empti sunt de terra.*

4 *Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt. Hi sequuntur Agnum quocunque ierit. Hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo & Agno,*

5 *Et in ore eorum non est inuentus dolus. Sine macula enim sunt ante thronum Dei.*

6 *Et vidi alterum Angelum volantem per medium cœli, habentem Euangelium æternum, vt euangelizaret habitantibus super terram, & omni genti & tribui, & linguæ & populo,*

7 *Dicentem magna voce: Timete Deum, & date illi honorem, quia venit hora iudicij eius: & adorate eum, qui fecit cœlum & terram, mare & fontes aquarum.*

8 *Et alius Angelus secutus est, dicens: Cecidit cecidit Babylon ciuitas illa magna: quia à vino iræ fornicationis suæ potauit omnes gentes.*

9 *Et tertius Angelus secutus est illos, dicens voce magna: Si quis adorauerit bestiam & imaginem eius, & acceperit characterem in fronte sua, aut in manu sua,*

10 *Et hic bibet de vino iræ Dei, quod mixtum est mero in calice iræ ipsius. Et cruciabitur igne & sulphure in conspectu Angelorum sanctorum, & ante conspectum Agni.*

11 *Et fumus tormenti eorum ascendit in secula seculorum. Nec habent requiem die ac nocte, qui adorant bestiam & imaginem eius, & si quis acceperit characterem nominis eius.*

12 *Hic patientia sanctorum est. Hic qui custodiunt mandata Dei & fidem Iesu.*

13 *Et audiui vocem de cœlo, dicentem mihi: Scribe: Beati mortui, qui in Domino moriuntur amodo: etiam dicit Spiritus, vt requiescant à laboribus suis, sed opera illorum sequuntur illos.*

14 *Et vidi & ecce nubem candidam, & super nubem sedentem similem Filio hominis, habentem in capite suo coronam auream, & in manu sua falcem acutam.*

15 *Et alius Angelus exiuit de templo, clamans voce magna ad sedentem super nubem: Mitte falcem tuam & mete, quia venit tibi hora vt metas, quoniam aruit messis terra.*

16 *Et misit qui sedebat super nubem, falcem suam in terram, & demessa est terra.*

17 *Et alius Angelus exiuit de templo, quod est in cœlo, habens & ipse falcem acutam.*

Vulgat. Editio.

Et alius Angelus exiuit de altari, qui habebat potestatem supra ignem: & clamauit voce magna ad eum, qui habebat falcem acutam, dicens: Mitte falcem tuam acutam, & vindemia botros vineæ terræ, quoniam maturæ sunt vuæ eius.

Et misit Angelus falcem suam acutam in terram, & vindemiauit vineam terræ, & misit in lacum iræ Dei magnum:

Et calcatus est lacus extra ciuitatem, & exiuit sanguis de lacu vsque ad frænos equorum per stadia mille sexcenta.

CAP. XV.

ET vidi aliud signum in cœlo magnum, & mirabile, Angelos septem, habentes plagas septem nouissimas: Quoniam in illis consummata est ira Dei.

Et vidi tanquam mare vitreum mistum igne, & eos, qui vicerunt bestiam, & imaginem eius, & numerum nominis eius, stantes super mare vitreum, habentes citharas Dei:

Et cantantes canticum Moysi serui Dei, & canticum Agni, dicentes: Magna, & mirabilia sunt opera tua, Domine Deus omnipotens: iustæ & veræ sunt viæ tuæ, Rex sæculorum.

Ier.10.7. Quis non timebit te Domine, & magnificabit nomen tuum? quia solus pius es: quoniam omnes gentes venient, & adorabunt in conspectu tuo, quoniam iudicia tua manifesta sunt.

Et post hæc vidi, & ecce apertum est templum tabernaculi testimonij in cœlo:

Et exierunt septem Angeli habentes septem plagas de templo, vestiti lino mundo, & candido, & precincti circa pectora zonis aureis.

Et vnum de quattuor animalibus dedit septem Angelis septem phialas aureas, plenas iracundiæ Dei viuentis in sæcula sæculorum.

Et impletum est templum fumo à maiestate Dei, & de virtute eius: & nemo poterat introire in templum, donec consummarentur septem plagæ septem Angelorum.

CAP. XVI.

ET audiui vocem magnam de templo, dicentem septem Angelis: Ite, & effundite septem phialas iræ Dei in terram.

Et abijt primus, & effudit phialam suam in terram, & factum est vulnus sæuum & pessimum in homines, qui habebant characterem bestiæ: & in eos, qui adorauerunt imagines eius.

Et secundus Angelus effudit phialam suam in mare, & factus est sanguis tanquam mortui: & omnis anima viuens mortua est in mari.

Et tertius effudit phialam suam super flumina, & super fontes aquarum, & factus est sanguis.

Et audiui Angelum aquarum dicentem: Iustus es Domine qui es, & qui eras, sanctus, qui hæc iudicasti:

Quia sanguinem Sanctorum, & Prophetarum effuderunt, & sanguinem eis dedisti bibere: digni enim sunt.

Et audiui alterum ab altari dicentem: Etiam Domine Deus omnipotens vera, & iusta iudicia tua.

Et quartus Angelus effudit phialam suam in solem, & datum est illi æstu affligere homines, & igni:

Et æstuauerunt homines æstu magno, & blasphemauerunt nomen Dei habentis potestatem super has plagas, neque egerunt pœnitentiam vt darent illi gloriam.

Transl. Erasm. Roterod.

18 *Et alius Angelus exiuit de altari, qui habebat potestatem supra ignem, & clamauit voce magna ad eum, qui habebat falcem acutam, dicens: Mitte falcem tuam acutam, & vindemia botros terræ, quoniam maturæ sunt vuæ eius.*

19 *Et misit Angelus falcem suam acutam in terram, & vindemiauit vineam terræ, & misit in lacum iræ Dei magnum,*

20 *Et calcatus est lacus extra ciuitatem, & exiuit sanguis de lacu, vsque ad frenos equorum per stadia mille sexcenta.*

CAP. XV.

1 *ET vidi aliud signum in cœlo magnum & mirabile, Angelos septem, habentes plagas septem nouissimas, quoniam in illis consummata est ira Dei.*

2 *Et vidi tanquam mare vitreum mixtum igni, & eos qui victoriam reportarant de bestia & de imagine eius, & de charactere eius, & de numero nominis eius, stantes super mare vitreum, habentes citharas Dei,*

3 *Et cantant canticum Mosi serui Dei, & canticum Agni, dicentes: Magna & mirabilia sunt opera tua Domine Deus omnipotens: iusta, & vera sunt via tua, Rex sanctorum:*

4 *Quis non timebit te Domine, & magnificabit nomen tuum? Quia solus pius es, quoniam omnes gentes venient, & adorabunt in conspectu tuo, quoniam iudicia tua manifestata sunt.*

5 *Et post hæc vidi, & ecce apertum est templum tabernaculi testimonij in cœlo,*

6 *Et exierunt septem Angeli habentes septem plagas, de templo, vestiti lino mundo & candido, & precincti circa pectora zonis aureis.*

7 *Et vnum ex quattuor animalibus dedit septem Angelis septem phialas aureas, plenas iracundiæ Dei viuentis in secula seculorum.*

8 *Et impletum est templum fumo à maiestate Dei, & de virtute eius, & nemo poterat introire in templum, donec consummarentur septem plagæ septem Angelorum.*

CAP. XVI.

1 *ET audiui vocem magnam de templo dicentem septem Angelis: Ite, effundite septem phialas iræ Dei in terram.*

2 *Et abijt primus Angelus & effudit phialam suam in terram, & factum est vulnus malum ac noxium in homines, qui habebant characterem bestiæ, & in eos qui adorabant imaginem eius.*

3 *Et secundus Angelus effudit phialam suam in mare, & factus est sanguis tanquam mortui, & omnis anima viuens, mortua est in mari.*

4 *Et tertius Angelus effudit phialam suam in flumina, & in fontes aquarum, & facta sunt sanguis.*

5 *Et audiui Angelum aquarum dicentem: Iustus es Domine, qui es, & qui eras, & Sanctus, quia hæc iudicasti,*

6 *Quia sanguinem sanctorum & prophetarum effuderunt, & sanguinem eis dedisti bibere, digni enim sunt.*

7 *Et audiui alterum dicentem: Etiam Domine Deus omnipotens, vera & iusta iudicia tua.*

8 *Et quartus Angelus effudit phialam suam in solem, & datum est illi æstu affligere homines per ignem.*

9 *Et æstuauerunt homines æstu magno, & blasphemauerunt nomen Dei habentis potestatem super has plagas, neque egerunt scelerum pœnitentiam, vt darent illi gloriam.*

Vulgat. Editio.

Et quintus Angelus effudit phialam suam super sedem bestiæ: & factum est regnum eius tenebrosum, & commanducauerunt linguas suas præ dolore:

Et blasphemauerunt Deum cœli, præ doloribus & vulneribus suis, & non egerunt pœnitentiam ex operibus suis.

Et sextus Angelus effudit phialam suam in flumen illud magnum Euphraten: & siccauit aquam eius, vt præpararetur via regibus ab ortu solis.

Et vidi de ore draconis, & de ore bestiæ, & de ore pseudoprophetæ spiritus tres immundos in modum ranarum.

Sunt enim spiritus dæmoniorum facientes signa, & procedunt ad reges totius terræ congregare illos in prælium ad diem magnum omnipotentis Dei.

*Ecce venio sicut fur. Beatus qui vigilat, & custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet, & videant turpitudinem eius.

Et congregabit illos in locum, qui vocatur Hebraicè Armagedon.

Et septimus Angelus effudit phialam suam in aëreni, & exiuit vox magna de templo à throno, dicens: Factum est.

Et facta sunt fulgura, & voces, & tonitrua, & terræmotus factus est magnus, qualis numquam fuit ex quo homines fuerunt super terram: talis terræmotus, sic magnus.

Et facta est ciuitas magna in tres partes: & ciuitates Gentium ceciderunt, & Babylon magna venit in memoriam ante Deum, dare illi calicem vini indignationis iræ eius.

Et omnis insula fugit, & montes non sunt inuenti.

Et grando magna sicut talentum descendit de cœlo in homines: & blasphemauerunt Deum homines propter plagam grandinis: quoniam magna facta est vehementer.

CAP. XVII.

ET venit vnus de septem Angelis, qui habebant septem phialas, & locutus est mecum, dicens: Veni, ostendam tibi damnationem meretricis magnæ, quæ sedet super aquas multas,

Cum qua fornicati sunt reges terræ, & inebriati sunt qui inhabitant terram de vino prostitutionis eius.

Et abstulit me in spiritu in desertum. Et vidi mulierem sedentem super bestiam coccineam, plenam nominibus blasphemiæ, habentem capita septem, & cornua decem.

Et mulier erat circundata purpura, & coccino, & inaurata auro, & lapide pretioso, & margaritis, habens poculum aureum in manu sua, plenum abominatione, & immunditia fornicationis eius:

Et in fronte eius nomen scriptum: Mysterium: Babylon magna, mater fornicationum, & abominationum terræ.

Et vidi mulierem ebriam de sanguine sanctorum, & de sanguine martyrum Iesu. Et miratus sum cum vidissem illam admiratione magna.

Et dixit mihi Angelus: Quare miraris? Ego dicam tibi sacramentum mulieris, & bestiæ, quæ portat eam, quæ habet capita septem, & cornua decem.

Bestia, quam vidisti, fuit, & non est, & ascensura est de abysso, & in interitum ibit: & mirabuntur inhabitantes terram (quorum non sunt scripta nomina in Libro vitæ à constitutione mundi) videntes bestiam, quæ erat, & non est.

Transl. Eraſm. Roterod.

10 *Et quintus Angelus effudit phialam suam super sedem bestiæ, & factum est regnum eius tenebrosum, & commanducauerunt linguas suas præ dolore,*

11 *Et conuitiis affecerunt Deum cœli præ doloribus suis, & vlceribus suis, nec respuerunt ab operibus suis.*

12 *Et sextus Angelus effudit phialam suam in flumen illud magnum Euphraten, & siccata est aqua eius, vt præpararetur via regum ab ortu solis.*

13 *Et vidi ex ore draconis, & ex ore bestiæ, & ex ore pseudoprophetæ exire spiritus tres immundos in modū ranarum:*

14 *Sunt enim spiritus dæmoniorum facientes signa, vt procedant ad reges totius terræ ad congregandum illos in prælium diei illius magni Dei omnipotentis.*

15 *Ecce venio sicut fur. Beatus qui vigilat & custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet, & videant turpitudinem eius.*

16 *Et congregauit illos in locum qui vocatur Hebraicè Armageddon.*

17 *Et septimus Angelus effudit phialam suam in aërem, & exiuit vox magna de templo cœli, à throno, dicens: Factum est.*

18 *Et facta sunt fulgura & voces, & tonitrua, & terræmotus factus est magnus, qualis nunquam fuit, ex quo homines fuerunt super terram, talis terræmotus adeo magnus.*

19 *Et facta est ciuitas magna in tres partes, & ciuitates gentium ceciderunt. Et Babylon magna venit in memoriam ante Deum, vt daret illi calicem vini indignationis iræ suæ.*

20 *Et omnis insula fugit, & montes non sunt inuenti.*

21 *Et grando magna sicut talentum descendit de cœlo in homines, & blasphemauerunt Deum homines propter plagam grandinis, quoniam magna facta est plaga eius vehementer.*

CAP. XVII.

1 *ET venit vnus de septem Angelis, qui habebant septem phialas, & locutus est mecum, dicens mihi: Veni ostendam tibi damnationem meretricis magnæ, quæ sedet super aquas multas,*

2 *Cum qua scortati sunt reges terræ, & inebriati sunt qui in habitant terram de vino prostitutionis eius.*

3 *Et abstulit me spiritu in desertum. Et vidi mulierem sedentem super bestiam coccinam, plenam nominibus maledicentiæ, habentem capita septem & cornua decem.*

4 *Et mulier erat circundata purpura & coccino, & inaurata auro, & lapide precioso, & margaritis, habens poculum aureum in manu sua, plenum abomidationibus & immunditia libidinis suæ.*

5 *Et in fronte eius nomen scriptum mysterium Babylon magna mater scortationum, & abominationum terræ.*

6 *Et vidi mulierem ebriam de sanguine sanctorum, & de sanguine martyrum Iesu. Et miratus sum, cum viderem illam admiratione magna.*

7 *Et dixit mihi Angelus: quare miraris? Ego dicam tibi mysterium mulieris, & bestiæ quæ portat eam, quæ habet capita septem, & cornua decem*

8 *Bestia quam vidisti, fuit, & non est, & ascensura est de abysso, & in interitum ibit, & mirabuntur inhabitantes terram, quorum nomina scripta non sunt in libro vitæ, à condito mundo, videntes bestiam, quæ erat, & non est,*

Vulgat. Editio.

Et hic est sensus, qui habet sapientiam. Septem capita: septem montes sunt, super quos mulier sedet, & reges septem sunt.

Quinque ceciderunt, vnus est, & alius nondum venit: & cum venerit, oportet illum breue tempus manere.

Et bestia, quæ erat, & non est: & ipsa octaua est: & de septem est, & in interitum vadit.

Et decem cornua, quæ vidisti, decem reges sunt: qui regnum nondum acceperunt, sed potestatem tanquam reges vna hora accipient post bestiam.

Hi vnum consilium habent, & virtutem, & potestatem suam bestiæ tradent.

Hi cum Agno pugnabunt, & Agnus vincet illos: quoniam Dominus dominorum est, & Rex regum, & qui cum illo sunt, vocati, electi, & fideles.

Et dixit mihi: Aquæ, quas vidisti vbi meretrix sedet, populi sunt, & Gentes, & linguæ.

Et decem cornua, quæ vidisti in bestia: hi odient fornicariam, & desolatam facient illam, & nudam, & carnes eius manducabunt, & ipsam igni concremabunt.

Deus enim dedit in corda eorum vt faciant quod placitum est illi: vt dent regnum suum bestiæ donec consummentur verba Dei.

Et mulier, quam vidisti, est ciuitas magna, quæ habet regnum super reges terræ.

CAP. XVIII.

ET post hæc vidi alium Angelum descendentem de cœlo, habentem potestatem magnam: & terra illuminata est à gloria eius.

Et exclamauit in fortitudine, dicens: Cecidit, cecidit Babylon magna: & facta est habitatio dæmoniorum, & custodia omnis spiritus immundi, & custodia omnis volucris immundæ, & odibilis:

Quia de vino iræ fornicationis eius biberunt omnes gentes: & reges terræ cum illa fornicati sunt: & mercatores terræ de virtute deliciarum eius diuites facti sunt.

Et audiui aliam vocem de cœlo, dicentem: Exite de illa populus meus: vt ne participes fiatis delictorum eius, & de plagis eius non accipiatis.

Quoniam peruenerunt peccata eius vsque ad cœlum, & recordatus est Dominus iniquitatum eius.

Reddite illi sicut & ipsa reddidit vobis: & duplicate duplicia secundum opera eius: in poculo, quo miscuit, miscete illi duplum.

Quantum glorificauit se, & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum & luctum: quia in corde suo dicit: Sedeo regina, & vidua non sum: & luctum non videbo.

Ideo in vna die venient plagæ eius, mors, & luctus, & fames, & igne comburetur: quia fortis est Deus, qui iudicabit illam.

Et flebunt, & plangent se super illam reges terræ, qui cum illa fornicati sunt, & in deliciis vixerunt, cum viderint fumum incendij eius:

Longè stantes propter timorem tormentorum eius, dicentes: Væ, væ ciuitas illa magna Babylon, ciuitas illa fortis: quoniam vna hora venit iudicium tuum.

Et negotiatores terræ flebunt, & lugebunt super illam: quoniam merces eorum nemo emet amplius:

Merces auri, & argenti, & lapidis pretiosi, & margaritæ, & byssi, & purpuræ, & serici, cocci, (& omne lignum thyinum, & omnia vasa eboris, & omnia vasa de lapide pretioso, & æramento, & ferro, & marmore,

Transl. Eraſm. Roterod.

Hic est mens quæ habet sapientiam. Septem capita septem montes sunt, super quos mulier sedet, & reges septem sunt.

Quinque ceciderunt, vnus est, & alius nondum venit. Et cum venerit, oportet illum breue tempus manere.

Et bestia quæ erat, & non est, & ipse octauus est, & de septem est, & in interitum vadit.

Et decem cornua quæ vidisti, decem reges sunt, qui regnum nondum acceperunt, sed potestatem tanquam reges vna hora accipient cum bestia.

Hi vnum consilium habent, & virtutem & potestatem suam bestiæ tradent.

Hi cum Agno pugnabunt, & Agnus vincet illos, quoniam Dominus dominorum est, & Rex regum: & qui cum illo sunt vocati, & electi & fideles.

Et dicit mihi: Aquæ quas vidisti, vbi meretrix sedet, populi sunt & turbæ, & gentes, & linguæ.

Et decem cornua quæ vidisti in bestia, hi odio prosequentur meretricem, & desolatam facient illam & nudam, & carnes eius comedent, & ipsam igne concremabunt.

Deus enim dedit in corda eorum, vt faciant quod placitum est illi, vt vnam faciant voluntatem, vt dent regnum suum bestiæ, donec perficiantur verba Dei.

Et mulier quam vidisti, est ciuitas magna, quæ habet regnum super reges terræ.

CAP. XVIII.

ET post hæc vidi alium Angelum descendentem de cœlo, habentem potestatem magnam, & terra illuminata est à gloria eius.

Et exclamauit per fortitudinem voce magna, dicens: Cecidit, cecidit Babylon magna, & facta est habitatio dæmoniorum, & custodia omnis spiritus immundi, & custodia omnis volucris immundæ, & inuisæ:

Quia de vino iræ fornicationis eius biberunt omnes gentes. Et reges terræ cum illa fornicati sunt, & mercatores terræ de virtute delitiarum eius diuites facti sunt.

Et audiui aliam vocem de cœlo dicentem: Exite de illa populus meus, ne participes sitis delictorum eius, & de plagis eius ne accipiatis.

Quoniam peruenerunt peccata eius vsque ad cœlum, & recordatus est Deus iniquitatum eius.

Reddite illi sicut & ipsa reddidit vobis, & duplicate ei duplicia secundum opera eius. In poculo quo miscuit, miscete illi duplum.

Quantum glorificauit se & in delitiis fuit, tantum date illi tormentum & luctum, quia in corde suo dicit: Consideo regina, & vidua non sum, & luctum nequaquam videbo.

Ideo in vna die venient plagæ eius, mors & luctus & fames, & igne comburetur: quia fortis est Dominus Deus, qui iudicabit illam.

Et flebunt illam & plangent se super illa reges terræ, qui cum illa fornicati sunt, & in delitiis vixerunt, cum viderint fumum incendij eius,

Longè stantes propter timorem tormenti eius, dicentes: Væ, væ ciuitas illa magna Babylon, ciuitas illa fortis: quoniam in vna hora venit iudicium tuum.

Et negotiatores terræ flent & lugent super illa: quoniam merces eorum nemo emit amplius,

Merces auri & argenti & lapidis pretiosi, neque margaritæ, & byssi, & purpuræ, & serici, & coccini, & omne vas eburneum, & omne vas de ligno pretiosissimo & ære, & ferro & marmore

Vulgata Editio.

Et cinnamomũ)& odoramentorum,& vnguenti, & thuris,& vini,& olei,& similæ,& tritici,& iumẽtorum,& ouium,& equorum,& rhedarum,& mancipiorum,& animarum hominum.

Et poma desiderij animæ tuæ discesserunt à te, & omnia pinguia,& præclara perierunt à te,& amplius illa iam non inuenient.

Mercatores horum, qui diuites facti sunt, ab ea longe stabunt propter timorem tormentorum eius, flentes,ac lugentes,

Et dicentes: Væ,væ ciuitas:illa magna, quæ amicta erat byſſo,& purpura,& cocco & deaurata erat auro, & lapide pretioſo,& margaritis:

Quoniam vna hora destitutæ sunt tantæ diuitiæ, & omnis gubernator, & omnis, qui in locum nauigat, & nautæ,& qui in mari operantur, longè steterunt,

Et clamauerunt videntes locum incendij eius, dicentes:Quæ similis ciuitati huic magnæ?

Et miserunt puluerem super capita sua, & clamauerunt flentes, & lugentes, dicentes: Væ, væ ciuitas illa magna, in qua diuites facti sunt omnes, qui habebant naues in mari de pretijs eius: quoniam vna hora desolata est.

Exulta super eam cœlum, & sancti Apostoli, & Prophetæ: quoniam iudicauit Deus iudicium vestrum de illa.

Et sustulit vnus Angelus fortis lapidem quasi molarem magnum,& misit in mare, dicẽs:Hoc impetu mittetur Babylon ciuitas illa magna,& vltra iam non inuenietur.

Et vox citharœdorum,& muſicorum,& tibia canentium,& tuba non audietur in te amplius:& artifex omnis artis non inuenietur in te amplius:& vox molæ non audietur in te amplius:

Et lux lucernæ non lucebit in te amplius: & vox sponſi,& sponſę non audietur adhuc in te:quia mercatores tui erant principes terræ, quia in veneficijs tuis errauerunt omnes gentes.

Et in ea sanguis prophetarum & sanctorum inuentus est: & omnium, qui interfecti sunt in terra.

CAP. XIX.

POst hæc audiui quasi vocem turbarum multarum in cœlo dicentium:Alleluia:Salus,& gloria, & virtus Deo noſtro est:

Quia vera, & iusta iudicia sunt eius,qui iudicauit de meretrice magna, quæ corrupit terram in proſtitutione sua,& vindicauit sanguinem seruorum suorum de manibus eius.

Et iterum dixerunt:Alleluia.Et fumus eius ascendit in sæcula sæculorum.

Et ceciderunt seniores vigintiquatuor, & quatuor animalia, & adorauerunt Deum sedentem super thronum,dicentes:Amen: Alleluia.

Et vox de throno exiuit, dicens: Laudem dicite Deo noſtro omnes serui eius:& qui timetis eum puſilli,& magni.

Et audiui quasi vocem turbæ magnæ, & sicut vocem aquarum multarum, & sicut vocem tonitruorum magnorum, dicentium: Alleluia: quoniam regnauit Dominus Deus noſter omnipotens.

Gaudeamus, & exultemus: & demus gloriam ei: quia venerunt nuptiæ Agni, & vxor eius præparauit se.

Et datum est illi vt cooperiat se byſſino ſplendenti, & candido. Byſsinum enim iustificationes sunt Sanctorum.

Transl. Eraſm. Roterod.

13 *Et cinnamomum, & odoramentum, & vnguentum, & thus, & vinum, & oleum, & similam, & triticum, & iumenta, & oues, & equorum, & rhedarum, & mancipiorum, & animas hominum.*

14 *Et poma deſiderij animæ tuæ diſceſſerunt à te, & omnia pinguia & præclara perierunt à te, & amplius illa iam non inuenies.*

15 *Mercatores horum qui diuites facti sunt, ab ea longè ſtabunt propter timorem tormenti eius, flentes ac lugentes,*

16 *Et dicentes Væ væ ciuitas illa magna, quæ amicta erat byſſo, & purpura, & cocco, & deaurata erat auro & lapide precioſo & margaritis:*

17 *Quoniam vna hora deſtitutæ sunt tantæ diuitiæ, & omnis gubernator, & omnis in nauibus verſantium turba & nauta, & qui in mari operantur, longè ſteterunt:*

18 *Et clamauerunt, videntes fumum incendij eius, dicentes: Quæ ſimilis ciuitati huic magnæ?*

19 *Et miſerunt puluerem ſuper capita ſua, & clamauerunt flentes & lugentes, dicentes: Væ væ ciuitas illa magna, in qua diuites facti ſunt omnes qui habebant naues in mari de precijs eius, quoniam vna hora deſolata eſt.*

20 *Exulta ſuper eam cœlum & ſancti Apoſtoli & Prophetæ, quoniam iudicauit Deus iudicium veſtrum de illa.*

21 *Et ſuſtulit vnus Angelus fortis lapidem quaſi molarem magnum, & miſit in mare, dicens: Hoc impetu mittetur Babylon ciuitas illa magna, & vltra iam non inuenietur amplius.*

22 *Et vox citharœdorum & muſicorum, & tibia canentium & tuba, non audietur in te amplius, & omnis artifex cuiuſcunque artis non inuenietur in te amplius, & vox molæ non audietur in te amplius,*

23 *Et lux lucernæ non lucebit in te amplius, & vox ſponſi & ſponſæ non audietur poſthac in te: quia mercatores tui erant principes terræ: quia in veneficijs tuis errauerunt omnes gentes,*

24 *Et in ea ſanguis prophetarum & Sanctorum inuentus eſt, & omnium qui interfecti ſunt in terra.*

CAP. XIX.

1 *POſt hæc audiui vocem magnam turbæ multæ in cœlo dicentis: Alleluia. Salus honor, & gloria, virtus & Domino Deo noſtro eſt:*

2 *Quia vera & iuſta iudicia eius, quia iudicauit de meretrice magna, quæ corrupit terram proſtitutione ſui, & vindicauit ſanguinem ſeruorum ſuorum de eius manu.*

3 *Et iterum dixerunt: Alleluia. Et fumus eius aſcendit in ſecula ſeculorum.*

4 *Et ceciderunt vigintiquatuor ſeniores, & quatuor animalia, & adorauerunt Deum ſedentem ſuper thronum, dicentes: Amen alleluia.*

5 *Et vox de throno exiuit, dicens: Laudem dicite Deo noſtro omnes ſancti eius, & qui timetis eum puſilli & magni.*

6 *Et audiui ſicut vocem turbæ multæ, & ſicut vocem aquarum multarum, & ſicut vocem tonitruorum magnorum, dicentium, Alleluia: quoniam regnauit Dominus Deus noſter omnipotens.*

7 *Gaudeamus & exultemus & demus gloriam ei: quia venerunt nuptiæ Agni, & vxor eius præparauit ſe.*

8 *Et datum eſt illi vt cooperiat ſe byſſino puro & ſplendido. Byſſinum enim iuſtificationes ſunt ſanctorum.*

Vulgat. Editio.

* Mat.22. 2. Lu.14.16 Et dixit mihi: Scribe: * Beati, qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati sunt: & dixit mihi: Hæc verba Dei vera sunt.

Et cecidi ante pedes eius, vt adorarem eum. Et dicit mihi: Vide ne feceris. conseruus tuus sum, & fratrum tuorum habentium testimonium Iesu: Deum adora. Testimonium enim Iesu est spiritus prophetiæ.

Et vidi cœlum apertum, & ecce equus albus, & qui sedebat super eum vocabatur Fidelis, & Verax, & cum iustitia iudicat, & pugnat.

Oculi autem eius sicut flamma ignis, in capite eius diademata multa, habens nomen scriptum, quod nemo nouit nisi ipse.

*Isa.63.1 * Et vestitus erat veste aspersa sanguine: & vocatur nomen eius, Verbum Dei.

Et exercitus qui sunt in cœlo, sequebantur eum in equis albis, vestiti byssino albo, & mundo.

Et de ore eius procedit gladius ex vtraque parte acutus: vt in ipso percutiat Gentes. * Et ipse reget eas in virga ferrea: & ipse calcat torcular vini furoris iræ Dei omnipotentis. Psal. 2.9

Et habet in vestimento, & in femore suo scriptum: * Rex regum, & Dominus dominantium. Sup.17 14. 1.Ti.6.15

Et vidi vnum Angelum stantem in sole, & clamauit voce magna, dicens omnibus auibus, quæ volabant per medium cœli: Venite, & congregamini ad cœnam magnam Dei:

Vt manducetis carnes regum, & carnes tribunorum, & carnes fortium, & carnes equorum, & sedentium in ipsis, & carnes omnium liberorum, & seruorum, & pusillorum, & magnorum.

Et vidi bestiam, & reges terræ, & exercitus eorum congregatos ad faciendum prælium cum illo, qui sedebat in equo, & cum exercitu eius.

Et apprehensa est bestia, & cum ea pseudopropheta: qui fecit signa coram ipso, quibus seduxit eos, qui acceperunt characterem bestiæ, & qui adorauerunt imaginem eius. Viui missi sunt hi duo in stagnum ignis ardentis sulphure:

Et cæteri occisi sunt in gladio sedentis super equum, qui procedit de ore ipsius: & omnes aues saturatæ sunt carnibus eorum.

CAP. XX.

ET vidi Angelum descendentem de cœlo, habentem clauem abyssi, & catenam magnam in manu sua.

Et apprehendit draconem, serpentem antiquum, qui est diabolus, & Satanas, & ligauit eum per annos mille:

Et misit eum in abyssum, & clausit, & signauit super illum vt non seducat amplius gentes, donec cōsummentur mille anni: & post hæc oportet illum solui modico tempore.

Et vidi sedes: & sederunt super eas, & iudicium datum est illis: & animas decolatorum propter testimonium Iesu & propter verbum Dei, & qui non adorauerunt bestiam, neque imaginem eius, nec acceperunt characterem eius in frontibus, aut in manibus suis, & vixerunt, & regnauerunt cum Christo mille annis.

Cæteri mortuorum non vixerunt donec consummentur mille anni: Hæc est resurrectio prima.

Beatus, & sanctus, qui habet partem in resurrectione prima: in his secunda mors non habet potestatem: sed erunt sacerdotes Dei & Christi, & regnabunt cum illo mille annis.

Et cum consummati fuerint mille anni, soluetur Satanas de carcere suo, & exibit, & seducet Gentes, Ezec.39.1

Transl. Erasm. Roterod.

9 *Et dicit mihi: Scribe: Beati qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati sunt. Et dicit mihi: Hæc verba Dei vera sunt.*

10 *Et cecidi ante pedes eius, vt adorarem eum. Et dicit mihi: Vide ne feceris. Conseruus tuus sum, & fratrum tuorum habentium testimonium Iesu. Deum adora. Testimonium enim Iesu, est spiritus prophetiæ.*

11 *Et vidi cœlum apertum, & ecce equus albus, & qui sedebat super eum, vocabatur fidelis & verax, & per iustitiam iudicat, & pugnat.*

12 *Oculi autem eius sicut flamma ignis, & in capite eius diademata multa, habens nomen scriptum, quod nemo nouit nisi ipse.*

13 *Et vestitus erat veste tincta sanguine, & vocatur nomen eius, sermo Dei.*

14 *Et exercitus qui sunt in cœlo, sequebantur eum in equis albis, vestiti byssino albo & mundo.*

15 *Et ex ore eius procedit gladius ex vtraque parte acutus, vt eo percutiat gentes. Et ipse reget eas virga ferrea. Et ipse calcat torcular vini furoris & iræ Dei omnipotentis.*

16 *Et habet in vestimento & in femore suo nomen scriptum: Rex regum & Dominus dominantium.*

17 *Et vidi vnum Angelum stantem in sole, & clamauit voce magna, dicens omnibus auibus quæ volabant per medium cœli: Venite & congregamini ad cœnam magni Dei,*

18 *Vt edatis carnes regum, & carnes tribunorum, & carnes fortium, & carnes equorum, & sedentium in ipsis, & carnes omnium liberorum ac seruorum, & pusillorum ac magnorum.*

19 *Et vidi bestiam & reges terræ, & exercitus eorum congregatos ad faciendum prælium cum illo qui sedebat in equo & cum exercitu eius.*

20 *Et apprehensa est bestia, & cum illa pseudopropheta, qui fecit signa coram ipso, in quibus seduxit eos qui acceperunt characterem bestiæ, & qui adorauerunt imaginem eius. Viui coniecti sunt hi duo in stagnum ignis ardens sulphure:*

21 *Et cæteri occisi sunt gladio sedentis super equum, qui procedit ex ore ipsius, & omnes aues saturata sunt carnibus eorum.*

CAP. XX.

1 *ET vidi Angelum descendentem de cœlo, habentem clauem abyssi, & catenam magnam in manu sua.*

2 *Et apprehendit draconem serpentem antiquum, qui est diabolus & Satanas, & ligauit eum per annos mille,*

3 *Et misit eum in abyssum, & clausit eum, & signauit super illum, vt non seducat amplius gentes, donec consummentur mille anni. Et post hoc oportet illum solui modico tempore.*

4 *Et vidi sedes, & sederunt super eas, & iudicium datum est illis: & animas decollatorum propter testimonium Iesu, & propter sermonem Dei, & qui non adorauerunt bestiam, neque imaginem eius, nec acceperunt characterem eius in frontibus suis, aut in manibus suis: & vixerunt & regnauerunt cum Christo mille annis.*

5 *Cæteri vero mortuorum non reuixerunt, donec consummentur mille anni. Hæc est resurrectio prima.*

6 *Beatus & sanctus qui habet partem in resurrectione prima. In ijs secunda mors non habet potestatem, sed erunt sacerdotes Dei & Christi, & regnabunt cum illo mille annis.*

7 *Et cum consummati fuerint mille anni, soluetur Satanas de carcere suo, & exibit vt seducat gentes quæ*

Vulgat. Editio.

quæ sunt super quattuor angulos terræ, Gog, & Magog, & congregabit eos in prælium, quorum numerus est sicut arena maris.

Et ascenderunt super latitudinem terræ, & circuierunt castra sanctorum, & ciuitatem dilectam.

Et descendit ignis à Deo de cœlo, & deuorauit eos: & Diabolus, qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis, & sulphuris, vbi & bestia,

Et pseudopropheta cruciabuntur die ac nocte in sæcula sæculorum.

Et vidi thronum magnum candidum, & sedentem super eum, à cuius conspectu fugit terra, & cœlum, & locus non est inuentus eis.

Et vidi mortuos magnos, & pusillos stantes in conspectu throni, & libri aperti sunt: & alius Liber apertus est qui est vitæ: & iudicati sunt mortui ex his, quæ scripta erant in libris secundum opera ipsorum.

Et dedit mare mortuos, qui in eo erant: & mors, & infernus dederunt mortuos suos, qui in ipsis erant: & iudicatum est de singulis secundum opera ipsorum.

Et infernus, & mors missi sunt in stagnum ignis. Hæc est mors secunda.

Et qui non inuentus est in Libro vitæ scriptus, missus est in stagnum ignis.

CAP. XXI.

Isa.65,17. & 66,22. 2.Pet.3,13.

ET vidi cœlum nouum, & terram nouam. Primum enim cœlum, & prima terra abijt, & mare iam non est.

Et ego Ioannes vidi sanctam ciuitatem Ierusalem nouam descendentem de cœlo à Deo paratam, sicut sponsam ornatam viro suo.

Et audiui vocem magnam de throno dicentem: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis. Et ipsi populus eius erunt, & ipse Deus cum eis erit eorum Deus:

Isa.25,8. Sup.7,17.

Et absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum: & mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra, quia prima abierunt.

Isa.43,19. 2.Cor.5,17.

Et dixit qui sedebat in throno: * Ecce noua facio omnia. Et dixit mihi: Scribe, quia hæc verba fidelissima sunt, & vera.

Et dixit mihi: Factum est. ego sum A, & Ω: initium, & finis. Ego sitienti dabo de fonte aquæ vitæ gratis.

Qui vicerit, possidebit hæc, & ero illi Deus, & ille erit mihi filius.

Timidis autem, & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idololatris, & omnibus mendacibus, pars iliorum erit in stagno ardenti igne, & sulphure: quod est mors secunda.

Et venit vnus de septem Angelis habentibus phialas plenas septem plagis nouissimis, & locutus est mecum, dicens: Veni, & ostendam tibi sponsam, vxorem Agni.

Et sustulit me in spiritu in montem magnum, & altum, & ostendit mihi ciuitatem sanctam Ierusalem descendentem de cœlo à Deo,

Habentem claritatem Dei: & lumen eius simile lapidi pretioso tamquam lapidi iaspidis, sicut crystallum.

Et habebat murum magnum, & altum, habentem portas duodecim: & in portis Angelos duodecim, & nomina inscripta, quæ sunt nomina duodecim tribuum filiorum Israel.

Transl. Eraſm. Roterod.

sunt super quatuor angulos terræ, Gog & Magog, vt congreget eos in prælium, quorum numerus est sicut arena maris.

Et ascenderunt super latitudinem terræ, & circuierunt castra Sanctorum & ciuitatem dilectam.

Et descendit ignis à Deo de cœlo, & deuorauit eos: & diabolus qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis & sulphuris, vbi & best

Et pseudopropheta cruciabitur die ac nocte in secula seculorum.

Et vidi thronum magnum candidum & sedentem super eum, à cuius conspectu fugit terra & cœlum, & locus non est inuentus eis.

Et vidi mortuos magnos, & pusillos stantes in conspectu Dei, & libri aperti sunt: & alius liber apertus est. qui est vitæ, & iudicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libris secundum opera ipsorum,

Et dedit mare mortuos, qui in eo erant, & mors & infernus dederunt eos, qui in ipsis erant mortuos, & iudicatum est de singulis secundum opera ipsorum.

Et infernus & mors coniecti sunt in stagnum ignis. Hæc est mors secunda.

Et qui non inuentus est in Libro vitæ scriptus, coniectus est in stagnum ignis.

CAP. XXI.

ET vidi cœlum nouum, & terram nouam. Primum enim cœlum; & prima terra abijt, & mare iam non est.

Et ego Ioannes vidi sanctam ciuitatem Hierusalem nouam descendentem de cœlo, à Deo paratam, sicut sponsam ornatam viro suo.

Et audiui vocem magnam de throno dicentem: Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis. Et ipsi populi eius erunt, & ipse Deus cum eis erit eorum Deus.

Et absterſurus est Deus omnem lachrymam ab oculis eorum. Et mors vltra non erit neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra, quia prima abierunt.

Et dixit, qui sedebat in throno: Ecce noua facio omnia. Et dixit mihi: Scribe, quia hæc verba fidelia sunt & vera.

Et dixit mihi: Factum est. Ego sum Alpha & Ω, initium & finis. Ego sitienti dabo de fonte aquæ vitæ gratis.

Qui vicerit, possidebit omnia, & ero illi Deus, & ipse erit mihi filius.

Timidis autem & incredulis, & execratis, & homicidis, & scortatoribus, & veneficis, & idololatris, & omnibus mendacibus pars illorum erit in stagno ardenti igne, & sulphure, quod est mors secunda.

Et venit ad me vnus de septem Angelis habentibus septem phialas plenas septem plagis nouissimis, & locutus est mecum, dicens: Veni & ostendam tibi sponsam vxorem Agni.

Et sustulit me spiritu in montem magnum & altum, & ostendit mihi ciuitatem magnam, sanctam Hierusalem descendentem de cœlo à Deo,

Habentem claritatem Dei. Et lumen eius simile lapidi preciosissimo tanquam lapidi Iaspidi crystallizanti.

Et habebat murum magnum & altum, habentem portas duodecim, & in portis Angelos duodecim, & nomina inscripta, quæ sunt nomina duodecim tribuum filiorum Israël.

Vulgat. Editio.

Ab Oriente portæ tres:& ab Aquilone portæ tres: & ab Austro portæ tres: & ab Occasu portæ tres.

Et murus ciuitatis habens fundamenta duodecim & in ipsis duodecim nomina duodecim Apostolorum Agni.

Et qui loquebatur mecum habebat mensuram arundineam auream,vt metiretur ciuitatem,& portas eius,& murum.

Et ciuitas in quadropolita est , & longitudo eius tanta est quanta & latitudo:& mensus est ciuitatem de arundine aurea per stadia duodecim millia: & longitudo,& altitudo,& latitudo eius æqualia sunt.

Et mensus est murum eius centum quadraginta quattuor cubitorum,mensura hominis,quæ est Angeli.

Et erat structura muri eius ex lapide iaspide: ipsa vero ciuitas aurum mundum simile vitro mundo.

Et fundamenta muri ciuitatis omni lapide pretioso ornata. Fundamentum primum, iaspis:secundum,sapphirus:tertium, calcedonius:quartum smaragdus:

Quintum sardonyx: sextum, sardius : septimum, chrysolithus : octauum, beryllus:nonum, topazius: decimum, chrysoprasus : vndecimum, hyacinthus: duodecim,amethystus.

Et duodecim portæ, duodecim margaritæ sunt, per singulas : & singulæ portæ erant ex singulis margaritis : & platea ciuitatis aurum mundum , tamquam vitrum perlucidum.

Et templum non vidi in ea.Dominus enim Deus omnipotens templum illius est,& Agnus.

Isa.60.19 Et ciuitas non eget sole,neque luna,vt luceant in ea;nam claritas Dei illuminauit eam,& lucerna eius est Agnus.

Et ambulabunt gentes in lumine eius : & reges terræ afferent gloriam suam,& honorem in illam.

Isa.60.11 * Et portæ eius non claudentur per diem : nox enim non erit illic.

Et afferent gloriam,& honorem gentium in illam.

Non intrabit in eam aliquod coinquinatum, aut abominationem faciens , & mendacium , nisi qui scripti sunt in libro vitæ Agni.

CAP. XXII.

ET ostendit mihi fluuium aquæ vitæ splendidum tamquam crystallum, procedentem de sede Dei & Agni.

In medio plateæ eius, & ex vtraque parte fluminis lignum vitæ afferens fructus duodecim , per menses singulos reddens fructum suum, & folia ligni ad sanitatem Gentium.

Et omne maledictum non erit amplius:sed sedes Dei,& Agni in illa erunt , & serui eius seruient illi.

Et videbunt faciem eius: & nomen eius in frontibus eorum.

Isa.60.20 * Et nox vltra non erit: & non egebunt lumine lucernæ , neque lumine solis , quoniam Dominus Deus illuminabit illos,& regnabunt in sæcula sæculorum.

Et dixit mihi:Hæc verba fidelissima sunt,& vera. Et Dominus Deus spirituum Prophetarum misit Angelum suum ostendere seruis suis quæ oportet fieri cito.

Et ecce venio velociter.Beatus,qui custodit verba prophetiæ libri huius.

Et ego Ioannes, qui audiui, & vidi hæc. Et postquam audissem,& vidissem, cecidi vt adorarem ante pedes Angeli,qui mihi hæc ostendebat:

Transl.Erasm.Roterod.

Ab oriente portæ tres, ab aquilone portæ tres, ab austro portæ tres,ab occasu portæ tres,

Et murus ciuitatis habens fundamenta duodecim,& in ipsis duodecim nomina duodecim Apostolorum Agni.

Et qui loquebatur mecum, habebat mensuram arundineam auream, vt metiretur ciuitatem & portas eius, & murum eius.

Et ciuitas in quadropolita est , & longitudo eius tanta est,quanta & latitudo,& mensus est ciuitatem de arundine aurea per stadia duodecim milia,& longitudo & altitudo & latitudo eius aqualia sunt.

Et mensus est murum eius centum quadraginta quatuor cubitorum,mensura hominis quæ est Angeli.

Et erat structura muri eius ex iaspide. Ipsa vero ciuitas aurum mundum simlis vitro mundo,

Et fundamenta muri ciuitatis omni lapide precioso ornata.Fundamentum primum,iaspis:secundum, sapphirus: tertium,calcedonius:quartum smaragdus:

Quintum,sardonyx:sextum,sardius:septimum,chrysolithus:octauum,berillus:nonum topazius:decimum, chrysoprasus : vndecimum , hyacinthus : duodecimum , amethystus.

Et duodecim portæ duodecim margaritæ sunt,per singulas,& singula porta singulis margaritis,& platea ciuitatis aurum mundum,tanquam vitrum perlucidum.

Et templum non vidi in ea.Dominus enim Deus omnipotens templum illius est & Agnus.

Et ciuitas non eget sole neque luna , vt luceant in ea. Nam claritas Dei illuminauit eam , & lucerna eius est Agnus.

Et ambulabūt gentes,quæ seruatæ fuerūt in lumine eius. & reges terræ afferent gloriam suam & honorē in illam.

Et portæ eius non claudentur per diem . Nox enim non erit illic.

Et afferent gloriam & honorem gentium in illam.

Non intrabit in eam aliquid quod inquinat , aut abominationem facit, & mendacium, nisi qui scripti sunt in libro vitæ Agni.

CAP. XXII.

ET ostendit mihi purum fluuium, aquæ viuæ , splendidum tanquam crystallum,procedentem de sede Dei & Agni.

In medio plateæ eius,& ex vtraque parte fluminis lignum vitæ afferens fructus duodecim , per menses singulos reddens fructum suum , & folia ligni ad sanitatem gentium.

Et omne maledictum non erit amplius, sed sedes Dei & Agni in illa erit,& serui eius seruient illi.

Et videbunt faciem eius , & nomen eius in frontibus suis.

Et nox vltra non erit , & non egent lumine lucernæ, neque lumine solis, quoniam Dominus Deus illuminat illos,& regnabunt in secula seculorum.


Et dixit mihi : Hæc verba fidelia sunt , & vera. Et Dominus Deus Sanctorum Prophetarum misit Angelum suum ostendere seruis suis,quæ oportet fieri cito.

Et ecce venio velociter. Beatus qui custodit verba prophetiæ libri huius,

Et ego Ioannes qui audiui & vidi hæc. Et postquam audissem & vidissem,cecidi vt adorarem ante pedes Angeli, qui mihi hæc ostendebat.

Vulgat. Editio.		Transl. Erasm. Roterod.
Et dixit mihi: Vide ne feceris: conseruus enim tuus sum, & fratrum tuorum, prophetarum, & eorum, qui seruant verba prophetiæ libri huius: Deum adora.	9	*Et dicit mihi, Vide ne feceris. Conseruus enim tuus sum, & fratrum tuorum prophetarum, & eorum qui seruant verba prophetiæ libri huius. Deum adora.*
Et dicit mihi: Ne signaueris verba prophetiæ libri huius: tempus enim prope est.	10	*Et dicit mihi: Ne obsignaueris verba prophetiæ libri huius. Tempus enim propè est.*
Qui nocet, noceat adhuc: & qui in sordibus est, sordescat adhuc: & qui iustus est iustificetur adhuc: & sanctus, sanctificetur adhuc.	11	*Qui nocet, noceat adhuc: & qui sordidus est, sordescat adhuc: & qui iustus est, iustificetur adhuc: & sanctus sanctificetur adhuc,*
Ecce venio cito, & merces mea mecum est, reddere vnicuique secundum opera sua.	12	*Et ecce venio cito, & merces mea mecum est, vt reddam vnicuique vt opus illius erit.*
Ego sum α, & ω, primus, & nouissimus, principium, & finis.	13	*Ego sum Alpha & Ω, primus & nouissimus, principium & finis.*
† Beati, qui lauant stolas suas in sanguine Agni: vt sit potestas eorum in ligno vitæ, & per portas intrent in ciuitatem.	14	*Beati qui seruant mandata illius, vt sit potestas eorum in ligno vitæ, & per portas intrent in ciuitatem.*
Foris canes, & venefici, & impudici, & homicidæ, & idolis seruientes, & omnis, qui amat, & facit mendacium.	15	*Foris autem canes & venefici, & impudici, & homicidæ, & idolis seruientes, & omnis qui amat & facit mendacium.*
Ego Iesus misi Angelum meum, testificari vobis hæc in Ecclesijs. Ego sum radix, & genus Dauid, stella splendida, & matutina.	16	*Ego Iesus misi Angelum meum vt testificaretur vobis hæc in Ecclesijs. Ego sum radix & genus Dauid, stella splendida & matutina.*
* Et spiritus, & sponsa dicunt Veni. Et qui audit, dicat: Veni. Et qui sitit, veniat: & qui vult, accipiat aquam vitæ, gratis.	17	*Et spiritus & sponsa dicunt, veni. Et qui audit dicat, veni. Et qui sitit, veniat: & qui vult, accipiat aquam vitæ gratis.*
Contestor enim omni audienti verba prophetiæ libri huius: Si quis apposuerit ad hæc, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto.	18	*Contestor enim omni audienti verba prophetiæ libri huius. Si quis apposuerit ad hæc, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto.*
Et si quis diminuerit de verbis libri prophetiæ huius, auferet Deus partem eius de libro vitæ, & de ciuitate sancta, & de his, quæ scripta sunt in libro isto.	19	*Et si quis diminuerit de verbis libri prophetiæ huius, auferet Deus partem eius à libro vitæ & à ciuitate sancta, & ex his quæ scripta sunt in libro isto.*
Dicit qui testimonium perhibet istorum. Etiam venio cito: Amen. Veni Domine Iesu.	20	*Dicit qui testimonium perhibet istorum. Etiam venio cito. Amen etiam: veni Domine Iesu.*
Gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis. Amen.	21	*Gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis. Amen.*

FINIS APOC. B. IOAN. APOST.



INDEX
TESTIMONIORVM
A CHRISTO ET APOSTOLIS
IN NOVO TESTAMENTO
CITATORVM EX VETERI,

Quæ huc in id congesta sunt, vt pij Lectores natiuam quorundam intelligentiam, quæ ab ipso Christo vero interprete, & spiritu eius per Apostolos sit tradita, assequantur, perspiciantque in quem vsum ea Apostoli & Euangelistæ adduxerint.

GENESIS.

1,27 *Masculum & fœmin. fecit eos.* *Mat.19. Mar.10*
2,2 *Requieuit Deus die septimo ab omnibus operibus suis* *Heb.4*
2,7 *Factus est primus homo Adam in animam viuentem* *1.Cor.15*
2,24 *Dimittet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori* *Mat.19.Mar.10.Eph.5.1.Cor.6*
2,24 *Erunt duo in carne vna* *Mat. 19. Mar. 10. 1. Cor. 6. Gal. 3*
12,1 *Exi de terra tua & de cognatione tua* *Act.7*
12,4 *Et in semine tuo benedicentur omnes gentes* *Act. 3. Eph. 5*
15,5 *Sic erit semen tuum* *Rom.4*
15,6 *Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam* *Ro. 4. Iac. 2. Gal. 3*
15,13 *Erit semen tuum peregrinum in terra non sua* *Act.7*
17,5 *Quia patrem multarum gentium constitui te* *Rom. 4*
18,10 *Secundum hoc tempus veniam, & erit Saræ filius* *Rom. 9*
21,10 *Eijce ancillam & filium eius* *Gal.4*
21,13 *In Isaac vocabitur tibi semen* *Ro.9*
22,17 *Nisi benedicens benedicam te, & mult.* *Heb.6*
22,18 *Quia benedicentur in te omnes gentes* *Gal: 3. Act. 3*
25,23 *Quia maior seruiet minori* *Ro.9.*

EXODVS.

3,6 *Ego sum Deus Abraham, &c.* *Matt.22. Mar. 12. Luc.20*
9,16 *In hoc ipsum excitaui te, vt ostendam in te potentiam meam* *Ro.9*
12,46 *Os non comminuetis ex eo* *Ioan.19*
13.2 *Omne masculinum adaperiens vuluam* *Luc.2*
16,18 *Qui multum, non abundauit, &c.* *2.Cor.8.*
20,14 *Non Mœchaberis* *Mat.5*
20,14 *Non adulterabis, Non occides, Non furtum facies, Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium, Non concupisces* *R.13*
20,17 *Non concupisces* *Rom.7*
20,13 *Non occides* *Mat.5.Luc.18*
20,12 *Honora patrem tuum & matrem tuam* *Matt.15. Mar 7.Ephes. 6.*
21,17 *Qui maledixerit patri suo, vel matri, morte moriatur* *Matth.15.Mar.7*
21,24 *Oculum pro oculo, dentem pro dente* *Mat 5*
22,28 *Principi populi tui non maledices* *Act.23*
24,8 *Hic sanguis testamenti, quod mandauit ad vos Deus* *Heb.9*
25,40 *Vide, omnia facito secundum exemplar quod tibi ostensum est, &c.* *Heb.8. Act.7*
32,1 *Fac nobis deos qui precedant nos* *Act.7*
33,19 *Miserebor cui voluero. &c.* *Ro.9*
34,33 *Non sicut Moyses ponebat velamen super faciem* *2.Cor.2*

LEVIT.

19,44,13 *Sancti eritis, quoniã ego sanctus sum* *1.Pet.1*
18,5 *Qui fecerit homo, viuet in ea* *Rom. 10. Gal.3*
19,12 *Non periurabis* *Mat.5*
19,18 *Diliges proximum tuum sicut te ipsum* *Rom. 13. Gal.5. Iaco.2.Matt.22. Mar.12.*
19,18 *Diliges proximum tuum* *Mat.5*
20,9 *Qui maledixerit patri, & matri, &c.* *Mat.15*
24,20 *Oculum pro oculo* *Mat.5*
26,12 *Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo, &c.* *2.Cor.16*

NVMERI.

9,12 *Os non comminuetis ex eo* *Io.19*

DEVTER.

4,24 *Etenim Deus noster ignis consumens est* *Heb.12*
5,21 *Non concupisces* *Ro.7.13*
5,18 *Non occides* *Mat.5.Luc.18*
5,18 *Non mœch.* *Mat.5.Luc.18*
5,19 *Non furtum facies* *Luc.18.Rom.13*
5,20 *Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium* *Luc.18.Rom.13*
5,16 *Honora patrem & matrem* *Mat. 15. Mar.7. Ephes. 6*
6,4 *Audi Israel, Dominus Deus tuus Deus vnus est* *Mar. 12*
6,5 *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, &c* *Matthæ.22.Mar.12 Luc.10*
6,13, † 10, 20 *Dominum Deum tuum adorabis, & illi*

soli seruies Mat.4.Luc.4
6,16 *Non tentabis Dominum Deum tuum* Mat.4. Luc.4
8,3 *Non in solo pane viuit homo* Mat.4.Luc.4
10,17 *Deus personam hominis non accipit* Gal.2
18,15 *Prophetam suscitabit vobis Dominus Deus* Act.3. 22.act.7.37
19,15 *In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum* Matt.18.Ioan.8.2.Cor.13
19,21 *Oculum pro oculo, dentem pro dente* Mat.5
21,23 *Maledictus omnis qui pendet in ligno* Gal.3
25,4 *Non alligabis os boui trituranti* 1.Cor.9.1.Tim.5
25,5 *Si quis mortuus fuerit non habens filium* Mat.21. Mar.12.Luc.20
27,26 *Maledictus omnis qui non permanserit in omnibus, &c.* Gal.3
30,12 *Quis ascendet in calum?* Rom.10
30,14 *Prope est verbum in ore tuo, & in corde tuo* Rom.10
32,21 *Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem, &c.* Rom.10
32,35 *Mihi vindictam, ego retribuam* Rom.12

IOSVE.

1,5 *Non te deseram, neque derelinquam* Heb.13

REG. II.

7,14 *Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium* Heb.1

REG. III.

19,14 *Domine, prophetas tuos occiderunt, &c.* Rom.11
19,18 *Reliqui mihi septem millia virorum* Rom.11

IOB.

5,13 *Comprehendam sapientes in astutia eorum* 1. Cor.3

LIBER PSALM.

2,1 *Quare fremuerunt gentes* Act.4
2,7 *Filius meus es tu, ego hodie genui te* Act.13.Heb. 1.5
2,9 *Reges eos in virga ferrea* Ap.2.19
4,5 *Irascimini, & nolite peccare* Ephes.4
5,11, † 13,3 *Sepulchrum patens est guttur eorum* Ro.3
6,9 *Discedite à me, omnes, qui operamini iniquitatem* Mat.7.25.Luc.13
8,3 *Ex ore infantium, & lactentium, &c.* Mat.21
8,5 *Quid est homo quòd memor es eius?* Heb.2
8,8 *Omnia subiecit sub pedibus eius* 1.Cor.15
9,7, † 13,3 *Quorum os maledictione & amaritudine plenum est* Rom.3
13,3 *Non est iustus quisquam, non est intelligens* Rom.3
13,13 *Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem* Rom.3
15,8 *Prouidebam Dominum in conspectu, &c.* Act.2
15,10 *Non dabis sanctum tuum videre corruptionem* Act.2.13
17,3 *Ego ero fidens in eum* Heb.2
17,50 *Propterea confitebor tibi in Gentibus Domine* Ro.15
18,5 *Et quidem in omnem terram exiuit sonus eorum* Ro.10
21,2 *Eli, eli, lammasabacthani.* Mat.27.Marc.15
21,19 *Diuiserunt sibi vestimenta mea.* Mat.27.Ioan.19
21,23 *Nunciabo nomen tuum fratribus meis* Heb.2
23,1 *Domini est terra, & plenitudo eius* 1.Cor.10
24,19 *Odio habuerunt me gratis* Ioan.15
30,6 *In manus tuas commendo spiritum meum* Luc. 23
31,12 *Beati quorum remissæ sunt iniquitates* Rom.4
33,13 *Qui enim vult vitam diligere, & dies videre bonos* 1.Pet.3
39,7 *Hostiam & oblationem noluisti* Heb.10
40,10 *Qui manducat mecum panem* Ioan.13
43,22 *Propter te mortificamur tota die* Rom.8
44,7 *Thronus tuus Deus in sæculum sæculi* Heb.1
50,6 *Vt iustificeris in sermonibus tuis* Rom.3
54,23 *Iacta super Dominum curam tuam* 1.Pet.5
61,13 *Vnusquisque autem propriam mercedem accipiet* 1.Cor.3
67,19 *Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem* Eph.4
68,10 *Zelus domus tuæ comedit me* Ioan.2
68,10 *Improperia improperantium tibi ceciderunt super me* Ro.15
68,23 *Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum* Rom. 11
68,26 *Fiat commoratio eorum deserta* Act.1
68,22 *In siti mea potauerunt me aceto* Ioan.19
77,2 *Aperiam in parabolis os meum* Mat.13
77,24 *Panem cœli dedit eis* Io.6
81,6 *Ego dixi, dij estis* Ioan.10
88,21 *Inueni Dauid seruum meum* Act.13
90,11 *Angelis suis mandauit de te.* Mat.4.Luc.4
93,11 *Dominus nouit cogitationes sapientium, quoniam vanæ sunt* 1.Cor.3
94,8 *Hodie si vocem eius audieritis* Heb.3
94,11 *Sicut iuraui in ira mea* Heb.4
96,7 *Et adorent eum omnes Angeli eius* Heb.1
101,26 *Tu in principio Domine terram fundasti* Heb.1
103,4 *Qui facit Angelos suos spiritus* Heb.1
108,8 *Et episcopatum eius accipiat alter* Act.1
109,1 *Dixit Dominus Domino meo* Matt.22.Luc.20 Act.2
109,1 *Sede à dextris meis* Heb.1
109,1 *Donec ponam inimicos tuos scabellum &c.* Heb. 1,1.Cor.15
109,4 *Tu es sacerdos in æternum* Heb.5,7
109,4 *Iurauit Dominus & non pœnitebit eum* Heb.7
111,9 *Dispersit, dedit pauperibus* 2.Cor.9
115,10 *Credidi, propter quod locutus sum* 2.Cor.4
115,11 *Omnis homo mendax* Ro.3
116,1 *Laudate Dominum omnes gentes* Ro.15
117,7 *Dominus mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi homo* Heb.13
117,22 *Lapidem quem reprobauerunt ædificantes* Matt. 21.Mar.12.Act.4.1.Pet.2
117,26 *Hosanna filio Dauid* Mat.21
131,11 *De fructu ventris tui ponam super sedem tuam* Act.2
139,4 *Venenum aspidum sub labijs eorum* Rom.3

PROVERB.

3,7 *Nolite esse prudentes apud vosmetipsos* Ro.12
3,11 *Fili mi, noli negligere disciplinam Domini, &c.* Heb.12

3,12 *Quem diligit Dominus corripit,* Heb.12.Apoc.3
10,12 Charitas operit multitudinem peccatorum 1. Pet.4
17,13 *Videre, ne quis malum pro malo alicui reddat* 1.The.5.1.Pet.3
20,20 *Qui maledixerit patri vel matri* Mat.15.Mar.7
25,21 *Si furierit inimicus tuus, ciba illum* Rom.12
26,11 *Canis reuersus ad vomitum* 2.Pet.2

ISAIAS.

1,9 *Nisi Dominus sabaoth reliquisset nobis semen* Rom.9
5,1 *Homo plantauit vineam* Mat. 21. Luc. 20. Mar.12
6,3 *Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus sabaoth* Apoc.4
6,9 *Auditu audietis, & non intelligetis.* Mat.13.Mar. 4.Luc.8.Act.28.Ioan. 12.Rom.11
7,14 *Ecce virgo in vtero habebit* Mat.1.23
8,18 *Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi Deus* Heb.2
9,1 *Terra Zabulon & Terra Nephthali* Mat.4
10,22 *Si fuerit numerus filiorum Israel tamquam arena maris* Rom.9
11,4 *Reuelabitur ille iniquus quem Dominus interficiet spiritu oris sui* 2.Thes.2.
11,10 *Erit radix Iesse* Ro.15.Act.13
21,9 *Cecidit cecidit Babylon illa magna* Apoc.14
22,12 *Manducemus & bibamus, cras enim moriemur* 1.Cor.15
22,22 *Hæc dicit sanctus & verus, qui habet clauem Dauid* Apoc.3
25,8 *Absterget Dominus omnem lachrymam ab oculis, &c.* Apoc.7.21
28,11 *Quoniam in alijs linguis & labijs alijs loquar populo huic* 1. Corint.14
28,16 *Ecce pono in Sion lapidem offensionis* Ro.9.1.Pet. 2.Act.4
29,13 *Populus hic labijs me honorat* Mat.15.Mar.7
29,14 *Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam, &c.* 1.Cor.1
33,18 *Vbi sapiens? vbi scriba? vbi inquisitor huius sæculi?* 1.Cor.1
40,3 *Vox clamantis in deserto* Mat.3.Mar.1.Luc.3. Ioan.1
40,6 *Omnis caro fenum* 1.Pet.1.Ia.1
40,13 *Quis enim cognouit sensum Domini, aut quis instruxit eum?* 1.Cor.2
40,23 *Quis enim cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit?* Rom.11.12
41,4 *44,48 Ego sum primus & nouissimus* Apoc. 1. & 22
42,1 *Ecce puer meus quem elegi* Mat.12
43,19 *Ecce noua facio omnia* Apoc.21.2.Cor.5
45,9 *Numquid dicit figmentum ei qui se, &c.* Rom.9
45,24 *Viuo ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu* Ro.14
49,6 *Posui te in lucem gentium* Act.13
49,8 *Tempore accepto exaudiui te, &c.* 2.Cor.6.8
49,10 *Non esurient neque sitient amplius* Apoc.7
50,6 *Tunc expuerunt in faciem eius* Mat.26
52,7 *Quam speciosi pedes euangelizantium pacem* Rom.10
52,11 *Propter quod exite de medio eorum, & separamini, &c.* 2.Cor.6
52,5 *Nomen Dei per vos blasphematur* Rom.2
52,15 *Quibus non est annunciatum de eo, videbunt* Rom.15
53,1 *Domine, quis credidit auditui, &c.* Rom.10. Ioan.12
53,4 *Ipse infirmitates nostras accepit* Matth.8
53,7 *Tamquam ouis ad occisionem* Act.8
53,12 *Et cum iniquis reputatus est* Mar.15.Luc.22
53,9 *Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus* 1.Pet.2.1.Ioan.3
53,6 *Qui peccata nostra pertulit in corpore* 1.Pet.2
54,1 *Lætare sterilis quæ non paris* Gal.4
54,13 *Et erunt omnes docibiles Dei* Ioan.6
55,1 *Et qui sitit, veniat: & qui vult, accipiat aquam vitæ gratis* Apoc.22
55,3 *Dabo vobis sancta Dauid fidelia* Act.13
56,7 *Domus mea domus orationis vocabitur* Mat.21. Mar.11.Luc.19
59,7 *Contritio & infelicitas in vijs eorum* Rom.3
59,17 *Galeam salutis assumite* Ephes 6.1.Thess.5
59,20 *Veniet ex Sion qui eripiat & auertat impietatem à Iacob* Ro.11
60,11 *Et portæ eius non claudentur per diem* Apoc.21
60,19 *Et ciuitas non eget Sole, neque Luna* Apoc.21
60,20 *Nox vltra non erit* Apoc.22
61,1 *Spiritus Domini super me* Luc.4
62,11 *Dicite filiæ Sion, Ecce Rex tuus venit* Mat.21
64,4 *Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, &c.* 1.Cor.2
65,1 *Inuentus sum à non quærentibus me* Rom.10
65,2 *Tota die expandi manus meas ad populum non credentem* Rom.10
65,17 *Nouos vero cœlos, & nouam terram* 2. Pet. 3. Apoc.21
66,1 *Cælum mihi sedes est* Act. 7
66,24 *Vbi vermis eorum non moritur* Mar.9

IEREM.

7,11 *Vos autem fecistis illam speluncam latronum* Matth.21.Mar.1.11 Luc.19
9,22 *Qui gloriatur, in Domino glorietur* 1. Cor.1.† 2. Cor.10
10,7 *Quis non timebit te Domine?* Apoc.15
17,10 *Ego sum scrutans renes, & corda* Apoc.2
31,15 *Vox in Rama audita est* Matt.2
31,1 *Ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios* 2.Cor.6
31,31 *Ecce dies venient dicit Dominus, & consummabo super domum Israel, & super domum Iuda testamentum nouum* Heb.18
31,33 *Hoc autem testamentum, quod testabor ad illos, &c. Dabo leges meas in cordibus eorum* Heb.10
51,8 *Cecidit cecidit Babylon magna* Apoc.18

EZECH.

3,1 *Accipe librum, & deuora illum* Apoc.10
20,11 *Qui fecerit homo viuet in ea* Rom.10
32,8 *Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum* Mat.24

36,20 *Nomen Dei per vos blasphematur inter Gentes* Rom.2

DANIEL.

9,26 *Cum videritis abominationem desolationis, quæ dicta est à Daniele Propheta* Matt.24. Mar. 13. Luc.21.

OSEE.

1,10 *Et erit in loco vbi dictum est eis, Non plebs mea vos, &c.* Rom.9

2,24 *Vocabo non plebem meam, plebem meam* Rom.9, 1.Pet.2.

6,6 *Misericordiam volo, & non sacrificium* Mat. 9. 12.

10,8 *Tunc incipient dicere montibus, Cadite super nos: & collibus, Operite nos* Luc.23

11,1 *Ex Ægypto vocaui filium meum* Matth.2

13,14 *Absorpta est mors in victoria* 1.Cor.15

IOEL.

2,28 *Et erit in nouissimis diebus, dicit Dominus, effundam de Spiritu meo* Act.2

2,32 *Omnis enim quicunque inuocauerit nomen Domini saluus erit* Rom.10

AMOS.

5,25 *Numquid Victimas, & hostias obtulistis mihi?* Act.7

6,1 *Væ vobis diuitibus* Luc.6

9,11 *Post hæc reuertar, & readificabo tabernaculum Dauid* Act.15

IONAS.

2,1 *Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus.* Matt.12. Luc.11

3,5 *Pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ* Mat. 12. Luc.11

5,2 *Et tu Bethlehem terra Iuda* Mat.2

7,6 *Veni separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem.* Mat.10. Luc.12

AGGÆ.

2,7 *Adhuc semel, & ego mouebo non solum terram, sed & cœlum* Heb.12

HABAC.

1,5 *Videte contemptores, & admiramini, & dispердimini: quia opus operor ego in diebus vestris* Act.13

2,4 *Iustus autem ex fide viuit* Rom.1. Gal.3

NAHVM.

1,14 *Quàm speciosi pedes euangelizantium pacem* Rom.10

ZACHAR.

8,16 *Loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo* Eph.4

9,9 *Ecce rex tuus venit* Matth.21. Ioan.12

11,12 *Et acceperunt triginta argenteos* Matth.27

12,10 *Videbunt in quem compunxerunt* Ioan.19

13,7 *Percutiam pastorem* Matth.26. Mar.14

MALACH.

1,3 *Iacob dilexi, Esau autem odio habui* Rom.9

3,1 *Ecce ego mitto Angelum meum* Mat. 11. Mar.1. Luc.7. Ioan.1.

4,5 *Ipse est Elias, qui venturus erat* Matt.11

4,5 *Quid est quod scribæ dicunt, quòd Eliam oporteat primum venire?* Mat.17. Mar.9

4,6 *Vt conuertat corda patrum in filios* Luc.1

FINIS.



HEBRAICORVM, CHALDAEORVM, GRÆCORVMQ. NOMINVM INTERPRETATIO.

Aaron, Mons, siue montanus.
Abba, Pater, Syrum est verbum.
Abarim, Transitus plu. nu. siue transeuntes.
Abdemelech, Seruus regis.
Abdenago, Seruus claritatis.
Abdias, Seruus Domini.
Abdon, Seruus.
Abel, per aleph, Luctus, Ciuitas.
Abel, per he, in principio, Vanitas, filius Adam.
Abessalon, Pater pacis.
Abia, Pater Domini.
Abiathar, Pater excellens.
Abigail, Pater exultationis.
Abimelech, Pater rex.
Abinadab, Pater spontaneus.
Abisag, Patris ignorantia.
Abner, Patris lucerna.
Abra, Ancilla, Græcum verbum.
Abram, Pater excelsus.
Abraham, Pater multitudinis.
Absalom, Pater pacis.
Acan, Tribulatio.
Accaron, Sterilitas.
Achab, Frater patris.
Achaia, Dolor, vel tristitia.
Achaz, Apprehendens, siue possidens.
Achimelech, Frater meus rex.
Achirob, Frater bonitatis.
Adam, Homo, siue terrenus, aut Rufus.
Adon, Dominus, aut basis.
Adonai, Domini mei, numero multitudinis, vnum est ex nominibus Dei, quod interpres aliquando posuit pro nomine Dei tetragrammaton.
Adonias, Dominator Dominus.
Ægyptus, Angustiæ, siue tribulationes Hebraicè, Misraim.
Æneas, Laudatus.
Æthiopia Græcè, ardorem significat, Hebraicè Cus dicitur, idest nigredo, vel nigra.
Agabus, Locusta.
Agag, Tectum.
Agar, Peregrina.
Aggæus, Festiuus.
Abod, Laudans.
Alexander, Auxiliator virilis.
Alexandria, Hebraicè dicitur No. quod interpretatur crudum, siue irritatio.
Alleluia, Laudate Dominum.
Amalec, Populus lambens.
Amam, Mater, Timor eorum.
Aman, Conturbans.
Amana, Fides; siue veritas.
Amasai, per Aleph, Fortis, vel robustus.
Amasai, per ain, Populi munus.
Amalech, Rex.
Amen, Fiat, efficiatur, aut firmum sit
Aminadab, Populus spontaneus.
Ammon, populus eius.
Ammon, Fidelis, aut verax.
Amorrhæi, Amari, Rebelles.
Amos per aleph, Fortis, pater Isaiæ.
Amos, per ain, Oneratus, vnus ex duodecim prophetis.
Amri, per aleph, Amarus, vel loquens
Amri, per ain, Manipulus, vel dominium.
Princeps militiæ Israeliticæ.
Anania, Nubes Domini.
Anathoth, Responsiones, siue cantica.
Andreas, Fortissimus.
Anna, Gratiosa, siue misericors.
Antiochia, pro vehiculo.
Aphrica Hebraicè Pul dicitur id est casus, vel ruina Isaiæ 66, 34.
Aphrica, Nahum 3. 9. Crassa, siue pinguis.
Apostolus, Missus, legatus.
Arabes, Ps. 71, 15. Hebraicè Saba, id est, conuersio.
Aram, Celsitudo sublimitas.
Ararat, Maledictio tremoris.
Arbee, Quattuor.
Architriclinus, Princeps triclinij.
Areopagita, De Colle Martis.
Areopagus, Collis Martis.
Areuna, Arca, vel canticum.
Argob, Gleba, vel Glarea.
Armenia, Hebraicè dicitur Ararat, maledictio tremoris.
Arnon, Exultans.
Arphaxad, Sanans.
Artaxerxes, Lumen, siue maledictio.
Asaph, Congregans.
Aser per Samech, Vinctus, filius Caath.
Aser, per sin, Beatitudo, siue felicitas, filius Iacob.
Assuerus, Princeps, & caput.
Assur, Insidians, siue beatus.
Astaroth, Greges, siue diuitiæ.
Athalia, Tempus Domino.
Athenæ, Sine cumulo.
Attalia, Augens, vel nutriens.
Aua, Iniquitas.
Axa, Adornata.
Azarias, Auxilium Domini.
Azor, Adiutor.
Azotus Hebraicè Asdod, deprædatio.

B

Baal, Idolum, aut dominans. Baal. Osee 10.24. Arbel legendum, id est, pugnauit Deus.
Baalim, Idola, Dominantes.
Babel, Confusio, Commistio.
Bala, Inueterata, turbata, Ancilla Rachel, per he in fine.
Bala, Deglutiens, Destruens, Vrbs per ain in fine.
Balaam, Vetustas populi.
Balac, Destruens.
Banaias, Filius Domini.
Barac, Fulgur.
Barachias, Benedicens.
Barionà, Filius columbæ.
Barnabas, Filius consolationis.
Barsabas, Filius conuersionis.
Barthimæus, Filius cæcus.
Bartholomæus, Filius suspendentis aquas.
Baruch, Benedictus.
Bathuel, Filiatio Dei.
Batus, Mensura liquidorum.
Beel-phegor, Idolum hiatus.
Beel-zebub, Idolum muscæ.
Beera, Puteus.
Behemoth, Iumenta, Quadrupedia.
Bel, Vetustus.
Bela, Deglutiens, Destruens.
Belial, peruersus, Absque iugo.

Ben-ennom, Filius diuitiarum ſuarum.
Beniamin, Filius dexteræ.
Ben-oni, Filius doloris mei.
Bera, Puteus.
Bereſith, In principio. Sic vocatur primus liber Legis.
Berſabee, Puteus iuramenti.
Beth-abara, Domus tranſitus.
Beth-ania, Domus obedientiæ, vel afflictionis.
Beth-auen, Domus vanitatis.
Beth-dagon, Domus frumenti.
Beth-el, Domus Dei.
Bether, Diuiſio.
Beth-lehem, Domus panis.
Beth-phage, Domus oris vallium.
Beth-phogor, Domus hiatus.
Beth-ſabee, Domus iuri, Ciuitas.
Beth-ſaida, Domus frugum.
Bethſames, Domus ſolis.
Bethul, Virgo.
Bezec, Fulgur.
Boanerges, vel iuxta S. Hieronimum Banereem, Filij tonitrui.
Booz, in fortitudine.
Borith, Herba in qua eſt acrimonia ſaporis.
Boſor, Munitio.
Boſra, Idem.

C

Caath, Congregatio, Obtuſio.
Cades, Sanctitas.
Cain, Poſſeſſio, Poſſeſſus.
Caleb, quaſi cor.
Cana, Zelus, Æmulatio.
Cananæus, id eſt, ex Cana, vico Galilææ.
Capharnaum, Ager pœnitentiæ.
Cappadoces, Hebraicè Caphthorim, id eſt ſphærulæ.
Cariath-iarim, Ciuitas ſiluarum.
Cariath-ſepher, Ciuitas litterarum.
Carmel, Cognitio circumciſionis, vel agnus circumciſus.
Cartaginenſes, Hebraicè Tharſis, id eſt, contemplatio gaudij.
Cedar, Nigredo, triſtitia.
Cedes, Sanctitas.
Cedron, denigratus, Triſtis.
Cephas, Petrus à petra Syrum.
Cetura, Aromatizans.
Chareas, Lætus.
Chaldæa, Hebraicè Chaſdim, id eſt, Quaſi dæmones.
Cham, Calidus, Calor.
Chaanan, Mercator, Negotiator.
Charmel, Idem quod Carmel.
Cherub, Quaſi magiſter.
Chodchod, Iaſpis.
Chorrei, Furores.
Chriſtus, Vnctus.
Chus, Æthiops.
Cin, Poſſeſſio, Emptio.
Cinoth, Lamentationes.
Cis, Durus, Stipula.
Cleophas, Gloria omnis.
Cœleſyria, Curua Syria.
Coloſſenſes, Supplicio Affecti.
Corban, Corbana, Donum, Oblatio.
Core, Caluus, caluitium, per heth in fine.
Core per aleph in fine, Vocans, legens. 1. Par. 9. 19.
Corozaim, Hic eſt myſterium.
Cosbi, Mendax.
Cyprus, Pulchra.
Cyrus, Quaſi miſer.

D

Dagon, Frumentum.
Dalila, Paupertas.
Damaſcus, Sanguinis ſuccus.
Damaſcus, 1. Reg. 16. Similitudo incendij, Hebr. Dameſec.
Dan, Iudicans, ſiue iudicium.
Daniel, iudicium Dei.
Darius, Requirens.
Darmaſcus, Generationis procuratio
Dathan, Ritus, Lex.
Dauid, Dilectus.
Debora, Apes, Verbum.
Decapolis, Decem ciuitatum, ſubregio.
Diabolus, Criminator, Calumniator
Diabolus, Habacuc. 3. 4. Hebr. Reſeph, id eſt. Volucris, Flamma.
Dibre haiamin, Verba dierum.
Didymus, Gemellus.
Dina, Iudicium, vel Iudicans.
Dionyſius, Diuinitus ſtillatus.
Dithalaſſum, Duo maria.
Doeg, ſolicitus, Anxius.
Dor, Generatio.
Dura, Generatio, vel habitatio.

E

Ebal, Aceruus vetuſtatis.
Eccleſiaſtes, Concionator.
Eden, Voluptas, Delicia.
Edom, Rufus.
Eglon, Vitulus.
Elcana, Deus zelotes.
Eleazar, Dei adiutorium.
Elehanan, Dei gratia, ſiue miſericordia.
Eliacim, Dei reſurrectio.
Elias, Deus Dominus.
Eliefier, Dei adiutorium.
Elimelech, Deus meus rex.
Elizabeth, Deus iuramenti.
Eliſæus, Dei ſalus, Deus ſaluans.
Ellehaddebarim, Hæc ſunt verba, ſic incipit quintus liber Legis.
Elnathan, Deus dedit.
Emmanuel, Nobiſcum Deus.
Emmaus, Timens conſilium.
Enac, Higas, Torques.
Encænia, Renouatio, Dedicatio.
Ennom, Ecce illi.
Enos, Homo, vel vir.
Ephraim, Frugifer, Creſcens.
Ephraim, Hebraicè Ephra, id eſt puluerulenta, ſiue plumbea. 2. Reg. 13. 7.
Ephrata, Vbertas, ſiue frugifera.
Ephron, puluis.
Eſau, Faciens, Operans.
Eſdras, Adiutor, Atrium.
Eſther, Occulta, abſcondita.
Etam, Auis eorum.
Etham, Fortitudo eorum.
Eubulus, Prudens.
Ezechias, Fortitudo Domini.
Ezechiel, Fortitudo Dei.
Ezriel, Auxilium Dei.

G

Galaad, Abiectio.
Gabaa, Collis.
Gaſiriel, Vir Deus, aut Dei.
Gad, Felix, Accinctus.
Gadgad, Felicitas felicitatis, Accinctus exercitus.
Galaad, Aceruus teſtimonij.
Galatæ, Lactantes.
Galgal, Rota, Reuolutio.
Galilæa, Volubilis.
Gazer, præſciſſio.
Gazophylacium, vbi theſauri templi ſeruabantur.
Gebal, Terminus.
Gedeon, Conterens.
Gehenna, Vallis triſtitiæ.
Gehennon, Vallis contriſtans.
Gelboe, Reuolutio inueſtigationis.
Gerſom, Aduena ibi.
Gerſon, Exilium eius.
Giblij, Termini.
Gihon, Pectus, exitus.
Gog, Tectum.
Golgotha, Caluaria, vbi capita mortuorum reponuntur.
Goliath, tranſmigratio.
Gomor, Genus menſuræ.
Gomorrha, populus rebellis.
Græci, Hebraicè Ieuanim, id eſt deceptores.

H

Habacuc, Luctator.
Hananias, Gratia Domini.
Haram, Deſtructus.
Hauoth-iair, Oppida illuminationis.
Hebal, Aceruus vetuſtatis.
Heber, Socius, particeps, per heth in principio.

Heber, per ain, Transitus.
Hebræus, Transiens.
Hebron, Societas.
Heli, Oblatio.
Heliopolis, Hebraicè dicitur On, id est, dolor.
Henoch, Dedicatus.
Hermon, Destructio.
Hesron, sagitta exultationis.
Heua, Viua, Viuens.
Hierapolis, Sacra ciuitas.
Hieronymus, Sacrum nomen.
Holofernes, Fortis dux.
Hor, Mons.
Horeb, Desertum.
Horma, destructio.
Hur, Libertas.
Hus, Consilium.
Hymenæus, Carmen nuptiale.

I

Iabel, Defluens.
Iabes, Siccitas, per sin, in fine.
Iabes, Tristitia, per sade in fine.
Iacob, Supplantator.
Iabel, Ascendens, Damula.
Iabel, Viuit Deus.
Iairitis, Illuminatus.
Iamin, Dextera, vel dexter.
Iaphet, Dilatatus.
Iason, Sanans.
Iauan, Deripiens.
Ichabod, Vbi gloria, Va gloria.
Idumæa, Rufa, Terrena.
Iebus, Conculcatio.
Iechonias, Præparatio Domini.
Iehu, Ipse, Existens.
Iehus, Tinea corrosus, per sin.
Iehus 1. Par. 8. 10. Consilians, per sade.
Iemini, Dextera, vel dexter.
Iephthe, Aperiens.
Ierameel, Misericordia Domini.
Ieremias, Celsitudo Domini.
Iericho, Luna, Mensis.
Ierobaal, Impugnans idolum.
Ieroboam, Impugnans populum.
Ierosolyma, Visio pacis, Visio perfecta
Ierusalem, Idem.
Iesse, Ens, Existens.
Iesboc, Est vacuus.
Iesus, Hebraicè Iehosua, Dominus saluator.
Iethro, Excellens.
Iezonia, Auscultatio Domini.
Iezrahel, Semen Dei.
Indus, id est, de India Hebraicè dicitur Hodu, id est, laudatio.
India, Iob 28. 13. Hebraicè Ophir, id est cinis.
Ioab, Paternitas, Habens Patrem.
Ioachaz, Domini apprehensio.
Ioachaz, 2. Par. 34. 8. Apprehendens.
Ioachin, Domini præparatio.
Ioacim, Domini resurrectio.
Ioas, Diffidens, Desperans.
Isas, Domini ignis 4. Reg. 11. 21. Hebr. Ieboas.
Ioas, 1. Par. 7. 8. & 27. 28. Tinea corrosus, per ain.
Iob, Dolens, Gemens.
Ioel, Volens, Incipiens.
Iohanan, Gratiosus, Pius, Misericors
Iohannes, Idem.
Ionas, Columba.
Ionadab, Spontaneus.
Ionathan, Domini donū, filius Saul.
Ioram, Excelsus.
Iordanis, Fluuius iudicij.
Iosaphat, Dominus Iudex.
Ioseph, Augmentum.
Ioseph. Psalm. 80. 2. Domini augmentum. Heb. Iehoseph.
Iosias, Ignis Domini.
Iosue, Dominus saluator.
Isaac, Risus.
Isai, Munus, aut ens.
Isai, 1. Par. 2. 13. Vir meus.
Isaias, Domini salus.
Isboseth, Vir confusionis.
Isariotes, Vir occisionis.
Ismahel, Exauditio Dei.
Israel, Præualens Deo.
Issachar, est merces, præmium.
Ithamar, Insula palmæ.
Iubileus, Buccina.
Iudas, Laudatio.
Iulius, Lanuginosus.

L

Laban, Albus, Candidus.
Lamech, Pauper, Humiliatus.
Lapidoth, Fulgura.
Lazarus, Dei adiutorium.
Lechi: Maxilla.
Leci, Lex.
Leui, Copulatus.
Leuiathan, Copulatio, Societas, sua.
Lia, Laboriosa, Fatigata.
Libanus, Candidus.
Libya, Hebraicè Lubim, Cor maris.
Lithostrotos, lapidibus stratus.
Lot, Inuolutus, Colligatus.

M

Maacha, Attrita.
Maasias, Opus Domini.
Maceda, Incendium.
Madian, Iudicium, Litigans.
Magdalena, Magnifica.
Magi, Sapientes, vel philosophi.
Malachias, Nuntius meus.
Malaleel, Laudans Deum.
Malchus, Rex.
Mamonna, Pecunia, Diuitiæ.
Mamzer, De scorto natus.
Manahem, Consolator.
Manasses, Oblitus, Obliuio.
Manue, Requies.
Mara, Amara.
Mardochai, Amara contritio.
Maria, Exaltata, Amaritudinis mare
Martha, Prouocans.
Massa, Onus.
Maspha, Specula.
Mathusael, Mortem suam postulans.
Matthæus, Donatus.
Melchias, Rex Dominus.
Melchi-sedec, Rex iustitiæ.
Melchi-sua, Rex saluator.
Mesollam, Pacificus.
Mesopotamia, Regio sic dicta, quod duobus fluuijs, Euphrate & Tigri ambiatur.
Micha, Pauper.
Michael, Quis sicut Deus.
Michæas, Idem.
Michol, Quis omnia?
Miphiboseth, De ore ignominia.
Misael, Quis postulatus?
Mistle, Prouerbia, Nomen libri.
Misphat, Iudicium.
Mna, Libra, Talentum.
Moab, De patre.
Moria, Amaritudo.
Mosa, Azymum, per sade.
Mosa, 1. Par. 8. 9. Onus.
Moyses, Attractus (sub. de aquis)
Mysia, Sceleſta.

N

Naaman, Pulcher.
Nabal, Scultus.
Nabo, Loquela, Prophetia.
Naboth, Idem.
Nabuchodonosor, Planctus iudicij.
Nachor, Raucus, Aridus.
Nadab, Spontaneus.
Nahasson, Coluber, Serpens.
Nahum, Consolator.
Naim, Pulcher.
Nathan, Donatus.
Nathanael, Donum Dei.
Nazarai, Separati, Sanctificati.
Nazareth, Sanctificata, Separata. Si autem per sade scribatur, Custodita, vel florida interpretatur.
Neapolis, Noua ciuitas.
Nehemias, Consolatio.
Nehustan, Æneum.
Nemrod, Rebellis.
Nephthali, Æquiparatio.
Niniue Pulchra/
Noe, Cessatio, Requies.
Noema, Decora.

O

OBadias, Seruus Domini.
Obed, Seruus.
Obed-edom, Seruus hominis.
Ochozias, Apprehensio.
Odollam, Testimonium illius.
Og, Subcinericius panis.
Olla, Eleuatio, Holocaustum.
Onam, Dolor.
Ouana, Dolor, Iniquitas.
Onesimus, Vtilis.
Oolla, Tabernaculum.
Ophni, pugnus, Pugillus.
Oreb, Coruus.
Osee, Saluator.
Oza, Fortitudo.
Ozias, Fortitudo Domini.
Oziel, Fortitudo Dei.

P

PAlæsthina, Conspersa (sub cinere)
Paracletus, Consolator, Aduocatus.
Parasceue, Præparatio.
Pascha, Transitus.
Pentateuchus, Quinque volumina.
Pentecoste, Quinquagesima (sub. dies.)
Petrus, Saxum, Petra.
Phacee, Aperiens.
Phanuel, Videns Deum.
Pharao, Dissipans.
Phares, Diuisio, Filius Iudæ.
Phares, per sin, 1. Paral. 7. 16. Eques
Pharisæi, Diuisi.
Phase, Transitus.
Phasaga, Collis.
Philistæa, Conspersa cinere.
Phinees, Facies confidentia.
Phogor, Hiatus.
Phul, Aphrica.
Pigmæi, Hebraicè dicuntur Gamadim.
Probatica, Ouina, Locus vbi pecora sacrificanda tenebantur.
Proselytus, Aduena, Peregrinus.

R

RAab, Psal. 86. 4. Superba, Fortis.
Rabba, Multa, Grandis.
Rachel, Quis.
Raguel, Pastor Dei.
Rahab, Lata, Dilatata.
Ram, Excelsus.
Rameses, Tonitruum tineæ.
Raphael, Medecina Dei.
Raphaim, Gigantes, Medici.
Rebecca, Saginata.
Rebla, Reblata, Rixa.
Rechab, Quadriga.
Remmon, Malum granatum.
Respha, Extensio.
Roboam, Dilatans populum.
Roma, Excelsa, sublimis.
Ruben, Videns filium.
Ruma, Excelsa.
Ruth, Saturata.

S

SAaph, Cogitans.
Saba, per sin, Conuersio, Captiuitas.
Saba, per Samech, Circuitio.
Sabaot, Exercitus, in plurali.
Sabatha, Circuitus.
Sabbatismus, Requies, Cessatio.
Sabbatum, idem.
Sadducæi, Iusti.
Sadoc, Iustus.
Sale, Missio.
Salem, vel Sællem, Pax.
Salmanasar, Pax ligata.
Salmon, pacificus.
Salomith Idem, f. g.
Salomon, pacificus.
Silphaad, Vmbra formidinis.
Samaria, Custodia, Adamas.
Samson, Sol eius, Nominis iteratio.
Samuel, Positus à Deo.
Saphan, Hericius, Cuniculus.
Saphat, Iudicans.
Sara, per he in fine, Domina, Vxor Abrahæ.
Sara, per heth in fine, Odorans, Domina odoris.
Sarai, Domina mea.
Sareptha, Angustia buccellæ.
Saron, siue Sarona, Planities.
Satan, Aduersarius.
Saul, Postulatus, Commodatus.
Saul, 1. Reg. 9. 2. Hebraicè Saul, Vulpes.
Scenopegia. Festum tabernaculorum.
Schibboleth, Spica.
Sedecias, Iustus Domini.
Segor, parua.
Sehon, Eradicatio.
Sela, Dissoluens, Filius Iudæ.
Sellum, Pacificus.
Selum, Manens.
Sem, Nomen, Fama, Positus.
Semei, Obediens.
Semei, 1. Par. 2. 28. nomen meum.
Sennacherib, Rubus destructionis.
Seon, Sonitus.
Sepharuaim, Libri, vel Scribæ.
Sephora, pulchra, aut tuba, Exod. 1. 15. per sin.
Sephora, Exod. 2. 21. Auis, Passer, Vxor Mosis.
Seth, Positus.
Setum, Expansiones.
Siba, Exercitus, Militia.
Sibboleth, Onus.
Sicera, Ebrietas.
Sichem, Humerus.
Sihor, Niger, Turbatus. Nilus.
Siloe, Missus, Mittens.
Simeon, Audiens, Exauditio.
Simon, Obediens.
Sin, Rubus, Exod. 16. 1. per Samech
Sin, per sade, Arma, Scutum.
Sion, Acervus 2. Reg. 5. 7.
Sion, Deut. 4. 48. Strepitus.
Sisara, Hirundinem videns.
Sodoma, Secretum eorum.
Somer, Custos.
Sophtim, Iudices.
Sorec, Vinea.
Stephanus, Coronatus.
Sulamitis, Pacifica, Perfecta.
Sunamitis, Dormiens.
Susanna, Lilium, Rosa.

T

TArsus, Alata, Pennata.
Thabor, Electio, Puritas.
Thaddæus, Laudans.
Thamar, Palma, Dactylus.
Thare, Odorans, Spirans.
Tharsis, contemplatio gaudij.
Thau, Signum.
Thecua, Spes, Funiculus.
Teraphim, Simulachra.
Thomas, Abyssus, Geminus.
Thopheth, Tympanum, Seductio.
Timæus, Cæcus, Cæcitas.
Timotheus. Honor Dei.
Titus, Honorabilis.
Tobias, Bonus dominus.
Tubalcain, Mundana possessio.
Tyrij, Hebraicè Sorim, idest, tribulantes.

V

VAicra, Et vocauit, Liber Leuitici.
Vaieddabber, Et locutus est. Liber Numerorum.
Vasthi, Potans, Bibens.
Veelle semoth, Et hæc sunt nomina. Secundus liber Legis qui Exodus Græcè vocatur.
Vr, Ignis.
Vrias, Ignis Domini.

Z

ZAbad, Dos, Dotatus.
Zabdi, Idem.
Zabulon, Habitaculum.
Zacchæus, Purus.
Zacharias, Memoria Domini.
Zambri, Cantans.
Zara, Oriens.
Zebedæus, Dos, Dotatus.
Zebee, Victima.
Zelotes, Æmulator.
Zelpha, Distillatio oris.
Zorobabel, Alienus à confusione.

FINIS.

INDEX BIBLICVS,

QVI RES EAS DE QVIBVS

IN SACRIS BIBLIIS AGITVR,

Ad certa Capita, alphabeti ordine digesta, reuocatas, summa breuitate complectitur.

IN hoc Bibliorum Indice, Candide Lector, primus numerus, libri caput denotat; proximè deinde sequentes vsque ad hoc signum †, vel (si hoc signum non adsit) ad proximam vsque sequentis libri citationem, sunt versuum in eodem capite signatorum notæ. Exempli gratia in voce Aaron, Exod.4.14,16,30 † 5,1 † 6,13 † 7,1,2. legendum est: Exodi capite 4, versu 14. versu 16, & vers. 30. Item cap.5.versu 1, cap.6.versu 13.cap.7. versu 1, & 2. Cum autem asteriscus, seu stella in hunc modum (Leu.8 *) numero apponitur, indicium est, rem de qua agitur, per plures versus in eo capite tractari: vel significat locum illum esse inter reliqua diligentius notandum. Porro si quod quæris, in versu hic notato contingat non adeo perspicuè inueniri, tum aliquot ex propinquis versibus antecedentibus, vel sequentibus tibi erunt perlustrandi. In librorum nominibus ad faciliorem, & certiorem distinctionem id obseruatum est, vt Eccle. Ecclesiasten, Eccli. vero Ecclesiasticum notet.

Aaron adiungitur fratri suo Mosi socius, Exo.4 14,16,30 † 5,1 † 6,13 † 7,1,2 Mich.6,4. fuit pronepos Leui, Exod.6,16,18,20. peculiari ritu consecratur cum suis filijs ad ministerium sacerdotij, Leu.8. Num. 3, 10. Deut. 18,5. Hebr.5,4. sicut Dominus præscripserat Exod.29.* † 40, 12. Aaronis, & filiorum sacerdotalis ornatus, Exod.28. * Aaronis sacerdotis auctoritatem qui noluerunt agnoscere, inusitato genere mortis intereunt, Exod. 16, 3,11, 30,31. Aaron insigni miraculo ostenditur præ cæteris à Deo in sacerdotem summum electus, Exo. 17,5,8. post oblationem factam benedicit extensa manu populo, Exo. 9,22. iure perpetuo accipit pro officio Sacerdotali oblationes, & primitias à populo, Num. 18,8,9,11,12. * & à Leuiticis decimas decimarum, Num.18,26,28. moritur, Num.20,28 † 33,36. Deuter. 10,6 † 32,50. succedit ei in summo Sacerdotio Eleazar, Num.20,26. Deut. 10,6. Aaronis laus, Eccli.45,7,8,9. *

*Abarim mons vnde moriturus iam Moyses terram Chanaan prospexit, Num. 21, 11 † 27, 12, † 33, 44. * Deut. 32,49.*

Abba pater, Marc.14,36. Rom.8. 15. Galat.4,6.

Abdemelech propugnator, & patronus Ieremiæ, Ier. 38,7. liberatur à gladio Chaldæorum, Ier. 39,16,17.

Abdenago mittitur in fornacem ardentem. Dan.3,21. appellatur Azaria, Dan.1,6.

Abdias abscondit prophetas Domini. 3.Reg.18,3,13.

Abdon Iudex in Israel, Iudi.12,13.

Abel occiditur à fratre Cain, Genes. 4, 8. 1. Ioan. 3, 12. de eodem lege. Matth.23,35. Luc.11,51. Hebr.11, 4 † 12,24.

Abiam filius Roboam rex Iuda, 3.Reg.14,31 † 15,1. 2.Paralip.13,15. reliquit Asa regni successorem. 3.Reg. 15,8. Matth.1,7.

Abiathar sacerdos effugit manus Saulis. 1, Reg.22,20. confugit ad Dauid in Cellam, 23,6. cum Adonia se coniungit. 3.Reg.1,7. amouetur sacerdotio, 2,27. iuxta illud 1.Reg.2,30, 32.

Abidan dux Beniamin, Num.1,11.

Abigail, vxor impij Nabal, 1.Reg.25, 3, nubit Dauid regi, post mortem Nabal, 25, 39.

Abihu, & Nadab filij Aaron igne absumuntur, Leuit. 10,2, Nu.26,61.

Ablmelech rex Geraris aufert Abrahæ Saram, Genes. 20.2, init pactum cum Abraham, Gen.21,23,32. init pactum cum Isaac, Genes.26, 31.

Abimelech filius Gedeonis, Iud.8,32. occidit 70. suos fratres, & ictu lapidis molaris interficitur, Iud.9,5,53. 2.Reg.11,21.*

Abiron effert se contra Moysen, vnde & terra discedens, eum absorbet, Num.16. † 26, 10. Deut. 11, 6. Psalm.105.17. Eccli.45, 22.*

Abisag Sunamitis, ducitur ad regem Dauid, 3. Reg. 1,3. petitur ab Adonia in vxorem, 2,17.

Abisai filius Saruiæ, 2. Reg.2,18, † 16,9 † 19,21 † 20 6 † 23,18.

Abiud filius Zorobabel. Matth.1, 13. appellatur Anania, 1. Paralip. 3,19.

Abnegatio sui ipsius, Genes.12,4 † 22,1,9. Deut. 33, 9.3.Reg.19,19.2. Mach.6,19,23. Mat. 4. 19 † 5, 29 † 10, 39 † 16,24 † 19,21. Mar.10,21. Luc.9,23 † 14, 26 † 17,33. Ioan.12,25.

Abnegatio omnium rerum, Genes.12,1. Deut. 33,8. Rut.2,11. 2.Par.25.9. Mat.4,19 † 19,21,27. Mar.1, 17 † 10,28. Luc.5,11 † 14,26 † 18,22. 1. Cor. 7, 29. Ioan.12,25. Phil. 3,7.

Abner præfectus militum Saulis, creat Isboseth regem Israel. 2. Reg.2,8. paciscitur cum Dauid, 3, 12. occiditur à Ioab, 2. Reg. 3,27.

Abra ancilla Iudith, Iudith 8, 32 † 10,2. libertate donatur, Iudith 16,28.

Abram filius Thare habet Sarai vxorem. Genes.11,

29.egreditur ex patria in terram Chanaan præcipiente Domino,12,4. proficiscitur in Ægyptum,22,10. redit inde in Chanaan,13,1. Liberat Loth fratrem suum ex manibus hostium,14.14. accipit promissionem seminis, 15,4 † 17,16 † 18,10, concumbit cum Agar. 16,4. accipit promissionem seminis, & signum fœderis, appellaturque Abraham, 17.5. orat pro Sodomitis, 18,23,28, 32. Isaac ei nascitur,21,2. paratus est offerre Isaac, 22, 9. mittit seruum qui quærat vxorem filio suo Isaac, 24, 4. moritur,25,8. commendatur. Eccli.44,20. appellatur pater multarum gentium, & omnium credentium, Genes.17,5. Isa.51,2. Matth.3,9. Luc.19,9. Ioan.8,39. Rom.4,11,17,18. † 9,7. Gal.3,8. de ipso & eius semine vide Ios.24,3. Isa, 41,8 † 51,2. Ezec.33,23. 2. Esd. 9,7. Matt.8,11. Act.7,2,16. Hebr.11,17.

Abrahæ filij qui dicantur, Ioan. 8, 33. Rom. 9,7. Gal.3,7.

Absalon filius Dauid,2. Reg. 3, 3, occidit suum fratrem,& fugit ad Tholomai regem Gessur, 13,37. reuocatur,14,21,23. conatur patris occupare regnum, 15,6. concumbit cum patris concubinis, 16, 22. iuxta prophetiam,12,11. tribus hastis transfigitur à Ioab.18,14.

Abstinentia à quibusdam cibis, Genes. 1,29.30 † 2, 17 † 3,11 † 9,4. Exod. 12,9. * † 13,6 † 21,28 † 22, 31 † 29.34. Leuitic.6,24 † 7,18.* † 11,4.* † 17,27. *† 19,7 † 22,8.* † 23,14. Num.6,4 † 18,10. Deuter. 12,16 † 14,3. * Tob.1,12. Iudith 12,2. Dan. 1. 8. 2. Machab. 7, 1. Matt. 12, 4. Mar. 2, 23. Luc. 6, 1. Act. 15.29.

Abstinentia à vino, Leuit. 10,8 † 11,34. Num.6,3. Iudic.13,4,14. Ier.35,6. Ezec.44,21. Lucæ 1, 15.

Abstinendum à cibo,& potu,etiam licito propter scandalum alterius, 2.Machab. 6,24. Rom.14,20,21,1.Corinth.8,13.

Abstinentiæ præceptum violare nolentes, Ier. 35, 6. * 2.Machab.6,19.* † 7,2.*

Abusus vestium, Isa.3,18. Ezech. 7,20. Esther 14, 16.Matth.11,8. Mar.12,38. Luc. 7, 25 † 16,19 † 20, 45,1. Tim.2,9,1. Pet.3,3.

Acceptio personarum, vide persona.

Acceptio munerum, Exo.23,8. Num. 35, 31. Deut. 10,17 † 16,19 † 27,25,2. Paral.19.7. Iob.15,34 † 36 18. Prou.14,20 † 15,27 † 17,23 † 19,6 † 22,9 † 28, 21. Eccli.4,36 † 7,6 † 20, 31. Isa.1,23 † 5, 23 † 33, 15. Iudæ 16.

Acedia,2. Reg.11. * Prouer.6,6 † 10,4,26 † 12,11 † 13,4 † 18,8 † 19,15,24 † 20,4,13 † 21, 25 † 24, 30 † 26,13 † 28,19. Ezech. 16, 49. Eccli. 33, 26. Rom. 12,11.

Achab impius rex Israel, 3. Reg. 16, 29, 30 † 18. * vincit Syrios 20,20,29. init fœdus cum Benhadad rege Syriæ 20,34. exercet tyrannidem in Naboth, 3.Reg.21, 2. trajicitur telo, & sanguinem eius canes lambunt, 22, 38. secundum verba Heliæ,21, 19. filij eius pereunt, 4. Reg.10,7,11. secundum illud 3.Reg.21,21,4.Reg.9,7.

Achaia, Actor. 18,12,27 † 19,21. Roman. 15, 26,1. ad Corinth.16,15,2.ad Corinth. 1,1 † 9,2 † 11, 10, 1. ad Thessal. 1,7.

Achan lapidatur, Ios.7,25,1.Par. 2,7. *in valle Acor*, Ios.7,24 † 15,7, Isaiæ 65,10. Oseæ 2,15.

Achaz filius Ioatham, impius rex Iuda, 4. Reg. 16. * 2.Paral.28. * Isaiæ 7.* Matth. 1, 9. *appellatur Eliezer*, Luc.3,29. Ezechias filius in regnum patri succedit, 2.Paral.28.27.Matth.1,10.

Achias filius Achitob, sacerdos Domini, 2. Reg.14,3, 28.appellatur Abimelech, 21, 1.

Achior dux Ammonitarum, Iudith 5, 5. traditur in manus filiorum Israel 6,7. fit Iudæus, 14,6.

Achis rex Geth donat Dauidi ciuitatem Siceleg,1. Reg.27,6.

Achitophel Dauidi à consilijs, adhæret Absaloni, 2. Reg.15,12. dat impium consilium, 16, 21. suspendit se, 17, 23.

Adam creatur, Genes. 1, 27. collocatur in paradiso, & ligni scientiæ vsus ei interdicitur, 2, 15. persuasione Euæ præceptum violat,& paradiso pellitur, 3, 6, 23. Osee 6,7. moritur 5,5. Rom.5,14. 1.Corinth.15.22.

Adhortari ad bonam, Gen.13,8 † 45.24. Ios.22,5.2. Paral.30,6 † 32,7.2.Esdr.5,6,9. Act.11, 23 † 14,21 † 20,17, * 1. Thessal.5,11. Tit.2.* † 3,1. Heb. 3,12.

Adonias affectat regnum patris sui,3.Reg. 1,5. vxorem petit Abisag, & occiditur,2,17,25,34.

Adonibezec capitur, Iudic.1,6. *Adoratio Angeli, & hominibus tributa*, Genes.18,2 † 19,1 † 23, 12 † 27,29 † 33,3.* † 42,6 † 43,26. Exod.18,7. Num.22, 31,1. Reg.20,41 † 25,23 † 28,14,2.Reg. 9, 6 † 14, 3.* 3. Reg.1,15,12. Iudith 10,20. Esther 3,2. Dan.2,46. Act. 10,25.

Adramelech idolum,4.Reg.17,31.

Adramelech vsus subsidio fratris sui Sarasar, occidit patrem Sennacherib,4.Reg.19,37. Isaiæ 37,38.

Aduentus Domini expectandus, Mat. 24,42 † 25,13 † 26,40. Mar.13,33. Luc.12,40 † 21,34. Rom.13,12 Ephes.6,18. Coloss.4,1,1. Thess.5,6,1. Pet.4,7 † 5,8. Apoc.3,3 † 16,15.

Adulterium, luxuria, & fornicatio, Gen. 6, 2 † 19, 5,31,33.* † 38,15. Exod.22,16. Leuit. 18. * † 19,29 † 20,10,13 † 21,9. Num.25,1,6. Deuter. 22, 13, 22, 23 † 23,17. Iudic.19,2, 25, 1. Reg. 2, 22. Tob. 4, 13. Prouer.2,16 † 5.* † 7,10.* † 22, 14 † 23, 27 † 29,3. Eccle.7,27. Eccli.23,25.* † 25,4. Ezech.22.10. Actor. 15,20. Rom. 1,26, 1. Corinth. 5, 1 † 6, 9, 15 † 10, 8. Eph.5,5. Col. 3,5,1. Thess.4,3,1. Tim.1,10. Heb.13,4

Adulterium carnale, & spirituale prohibetur, committitur, & punitur. Genes.20,2 † 26,7. Exod.20,15. Leuitic.18,8 † 20, 10. Num.5.13. Deuter.5,18 † 22, 23,30. Iudic.19.2,2. Reg.11,2,4 † 12,1.9. Iob 24,15 † 31,1,9. Psal.72,27. Prou.5,3, 8, 20 † 6,24, 32 † 7. * Isaiæ 57, 1. Ierem.2, 36 † 3,1 † 5, 7 † 13, 26. Osee 2,4 † 4,2. Sapien.3, 16. Matth.5, 27 † 14, 3 † 19, 9. Io.8,3,1. Corinth.6,10,1. Thess.4,3. Hebr. 13, 4. Iacob 4, 4.

Aduræ, super tributa, seu quæstor ærarius Dauidis 2.Reg.20,24. postea à tributis ipsi Roboam, lapidatur 3.Reg.12, 18.

Ægyptiaca captiuitas prædicitur, Genes.15,13. incipit, Exod.1,8,13. Act.7,18.

De Ægypto exitus, & liberatio Israelis promitti tur, Genes.15,16 † 48,21 † 50, 14. Exod.3,17 † 6, 6. adimpletur, & exeunt viri 600000. Exod. 12,37, 51 † 13. * 14* Num. 33,1. Deut.16,1. Osee. 13,4. Mich. 6,4.

In Ægyptum redire improbè flagitat Israeliticus populus, Exod. 14, 11 † 16, 3 † 17, 3. *Num.* 11,5 † 14,4 † 20, 3.

Contra Ægyptum prophetatur, Isaiæ 19, 1, 11, 18 † 20,3. *Ierem.* 43, 20 † 44, 30 † 46. * *Ezech.* 29. * † 30.* † 31.* † 32.*

Ægyptiaca redemptio frequenter in memoriam reuocatur tanquam summum beneficium, Exod. 20,2. *Leu.* 22,33 † 26, 12. *Deuter.* 4,37 † 5, 6 † 7. 8,14 † 16, 6. *Iudi.* 2,1,6,8.1. *Reg.* 10,18.4. *Regum* 17,7. *Mich.* 6. 4.

Ægyptus affligitur plagis variis, Exod. 7.* 8.* 9.* 10 * 11.* *vt prædixit Dominus, Exod.* 3,19.

Ægyptus expugnatur à rege Babyloniæ, 4. *Reg.* 24,7. *Ierem,* 46,2.

Ægyptij prodeunt in pugnam contra Iudam, 2. *Paral.* 12,2.

Ægypto potitur Antiochus, 1. *Machab.* 1,17. *in Ægyptum fugit Christus Herodem, Matth.* 2,13.

Ægrotatio, & morbus pœna peccati, Exod. 5,26. *Leuit.* 26,16. *Num.* 12.* *Deut.* 7,15 † 28,27, 60, 2. *Reg.* 24, 15,4. *Reg.* 5, 27,2. *Paral.* 21,18. *Ioan.* 5,14.

Ægroti visitandi sunt, & consolandi Genes. 48,1,4. *Reg.* 8,29 † 13,14. *Iob* 2, 11. *Psal.* 40,4. *Eccles.* 7,3. *Eccli.* 7,38. *Matth.* 25,37,40. *Io.* 11, 3 † 12, 9, 2. *Corinth.* 1,4.

Quomodo se viri sancti in morbo, & decessu ab hac vita habuerint. Genes. 49 * † 50,14. *Deut.* 31,1,6. *Ios.* 13.* † 23. * † 24. * 1. *Reg.* 12.* 3. *Reg.* 2,1,7,2. *Par.* 32,24 *Tob.* 4.* *Isa.* 38,1,1. *Machab.* 2,49,61.

Æneas sanatur, Act. 9,33.

Agabus imminentem famem prædicit, Act. 11, 28. *& Paulo manus injiciendas,* 21,11.

Agag rex Amalechitarum capitur à rege Saule, 1. *Reg.* 15,8. *iubente Samuele occiditur,* 15,33. *iuxta prophetiam, Num.* 24,20.

Agar ancilla Saræ parit Ismahelem, Genes. 16, 15. *expellitur cum filio suo,* 21,14. *Galat.* 4, 30. *Agareni è sua terra per Rubenitas profligantur,* 1. *Par.* 5,19.

Aggæus prophetat Iudæis, Aggæi 1, 3, 1. *Esdr.* 5.* † 6, 14.

Agrippa audit Paulum, Actor. 26, 2.

Ahias propheta in Silo secat pallium in 12. *partes,* 3, *Reg.* 11, 30. *mala prædicit vxori Ieroboam,* 14, 6, 10. *scripsit prophetias,* 2. *Paral.* 9,29.

Achimelech sacerdos dat Dauidi panes propositionis, 1. *Reg.* 21, 6. *& gladium Goliath,* 21, 9. *transfigitur,* 22, 18. *appellatur Ahias* 14, 3. *vocatur Abiathar.* 5. *Mar.* 2,26.

Ahira dux Nephthali, Nu. 1, 15.

Alcimus periturus Iudæus adeptus est sacerdotium, 1. *Machab.* 7,5,9,2. *Machab.* 14,3,3. *perit subita morte,* 1. *Machab.* 9,55,56.

Alexander rex Græcorum, occiso Dario, regnum suum filijs diuisit, 1. *Mach.* 1,7. *vide Dan.* 7,6 † 8,8 † 11,4.

Alpha, & Ω, principium, & finis, primus & nouissimus est Dominus, Isa. 41,4 † 44, 6 † 48, 12. *Apoc.* 1,8 † 2,8 † 21,6 † 22, 13.

Alphæus, pater Iacobi Apostoli, Matth. 10, 3. *Mar.* 3, 18. *Luc.* 6,15. *Act.* 1,13.

Altare holocausti, Exod. 27,1 † 38, 1. *Num.* 7. * 2. *Reg.* 24,25, 3. *Reg.* 18, 32, 4. *Reg.* 16, 15, 2. *Paralip.* 1,5 † 4,1 † 15,8, 1. *Esdr.* 3, 2. *Ezec.* 43, 13, 1. *Mach.* 4, 47,53.

Altare incensi, Exod. 30,1,10 † 37,25 † 40,10.

Amalech filius Esau nascitur, Genes. 36. 12,16, *pugnat contra Israel. Exod.* 17,8. *Num.* 14,43. *Iudic.* 6. 3. *cæditur,* 7.* 1. *Reg.* 14,48. *funditus deletur,* 1. *Reg.* 15, 2,8. *iuxta verba Exo.* 17,14. *Num.* 24,20. *Deut.* 25,19.

Aman postquam ad honores fuit euectus, fit lethalis hostis Iudæorum, Esth. 3.* *suspenditur,* 7, 10. *eodem supplicio afficiuntur, & decem filij eius,* 9, 13.

Amasa filius Abigail sororis Dauidis, 1. *Paral.* 2, 17. *fit dux militiæ apud Absalonem,* 2. *Reg.* 17,25.

Post militiæ Dauidis præficitur, 19,13. *tandem à Ioab per fraudem occiditur* 20,10. *causa cædis ponitur* 2, *Reg.* 19.

Amasia filius Ioas recenset populum, 2. *Paralip.* 25,5 *vlciscitur cædem patris sui,* 4. *Reg.* 12, 21 † 14, 5. *bello dimicat Edomæos,* 14, 7. *capitur, & occiditur,* 14, 13. *reliquit successorem filium Azariam regem,* 15, 1. *appellatur Leui, Luc.* 3.29.

Amici veri, & fidi, Deuter. 13, 6 † 33,9,2. *Regum* 3,27 † 13,14 † 15,19 † 20,8. *Psal.* 40, 10 † 54, 14. *Prouerb.* 14,20 † 18,24 † 27, 10, 19. *Eccli.* 6,7 † 7,20 † 9,12 † 12,14 † 22,25 † 37,10. *Ierem.* 9, 4 † 12,6 † 41,1. *Daniel* 11,26. *Mich.* 7,5. *Matt.* 10, 35. *Luc.* 12, 53. *Ioan.* 13,18,1. *Thessal.* 2,14.

Aminadab filius Aram, Matth. 1, 4. *hunc Naasson filius eius in regno secutus est, Num.* 1,7 † 7, 12 † 10,14.

Ammon filius Lot, & filiæ eius, Gen. 19, 38, *Ammonitæ prohibentur ab ingressu templi, Deut.* 23, 3, 2. *Esdr.* 13,1. *cæduntur ab Israel, Iudic.* 11,32,1, *Reg.* 11,11,2. *Reg.* 8, 12 † 10. * † 12, 26. *aduersus Ammon prophetatur, Psalm.* 82,8. *Ier.* 49, 1. *Ezec.* 21,20 † 25,2. *Amos* 1, 13. *Sophon.* 2,8.

Ammon filius Dauid oppressit sororem suam Thamar, 2. *Reg.* 13, 14. *vnde & ab Absalone fratre suo confoditur* 13,28.

Amon filius Manasse rex Iuda, occiditur, 4. *Reg.* 21, 19,23. *ei in regno succedit filius Iosias* 4. *Reg.* 22,1.

Amori filius Chanaan, Genes. 10,16. *Amorrhæi non patiuntur Israelem per suos terminos proficisci, Num.* 21,23. *Iudic.* 11, 19.

Amri impius rex Israel, 3. *Reg.* 16, 17, 22, 23. *contra Amri, Mich.* 6, 16.

Anamelech idolum Sepharuaim 4. *Reg.* 17, 31.

Ananias propheta contra Ieremiam, Ierem. 28,1.

Ananias cum vxore Sapphira subitò moritur, Actor. 5,5. 10.

Anathoth ciuitas Beniamin, Ierem. 32,7. *vbi & Ieremias est natus, Ierem.* 1,1 † 29,27. *& sacerdos Abiathar,* 3. *Reg.* 2,26.

Anathothitæ nolunt Ieremiam audire, Ierem. 11,21.

Andreas à Christo vocatur, Matt. 4,18. *Mar.* 1, 16. *Ioan.* 1,40.

Andronicus vicarius Antiochi occiditur, 2. *Machab.* 4,38.

Angeli, horumque ministerium, & natura, Gen. 16, 7.* 18. * 19 * 21, 17 † 22, 11 † 24, 7 † 28, 12 † 31, 11,65 † 32,24 † 48, 16. *Exod.* 3,2 † 13,21 † 14, 19 † 23,20 † 32,34 † 33,2. *Num.* 20,16 † 22, 22. *Ios.* 5, 13. *Iudic.* 2,1 † 5,23 † 6,11,14,20 † 13,3,6,9,1. *Reg.*

29,9,2.*Reg.* 14,17 † 19,27 † 24,16, 3.*Reg.* 13,18 † 19,5,4.*Reg.* 1,3,15 † 19,35,1.*Paral.* 21,15,2.*Paralip.* 32,21 *Psal.* 33,8 † 90,11 † 102,20 † 103,[illegible] † 148,2. *Isa.* 6,6 † 37, 36. *Dan.* 3,49 † 6,22 † 8, 16 † 9, 21 † 10,5,10,16 † 12, 1.*Zachar.* 2,3 † 3,1, 6 † 4,1 † 5,5, 10 † 6,4.*Mal.* 2,7 † 3,1.*Iudi.* 13, 20. *Tob.* 5,27 † 6.* 9.* 12.* *Tob.* 7,5 † 8,[illegible] † 10,11 † 11,2. *Baruc.* 6,6,2. *Mach.* 11,8. *Matt.* 20 † 2 13,19 † 4, 11 † 11, 10 † 13, 39,49 † 16,27 † 18,10 † 22,30 † 24,31 † 26,53 † 28 2.*Marc.* 13,32. *Luc.* 1,13,19,28 † 2,9,15 † 12,8 † 16, 22 † 22,43. *Ioan.* 1,51 * 5,4 † 20,12. *Act.* 1,10 † 5, 19 † 6,15 † 7,30 † 8,26 † 10,3 † 11,13 † 12, 7, 11,23 † 23,9 † 27,23. *Rom.* 8,38. *Gal.* 1,8 † 3, 19 † 4, 14. *Col.* 2,18,2. *Thes.* 1,7,1. *Tim.* 3,16 † 5,21. *Heb.* 1.* † 2, 2 † 12,22 † 13,2,1. *Pet.* 1,12 † 3,22,2. *Pet.* 2, 11. *Iudæ* 9. *Apoc.**

Angelorum ruina, Iob. 4,18 † 15,15. *Isa.* 14,9. *Ezech* 28,2,14,17. *Ioan.* 8,44,2. *Pet.* 2,4. *Iudæ*, 6.

Angelorum nomine appellantur doctores, & prædicatores, Isa. 33,7. *Malac.* 2,7 † 3,1. *Matt.* 11,10. *Marc.* 1, 2, *Luc.* 7,27. *Gal.* 4,14. *Apoc.* 2.* 3.*

Animæ quorundam piorum statim post mortem sunt cum Christo, 2. *Cor.* 5, 8. *Philip.* 1, 24. *Apocal.* 14, 13. *Contra eos qui putant illas vsque in diem iudicij quiescere.*

Anna parit prophetam Samuel, 1. *Reg.* 1, 20.

Anna prophetissa laudat Dominum Deum, Luc. 2, 36.

Annas socer Caiphæ. Luc. 3, 2. *Io.* 18, 13. *Act.* 4, 6.

Antichristus, & eius regnum, Isa. 11, 4. *Ezech.* 38.* 39.* *Dan.* 7,7,19,24 † 8, 9,23 † 9,27 † 12, 1. *Zach.* 11,15. *Matt.* 24,24. *Mar.* 13,6. *Ioan.* 5, 43. *Actor.* 20, 29,2. *Thes.* 2, 3,1. *Tim* 4,1,2. *Tim.* 3, 2. 2. *Pet.* 2.* 1. *Ioan.* 2, 18,22 † 4, 3,2. *Ioan.* 1, 7. *Iudæ.* 10. *Apoc.* 11,7 † 12,8 † 13.* † 14,9 † 17.* † 19, 20 † 20,2,8.

Antiochia suscipit Apostolorum de Christo prædicationem, Act. 11, 19, 26 † 13, 1.

Antiochus Illustris proficiscitur in Ægyptum, 1. *Machab.* 1, 18. *destruit templum, & subuertit ciuitatem Ierusalem*, 1. *Mach.* 1, 23, 33, 2. *Mach.* 5, 16. *erigit idolum super altare Domini*, 1. *Mach.* 1, 57. *moritur*, 6, 16, 2. *Machab.* 9 *

Antiochus Eupator, filius prædicti Antiochi fit rex, 1. *Machab.* 6, 17. *cum exercitu tendit in Iudæam*, 6, 31. *non seruat Israeli fidem* 6, 62. *cæditur*, 7, 4.

Antiquæ viæ inquirendæ, & obseruandæ, & à nouis declinandum, Ier. 6, 16. *Prouerb.* 22, 28. *Eccli.* 8, 11 † 39, 1. *Roman.* 16, 17. *Gal.* 1, 6, 7, 8, 1. *Timot.* 6, 20, 2. *Timot.* 4, 3, 2. *Pet.* 3, 17, 1. *Ioan.* 2, 24, 2. *Ioan. ver.* 7. *Iudæ. ver.* 18, 19, 20.

Apollo vir facundus, & Scripturarum peritus. Act. 18, 24, 1. *Cor.* 1, 12 † 3, 4 † 16, 12.

Apollonius dux in Syria, 1. *Mach.* 3, 12 † 10, 69.

Apostolus magnus est Christus, Hebr. 3, 1.

Apostoli eliguntur ex discipuli, Luc. 6, 13. *mittuntur ad annunciandum regnum Dei in Iudæa, Mat.* 10.* *Luc.* 9, 24, 46. *reuertuntur*, 9, 10. *mittuntur in vniuersum mundum ad euangelizandum, Matth.* 28, 19. *Marc.* 16, 15. *Lucæ* 24, 46. *Ioan.* 15, 16, 27 † 20, 21. *Act.* 1, 8 † 10, 42.

Apostoli vsi sunt membranis, seu libris, 2. *Tim.* 4, 13. *hortantur ad studium legendi*, 1. *Tim.* 4, 13, 15. *Opifices autem qui noctes, & dies alijs occupantur iubentur non immiscere se Ecclesiasticis rebus Eccli.* 38, 26, 37.

Apostoli, & Prophetæ habuerunt spiritum Dei, Exod. 4, 12, 2. *Reg.* 23, 2. *Dan.* 9, 10. *Zach.* 7, 7. *Matth.* 10, 20. *Marc.* 13, 11. *Ioan.* 14, 17. *Acto.* 1, 5 † 2, 4 † 4, 31 † 9, 17 † 19, 6, 1. *Cor.* 2, 12 † 12, 3, 2. *Cor.* 13, 3, 1. *Thess.* 4, 8, 2. *Timot.* 3, 16, 1. *Pet.* 1, 11, 2. *Pet.* 1, 21.

Apparitiones Dei, Angelorum & hominum, Genes. 32, 25. *Exod.* 3.* *Mumer.* 22, 21. *Ios.* 5, 13, 1. *Reg.* 28, 11. *Matt.* 17, 3 † 28, 2, 9. *Marc.* 9, 3 † 16, 5, 9, 12, 14. *Luc.* 9, 30 † 24, 4, 15, 36. *Io.* 20, 12, 14, 19, 26 † 21, 1. *Actor.* 1, 10 † 16, 9 † 18, 9.

Aqua nihil nocumenti, vel impedimenti adfert electis Dei, Exod. 14, 22, *Ps.* 65, 6. *Isaiæ* 43, 2. *Ionæ* 2, 5.

Aqua nominatur persecutio, Ps. 68, 2 † 143, 7. *Prou.* 17, 14. *Matth.* 7, 25. *Luc.* 6, 48. *Apoc.* 12, 17.

Aquæ assimilantur cognitio Dei, & dona Spiritus sancti, Isaiæ 11, 9 † 12, 3 † 35, 6 † 43, 20 † 44, 3. *Ezech.* 47.* *Zach.* 14, 8. *Ioan.* 4, 10 † 7, 38.

Aqua benedicta, vide Benedictio.

Arad rex Chananitarum pugnat contra Israel. Num. 21, 1.

Aram, qui & Ram nominatur, filius Esron, genuit Aminadab, Ruth. 4, 19, 1. *Par.* 2, 10. *Matth.* 1, 4. *Luc.* 3, 33.

Aran frater Abraham, & pater Loth, Genes. 11, 27.

Arca Noe, Genes. 6, 14 † 7.* 8.* *Sap.* 10, 4 † 14, 6. *Matth.* 24, 38, *Luc*, 17, 27. *Heb.* 11, 7, 1. *Pet.* 3. 20.

Arca fœderis Domini paratur, Exod. 25, 10, 21. *assumitur in castra contra Philistæos.* 1. *Reg.* 4, 5. *capitur* 4, 11.

Arca quid continebat, Exod. 16, 34. *Deut.* 10, 2 † 31, 26, 3. *Reg.* 8, 9, 2. *Par.* 5, 10. *Heb.* 9, 4.

Archelaus regnat loco patris sui Herodis, Matth. 2, 22.

Arioli, & aruspices, Dan. 2, 2, 27 † 4, 6, † 5, 7, 11. *Act.* 19, 13. *vide incantatores.*

Aristarchus socius S. Paulo, & in itinere, & in vinculis. Actor. 19, 29 † 20, 4 † 27, 2. *Coloss.* 4, 10.

Arphaxad rex Medorum, à Nabuchodonosor victus, Iudith. 1, 1, 5, 6.

Arsaces rex Persarum, & Medorum superat Demetrium, 1. *Mach.* 14, 3.

Artaxerxes rex Persarum recipit litteras plenas querelis aduersus Iudæos, 1. *Esdr.* 4, 7, 17. *respondet, iubet ædificationem templi impediri*, 4, 21. *permittit Israel: ædificare templum*, 1. *Esd.* 7.*

Asa filius Abiam rex Iuda tollit idola 3. *Reg.* 15, 8, 12. *subsidium quærit à Syris, & moritur*, 15, 19, 24. *Iosaphat filius eius rex post eum*, 1. *Paral.* 3, 10.

Asaph cantor Dauidis, 1. *Paral.* 6, 39 † 16, 5.

Asarhaddon, postquam pater eius Sennacherib confossus est, succedit in regnum 4. *Reg.* 19, 37, *Isaiæ* 37, 38.

Aseneth parit ipsi Ioseph Ephraim, & Manasse, Genes. 41, 50 † 46, 20.

Asia subjicitur Romanorum imperio 1. *Mach.* 8, 6.

Assuerus rex Persarum instruit splendidam cœnam, Esth. 1, 3. *accipit Esth. vxorem*, 2, 9, 17. *relinquit Darium filium suum successorem, Dan.* 9, 1.

Assur filius Sem filij Noe constituit regnum Assyriorum Genes. 10, 22, 1. *Paral.* 1, 17.

Assur virga furoris Domini Isaiæ 10,5. contra Assyrios prophetatur, Numer.24,24. Isaiæ 10,5 † 14,21 † 17,3 † 30,28,31 † 31,8.

*Rex Assur expugnat Israelitas, & transfert in Assyriam,4. Reg. 15,29. † 16. * † 17. * expugnat ciuitates Iudæ, 4. Reg.18. * 2. Paral.32.* Ezech.36.**

Assyriorum exercitus ab Angelo cæditur, 4. Reg.19, 37,2.Paral.32,21. Esaiæ 37,36. Eccli.48,24,1.Mach. 7,41,2.Machab.8,19.Tob.1,21. Ionæ 2,5.

Astharoth Iudic.2,13 † 10,6,1.Reg. 7,3 † 12,10.

Athalia filia Amos Regis Israel, 4. Reg.8,26. perdit totam ferè regiam stirpem 11,1.regnat sex annos in Iudæa, 2.Paralip.22,12. interimitur,4. Reg.11,16.20.

Athenobius mittitur ad Simonem,1.Mach.15,28.

Auaritia, Ios.7,20,1.Reg.8,3 † 25,3, 10,3. Reg.21, 2,4.Reg.5,20,22. Psal.36,16,21. Prouerb. 1, 19 † 11, 28 † 12,27 † 15,6,16,27 † 28,16, 22 † 30, 15. Eccle. 2,26 † 4,8 † 5,9 † 6,1. Esa.5,8 † 56,11. Ier.6,13 † 8, 10.Ezech.22,13. Amos 8,4. Mich. 6,10. Abac. 2,9. Eccli. 14, 3 † 31, 3 † 41,4,2. Mach. 4, 50 † 10, 20. Matth.6,19 † 26,14,47 † 27,3.Marc.8, 36. Luc.12, 15.Ioan.12,4.Act.5,1 † 8, 19 † 24, 26, 1. Corinth.6, 10.Ephes.5,3.Philipp.4,11.Coloss.3,5, 1. Timot.6,9. ad Titum 1,7,11. Heb.13,5.

Audiendum verbum Dei, vide Verbum Dei.

Axa filia Caleb traditur Othonieli in vxorem, Ios.15, 17.Iud.1,13.

Azarias filius Amasiæ rex Iudæ fit leprosus, 4. Reg. 15,5,2.Paralip.26,19. reliquit filium Ioatham regem, 4.Reg.15,32,1.Paral.3,12.appellatur Ozias,2. Paralip.26,19.Matth.1,9.Matthat.Luc. 3,29.

Azarias propheta mittitur ad regem Asa. 2. Paral. 15,2.

B

Baal idolum Samaritanorum, 3. Regum 16, 31. altare Baal destruitur, Iudic 6, 25, 30. Sacerdotes Baal occiduntur, 3.Reg.18,40,4.Reg.10, 25 † 23, 5.

Baana, & Rechob suspenduntur,2. Reg.4,12.

Baasa impius rex Israel, pugnat contra Asa regem Iuda,3.Reg.15,16. cum omni progenie sua extirpatur 16,4,11.secundum verbum Iehu, 16,1,2,3.*

Babylonica captiuitas 70.annorum prædicitur,Leuit. 26,31.Deuteronom.4,26 † 28,36,49,4. Reg. 20, 17. Esa.5,13,19.Ierem.13,19,24 † 16,9 † 20, 4,6 † 25, 8.Ezec.7. 12.* 22,5. Mich.3,12 † 4, 10. Abac.1,6. Baruc.6,1.*

Babylonicæ captiuitatis initium, 4,Reg.34. 25.* 2. Paral.36.* 3.Esdr.1,40,52.*

*Finis captiuitatis promittitur, & prophetatur, Leu. 26,42.Deut.4,49 † 30,2,3.Reg.8,33,2. Paral.6,24, 37.Esa.14,1 † 40,1 † 48,20.Ier.12,15 † 16,15 † 24, 5 † 25, 12 † 29, 10 † 30. * † 31, 9 † 32, 37 † 16,27. Ezech.11,17.Dan.9,2,25.Baruch.6,2. Liberatio fit 1. Esdr.1.* 2.* 3.Esdr.2,1.*

Babylonicæ captiuitatis causa,4.Regum 17,7,13,18. contra Babylonem, Psal.136,8.Esaiæ 13.† 14,2,4 † 21 2,9 † 47. Ier.25,12 † 50.* 51.* Baruch. 4, 27. Apocal.14,8 † 16,19 † 17.* 18.**

Bacchides dux Demetrij,1. Machab. 7,8. occidit Iudam ex præcepto Demetrij,9,18.

Balaam conducitur ad maledicendum Israel, Num. 22. † 23. * docetur à Domino quid illi loquendum sit, 23,5,26.Balaam doctrina, 2.Petr 2,15.Apoc.2,14.*

Balac rex Moabitarum mittit nuncios ad Balaam, Num.22,5.Iosue 24,9.vide Iudic.11,25. Michææ 6,5. Apocal.2,14.

Balthasar videt manum scribentem, Dan. 5,5. occiditur, & regnum eius delabitur ad manus Darij, 5, 30 † 6, 1.

Banaias dux Cerethi, & Pelethi, 2. Reg.20,23. Dauidi à consiliis 23,23,1. Paral.11,25. postea præfectus militum Salomonis, 3. Reg.2,35.

Baptismus à Christo præceptus, Mat.28,9.Marc.16, 16.Ioan.3,5.

Baptismum docuerunt Apostoli, & administrarunt, Act.2,38,41 † 8,12,36 † 9,18 † 10,47 † 16, 15, 33 † 19,4 † 22,16.Rom.6,3,1.Cor.1,14. Gal.3, 17. Ephes. 4,5.Heb.6,2.

Baptismus saluat,1.Petr. 3,21. baptismus est lauacrum regenerationis, Tit. 3,5.

Baptismus tollit omnia peccata, Genes. 17, 14. Esa. 44,3.Ezec.36,25.Zachar.13,1. Matth. 18, 14 † 28, 19.Marc.1,4 † 16,16, Ioan.1,33 † 3,5. Act.2, 38 † 8, 12,38 † 16,33 † 18,8.Rom.6,3,4,5,6. 1. Cor.6,11. Ephes.5,26.Coloss.2,11. * Tit.3,5.* Hebr. 10, 22, 1. Petr. 3,21.*

Baptismus non est iterandus, Ephes. 4,5. Hebr. 6,6 † 10,26. Idem declarat ipsius figura, Genes. 17, 14, 1. Cor. 10,2.

Baptismus Ioannis, Matth. 3,6 † 21,25. Marc.1,4 † 11,30. Luc. 3,16 † 7,29 † 20,4. Ioan. 1,25, 33 † 3, 23. Act.1,5 † 11, 16 † 13,24 † 19,3.

Baptismus pœnitentiæ prædicatur, Mar.1,4. Luc,3,3. Act.2,38 † 13,24 † 19, 3.Rom.6,3,Col.2,12.

Baptismi nomine significatur passio, Matt.20,22. Mar. 10,38.Luc.12,50.

Baptismus in Spiritu sancto, & igne Matt.3,11. Marc. 1,8.Luc.3,16.Ioan.1,33.Act.1,5 † 2,4 † 11, 15.

Baptizandi sunt paruuli, Genes.17,14. Exod. 4,24, 25,26.Matth.11.28 † 18, 14 † 19, 13. Mar. 10, 14. Luc.18,15. Ioan.3,5.Act.2,39, 41 † 16,15,33 † 18,8. 1.Cor.1,16 † 10,2 † 15,22,1.Timot.2,4.

Baptizari in Scripturis aliquando exprimitur per verbum, illuminari, Hebr. 6,4. aliquando per renouari, Hebr.6,6.

Baptizatus Christus, Matth.3,15. Marc.1,9. Luc. 3, 21.in baptizatum delabitur Spiritus sanctus, Matth.3, 16.Mar.1,8. Luc. 3,21. Ioan.1,33.

Baptizat Chtistus per discipulos, Io.3,22 † 4,2.

Baptizata integra domus, 1.Cor.1, 14. Act. 16, 15, 33 † 18,8 † 16,33.

Baptizati accipiunt Spiritum sanctum. Act. 2, 38 † 19,3. Induunt Christum Gal.3,27. in morte ipsius baptizantur. Rom.6,3. in vnum corpus baptizantur, 1.Corint.12,13,27.

Baptizatur Simon Magus, Act.8,13.

Baptizatur Eunuchus, Act. 8, 38.

Baptizatur Cornelius gentilis. Act. 10, 47.

Bariehu à Deo per Paulum vsu oculorum priuatur. Act.13,11.

Barnabas ponit pretium agri ante pedes Apostolorum, Act.4,37.ducit Paulum ad Apostolos,9,27.mittitur An-

siochiam, 11, 22. redit in Ierusalem, 11, 30. iterum recepit se Antiochiam cum Paulo, 12, 25

Barabbas latro dimittitur, Mat. 27, 26. Marc. 15, 15. Luc. 23, 25. Ioann. 18, 40. Act. 3, 14

Bartymæus visu donatur Marci 10, 46, 52

Baruch filius Neriæ, Ierem. 32, 12. dictante Ieremia scribit librum, qui conburitur, 36. * conscribit alium, qui populo prælegitur 45, 1. Baruch 1, 3

Barzellai prouidet regi Dauid de cibis, 2. Reg. 17, 27. deducit cum vsque ad Iordanem, 19, 31. * Dauid præcepit vt filijs Barzellai benefiat, 3. Reg. 2, 7.

Barzellai quoniam suæ genealogiæ scripturam demonstrare non poterat, reijcitur à Sacerdotio, 1. Esd. 2, 62. 2. Esdræ 7, 64

Basemath filia Salomonis, vxor Achimaas, 3. Reg. 4, 15

Bathuel filius Nachor pater Rebeccæ, Gen. 22, 23.

Beatitudo, seu beatorum gaudium, & vita æterna, Sapien. 3, 7 † 5, 1, 16. Esaiæ 25, 9 † 30, 29 † 49, 10 † 60. * 64, 2. Ier. 31, 3, 8, 13. Dan. 12, 13. Matth. 13, 43 † 19, 28 † 25. * Marc. 12, 25. Luc. 9, 33 † 16, 22 † 22, 29. Ioan. 16, 20 † 17, 2, 24. Roman. 8, 30, 1. Cor. 2, 9 † 15, 41, 2. Corint. 12, 3, 2. Timot. 4, 8, 1. Petri 1, 4, 8 † 5, 4. Hebr. 10, 35 † 12, 23. Iac. 1, 12. Apoc. 2. * 3. * 7, 9, 15 † 14, 1 † 21. * 22

Beatitudo quomodo comparetur, Esa. 25, 9. Mat. 20, 23 † 25, 34. Mar. 10, 40. Io. 3, 15, 16, 36 † 5, 24 † 20, 29. Act. 2, 21 † 5, 11 † 16, 31. Rom. 1, 16 † 10, 4. Ephes. 1, 13 † 2, 6, 1. Thess. 5, 9, 2. Thess. 2, 13, 2. Tim. 1, 9. Tit. 1, 1 † 3, 5, 1. Pet. 1, 9. Heb. 5, 12

Belis, & Draconis historia, Daniel 14. *

Bellum est pœna peccati, Leu. 26, 24. Deut. 28, 36, 49. Iudic. 2, 13 † 3, 1, 8 † 4, 1 † 6, 1 † 10, 6 † 13, 1. Esa. 5, 25. Ierem. 5, 15

In Belli necessitate quomodo se quis habere debeat, Exod. 17, 8, 12, 1. Reg. 17, 20. * 2. Par. 12, 2, 6 † 14, 9, 12 † 18. * 20, 1 † 33, 1, 6. Iudith 8, 9. * 1. Mach. 3, 16, 20 † 4, 7, 10 † 7, 41, 45, 2. Machab. 8, 16, 19. Deus pugnat pro suis, Exo. 14, 13. Deut. 1, 30 † 3, 22, 1. Reg. 17, 46, 2. Paralip. 20, 15. Ps. 17, 35 † 143, 1. Esaiæ 30, 15. Quære Victoria

Bellandum armis quoque spiritualibus, Rom. 13, 12, 2. Cor. 10, 4. Ephes. 6, 11. Galat. 5, 17

Bellum quibus de causis susceperint olim fideles, Genes. 14, 14. Iudic. 9, 27 † 20. * Ios. 10, 1, 7, 1. Reg. 30, 1, 8.

Benedictio qua homo homini benedicit, Gen. 14, 19 † 27, 4. * † 28, 4 † 48, 9. Exod. 12, 32, 39, 43. Leuit. 9, 22. Num. 24, 9. * Deut. 10, 8 † 33, 1. Iosue 8, 33 † 14, 13 † 15, 19 † 22, 6, 1. Reg. 2, 20, 2. Reg. 6, 18 † 13, 26 † 14, 22 † 19, 29, 3. Reg. 1, 47 † 8, 14, 4. Reg. 10, 14, 1. Paral. 16, 2, 2. Paralip. 6, 3. Iudith 15, 10. Psalm. 117, 26 † 128, 8. Prouerb. 27, 14, 1. Machabæor. 2, 69, Luc. 2, 34 † 6, 28. Roman. 12, 14. Hebr. 7, 2.

Benedictio qua creaturæ consecrantur, & sanctificantur, Exod. 28, 2 † 29, 6, 27. Leuit. 21, 10 † 22, 2 † 27, 28, 29, 30. Num. 5, 17 † 31, 6. Iosue 6, 24. Iud. 17, 3, 1. Reg. 21, 5, 1. Par. 18, 11, 3. Esdr. 1, 41. 1. Timoth. 4, 5. * Hebr. 9, 2, 3. Hinc consecratio Sacerdotum, vestium, altarium, templorum, cereorum, aquæ lustralis, & cæter.

Benhadad seruat fidem, & pactum cum rege Asa. 3, Reg. 15, 20. obsidet Samariam, 20. 1, 4. Reg. 6, 24. ægrotat, & moritur 8, 7, 15.

Benhádad filius Hazael fit rex Syriæ, 4. Reg. 3, 24. subijcit sibi Israelem, 13, 3.

Beniamin filius Iacob nascitur, Gen. 35, 16.

Beniamitæ abutuntur vxore Leuitæ, Iud. 19, 25. puniuntur, 20, 41.

Besceel insignis artifex, Exo. 31, 1 † 35, 30

Bestiæ, & bruta animantia non crudeliter tractanda, Gen. 33, 13. Exod. 23, 12. Num. 22, 23, 28. Deut. 5, 14 † 22, 10. Prou. 12, 10. Eccli. 7, 24

Bethsabee filia Eliam vxor Uriæ à Dauid cognoscitur, & parit. 2. Reg. 11, 4, 27. puer ægrotat, & moritur, 12, 15, 18. fit vxor Dauidis, parit ei Salomonem, 12, 24, 1. Par. 3, 5. Matt. 1, 6.

Bethsaida vrbs natiua Andreæ, & Philippi, Ioan. 1, 44 † 12, 21. deploratur, Matt. 11, 21. Luc. 10, 13.

Bethsamitæ grauiter puniuntur, 1. Reg. 6, 19

Bona opera pietasque vera in Deum commendantur, Exod. 19, 5 † 20. * † 23, 19, 25. Deuter. 5, 6, 11, 16 † 10, 12. Iosue 22, 5, 1. Reg. 15, 22. Psalm. 2, 10 † 39, 7 † 49, 14. Prouerb. 3, 1 † 14, 31 † 1, 3. Esaiæ 1, 16 † 58, 6. Ierem. 22, 3. Ezech. 18, 6. Ose. 6, 11. Mich. 6, 8. Zach. 7, 9 † 8, 16. Eccli. 35, 12. Matth. 5, 24, 29, 39 Luc. 1, 75 † 3, 11. Ioan. 12, 26. Roman. 12. * 13. * 14, 17. Philip. 3, 3. Iac. 1, 27. vide Opera.

Bonitas, & benignitas Dei erga suos Gen. 18, 26, 30. Exod. 6, 1 † 9, 26 † 11, 7 † 20, 6 † 34, 6. Num. 20, 8. Deuter. 4, 29 † 5, 10 † 7, 9 † 10, 18 † 28, 1 † 30, 3 † 32, 10, 2. Reg. 7, 12 † 12, 13 † 24, 14, 3. Reg. 8, 23, 4. Reg. 20, 5, 2. Esdr. 9, 8. Sap. 11, 24. Eccli. 2, 12 † 18, 1. Psal. 31, 5 † 35, 7 † 36, 25 † 85, 5, † 102. * † 135. * † 144, 8. Esaiæ 30, 18 † 54, 5, 7 † 55, 7. Ierem. 12, 15 † 18, 8. Ezech. 18, 27 † 33, 15. Ose. 2, 21. Ioel. 2, 13. Ionæ 4, 2. Matt. 11, 28 † 18, 19. Luc. 1, 30 † 6, 36 † 15, 20, 27 † 23, 43. Rom. 11, 4, 31, 2. Corinth. 1, 3. Ephes. 2, 4, 1. Timoth. 1, 13, 16.

C

Cæcitas tum corporis, tum animi Genes. 19, 11. Deut. 28, 28, 4. Regum 6, 18. Psalm. 68, 24 † 145, 8. Esaiæ 6, 10 † 42, 7, 16, 18 † 35, 5 † 29, 18 † 43, 8 † 56, 10 † 59, 10. Sapient. 2, 21. Tob 2, 11, 2. Machab. 10, 30. Matth. 15, 14. Marc. 8, 18. Luc. 4, 19. Ioan. 9, 1, 4 † 12, 40 Act. 9, 8, 18 † 13, 11. Rom. 1, 21 † 11, 10, 2. Cor. 4, 4. Ephes. 4, 18, 2. Petr. 1, 9, 1. Io. 2, 11. Apoc. 3, 17

Cæci illuminantur, Tob. 11, 15. Matt. 9, 30 † 20, 34. Mar. 8, 25 † 10, 46. Luc. 18, 35. Ioan. 9, 7

Cerimoniæ Ecclesiasticæ, seu cultus externus, Gen. 8, 20 † 14, 18 † 15, 9 † 17, 10 † 22. * † 26, 5 † 28, 11 † 33 20 † 43, 4, 26. Exo. 12. * † 18, 20 † 19. * Leu. 8, 34 † 9. * † 10, 19 † 12. * † 14. * † 23. * † 24. * Numer. 1, 50 † 4. * † 5. * † 6. * † 7. * † 8. * † 9. * † 15. * 1. Paral. 23. * 1. Esdr. 6. * Matth. 2, 11

Cærimoniæ, seu ritus certi in orando, 3. Regum 8, 22, 54 † 17, 21 † 18, 42, 2. Paralip. 5, 12. * Matth. 2, 11 † 26 39. Mar. 14, 35. Lucæ 22, 41, 1. Cor. 11, 4. * 1. Timoth. 2, 8.

Cain primus filius Adam nascitur, Gen. 4, 1. occidit suum fratrem Abel. 4, 8. Sap. 10, 3, 1. Io. 3, 12

Caleb filius Hesron, 1. Par. 2, 18. explorator terræ Chanaan. Num. 13, 8, 31 † 14, 6, 24, 30, 38

Postulat, & consequitur terram Hebron. Ios. 14,6, 9,13 † 21,12. *Iudic.*1,20,1. *Paral.*6,56

*Calix iræ, & furoris, Esa.*51,17. *Ierem.*25,15. *Psal.* 59,5 † 74,9. *Apocalyps.*16,19

*Calix passionis, Matth.*20,22 † 26,38. *Marc.* 10,38. *Luc.*22,42. *Ioan.* 18,11

Camos, vide Chamos.

Cana ciuitas Galilææ, vbi Christus aquam in vinum mutauit, Ioan. 2,7

Canaan filius Noe maledicitur, Genes. 9,25 † 10,1, 6. *laus terræ Chanaan, Deut.*11,10. *Terra Canaan promittitur Abrahamo, & eius semini, Gen.* 12,7 † 13,15 † 15,18 † 17,8 † 26,4 † 35,12. *Exod.* 3,8,17. *Leuit.* 20,24. *Deuter.* 9, 6. *datur, Iosue* 13, 6. *quam ob causam Deus Cananæos expulerit, Leuit.*18,25. *Deuter.* 9, 4 † 18,12 † 20,17. *quamobrem paulatim, & non simul illas nationes profligauerit, Exo.*23,29. *Deut.* 7,22. *Iudic.*2,23 † 3,1. *descriptio, & diuisio terræ Chanaan, Gen.*10,19. *Exod.*23,31. *Numer.* 26,52 † 33,54 † 34. * *Iosue* 13. * † 14. * † 15. * † 16. * † 17. * † 18. * † 19. * *Ezech.*47,13,21

Cananæa mulieris filia à dæmonio liberatur, Matt. 15, 28

Capharnaum, ciuitas Galilææ, in qua cœpit Iesus prædicare, Matt. 4, 17. *Luc.* 4, 31. *curat ibidem seruum Centurionis Matth.*8,13. *appellatur ciuitas eius,* 9, 1. *increpatur,* 11,13

*Captiuos inuisere, Genes.*14,14,1. *Regum* 30,9. *Tob.* 1,15. *Ierem.* 38,9. *Matth.*25,37. *Act.* 12,5,2. *Timot.*1, 16. *Hebr.* 13,3

Captiuos non deserit Deus, Gen. 39,21. *Sap.* 10,13. *Esa.*42,7. *Actor.*5,18 † 12,17 † 16,25

*Carnem suam crucifigere quomodo quisque debeat, Eccli.*19,1. *Rom.*6,12 † 8,12,13,14. *Galat.*5,16. *Ephes* 4,22 † 5,3. *Tit.*2,12,1. *Pet.*2,1 † 4,2,6. *Hebr.*12,1

Castitas cœlibum præfertur castitati coniugali, Psalm. 44,15. *Sap.*6,20. *Matth.*19,12 † 22, 30, 1. *Cor.* 7, 25, 32,34,38. * *Apoc.*14,4.

Castitas hæc consulitur, vt perfectio euangelica, Mat. 19,12,1. *Cor.*7,25

*Castitatis laus, s.Reg.*21,5. *Tob.*6, 16. * *Iudith.*15, 11 † 16,26. *Psal.*44,15. *Prou.*22,11. *Sap.*3,13,14 † 4, 1,2 † 6,20. *Eccli.*6,28 † 26,20. *Esa.* 7,14 † 56,3,4,5. * *Zach.* 9,17,2. *Machab.*14,38. *Matth.*5,8,48 † 19,12 † 22,30. * † 25,1. *Luc.*1,27 † 20,34. *Act.*24,25. *Roman.* 2,7,1. *Corinth.*7,25. * 2. *Corint.*6,5 † 11,2,1. *Tim.*2,2 † 3,2 † 4,12 † 5,2. *Tit.*1,8 † 2,5. *Apoc.* 14,4

Cauendum à pseudoprophetis, Matt. 7,15. *Marc.*8, 15 † 13,6. *Luc.*17,23

Cayphas summus Sacerdos consilium dat contra Christum, Ioan. 11,49 † 18,14. *prohibet Apostolis ne prædicent, Act.* 4,18.

Cephas, vide Petrus.

Cereorum, & lampadum in templis vsus, 2. *Paral.* 4,20.

Certi non sumus de accepta peccatorum remissione, vel vita æterna consequenda, Eccle. 9,1,2. *Eccli.*5,5. *Rom.*8,17 † 11,20,1. *Cor.*4,3,4,5 † 9,27 † 10,12. *Philip.*2,12 † 3,11,13,1. *Timot.*1,19. 2. *Petr.* 3,17, *Hebr.*3,14 † 4,1

*Chamos, siue Camos, idolum Moabitarum, Num.*21, 29. *huic Salomon ædificat templum,* 3. *Reg.* 11,7. *destruitur,* 4. *Reg.*23,13

Charitas virtus fide præstantior, Prouerb. 10, 12. *Matth.*22,38 † 25. * *vbi à nuptijs excluduntur non habentes oleum charitatis, Marc.*12,33,1. *Corin.*12,31. * † 13,1,8,13. * *Colossenses* 3,14,1. *Tim.*1,5,1. *Petri* 4, 8,1. *Ioan.*4,16

Charitas fraterna, Gen. 13,8. *Leuit.* 19,18. *Deut.* 22,1,1. *Reg.* 18,1. *Eccli.*25,2. *Psalm.* 132,1. *Prouer.* 10,12. *Matt.*7,3 † 19,19 † 22,38. *Ioan.* 13,14,34 † 15,12. *Rom.*12,10 † 13,9,1. *Corin.*13. * *Gal* 5,14. *Ephes.*4,15 † 5,1. *Philip.*2,2. *Col.*3,13,1. *Thessal.*4,9; 1. *Timot.*1,5. *Hebr.*13,1,1. *Petri* 4,8,1. *Ioan.*3,23 † 4, 7. *Diligendi etiam inimici, Exodi.*23,4,1. *Reg.* 24,5,7 † 26,5 † 30,11,2. *Reg.*19,19,4. *Regum* 6,21. *Iob.*31, 29. *Prouerb.*25,21. *Matth.*5,44. *Luca* 6,27,35 † 23,33 *Actor.*7,60. *Roman.*12,20. *vide Dilectio.*

*Choreas ducere, Exod.*32,6, 19. *Iudic.* 11, 34 † 21, 21,2. *Regum* 6,14. *Psal.*149,3 † 150,4

*Christus Iesus verus Deus, & homo promittitur, Genes.*3,15 † 12,3 † 17,19,21 † 22, 18 † 26, 4 † 28, 14 † 49,10. *Num.*24,17. *Deuter.*18,18,1. *Reg.*2,10, 35,2. *Reg.*7,13. *Psa.*2. * 21. * 109,1. *Esa.*7,15 † 8, 3 † 9,6 † 11,1,10 † 28,16 † 40,9 † 42,1 † 45,1 † 46,13 † 49,1,6,10 † 50,5 † 52,10 † 59,20 † 53. * † 60,1 † 62,11. *Ierem.*23,5 † 30,9 † 33,15. *Ezech.* 17,22 † 34,11,15,23 † 37,24. *Dan.* 7,13 † 9,24. *Mich.* 5,1. *Agg.*2,8. *Zach.*2,10 † 3,8 † 9,9. *Malac.*3,1.

*Christus secundum promissum Dei patris primum in tempore propter nos verus homo factus, & nobiscum conuersatus, Ioan.*1, 14. *Deus in carne manifestatus est,* 1. *Tim.*3,16,1. *Ioan.*4,2. *Deus misit Filium suum in similitudinem carnis peccati, Rom.*8,3

Christus est verus Dei Filius, Matt. 3,17 † 14,33 † 17,5. *Marc.*1,11 † 5,7 † 9,7 † 15,39. *Lucæ* 1,31 † 3, 22 † 9,3,5. *Ioan.*1,34,49 † 6,69 † 9,36 † 11,27 † 19 7. *Roman.*1,4 † 8,3. *Heb.*1,2 † 5,8 † 6,6 † 7,3 † 10, 29,2. *Pet.*1,17,1. *Ioan.*3,8 † 4,9 † 5,20

*Christus conceptus de Spiritu sancto, Matt.*1,20. *Luc.* 1,35

Christus natus ex Maria Virgine, Mat. 1,25. *Luc.*1, 31 † 2,6,1. *Gal.*4,4. *Isa.* 7,14. *natus in Bethleem, Matt.*2,1. *Lucæ* 2,6,11. *Ioan.*7,42. *Micha.*5,1.

Christus sine peccato, Isaiæ 53,12. *Io.*8,46,2. *Cor.*5, 21,1. *Pet.*2,22,1. *Io.*3,5. *Hebr.*4,15 † 7,26. *circumciditur, Luc.*2,21. *baptizatur in Iordane, Matth.* 3, 16. *Marc.*1,9. *Lucæ* 3,21

*Christus manifestatur, & demonstratur certis testimonijs, Matth.*1,1,16,23 † 3,11 † 8,29 † 11,5 † 16, 16 † 17,5 † 22,44 † 26,64 † 27,53. *Mar.*9,7 † 15,39 *Luc.*1,41,31 † 2,10,16. * † 9,29 † 22,68. *Ioan.*1,14, 29,32,49 † 2,11 † 3,2,13,16,35 † 5,39 † 6,69 † 7, 40 † 9,35 † 10,7,24,36 † 11,27,41 † 12,17 † 14. * † 15,25 † 17,1 † 20,28. *Rom.*1,2 † 8,3 † 9,5,2. *Corinth.*5,19. *Galat.*4,4. *Philip.*2,6. *Col.*2,9,1. *Timot.* 3, 13. *Tit.*2,11. *Hebr.*1. * † 5. * 1. *Ioan.*5,20.

*Christus est agnus Dei, Isa.*53,7. *Io.*1,29. *Actor.*8, 31,1. *Corinth.*5,7. *Apocal.*5,6,12 † 7,9,17 † 13,8 † 14,1,8 † 17,14

*Christus est dominus dominantium & rex regum, Ezech.*37,24. *Psalm.*2,6 † 24,7. *Coloss.*2,10,1. *Timot* 6,15. *Apoc.*

6,15. Apoc. 1, 5 † 17, 14 † 19, 16. Christus est imago Dei, Sapien. 7, 26, 2. Corinth. 4, 4. Hebr. 1, 3

Christus est lux gentium, & totius mundi, Isaiæ 2, 5 † 9, 2, † 42, 6 † 49, 6 † 60, 1, 19. Matth. 4, 16. Lucæ 2, 32. Ioan. 1, 4 † 3, 19 † 8, 12 † 9. 5 † 12, 35, 46. Actor. 13, 47, 1. Ioan. 1, 5 † 2, 8. Apocalyp. 21, 23

Christus verus pastor, Isa. 40, 11. Ezech. 34. * † 37, 34. Mich. 5, 3. Zach. 13, 7. Matt. 26, 30. Marc. 14, 27. Io. 10, 11. Hebr. 13, 20, 1. Petri 2, 25 † 5, 4

Christus docuit, & prædicauit, Matt. 4, 17 † 5. * 6. * 7. * Marc. 1, 14. Luc. 4, 15. † 6, 20. * curauit omnem infirmitatem, Matt. 4, 23 † 8. * † 9, 2, 20, 28. Mar. 8, 23. Luc. 17, 12

Christus est transfiguratus, Matth. 17, 2. Mar. 9, 2. Lucæ 9, 29

Christus per proditorem traditur, quære Iudas.

Christus passus est, Psalm. 21. * Isaiæ 53. * Dan. 9, 26. Mat. 16, 21 † 17, 12, 22 † 20, 18, 22 † 26, 37, 66 † 27. * Marc. 8, 31 † 9, 31. Lucæ 17, 25 † 18, 31 † 23. * Ioan 8, 28 † 19. * Acto. 3, 18 † 8, 32 † 17, 3. Roman. 8, 32, 1. Petri 2, 21 † 4, 1. Hebr. 2, 18 † 13, 12

Christus est crucifixus, Matt. 27, 55. Marc. 15, 24. Luc. 23, 32. Ioan. 19, 18. Actor. 2, 23 † 4, 10, 1. Corinth. 2, 2, 2. Corinth. 13, 4

Christi passio prædicta, & præfigurata est. Gen. 22, 2. Num. 21, 8. Psalm. 21. * Isaiæ 53. * Dan. 9, 26. Mat. 20, 22. Io. 3, 14, 16 † 8, 28 † 12, 32

Christus mortuus est, & sepultus propter peccata nostra, Matth. 27, 49, 58. Mar. 15, 37, 42. Luc. 23, 45, 49. Ioan. 19, 30, 41. Act. 13, 29. Rom. 5, 6 † 6, 10 † 8, 34 † 14, 9, 1. Corint. 15, 3, 2. Corinth. 5, 15, 1. Thessal. 5, 10. vt prædixerat futurum, Mat. 16, 21 † 20, 22

Christus tertia die resurrexit à mortuis, Ps. 15, 10. Mat. 28, 6. Mar. 16, 6. Lucæ 24, 5. Io. 20, 9. Act. 2, 24, 31 † 10, 40 † 13, 30 † 17, 31. Rom. 4, 25 † 8, 34 † 14, 9, 1 Cor. 15, 4, 12, 3. Tim. 2, 8. idque prædictum, & præfiguratum est, Psal. 15, 10. Ionæ 2, 1. Matth. 12, 40 † 16 21 † 17, 22 † 20, 22. Marc. 8, 31 † 9, 31 † 10, 34. Lucæ 11, 30 † 18, 33. Ioan. 2, 10

Christus ascendit in cœlum, Marci 16, 19. Luc. 24, 51 Io. 3, 13 † 6, 62. Act. 1, 9. Eph. 1, 20 † 4, 8, 1. Pet. 3, 22. Heb. 4, 14. Psal. 67, 19

Christus est Deus, & Dei filius à principio, & ab æterno, Ioan. 1, 1 † 8, 58 † 17, 5, 24. Michæ. 5, 2. Prouer. 8, 22. Colos. 1. 16. Heb. 1. 2

Christus mediator, reconciliator, & aduocatus, Jo. 6, 44, 65 † 10, 7 † 14, 6. Act. 4, 12. Rom. 3, 25 † 5, 2 † 8, 24. Galat. 3, 20. Ephes. 2, 14, 17 Coloss. 1. 9, 1. Timot. 2, 5. Heb. 7, 24 † 8, 6 † 9, 15 † 12, 24, 1. Ioa. 2, 1 † 4, 10

Christus sedet ad dexteram Dei patris, Ps. 109, 1. Mat. 22, 44. Marc. 16. 19. Lucæ 22, 69. Act. 7 56. Rom. 8, 34. Eph. 1, 20. Coloss 3, 1, 1. Pet. 3, 22. Hebr. 1, 13 † 10, 12 † 12, 2

Christus venturus est iudicare viuos & mortuos, Ps. 95, 13. Matt. 16, 27 † 24, 30 † 25, 21. Lucæ 17, 24, 30 † 21, 25. Ioan. 5, 22. Act. 1, 11 † 10, 42 † 17, 31. Rom. 2, 16, 2. Cor. 5, 10. 1. Thess. 4, 16. 2. Thess. 1, 7, 2. Timot. 4, 1, 1. Pet. 4, 5. Heb. 9, 28. Iudæ 14. Apoc. 1, 7 † 20, 11

Christo omnia tradita sunt à Patre, & subiecta, Matth. 11, 27 † 28, 18. Lucæ 10, 22. Ioan. 3, 35 † 17, 2. Ephes. 1, 22.

Per Christum cuncta sunt creata, Ps. 32, 6. Ioan. 1, 3. Ephes. 3, 9. Coloss. 1, 15. Hebr. 1, 2

Christus manet in æternum, Psalm. 109, 4. Isa. 9, 7. Dan. 7, 14. Mich. 5, 1. Ioan. 12, 34

Christus est Leo, Apoc. 5, 5.

Christus est stella matutina, 2. Petri 1, 19. Apoc. 22, 16

Christus nouit omnia, Ioan. 16, 30 † 21, 17. Apoc. 2, 23

Christus est vnum cum Patre, Ioan. 10, 30 † 14, 10, 20 † 17, 21

Christus sibi reputat fieri quod Christianis fit Zach. 2, 8. Prou. 14, 31 † 17, 5. Matth. 10, 42 † 18, 5 † 25, 35. Mar. 9, 40. Luc. 10, 16. Act. 9. 4, 1. Thess. 4, 8

Christiani appellantur fideles Actor. 11, 26 † 26, 28, 2 Cor. 10, 7

Christiani dicuntur sancti, quia sanctitatem profitentur, Act. 9, 41. Roman. 1, 7 † 12, 13 † 15. 26 † 16, 2, 15, 1. Corint. 1, 2 † 6. 1 † 14, 33, 2. Cor. 1, 1 † 9, 1, 12 † 13, 12. Ephes. 1, 1, 15 † 5, 8. 18 † 4, 12 † 6, 18. Philip. 1, 1 † 4. 21. Colossen. 1 * 1. Thess. 5 27, 1. Timot. 5, 10. Hebr. 6, 10 † 13, 24

Christianis viuendum sicut Christus vixit, Galat. 2, 19, 1. Ioan. 1, 7 † 2, 6 † 3, 3

Christiani erant cum Christo, Io. 12, 26 † 14, 3 † 17, 24

Chus filius Cham, Genes. 10, 6, 1. Paral. 1, 8

Chusai amicus Dauidis, nunciat Dauidi quid in eum meditetur Absalon, 2. Reg. 15. 32 † 17, 15, 16

Chusan Rasathaim rex Syriæ regnat super Israel octo annos, Iudicum 3, 8

Cibus quis Iudæis vetitus, Exod. 21, 28 † 22, 31. Leuit. 3, 17 † 7, 23 † 11, 4 † 17, 10, 13 † 19, 26. Deuter. 12, 16, 23 † 14, 7, 10, 1. Reg. 14, 32

Ciborum, & potus in conuiuijs luxus, Isaiæ 5, 12. Ezech. 16, 49. Luc. 21, 34 † 16, 19. Roman. 13, 13. Galat. 5, 21, 1. Pet. 4, 3, 2. Pet. 2, 13. vide Ebrietas

Cibare esurientes, seu fame laborantes Deut. 23, 4. Iudic. 8. 5, 1. Reg. 21, 3 † 30, 8, 23, 2. Reg. 16, 1. Isa. 58, 7. Matth 25, 35

Cibus sumendus cum gratiarum actione, vide Gratia.

Cibi delectus habendus, vide Abstinentia.

Circumcisio carnalis, & spiritualis, Genes. 17, 10 † 21, 4 † 34, 24. Exod. 4, 25 † 12, 44. Leuit. 12, 3. Deuter. 10, 16 † 30. 6. Iosue 5, 2, 7. Iudith. 14, 6, Ierem. 4, 4 † 6, 10 † 9, 25, 1. Machab. 1, 16, 51, 63, 2. Mach. 6, 10. Luc 1, 59 † 2 21. Ioan. 7, 22. Act. 7, 8 † 15, 1. 24 † 16, 3. Rom 2. 25, 29 † 3, 1 † 4, 10, 1. Cor. 7, 19. Galat. 2, 3 † 5, 2 † 6, 12. Ephes. 2, 11. Philipp. 3, 2. Coloss. 2, 11 † 3, 11

Claudius Cæsar Romanus, præcipit omnes Iudæos exire Roma Act. 18 2. huius tempore magna erat in orbe annonæ charitas, Act. 11, 28

Claudius Lysias mittit Paulum ad Felicem præfectum Cæsareæ, Act. 23, 23, 30

Cleopatra filia Ptolemæi traditur Alexandro, 1. Machabæorum 10, 58. huic adimitur, & traditur Demetrio 11, 12

Cleophas ibat cum altero discipulo in Emmaus, Lucæ 24, 13. cognouit Christum in fractione panis, 24, 30

Cogitationes prauæ quas odit Dominus, Zach. 8, 17. Prou. 6, 14. Matth. 15, 19. Marc. 7, 21

Cogitationes cordis Deus nouit, 3. *Reg.* 8, 39, 2. *Par.* 6, 30. *Ioan.* 2, 25. *& nulla latet eum*, *Iob.* 42, 2. *Eccli.* 42, 19. *Isaiæ* 29, 15. *Matth.* 9, 4. *Hebr.* 4, 12. *nouerunt eas, & alij quibus Deus voluerit reuelare*, 4. *Reg.* 5, 26 † 6, 12. *Dan.* 2, 29. *

Cognoscere licet subinde homines ex verbis, & factis, Eccli. 19, 27 † 27, 9. *Matt.* 7, 16 † 12, 33. *Lucæ* 6, 44

Cognosci Deus humana sapientia non potest, nisi ipse reuelet paruulis, & humilibus, Mat. 11, 25 † 16, 17. *Luc.* 21. *Ioan.* 7, 28 † 8, 19, 27 † 10, 14 † 14, 4 † 15, 15 † 17 6. *Acto.* 17, 23, 1. *Cor.* 1, 17, 18 † 2, 6, 10 † 3, 19. *Coloss.* 1, 26

Concionatorum, Pastorum, & Prophetarum officium, 1. *Reg.* 12, 23. *Isa.* 58, 1 † 61, 1. *Ierem.* 1, 5. *Ezec.* 3, 1. 9, 12 † 33, 2, 7. *Act.* 3, 18, 24. *vide Episcoporum electio, & officium.*

Concordia fratrum commendatur, Psal. 132, 1. *Eccli.* 25, 2. *Roman.* 12, 16. *idem sapere, idemque sentire iubemur, Roman.* 12, 16 † 15, 6, 1. *Corinth.* 1, 10. *Ephes.* 4, 3. *Philip.* 2, 2 † 3, 17 † 4, 2, 1. *Pet.* 3, 8

Concupiscentia prohibetur, & punitur, Exod. 20, 17. *Num.* 11, 33 † 21, 5, 6. *Iosue* 7, 21, 24. *Eccli.* 19, 1 † 42, 11. *Iob.* 31, 1. *Prouer.* 6, 25. *Matth.* 5, 28. *Marc.* 4, 19. *Rom.* 6, 12 † 7, 8 † 13, 14. *Galat.* 5, 16, *Col.* 3, 5, 1. *Thess.* 4, 3, 1. *Timot.* 6, 11, 2. *Tim.* 2, 22, 1. *Corin.* 10, 6, 1. *Petr.* 1, 15 † 2, 11 † 4, 3, 2. *Petri* 1, 4, 1. *Ioan.* 2, 16. *Iacob* 1, 14 † 4, 1. *Iudæ* 23

Concupiscentias carnis crucifigere, refrenare, & mortificare iubemur, Eccli. 18, 30. *Rom.* 6, 12 † 8, 8, 12 † 13, 14. *Galat.* 5, 16. *Ephes.* 4, 22 † 5, 3. *Coloss.* 3, 5. *Tit.* 2, 12, 1. *Pet.* 2, 1 † 4, 3, 6. *Heb.* 12, 1

Condonandum fratri in nos peccanti, Eccli. 28, 8. *Matth.* 5, 23 † 6, 14 † 18, 22, 35. *Luc.* 17, 3. *Ephes.* 4, 32. *Coloss.* 3, 13

Confessio peccatorum in scripturis varia, & multiplex, Genes. 41, 9. *Leuit.* 16, 21, 39 † 26, 40. *Numer.* 5, 6. *Ios.* 7, 19, 2. *Reg.* 24, 17, 1. *Esdr.* 9, 6, 2. *Esdr.* 9, 2. *Ps.* 27, 7 † 31, 5 † 37, 19 † 73, 19 † 94, 2. *Prouerb.* 16, 3 † 18, 17 † 28, 13. *Eccli.* 4, 25, 31 † 7, 34 † 17, 27. *Isaiæ* 38, 15. *Daniel* 9, 5. *Matth.* 3, 6 † 16, 19. *Lucæ* 11, 4 † 18, 13. *Ioan.* 20, 23. *Iacob.* 5, 16, 1. *Ioan.* 1, 8, 9

Confirmationis sacramentum, Act. 8, 17. *Heb.* 6, 2

Confiteri Christum, & eius doctrinam, Matth. 10, 32. *Lucæ* 12, 8. *Rom.* 10, 9, 1. *Pet.* 13, 15. *vide Erubescere Euangelium.*

Coniuratio, & seditio, eiusque punitio, Num. 16. * † 20, 2. *Iudic.* 9, 23, 31, 34 † 12, 1, 4, 2. *Reg.* 20. * 3. *Reg* 1, 5. *Esther.* 2, 21. *Acto.* 5, 36, 37 † 19, 23 † 23, 13, 20

Connubium, vide Matrimonium.

Connubium spirituale inter Deum, & animam, Cantic. * *Isaiæ* 50, 1 † 54, 5 † 62, 4. *Ier.* 31, 22. *Ezech.* 16, 7, 8. *Osee* 2, 20. *Matt.* 9, 15 † 22, 2 † 25, 5. *Marc.* 2, 19, 2. *Cor.* 11, 2. *Apoc.* 19, 7 † 21, 2, 9

Conscientiæ bonæ tranquillitas, Prou. 15, 15. *Eccli.* 13, 30, 1. *Ioan.* 3, 21, 2. *Cor.* 1, 12. *conscientiæ malæ perturbatio, Sapien.* 17, 10, 11

Consecratio sacerdotum, dierum, altarium, vestium, cæterarumque rerum, quarum est vsus in sacris, Exod. 28, 41 † 29, 1, 7, 21, 29, 35 † 32, 29 † 40, 11. *Leuit.* 7, 30, 37 † 8, 9, 22, 31, 33 † 18, 21 † 21, 7, 10 † 22, 2, 3 † 23, 12 † 27, 10, 16, 21, 28. *Num.* 3, 3 † 6, 5, 9, 13 † 7, 1. * † 8, 12 † 18, 10. *Ios.* 6, 24. *Iudic.* 16, 17 † 17, 3, 3. *Regum* 15, 13, 1. *Paral.* 10, 10 † 18, 11 † 22, 19, 2. *Paral.* 2, 4 † 17, 16 † 23, 9 † 26, 18, 1. *Esdr.* 3, 5 † 8, 25. *Eccli.* 49, 9

Consilia mala dissipat Deus, Genes. 11, 7 † 37, 18 † 50, 19. *Numer.* 22. * 2. *Regum* 15. * † 17, 14, 2. *Esdr.* 4, 8, 15. *Esther.* 7, 5. * *Iob.* 5, 13. *Psalm.* 2, 4 † 20, 12 † 32, 10. *Isaiæ* 7, 8 † 19, 3. *Matth.* 27, 62. *Actorum* 5, 19 † 9, 24 † 23, 12, 19 † 27, 42

Consolatio pauperum, vide Eleemosyna.

Consortium bonorum, & malorum, vide Societas.

Constantia fidelium, 1. *Reg.* 13, 13 † 16, 26. * 3. *Reg.* 18, 4, 13, 4. *Reg.* 3, 13. *Sap* 5, 1. *Iudith.* 13, 3, 10, 1. *Machab.* 1, 65 † 2, 16, 24 † 14, 42, 2. *Machab.* 6, 10, 19. * † 7. * *Daniel* 13. * *Matt.* 14, 3. *Actorum* 4, 8, 13, 1. *Thess.* 1, 6.

Constitutiones superiorum potestatem constituendi habentium, seruandæ sunt, vt ipsius Dei, Exod. 16, 8. *Luc* 10, 16. *Act*, 16, 4, 1. *Thess.* 4, 2, 8. *Rom.* 13, 1. *Tit.* 3, 1

Consulendus Deus dubijs in rebus, & eius vicarij, Genes. 25, 22. *Exod.* 18, 19. *Leuitic.* 24, 12. *Numer.* 9, 7, 26 † 15, 34 † 27, 5. *Deuteron* 1, 17 † 17, 8. *Iosue* 9, 14. *Iudi.* 1, 1 † 18, 5 † 20, 18, 23 † 21, 2, 1. *Regum* 10, 22 † 23, 4, 10, 12 † 30, 8, 2. *Regum* 2. 1 † 5, 19, 23 † 21, 1, 3. *Reg.* 14, 2 † 22, 5, 6, 15, 4. *Regum* 3, 11, 16 † 8, 8 † 22, 13, 2. *Paral.* 18, 4, 14 † 33, 18. *Psalm.* 118, 24. *Isaiæ* 8, 11 † 30, 1 † 45, 11. *Ierem.* 37, 3, 5 † 42, 2. *Ezech.* 14, 1, 2. *Zachar.* 7, 2. *Tob.* 4, 19. *Eccli.* 37, 19. *Luc.* 16, 29

Consulendi non sunt diuini, vel magi, vel incantatores, & arioli. Leuit. 19, 31 † 20, 6. *Deut.* 18, 11, 1. *Reg.* 28, 7, 9, 3. *Reg.* 22, 6, 4. *Reg.* 1, 2, 6 † 3, 13, 2. *Par.* 18, 5. *Dan.* 2, 2 † 4, 5 † 5, 6

Contristare Spiritum sanctum Ephes. 4, 30

Contristari ad pœnitentiam commendatur 2. *Cor.* 7, 9

Contritio vera prædicatur, Ierem. 7, 3. *Matth.* 3, 2 † 4, 17. *Luc.* 3, 3, 8 † 13, 5 † 24, 47. *Actor.* 2, 38 † 3, 19 † 8, 22 † 17, 30 † 20, 21 † 26, 20

Contritioni veræ promittitur remissio, seu venia, Deut. 4, 29 † 30, 2, 1. *Reg.* 7, 3, 2. *Paral.* 7, 14 † 30, 6 † 34, 26. *Iob.* 22, 23. *Prouerb.* 28, 13. *Psal.* 31, 5. *Isa.* 1, 16 † 30, 18 † 45, 22 † 55, 7 † 59, 20. *Ierem.* 3, 10, 17 † 18, 8 † 29, 12 † 31, 18, 20. *Ezech.* 18, 21, 27 † 33, 14. *Osee* 14, 2. *Ioel* 2, 12. *Ion.* 3, 8. *Zachar.* 1, 3. *Malac.* 2, 7. *Eccli.* 17, 23. *Luc.* 15, 18. *Act.* 3, 19 † 26, 18, 20

Contritio quærenda, & amplectenda dum sani sumus. Eccli. 17, 24 † 18, 25

Contritionis veræ exempla. Iudic. 10, 15, 2. *Reg.* 12, 13 † 24, 10, 17, 2. *Par.* 12, 6, 33, 12. *Ionæ* 3. * *Iudith* 4, 8. *Matth.* 26, 74. *Lucæ* 7, 37, 44 † 15, 18 † 18, 13 † 19, 8 † 2, 62 † 23, 41. *Actor.* 2, 37

Contritionis falsæ exempla, Gen. 4, 13 † 27, 38. *Exo.* 8, 8 † 9, 27 † 10, 16. *Ios.* 7, 20. *Iudic.* 1, 7, 1. *Reg.* 15, 24, 30 † 24, 17, 3. *Reg.* 13, 6 † 21, 27. *Sap.* 5, 3, 1. *Machab.* 6, 12, 2. *Mac.* 9, 12. *Mat.* 27, 4. *Act.* 8, 13, 22. *Hebr.* 12, 17

Cooperari gratiæ Dei, vide Liberum arbitrium

Cor siue voluntas hominis à Deo pro facto acceptatur, Gen. 4, 4 † 22, 11. *Exo.* 25, 2 † 35, 5. *Deut.* 19, 5. *Mat.* 15 8. *Mar.* 12, 41. *Luc.* 21, 1, 2. *Cor.* 8, 12. *quare Voluntas pro facto*

Cor mundatur, & sanctificatur per Christum, Psalm. 50, 4. *Io.* 13, 10 † 15, 3 † 17, 19. *Actor.* 15, 9, 1. *Corint.*

6,11. *Ephes* 5,26,1. *Pet.*1,22,1. *Ioan.*1,7 † 3,3. *Hebr.* 1,3 † 9,14 † 10,14 † 13,12

*Cornelius Centurio conuertitur, Act.*10,3,44

*Corona vitæ,*4. *Esdr.*2,43. *Sap.*5,17,2. *Tim.*4,8,1. *Pet.*5,4. *Iac.*1,12 *Apocal.*2,10

*Correptio fraterna, Gen.*37,21. *Leu.*19,18. *Psal.*140 5. *Prouerb.*1,20 † 9,7 † 10,17 † 12,1 † 13,1 † 15,31 † 17,10 † 24,25 † 25,12 † 27,5 † 28,23 † 29,1. *Eccle.* 7,6. *Eccli.*19,15 † 20,1 † 21,7 † 32,13. *Osee* 4,4. *Mat.* 18,15. *Luc.*17,3. *Gal.*2,11 † 6,3,1. *Tim.*5,20,2. *Tim.* 2,25. *Heb.*3,13. *Iacob.*5,19

Correptio impiorum est pijs in timorem, & cautionem vide Impiorum.

*Corripiens alterum qualis esse debeat, Matth.*7,3. *Luc* 6,41. *Io.*8,3,1. *Timot.*3,2. *Tit.*1,6

*Creator omnium rerum Deus, Genes.*1,1. *Exod* 20, 11,1. *Paralipom.*29,10. *Psalm.*88,12 † 95,5 † 113,15 † 120,2 † 123,8 † 145,6. *Isaiæ* 37, 16 † 40,28 † 42,5 † 44,24 † 45,12 † 48,13 † 51,13. *Ierem.* 10, 12 † 32, 17 † 51,15. *Zach.*12,1. *Ionæ* 1,9. *Eccli.*1,8. *Baruch.*3, 32. *Matth.*11.25. *Ioan.*1,3. *Actor.* 4,24 † 14,14 † 17, 24,1. *Corinth.*8,6. *Ephes.*3,9. *Coloss.*1,16. *Hebr.*1,2, 10 † 3,4 † 11,3. *Apocal.*4,11 † 10,6 † 14,7

*Crescere in scientia, Ephes.*4,15. *Coloss.*1,10,1. *Pet.* 2,2

Crux, & tribulatio omnibus piè viuentibus, Genes, 4,8 † 27,41 † 37,18,2. *Reg.*16,5,13. *Eccli.*2,1. *Psal.* 33,20. *Prouerb.*24,16. *Matth.*10,16. * † 12,14 † 16, 24 † 24,9. *Mar.*13,9. *Luc.*14,26 † 21,11. *Ioan.*15,20 † 16,1. *Act.*9,23. *Galat.*4,29,1. *Thess.* 3,3,2. *Timot.*3. 12,1. *Petr.*4,1,12 † 5, 10

Crux à Deo imponitur ad nostram vtilitatem, 2. *Reg.* 7,14. *Iob* 5,17 † 33,16. *Prouerb.*3,11. *Ierem.* 46,28, 2. *Machab.*6,12. *Tob.*2,8 † 12,13. *Iudith* 8,22,1. *Cor.* 11,31,1. *Pet.*4,17. *Heb.*12,5. *Apoc.*3,19

*Per Crucem, & res aduersas pertingimus ad cognitionem Dei, & ad æternam gloriam, Exod.*1. 12,2. *Paralip.*33,11. *Iudith* 8,15,21. *Prouerb.*6,23. *Matth.*7,24. *Luc.*24,26,46. *Ioan.*12,25. *Act* 14,21. *Rom.*8,17,2. *Corint.*4,8,17 † 5,1. *Philip.*2,8,2. *Thessal.* 1.* *Heb.*2,9 † 12,2

*Crux patienter est, & læto animo ferenda, Matt.*5, 10 † 10,38. *Ioan.*15,20 † 16,33. *Act.*5, 41 † 16,25,2. *Cor.*8,2. *Coloss.*1,24. *Heb.*10,34. *Iac.*1,2,12,1. *Pet.*4, 12,16

*In cruce, & afflictione consolatio, Iob.*5,17. † *Prouer.* 18,12. *Isa.*26,12,19. *Thren.*3,28. *Matt.*5,10. *Ioan.*15, 20 † 16,20,33. *Rom.*8,18,1. *Cor.*10,13,2. *Cor.*1,4,8

Per Crucem experitur nos Dominus, Iudith 8,21. *Eccli.*2,1 † 27,8. *Prou.*17,3. *Sap.*3,5,6,2. *Thess.*1,4,1. *Pet.* 1,7

Cultus Dei verus requirit præter opus externum etiam affectum hominis internum, Deut. 5,19 † 6,5 † 10, 12 † 11,13 † 26,16 † 28,47 † 30,2. *Ios.*22,5,1. *Reg.* 12,20. *Eccl.*7,31. *Isa.*29,13 † 64,11. *Mat.* 15,8 † 22, 36. *Ioan.*4,23

Cultus externus Deo gratus, vide Ceremoniæ.

*Cyrus rex Persarum permittit captiuos Israelitas in Iudæam redire.*2. *Par.*36,22,1. *Esdr.*1, 1,3. *Esdr.*2,1. *restituit eis vasa quondam à Nabuchodonosor ablata,*1. *Esd.*1,7 † 5,14. *Dan.*1,2

D

*Dæmones expelluntur, Matth.*8,16,31 † 9,33 † 12,22 † 17,18. *Luc.*4,35 † 8,2,28 † 9,42 † 10, 17 † 13,10. *Act.*5,16 † 8,7 † 16,18. *etiam per malos, Matth.*7,22. *Matt.*9,38. *Luc.*9,49. *Act.*19,13

*Dæmones agnoscunt, & credunt Deum, Matth.*8,29 *Marc.*1,24 † 3,11 † 5,7. *Luc.*4,34,41 † 8,28. *Act.*19 15. *Iac.*2,19

*Dæmonibus immolare nefas, Leuit.*17,7. *Deut.* 32, 17,2. *Par.*11,15. *Psalm.*105,37. *Bar.*3,4,1. *Cor.*11, 20.

Dagon idolum Philisthinorum, Iudic. 16,23,1. *Reg.* 5,2,1. *Machab.*10,83 † 11,4

*Damascus metropolis Syriæ vastatur à Theglath phalasar,*4. *Reg.*16,9. *contra Damascum prophetia, Isa.*17, 1 † 8,4. *Ierem.*49,23. *Amos* 1,3

*Damnatio æterna quæ parata est diabolo, & omnibus impijs, Sapien.*5.* *Iob* 10,22 † 36,12. *Isaiæ* 24,21 † 30 33 † 66,24. *Daniel* 7,11. *Matth.*3, 12 † 5, 29 † 8, 12, 29 † 13,50 † 18,8 † 22,13 † 23,33 † 25, 30,42. *Marc,* 9,47. *Luc.*3,17 † 16,23,25. *Hebr.*10,27,2. *Thessalon.* 1,8,2. *Petr.*2,4. *Iudæ* 6. *Apocal.*19,20 † 20,10 † 21,8

*Dan filius Iacob, Genes.*30,6. *tribus. Dan quærit sibi possessionem, Iud.*18,1. *pugnat contra Lesem, & expugnat, Iosue* 19,47

Daniel appellatur Balthasar, Daniel 1,7. *interpretatur somnia,*2,31 † 4,7,11, 18,25. *constituitur gubernator totius regni Babel, Daniel* 6,3. *projcitur in lacum leonum,*6,16. *liberat Susannam,* 13,51,60

*Dare melius quàm accipere, Eccli.*4,36. *Act.*20,33

*Dandum sine acceptio personarum, maximè autem domesticis fidei, Eccli.*7,35 † 12,8. *Matth.*5,42. *Lucæ* 6, 30,38. *Roman.*12,13. *Galat.*6,10. *vide Eleemosyna.*

Darius filius Assueri, Daniel 9,5. *occupat regnum Babel,*6,1. *impiam legem statuit* 6,8. *præparat regium conuiuium,* 3. *Esd.* 3,1

*Darius renouat mandatum Cyri,*1. *Esd.*6,1

*Darius cæditur ab Alexandro rege Macedoniæ,*1. *Mach.*1,1

Dauid filius Isai (qui Iesse appellatur, Matth. 1,6) *à Samuele vngitur,*1. *Reg.*16,13. *interfecit leonem, vrsum & Goliath gigantem,* 17, 34,49. *paciscitur cum Ionatha,* 18,3 † 20,8,16,23 † 23,18. *manducat panes propositionis,*21,3. *simulat amentiam coram Achis rege,* 21, 13. *fugit cum patre, & matre in Maspha,* 22,3. *pracidit oram chlamydis Saul,* 24, 5. *mittit ad Nabal decem iuuenes,* 15, 5. *tollit hastam Saulis,* 26, 11. *fugit ad Achis regem Geth,* 27, 2. *vngitur in Hebron in regem Iuda,*2. *Regum* 2, 4. *poscitque eum regem vniuersus Israel,* 2. *Regum* 5, 1, 1. *Par.* 11, 3 † 12, 38. *iuxta verbum Ionathæ,*1. *Reg.* 23, 17. *& Saulis,* 24, 21. *committit adulterium, & homicidium,*2. *Regum* 11.* *pœnitet eum peccati,*12,13. *fugit à facie filij sui Absalon,* 15, 14. *libauit aquam Domino,* 23, 16. *recenset populum,* 24, 2. *emit ab Areuna aream,* 24, 24. *consilium capit de domo Dei ædificanda.*1. *Paralipom.* 17, 1. *constituit operarios, & architectos,*23.* 24.* 25.* 26.* 27.* *relinquit sibi successorem Salomonem filium,*3. *Reg.*1,30. *moritur & sepelitur,*2,10. *Act.*2,29 † 13,36. *commendat Eccli.* 47,2

Dauid spiritualis (qui est Christus) promittitur Ierem. 30,9. *Ezec.*34,24 † 37,23

*Dauidis filius appellatur Christus, Mat.*1.* † 15,22 † 22,45. *Marc.* 12, 35. *Luc.*20,41. *Act.*2,29 † 13,22,2. *Ti.*2,8. *Apoc.*5,5

Decimarum vsus, & decimæ, Genes. 14,20 † 28,23. *Leu.*27,30. *Num.*18,21,28. *Deuter.* 12, 6 † 14,28 † 26,12,1. *Regum*8,15,2. *Paral.*31,5,2. *Esd.*10,37. *Heb.* 7,2

*Decimæ debentur Sacerdotibus. Deu.*18,3,2. *Par.*31, 4. *vide Sacerdotes.*

Dedicatio templi, vel altarium, Num. 7,10, 11,84, 88,3. *Reg.*8,26,63,65,2. *Par.*7,5,9, † 15, 8,1. *Esd.*6, 16,17,2. *Esd.*12,27,3. *Esd.*7, . *Psal.*29,1,1. *Machab.* 4,56,57,59,2. *Mach.*2,9,12,20

Demetrius filius Seleuci exercet tyrannidem, 1. *Machab.*7,1. *fœdus inire cupit cum Ionatha* 10,3. *fœdus initum violat.* 11,53

Demetrius aurifaber negotium faceßit Paulo, Act. 19,23

*Detractio, Psalm.*14,3 † 100,5. *Eccleſ.*10,20. *Prouerb.*10,18 † 11,13 † 16,28 † 20,19 † 26,20. *Roman.* 1,30,2. *Corinth.*12,20,1. *Pet.*2,1,12. *Iacob.*4,11

*Deus eſt omnipotens, & nihil apud eum eſt impoßibile, Gen.*17,1 † 18,14 † 35,11 † 43,14 † 48,3. *Num.* 11,23. 1. *Reg.*14,6,2. *Par.*14,11. *Sap.* 11,22. *Iob.*42, 2. *Iſa.* 40, 10.* † 46, 9 † 50,2 † 59,1. *Ier.* 32,17, 27. *Zach.*8,6. *Matt.*19,26. *Marc.*9,23 † 10,27 † 14, 36. *Luc.* 1, 37 † 18,27. *Epheſ.* 3,20. *Apoc.* 16,7,14 † 19,6

Deus omnia regit, & gubernat pro ſua voluntate, Gen. 45,5 † 50,19. *Deut.*8,18,1. *Reg.*9.* *Sap.* 12.13. *Tob.* 7,12 *Iob* 9, 5 † 12, 13. *Pſ.* 102, 19 † 113, 3 † 126, 1. *Prou.*10,22 † 16,4,9 † 19,21 † 20,24 † 21,1,30. *Eccleſ.*3,15. *Iſa.*26,16 † 45,7. *Ierem.*10,23 † 27,5. *Daniel* 2,21 † 5,18. *Matth.*6, 33 † 11,26 † 20, 14. *Luc.* 12,31. *Ioan.*5,17. *Rom.*9, 15, 2. *Cor.* 3, 5. *Phil.* 2, 13. *Hebr.*13,21. *Apoc.*4,11

*Deus eſt pater omnium fidelium ipſi obtemperantium, Deu.*32,6. *Pſ.*102,13. *Prouer.*1,7. *Ier.*3,4,14, 19. *Malach.*1,6. *Matt.*6,9 † 18,14 † 23,8. *Luc.* 11,2. *Ioan.*20, 17. *Rom.*8,15,1. *Cor.*8,6,2. *Cor.*1, 3 † 6, 18. *Epheſ.*3, 14 † 4,6,1. *Theſſ.*1,3,2. *Theſſ.*1,1,2 † 2,16

Deus eſt verax, & fidelis. Exo. 34,6. *Num.*23,19. *Deut.*7,9 † 32,4,1. *Reg.*15,29. *Iſaiæ* 49,7. *Ioan.* 3,33 † 8,26. *Rom.* 3,4,1. *Corinth.*1,8 † 10,13,1. *Theſſalon.* 5,24,2. *Theſſ.* 3, 3,2. *Tim.*2,13. *Tit.*1,2,1. *Ioan.*1,9 † 5,20. *Hebr.*10,23. *Apocalyp.* 3,7,14

*Deus eſt in eſſentia vnus, præter quem non eſt alius, Exod.*3,14. *Deut.*4,35 † 6,4 † 7,9 † 10, 17 † 32,39, 2. *Reg.*7,22,3. *Re.*8,60 † 18, 36,1. *Paral.*19,20. *Sap.* 12,13. *Iſa.*37,16 † 43,10 † 44,6, 24 † 45.* † 46,9 *Oſee* 13,4. *Tob.*8,20 † 13,4. *Eccli.*36,5. *Marc.*12,29. *Io.*17,3,1. *Cor.*8,6 † 12,6. *Galat.* 3,20. *Epheſ.*4,6,1. *Tim.*2,5

Deus eſt trinus in perſonis, & vnus in eſſentia, vide Trinitas.

*Deus æternus eſt, nec principium habet, nec finem: ſed eſt ipſe principium, & finis, Gen.*21,33. *Exo.*15,18. *Iob* 36,26. *Iſa.*41,4 † 43,10 † 44,6 † 48,12 † 57,15. *Dan.*7,9. *Rom.*16,26. *Heb.*1,8. *Apocal.*1, 8,17 † 21,6 † 23,13

Deus nouit, audit, & videt omnia Exod. 3, 19. *Num.*12,2. *Deu.*31,21,1. *Reg.*2,3 † 16,7,2. *Par.*16,9. *Iob* 14,6 † 22,11 † 28,24 † 31,4 † 42,2. *Pſ.*7,10 † 32, 13 † 37,10 † 89,8 † 130,8. *Prou.*5,21 † 15,3,11 † 24 12. *Iſaiæ* 29,15 † 40,27 † 48,4. *Ierem.*1,5 † 7,11 † 17 10 † 23,24 † 32,19. *Ezech.*11,5. *Eccli.*16,15 † 17,13 † 23,27 † 39,24,27 † 40,9. *Sapien.*1,10,2. *Machab.* 9,5 † 12,22. *Matt.*6,4 † 21,2. *Marc.*2,8 † 14,13. *Lucæ* 22,10. *Ioan.*1,47 † 13,21 † 16, 30 † 21,17. *Act.*15,8. *Rom.*8,27,1. *Theß.*2,4,1. *Ioan.*3,20. *Hebr.*4,13. *Apoc.* 2,23

Deum nemo videre poteſt, Exod. 33,20. *Deut.*4,12. *Io.*1,18 † 6,46,1. *Tim.*6,16,1. *Ioan.*4,12

*Deus & diuina omnia non poßunt humana induſtria, aut ingenio comprehendi, Exod.*33,20,3. *Reg.* 3,5. *Iob* 32,8. *Pſal.*93,10 † 118.* † 142,8. *Iſa.*22,22 † 54,13. *Mat h.*11,25 † 13,11 † 16,17. *Luc.*8,10 † 10,21 † 24, 44. *Ie.*1,10 † 3,3 † 6,44, 65 † 14,8, 17 † 17, 6. *Act.* 16,14. *Roman.*1,19 † 11,33,1. *Cor.*2.* *Gala.* 1,11,1. *Tim.*6,16. *Apoc.*3,7

Deus eſt immenſus, & incircumſcriptus, 3. *Reg.*8,27, 2. *Paral.*2,6 † 6,18. *Iob* 11,8. *Pſal.* 138, 7, 10. *Iſa.*6,3 † 66,1. *Ier.*23,24. *Amos* 9,2. *Sap.*1,7. *Matth.*5,35. *Act.* 7,48 † 17,24

*Deus teſtatur ſe Deum, ideſt, ſaluatorem, & conſolatorem Iſraelis, omniumque eorum, qui ritè ipſum colunt, & inuocant, Gen.*17,1,7. *Exo.*6,2 † 20,2 † 29,45. *Leuit.*26,11. *Pſal.*17,3 † 49,6. *Iſaiæ* 30,19. *Ier.*31,33 † 32,38. *Ezech.*37,23. *Io.*10,17

Deus eſt Dominus, ac creator cœli, & terræ, vide Creator.

*Deus nihil eorum, quæ fecit, odit, Sapien.*11,25

*Deus eſt iudex totius mundi, reddens vnicuique mercedem pro merito, Gen.*18,25. *Deut.*10,17. *Iob* 34,11. *Pſal.*7,9 † 61,13 † 93,2 † 95,13. *Iſa.* 11,3. *Eccli.*35, 22,27. *Ier.*17,10 † 25,14. *Matth.*16,27 † 25,31. *Act.*17 31. *Rom.*2,6,2. *Tim.*4,8. *Heb.*12,23

Dei miſericordia, patientia, charitas, ſapientia, verbum, quære ſuis quæque locis.

Deo ſoli attributa, ſubinde in ſcripturis, & alijs per communicationem tribuuntur, vt vocabulum, Deus, ſoli Deo tribuitur, Deut. 6,4 † 32, 39,1. *Reg.*2,2. *Pſal.*85, 10,2. *Mach.*7,38. *Mar* 12,29. *alijs tribuitur, Exod.*7, 1 † 22,8,1. *Regum* 28,13. *Pſal.*46, 10 † 81,6

*Deus ſolus bonus, Matth.*19,7. *Luc.* 18,19. *alijs tribuitur bonitas, Geneſ.*1,31 † 3,6 † 49,15. *Num.* 14,7, 1. *Reg.*29. 9.2. *Reg.*18,27,1. *Paral.*28,8. *Tob.*12,8. *Iudith* 12,12,14. *Pſal.* 110, 10 † 146,1. *Prouerb.* 18,22 † 22,1. *Eccle.* 7,2. *Sap.*8,19. *Eccli.*14,5. *Ierem.*7,3. *Matth.*7,17. *Marc.*9,50. *Luc.*6,45

Deus ſolus ſanctus, 1. *Reg.*2 2. *aliis ſanctitas tribuitur, Exod.* 3,5 † 12, 16 † 22, 31 † 28,2 † 29,29, 31 † 30, 29 † 35,2. *Leuit.*11,14. *Numer.* 16,5. *Deuter.* 6,7. *Ioſuæ* 5,15,2. *Reg.*22,26,4. *Regum* 4,9. *Iudith* 8,29. *Pſalm.*5,8. *Matth.*7,6. *Roman.*7,12

Deus ſolus fortis, 1. *Regum* 2, 2. *alijs fortitudo attributa, Gen.*32,28 † 49,14. *Pſal.*53,5. *Cant.*3,7. *Iſa.*19, 14. *Ierem.*9,23. *Matt.*12,29. *Marc.*3,27. *Luc.* 11,21. *Hebr.*11,34,1. *Petr.*5,9

Deus ſolus iuſtus, 2. *Mac.*1,25. *alij quoque iuſti, Gen.* 7,2 † 18,23. *Pſal.*33,16 † 36,29,30. *Prou.*8,8. *Sap.*5, 16. *Matth.*1,19 † 10,41 † 25,46. *Lucæ* 1,6. *Rom.*1,17

Deus solus pius, Apoc. 15,4. *alij etiam pij,* 1. *Pet.* 2,9

Deus solus beatus, 1. *Tim.* 6,15

Alij beati, Gen. 30,13. *Psal.* 1,1 † 32,1,2 † 40,1 † 118 1 † 126,1. *Matt.* 5.* † 16,17 † 24,46. *Lucæ,* 1,45 † 14 14. *Iacob.* 1,1

Deus solus potens, 1. *Timot.* 6,15

Alij potentes, Exodi 18,21. *Psal.* 111,2. *Lucæ* 1,52. *Act.* 8,27 † 18,24

Deus solus immortalis, 1. *Tim.* 6,16

Alijs tribuitur immortalitas, Sap. 1,15 † 4,1 † 8,17

Deus facit mirabilia solus, Psal. 71,18 † 135,4. *Eccles.* 11,4

Alij quoque faciunt mirabilia, Deu. 34,12. *Eccli.* 31, 9 † 48,4,15

Deus solus nouit arcanas animi cogitationes, 3. *Reg.* 8,39,2. *Paral.* 6,20

Alij quoque nouerunt, 1. *Reg.* 9,19;4. *Reg.* 5,26

Deus solus peccata remittit, Luc. 5,21. *dimittunt, & alij, Mat.* 18,18. *Ioan.* 20,23

Deo soli honor, & gloria, Psal. 113,1. *Isa.* 42,8,1. *Tim.* 1,17

Alijs quoque tribuuntur, 4. *Reg.* 14,10,2. *Paral.* 17, 5. *Ps.* 149,9. *Eccl.* 31,10. *Luc.* 14,10. *Ioan.* 5,44

Deus solus adorandus, Exod. 20,5. *Leu.* 26,1. *Deut.* 5,9. *Matth.* 4,10

Alijs adoratio tribuitur, Genes. 18,2. *vide Adoratio.*

Deo soli seruiendum, Deu. 6,13 † 10,20,1. *Reg.* 7, 3. *Mat.* 4,10. *Luc.* 4,8

Alijs etiam post Deum seruiendum, Genes. 25,23 † 29,20 † 47,25,1. *Timoth.* 6,2

Deus cuius mali sit causa, & cuius non sit, vide Malum.

Diabolus studet semper perditioni hominum, Genes. 3, 1.* 1. *Paralip.* 21,1. *Iob* 1.* 2.* *Zach.* 3,1. *Matth.* 4,3, 9 † 8,28 † 13,19. *Luc.* 8,12 † 13,9,14 † 22,31. *Act.* 5, 3 † 13,8,2. *Cor.* 4,4 † 11,14. *Eph.* 6,11,1. *Thess.* 2,18, 1. *Petr.* 5,8. *Apoc.* 2,10 † 12,9 † 20,7

Diabolus non plura potest, quàm ei Deus permittit, 3. *Reg.* 22, 22,2. *Paral.* 18,20. *Iob* 1,12 † 1,6. *Matt.* 8, 31. *Marc.* 5,12,13. *Ephes.* 2,2,2. *Tim.* 2,26. *Apocal.* 20,7

Diabolus pater, & princeps mundi omniumque impiorum, Mat. 4,9. *Luc.* 4,6. *Iob* 41,25. *Ioan.* 8,44 † 12, 31 † 14,30 † 16,11,2. *Cor.* 4,4. *Ephes.* 2,2 † 6,12. *Coloss.* 2,15

Diaboli imperium per Christum sublatum, Genes. 3, 15,1. *Reg.* 17.* *Iob* 26,13. *Isa.* 9,4 † 14,8,12 † 27,1 † 52,3. *Zachar.* 3,2. *Matt.* 12,29. *Luc.* 10,18 † 11,22. *Ioan.* 12,31. *Coloss.* 1,13 † 2,15,2. *Timot.* 1,10,1. *Io.* 3,8. *Heb.* 2,14. *Apoc.* 12,9 † 20,2

Diaboli filij, Io. 8,44. *Act.* 13,10,1. *Ioan.* 3,10

Diaconi, Act. 6,3 † 21,8. *Philipp.* 1,1. *Tim.* 3,8

Diana colitur Ephesi, & in vniuersa Asia, Act. 19, 27

Dies nouissimi, & iudicium extremum. 1. *Reg.* 2,10. *Ps.* 95,13. *Isaiæ* 2,10,19 † 13,4,6,13 † 26,21 † 27,1 † 30,30 † 66,15,24. *Ier.* 30,23. *Dan.* 7,9. *Sophon.* 1,2 14. *Malach.* 4,1,4. *Esd.* 2,27 † 13,32. *Matth.* 12,36 † 13,41,49 † 16,27 † 24.* † 25,31,42. *Marc.* 13.* *Luc.* 17,24,30. *Act.* 1,11 † 3,20 † 17,31. *Roman.* 2,5,16 † 14,10,1. *Cor.* 15.* 2. *Cor.* 5,10,1. *Thess.* 4, 16 † 5,2,2. *Thess.* 1,7 † 2,1. *Tit.* 2,13,2. *Petr.* 3,13. *Hebr.* 9,28. *Iudæ* 14. *Apoc.* 1,7 † 20,11

Dies Domini, Isaiæ 13,6. *Ierem.* 30,7. *Amos* 5,18. *Ioel* 2,1,31. *Sophon.* 1,14. *Malach.* 4,1.4. *Esdræ* 2,27. *Philipp.* 1,6 † 2,10,1. *Thessalon.* 5,2,2. *Timot.* 4,8

Dies Domini, & hora nulli cognita, Mat. 24,36,50. *Mar.* 13,32. *Luc.* 17,24,30. *Act.* 1,7,1. *Thessal.* 5,1,2. *Petr.* 3,10. *Apoc.* 3,3 † 16,15

Dies pro annis, Num. 14,34. *Ezech.* 4,6

Dilectio Dei erga suos, Exod. 20,5 † 34,14. *Deut.* 4, 24 † 6,15 † 7,8. *Iosue* 24,19. *Prou.* 8,17. *Eccli.* 4,18. *Ier.* 31,3. *Io.* 3,16 † 10,11 † 13,1,18 † 15,9 † 16,27. *Rom.* 5,8. *Gala.* 2,21. *Eph.* 3,19 † 5,2.

Diligendus est Deus super omnia, Gen. 22,2,9. *Exod.* 20,6. *Deut.* 5,10 † 6,5 † 10,12 † 11,1, 13,22 † 30, 6. *Ios.* 22,5. *Eccli.* 7,32 † 34,19 † 47,11. *Matth.* 10,37 † 22,36. *Marc.* 12,30. *Luc.* 7,47 † 10,27. *Ioan.* 21,15. *Rom.* 5,5 † 8,28,35,1. *Cor.* 10,21,1. *Ioan.* 4,17

Dilectio vide Charitas.

Dina filia Iacob, Gen. 30, 21. *violatur à Sichem. cap.* 34,2

Dyonisius Areopagita conuertitur, Act. 17,34

Discordia vitanda, Prouer. 6,19 † 10,12 † 15,18 † 16,28 † 17,11 † 18,6 † 30,33. *Matth.* 12, 24. * *Luc.* 11,17,1. *Corinth.* 14,33. *Galat.* 5,15,2. *Timot.* 2,23

Diuini, vide Incantatores.

Diuites quomodo se erga pauperes habere debeant, Leuit. 25,35. *Deut.* 15,7,10. *Iob.* 31,16. *Psalm.* 61,11. *Prou.* 14,31 † 17,5 † 19,17 † 21,13 † 22,7 † 28,27 † 30,7. *Eccles.* 11,1. *Eccli.* 4,4 † 7,35 † 11,10 † 29,12 † 31,8. *Isaiæ* 23,18. *Matth.* 6,19 † 19,21. *Luc.* 14,13 † 16.* † 18,22. *Act.* 2,45 † 4,34,1. *Timoth.* 6,18. *vide Eleemosyna.*

Diuitiarum vanitas, & contemptus, & quemadmodum, in diuitijs non sit sperandum, Psalm. 38,7 † 48.* † 51,9. *Prouerb.* 10,2 † 11,4,28 † 15,16 † 18,11 † 22, 16 † 23,4 † 28,11 † 30,7. *Eccles.* 5,9,12 † 6,2. *Isaiæ* 2,7. *Ierem.* 17,3,11 † 22,13. *Ezech.* 7,19. *Soph.* 1,18. *Eccli.* 5,1,10 † 10,10 † 11,7 † 14,1 † 31,3. *Matth.* 3,22 † 19,21. *Luc.* 8,14 † 12,15,1. *Tim.* 6,9. *Iac.* 1,11

Contra Diuites impios. 1. *Reg.* 25,2. *Iob* 20,19 † 27. * *Prouerb.* 23,4 † 28,8,20,27. *Eccles.* 6,1. *Isaiæ* 5,8 † 32,9. *Ierem.* 15,13. *Amos* 6,1 † 8,4. *Habac.* 2,5. *Luc.* 6,24 † 16,19,24. *Iac.* 5,1. *vide Auaritia.*

Doctrina Apostolica scripta, & non scripta firmiter tenenda, Roman. 16,17. *Galat.* 1,8,11,2. *Thessal.* 2,15, 1. *Corin.* 11,3,34

Doctrina Apostolorum est Christi doctrina. Luc. 10, 16,1. *Cor.* 14,37,2. *Corinth.* 2,14,17 † 7,20,1. *Thessal.* 2,2,13. *Galat.* 1,11

Doeg seruus Saulis prodit sacerdotem Abimelech, 1. *Reg.* 22,9,18. *cædit sacerdotes Domini,* 22,18

Dolus, Ierem. 9,6. *Psal.* 34,20 † 9,28. *Prouerb.* 12, 17. *Marc.* 7,22. *Act.* 5,1. *Roman.* 1,29

Domus ædificata super petram, firma manebit, Psal. 45,2. *Matth.* 7,24 † 16,18. *Luc.* 6,48. *Rom.* 8,35

Domus corporis nostri 2. *Corint.* 5,1.2, *Pet.* 1,14

Domini, & domina erga seruos, & ancillas totamque

familiam officium, & potestas, Exod. 21,2.20,26. Leuit. 19,13 † 25,38. Deut. 5,14,21 † 15, 12, 16 † 24, 15. Iob. 31,13. Prou. 29, 19. Ierem. 34, 9, 14. Eccli. 7,22 † 33,31 † 42,16. Eph. 6,9. Col. 4,1

Donaria accipere, siue prohibitum, Genes. 14,22. Exodi 18,21 † 23,8. Num. 22,18. Deuter. 10,17 † 27, 25,1. Regum 8,3 † 12, 3,3. Reg. 13, 7,4. Reg. 5 16,2. Paralip. 19 7. Iob. 15. 34 Psal. 14,5 † 25, 1 ~. Prouerb. 15 27 † 17 23. Isa. 1,23 † 5,23 † 33,15 † 45,13. Ezec. 13.19 † 22 12. Dan. 5,17. Mich. 3, 11. Eccli. 8, 3 † 20, 31. Act. 20,35

Drusilla vxor Felicis præfecti, audit doctrinam euangelicam à Paulo, Act. 24,24

E

Ebrietas, & gula, Genes. 9,21 † 19,32, 35 † 25,29. Leuitic. 10,9. 1 Reg. 25, 36, 2. Reg. 11, 13 † 13,28, 3. Reg. 20,12,16. Prouerb. 20.1 † 21 17 † 23,1,2,3,20, 29 † 31,4. Eccles. 19,1 † 23,6 † 31. 12. 17. * 31, 35 † 37,32 * Isaiæ 5,11,22 † 22,13 † 28,7 † 56,12 Ezech. 16,49. Dan. 5,2. Osee 4,11. Ioel 1,5. Mich. 2, 11. Abac. 2,5,16. Iudith. 13, 4. Sapien. 2, 7, 1. Machab. 16, 16. Luc. 12, 45 † 21. 34. Rom. 13, 13, 1. Cor 5, 10 † 6, 10 † 15. 52. Galat. 5, 21. Eph. 5, 18, 1. Thess. 5, 7, 1. Tim. 3, 3. Tit. 1, 7, 1 Pet. 4, 3. Hebr. 12, 16. vide Ieiunium.

Ebrietas iram Dei prouocat. Isa. 5, 11, 22 † 28, 1. Dan. 5, 2. Ioel 1, 4. 5, 1. Corint. 6, 10. mentem alienat. Prou. 23, 31. Eccli. 19 2. Isa. 28, 1, 7. Osee 4, 11. ad libidinem incendit. Prouer 20, 1. Eph. 5, 18. facultates dissipat. Prouerb. 25, 20. Eccli. 19, 1. secretum detegit Prouer. 31, 4. Abac. 2, 15. ad furorem, & rixas excitat. Prou. 20, 1. † 23, 29. Eccles. 31, 38, 40. Osee 7, 5

Ebron, vide Hebron.

Ecclesia accipitur pro templo materiali, Deut. 23, 1. Iudic. 20, 2. Iudith 6, 21. Ps. 67, 27. Thren. 1, 10. Ioel 2, 16, 1. Cor. 11, 18 † 14, 34

Ecclesia accipitur pro cœtu fidelium, Num. 19, 20 † 20, 4, 1. Regum, 17, 47, 3. Reg. 8, 14, 55, 1. Paral. 29, 1, * 2. Paralip. 1, 5. Psalm. 21, 26 † 25. 12 † 34, 18 † 106, 32 † 149, 1, 1. Machab. 4. 37 † 5, 16 † 14, 19. Matth. 16 18. Actorum 5, 11 † 8, 1 † 16. 4. Roman. 16, 16, 23, 1. Corinth. 6, 5 † 11, 16 † 12. 28 † 14, 5, 2. Corinth. 8, 18, 23. 24 † 11, 8 † 12. 13. Epist. 5. 23. Philip. 4, 15. Coloss. 1, 15, 1. Timoth. 3, 5, 15. Iacob. 5, 14. Apocalyp. 1, 11 † 22, 16

Ecclesia pro cœtu vnius prouinciæ, 3. Reg. 8, 14. Act. 9, 31 † 11, 2, 6 † 12, 1 † 13, 1 † 15, 1 † 19, 32 † 20. 17. Roman. 16, 5, 1. Corinth. 1, 2 † 16, 1, 2. Cor. 8, 2. Gal. 1, 2, 2. Thessal. 1. 1. * 1. Pet. 5, 13. Apocal. 2, 1. * † 3, 1

Ecclesia pro prælatis, & præpositis. 3. Reg. 8, 14. Matt. 18, 17

Ecclesia est vna & visibilis præfigurata per vnam & visibilem arcam Noe. Gen. 6, 14. 1. Pet. 3, 20. per ciuitatem sanctam Ierusalem, Apoc. 21, 2. per hortum conclusum, & fontem signatum, Cant. 4, 12. per vnam columbam, 6, 8. per vineam, Psal. 79, 9. Cant. 2, 15. Isaiæ 5, 2. * Ier. 2, 21 † 12. 10. Matth. 20, 1. * Marc. 12, 1. Luc. 20, 9. Apoc. 14, 15. per nauem. Luc. 5, 3. per sagenam comprehendentem bonos, & malos pisces. Matth. 13, 47. per agrum, Mat. 13, 24. per regnum cælorum. Matth. 13. * † 25.

Ecclesia firmamentum veritatis errare non potest. Isa. 29, 21. Mat. 16, 18 † 28, 19. Luc. 22, 32. Ioan. 14, 16 † 16, 13 † 17, 11, 20, 1. Tim 3, 15. * 1. Io. 2, 27

Ecclesia est corpus Christi, Cant. 4, 7, 9, 11, 12. Ephes. 1, 22 † 4, 4 † 5. 23. 1. Cor. 12, 27

Ecclesia fidelium nascitur, & propagatur per sanam doctrinam. Ioan. 1, 12 † 3, 3. Rom. 8, 13 † 9, 8. Galat. 3, 20 † 4, 19. Eph. 1, 5 Tit. 1. 1. Cor. 4. 15. Philem. 10, 1. Pet. 1. 23. 1. Ioan. 3, 9 † 5, 1, 18. Iacob. 1, 18

Ecclesia, seu fidelium cœtus, tenetur sacerdotibus pastoribusque suis, quæ ad vitam sunt tuendam necessaria suppedirare. Deuteronom. 12, 19 † 14, 27 † 16, 11 † 25, 4, 1. Esdræ 7. 23. Matth. 10, 10. Luc. 10, 7 Roman. 15, 27, 1. Corinth. 9, 7, 11. Galat. 6, 8. Philip. 2, 29 † 4, 10, 16, 1. Thessalon. 5, 12. Hebr. 13, 7 Tenetur etiam pro suis præfectis orare, Act. 4, 29 † 12, 5. Roman. 15, 30. Ephes. 6, 18. Phil. 1, 19. Coloss. 4, 2, 2. Thess. 3, 1. Hebr. 13, 18

Ecclesia est sponsa Christi, Ps. 44, 11. Ezech. 16, 9. 2. Corin. 11, 2. Ephes. 5. 26. Apoc. 19, 8 † 21, 10

Ecclesiæ caput est Christus Osee 2, 2, 1. Cor. 12, 27. Eph. 1, 22 † 4, 15 † 5. 23. Coloss. 1, 18 † 2, 10

Ecclesiæ quasi membra quædam sunt veri fideles, eidem capiti Christo, eiusque vicario subiecti, cuiuscumque nationis fuerint, siue Iudæi siue Gentiles, Isa 43, 9. Ioan. 10, 16, 1. Cor. 12, 12. Eph. 3, 6

Ecclesiæ claues promittuntur, & potestas, Matth. 16, 19. traduntur. Ioan. 20, 23. exercentur, Matth. 18, 17. vide Excommunicatio, & Confessio.

Ecclesiam sibi Christus comparauit, & emit sanguine suo. Act. 20, 28, 1. Cor. 6 20 † 7, 23. Ephes. 2, 13. Coloss. 1, 14, 1. Pet. 1, 18. Heb. 9, 12, 1. Ioan. 1, 7. Apoc. 1, 5 † 5. 9 † 14. 4

Ecclesiam suam Deus protegit, & custodit, Exod. 13, 21 † 29, 45. Leuit. 6. 12. Deut. 7. 20 † 23, 14 † 31, 3, 3. Reg. 6, 13. Psal. 90. 1, 11 † 131, 13. Isa. 43, 2. Ierem. 46, 28. Matt. 18, 20 † 28. 20. Ioan. 14, 23, 2. Cor. 6, 16

Edom frater Iacob filius Isaac, appellatur Esau Genes. 25, 25

Edumæi negant Israelitis transitum per suam regionem, Nu. 20, 24. cæduntur, & fiunt serui domui Israel, 2. Reg. 8, 14. deficiunt ab Israel, & creant sibi regem, 4. Reg. 8, 20. superantur à Iuda, 14, 7, 2. Paral. 25, 12

Contra Edumæos prophetia. Numer. 24, 18. Ps. 136, 7. Isa. 1, 11 † 34, 5. Ierem. 49. 7. Thren. 4, 22. Ezech. 25, 13, 14 † 32, 29 † 35. * † 36, 5. Amos 1, 11. Abdiæ 1, 1. * vide Esau

Eleazar filius Aaron, Exod. 6, 23 † 28, 4. pariter cum Iosue terram Chanaan. Iosue, 14, 1. iuxta præceptum Domini, Num. 34, 17. consecratur Sacerdos, Leu. 8, 24. * fit post mortem patris summus Sacerdos, Num. 20, 26. Deuter. 10. 6 moritur & sepelitur, Iosue 24, 33. filium habet cui Phinees nomen erat, Exod 6, 25. quem in demortui patris locum sufficiunt. Num 25. 7, 12

Eleazar filius Saura occidit elephantem, quo in vulnere procumbente, ipse oppressus suffocatur. 1. Machab. 6, 43

Eleazari senis martyrium, 2. Machab. 6, 18, 24

Eleemosyna pauperibus eroganda, Exod. 22, 25 † 23, 11. Leuit. 19, 10 † 23. 22 † 25, 34. Deut. 15. 7, 10 † 24, 19, 3. Reg. 17, 10, 2. Esd. 8, 11. Esth. 9, 22. Ps. 40, 1 † 81, 4 † 111,

4 † 111,9. *Prouer.* 3,9,28 † 11,18,25 † 14,21,31 † 18 17 † 21,13,21 † 22,9 † 28,27 † 31,20. *Eccles.* 11,1. *Isa.* 58,7. *Ezech.* 16,49 † 18,7. *Dan.* 4,29. *Eccli.* 4,2 † 7,35 † 12,3 † 14,11 † 29,12 † 35,4. *Tob.* 1,4 † 4,7, 17 † 12,9 † 14,12 *Matt.* 6,3 † 10,42 † 19,21 † 25, 35,42. *Luc.* 3,11 † 6,35 † 11,41 † 12, 33 † 14,13 † 16,9,21 † 19,8 † 21,1. *Actor.* 2,42 † 6,2 † 9,39 † 10 2 † 11.29 † 20,35. *Rom.* 12,8 † 15,26,1. *Corin.* 16,1. * 2. *Cor.* 8,4,15 † 9. * *Epheſ.* 4,28. *Hebr.* 13,16,1. *Ioan.* 3,17. *Iacobi* 2,15. *quære Miſericordia.*

Eli ſacerdos in Silo, 1. *Reg.* 1,3. *filij eius reprehenduntur.* 2,12,22. *è ſolio lapſus fractis ceruicibus moritur.* 4, 18.

Elias, vide Helias.

Eliſæus vngitur propheta, 3. *Reg.* 19,19. *iuxta præſcriptum Domini,* 19,16. *tranſit Iordanem,* 4. *Reg.* 2,14. *ſanat aquam,* 2, 20. *reuocat puerum ad vitam,* 4, 32. *mundat Naaman à lepra,* 5,14. *percutit Syros cæcitate,* 6,18. *prædicit rerum abundantiam,* 7,1. *ægrotat, & moritur* 13,14,20. *mortuum eius corpus excitat mortuum,* 13,21. *commendatur, Eccli.* 48,13

Elymas magus fit cæcus, Act. 13,8

Emere & vendere quomodo oporteat, Gen. 23, 9, 14 † 25,31 † 33,19 † 41.57 † 42. * *Leuit.* 19,13,35 † 25, 14,46. *Deuter.* 15,1 † 25,13. 2. *Reg.* 4, 21. *Eccli.* 27,3 † 42,25. *Prouerb.* 11,1,26 † 16,11 † 20,10,23. *Iſa.* 23 18. *Ierem.* 32 6. *Ezech.* 45,10. *Mich.* 6,10. *Matth.* 7,2. *Luc.* 14,18,1. *Cor.* 7,30. 1. *The.* 4,6

Ephron, quia negabat Iudæ tranſitum funditus perdita eſt, 1. *Machab.* 5,46,2. *Mach.* 12,27

Epiſcopi, eorum electio, & officium, Mat. 20,23,26. *Luc.* 4,16 † 22,26. *Ioan.* 10,4, 14 † 21, 15. *Act.* 1, 24 † 6,3 † 11,22 † 14,20 † 20,28. *Rom.* 13,16,25,1. *Cor.* 3,5 † 4,1 † 16,1,9,2. *Cor.* 3,6 † 4,5 † 10,8 † 6,13. *Epheſ.* 1,15 † 3,2. *Colo.* 1,23,1. *Tim.* 3,1 † 4,6,2. *Tim.* 2,1,15,24. *Tit.* 1,5,1. Pet. 5,2. *vide Concionator.*

Erubeſcere nullus debet Euangelium, Pſal. 39, 11. *Eccli.* 42,9,21. *Marc.* 8,38. *Luc.* 9, 26. *Rom.* 1, 16, 2. *Tim.* 1,8

Erubeſcendum propter peccata, Eze. 16,52. *Eccli.* 42. 11

Eſaias, vide Iſaias.

Eſau filius. Iſaac naſcitur, Geneſ. 25, 24. *vendit ſua primogenita,* 25. 31. *Heb.* 12, 16. *ſupplantatur à fratre ſuo Iacob, Gen.* 27 *. *ducit filiam Iſmaelis,* 28,9 † 36,3. *procedit contra Iacob cum* 400. *viris,* 32, 6. *oſculatur ſuum fratrem Iacob,* 33, 4. *in Eſau pugnare prohibetur Iſrael, Deut.* 2,4. *vide Edom.*

Eſdras ſcriba proficiſcitur ex Babylone, 1. *Eſd.* 7, 6. *ſeparat mulieres Gentiles ex Iſrael,* 9 *. † 10 *. *legit coram multitudine librum Legis,* 2. *Eſd.* 8,2,3. *Eſdr.* 9,39. *appellatur Ioſedec,* 1. *Paral.* 6,15

Eſurire iuſtitiam, Iſa. 55,1. *Pſ.* 106,9. *Mat.* 5,6. *Luc.* 1,53 † 6,21. *Apoc.* 21,6 † 22, 17

Eua formatur ex coſta Adæ, Gene. 2,21. *comedit fructum vetitum,* 3,6

Euangelium Chriſti eiuſque prædicatio, Gen. 3,15. *Iſa.* 53,1 † 55,5 † 61, 1. *Mat.* 1, 21 † 11, 28 † 28, 19. *Mar.* 16, 15. *Luc.* 2, 10 † 24, 46. *Ioan.* 3, 16 † 6, 35 † 8,12 † 10,9 † 12,46. *Rom.* 1,16 † 3, 21,24 † 8,3. 1. *Cor.* 15,15, 29 † 4,15 † 15,1,2. *Cor.* 5,18. *Gal.* 1,6,11. *Ephe.* 1,13,1. *Timot.* 1,15. 2. *Timoth.* 1,8 † 2, 8. 1. *Pet.* 4, 17

Euangelium adſert fiduciam, ſimul & timorem, conſolationem, & terrorem Mat. 3,7 *. † 5, 20,23 † 7, 13, 19,23 † 8,12 † 9,15 † 10,33 † 11,12 † 12,37,41 † 13 29,40,50 † 15,13 † 16,27 † 18,6,7 † 20,16 † 29,13, 14 † 24,12,24 *. † 25,12,13,30,41 *. *Marc.* 10,25, 31 † 13 *. *Luc.* 3,17 † 6,24,25 † 9, 62 † 12, 20, 40, 48 † 13,5,26,30 † 16,22 † 17,30,34 † 19,22 *. † 20, 47 † 21 *. *Ioan.* 5,28 † 15,16. *Act.* 5,5, 6 *. *Rom.* 1, 18 † 2,5,6 † 6,23 † 9,18 *. † 11,20,22 † 13,2,3,4 † 14, 12,1. *Cor.* 3,13,17 † 5,5 † 10,8 † 11,29 *. † 15,51 † † 16,22,2. *Cor.* 7,1,8,10 † 13,5. *Gala.* 5,21,24. *Eph.* 5,5. *Philip.* 2,12,1. *Timot.* 5,24. *Heb.* 9,27 † 10,26,27 *. *Iacob.* 4,9 † 5,1,1. *Pet.* 4,18 † 5,8,2. *Pet.* 1, 10 † 2, 4 *. † 3,10 *. *Iudæ* 15

Euangelizanti debetur neceſſaria vitæ ſuſtentatio Matth. 10,9. *Mar.* 6,8. *Luc.* 9,4 † 10,7. *Rom.* 15,26,1. *Corin.* 9,7,11,13. *Gal.* 6,6,1. *Tim.* 5,17,2. *Tim.* 2,6

Euchariſtia, Mat. 26,26. *Mar.* 14,22. *Luc.* 22,19,1. *Cor.* 11,24 *. † 10,16. *frequenter ſumenda, Act.* 2, 42 † 20,7. *præfiguratur, Exo.* 16,15. *

Euchariſtia ſub altera tantum, nimirum panis ſpecie Ioan. 6,58. *data à Chriſto, Luc.* 24,30, 31. *ab Apoſtolis. Act.* 2,42 † 20,7

In Euchariſtia non remanet ſubſtantia panis poſt conſecrationem, ſed eſt verum Chriſti corpus & ſanguis, Matth. 26,26. *Marc.* 14,22. *Luc.* 22,19. *Ioan.* 6,51

Euchariſtiam in publicis ſupplicationibus circumferendam eſſe, præfiguratum Ioſ. 6, 6,7, 11. * 20,1. *Reg.* 4,3,2. *Reg.* 6,4,5,6

Euchariſtia adoranda, Pſal. 21,28,30 † 98,5. *Ioan.* 9, 38

Exactio, cenſus, & tributum debetur principibus, Mat. 17,24 † 22,17. *Mar.* 12, 16. *Luc.* 20, 22. *Rom.* 13,7

Excommunicatio à Chriſto inſtituta & præcepta, Mat 5,29 † 16,19 † 18,8,. 8. *Mar.* 9,42. *Ioan.* 20,23

Excommunicatio in vſu fuit Apoſtolis, 1. *Cor.* 5,3,10, 2. *The.* 3,6,14,1. *Timot.* 1,20. *Tit.* 3,10

Excommunicatio exercenda ad ædificationem & emundationem Eccleſiæ, & ad correctionem eius qui excommunicatur, 1. *Cor.* 5,4,1. *Tim.* 1, 20,2. *Theſ.* 3,14. *vt ſpiritus eius ſaluus fiat.* 1. *Corinth.* 5. *

Excommunicatio Phariſæorum, Io. 9,22, 34 † 12,42 † 16,2

Excommunicandi, qui in moribus aut doctrina grauiter errantes admoniti, nolunt reſipiſcere, Prouerb. 22, 10. *Mat.* 18,17. *Rom.* 16,16,1. *Corin.* 5 *. 2. *Cor.* 2,8, 2. *The.* 3 *. 1. *Timo.* 1,20 † 6,5,2. *Timoth.* 2,17,21 † 3,5. *Tit.* 3,10. *Ioan.* 2, 10

Excommunicati vitandi, Matt. 18, 17,1. *Cor.* 5 *. 1. *Tit.* 3, 10

Exequiæ celebrantur, Gene. 23, 2,3 † 50, 10. *Deut.* 34,8,2. *Reg.* 3,31. *

Ezechias filius impij Achab cum eſſet rex, tamen pius fuit, 4. *Reg.* 16, 20. *frangit ſerpentem Æneum,* 18,4. *deficit ab Aſſyrijs,* 18, 7. *mittit nuntium ad Iſaiam prophetam,* 19,2. *Iſa.* 37, 2. *decumbit ex graui morbo,* 4. *Reg.* 20,1. *If.* 38, 1. *oſtendit Babylonijs ſuum theſaurum, & reprehenditur,* 4. *Reg.* 20, 12, 14.

Isa. 39,1,5. *commendatur, Eccli.* 48,19
Ezechiel cum alijs captiuis vehitur in Babyloniã, Ezech. 1, 1. *vocatur, & mittitur,* 2, 3. *commendatur, Eccli.* 49,10

F

Facere pro Sacrificare in Scripturis, Leu. 15,15,30. *Num.* 6,11, 16 † 8,12 † 9,2,4, 10, 14. *Iudic.* 13, 16. *Luc.* 22,19
Fama bona præstantior diuitijs, Prouer. 22, 1. *Eccl.* 7,2. *Eccli.* 41, 15,16
Fames & annona caritas, Genes. 12, 10 † 26, 1 † 41 *.42 *.43 *. 44 *.45 *.47 *. *Exod.* 16, 3. *Deut.* 28, 53 † 32,24. *Ruth.* 1,1,2. *Reg.* 21,1 † 24, 13, 3. *Reg.* 8, 37 † 18,2,4. *Reg.* 4,38 † 6,25 † 8,1 † 25,3,2. *Paral.* 6, 28 † 20,9,2. *Esdr.* 5 *. *Psal.* 36,19. *Isa.* 5,13. *Ierem.* 14 1,12,15 † 15,2 † 29,17 † 34,17. *Ezech.* 5,12, 16 † 6, 11. *Ioel.* 1 *. *Amos* 4,6. *Hagg.* 1,6. 10 † 2,17. *Matth.* 24 7. *Luc.* 4,25 † 15, 14. *Act.* 7, 11 † 11, 28. *Rom.* 8,35,2. *Corinth.* 8, 14 † 11,27. *Apoc.* 6, 8 † 18
Fames verbi Dei, 1. Reg. 3, 1,2. *Para.* 5, 3. *Osee* 3,4 † 4,1. *Amos* 8, 11
Famulorum famularumque officium. Gene. 16, 4,6 † 24 *. † 30,35 † 31,4 † 39, 1. 6. *Exod.* 21, 2, 20, 4. *Reg.* 5, 20, 25. *Prouer.* 14, 35 † 17,2 † 19, 10 † 29, 19. *Eccl.* 2,7. *Eccli.* 7,22 † 10,28. *Iere.* 34,8. *Ioel,* 2, 29. *Luc,* 12,37,45. *Act.* 12, 13,1. *Cor.* 7,21. *Ephes.* 6,5. *Colo.* 3,22,1. *Tim.* 6, 1. *Tit.* 2,9,1. *Pet.* 2,18
Felix præfectus Iudææ, Act. 23,24 † 24. *
Fermentum, mala doctrina, Leuit. 2,11 † 6,16. *Deut.* 16,3. *Matt.* 16,6. *Mar.* 8,15. *Luc.* 12,1,1. *Corinth.* 5,5. *Galath.* 5,9
Festa Iudæorum, & in primis festum Paschæ, vide Pascha.
Festum Pentecostes, Exod. 21,16 † 34,22. *Num.* 28, 26. *Deut.* 16,9. *Ioan.* 5, *Act.* 2,1 † 20, 16
Festum turbatum, Leu. 23,24. *Num.* 29,1,2. *Par.* 5,3
Festum expiationum, Leuiti. 16, 30 † 23,27. *Num.* 29,7,8
Festum tabernaculorum, Exod. 23, 16. *Leu.* 23,34. *Num.* 22,12. *Deu.* 16,13 † 31,10,1. *Esd.* 3,4,2. *Esd.* 8, 15,17,2. *Macha.* 1,9 † 10,6. *Ioan.* 7,2
Festum Sabbati, vide Sabbatum
Festum neomeniæ, Num. 28,11,1. *Re.* 20, 5. *Ezech.* 45, 18
Festorum violatio, quam grauiter puniatur, Num. 1,5,32
Festus præfectus Iudææ, Actorum 24,27
Fides in Scripturis variè accipitur, videlicet pro fidelitate & veritate Dei in seruandis promissis, Psalm. 32, 3. *Isa.* 11,5. *Thren.* 3,23. *Osee* 2,20 † 5, 9, *Rom.* 3,3. *pro veritate & constantia verborum inter homines, Gene.* 39,16 † 44, 32. *Leuit.* 6,2. *Eccli.* 22, 28. *Iere.* 42,5,1. *Machab.* 10, 27,1. *Tim.* 2,7. *pro virtute Theologica, Sap.* 1,2 † 3,14 *Habacuc.* 2,4. *Matth.* 8,13 † 9,22 † 17, 20. *Marc.* 5, 34. *Luc.* 5,20. *Rom.* 3, 21 † 4, 3 † 5,1. *pro fide viua & formata per charitatem, Habac.* 2, 4. *Mat.* 9,22 † 15,28. *Marc.* 5,34 † 10,52. *Luc.* 7, 50. *Rom.* 3, 22. *Gal.* 5,6 *. *Hebr.* 11 *. *pro fide mortua absque charitate, Matt.* 7,21, 22,1. *Cor.* 13, 2 † 15, 2. *Iac.* 2, 26. *pro sponsione seu voto,* 1. *Tim.* 5, 12. *pro fiducia, Iac.* 1, 6
Fides charitate inferior, vide Charitas
Fides viua quæ per charitatem operatur, magnæ virtutis est, Mat. 9.2,22,29 † 21, 22. *Mar.* 16, 16. *Luc.* 18,42. *Io.* 1,12 † 3,15, 16, 36 † 6, 35 † 7, 38 † 11,25 † 14,12 † 20,29. *Act.* 3,16 † 10,43 † 15, 9 † 16, 31. *Rom.* 1,16 † 3,22. *Gal.* 3,8. *Eph.* 2,7. *Heb.* 11,6. *
Fides non facit nos certos aut securos de accepta peccatorum remissione, aut consequenda, vita æterna, vide Certi.
Fides sine operibus non iustificat, 1. *Cor.* 13, 2. *Gal.* 5,6, *Iac.* 2,24
Fides ipsa etiam appellatur opus bonum, Phil. 1,6
Fides est vna, Eph 4,5
Fidei viuæ & operanti tribuitur iustitia & salus, Genes. 15,6. *Marc.* 16,16. *Luc.* 1, 45 † 8, 48 † 23, 41. *Ioan.* 5,24 † 17,3. *Act.* 13,38 † 16,31. *Rom.* 3, 22 † 4, 3,22 † 5 *. † 10,1,10. *Phil.* 3,9,1. *Pet.* 2,6. *Heb.* 4,3
Fidei prædicatio ad eorum qui præsunt in Ecclesia, iudicium referenda est Gal. 2,2
Fidem Gentilium, etiam respicit Deus Ier. 39, 18. *Mat.* 8,5, 13 † 15,28. *Luc.* 7,9 † 10,33 † 17,16. *Ioan.* 4,47. *Act* 10, 3 † 8, 26
Fideles Deus liberat à communi perditione, & internecione impiorum, Genes. 6 *. 7 *. 8 *. 19 *. *Exo.* 8, 22 † 9,4,6,26 † 10,23 † 11, 7. *Num.* 16, 20, 26, 31. *Ierem.* 39, 18. *Daniel.* 6, 12, 2. *Petri* 2,7
Infidelitas seu in crudelitas punitur, Gen. 19, 11, 17, 26. *Num.* 11,21 † 14,2, 11 † 20, 12. *Deut.* 9,20,4. *Reg.* 7,2, 17,4. *Esd.* 15,4. *Psal.* 77, 32. *Eccli.* 2, 15. *Mat.* 8, 28 † 14,30 † 17,17. *Marc.* 16,16. *Luc.* 1, 16 † 24,24. *Ioan.* 3, 18, 36 † 6, 7 † 8, 24 † 12,48 † 20,27. *Rom.* 11 20. *Heb.* 3,18 † 4,22, 11, 6. *Apoc.* 21,8
Filiorum officium erga parentes, Gen. 9, 23 † 22,2, 7 † 27,1 † 28, † 37,14 *. *Exod.* 20,12 † 28,17. *Leu.* 19, 3,32 † 20,9 † 21,9. *Deut.* 5, 16 † 21, 15, 18 † 27,16. *Iud.* 14,1. 21. *Reg.* 2,11,18,22 † 3,1,7 † 8, 1 † 18. 5,3. *Reg.* 2,19, 4. *Reg.* 2,23 † 12,2 † 22, 1,2. *Paral.* 34, 3. *Eccli.* 3,1,8 † 6,18 † 7,29 † 8, 7, 11, † 22, 3 † 23, 18 † 25, 10 † 32,24. *Tob.* 4,1 † 14,5. *Iob.* 1, 4 † 8, 4 † 32, 4,6. *Prou.* 1,8 † 4,1 † 6, 20 † 10, 1 † 13, 1 † 15, 20 † 19,26 † 20,11,20 † 22, 15 † 23,19, 25 † 28, 24 † 30, 17. *Ierem.* 35,16. *Ezech.* 22, 7. *Matth.* 4, 20 † 10, 35 † 15,14 † 19,19. *Mar.* 10,19. *Luc.* 2, 48 † 18, 20. *Act.* 7,14 † 22, 3. *Ephes.* 6,1. *Coloss.* 3,20, 1. *Tim.* 5, 1, 1. *Petr.* 5, 5
Fœnum & herba citò transiens omnis homo, Psal. 89, 6 † 128,6. *Isa.* 40,6. *Eccli.* 14, 15, 1. *Pet.* 1, 24. *Iac.* 1, 10
Fœnus, vide Vsura
Fornicatio iram Dei prouocat. Deut. 22,21. *Prou.* 23, 27. *Eccli.* 19,3. *Iere.* 5,7. *Ojee* 4,14,1. *Cor.* 6,9,13,15. *Coloss.* 3,5. *Heb.* 13, 4. *corpus enervat & facultates absumit. Iob.* 31,12. *Prouer.* 23, 27 † 29, 3 † 31, 3. *Eccli.* 9,6. *infamiam adfert, Eccli.* 9, 10 † 41, 21. *fornicationis occasiones vitandæ, Eccli.* 9,4,12. † 42, 12. *fornicatio non solum in opere externo, sed & in affectu prohibetur. Exod.* 20,17. *Mat.* 5.28
Fornicatio spiritualis, quæ est hæresis & idololatria. Deut. 31, 16. *Iud.* 2, 17 † 27, 33. *Isa.* 1, 21 † 57, 3. *Ier.* 3,1. *Ezech.* 6, 9 † 16 *. *Osee* 1, 2 † 2, 4 † 4, 15. *Apo.* 18, 3

Fratres & sorores Christi qui sint, Mat. 12,49 † 28, 10. *Marc.* 3, 33. *Luc.* 8, 21. *Ioan.* 20, 17. *Heb.* 2, 12. *Psalm.* 21, 23

Fraus, quære Dolus.

Fructus boni operis, quare Opus.

Fundamentum est Christus, 1. *Cor.* 3, 11. *Eph.* 2, 20, 1. *Pet.* 2, 6. *fundamentum etiam Apostoli, Eph.* 2, 20. *Apoc.* 21, 14

Et peculiariter Petrus, Matth. 16, 18 *. *Io.* 21, 15, 17. *cuius fides nunquam deficiet, Luc.* 22, 31

Furtum prohibetur, committitur, & punitur, Exo. 20, 15 † 21, 17 † 22, 1. *Leuit.* 19, 11. *Deut.* 5, 19 † 4, 7. *Ios.* 7, 1, 19. *Tob.* 2, 21. *Prou.* 6, 30. *Osee* 4, 2, 2. *Macha.* 12, 40. *Mat.* 19, 18. *Io.* 12, 6, 1. *Cor.* 6, 10. *Apoc.* 9, 21.

Fures dicuntur, verbum Dei & doctrinam veram adulterantes, Ier. 23, 30. *Ioan.* 10, 1.

G

Gaal opponit se Abimelech, Iud. 9, 26, 35, 39

Gabaonitæ redimunt vitam astu quodam, Iosue 9 *. *obsidentur, & obsidione liberantur,* 10, 5 *. *Propter ipsos iniustè à Saule occisos suspenduntur filij Saulis,* 2. *Reg.* 21, 1, 6, 9

Gabelus venit cum Raphael ad nuptias Tobiæ, Tob, 9, 7

Gabriel apparet prophetæ Danieli, Dan. 8, 16 † 9. 21. *Zachariæ sacerdoti, Luc.* 1, 11 *Virgini Mariæ,* 1, 26

Gad filius Iacob ex Lia. Genes. 30, 11 † 25, 26

Gaditæ recipiunt suam hæreditatem, Num. 32 *. *Deuteronom.* 3, 12, *Ios.* 13, 24

Gad propheta admonet Dauid, vt non maneat in terra Moabitarum, 1. *Reg.* 22, 5. *nuntiat Dauid iram Dei,* 2. *Reg.* 24, 11, 18

Gaius, 1. *Cor.* 1, 14. *capitur, Act.* 19, 29, *deducit Paulum in Asiam,* 20, 4. *hospitio eum suscipit, Rom.* 16, 23

Galgal, siue Galgala, ciuitas Israel, Ios. 4, 19. *in Galgal circumciditur populus, & celebrat Pascha,* 5, 2, 7, 10. *egreditur inde ad liberandos Gabaonitas* †, 10, 7. *reuertitur,* 10, 43

Galilæa recipit Christum, Ioan. 4, 45. *in Galilæa incipit Christus prædicare, Mat.* 4, 12. *Act.* 10, 37

Gamaliel vir peritus Legis, Act. 5, 34 † 22, 3

Gamaliel dux Manassitarum, Num. 1, 10

Gaudere & lætari honestè licet, 1. *Paral.* 29, 9 *. 2. Esd.* 12, 42. *Psal.* 67, 4. *Luc.* 1, 14, 1. *The.* 1, 6 † 5, 16

Gaudendum non est more Gentilium Eccl. 2, 2 † 7, 3. *Osee* 9, 1. *Amos* 6, 8. *Prouer.* 2, 14. *Iacob* 4, 9

Gaudium in persecutione, Mat. 5, 12. *Act.* 5, 41 † 20, 24. *Rom.* 5, 3. *Coloss.* 24. *Heb.* 10, 34 † 11, 25

Gaudium spiritus, Luc. 10, 21. *Rom.* 12, 12 † 14, 17. *Gal.* 5, 22. *Philip.* 4, 4, 1. *The.* 49, 5

Gaudium salutis æternæ, Isa. 25, 18 † 26, 1 † 33, 20 † 65, 12. *Sap.* 3, 1, 17. *vide Beatitudo.*

Gedeon dux & iudex in Israel, Iud. 6 *. † 7 *. † 8 *

Genitus quis probandus, quis improbandus. Exod. 2, 24. *Ezech.* 9, 4. *Tob.* 3, 1, 2. *Mach.* 6, 30. *Rom.* 8, 22. *Iac.* 5 9

Gentium vocatio, Gen. 49, 10. *Num.* 24, 17. *Deut.* 32, 43, 2. *Reg.* 23, 44, 50, 3. *Reg.* 8, 41. *Psal.* 2, 8 † 21, 28 † 67, 32 † 71, 8, 17 † 85, 9 † 86, 4. *Isa.* 2, 2 † 11 5 10 † 19, 18 † 25, 7 † 27, 13 † 29, 17 † 35 * † 41, 25 † 43, 5 † 45, 14 † 49 *. † 51, 5 † 54 * † 55 * † 56, 3, 6 † 60, 3, 9 † 65, 1 † 66, 19, 20. *Ier.* 9, 24 † 12, 16 † 16, 19. *Osee* 2, 1, 24. *Ioel* 2, 28. *Mich.* 4, 2. *Soph.* 3, 9. *Zach.* 2, 11 † 8, 20 † 9, 10. *Mat.* 2, 2, 7 † 8, 11 † 21, 31, 43 † 22, 9. *Ioan.* 10, 16. *Act.* 8, 26, 30 † 10 *. 1. *Corinth.* 12, 13. *Ephe.* 2, 10

Gentilium mores non sunt nobis imitandi, Leuitic. 18, 3 † 20, 23. *Ierem.* 10, 2

Genuomne flectendum Domino, Ps. 21, 30. *Isa.* 45, 23 *Roman* 14, 11. *Philip.* 2, 10

Gerson filius Leui, Num. 3, 17. *Gersonitarum ministerium,* 3, 25 † 4, 22

Giezi minister Elisei, 4. *Reg.* 4, 25. *fit leprosus,* 5, 26

Gladius non cuiuis permittendus Matth. 26, 51. *Marc.* 14, 47. *Luc.* 22, 49. *Ioan.* 18, 10

Gladius spiritus est verbum Dei, 4. *Esd.* 13, 9, 27. *Isaiæ* 11, 4 * 27, 1 † 31, 8 † 49, 2 † 66, 16. *Ephes.* 6, 17. *Heb.* 4, 12. *Apocalyp.* 1, 16 † 2, 16 † 19, 15, 2. *Thes.* 2, 8

Gloria Dei in omnibus quærenda, Ios. 7, 19. *Psal.* 115, 1. *Matth.* 6, 9. *Ioan.* 9, 24 † 17, 4. *Act.* 3, 12 † 12, 23, 1. *Cor.* 6, 20 † 10, 31. *Phili.* 1, 20. *Col.* 3, 17. *Tit.* 2, 10. *quare Honor.*

Gloria beatorum, vide Beatitudo.

Godolia filius Ahicam gladio interimitur, 4. *Reg.* 25, 25. *Ier.* 41, 2

Gratia in scripturis accipitur pro beneficio, Ruth. 2, 20, 2. *Reg.* 2, 6 † 15, 20. *Prouer.* 4, 9. *Eccli.* 7, 37 † 29, 20. *pro fauore, Gen.* 6, 8 † 18, 3 † 19, 19 † 39, 21. *Exod.* 12, 36. *Tob.* 3, 13. *Esther* 2, 17. *Prouerb.* 13, 15. *Eccli.* 4, 25. *Dan.* 1, 9. *Act* 2, 47 † 24, 27 † 25, 9. *pro præmio quod à Deo expectatur, Prou.* 1, 9 † 12, 2, 2. *Machab.* 12, 46. *Luc.* 6, 33. 1. *Pet.* 2, 19. *pro dono aliquo gratis dato, Esther* 15, 17. *Psal.* 44, 3. *Prou.* 3, 22 † 16, 23 † 22, 11, 1. *Cor.* 12 *. *Ephes.* 4, 7, 1. *Pet.* 4, 10, *pro dono supernaturali Deo gratum faciente, Psal.* 83, 12. *Luc.* 1, 28 † 2, 40. *Ioan.* 1, 15. *Rom.* 1, 7, 1. *Cor.* 16, 23, 2. *Cor.* 1, 12. *Gal.* 5, 5. *Heb.* 13, 19. *Iac.* 4, 6. *pro re grata, pulchra, accepta, & amabili, Prouer.* 31, 30. *Eccl.* 10, 12. *Eccli.* 7, 21 † 11, 19 † 26, 16, 19 † 40, 22. *Luc.* 4, 22. *Ephe.* 4, 29

Gratiæ donum quàm sit occultum, & reconditum, quodque nemo facile illud sibi arrogare debeat Iob 9, 20, 21. *Psal.* 2, 11 † 18, 13 † 142, 2. *Prouer.* 14, 12 † 20, 9. *Eccl.* 9, 1, 2, 12. *Eccli.* 5, 5. *Iere.* 17, 9, 1. *Corinth.* 4, 4, 2. *Cor.* 10, 14 † 13, 5. *Gal.* 6, 3. *Philip.* 2, 12, 1. *Pet.* 4, 18, 2. *Pet.* 1, 10, 1. *Ioan.* 4, 1

Gratia qua quis hominibus gratus est, etiam illa à Deo est, Exod. 3, 21 † 11, 3 † 12, 36, 4. *Reg.* 25, 27, 2. *Esd.* 2, 5. *Psal.* 105, 46. *Ierem.* 40, 2, 3, 4. *Dan.* 1, 9. *Tob.* 1, 13. *Act.* 24, 23 † 27, 3 † 28, 3, 19

Gratus animus erga Deum & homines commendatur Gen. 4, 3 † 8, 20 † 14, 21 † 23 *. † 23 *. † 24, 48 † 26, 25. *Exod.* 15, 1. *Leu.* 25, 6. *Num.* 15, 17 † 31, 48. *Deut.* 4, 39 † 6, 5. *Iudic.* 5, 1, 1. *Reg.* 2, 1 † 14, 35 † 31, 11, 2. *Reg.* 10, 2 † 19, 35, 3. *Reg.* 2, 7, 1. *Par.* 29, 10, 20, 2. *Par.* 15, 11 † 20, 26. *Esther.* 6 *. *Tob.* 9, 1 † 12, 1, 7. *Eccli.* 7, 22 † 32, 28 † 35, 13, 1. *Machab.* 4, 24 † 5, 54, 2. *Macha.* 3, 33. *Matt.* 11, 25. *Marc.* 5, 10. *Luc.* 18, 43. *Ioan.* 11, 40. *Act.* 4, 21 † 27, 35. *Rom.* 6, 17, 2. *Cor.* 6, 1. *Eph.* 5, 19. *Philip.* 4, 6. *Coloss.* 2, 7 † 3, 15, 1. *Thess.* 5, 18. 2. *Thess.* 1, 3, 1. *Tim.* 4, 3.

Gratiæ agendæ ante & post cibum sumptum, Deut. 8,10,1.*Reg.*9,13.*Isa.*62,9.*Matt.*14,19 † 15,36 † 26, 25.*Mar.*6,41 † 8,6 † 14,22.*Luc.*9,16. *Ioan.*6,11,23. *Act.*27,35.*Rom.*14,6,1.*Cor.*10,30,1. *Tim.*4,3

Gula, vide Ebrietas, & Ciborum luxus.

H

*HÆreticos & infideles relinquit Deus ad iustorum probationem, Iudic.*3,1,1.*Cor.*11,19

Hæretici iam inde à temporibus Apostolorum extiterunt 1.*Timot.*1,20,2. *Timoth.*2, 18,1. *Ioan.*2,18,2.*Io.* 7.*Apoc.*2,15

*Hæreticos futuros etiam nostris temporibus prædictum est, Matth.*24,5,24. *Io.*5,43,1. *Tim.*4,1,2. *Tim.*3,1,2. *Pet.*2,1 † 3,3. *Iudæ* 18

Hæreticorum mores & doctrina, ibidem.

Hæretici vitandi Deut. 13,1. *Matth.*7,15. *Rom.*16, 17,2.*Tim.*2,17 † 3,5.*Tit.*3,10,2.*The.*3,14.*Ioan.*2,10

*Hæretici malè tolerantur à præfectis, Apoc.*2,14

*Hæretici tollendi è medio, Deut.*13,5 † 18,20,3.*Reg.* 18,40 *.4. *Reg.*10,25 *.

Hæresis, fornicatio spiritualis, vide Fornicatio.

Hazael famulus Benhadad regis Syriæ, 4. *Reg.*8,11, 15.*iuxta mandatum Domini,* 3. *Reg.* 19, 15. *percussit Israel in vniuersis finibus suis,* 4. *Reg.* 20, 32 † 12,17 † 13,3.*quemadmodum prophetatum est,*4, *Reg.*8,11,13. *moritur,* 13, 24

*Helias vir pilosus, & zona pellicea cinctus renibus,*4. *Reg.* 1,8

Heliæ orationis efficacia, 3.*Reg.*17,1.*Iacob.*5,17,18. *alitur ministerio corui,*3.*Reg.*17,2.*excitat puerum mortuum* 17,19.*occidit prophetas Baal,* 18,40.*fugit Iezabel* 19,3. *mittitur in Damascum, vt vngeret Hazael regem Syriæ,*19,15.*mittitur ad Achab,* 21,17. *ad Heliam misi principes quinquagenarij cum suis, igne cælitus demisso consumuntur,*4.*Reg.*1,10.*assumitur per turbinem in cœlum,* 2, 11. *apparet in transfiguratione Domini, Matth.*17,3.*Luc.*9,30

*Heliodorus à cubiculis Seleuco, tentat thesaurum templi auferre,*2.*Mach.*3,7,13. *punitur à Deo,* 3, 24

Heliseus, vide Eliseus.

Herodes Ascalonitas occidit innocentes pueros, Matth. 2,16. *& moritur,*2,19

*Herodes Antipas filius Herodis tetrarcha Galilææ, Luc.*3,1.*occidit Ioannem Baptistam, Mat.*14,9. *Herodes & Pilatus morte Christi inter se reconciliantur, Luc.* 23,12.*Act.*4,27

Herus & Hera, vide Dominus & Domina.

Hesron filius Phares, Gene. 46, 12. *Matt.* 1,3.*relinquit post se Azam, & appellatur Iephonne,*1. *Par,* 4,15

Hester fit vxor Assueri, Esther 2 *. *precibus suis apud Assuerum latam de Iudæis vno die occidendis sententiam reuocat, Esther* 8,3,8

Hieremias, vide Ieremias.

Hierusalem, vide Ierusalem.

Holofernes dux Nabuchodonosor mittitur contra Israel, Iudith 2,4. *blasphemat Deum,* 6,1

Obsidet Bethuliam, 7,1. *proprio gladio ceruix ei præciditur,* 13,8

Caput eius conspiciendum ponitur in muris ciuitatis, 14,1.*totus Assyricus exercitus se in fugam dedit,* 15,1

Homo creatus est ad imaginem Dei, Gene. 1,26 † 2,7 † 5,1 † 9,6.*Sap.*2,23.*Eccli.*17,1.*Iob* 10,8. *Psalm.* 118,73. *Iac.*3,9

*Homo maledicitur, Gen.*3,17

Benedicitur in Christo, Genes. 12, 3 † 22, 18. *Gal.* 3,8

*Hominis regeneratio, Mat.*18,3. *Io.* 1,13 † 3,3,6 † 4,14 † 7,31,1.*Cor.*4,15.*Gal.*4,19. *Ephes.*4,22. *Col.* 3,8.*Tit.*3,5,1.*Pet.*1,23 † 2,2. *Iac.*1,18

Homo pulus & lutum, Gen. 2, 7 † 3, 19 † 18,27. *Eccle.*12,7.*Eccli.*17,1 † 18,8 † 41,13. *Iob* 4,19 † 10, 8 † 34, 15. *Psalm.* 77, 39 † 102, 14 † 143, 4. *Isaiæ* 40, 6

Homicidium latrocinium, & sanguinis effusio, Genes. 4 *. † 9, 6 † 37, 18. *Exod.*2,12 † 20, 13 † 22,2. *Leuitic.*24,21. *Num.*25,7 *. *Deut.*5,17 † 19,4, 11 † 21 1 † 27, 24. *Ios.*20,3. *Iud.*9,5,1. *Reg.* 18,17,2. *Reg.*3, 27 † 4,7,12,2.*Reg.*2,5,25,34, 46,4. *Reg.* 14,5 † 21, 16.*Prou.*6,17 † 28,17.*Eccli.* 34,25,27. *Thre.* 4,13, *Ezech.*11,6 † 22,2 † 24,6.*Osee* 4,2.*Matth.*5,21 † 19, 18,23,34 † 26,51.*Ioan.*8,44. *Rom.*13,9. *Gal.* 5,21 † 1.*Io.*3,12. *Apoc.* 13,10

*Honor qui ab hominibus proficiscitur, non magni faciendus, Num.*16,1. *Iudic.* 9,1,1. *Reg.* 10,27,2. *Reg.* 15,1,3. *Reg.*1,5.*Esther* 3,1 *. † 6,6. *Eccl.*9, 16 † 10, 29,30.*Ier.*9,23.*Matt.*6,1 † 8,4 † 9, 30 † 17,9 † 20, 21,26. *Mar.* 1,44 † 5,43 † 7,36 † 8, 26 † 9, 8 † 10, 35,43. *Lu.*22,24.*Ioan.*6,15 † 8, 50 † 12,43. *Act.*10, 26 † 14,14. *Gal.*6,2. *Philip.*2, 3,1. *The.*2,6,1. *Petr.*5, 3,3.*Ioan.*9. *Apoc.*19,10 † 22,9

Honor Dei, quare Gloria.

Honorandi Parentes, vide Parentes.

*Hospitalitas commendatur, Isa.*58,7. *Mat.* 25, 36. *Luc.*14,13.*Rom.*12,13,1. *Timot.*3,2. *Tit.*1,8,1.*Pet.* 4,9,3.*Ioan.*5,9.*Heb.*13,2.*Iacob.*1,27

Hospitalitatis exempla, Gen. 18, 3 † 19, 2 † 24, 31. *Iosue* 2 *. *Iudic.*13,15 † 19, 4,9,3. *Reg.* 17,10,17,4. *Reg.*4,8.*Iob* 1,4 † 31,17.*Tob* 2,1. *Luc.*10, 38 † 19,6 *Act.*16, 15 † 28,27

Inhospitalitas, Iud. 8,5 † 19, 18,1. *Reg.* 25, 9, 14. *Sap.* 19, 13

*Humilitas Deo grata est, Gen.*18,27 † 29,31 † 41 40. *Iudic.*6,15,1. *Reg.* 1.* † 2,1,8 † 7,9,10,2.*Reg.*6, 16,21,2.*Par.*12, 6,8 † 32, 26 † 33, 12 † 34,26. *Psal.* 33,19. *Prou.* 11,2 † 16, 19 † 18, 12 † 22, 22 † 25, 7 † 29,23.*Isa.* 37, 1 † 57, 15 † 66,2. *Ier.*1, 6. *Ioan.* 3, 5. *Eccli.*3,18 † 7, 19. *Iudith* 4,7,11 † 9, 16. *Matt.* 3,11 † 5, 3 † 8, 8 † 11, 20 † 15, 27 † 18, 4 † 20, 26 † 21, 5 † 23, 7, 11. *Marc.* 9, 34 † 10, 43. *Luc.* 1, 48 † 9, 42 † 14, 7, 11 † 15, 19 † 18, 13 † 22, 26. *Ioan.*13, 4. *Act.*10, 26. *Rom.*11,20 † 12, 16, 1. *Cor.* 4, 6 † 15, 8. *Philip.* 2, 3. *Colos.*3,12. *Heb.*11,24,1. *Pet.*5,5. *Iac.*1,9 † 4, 10. *Apoc.*4,1 † 19,10

*Hymenæus pseudo apostolus,*2.*ad Timot.*2,19

Hypocrisis, 1,*Reg.*15,11 *. † 18 *. 2. *Reg.* 15, 2, 7, 4. *Reg.*1, 6, 9. *Iob* 8, 13 † 13, 16 † 15, 34 † 20 *. † 27,8 † 36,13.*Pro.*30,13.*Eccli.*1,36 † 19,24. *Isa.*29, 13 † 38,2. *Ier.*9,8.*Ezech.*33,30.*Malac.*3,13,2.*Matth.* 6,24.*Matt.*2,7,16 † 6,2,16 † 7,5 † 15,7 † 16,3 † 22,

18 † 23 *. † 24,51. *Mar.*7,6. *Luc.* 11,44 † 12, 1,56 † 18,11. *Act.*5,1 † 8,18 † 13,8. *Rom.*2 *. *Gal.*2,13,1. *Tim.*4,2,2. *Tim.*3,5,1. *The.*5,22,1. *Pet.*2,1.

I

Iabes in Galaad opprimitur ab Israel, Iudic. 21, 10. *obsidetur,* 1. *Reg.* 11, 1. *viri Iabes Galaad exhibent misericordiam Sauli, & filio eius,* 31,12

*Iacob filius Isaac nascitur, Gene.*25,23. *emit à fratre Esau primogenita, Gen.*25,31. *Præripit Esau benedictionem* 27, 5 *. *proficiscitur ad Laban,* 28, 10. *vide scalam, & vouet votum,* 28, 12, 20

Seruit Laban pro duabus filiabus, 29, 18. *reuertitur in patriam,* 31, 17

Luctatur cum Angelo, 32, 24. *vocatur Israel,* 32, 27 † 35, 10, 3. *Reg.* 18, 31. *mittit filios in Ægyptum,* 42, 1

Migrat cum tota sua familia in Ægyptum, 46 *. *Deut* 10,22. *filios Ioseph adoptat in suos,*48,5,8

Benedicit duodecim filijs, & moritur 49, 33. *sepelitur cum patribus suis in terra Chanaan,* 50, 4, 7. *secundum promissionem,* 47, 29. *& secundum mandatum,* 49, 29. *commendatur, Eccli.* 44,24. *vide Israel.*

Iacobus Zebedai filius vocatur, Matth. 4,20. *occiditur, Act.* 12,2

Iebus appellatur Ierusalem, Iosue 15,8. *Iud.* 19,10, 1. *Par.*11,4

*Iebusæos expugnare non poterat Israel, Iudic.*1,21. *superantur tamen à Dauid,* 2. *Reg.*5,8

Iehu filius Hanani prophetæ arguit regem Iosaphat, 2. *Par.*19,2

Mittitur ad Baasa regem Israel, 3. *Reg.*16,1,7

*Iehu filius Iosaphat filij Namsi vngitur vt rex esset Israel, ad delendam domum Achab,*4. *Reg.* 9,1,6

Iuxta præscriptum, 3. *Reg.*19,16

*Occidit Iezabel,*4. *Reg.* 9,30,33

Occidit septuaginta filios Achab, 10, 1. *iubet comprehendi & iugulari fratres Ochoziæ regis Iuda,* 10, 14. *perdit seruos Baal,* 4. *Reg.* 10, 17,25. *moritur,* 10, 35

Ieiunium, & ieiunandum esse, Ioel 2, 12. *Tob.*12, 8. *Matth.*6,16. *Mar.*2,20. *Luc.*2,36 † 5,35. *Rom.*13, 13,1. *Cor.*7,5,2. *Cor.*6,5 † 11,27. *Act.*13,2,3,14,22. *Eph.*5,18,1. *The.*5,6. *Tit.*2, 2,1. *Pet.*1,13 † 5,8. *vide Quadragesima.*

*Ieiunij meritum, Ier.*35,14,19. *Ionæ* 3,7,9,10. *Iudith* 4,8 † 8,6. *Mat.*17,21 † 6,17. *Luc.*2,37

Ieiunatur pro mortuis, 1. *Reg.*31,13,2. *Reg.*1,12 † 3,36,1. *Par.* 10,12

*Ieiunij exempla, Exo.*24,18 † 34,28. *Deut.*9,9,18. *Iud.*20,26,1. *Reg.*7,6 † 31, 13, 2. *Reg.*3,35 † 12,16, 2. *Par.*20,3,1. *Esd.*8,21,2. *Esd.*1,4. *Esther* 4,3. *Psal.* 34,13. *Ier.*36,9. *Dan.* 10,3. *Ionæ* 3,5. *Iudith* 4,7 † 8, 5. *Tob.*3,10. *Mat.*4,2 † 9,14. *Luc.* 2,37 † 5,33. *Act.* 10,30 † 13,3 † 14,2

Ieiunium indictum à rege Saule, 1. *Reg.* 14,24. *à Iosaphat,* 2. *Paral.* 20, 3. *à Niniuitis & eorum rege, Ionæ* 3,5,7. *ab Esdra,*1. *Esd.* 8, 21. *ab Esther & Mardochæo, Esther* 4,16. *vide Abstinentia.*

Ieremias propheta ex Anathoth. Ierem. 29, 27. *vocatur, & à Deo mittitur,* 1,4

*Ieremias persecutionem patitur, Ierem.*18, 19 † 20, 1 † 26,7 † 33,1 † 37,12 † 38,4,7

Ieremias inuenit gratiam apud Nabuchodonosor, Ier. 39, 11

Ieremias vinculis soluitur à Nabuzardan, Ier. 40,1

*Ieremias luget Iosiam,*2. *Paralipom.* 35,25

*Iericho expugnatur & exuritur, Ios.*6, 10, 24. *reædificantur ab Hiel,* 3. *Reg.* 16, 34. *appellatur ciuitas Palmarum, Deuteronom.* 34,3,2. *Par.*28,15

Ieroboam filius Nabat, seruus Salomonis, fit inimicus Israeli, 3. *Reg.*11,26,2. *Par.*13,6. *fit rex decem tribuum,* 3. *Reg.* 12,20. *iuxta verbum Ahiæ.* 11,29. *erigit duos aureos vitulos, & falsum cultum Dei,* 12, 28, 31. *idque punitur, & exprobatur,* 14,7 † 15,25 † 16,19, 26,4. *Reg.*3,3 † 10,29,32 † 13,2,6,11 † 14,24 † 15, 9,18,24 † 17,22 † 23, 15

Manus eius exarescit, 3. *Reg.* 13,4

*Curatur,*13,6. *moritur,*14,20. *tota eius domus perditur,* 15,29. *iuxta quod prædictum fuerat* 14,10. *contra Ieroboam Amos* 7,10

*Ieroboam filius Ioas fit rex Israel,*4. *Regum* 13,13 † 14,16. *moritur,*14,29

Ierusalem expugnatur à filijs Iudæ, Iudic. 1, 8. *eligitur à Deo in habitaculum,* 3. *Reg.* 8 *. 2. *Par.*6,2 † 7, 16

*Ierusalem appellatur Iebus, Ios.*15,8. *Iudic.*19, 10, 1. *Par.*11,4

*Ierusalem appellatur Salem, Psalm.*75,3

*Ierosolymam quæ tribus Iacob inhabitauerint,*1. *Par.* 9,3,2. *Esd.*11,1

Ierusalem obsidetur à rege Syriæ & Israelis, 4. *Reg.* 16,5. *à rege Nabuchodonosor,* 4. *Reg.*24, 10 † 25,1

Ierusalem exuritur, & euertitur, 4. *Reg.* 25, 9. *iterum excolitur, & reparatur,*2. *Esd.*3 *. † 6,15

Contra Ierusalem & eius ciues, 4. *Reg.*21,12 † 23, 27. *Isa.* 1,6 † 3,1 † 22,1,8 † 29, 1, 7 † 65,2. *Ier.*4,3, 9 † 7 *. † 13 *. † 17,19 † 19, 3, 6 † 21, 3 † 13, 39 † 25,8 † 32,3,26 † 34,1 † 38,3 † 39, 8. *Ezech.* 3,6 † 4 *. † 5 *. † 10, 2 † 15 *. † 21, 6 † 22 *. † 23 *. *Soph.* 3, 1

Ierusalem destruenda per Romanos, Dan. 9, 26. *Zach.*14, 1. *Matth.* 24, 1, 15. *Luc.* 13, 35 † 19, 41 † 20,16 † 21,6. *Ioan.*11,48

Ierusalem spiritualis, Ecclesia sancta, Psal. 12, 1, 3. *Isa.*33,20 † 54, 11 † 60 *. † 62,6 † 65, 16, 18. *Tob.* 13,19. *Baruch* 5,1,7. *Gal.*4, 26. *Heb.*11, 10 † 12, 22. *Apoc.*3,12 † 21, 2,10

Iezabel impia, impij Achab coniunx. 3, *Reg.* 16,31 † 21,5,7

Occidit prophetas Domini, 18,4,13. *minatur Heliæ prophetæ mortem,* 19, 2. *à canibus dilaceratur,*4. *Reg.* 9, 33. *iuxta verbum Heliæ prophetæ,* 3. *Regum* 21, 23

*Illuminati dicuntur Baptizati, Heb.*6,4

Imagines iussit fieri, Exod. 25, 18 *. *Numero* 21, 8 *.

Imagines fecit Salomon, 3. *Reg.*6,35 † 7,25,29,36 † 10,19,2. *Paralip.*3,10,14 † 4,3

*Imaginum vsus, Num.*21,8. *Sap.*16,6. *Ios.*2,26 *. *de*

altari in testimonium & memoriam extracto.

Immisericordia, & eius punitio, Exo. 1,12. Deut. 23, 3. Iudic. 8, 6, 15, 1. Reg. 25, 15, 38. Iob. 20, 19. Prou. 21, 10. Eccl. 12, 13. Amos 1, 6. Matth. 18, 30, 34 † 25, 42. Luc. 16, 21, 23. Iac. 2, 13

Impatientia, & eius punitio, Exod. 14, 11 † 15, 24 † 16, 2, 7 † 17, 2. Num. 1, 11, 10 † 14, 1, 26 † 21, 5. Iob 3, 1. Prouer. 12, 16. Eccli. 2, 16

Impiorum dicta, facta, & cogitata contra pios, Sap. 2 *. Psal. 9 *. 10 *. 11 *. 13 *. Prou. 4, 14

Impiorum prosperitas, Iob 10, 3 † 21, 7, 10. Psal. 72, 2, 8 † 91, 8, 4. Esd. 3, 28, 31. Ier. 12, 1. Habacuc 1, 13, 2. Machabæo. 6 *.

Impiorum prosperitas bonis admirationem parit, Iob 21, 7, 13. Psalm. 72, 2. Eccle. 7, 16. Ier. 12, 1. Habac. 1, 13. Malach. 3, 15

Impij incidunt in mala quæ pijs parauerunt, 1. Reg. 17, 42 † 31, 4. Esth. 7, 10. Psal. 7, 16 † 9, 16 † 34, 8 † 36, 14. Prou. 26, 27. Eccle. 10, 8. Isa. 33, 1. Iere. 48 *. Dan. 3, 22 † 6, 24 † 13, 62. Eccli. 27, 18. Iudith 13, 4. Apoc. 18, 6

Impij incidunt frequenter in malum quod timent, Iob 6, 16. Prou. 1, 26 † 10, 24. Isa. 66, 4

Impiorum subita & improuisa punitio dispersio & euersio, Genes. 7, 21 † 14, 15 † 19, 24 † 34, 25. Exo. 14, 24. Leu. 10, 2. Num. 11, 33 † 16, 31. Iosue 10, 9 † 11, 7. Iud. 4, 20 † 7, 12, 15, 21 † 8, 11 † 16, 28, 1. Reg. 30, 16, 2. Reg. 13, 28, 3. Reg. 16, 2 † 18, 40 † 20, 13, 19. Iob 4, 8 † 5, 3 † 8, 13 † 15, 20 † 18 *. † 20 *. † 27, 14 † 36, 12. Psal. 1, 5 † 36 *. Prou. 1, 27 † 6, 15 † 10, 25 † 12, 7. Isaiæ 5, 24 † 47, 9. Ier. 15, 8. Dan. 5, 30, 1. Mach. 2, 62 † 4, 3. Mat. 24, 38. Luc. 12, 20, 46 † 16, 23, 25 † 17, 27, 29, 1. The. 5, 3

Impiorum punitio bonis est ad timorem & cautionem Deut. 13, 11 † 17, 18 † 19, 20 † 21, 21. Prou. 19, 25 † 21, 11. Eccli. 23, 37. Act. 5, 11, 1. Tim. 5, 20

Impios deridebit Deus, Psal. 2, 4 † 36, 13 † 58, 9. Prou. 1, 26. Sap. 4, 12

Impositio manum varia in veteri testamento, Gen. 48, 14. Exod. 29, 10. Leu. 1, 4 † 3, 2. Num. 27, 23. Dan. 13, 34. Mar. 10, 16

Impositio manuum in sacramento ordinis, & confirmationis, Act. 6, 6 † 8, 17 † 13, 3 † 19 *. 1. Tim. 4, 14 † 5, 22, 2. Tim. 1, 6

Impudicitia contra naturam, Gen. 19, 5 † 38, 7. Leu. 18, 22 † 20, 13. Iudic. 19, 22, 30. Rom. 1, 27, 1. Cor. 6, 1. Ephes. 5, 12, 1. Tim. 1. 10, 2. Pet. 2, 7, 8

Incantationes & maleficia, Exod. 7, 11 † 8, 18 † 22, 18. Leu. 19, 11 † 20, 6. 27. Num. 23, 23. Deut. 18, 10, 1. Reg. 28 *. 4. Reg. 17, 17 † 21, 6. Isa. 2, 6 † 44, 25 † 47, 13. Iere. 10, 2. Dan. 2, 2, 10. Mich. 5, 11. Act. 8, 8 † 13, 6 † 16, 16 † 19, 19. Gal. 5, 20. Apoc. 18, 23 † 21, 8

Incestus graue peccatum, Leu. 18, 6, 7 † 20, 11, 14. Deut. 22, 30, 1. Corint. 5, 1, 2

Indulgentiæ, 2. Cor. 2, 10

Infernus & damnatio parata diabolo & Angelis eius, vide Damnatio.

Inferni pœna varia, & horribilis, Deut. 32, 22. Iob 24, 19. Psal. 10, 6 † 20, 10 † 48, 15 † 111, 10. Sap. 11, 17. Eccli. 21, 10. Isa. 30, 33 † 33, 11, 13, 14 † 34, 9. Ier. 9, 15. Malach. 4, 1. Matth. 8, 12. Luc. 13, 27 † 16, 23. Apoc. 14, 9 † 18, 7 † 20, 14. numquam terminanda, Isa. 66, 24. Matth. 25, 41, 46. Mar. 9, 47, 2. Thess 1, 9

Infidelitas, vide Fides.

Infirmitas corporalis: vide Ægrotatio.

Ingratitudo, & eius punitio, Gen. 31, 1 † 40, 23. Exod. 1, 8. Deut. 23, 3 *. Iudic. 2, 1 † 6, 8 † 8, 33 † 12, 1, 1. Reg. 10, 18 † 12, 8 † 25, 3, 10, 2. Reg. 14, 30, 2. Par 24, 21. Pro. 17, 13. Isaiæ 1, 2 † 5, 4. Ierem. 2, 5, 6. Ezech. 16 *. Osee 10, 1 † 13, 2, 6. Mich. 6, 3. Sap. 16, 29, 1. Mach. 16, 16, 9. Mat. 11. 20. Luc. 17, 18. Ioan. 11, 46. Rom. 1, 21, 2. Tim. 3, 2

Inimicus non passim contemnendus est, 1. Reg. 14, 14 † 17, 43, 2. Reg. 21, 20, 3. Reg. 20 *. 4. Reg. 14, 8

Inimico reconciliato non temerè credendum est, 1. Reg. 24, 17 † 26, 21, 2. Regum 3, 26, 1. Mach. 12, 24

Iniquitas abundabit, 4. Esd. 5, 2 † 14, 16. Mat. 24, 12, 1. Ioan. 5, 19. vide Impij & Mali.

Innocentia sua cuique tuenda, & malæ suspiciones amouendæ, Ios. 22, 22, 1. Reg. 1, 14, 3. Reg. 18, 17. Ierem. 37, 12. Act. 2, 14 † 6, 14 † 7, 2 † 28, 17

Inobedientia eiusque punitio, Gen. 36, 16, 17 † 19, 17, 26. Leu. 10, 1 † 26, 14 *. Num. 14, 28. 41 † 16. 31 † 20, 24. Deu. 11, 16, 28 † 17, 12 † 18, 19. 20 † 27, 16 *. † 28, 15 *. 1. Reg. 12, 15 † 13, 11 † 15, 24 † 28, 16, 2. Reg. 6, 6, 3. Reg. 11. 9 † 12, 15, 21 † 14, 17 † 20, 35 *. 2. Par. 7, 19 † 26, 16, 19. Isa. 24, 5. Ier. 11, 3, 8 † 13, 8 † 17, 27 † 26, 4 † 35 *. Ionæ 1, 3. Mat. 17, 17. Act. 7, 39. Rom. 2, 8. Gal. 3, 10, 2. The. 1, 8

Inuidia & odium, Gen. 4, 5 † 26, 14 † 27, 41 † 30, 1 † 37, 4, 11. Exod. 1, 8 † 20, 13. Leu. 19, 17. Num. 12, 1 † 35, 20, 23. Deut. 19, 11, 1. Reg. 18, 7, 11. Sap. 2, 24. Prouer. 10, 12, 18. Ezec. 25, 15. Dan. 6, 3. Luc. 15, 28. Ioan. 12, 4. Rom. 1, 29 † 13, 13. Gal. 5, 15, 20. Iac. 3, 14 † 4, 2, 1. Pet. 2, 1, 1. Ioan. 3, 13, 15 † 4, 20

Ioab filius Saruiæ, 2. Reg. 2, 13. confodit Abner, 3, 27. reconciliat Absalonem per Thecuam, 14 *. confodit Amasa, 20, 9. confoditur ipse, 3. Reg. 2, 28, 34. iuxta mandatum Dauid, 2, 5, 7

Ioachaz filius Iehu, rex Israel, 4. Regum 10, 35 † 13, 1

Ioachaz filius Iosiæ exuitur regno, & vehitur in Ægyptum, vbi & moritur, 4. Reg. 23, 34. captiuitas eius prædicitur, Ezech. 19, 4. appellatur Iohanan, 1. Paralip. 3, 15. post ipsum creatur rex frater eius Eliachim, 4. Reg. 23, 34

Ioachim filius Ioacim sit rex Iuda, 4. Reg, 24, 8. ducitur captiuus à Nabuchodonosor in Babyloniam, 24, 12, 15. dimittitur ex carcere, & ad honores euehitur, 25, 24. appellatur Iechonias, Ierem. 37, 1. appellatur Neri, Luc. 2, 27. & succedit patruus Matthanias, 4. Reg. 24, 17

Ioacim, & antea dictus Eliacim, filius Iosiæ, fit rex Iuda, 4. Reg. 23, 34, 3. Esd. 1, 37. combusſit libros sermonum Ieremiæ, Ierem. 36, 21. appellatur Melchi, Luc. 3, 24. moritur, 4. Reg. 24, 1, 5. post ipsum constituitur rex filius Ioachim, 4. Reg. 24, 6

Ioanna vxor Chusæ sequitur Christum, Luc. 8, 3

Ioannes Baptista filius Zachariæ, Lucæ 1, 55, 59, 6.

Euangelium regni denunciat, & baptizat, Mat. 3, 1. Mat. 1, 4, 5. Ioan. 1, 28 † 3, 23, 26. *veſtitus eius ex pilis camelorum, & victus locuſtæ & mel ſilueſtre*, Marc. 1, 6. *noluit haberi maior quàm erat*, Ioan. 1. 19, 20, 26 † 3, 28. *mittit diſcipulos ad Chriſtum*, Mat. 11, 2. *capite truncatur*, Mat. 14, 8. *dicitur Helias*, Malac. 4, 5. Matt. 11, 14 † 17, 10. Luc. 1, 17

Ioannes filius Zebedæi vocatur, Matth. 4, 22. *vnicè à Chriſto diligitur*, Ioan. 13, 23 † 19, 26 † 20, 2 † 21, 7, 20. *ſcribit quæ vidit*, Ioan. 19, 35 † 21, 24, 1. Ioan. 1, 1

Ioas filius Ochoſiæ ſolus euadit, dum ſenatus regius occiditur, 4. Reg. 11, 2. *coronatur rex in Iuda*, 11, 12. *occidit Zachariam filium Ioiadæ*, 2. Paral. 24, 21. Matth. 23, 35. *occiditur à ſuis miniſtris* 2. Paral. 24, 25, 4. Reg. 12, 20. *poſt ipſum filius eius Amaſias rex conſtitutus eſt*, 1. Par. 3, 12, 2. Par. 24, 27

Ioas filius Ioachaz rex Iſrael, 4. Regum 13, 9. *pugnat contra Amaſiam, ſua vertit mœnia Ieruſalem, deſtruit templum, & moritur*, 4. Regum 14, 13, 16

Ioiada Sacerdos iuſſit occidi Athaliam reginam, 4. Reg. 11, 15, 2. Par. 20, 14. *moritur*, 24, 15

Ionas prophetat, 4. Reg. 14, 25. *præcipitatur in mare*, Ionæ 1, 15. *deglutit eum piſcis à Domino præparatus*, 2, 1. *in cuius ventre erat tribus diebus & tribus noctibus*, ibid. Mat. 12, 40

Ionathas filius Saulis poſternit Philiſthæos, 1. Reg. 13, 3 † 14, 1, 11. *liberatur per populum à patre ob mel deguſtatum occidendus*, 14, 45. *ferit fœdus cum Dauide*, 18, 3 † 20, 8 † 23, 18. *cæditur*, 31, 7.

Ionathas filius Mathathiæ, præfectus militaris Iudæorum, 1. Mach. 9, 31. *fœdus init cum Demetrio*, 10, 3, 15. *capitur*, 12, 48. *occiditur cum ſuis filijs*, 13, 23

Ioram filius Ioſaphat rex Iuda, 3. Reg. 22, 51. *occidit ſex fratres ſuos*, 2. Para. 21, 4. *moritur*, 4, Reg. 8, 24, 2. Par. 21, 19

Ioram rex Iſrael, 4. Reg. 1, 17 † 3, 1. *procedit contra Hazael regem Syriæ*, 8, 28. *accepto vulnere curatur in Iezrahel*, 9, 15. *moritur*, 9, 24

Ioſaphat filius Aſa rex Iuda, 3. Reg. 22, 41. *mittit qui verum Dei cultum doceant in ciuitates Iuda*, 2. Par. 17, 7. *fœdere iungitur cum impio Achab*, 18, 3. *ideoque arguitur à propheta*, 19, 2. *iungit ſe Ochoſiæ*, 2. Paral. 20, 35. *moritur*, 21, 1. *habuit ſucceſſorem filium Ioram*, 1. Par. 3, 11

Ioſeph filius Iacob, Gen. 30, 23. *videt ſomnium*, 37, 5, 9. *venditur à fratribus Iſmaelitis*, 37, 26. Pſalm. 104, 17. *falsò accuſatur*, Gen. 39, 17. *mittitur in carcerem*, 39, 20 † 41, 14. *conſtituitur dominus vniuerſæ Ægypti*, 45, 40. *datur ei filia Putipharis vxor*, 41, 45. *detegit ſe fratribus ſuis* 45. 1. *moritur*, 50, 24. *oſſa eius transferuntur ex Ægypto*, Exo. 13, 19. *ſepelitur in Sichem*, Ioſ. 24, 32

Ioſeph coniunx Beatæ Virginis Mariæ. Matth. 1, 16. *fugit in Ægyptum*, 2, 14

Ioſias filius Amon rex Iuda, 4. Reg. 21, 24 † 22 *. *eius natiuitas prædicta eſt*, 3. Reg. 13, 2. *legit librum Legis*, 4. Regum 23, 2. *celebrat Paſcha*, 23, 21. *vulneratur à ſagittarijs, & moritur*, 2. Paralip. 35, 23, 24, 4. Reg. 2, 3, 29. *lugetur*, 2. Paralip. 35, 24. *ei ſuccedit Ioachaz*, 4. Reg. 23, 30, 34

Ioſue pugnat contra Amalech, Exo. 17, 9, 13. *mittitur exploraturus terram Chanaan*, Num. 13, 2. *eam populo commendat*, 14, 6. *conſtituitur loco Moyſis dux populi*, 27, 18. Deut. 3, 21 † 31, 3, 7, 14. *Ioſue* 1, 6. *mittit exploratores*, 2, 1, *tranſit Iordanem*, 3, 16. *erigit duodecim lapides in Galgal*, 4, 3, 8, 20. *Angelus Domini apparet ei Ioſue*, 5, 13. *benedicit populo*, 8, 33. *aſcendit Ioſue ad liberandos Gabaonitas*, 10, 7. *Sol & Luna ſteterunt ad imperium Ioſue*, 10, 12. *reuertitur Ioſue in Galgal poſt liberatos Gabaonitas*, 10, 43. *percutit* 31. *reges*, 12 *.

Accipit ſuam portionem in diuiſione terræ, 19, 49. *moritur*, 24, 29. Iudic. 2, 8. *commendatur*, Eccli. 46, 1

Iracundia quantum mali pariat, Geneſ. 4, 5. Iob. 5, 2. Prou. 12, 16 † 14, 3 † 15, 18 † 17, 19 † 19, 19 † 27, 3 † 29, 22. Eccle. 7, 10. Eccli. 25, 22 † 28, 6, 14 † 30, 26. Mat. 5, 22. Luc. 4, 28. Gal. 5, 20. Eph. 4, 26. Coloſ. 3, 8. Tit. 1, 7. Iac. 1, 19

Iræ alterius cedendum potius quam repugnandum, Gen. 27, 42. Prouerb. 22, 24 † 29, 22. Eccli. 8, 19. Mat. 2, 13

Iſaias filius Amos, Iſa. 1, 1. *vocatur, & mittitur*, 6, 8 † 49, 1

Iſmael filius Abrahæ ex Agar naſcitur, Gen. 16, 15. *moritur*, 25, 17

Iſmael filius Nathaniæ occidit Godoliam, alioſque Iudæos, Ier. 41, 2, 6

Iſrael appellatur, qui ante Iacob dicebatur: quære Iacob.

Iſrael populus & hæreditas Domini, Exod. 3, 7 † 5, 1 † 6, 7 † 19, 5. Leui. 30, 26. Deut. 4, 20 † 7, 6 † 9, 29 † 10, 15 † 14, 2 † 26, 18 † 32, 9, 1. Reg. 10, 1 † 12, 22, 2. Reg. 7, 23, 3. Reg. 8, 53. Iſa. 19, 25 † 43, 1. Ier. 13, 11

Decem tribus Iſrael ſeparant ſe à domo Dauid, 3. Reg. 12, 3, 9, 16. *ſecundum verba Ahiæ prophetæ*, 11, 29. *transferuntur in Aſſyriam*, 4. Reg. 15, 29 † 17, 6. *ſecundum prophetiam*, Deuter. 4, 26. *multi ex Iſrael ſequuntur Leuitas in Ieruſalem*, 2. Par. 11, 13

Contra decem tribus; vide Samaria.

Iudæorum cœrimoniæ erant vmbra futurorum, Exod. 13, 9, 14. Num. 15, 38. Deute. 16, 1. Ezech. 20, 10, 1. Cor. 10, 1, 2. Cor. 3, 13. Heb. 7, 17 † 8, 5 † 9, 1, 10, 23 † 10, 1

Iudæorum quædam certæ conſuetudines, Gen. 32, 31. Iudic. 11, 40. Ruth 4, 7, 2. Para. 35, 25

Iudas filius Iacob naſcitur, Gen. 29, 35. *neſcius concumbit cum filij ſui vxore Thamar*, 38, 15. *ſpondet pro fratre ſuo Beniamin*, 43, 9. *prædicitur ſceptrum non auferendum de Iuda, donec veniat Meſſias*, 49, 10. Deut. 33, 7. Iudic. 1, 2, 2. Reg. 7, 12, 2. Paral. 6, 6

Contra Iudam & Ieruſalem, vide Ieruſalem.

Iudas Machabæus eligitur dux fratrum ſuorum, 1. Mach. 2, 66. *pugnat ſtrenuè*. 3 *. † 4 *. † 5 *. † 7, 25, 2. Mach. 8, 1 † 10, 16 *. † 11, 6 † 12 *. † 13 *. † 14 *. † 15 *. *cæditur*, 1. Mach. 9, 17

Iudas Iſcariotes eligitur in Apoſtolum, Mat. 10, 4. *init pactum cum Phariſæis*. Luc. 22, 4. *Prodit Chriſtum*,

*Matth.*26,20,46. *Marc.* 14,43. *Ioan.*18,5. *secundum prophetiam. Psal.* 40,10 †54,14 † 108,8. *Ioan.* 6, 70 †12,4 † 13,21 *. *suspendit se, Mat.* 27,4. *Act.* 1,18

*Iudas Galilæus dispersus cum suis, Act.*5,37

Iudas & Silas cum Paulo & Barnaba Antiochiam mittuntur, Actuum 15,22,27

*Iudicabunt sancti de hoc mundo, Sap.*3,8 †5,1. *Mat.* 19,28,1. *Corint.*6,2. *Iudæ* 14

*Iudicium peruersum, Eccli.*11,9. *Mat.* 7,1 † 12,7. *Luc.*6, 37 † 7,33. *Ioan.*7,24 † 9,16. *Act.*28,4. *Rom.* 2,1 † 14,4,13,1. *Cor.*4,5,1. *Tim.*5,21. *Iac.*4,11

Iudicium Dei extremum, & quemadmodum Christus in fine mundi iudicaturus sit, 1. *Reg.*2,10. *&c. vide Dies nouissimi.*

Iudicium debet præcedere deliberatio & cognitio causæ, Gen. 3,11 †11,5 †18,21. *Exod.* 3,8 †23,2. *Deut.*13,6 † 17,9 †19,18. *Iosue* 7,19 †22,13. *Iud.* 20,3,12. *Prou.*18,13. *Eccli.*11,7. *Dan.* 13,51,1. *Machab.* 7, 7

Iudicium hominum, vide Opinio.

Iudicum officium, & auctoritas, Exod. 18,13,21 † 21 *. † 22 *. † 23 *. *Leuit.*19,15 †24,11,23. *Deut.* 1,13,16 † 17 *. † 18,15 †25,1 † 27,19. *Ios.*7,19,1. *Reg.*8,1 † 12,5,2. *Paralipo.*19,6. *Eccli.*4,50 † 10,1 † 42,12. *Psal.* 81 *. *Prouer.* 18,5,19 † 24,23 † 28,15. *Isa.*5,16 † 10,1. *Iere* 5,26. *Luc.* 18,2 † 23,1,13,23. *Ioan.*7,24 † 8,15. *Iac.*2,4

Iudices Israel rexerant circa 350. *annos, Act.*13,20

Iudex vniuersi mundi est Deus, vide Deus.

Iudith vidua Bethuliæ diues & honesta, Iudith 8,1 *. *præcidit Holoferni caput,* 13,10. *moritur,*16,28

*Iurare quatenus liceat vel non liceat, & quàm variis modis contingat, Gen.*14,22 †21,24 †22,16 † 24,3 † 25,33 † 26,3,31 † 31,53 † 42,15 † 47,31 † 50,5. *Exod.*13,19 † 20,7 † 22,11 † 23,13. *Leu.* 5,4 † 19, 12. *Num.* 14,21 † 30 *. *Deut.* 6,13 † 7,8 † 10,20. *Ios.*2,12 † 6,22 † 9,15 † 23,7. *Iudic.* 21, 1, 7, 18,1. *Reg.*14,24 † 19,6 † 24,23 † 25,34 † 28,10 † 30,15, 2. *Regum* 3,35 † 19,7 † 21,2,17,3. *Reg.*1,13,29 † 2, 8 † 8,31 † 19,2,2. *Par.*6,22 † 15,14 † 36,13,1. *Esd.* 10,5,2. *Esd.*10,29. *Iob* 27,1. *Psal.*14,4 † 23,4 † 62, 12 † 88,4 † 94,11 † 101,9 † 109,4. *Isa.*14,24 † 19 18 † 45,23 † 49,18 † 54,9 † 65,15. *Ier.* 4,2 † 5,2,7 † 12,16 † 22,5 † 44,26 † 51,14. *Oseæ* 4,15. *Amos* 6, 8 † 8,7. *Soph.*1,5. *Zach.*8,17. *Iudith* 1,12. *Eccli.*23,9, 17. *Matth.*5,33 † 23,16,18,20,21,22. *Heb.*6,13,16. *Apocal.* 10,6

*Iurandum non est temerè, nec per cœlum, nec per aliquid quod in ijs est. Mat.*5,34. *Iac.*5,12

*Iusti verè in hac vita, Luc.*1,6 †15,7. *Ioan.*8,36 † 17,17,19,1. *Cor.* 6,11. *Heb.* 12,23 *. 2. *Pet.*2,7,1. *Ioan.*3,1,7. *Apoc.* 3,4 † 14,5. *vide Peccatum.*

Iustitiæ summa perfectio non habetur in hac vita, in qua sine peccato non viuimus, Gen. 6,5 †8,21. *Exo.*34, 7. *Num.*14, 18,3. *Reg.*8,46,2. *Paral.*6,36. *Iob* 4,17 † 9,1,15,20 † 25,4. *Psal.*13,1 † 50,7 † 52,1 † 129,3 † 142,2. *Prou.*20,9. *Eccl.*7,21. *Isa.*64,4. *Ier.*2,19,20 † 30,11. *Mich.*7,2. *Nahum* 1,3. *Sap.*12,10. *Mat.*6,12. *Luc.*17,3,10. *Rom.*3,9,23 † 7 *. *Gal.*3,22. *Eph.*2,3, 1. *Ioan.*1,8. *vide Peccatum.*

*Iustitia nostra est per Christum & primam institificationem peccatorumque remissionem nulla præcedunt merita, Gen.*15,6. *Isa.*45,25 †53,8,13. *Ier.* 23,6 † 33, 16. *Dan.*6,22. *Abac.*2,4. *Zach.*9,11. *Act.* 10,43 † 13, 39. *Rom.*1,17 † 3,22,24 † 5,1,18 † 10,4,10,1. *Cor.* 1,30. *Gal.*2,16 † 3,11 † 5,5. *Phil.*3,9. *Tit.*3,7,1. *Pet.* 3,18

*Iustificatio qua quis ex iusto fit iustior, ascribitur bonis operibus, Eccli.*18,22. *Ro.*2,13. *Iac.*2,21,24. *Apoc.* 22,11

*Iustificatio impij non solum fidei ascribitur, sed etiam alijs virtutibus, vt Spei, Rom.*8,23. *Charitati, Exod.*20, 6. *Prou.*10,12. *Luc.*7,47,1. *Cor.*13,4. *Gal.*5,6,1. *Pet.* 4,8,1. *Ioan.*4,7,8,9. *Timori, Eccli.*1,27,28. *Pœnitentiæ operibus, Sap.*11,24. *Ezech.* 18,21,22. *Matth.* 3,2, 8. *Luc.*7. *vbi ponitur exemplum Magdalenæ* 15. *exemplum filij prodigi* 18. *exemplum Publicani.*

L

*LAban hospitio excipit famulum Abrahæ, Gen.*24, 32. *mercede conducit Iac.*29,14,20

Persequitur Iacob, 31,22

Labor & dolor communis omnibus hominibus, Genes. 3,17. *Exod.*20,9 † 34,21. *Deut.*5,13. *Tob.*2,19. *Psal.* 127,2. *Prou.*6,6 † 10,4 † 14,4 † 20,4. *Eccles.*5,11. *Eccli.*29,19. *Ioan.*21,3. *Act.*18,3 † 20,34,1. *Cor.*4,12. *Eph.*4,28,1. *The.*2,9 † 4,1,2. *Thes.*3,8,12

Labor non ditat sine Dei benedictione, Gen. 3,17 † 26,3,12 † 30,27. *Deut.*8,18. *Iob* 42,12. *Prou.*10,22. *Eccl.*11,6

*Laboranti merces debetur, Leui.*19,13. *Deut.*24,15 †25,4. *Tob.*4,15. *Eccl.*7,22 † 34,25,26. *Ier.* 22,13. *Malach.*3,5. *Matth.*10,10. *Luc.*10,7,1. *Cor.*9,9,14, 1. *Tim.*5,18. *Iac.*5,4

*Laboris manuum & agriculturæ laus, & vtilitas, Prou.*12,11 † 13,4 † 14,23 † 24,27 † 28,19

Lachis traditur in manus Israelis, Ios. 10,32. *Extruitur,* 2. *Par.* 11,9

*Laici ne se sacris præter officium misceant, Leuit.*10, 1 *. *Num.* 1,51 † 3,10 *nec vasa sacrata temere contingant, Num.*1,51 † 4,15,19,20 † 18,7,2. *Regum* 6, 6,2. *Par.*26,18

*Lais oppugnatur à Danitis, expugnatur, ædificatur, & appellatur Dan. Iudic.*18,27. *appellatur Lesen, Iosue* 19,47

Laudandus Deus ante & post sumptum cibum. Deut. 8,18. *vide Gratia.*

*Laudare Deum pro merito non possumus, Psal.*95,4 †105,2 † 118,164 † 144,3. *Eccli.*43,2,32

*Laudes Deo canendæ, Psalm.*46,2 †146,7 † 149, 1. *Isaiæ* 12,4. *Ephes.*5,19. *Colos.* 3,16. *Hebr.*13,15. *Iacob* 5,13

*Lazarus iacet ante ostium diuitis epulonis, Luc.*16, 20.

*Lazarus suscitatur à morte, Ioan.*11,43. *persecutionem sustinet à Iudæis* 12,10

Lebbæus cognomine Thaddæus discipulus Christi, Mat 10,3. *appellatur Iudas filius Iacobi, Luc.*6,16

Lepra quomodo cognoscatur, Leuiti. 13 *. 14 *.

*Lepram mittit Deus propter peccatum, Exod.*4,4.

Num. 12,8,4. *Reg.* 5,1,27 † 15,5,2. *Par.* 26,18, 19,21.

Lepra mundatur, Exod. 4,7. *Num.* 12,15,4. *Reg.* 5, 14. *Mat.* 8,2. *Luc.* 51,17,14

Leprosorum segregatio, Leu. 13,49. *Num.* 5,2,4. *Reg.* 15,5

Leui nascitur, Gen. 29,34

Occidit cum fratre suo Simeone Sichemitas, 34,25. *punitio istius facti,* 49,5

Leuitarum habitatio, ius, & debita vitæ sustentatio, Leuit. 10,12 † 25,32. *Num.* 18,21,24 † 35,2,7. *Deuterono.* 10,8 † 12,12,19 † 14,27 † 18,1 † 26,11. *Ios.* 13,14,33 † 18,7 † 21 *. 2. *Esd.* 10, 33, 37 † 13, 10. *Ezech.* 48,13. *Eccli.* 7,32

Leuitarum ministerium & officium Num. 1,49 † 3 *. † 4,1 † 8 *. † 18,2,23. *Deut.* 10,8. *Ios.* 3,6,1. *Paralipom.* 6,31 *. † 9, 14 *. 2. *Paralipom.* 19, 8. *Eze.* 44, 11

Leuitas assumit sibi in ministerium Deus pro primogenitis Israelis, Num. 3,12,40 *. † 8,16

Leuitæ puniunt peccatum erecti vituli, Exod. 32, 26

Leuitæ expelluntur ex Israel, 2. *Par.* 11,14

Lex prima, & præceptum datur, Genes. 2,16. *violatur,* 3,4,6

Lex decem mandatorum datur Moysi, Exod. 20 *. *Deut.* 5

Legis tabulæ dantur Exod. 31,18. *Deut.* 5,22. *franguntur, Exod.* 32, 19. *Deut.* 9, 17. *dantur aliæ tabulæ, Exod.* 34,27. *Deut.* 10,1

Legis natura, officium & operatio, Rom. 3,20 † 4, 15 † 5,20 † 7,1,7. *Gal.* 3,19,1. *Tim.* 1,8. *Heb.* 7, 18,27

Legem Dei sine spiritu eius non possumus implere, Deuterono. 5,29. *Psalm.* 118,24. *Luc.* 18,22. *Act.* 15,10. *Roman.* 8,2

Punitio vel merces eorum, qui Legem Dei præuaricantur, vel obseruant: vide Obedientia, & Inobedientia.

Legis cæremoniæ abrogantur per Christum, Mat. 11, 13. *Marc.* 15,28. *Act.* 13,38 † 15,11. *Rom.* 6,14 † 7,4 † 8,3. *Gal.* 3,13 † 4,5. *Eph.* 2,13. *Colo.* 2,14,1. *Pet.* 1, 11,18

Lex legitur, Deut. 1,5 † 31,9,11. *Ios.* 8,33,4. *Reg.* 23,2,2. *Esd.* 8,8 † 9,3,3. *Esdr.* 9,39,2. *Mach.* 8,19, 23

Lex noua Christianorum consistit potissimum in Charitate, Matt. 5,44 † 7,12 † 22,36. *Ioan.* 13,34. *Rom.* 13,10. *Galat.* 5,14 † 6,2,1. *Tim.* 1,5

Lia nubit Iacob patriarchæ, Gen. 29,21. *gignit ei multos liberos,* 19, 31

Liber vitæ, Exod. 32,32. *Psalm.* 68,29. *Philippen.* 4,3. *Apoc.* 3,5 † 20,12 † 21,27

Liberum arbitrium etiam post lapsum in homine mansit, Gen. 4,7. *Deute.* 30,19. *Ios.* 24,15. *Psalm.* 26, 9. *Sapient.* 9,10. *Eccli.* 15, 18 † 31, 10, 1. *Corint.* 3,9 † 7,37

Liberum arbitrium cooperatur gratiæ Dei, 1. *Reg.* 7, 3,2. *Par.* 12, 14. *Psal.* 9, 17 † 72, 13. *Prou.* 16,1,5,9. *Eccli.* 2,20. *Isa.* 1,16,17,18 † 40, 3 † 46,8 † 55,6,7. *Ierem.* 3,1,12,22 † 4,3,4,14 † 7,3 † 18,8, 11 † 25,5 † 26,13 † 32,15. *Ezec.* 18,21,22,27, 28, 30, 31 † 33, 14,15,16,19. *Zach.* 1,3. *Malac.* 3,7. *Matt.* 3,2,3 † 11, 33 † 12,28. *Mar.* 1,3. *Luc.* 3,4. *Ioan.* 1,23 † 7, 37. *Act.* 13,19 † 8,22 † 9,6. *Rom.* 10, 13, 3, 1. *Cor.* 3, 9 † 15, 10, 2. *Cor.* 7, 1. *Eph.* 5, 14. *Philip.* 2, 12, 13 † 4, 13. *Col.* 1, 29 † 3, 9, 10, 1. *Tim.* 4,16,2. *Tim.* 2,21. *Heb.* 4,16 † 12, 12, 13. *Iac.* 4,8, 1. *Pet.* 1,22,1. *Ioan.* 3,3. *Apoc.* 3,20

Libertas Euangelica, Io. 8,32. *Rom.* 6,18 † 8,2,21. *Gal.* 5,13,1. *Pet.* 1,18 † 2,16 *. 2 *Pet.* 2,19

Libertas praua, & improbanda, Iob 11, 12. *Ierem.* 34,15. *Osee* 7,16,2. *Pet.* 2,18

à Lingua mala cauendum, Leuit. 19, 16. *Iob* 5,21. *Psalm.* 51,4 † 139,4,12 † 140,3. *Prouerb.* 4,24 † 10 18 † 11,9 † 12, 13, 19 † 15,2 † 16, 27, 28 † 17, 20 † 18 *. † 20, 19 † 21, 23 † 26, 20 † 30, 11. *Eccl.* 5,2. *Sapien.* 1, 11. *Eccli.* 5, 16 † 25, 12 † 28 *. 1. *Corinth.* 15,33,1. *Pet.* 2,1. *Iac.* 1,19 † 3,5,8 † 4,11. *vide Detractio.*

Lingua discretè moderanda, Prouer. 10,19 † 12,14 † 13,2,3 † 17,27 † 18,21 † 21,23. *Eccli.* 14, 1 † 20,5 † 22,33 † 23,17. *Matthæ.* 12,36. *Luc.* 6,45. *Iac.* 1,19 † 3,2,1. *Pet.* 3,10. *vide Loquenda.*

Lobna occupatur, Ios. 10,29. *deficit à Iuda,* 4. *Reg.* 8, 22. *oppugnatur ab Assyrijs,* 19,8

Longanimitas: vide Patientia.

Loquenda sunt vera, honesta, & quæ audientibus prodesse queant, Exod. 22, 28. *Psal.* 14 *. *Prou.* 13, 2 † 24,26 † 25,11 † 29,20. *Eccle.* 5,2. *Eccli.* 7, 37. *Mat.* 5, 37 † 12, 36. *Eph.* 4,29 † 5,3. *Col.* 3,8,1. *Pet.* 3,10

Loquendi tempus & opportunitas, Prou. 15,23 † 25, 11. *Eccl.* 8,5. *Eccli.* 11,8 † 20,6 † 32,9 † 33,4. *quomodo loquendum, Iob* 6,29. *Prou.* 15,4 † 16,20,22 † 29, 11. *Eccli.* 4,34 † 5,16 † 6,5. *Col.* 4,6

Lot liberatur ab incendio Sodomorum, Gen. 19, 15, 17,2. *Pet.* 2,7. *vxor eius mutatur in statuam salis, Gen.* 19,26. *Sap.* 10,7. *Luc.* 17,32. *concumbit cum duabus filiabus suis, Gen.* 19,31,35

Lotio pedum, Gen. 18,4 † 19,2 † 24,32 † 43,24. *Ioan.* 13,4,14,1. *Tim.* 5,10

Lucas medicus, Colo. 4, 14. *manet cum Paulo,* 2. *ad Tim.* 4,11

Lucifer cecidit è cœlo, Isa. 14,12

Lux est Christus, Isa. 9,2 † 42,6 † 60,1,19 † 49, 6. *Ioan.* 1,5 † 8,12 † 9,5 † 12,35,46,1. *Ioan.* 1,5 † 2,8

Lux sunt Christiani, Prou. 4,18. *Isa.* 62,1. *Matth.* 5, 15. *Rom.* 2,19. *Philip.* 2,15

Lydia purpuraria credit in Christum. Act. 16, 14

Lysias dux exercitus Antiochi, 1. *Mach.* 3,32. *pactum init cum Iudæis,* 6,58. *capitur & iussu Demetrij occiditur* 7,2

M

Maacha filia Tholmai regis in Gessur, mater Absalonis, 2. *Reg.* 3,3

Maacha filia Abessalom, mater Abiam regis Iuda, 3.

Reg. 15, 2

Appellatur Michaia, 2. Par. 13,2

Macedonia mittit eleemosynas pauperibus Ierosolymitanis, Roman. 15,26,2.*Cor.*8,1

Paulus vocatur in Macedoniam, Act. 16,9

Madian filius Abraham, Gene. 25,2. *Deus præcipit vt cædantur Madianitæ, Num.* 25, 16. *Madianitæ cæduntur cum suo rege,* 31,7

Opprimunt Israelem, Iudic. 6, 1. *irruit in eos Gedeon* 7 *.

Magdalena: vide Maria.

Magi Pharaonis virgas suas vertunt in colubros, Exod. 7, 12

Magi primitiæ Gentium Christum adorant, Matt. 2, 11

Magia: vide Incantationes.

Malaleel nascitur, Gen. 5,12

Malcho præcidit Petrus auriculam Ioan. 18,10

*Maledictio & benedictio, Gen.*3, 14, 17 † 8, 21 † 9, 25 † 24, 41 † 27, 28 † 48, 15, 20 † 49, 7. *Num.*5,21. *Deu.*11,26 † 27, 15 [illegible].8,34. *Iud.* 9, 20, 1 *Reg.* 17, 43,2. *Reg.*2,5 † 16,7,4. *Reg.*2,24. 2. *Esd.*5,13. *Pro.* 26,2. *Ier.*29,22 † 49,13. *Zach.* 8, 13

Maleficia, vide Incantat.

Malum dicens bonum, punietur, Isa. 5, 20. *Malach.* 2,17. *Prouerb.*24,24

Malum declinandum & bonum faciendum, Prouerb. 3,7. *Isa.*1,16. *Ezech.*18,21

Malorum consortium vitandum, Ps. 1 *. † 25,4. *Prou* 1,10 † 14, 7 † 24,21 † 29,24. *Eccli.* 8, 18 † 13 *. 2. *Cor.*6,14,2. *Ioan.* 10. *Apoc.*18,4

Malum non est reddendum pro malo, Prouerb. 20,22 † 24,29. *Rom.* 12,14,17,1. *Corint.*4, 12,1. *Thessa.*5, 15,1. *Pet.* 3,9

Malum pœna est à Deo, Deuterono. 32,23, 3. *Regum* 9,9 † 21,29. *Isa.* 45, 7. *Ieremiæ* 11, 11 † 32, 42. *Baruch.* 2,2. *Amos* 3,6. *Ionæ* 3,10. *Michæa* 1,12 † 2, 3

Malum culpæ summè auersatur Deus, tantum abest vt eum auctorem habeat, Exod. 23,7,2. *Paralip.*19,7. *Iudith* 5,21. *Iob.* 34,10. *Psalm.*5,5, 7 † 44,8. *Prouer.* 15,8,9. *Sap.*4,9. *Eccli.*15,21. *Osee* 13,9. *Rom.*9,14,2. *Cor.*6,15. *Iac.*1,13

Malos rectores & præpositos permittit Deus ob peccata populi, 3. *Reg.*12,24. *Iob* 34,30. *Isa.*29,10. *Ezech.*14, 9. *Osee* 13,11,2. *Thes.* 2,11

*Iubetque obedientiam illis præstare, Mat.*23,3

*Malorum etiam ministrorum opera vtitur Deus, Matth.*7,22. *Marc.*9,38. *Luc.*9,49

*Manahem rex Israel,*4. *Reg.*15,14

*Manasses primogenitus Ioseph nascitur, Gen.*41,51 † 48, 14

Manasses impius, filius pij Ezechiæ rex Iuda, 4. *Regum* 21,1,6,2. *Paralipo.* 32, 33 † 33,1. *Ier.*15,4. *ducitur vinctus in Babylonem, & per pœnitentiam conuertitur ad Dominum, & exauditus recuperat regnum,* 2. *Paralipomen.* 33, 11, 13. *relinquit post se Amon,*4. *Regum* 21, 18. *Matth.* 1, 10. *appellatur Her, Luc.*3,28

Manendum est nobis in Christo Ioan. 15, 4. *Rom.*8, 1,1. *Corint.*4, 15 † 12,13. *Colos.*2,6,1. *Ioan.*2,6,28 † 3,24 † 4, 13

*Manna, Exod.*16 *. *Num.*11,7. *Deu.*8,3. *Ios.*5,12. *Psalm.*77,24. *Sap.*16.20. *Ioan.*6,31

Mansuetudo, Ios. 7 *. 19, 1. *Reg.*25 *. 2. *Reg.* 16, 10. *Prouer.*15,1. *Eccli.* 1,29. *Matth.*5,4 † 11,29. *Galat.*5,23 † 6,1. *Ephes.*4,2. *Colos.* 3,12,2. *Timoth.*2,25. *Tit.*3,2

Mardochæus defensor & tutor Esther, captiuus abductus in Babylonem, Esther 2,5,7. *à rege summo honore affectus,*6, 10. *reuertitur de captiuitate in Ierusalem.*1. *Esd.*2,2,2. *Esd.*7,7

Mare creatur, Gene. 1, 9. *concluditur suis terminis,* 1,9. *Iob* 26,10 † 28,26. *Prou.* 8,29. *Ierem.*5,21. *cedit filijs Israel, Exod.* 14, 21. *sedatur verbis Christi, Matt.* 8,26

*Maria soror Aaron laudat Dominum, Exod.*15,21. *fit leprosa, Numer.* 12 *. *Deut.* 24,9. *moritur, Num.* 20,1

Maria virgo prænuntiata, Gene. 3, 15. *Num* 24,17. *Psalm.*18, 6 † 44,10 † 45,5 † 84,2 † 86, 3 † 131,8. *Pro.*31,10,29 † 9,1. *Cant.* 1 *. 2 *. 3 *. 4 *. 5 *. 6 *. *Eccli.* 24 *. *Isa.* 7,14 † 11,1 † 19, 1 † 45, 8. *Ier.*31, 22

*Maria vocatur, & est mater Domini, Luc.*1,43. *mater Iesu, Matth.*2,13. *Ioan.*19,25

Mariæ, perpetua virginitas significatur, Exod. 3,2. *Iudic.*6,37,38,39,40. *Psal.* 18, 6. *Cant.*2,2 † 4,7 † 6, 9. *Isa.*7,14 † 11,1 † 35, 1, 2 † 66,7. *Ezech.*44,2. *Dan.*2,34. *Mat.*1,20. *Luc.* 1, 35

Maria virgo multis dotata virtutibus, fide diues, Prouerb. 31,18. *Lu.*1,38,45. *Ioan.*2,5. *spe plena, Eccli.*24, 24. *Ioan.*2,5. *charitate perfecta, Eccli.*24,24. *Luc.*1,56 † 2,7. *Ioan.*2,3 † 19,25. *casta, vide supra, Mariæ perpetua virginitas: castitatem vouit perpetuam, Luc.*1,35. *humilis, Luc.*1, 38, 48. *misericors, Ioan.* 2, 3. *prudens, Luc.*2,19. *modesta, Luc.*2,48. *pia, Luc.*1,46, 47. *benigna, Luc.*1,40. *fortis, Prouerb.* 31, 10 *. *Ioan.* 19, 25. *sapiens, Prouerb.*31,26. *Ioan.*2,5

Pauper, Matth. 2,11. *Luc.*2, 7, 24. *patiens, Mat.*2, 13. *Luc.*2,35. *virtute præcelens omnes, Prou.* 31, 29. *Eccl.*24,25. *Luc.*1,28,48

*Maria salutatur ab angelo, Luc.*1,28. *visitat Elizabet, & laudat Deum, Luc.* 1, 39, 46. *proficiscitur cum Ioseph in Bethleem, Luc.*2,4. *in Ægyptum, Mat.*2,14. *reuertitur inde in terram Israel, Mat.* 2, 14. *inuenit Christum in templo, Luc.*2,46. *assistit cruci, & Apostolo Ioanni commendatur, Ioan.*19,25. *manet cum Apostolis, Act.*1,14

*Maria Magdalena deflet sua peccata, Luc.*7, 38. *obtinet peccatorum remissionem, Luc.*7, 48. *liberata septem dæmonijs, adhæret & ministrat Christo, Luc.*8,2,3. *vngit Dominum, Mat.*26,6. *Mar.*14,3. *Ioan.*11,2 † 12, 3. *adest Christo in cruce morienti, Ioan.* 19, 25. *stat ad monumentum plorans, Ioan.*20,11

*Christus ei apparet post resurrectionem, Marc.*16,9. *Ioan.*20,14

Nunciat resurrectionem discipulis, Ioan. 20, 18

Mariti officium & auctoritas vxorum, Gen. 3, 16. *Num.* 5,12,18 † 30,7, 13. *Deuter.* 22, 5, 13 † 24,1. *Prou.*5,18 † 18,22 † 31,10. *Eccles.*9,9. *Eccli.*7,28 † 9, 1 † 25,2,27 † 26,1. *Malach.* 2, 14,16,1. *Corinth,* 7 *. † 11,2.

† 11,2,10. Ephes. 5,22. Coloss. 3,18. Tit. 2,4.1. Timot. 2,11,1. Pet. 3,1

Martha hospitio excipit Dominum, Luc. 10,38. *ostendit suam fidem, Ioan.* 11,27

Mathan sacerdos Baal occiditur, 4. Reg. 11,18,2. *Par.* 23,17

Mathias eligitur in Apostolum, Act. 1,26

Mathusalem filius Henoch nascitur, Gen. 5,21. *vixit* 969. *annis, & moritur, Gen.* 5,27

Matrimonium, Gen. 1,27,28 † 2,21, 22, 23, 24 † 3, 6,12,17 † 4,1,17 † 9,1 † 19,26 † 24,3 † 29,21. *Exod.* 2,1 † 20,17. *Leuit.* 18 *. 20,10. *Deut.* 5,21 † 7,3 † 22,29 † 24,1. *Iosu.* 23,12. *Iudic.* 3,6 † 14, 2, 7, 15, 1. *Esdr.* 9, 2,2. *Esdr.* 13,23. *Esther* 2,17. *Tob.* 4,13 † 6, 17 * 7,15,16 † 8,9. *Prouerb.* 18,22 † 19,14. *Eccli.* 25, 2. *Ierem.* 3,1. *Mat.* 5,32 † 19,3,7 † 22,24, 30. *Mar.* 6, 18 † 10,2,6,7,8,9, † 12,20 *. *Luc.* 2,5 † 3,19 † 16, 18 † 20,34. *Ioan.* 2,1,2. *Ro.* 7,2,3,1. *Cor.* 7 *. *Eph.* 5, 31,32,1. *Tim.* 3,2 † 5,9, *Heb.* 13,4,1. *Pet.* 3,1

Matrimonium indissolubile, Gene. 2, 24. *Mat.* 5, 32 † 19,7. *Marc.* 10, 11. *Luc.* 16,18,1. *Cor.* 7,10

Matrimonium spiritale, quære Connubium.

Matrimonium cuius rei sacramentum Eph. 5,32. *confert gratiam & sanctificationem,* 1. *The.* 4,4

Matthæus publicanus vocatur, Mat. 9, 9 † 10, 3. *appellatur Leui filius Alphæi, Mar.* 2,14. *Luc.* 5,27

Matthania patruus Ioachim constituitur rex Iuda, 4. *Reg.* 24,17. *appellatur Zedechias,* 1. *Par.* 3,15

Matthathias Sacerdos ostendit studium pro tuenda religione, 1. *Macha.* 2,24. *pugnat strenuè,* 2,41. *monet filios suos ad obseruationem legis Dei,* 2, 49,64

Medi occupant regnum Babyloniæ, Dan. 5,31

Melchisedech Sacerdos, & rex Salem, Gen. 14,18. *Psal.* 109,4. *Heb.* 7,1

Mendacium, Gen. 3,4 † 37,19 † 39,17. *Leuitic.* 19, 11,2. *Regum* 1,2,7,4. *Regum* 5,25. *Prouer.* 6, 19 † 12, 22. *Sapien.* 1,11. *Ecclesia.* 7,13 † 20,26,28 † 25,4. *Osee* 4,2. *Ioan.* 8,44. *Act.* 5,4,8. *Ephes.* 4, 25. *Colossen.* 3,9. *vide Testimonium.*

Menelaus proditor patriæ vsurpat sibi summum Sacerdotium, 2. *Mac.* 4,24. *extremo supplicio afficitur,* 2. *Mac.* 13,4,5,6

Mensura qua mensi fuerimus remetietur nobis, Exod. 21,23. *Iudic.* 1,7,1. *Reg.* 15,33,2. *Reg.* 22, 25. *Psalm.* 17,21. *Prouerb.* 22,23. *Isa.* 33,1 † 65,6 † 66,4. *Ierem.* 50,15,29 † 51,49. *Ezech.* 16,59. *Ioel* 3, 7. *Matt.* 7,2. *Mar.* 4,24. *Luc.* 6,38

Mensuræ & pondera debent esse iusta, Leuit. 18, 35. *Deut.* 25,13. *Ezech.* 45,10. *Mich.* 6,11. *Amos* 8,5. *Prou.* 16,11 † 20, 10

Merari filius Leui, Num. 3,17

Meraritarum officium, 3,33 † 4, 42

Merces debetur operibus, Gen. 4,7 † 15,1. *Psal.* 118, 112. *Prouer.* 11,18. *Sap.* 5,16 † 10,17. *Eccli.* 2,8 † 11, 24 † 18, 22 † 36,18 † 51,30, 38. *Isa.* 3, 10. *Ierc.* 31, 16. *Matth.* 5,12 † 6,1 † 10,41,32 † 20, 8. *Mar.* 9,41. *Luc.* 6,35 † 10,7. *Ioan.* 4,36. *Rom.* 4,4,1. *Cor.* 3,8,1. *Timoth.* 5,18. *Apoc.* 22,12

Merita operum, Eccli. 18,31 † 16,15 † 38, 18. *vide* Opera.

Merob filia Saulis, 1. *Reg.* 14,49. *promittitur Dauidi in vxorem,* 18,17

Messias ideſt Christus, *& verus vnctus est Dominus noster Iesus, Ioan.* 1,4 † 4,25 * 7,41 † 11, 27. *Matthæ.* 26,64. *Mar.* 14, 62. *Luc.* 22, 67. *Act.* 17,3 † 18,28 † 19, 4, 1. *Ioan.* 5, 1

Micha parat ephod idolo matris suæ, Iudic. 17, 5. *conducit Leuitam,* 17,7,10. *idolum & ephod auferuntur, similiter & Sacerdos abducitur,* 18,13,18,20

Micha filius Miphiboseth, 2. *Regum* 9, 12

Michæas prophetat contrarium pseudoprophetis, 3. *Reg.* 22,13,15,23,2. *Par.* 18,14

Michael pugnat cum diabolo, Dan. 10,13. *Iudæ* 9. *Apoc.* 12,7

Michol siue Michal filia Saulis, datur Dauidi in vxorem 1. *Reg.* 18, 27. *iuxta promissionem regis,* 17,25. *conseruat Dauidi vitam, demittens eum per fenestram,* 19, 12. *subducitur ei, & datur Phalti, siue Phaltiel,* 25, 44. *redditur ei* 2. *Reg.* 3, 14. 15. *deridet ipsum saltantem coram Domino,* 6, 16

Militare vide Bellum.

Ministrorum etiam malorum opera dignatur vti Dei bonitas, Matth. 7,22. *Mar.* 9, 38. *Luc.* 9,49. *quos & iubet audiri, Mat.* 23,3

Miphiboseth filius Ionathæ, 2. *Regum* 4, 4. *inuenit gratiam coram Dauide,* 9,7 *. *parcit ei Dauid,* 21, 7. *appellatur Meribbaal,* 1. *Paralipomenon* 9,40

Miphiboseth filius Saulis suspenditur, 2. *Reg.* 21,8

Miracula operatur Deus per Sanctos & eorum reliquias: vide Sancti & reliquiæ.

Misericordia: vide Bonitas Dei: item Charitas.

Misericordiæ opera proximo exhibenda, 1. *Reg.* 15, 6,2. *Paral.* 28,9,15. *Psalm.* 111,5,9. *Prou.* 24,21, 31 † 19,7,25,21. *Eccli.* 4,2,29 † 35,18. *Isa.* 58,7. *Osee* 6, 11. *Mich.* 6, 8. *Zach.* 7, 9. *Matth.* 5,7 † 9, 13 † 10, 41 † 18, 33 † 25, 41. *Marc.* 9,40. *Luc.* 6,35 † 11, 33. *Rom.* 12,13. *Gal.* 6,12. *Colos.* 3,12,1. *Tim.* 5,10. *quære* Eleemosyna.

Missa sacrificium olim prædictum & prænuntiatum, Leu. 26,9,10,11,12. *Ps.* 22,5 † 109,4. *Isa.* 2,2,3 † 19, 19,20 † 56,7 † 61,6 † 66, 19, 20, 21. *Iere.* 31, 31 † 33, 16, 17, 18. *Dan.* 12, 11. *Amos* 9, 11. *Malach.* 1, 10, 11

Missa sacrificium per varias figuras veteris Testamenti significatum, Gen. 14,18 † 16,6 † 22, 13. *Exod.* 12,5,24 † 25,30 † 29,2,15. *Leuit.* 2,1, 13 † 3,12 † 4, 23 † 5,7,11 † 6, 15 † 9,8 † 14, 4 † 16,3 † 19,21. *Num.* 15,24 † 18,17,1. *Reg.* 21,4,3. *Reg.* 19,6,4. *Reg.* 4,41. *Dan.* 8,12. *appellaturque iuge sacrificium, Dan.* 11,31 † 12,11. *nec interibit offerens sacrificium, Ierem.* 33,18,21

Missa sacrificium à Christo *institutum, Lucæ* 22,19. *& ab eius discipulis visitatum, Actor.* 13,2. λειτουργούντων δ αὐτῶν.

Missæ sacrificij mentionem facit Paulus, 1. *Cor.* 10, 16 † 11,23 *.

Moab filius Loth & filiæ eius natu maioris, Genes. 19, 37. *contra Moabitas pugnare, Israeli à Deo prohibetur. Deut.* 2,8. *factus est Moab seruiens Dauidi sub tributo,* 2, *Reg.* 8, 2. *deficiunt Moabitæ ab Israel,* 4. *Reg.* 1,1 † 3,5. *irruunt latrunculi de Moab in terram Israel,* 13, 20. *non admittebantur in ecclesiam, Deut.*

33,3,2. Esd. 13,1. contra Moab prophetatur. Num. 21, 29 † 24, 17. Psalm. 59,10 † 107, 10. Isa. 16 *. † 25, 10. Iere. 48, 1. Ezech. 25,8. Amos 2,1. Soph. 2,8

Moloch idolum, Leuit. 18,21 † 20,2. appellatur Melchom, 1. Paralipom. 20,2. Ierem. 49,1. Amos 1,15. Sophon. 1,5. de Moloch vide item 3. Reg. 11,5,7,4. Reg. 23,10

Morbus; vide Ægrotatio.

Mors est pœna peccati, Gene. 2,17 † 3,19. Rom. 5,12, 17 † 6,23,1. Corint. 15,21. Eph. 2,2. Colos. 2,13,1. Timoth 5,6. Iac. 1,15

Mors, & certus dies mortis omni homini constitutus est Deut. 31,14. Iosue 23,14,1. Reg. 26,10. Iob 14,5. Psal. 88, 49. Eccle. 3,3 † 8, 8 † 9,5. Eccli. 17, 3 † 41, 1, Ioan. 7,30 † 8.20. Rom. 5,12 † 6,23. Heb. 9,27

Mortis hora incertissima, Eccle. 9, 12. Mat. 24,43. Luc. 12,40,1. Thessal. 5,2,2. The. 2,2. Iac. 4,13

Mors corporis, iustis est quasi sommus quidam & dormitio, Deute. 31,16,2. Reg. 7,12,3. Reg. 2,10 † 11, 21, 43 † 14,20. Sap. 3,3. Mat. 9,24. Ioan. 11,11. Act. 7,60 † 13,36,1. Cor. 11,29,1. Thes. 4,13

Mortem nostram sua morte deuicit Christus, Isa. 25, 8. Osee 13,14. Ro. 6,9,1. Cor. 15,54, 1. Timot. 1,10. Hebr. 2,14. Apoc. 21,4

Mortem qui sibi intulerint, Iudic. 9,54 † 16,29, 1. Reg. 31,4,2. Reg. 17, 23,3. Reg. 16,18,2. Mac. 10,13 † 14,41. Mat. 27,5. Act. 1,18

Mortuos lugere quatenus permittatur, aut prohibeatur, Leu. 19, 28. Deute. 14,1 † 34, 8, 2. Reg. 1,11 † 3,32 † 10,2 † 12,16 † 14,2 † 19,1 † 21, 10, 13. Eccli. 22, 10 † 38, 16, 1. Mach. 9, 20 † 12, 52 † 13, 26. Mat. 9,3. Luc. 7,13. Ioan. 11,33. Act. 8, 2 † 9, 39, 2. The. 4,13

Mortui ad vitam reuocantur, 3. Reg. 17, 20,4. Reg. 4,33 † 13,21. Matt. 9,25 † 27,52. Marc. 5,41. Luc. 7, 13 † 8,54. Ioan. 11,43. Act. 9,40 † 20,10

Mortuorum sepultura; vide Sepeliendi mortui.

Mortuorum suffragia; vide Purgatorium.

Moyses nascitur ex Leui, Exod. 2,1 † 6,20. Act. 7,20. percutit Ægyptium, & fugit in Madian, Exod. 2,12,15. accipit Sephoram Madianitem vxorem, Exod. 2,21

Mittitur ad Pharaonem in Ægyptum, 3, 10 *. † 5,1 † 6, 12 † 7 *. † 8 *. 9 *. † 10 *. reuertitur cum vxore & liberis in Ægyptum, 4,20. orat pro Pharaone, 8, 12, 30 † 9,28, 33 † 10,17

Orat pro populo, 14,15 † 17, 4, 11 † 32, 11, 13, 31. Num. 11,2 † 14, 13, 17 † 21, 7. Deut. 9, 18, 26. accipit primo tabulas, Exod. 31, 18. has confringit videns populi idololatriam, Exed. 32, 19

Accipit iterum nouas, 34, 28

In faciem eius intueri non poterat populus Israeliticus 34, 30, 2. Cor. 3, 7

Mittit exploratores in terram Chanaan. Numer. 13, 2. probat se à Deo esse missum, Numer. 16, 28, 31. videt terram promissionis & moritur, 20, 12 † 27, 12. Deut. 34, 1, 5. apparet in transfiguratione Christi, Mat. 17, 3. Luc. 9, 30. commendatur, Eccli. 45, 1

Diabolus altercatur cum angelo Michaele de Moysi corpore, Iudæ 9

Mundi corde, Psal. 23, 4 † 50, 12 † 72, 1. Mat. 5, 8, 1. Pet. 1, 22

Mundities interior & exterior commendatur, Mat. 23, 25. Luc. 11, 39, 2. Corint. 7, 1

Murmuratores quos imitentur, & quæ illis pœna metuenda, Exod. 14, 11 † 15, 24 † 16, 2, 7, 8 † 17, 2. Numer. 11, 1 *. † 12, 1, 9, 10 † 14, 2, 27 *. † 16, 3 † 17, 13 † 20, 2 † 21, 5 *. Deuteronom. 1, 27. Iosue 9, 18. Iudith 8, 10. Sapien. 1, 11. Matth. 20, 12. Lucæ 15, 2 † 19, 7. Ioan. 6, 41 *. Act. 6, 1, 1. Cor. 10, 10. Iudæ 16

N

Naaman militum præfectus apud regem Syriæ mundatur à lepra, 4. Reg. 5, 14. Luc. 4, 27.

Naas rex Ammonitarum pugnat contra Iabes, 1. Reg. 11, 1. moritur, 2. Reg. 10, 1

Naas pater Abigail, 2. Regum 17, 25

Nabal vir iniquus, 1. Regum 25, 25, 26

Naboth, quia regi Achab vineam negabat, lapidatur, 3. Regum 21, 2, 13

Nabuchodonosor potentissimus rex Babylonis, Ier. 27, 6. inuadit Ægyptum, 4. Reg. 24, 7. Ierem. 46, 2. ascendit in Ierusalem, 4. Reg. 24, 1, 10 † 25, 1. Ierem. 39, 1. iuxta prophetiam, Ierem. 25, 8 † 32, 28. erigit auream statuam, Dan. 3, 1. habitat septem annos inter feras, 4. 28, 30. ingens superbia eius, amplitudo dominij, & crudelitas explicatur, Isa. 14, 2, 8

Nabuzardan dux militiæ regis Babylonis destruit domum Dei, muros Ierusalem, & populum, qui remanserat, transfert, cum omnibus vasis templi, in Babylonem, 4. Reg. 25, 8. Iere. 39, 9, 11 † 52, 12

Nachor auus Abraham, Gen. 11, 23, 25

Nadab & Abiu igne consumuntur Leuitic. 10, 1 † 16 1. Numer. 3, 4 † 26, 61

Nadab rex Israel, 3. Reg. 14, 20. cæditur, 15, 28

Nahasson filius Aminadab princeps & dux tribus Iuda. Num. 1, 7 † 2, 3 † 7, 12

Nahum prædicat in Niniue, Nahum 1 *. † 2 *. † 3 *.

Nathan filius Dauidis, 2. Regum 5, 14. appellatur Matthata, Lucæ 3, 31

Nathan propheta mittitur ad Regem Dauid, 2, Reg. 7, 4 † 12, 1

Nathanael dux tribus Issachar, Num. 1, 8

Nathanael videtur à Christo, Ioan. 1, 47

Christus manifestat se ipsi Nathanael, 21, 2

Nechao rex Ægypti, 4. Reg. 23, 29, 2. Par. 35, 20 † 36, 3

Negotiatio: vide Emere & Vendere.

Nehemias pincerna Artaxerxis, 2. Esd. 1, 11. mittitur in Iudæam ad ædificandum quæ erant destructa, 2, 9. appellatur Athersatha, 8, 9

Nemrod potens erat & robustus venator, Gen. 10, 8

Nicanor dux Lysiæ, 1. Mach. 3, 38. & etiam dux exercitus Demetrij, 7, 26. minatur se succensurum templum, 7, 34. cæditur, 7, 43. 2. Machabeorum 15, 28

Nicodemus occultus discipulus Christi, Ioan. 3, 1 † 7, 50 † 19, 39

Niniue ædificatur ab Assur, Gen. 10, 11. pœnitentiam agit de peccatis suis, Ionæ 3, 5 *. desolatio & destructio Niniue, Nahum 1 *. † 2 *. † 3 *. Soph. 2, 13. Tob. 14, 5

Stabit in iudicio, & condemnabit obcæcatos Iudæos, Mat.12,41

Noe filius Lamech, Gen. 5,30

Præco diuinæ iuſtitiæ, 2.Pet.2,5

Ædificat arcam, Gen.6. ingreditur arcam, 7, 1,7. egreditur,8,15*

Accipit ſignum fœderis,9,8,14. commendatur, Eccli. 44, 17

Noemi vxor Elimelech,Ruth 1,2

Nouum Teſtamentum,Ierem. 31,31. Matth.26,28. Marc.14,24. Luca 22,20,1. Cor.11,24. Heb.8,8 † 9, 15 † 10,16 † 13, 20

Nouum cœlum & noua terra poſt mundi innouationem, Iſa.65,17 † 66,22,2.Pet. 3,13. Apoc.21,1

Nudi veſtiendi, Iſa.58,7. Ezech. 18, 7. Tob.1,17. Mat.25,26,39. vide Miſericordia.

O

Obed filius Booz ex Ruth, Ruth 4,17. Mat.1,5

*Obediendum Deo eiuſque præceptis, & quæ obedientibus ſit conſtituta merces, Gen.12,4 † 17,9,23 † 22 *. † 26,5. Exod.1,17 † 15,26 † 19,5 † 20,6 *. 23 22,25. Leu.20,22 † 26,3,11. Deuteron. 4, 40 † 7 *. † 11 *. † 13,4 † 17,15 † 18,15 † 24, 8 † 27, 10 † 28,1, 12. Ioſ.22,1,1. Reg.12,14 † 15, 22,4. Reg. 10, 30, 2. Paralipom.7,17. Prou.1,8,33 † 15,31. Iſa.1,19 † 48, 18 † 55,2. Ierem.7,23 † 11,4 † 17, 24 † 35 *. Dan.3, 16. Eccli. 35, 7,2. Machab.7, 30. Matth.4, 19 † 7, 24 † 8,21 † 15,3 † 17,5 † 25, 3. Luc. 5,4 † 10, 16. Ioan. 2,7. Act. 4, 19 † 5, 32. Ro. 16, 19. Philip.2, 8, 12,1. Theſſal.4,3 † 5, 18,1. Pet.1,22. Iac.1,22*

Obedientia inferiorum erga ſuperiores; vide Subditorum Officium.

Oblatio omnis debet eſſe ſine vitio, aut macula, Leuitic.1,3 † 3,1 † 22, 19. Num. 28,3,31. Deuteronom. 15,21. Eccli. 35,14. Ezech.43,23. Malach.1,8,14

Oblationes Deo gratæ cælitus accenduntur, Gen.4,4 † 8,20 † 15,17. Leu. 9,24. Iudi.6,21 † 13,19,3. Reg. 18,38,1. Paral.21,26,2. Paral. 7, 1, 2. Machab. 1, 22 † 2,10

Oblationes quotidianæ, Exod. 29, 38. Num.28,3,1. Eſd. 3,2

Oblationes proprium filiorum, Leuit. 18,21 † 20,2. Deut.12,31 † 18, 10. Iudic.11,39,4. Reg.3,27 † 16, 3 † 17,17 † 21, 6,2. Paral. 28, 3. Pſal. 105, 37. Iſa. 57,5. Ier.7, 31 † 19, 5. Ezech. 16, 20, 36 † 20, 31 † 23, 37

*Oblationum conuiuia cum gaudio celebrabantur, Gene.31,46. Exod.18,12 † 32,6. Num. 25, 2. Deuteronom.12 *. † 27, 7, 1. Reg. 1, 4 † 9, 12 *. † 16,5,2. Regum 15,12,3. Reg.1,9 † 3, 15, 1. Paral. 29, 21*

Oblationes impiorum, Gen. 4, 3, 1. Regum 15, 21. Pſal. 39,7 † 49,7 † 50,18. Prouer.15,8 † 21,27. Eccli. 35,15. Iſa.1,10 † 43,23 † 61,8 † 66,3. Ier.6,20 † 7, 20 † 14,12. Oſee 5,6 † 8, 13 † 9, 4. Am. 5,22. Mich. 6,7. Malach.1,7,13. Matthæ.9,13 † 22,7. Marc.12,33. Hebr. 10,5

Occidere; vide Homicidium.

Ochozias filius Ioram rex Iuda. 4. Reg.8, 24. fugit in Mageddo à facie Iehu, & caditur, 9,27

Habet ſibi ſucceſſorem Ioas regem,1. Paral. 3,11

Oculus ſimplex & rectus, Eccli. 35, 12. Mat. 6,22. Luc. 31,34

Oculus nequam, Gene.6,2. Prouer. 6, 13. Eccleſ.4, 8. Eccli.14,8 † 31,14. Mat.6,22. Marc.7,22. Lucæ 11, 34,1. Ioan.2,16

*Oculorum cuſtodia quantopere ſit neceſſaria ad vitandum peccata, Gen.3,6 † 6,2 † 34,2 † 38,15 † 39,7 2. Regum 11,2 *. † 13,1. Prouer.23,26,33. Eccli.9,5, 7,8,9, 11 *. † 25,28 *. † 41,25 † 42, 12. Iudith 10, 17,18 *. † 12,16. Daniel 13,8 *. Matth. 5, 28, 2. Petro 2, 14*

Oculus mentis vel intellectus. Num. 24, 3. Deutero. 29,4. Iſa.6,9. Luc.24,29. Act.26,18. Eph. 1, 18

Odium: vide Inuidia.

Odio habenda malitia, Pſalm.96,10 † 138,21. Amos 5,15 † 6,8. Roman. 12,9

Offerre pro defunctis, 2. Mac. 12,13

Officium ſubditorum; vide infra Subditorum.

Og rex Baſan caditur, Num.21,33. Deuteronom. 3, 2 † 29,7 † 31,4. Pſalm. 135,20

Oneſiphoro optat Paulus miſericordiam, 2. Tim. 1, 16

Onias ſummus ſacerdos offert pro Heliodoro,2. Machabæo. 3,32. cæditur, 4,34

Operum merita, & retributio ſeu merces, Pſal.118, 112. Prou. 11, 18. Ecc. 36, 18. Iſa. 3, 10. Matth.5,12 † 10,42 † 16,27 † 25,34. Rom.2,6,1. Corinth.15,28, 2. Cor.5,10,2. Timoth.4,8. Heb. 6,10 † 10, 35 † 11, 26. Iac.2,24. Apoc.20,7,8 † 22,12

*Opera mala Deo diſplicent, & pœnam merentur, Gen.3,11 † 4, 7 † 6,3,5,6,7 † 7,4 † 9,6 † 11,4 *. † 17,14 † 18,20 † 19,11, 24, 26 † 20,3 † 42, 21 † 44, 16. Exo. 3,9 † 7 *. 8 *. 9 *. 10 *. 11 *. 12 *. 14 *. 20 *. 21 *. 22 *. † 31,13 † 32,9,27, 28, 33. Leu. 10, 12. deinceps per omnes ſacræ Scripturæ libros.*

*Opera bona Deo grata ſunt, & præmium merentur, Gen.4,4,7 † 5,24 † 6, 8,9 † 8,20, 21 † 20,7 † 22,16 *. † 26,4,5 † 29, 32. Exo. 1, 20 † 20 *. † 23, 22, 25. Leu.11,43,44,45. & ſic deinceps per totam Scripturam.*

Operari bene propter mercedem & retributionem licitum eſt, Pſalm.118,112. Matth.5,12,2. Timot.4,8. Heb. 11,26

Non in quolibet Opere homo peccat, 2. Pet.1, 10,1. Ioan.3,6,9 † 5,18

Operum bonorum commemoratio. 4. Reg. 20, 3. Iob 6,2,3. Pſal.17, 21,22,25 † 131,1. Iſa.38,3

Opera bona quæ ſint; vide Bona opera.

Opera à nobis proximo exhibita tanquam ſibi facta reputat Deus, ſiue bona ſint, ſiue mala, Iſa. 37,23. Ierem.1,19. Zachar.2,8. Matth. 25,40. Actio.9,5,1. Cor. 8, 12

Opiniones & cogitationes hominum frequenter ſunt erroneæ, Leuitic.10, 1. Num.15,39. Deut. 12, 8 † 29, 19, 1. Regum 15,9,2. Reg. 6,6. Prou. 12, 15 † 14, 12 † 21,2. Iſa.5,21 † 7, 12 † 14, 13 † 55, 8. Matth. 3, 14 † 16,22. Marc.8,32. Ioan.12,4 † 13,8

Orare in nomine Ieſu, Ioan.14,13 † 15, 16 † 16,23, 26,1. Ioan.5,14

Orare quemadmodum oporteat, frequenter ignoramus

*Mat.*20,20. *Marc.*10,35. *Rom.*8,26. *Iac.*4,3

Orare noctes & dies, Pſalm. 118, 62. *Luc.* 18,1,1. *The.*3,10,1. *Timoth.*5,5,2. *Tim.*1,3

*Orare ſine intermiſsione, Matth.*7,7. *Luc.*11,9 † 18, 1. *Act.*10,2. *Ephe.*6,18. *Coloſ.*4,2,1. *The.*5,17

Orare vt fidei prædicatio ſucceſſus habeat felices, Eph. 6,19. *Coloſſ.*4,3,2. *Theſſ.*3,1

*Orare alium pro alio, Iere.*42,2,20. *Baruch.*1,13,2. *Mach.*1,6. *Ephe.*6,18. *Col.*4,2,1. *Theſ.*5,25,2. *The.*3, 1,1. *Tim.*2,1. *Iac.*5,16

*Orare pro inimicis, Num.*16,22, 46.2. *Mach.* 3,33. *Matth.*5,44. *Luc.*6,28 † 23,34. *Act.*7,60

Orare Sanctos cum Chriſto regnantes; vide Sanctos.

Orare pro defunctis; vide Purgatorium.

*Oratio quomodo, quando, cui & vbi fieri debeat, & quid petendum, Num.*11,16,24. *Deut.*4,7. *Iudi.*10, 10,15, 1. *Regum* 1, 11,2. *Reg.*22,2,7,3. *Reg.*3,7. *Iſa.* 65,24. *Amos* 7,2. *Eccli.*35,26. *Tobiæ* 3,11 *. *Iudith* 4, 11. *Matth.*6,5,9 † 7,7 † 18,19 † 20,20 † 21,22 † 26, 38. *Mar.*11,24 † 13,33. *Luc.*11,2, 9 † 18,1 † 22,40. *Io.*4,23 † 9,31 † 14,13 † 15,7 † 16,23. *Acto.*1,14 † 2, 42 † 4,24, 31 † 10, 2 † 1,23. *Rom.* 8, 26 † 12, 12,1. *Cori.*14,13. *Epheſ.* 6, 18. *Coloſſ.*4, 2,1. *Theſ.*5, 17,1. *Timot.*2,1. *Heb.*13,18,1. *Pet.*3,12,1. *Ioan.*5,4. *Iac.*1, 6 *. 4,3 † 5,13. *Apoca.*19,10 † 22,9

*Orationes quæ fiunt quemadmodum oportet, exaudit Deus, Gen.*16,11 † 21,17. *Exod.*2,24 † 3,7 † 6,5 † 22 23,27. *Deut.*4,7 † 15,9,1. *Reg.*7, 9, 10 † 9,16 † 12, 18,2. *Reg.*22,4,7,3. *Reg.*13,6 † 17,22 † 18,36,4. *Reg.* 13,5 † 20,5,2. *Paral.* 32, 22 † 33,13,4. *Eſd.*15,7. *Iudith* 4,8,12. *Tob.*3,24. *Pſal.* 3,5 † 4, 4 † 9, 13 † 17,7 † 21, 25 † 33, 7 † 49, 15 † 54, 17 † 117, 5 † 119, 1 † 144,19. *Prou.*15,29. *Eccl.*4,9 † 21, 6 † 36, 24, 26 † 48,22. *Iſa.*30,19 † 37,15,21 † 55,7. *Ier.*29,12. *Thren.* 3,56. *Dan.*13,44. *Ionæ* 2,3. *Zachar.*13,9,2. *Machab.* 3,22. *Ioan.*9,31. *Act.*10,4

*Orationes quorundam quare non exaudiat Deus, Deut.*1,45 † 31,18. *Iudic.*10,1,1. *Reg.*8,18. *Pſal.*17, 42. *Prou.* 1,28 † 15,29 † 21,13 † 28,9. *Eccli.* 34,29, 31. *Iſa.*1,15. *Ierem.*7,16 † 11,11,14 † 14, 12 † 15,1. *Ezech.*8,18 † 14, 16 20. *Michææ* 3,4. *Zachar.* 7,13, 4. *Eſd.*1,26,2. *Mach.*9,13. *Ioan.* 9, 31. *Heb.* 12, 17. *Iac.*4,3

Orationum Sanctorum exempla, Gene. 32, 9. *Exod.* 32,11,13. *Num.*14,19. *Deuter.*9,26,3. *Reg.*8,15 *. 4. *Reg.*20,3,2. *Paralip.*6,16 *. † 14, 11 † 20, 6, 12,1. *Eſdr.*9,6 *. 2. *Eſd.*1 *. *Sap.* 9 *. *Eccli.* 23, 2 † 36,1, 11 † 51 *. *Baruch* 1,17,21 † 2,6 *. † 3,1,9. *Tob.*3,1, 12 † 8,7 † 13,1. *Iudith* 9,2 † 16 *. *Eſther* 14,3. *Iſa.*33, 2 † 37,16 † 64 *. *Ierе.*10,24 † 17, 13, 14 † 18,19 † 32,16. *Thr.*5 *. *Dan.*9,6 † 13,42. *Ionæ* 2 *. *Abac.* 3 *. 3. *Eſd.*8,74,4. *Eſd.*3 *. † 6,38 *. 1. *Mac.*7,37,2. *Machab.*6,30. *Act.*4,24

*Ordinis ſacramentum, Ioan.*20,22,1. *Timoth.*4,14 † 5,22,2. *Timoth.*1,6. *Tit.*1,5

*Oreb & Zeb interficiuntur, Iudic.*7,27

Oſculum pudicum pacis & charitatis ſymbolum, Gen. 29,13 † 45,14 † 48,10 † 40,34. *Exod.*4,27. *Luc.*15, 20. *Act.*20,37. *Rom.*16,15,1. *Cor.*16,20,2. *Cor.*13,12 1. *Theſ.*5,26,1. *Pet.*5,14

Otium, vide Acedia.

Ozias ſacerdos recipit Achior in domum ſuam, Iud. 9,19

Præſcribit Domini miſerationi tempus quinque dierum, 7,23

Ozias; vide Vſia.

P

*Pactum cum quibus non ſit ineundum, Exo.*23,32 † 34,15. *Deut.*7,3 † 20,13,3. *Reg.*20,36,42

*Pactum contra Dei voluntatem cum infidelibus initum, punitur, Iud.*1,23,27 † 3,5,3. *Regum* 30,34,41, 2. *Parali.* 19, 2

Pactum init Deus cum populo, Gene. 17,2,7. *Exod.* 19,5. *Deut.*5,2. *Ierem.*31,31,33

*Pactum init populus cum Deo, Ioſu.*24,25,4. *Reg.*23, 3,2. *Paral.*15,12 † 23,16,2. *Eſd.*10,29

*Parentum officium, Gen.*18,19 † 21,19 † 24,2 † 25 6 † 34,4,29 † 49 *. *Exod.* 10, 2 † 12, 26 † 13,13,14 † 21,10. *Leuit.*19,29. *Num.*30,6. *Deut.*4,9 † 6,7,20 † 11,19 † 21,19 † 22, 15, 19 † 32, 46. *Ioſue* 4, 21,1. *Reg.*2, 23 † 3, 13, 3. *Regum* 2,1. *Iob* 1,5. *Pſal.* 77, 3. *Prou.*1,8 † 4,1 † 5,7 † 11,29 † 13,24 † 19,18 † 20,7 † 22,6,15 † 23,13 † 29,17. *Eccl.*4,23 † 7,25 † 8,11 † 17,1 † 25,10 † 26,13 † 30,1,11 † 33, 32 † 42, 5. *Tobiæ* 1,10 † 4 *. † 10,13 † 14,5,11,1. *Mach.*2, 49,64, 2. *Macha.*6,24,28 † 7,20,21,27. *Dan.* 13, 3. *Mat.* 10, 37. *Eph.*6,4. *Col.*3,21,2. *Tim.*3,15. *Tit.*2,4

*Paſchæ feſti inſtitutio & celebratio, Exod.*12 *. † 13, 6 † 23,15 † 34,18. *Leuitic.*23,5. *Num.*9,2,11 † 28,17 *Deut.*16,1,5. *Ioſue* 5,10,4. *Reg.*23,21, 2. *Paralipom.* 30,1,15 † 35, 1, 1. *Eſdr.* 6, 19, 3. *Eſd.* 1, 10 † 7, 10. *Ezech.* 45, 21. *Matthæ.* 26, 19. *Marc.* 14, 12. *Lucæ* 22, 7

Paſtores, præceptores, & alij præfecti qua debeant eſſe ſolicitudine & cura in eos quos ſuæ fidei commiſſos habent, Prouerbiorum 27,23,24. *Sapien.*6,23,26. *Ezech.* 34,4 *. *Matth.*18,12 † 24,45. *Luc.*15,4. *Ioan.*10,11 *. † 13,1 *. † 17,9,11 *. † 18,8. *Actorum* 20,22, 28, 31. *Roman.*9,2,3 † 12,7,8,1. *Corin.* 4,14,2. *Corinth.* 11,28,29. *Galat.*3,19

*Patiens & longanimis eſt Deus, Geneſ.*6, 3. *Exod.* 34,6. *Nume.*14,18. *Pſal.*85,15 † 102,8 † 144,8. *Eccleſ.*8,12. *Iſa.*30,18. *Ioel* 2,13. *Iona* 4, 2. *Nahum* 1,3. *Sapient.*11,24 † 15,1. *Matth.* 18,27. *Roman.* 2, 4,1. *Timoth.*1,16,2. *Petr.*4,9

*Patientia & longanimitas fidelium in omni genere afflictionum, Gen.*12,4,6,2. *Reg.*16, 10. *Iob* 1,20 † 2, 9 † 7,2. *Prou.*3,11 † 14,29 † 15,1 † 16, 32 † 25, 15. *Eccl.*1,29 † 2,4,4. *Eſd.*10,15. *Tob.*2,8,2. *Mach.*6,20 † 7 *. *Mat.*5,39. *Rom.*5,3 † 12,12 † 15,4,2. *Cor.*6,4. *Galat.*5,22. *Ephe.* 4, 2, 1. *Theſ.* 5, 14, 2. *Theſ.* 1,4, 7, 1. *Tim.* 6, 11,2. *Tim.*2,3,12,1. *Pe.*1,6 † 2,19 † 3, 14, 17 † 4,1,2. *Pet.*1,6. *Heb.* 10,36 † 11,25 † 12,1. *Iac.*5,7

*Impatientia & eius punitio, Exod.*14,11 † 15,24 †. 16,2,7 † 17,2. *Num.*11,1,10 † 14,1,28 † 21,6. *Iob* 3, 1. *Eccli.*2,16

Pauperes; vide Eleemoſyna.

Paulus Iudæus ex tribu Beniamin. Roman. 11,1. *Philippen.* 3,5. *natus, & educatus Tarsi. Acto.* 22,3. *persequitur Christianos* 9,1. *Galat.* 1,13,1. *Timoth.* 1,13. *conuersio eius singularis, Actorum* 9 *.

Paulus doctor gentium, Roman. 11,13 † 15,16. *Gal.* 2,2,8,1. *Timoth.* 2,7,2. *Timo.* 2,11. *prædicat Antiochiæ, Act.* 13,16 *. *Iconiæ* 14, 1. *Lystri,* 14,6, 13. *Thessalonicæ,* 17,1. *Beroeæ,* 17, 10. *Athenis,* 17, 22, 28. *Corint.* 18,1. *vocatur in Macedoniam, Actorum* 16, 9. *capitur* 21,27. *deducitur Cæsaream,* 23, 23, 30. *vehitur Romam* 27 *. 28 *. *sistitur Neroni,* 2. *Tim.* 4,22

Paulus nemini voluit esse oneri, Act. 20,33,2. *Cor.* 11, 9,11 † 12,13,1. *Thess.* 2,9,2. *Thess.* 3,8. *vocabatur olim Saulus Act.* 7, 59 † 9,1 † 13,1

Pax quædam temporalis, quædam aterna, Genes. 13, 6,8 † 26,22 † 45,24. *Leu.* 26,6. *Num.* 6,27. *Ierem.* 29, 7. *Eccl.* 25, 2 † 28,15,19. *Mat.* 5,9. *Marc.* 9,50. *Luc.* 14,32. *Acto.* 9,31. *Rom.* 12,18,1. *Corinth.* 14,33. *Ephes.* 4,3,2. *Timot.* 2,22,1. *Pet.* 3.11. *Hebr.* 12,14. *Iac.* 3,18. *Apocalyp.* 6,4

Pax interna qualis est inter Deum, & eius amicos, Isa. 2,4 † 9,6 † 11,6,7 † 66,12. *Osee* 2, 14, 20. *Mich.* 4,3. *Zach.* 9,10. *Luc.* 2,14 † 24,36. *Ioan.* 14,17 † 16, 33 † 20,19. *Act.* 10,36. *Ro.* 5,1. *Eph.* 2,14. *Philip.* 4,7

Pacem & misericordiam promittunt mendaces prophetæ. Ier. 6,14 † 8.8,12 † 14, 13 † 23, 16. *Ezech.* 13, 10,16, *Mich.* 3,5,1. *Thess.* 5,3

Peccati origo, Gen. 2, 17 † 3, 6. *Rom.* 5, 12, 1. *Cor.* 15, 21

Peccatum originale, Iob 14, 4 † 15,14. *Psal.* 50, 7. *Rom.* 3,9,23 † 5,12 *. *effectus eius, Gen.* 8,21. *Eccli.* 17, 30. *Rom.* 5, 2,17 † 6,23 † 7,8,11,13,17 *. *Gal.* 5,17. *Eph.* 2,3. *tollitur eius reatus per Christum, Ioan.* 1, 29. *Rom.* 3,23,24 † 5,9,15,17, 18, 19 † 6,3 † 7,24 † 8,1, 2. *Gal.* 2,2,2. *Eph.* 2,5

Peccatum solus Deus propria auctoritate remittere potest, Exod. 34,7. *Psal.* 18,13 † 31,5 † 102, 12. *Isaiæ* 43,25 † 44,22 † 53 *. *Ierem.* 31, 34 † 33, 8. *Mich.* 7, 18. *Matth.* 9,2. *Marc.* 2,5. *Lucæ* 5, 20 † 7,48

Peccatum Sacerdos remittit auctoritate diuina, Matt. 18,18. *Ioan* 20,23

Peccatum remittitur per Christum, Isa. 53 *. *Dan.* 9, 24. *Matth.* 1, 21 † 9, 2 † 11, 28 † 20, 28 † 26, 27. *Marc.* 2,5. *Luc.* 24,46. *Ioan.* 1, 29. *Act.* 2, 38 † 4, 12 † 10,35,43 † 13,38. *Rom.* 4,25 † 5,9,1. *Cor.* 6,11 † 15, 3,2. *Cor.* 5,21. *Galat.* 1,4. *Colossen.* 1,14. *Ephes.* 1,7 † 5, 25,1. *Timoth.* 1,15. *Tit.* 2,14,1. *Petr.* 1, 18 † 2, 24 † 3, 18 † 4,1. *Hebr.* 1,3 † 9,12,14,1. *Ioan.* 1, 7 † 2,12 † 3, 5. *Apocalyp.* 1,5

Peccatum in Spiritum sanctum, Matt. 12, 31. *Mar.* 3,28. *Luc.* 11,15 † 12,10. *Heb.* 6, 6 † 10, 26, 1. *Ioan.* 5, 16

Peccatum vindictam clamans, Genes. 4,10 † 18,20. *Exod.* 22,23,27. *Eccl.* 35,18. *Iac.* 5,4

Peccanti in nos fratri condonandum: vide Remittendum.

Propter Peccatum vnius aut paucorum puniuntur multi, Genes. 3 *. *Numer.* 16,20 †. *Iosue* 7 *. *Iudic.* 19, 25,2. *Reg.* 24 *.

Peccatum contra naturam, Genes. 19 *. *Iudic.* 19, 22 *. *Leuitic.* 20,13. *Roman.* 1, 27, 1. *Corint.* 6, 10, 1. *Timoth.* 1, 10

Peccatum ex ignorantia, Leuit. 4,2 † 5,15. *Numer.* 15,27. *Lucæ* 23,34. *Ioan.* 9,41 † 15,24. *Actor.* 3,17,1. *Timoth.* 1,13

Peccatum ex malitia & data opera, Numer. 15, 30. *Eccli.* 10,14. *Matth.* 28,13. *Ioan.* 11, 49. *Actor.* 4,18. *Hebr.* 6,5 † 10, 16

Peccatorum confessio, vide supra Confessio.

Peccatum non solum non imputatur sed etiam verè remittitur, & anima abluitur ac mundatur, Psalm. 50,12. *Act.* 2,38,1. *Corint.* 6,11,2 *Petr.* 1,9,1. *Io.* 1,9

Peculium Dei eius populus, Exo. 19,5. *Deut.* 7,6 † 14 2. *Ioan.* 1,11. *Ephe.* 1,14,1. *Pet.* 2,9

Pedum lotio, vide supra Lotio.

Peregrinis benefaciendum est, Gene. 18, 2. *Exod.* 22, 21 † 23,9. *Leuit.* 19,33 † 23,22. *Num.* 15,14. *Deut.* 10 18 † 14,21 † 24,14,17 † 26, 11. *Ezech.* 22, 29 † 47, 21. *Zach.* 7,10

Peregrini sumus & aduena in hac vita, Gene. 15,13 † 23,4 † 47.9,1. *Paralipom.* 29,15. *Psal.* 38, 13 † 118, 19,2. *Cor.* 5,8. *Philip.* 3,20. *Hebr.* 11,13,1. *Pet.* 2,11

Peregrinationes pietatis gratia susceptæ sunt vtiles, 3. *Regum* 8,41,4. *Regum* 5,10

Periurij & falsi crimen, Exod. 8,8,15,28. *Leuitic.* 5, 4,1. *Reg.* 19,6 *. 3. *Regum* 8,31. *Ierem.* 7, 9. *Zachar.* 5,3. *Malach.* 3,5,1. *Machabæorum* 6,62 † 7,15,18 † 11, 53 † 13,16,19,2. *Machab.* 4, 34 † 12,3. *Matth.* 26,72, 1. *Timoth.* 1, 10

Persæ inuadunt Babylonem, Dan. 5,28. *iuxta prophetiam Isa.* 21,9. *Ier.* 51,8,11,41,55

Perseuerantia, Gen. 19,17,16. *Iob* 2,3. *Prou.* 3,31 † 23,17. *Ezech.* 18,24 † 33,13. *Eccli.* 2,2 † 11,11 † 35, 9. *Matt.* 10,22 † 15,22 † 24,13. *Luc.* 9,54. *Ioan.* 6,62. *Act.* 2,42 † 11,23 † 13,43 † 14,21. *Heb.* 3 *. 2. *Petr.* 2, 20,1. *Ioan.* 2,24. *Apo.* 2,16

Persecutio; vide Crux.

Personarum acceptio illicita, nec Deus personam respicit, Leuitic. 19,15. *Deut.* 1,17 † 10,17 † 17,2,1. *Reg.* 16,7,2. *Par.* 19,7. *Sap.* 6,8. *Iob* 34,19. *Prouer.* 18,5 † 24,23 † 28,21. *Eccli.* 35,15, 16. *Isa.* 11, 3. *Malac.* 2,9. *Matt.* 22,16. *Marc.* 12,14. *Luc.* 20,21. *Act.* 10,34. *Rom* 2,11. *Gal.* 2,6. *Eph.* 6,9. *Colos.* 3,25,1. *Pet.* 1,17. *Iac.* 2,9

Petere; vide Orare.

Petrus à Christo vocatur, Matth. 4, 18. *confitetur Christum,* 16,16. *appellatur Simon,* 4,18 † 10,2. *Ioan.* 20,2. *appellatur Cephas, Ioan.* 1,42. 1. *Cor.* 1,12 † 3,22 † 9,5. *Gal.* 2,9. *appellatur Simon Bar-Iona, & Simon Ioannis, Matt.* 16,17. *Ioan.* 21, 15. *negat Christum, & de negatione facta pœnitentiam agit, Mat.* 26,69,70,72 75. *prædicat, & loquitur, Act.* 1, 16 † 2 *. † 3, 12 *. † 4,1 † 10, 34. *sanat claudum,* 3, 4. *conijcitur in carcerem,* 12, 3

Petrus primus Apostolorum, Matth. 10, 2 † 16, 18 † 16,24 *. *Luc.* 22,31 *. *Ioan.* 21,17 *.

Phacee filius Romeliæ, postquam occidit Phaceiam fit rex Israel, 4. *Regum* 15, 25, 27. *pugnat contra Ierusalem, Isaiæ* 7,1. *occidit de Iuda centum viginti millia virorum vno die,* 2. *Paralipom.* 28,6

Phaceia filius Manahem fit rex Israel, 4. *Reg.* 15, 22, 23

Phanuel turris subuertitur à Gedeone, occisis habitatoribus ciuitatis, Iudi. 8,8,13,17

Pharao affligitur propter Saram vxorem Abraham, Gen. 12,17

Pharao somnia videt, Gen. 41,1. *quæ ei à Ioseph explicantur,* 41,25

Pharao Israelem opprimit seruitute, Exo. 1,8 *. *submergitur cum omni suo exercitu,* 14,24. 28

Pharaonis filiam accipit Salomon vxorem, 3. *Reg.* 3,1

Pharao Nechao capit regem Ioachaz. 4. *Reg.* 23,34

Pharisæus inuitat Christum, Luc. 7,36

Pharisæus & publicanus orant simul in templo, Luc. 18,10

Pharisæi grauiter increpantur, Mat. 3,7 † 7,1 † 16,4 † 23 *. *Io.* 8,44. *Act.* 7,51 † 23,3. *Phil.* 3,2

Phassur percutit Ieremiam prophetam, Ier. 10,2

Phegiel dux tribus Aser, Numer. 1,13

Phigelus & Hermogenus auertuntur à Paulo, 2. *ad Tim.* 1,15

Philippus vocatur à Christo, Ioan. 1,43. *recensetur inter Apostolos, Matth.* 10,3. *cupit videre Patrem, Ioan.* 4,8

Philippus diaconus eligitur, Act. 6,5. *prædicat in Samaria, Act.* 8,5. *baptizat Æthiopem eunuchum, Actuum* 8,37. *suscipit Paulum & socios eius hospitio Act.* 21,8

Philistæi persequuntur Israelem, Iudic. 3,3 † 10,7 † 15,9,1. *Reg.* 4 *. † 5 *. † 13,5 † 17 *. † 23,1 † 28,1 † 29,1 † 31,1,2. *Reg.* 5,17, 22 † 21,15,18

Philistæi cæduntur, Iudic. 3,31,1. *Reg.* 7, 11 † 13,3 † 14 *. † 17,50 † 18,27 † 19,8 † 23 5,2. *Reg.* 5,24 † 8,1,4. *Reg.* 18,18

Contra Philisthæos; vide Isa. 14,29. *Ier.* 47, 1,4. *Ezech.* 25,15. *Amos* 1,6. *Sopho.* 2,5. *Zach.* 9,6

Phinees filius Eleazari, Exod. 6,25. *Iudic.* 20, 28. *placat Deum zelo suo, Num.* 25,7,12. *Psal.* 105,30. *mittitur in terram Galaad, Ios.* 22, 13

Phinees filius Heli, 1. *Reg.* 1,3. *perit propter sua peccata,* 4,11

Phul rex Assyriorum copias adducit contra Ierusalem, 4. *Reg.* 15,19

Pietas; vide Bona opera.

Pignus salutis nostræ est Spiritus sanctus, Rom. 8,16,2. *Cor.* 1,22 † 5,5. *Ephe.* 1,13 † 4,30

Pigritia; vide Acedia.

Pilatus & Herodes fiunt amici, Luc. 23,12

Pilatus Christum innocentem morti addicit, Mat. 27,26. *Ioan.* 19,16

Plaga Dei seu vindicta, Exo. 7 *. 8 *. 9 *. 14 *. 4. *Regum* 8,28, 2. *Paralipomen.* 6,28. *Psalm.* 77,44 † 104,27. *Iere.* 15,2

Pœna peccati non statim vniuersa remittitur remissa culpa, Num. 14,20,22,23, 2. *Reg.* 12,13, 14 *. † 24 *. 1. *Par.* 21 *.

Pœnitentia & satisfactio pro peccatis, Psal. 6,7. *Mat.* 3,8. *Luc.* 3,8. *Act.* 2,38 † 8,22, 2. *Cor.* 7,10

Pœnitentia prædicatur, Ier. 7,3. *Mat.* 3,2 † 4,17. *Luc.* 3,3,8 † 13,3 † 24,47. *Act.* 2,38 † 3,19 † 8,21 † 17,30 † 20,22 † 26,20

Pœnitentiæ veræ & non fictæ, promissa est venia, Deuter. 4,29 † 30,2,1. *Reg.* 7,3,2. *Par.* 7,14 † 20,6 † 34,26. *Iob* 22,23. *Prouerb.* 28, 13. *Psalm.* 31,5. *Eccl.* 17,23. *Isa.* 1,16 † 30, 18 † 45,22 † 55,7 † 59,20. *Ierem.* 3,10,17 † 18,8 † 29,12 † 31,18,20. *Ezech.* 18,21,27 † 33,14. *Osee* 14,2. *Ioel* 2,12. *Ioan.* 3,8. *Zach.* 1,4. *Malach.* 3,7. *Luc.* 15,18. *Act.* 3,19 † 26, 18,20

Pœnitentia agenda est dum sani sumus, Eccli. 17,24 † 18,25

Pœnitentiæ veræ exempla, Iudic. 10,15,2. *Regum* 12,13 † 24,10,17,2. *Paralipomen.* 12,6 † 33,12. *Ionæ* 3 *. *Iudith* 4,8. *Matth.* 26,75. *Luc.* 7,37,44 † 15,18 † 18,13 † 19,8 † 22, 62 † 23,41. *Act.* 2,37

Pœnitentiæ falsæ exempla, Gen. 4,13 † 27,38. *Exod.* 8,8 † 9,27 † 10,16. *Iosue* 7,20. *Iud.* 1,7,1. *Reg.* 15,24,30 † 24,19,3. *Reg.* 13, 4 9 21,27. *Sap.* 5,3,1. *Machab.* 6,12,2. *Mac.* 9,12. *Mat.* 27,4. *Act.* 8,13,23. *Heb.* 12, 17

Prædicatores; vide Concionatores.

Præfecti; vide Superiores & Pastores

Precari; vide Orare.

Primitiæ fructuum debentur Deo, eiusque Sacerdotibus, Exod. 23,19 † 34,26. *Leu.* 23, 10. *Num.* 18,13. *Deut.* 18,4 † 26,2,10,2. *Par.* 31,5,2. *Esd.* 10,35,37. *Prou.* 3,9. *Tob.* 1,7

Primogenita omnia Ægyptiorum moriuntur, Exod. 12,29. *Psal.* 77,51 † 134,8 † 135,10

Primogenitum omne Deo consecratur, Exod. 13,2 † 22,29 † 34,20. *Leuit.* 27,26. *Num.* 3, 13 † 8,17. *Deut.* 15,19,1. *Reg.* 1,24. *Luc.* 2,23

Primogenitorum iura, priuilegia, & prærogatiuæ, Gen. 25,31 † 49, 3. *Deut.* 21,15, *Paral.* 21,3.

Primogeniti aliquando à Deo reiiciuntur, Gen. 48,17 † 49,4. *Rom.* 9,13.

Proditio, & eius punitio, Gen. 37,23. *Iudic.* 1,24,1. *Reg.* 23,19. *Isa.* 22,15,2. *Mach.* 3,4 † 4,1 † 10,20 † 13,21. *Mat.* 26,14,47

Promissio; vide Votum.

Promissiones Dei cum conditione fiunt, Deut. 19,8 † 28 *. † 33,4. *Leu.* 26 *. 1. *Reg.* 2,30. *Ezech.* 18 *. † 33,15,19. *Marc.* 16,16. *Io.* 3, 16,36 † 6,47 † 8,31 † 13,17 † 15,7,14. *Rom.* 8,17. *Coloss.* 1,23. *Heb.* 3,14,2. *Pet.* 1,4. *Apoc.* 2 *. † 3 *. † 21,7

Prophetæ: vide Concionatores.

Prouidentia: vide Dei gubernatio, & prouidentia.

Pseudoprophetæ, & eorum punitio, & quòd non sint audiendi, Deuter. 12, 1 † 18, 20, 3. Reg. 13, 11 † 18, 40 † 22, 6, 10, 4. Reg. 10, 19. Prouer. 28, 10. Isa. 3, 11 † 28, 7 † 56, 10. Ierem. 14, 13, 15 † 23 *. † 27, 9 † 28 *. † 29, 8, 21, 25. Ezech. 13 * † 14, 9 † 22, 25 † 34, 2, 8, 18. Amos 7, 10. Mich. 3, 5. Zach. 13, 2. Matth. 7, 15 † 14, 11. Luc. 12, 1. Actor. 20, 29, 1. Cor. 15, 12. Philip. 3, 2. Colos. 2, 8, 1. Timo. 4, 1, 2. Tim. 1, 17 † 3, 1, 2. Pet. 2 *. 1. Ioan. 4, 1. Iudæ 4, 8 *.

Pseudoprophetæ habentur qui currunt antequam per ordinariam potestatem mittantur, Ier. 14, 14 † 23, 32 † 27, 15. Ezech. 13, 6

Ptolemæus oppugnatur ab Antiocho, 1. Machab. 1, 19. *initi amicitiam cum Alexandro filio Antiochi*, 10, 51. *pugnat cum Alexandro, & moritur*, 11, 1, 18

Ptolemæus Macer venemo vitam suam finiuit, 2. Mach. 10, 12, 13

Publius suscipit hospitio Paulum, Act. 28, 8

Purgatorium, id est, locum vbi iusti animæ, quæ viuorum precibus & operibus iuuari possunt, & purgantur, esse confirmatur, 2. Mach. 12, 43, 46 *. Mat. 5, 25 † 12, 32, 1. Cor. 3, 16. Philip. 2, 10, 2. Tim. 1, 18, 1. Ioan. 5, 16. Apoc. 5, 3, 13

Q

Quadragesimalis ieiunij exempla, Moyses, Exod. 24, 18, † 34, 28. Deut. 9, 9, 18. *Elias*, 3. Reg. 19, 8. *Christus*, Mat. 4, 2. *vide Ieiunium.*

Quæstiones inutiles quæ sunt vitandæ, Gen. 3, 1, 6. Prouer. 25, 27. Eccl. 7, 11. Eccli. 3, 21. Mat. 24, 3. Ioan. 6, 52 † 21, 21. Act. 1, 6, 1. Tim. 1, 4 † 6, 3, 2. Tim. 2, 16. Tit. 3, 9

Quiescendum à peccatis, Rom. 6, 6 *. Gal. 2, 18

Quies continget populo Dei, Hebr. 4, 9

Quietem & pacem certam consequentur iusti, Sap. 3, 3 † 4, 1. Isa. 57, 2. Lu. 16, 22. Apoc. 14, 13

Quietem inuenire animæ suæ, Ier. 6, 16. Mat. 11, 29

R

Rabba obsidetur, 2. Reg. 11, 1 † 12, 26, 1. Paral. 20, 1

Rabsaces Sennacherib archipincerna, 4. Reg. 18 17. Isa. 36, 37

Rachel pascit oues patris sui, Genes. 29, 9. *traditur Iacob in vxorem*, 29, 29. *clam tollit idola patris sui*, 31, 19. *ob difficultatem partus periclitatur*, 35, 17

Rahab exploratores missos in vrbem Iericho, excipit hospitio, Ios. 2, 1. Iacob 2, 25. *seruatur cum suis*, Ios. 6, 17, 23.

Rahab vxor Salmon, 1. Paral. 2, 11. Matth. 1, 5

Raphael Angelus Domini medicus, & dux Tobiæ, Tob. 5, 5 † 6. * † 12, 12

Rationem Deo quisque pro se redditurus est, Matt. 12, 36 † 18, 23 † 25, 31. * Rom. 14, 12, 2. Cor. 5, 10

Razias Iudæus gladio se interimit, 2. Mach. 14, 37, 41

Razon aduersarius Israelis, 3. Reg. 11, 23

Rebecca filia Bathuelis, Gen. 22, 23. *vxor Isaac*, 24, 50. *parit geminos*, 25, 24

Rechab pater Ionadab amici Iehu regis Israel, 4. Reg. 10, 15

Redimere nouit Deus suos multis modis ex angustia, Gen. 19. * Exo. 14. * † 18, 8, 1. Regum 23, 14, 26, 4. Reg. 7. * 2. Paral. 18, 31 † 20, 24, 1. Esd. 8, 22. Ps. 4, 9 † 90, 9. Esther 7, 5. Isa. 41, 10 † 43, 1. Daniel 3, 91 † 6, 21, 23, 2. Pet. 2, 9

Refugij ciuitates, Exod. 21, 13. Num. 35, 11. Deut. 4, 41 † 19, 2, 7. Iosue 28. * 3. Reg. 1, 50 † 2, 28

Regeneratio, vide Homo.

Regeneratio est immutatio carnis in spiritum, Ioan. 3, 5. *carnalium affectionum in spiritalem affectum*, Rom. 8, 5, 13. *infidelitatis in fidem*, Io. 1, 12. Galat. 3, 26, 1. Ioan. 5, 1. *innouatio mentis per Spiritum sanctum*, Tit. 3, 5. Gal. 4, 6. *atque adeò carnalis naturæ in diuinam naturam*, 2. Petri 1, 4. Col. 2, 11. *vt qui mali fuimus, sanctificemur*, 1. Corint. 6, 11. Eph. 5, 8

Regenerati interius, etiam exterius in nouitate vitæ ambulabunt, Rom. 6. * † 7, 6 † 12, 1. Ephes. 4, 22. Colos. 3, 9, 1. Corint. 5, 7, 2. Cor. 5, 15, 1. Petri 4, 1

Reges quid facere, quidve fugere debeant, Deut. 17, 19, 1. Reg. 8. * 3. Reg. 2, 2 † 10, 9, 2. Par. 9, 1 † 19, 5. Sap. 6. * † 9. * Iob 34, 30. Ps. 2, 10 † 100. * Prou. 14, 28 † 19, 12 † 20, 8, 26 † 28, 15 † 29, 4, 14 † 31, 4. Ier. 22, 2. *vide Superiorum officium.*

Regnum Dei vim patitur, Matt. 11, 12. Luc. 16, 16. Gal. 5, 16. Apoc. 2. * † 3. * † 21, 7

Regnum Dei spirituale, internum & æternum, Genes. 49, 10. Num. 24, 17, 1. Regum 2, 10 † 7, 9, 10, 1. Paralip. 18, 11 † 29, 2, 4. Psal. 2, 2, 6 † 9, 8 † 21, 28 † 44, 7 † 71, 1 † 109. * † 144, 11. Isa. 9, 6 † 11. * † 32, 16 † 40, 9 † 42, 1. Ierem. 23, 5, 6 † 33. * Ezech. 34, 23 † 37, 24. Dan. 2, 44 † 4, 33 † 7, 14, 27 † 9, 24, 25. Osee 3, 5. Mich. 4, 1, 4 † 5, 1. Zach. 9, 9. Matth. 13. * Luc. 1, 28 † 12, 31, 32 † 22, 29 † 23, 2. Ioan. 6, 14 † 12, 14, 34 † 18, 33, 36, 1. Timot. 1, 17. Heb. 1, 8 † 2, 9

Relinquentes omnia propter Christum, centuplum recipient, Matt. 19, 29. Mar. 10, 29. Luc. 18, 29

Reliquiæ, & vestes sanctorum quam vim à Deo habeant quidque per eas operetur Deus, vt pallium Eliæ, 4. Reg. 2, 14. *ossa Elisæi*, 4. Re. 13, 21. *fimbria Christi*, Matth. 9, 20 † 14, 36. *sudaria Pauli*, Act. 19, 12. *vmbra Petri*, Act. 5, 15

Remittendum proximo in nos peccanti, Eccli. 28, 8. Matt. 5, 23 † 6, 13 † 18, 22, 35. Luc. 17,

3. Ephes. 4, 32. Col. 3, 13

Repudij libellus, Deut. 24, 1. Isa. 50, 1. Ierem. 3, 3. Malach. 2, 16. Matt. 5, 30 † 19, 7. Marc. 10, 4

Respha concubina Saul, ad quam ingressus est Abner, 2. Reg. 3, 7

Custodit corpora eorum qui in crucem sublati erant, 21, 10

Resurrectio mortuorum, & carnis ad gloriam facta mutatio, Exod. 3, 6. Iob 14, 13 † 19, 26 † 21, 30. Isa. 26, 19 † 66, 14. Ezech. 37, 1, 9. Dan. 12, 12. Ionæ 2, 11. Soph. 3, 8, 4. Esdr. 2, 16 † 14, 35, 2. Mach. 7, 9, 14, 23. Matth. 22, 23, 31. Luc. 20, 35. Ioan. 5, 21, 28 † 6, 39 † 11, 24. Act. 24, 15, 1. Cor. 15. * 2. Cor. 4, 14 † 5. * Col. 3, 4. Phil. 3, 21 † 4, 3, 1. Thess. 4, 13, 16, 2. Timot. 2, 11. Apoc. 20, 12

Reuelationes, & visiones, Iosue 5, 13, 4. Reg. 17, 9, 2. Machab. 3, 24 † 5, 2 † 10, 29, † 11, 8. *vide Apparitiones.*

Roboam filius Salomonis, rex Iuda constituitur, 3. Reg. 12, 1. *deficit Israel à Roboam ad Ieroboam*, 12, 19. *præcipit ei Deus ne pugnet contra Israel* 2. Paral. 11, 2. *oppugnatur à Sisac rege Ægypti*- 12, 2, 9

Moritur, 3. Reg. 14, 31. *regnat Abiam filius eius pro eo*, 15, 1

Romani cum Iudæis pacis, & societatis fœdera ineunt, 1. Mach. 8, 14, 17, 27 † 12, 1 † 14, 17, 20

Romanorum Gentilium laus, 1. Machab. 8, 2, 9

Romanorum Christianorum laus, Rom. 1, 8

Romanos destructuros Ierusalem, & templum Domini, Numer. 24, 24. Isa. 5, 26 † 6, 11. Dan. 9, 26 † 11, 30, 31. Luc. 19, 41 † 21, 20. Ioan. 11, 48

Ruben primogenitus Iacob nascitur, Genes. 29, 32. *violat thorum patris sui*, 35, 22. *dantur ob id primogenita eius filijs Ioseph*, 49, 4, 1. Paralip. 5, 1. *nititur fratrem suum Ioseph liberare*, Gen. 37, 21, 22, 29

Dicit patri, Duos filios meos interfice, si non reduxero Beniamin, 42, 37. *filijs Ruben primò requies datur*, Num. 32. * Deut. 3, 12 † 29, 8. Iosue 1, 12 † 13, 23. *caduntur*, 4. Reg. 10, 33. *transferuntur ad terram Assyriorum*, 15, 29, 1. Paral. 5, 26

Secundùm prophetiam, Gen. 49, 4. *ædificant altare*, Iosue 22, 10. *dimicauerunt contra Agarenos*, 1. Par. 5, 19

Ruth Moabitis, Ruth 1, 4. *accipit eam vxorem Booz, & parit Obed*, 4, 13, 1. Paral. 2, 12. Matt. 1, 5

S

Sabbatum, Gen. 2, 2. Exo. 16, 23 † 20, 8 † 25, 29 † 31, 14, 17 † 34, 21 † 35, 2. Leuit. 19, 3 † 23, 3, 15 † 25, 4. Num. 15, 32 † 28, 9. Deuter. 5, 12. Isa. 56, 2, 4 † 58, 13 † 66, 25. Ier. 17, 21, 27. Ezec. 20, 12 † 22, 8, 2. Esdr. 13, 16, 22, 1. Mach. 1, 47 † 2, 33, 41, 2. Mach. 15, 1. Matt. 12, 1, 10. Marc. 2, 23 † 3, 2 † 6, 2. Luc. 4, 16, 31 † 6, 1 † 13, 11, 14 † 14, 1. Io. 5, 10 † 7, 22 † 9, 14. Act. 13, 14, 27, 44 † 15, 21 † 18, 4 † 20, 7, 1. Corint. 16, 2. Hebr. 4, 4, 10

Sacerdotes Legis, & horum munus, Exod. 29, 44 † 30, 7. Leuit. 10, 1, 6, 9 † 21. * † 22. * † 24, 3. Num. 3, 10 † 4, 5, 11 † 10, 8 † 18, 1, 7. Deut. 21, 5, 1. Reg. 2, 28, 35, 1. Par. 6, 49, 2. Paral. 26, 17. Ezech. 44, 15, 20. Hebr. 5, 7 † 10, 11

Sacerdotum multitudo in veteri Lege, 1. Par. 23, 3. *vbi numerantur* 38000.

Sacerdotum Legis indumenta, ornamenta, & ordinatio. Exod. 28. * † 29, 1 † 39, 1 † 40, 12. Leuit. 8, 1, 8

Sacerdotibus dabantur decimæ, & primitiæ, Num. 5, 9, 10 † 18, 8, 11. * Deut. 18, 3. *vt liberi à sollicitudine comparandi victum, possent vacare Legi Dei*, 2. Par. 31, 4. * *vide Decimæ*

Sacerdotibus Legis assignabatur necessaria vitæ sustentatio, Exod. 29, 26. Leuit. 2, 3, 10 † 5, 13 † 6, 9, 19 † 7, 6, 32 † 10, 13 † 24, 9. Num. 3, 48 † 5, 9 † 18, 8, 11, 28. Deut. 18, 1, 1. Reg. 2, 28, 4. Reg. 12, 16, 1. Paral. 6, 54, 2. Par. 31, 4, 2. Esdr. 10, 36. Eccli. 45, 25

Sacerdotes mali, & eorum punitio, Num. 16. *. 1. Reg. 2, 22 † 3, 13, 3. Reg. 2, 26. Isa. 3, 1. Ier. 2, 5 † 8, 7. Osee 4, 6, 9 † 5. * Malach. 1. * † 2, 1, 8, 1. Machab. 7, 5, 9, 21

Sacerdos, non Lex, aut Scriptura sola, est iudex quæstionum exorientium, Deuter. 17, 9, 12. Malac. 2, 7

Sacrificium noui Testamenti appellatur inge sacrificium, Dan. 11, 31 † 12, 11. *celebrabitur donec veniat Dominus*, 1. Corin. 11, 26. *quære Missæ sacrificium, & Oblatio.*

Sadducæi negant mortuorum resurrectionem, Matt. 22, 23. Act. 4, 1 † 23, 8

Salmanasar rex Assyriorum egreditur primò contra Samariam, & transfert Israel cum Osee rege in Assyrios, 4. Re. 17, 6. *secundo capit Samariam*, 18, 9

Salomonis filij Dauidis natiuitas promittitur, 2. Reg. 7, 12

Nascitur, 2. Reg. 5, 14 † 12, 24. *vngitur in regem super Israel*, 3. Reg. 1, 33. *Dominus apparuit ei per somnium nocte in Gabaon à quo sapientiam postulat*, 3, 5, 9, 2. Par. 1, 7. *dirimit litem meretricum*, 3. Reg. 3, 16, 24. *de eius sapientia, magnitudine diuitiarum, potestate, & ministris*, 2. Par. 9, 3. *init fœdus cum Hiram rege Tyri*, 3. Reg. 5, 12

Postquam ædificauit templum, dedit Hiram viginti oppida, 9, 11. *venit ad eum regina Saba*, 10, 1. Matth. 12, 42. Luc. 11, 31. *ædificauit phanum Chamos idolo Moab in monte*, 3, Reg. 11, 7

Chananæos facit sibi tributarios, 1. Par. 8, 7. *vngitur secundò in regem*, 2. Par. 29, 22. *moritur*, 3. Reg. 11, 43. *succedit ei filius Roboam*, 14, 21

Salus: *vide* Beatitudo.

Samaria, quæ postea metropolis fuit decem tribuum Israel, extruitur, 3. *Regum* 16, 17. *obsidetur à Syrijs*, 4. *Reg.* 6, 24. *obsidetur ab Assyrijs vsque ad tertium annum, capitur, & abducitur populus*, 4. *Reg.* 17, 5

Contra Samariam prophetatur, Isa. 7, 30 † 9, 7. *Ezech.* 23. * *Osee* 8. * † 13. * *Amos* 3, 12. *Mich.* 1, 5

Samaria nolebat recipere verbum Dei, Luc. 9, 52. *recipit verbum Dei, Act.* 8, 5

Samaritanus miseretur vulnerati, Luc. 10, 33

Samaritana loquitur cum Christo apud puteum Ioan. 4, 7

Samson nascitur, Iudic. 13, 24. *iuxta promissionem Angeli*, 13, 3. *vxorem accipit in Thamnata, & dilacerat leonem* 14, 1, 5, 10

Nocet Philisthæis, eisque vim infert, 15, 4, 8. *moritur*, 16, 29, 30

Samuel, 1. *Reg.* 1, 20. *adducitur ad domum Domini in Silo*, 1, 24. *vocatur à Domino*, 3, 4, 10 *congregat vniuersum Israel in Maspha, & clamat ad Dominum pro Israel*, 7. 5, 9. *posuit filios suos Iudices Israel*, 8, 1. *probat se innocentem*, 12, 3. *interficit Agag*, 15, 33

Dauid regem vngit, 16, 13. *moritur* 25, 1. *prophetat Sauli post mortem*, 28, 15, 16. *Eccli.* 46, 23. *laudatur, Eccli.* 46, 16

Sanaballat præfectus Samaria conatur impedire templi ædificationem, 2. *Esd.* 2, 10

Sanctus est Deus, Isa. 6, 3. *Apoc.* 4, 8

Sancti, & mundi esse debemus, Leu. 11, 44 † 19, 2 † 20, 7, 26 † 21, 6. *Deut.* 26, 19. *Ephes.* 5, 26, 1. *Thessal.* 4, 3, 1. *Petr.* 1, 16. *qui sanctus, sanctificetur adhuc, Apoc.* 22, 11

Sanctum Domini, Exo. 35, 2. *Leu.* 16. * *Psal.* 113, 2. *Matt.* 7, 6. *Lucæ* 1, 31

Sancti pro nobis orant, Ierem. 15, 1, 2. *Mach.* 15, 14. *Apocal.* 5, 8 † 8, 3. *propter eorum preces, & merita multa nobis largitur Deus, quamuis illi vita functi sint, Gen.* 26, 5, 24. *Exod.* 32, 13. 14, 3. *Reg.* 11, 12, 13, 32, 34 † 15, 4, 5, 4. *Reg.* 19, 34 † 20, 6. *Isa.* 37, 35. *Eccli.* 44, 24

Sanctos oramus sine iniuria Mediatoris, vt pro nobis orent, sicut & petimus ab alijs hominibus preces, vt Paulus Roman. 15, 30. *Col.* 4, 3. *Eph.* 6, 19, 1. *Thess.* 5, 25, 2. *Thess.* 3, 1. *Heb.* 13, 18. *Nec mirum Sanctos nostras preces cognoscere: quia sunt sicut Angeli Dei, Matt.* 22, 30. *Lucæ* 15, 10. *& offerunt Deo nostras preces, Tob.* 12, 12. *Apoc.* 5, 8 † 8, 3. *Nec huic contrarium est, quòd Deus solus est inspector cordis, quia & homines cognouerunt secretra cordium Deo reuelante, Dan.* 2, 29, 4. *Reg.* 5, 26 † 6, 12

Sanctorum ministerio aliquando tribuitur quòd soli Deo præcipuè conuenit Matth. 18, 16, 18. *Ioan.* 20, 13. *Rom.* 11, 14, 1. *Cor.* 9, 20, 21, 1. *Timoth.* 4, 16. *Iacob.* 5, 19. *vide titulum, Deo soli attributa, &c.*

In Sanctorum memoriam Deum orare, docent nos maiorum exempla, Genes. 31, 9 † 48, 16. *Exod.* 32, 13. *Deut.* 9, 27, 3. *Reg.* 18, 36, 1. *Par.* 29, 18, 2. *Paral.* 5, 42. *Tob.* 7, 15. *Esther* 13, 15 † 14, 18. *Isa.* 63, 17. *Dan.* 3, 35

Sancti sunt cum Christo in cœlis regnantes. Ioan. 12, 26 † 17, 24, 2. *Cor.* 5, 8. *Philip.* 1, 23. *Apoc.* 3, 21 † 7, 9 † 14, 13

Sancti etiam vita defuncti rectè à nobis laudantur. Eccli. 44. * *Io.* 12, 26

In Sanctis suis Deus laudatur, Psal. 150, 1

Sancti iudicabunt: quære iudicabunt.

Sancti faciunt miracula, vt Moyses, & Aaron, Exod. 7, † 8 † 9 † 10 † 11. *Elias excitat puerum mortuum*, 3. *Reg.* 17, 22. *claudit cœlum ne pluat*, 17, 1. *Iacob.* 5, 17. *aperit clausum*, 3. *Reg.* 18, 41, 45. *Iacob* 5, 18

Eliæ pallium diuidit aquas, 4. *Reg.* 2, 8, 14. *Elisæus excitat puerum viduæ mortuum*, 4. *Reg.* 4, 35. *sanat aquas misso in eas sale*, 2, 21, 22. *oleum multiplicat*, 4, 6. *mittit farinam in ollam* 4, 41. *Naaman Syrum sanat*, 5. 14. *facit natare ferrum*, 6, 6. *Elisæus mortuus per contractum ossium suorum operatur*, 13, 21

Apostoli eijciunt dæmonia, Mar. 6, 13 † 16, 17. *Luc.* 10, 17. *Ioannes, & Petrus sanant claudum, Act.* 3, 6

Petrus excitat Tabitham, 9, 41

Etiam sola sua vmbra sanat, 5, 15

Paulus restituit claudum, 14, 9

Etiam per sudaria curat infirmos, 19, 12. *reddit vitæ puerum ex lapsu mortuum*, 20, 10

Sancti plura quoque alia fecere miracula, quæ longum esset enumerare, ad Heb. 11, 32, *

Sanguinis conspersio, Exod. 24, 6 † 29, 20. *Leu.* 1, 5, 11 † 3, 2, 8, 13 † 4, 6, 16 † 7, 2 † 8, 19, 30 † 9, 18 † 16, 14, 18 † 17, 6, 2. *Par.* 30, 16. *Ezech.* 43, 20. *Hebr.* 9, 13, 14, 19, 21, 22

Sanguinis Christi conspersio, Heb. 9, 14 † 10, 19 † 12, 24, 1. *Pet.* 1, 22

Sanguinis esus prohibitus, Gen. 9, 4. *Leu.* 3, 17 † 7, 26 † 17, 10, 14 † 19, 26. *Deuter.* 12, 16, 23 † 15, 23, 1. *Reg.* 14, 32. *Act.* 15, 20 † 21, 25

Sanguinis fluxus sistitur, Mat. 9, 20

Sanguinis innocentis effusio, Deuter. 19, 5, 11 † 27, 24, 2. *Reg.* 20, 9, 3. *Reg.* 21, 13, 4. *Reg.* 21, 16 † 24, 4, 2. *Paralip.* 24, 22. *Prou.* 6, 17 † 28, 17. *Isaiæ* 26, 11. *Ier.* 7, 6 † 22, 3. *Ezech.* 22, 4, 4. *Esd.* 1, 32. *Matt.* 23, 34. *Luc.* 11, 50. *Apoc.* 6, 10 † 18, 24

Sanguinis innocentis effusio clamat vindictam coram Deo, Gen. 4, 10, 4. *Esd.* 15, 8. *Apoc.* 6, 10

Sanguine Christi empti sumus, 1. *Corint.* 6, 20 † 7, 23. *Act.* 20, 28, 1. *Pet.* 1, 18. *Apoc.* 5, 9

Sapientiæ diuinæ origo, proprietas, laus, & vtilitas, Deut. 4, 6 † 29, 9. *Iob* 28, 20 † 32, 7. *Eccles.* 7, 12 † 9, 13. *Sap.* 6, 13, 16 † 7. * 8. * 9. * 10. * *Eccli.* 1. * † 3, 1, 31 † 4, 12, 28, 29 † 21, 12 † 24. * † 39, 14. *Luc.* 21, 15. *Rom.* 11, 33, 1. *Cor.* 1, 17 † 2, 6, 10 † 3, 19. *Coloss.* 2, 3. *Iacobi* 1, 5 † 3, 15

Sapphira mentitur Spiritui sancto, & cadit in terram mortua, Act. 5, 1, 8

Sara filia Raguelis, Tobiæ in vxorem traditur, Tob. 7, 10, 15

Saruiar vide Zaruia.

Satisfactio: vide pœnitentia.

Saul de tribu Beniamin quærit asinas, 1. *Reg.* 9, 3. *vngitur in regem à Samuele,* 10, 1 † 11, 14. *Act.* 13, 21. *iuxta mandatum,* 1. *Reg.* 9, 15. *percussit Ammon,* 11, 11. *obtulit holocaustum,* 13, 9. *à regno reijcitur,* 13, 13 † 15, 22, 26, 28 † 16. * *exagitat eum spiritus nequam,* 16, 14 † 18, 10 † 19, 9. *nititur Dauid configere,* 18, 10 † 19, 10. *persequitur eum* 23. * *trucidat sacerdotes Domini,* 22, 18. *mulierem habentem pythonem consulit,* 28, 7. *seipsum interficit,* 31, 4. *sepelitur,* 31, 13. *filij eius in crucem tolluntur,* 2. *Reg.* 21, 9

*Scandalum, seu offendiculum proximo, nec in vita, nec in doctrina ponendum, Leuit.*4, 3. *Num.* 51, 16, 2. *Reg.* 11, 14, 1. *Esd.* 8, 22. *Prou.* 20, 10, 2. *Mach.* 6, 24. *Matth.* 17, 27 † 18, 6. *Mar.* 9, 42. *Luc.* 17, 1. *Rom.* 14, 1, 15, 1. *Cor.* 8. * † 10, 32, 2. *Cor.* 6, 3, 1. *Thess.* 5, 22

Quicumque nobis scandalo esse possent, vitabimus, Exod. 34, 12. *Deut.* 7, 2, 16 † 13. * *Matt.* 5, 29 † 16, 22. *Marc.* 9, 42. *Rom.* 16, 17

Scientia Dei. vide Dei.

Scriptura sacra vnde sit, & quis eius vsus, Exod. 17, 14 † 34, 27. *Deu.* 4, 1 † 17, 18 † 31, 9. *Ios.* 1, 8. *Isa.* 8, 9 † 30, 8 † 34, 16. *Ier.* 30, 2 † 36, 2, 10 † 45, 1. *Baruch* 1, 3, 14 † 4, 1, 2. *Esd.* 8, 2, 3. *Esd.* 9, 39, 4. *Esdr.* 15, 1. *Dan.* 10, 21. *Matt.* 4, 4 † 22, 29. *Luc.* 4, 4 † 16, 29. *Ioan.* 5, 39 † 10, 44 † 20, 30. *Act.* 15, 21 † 17, 11. *Rom.* 1, 2 † 4, 23 † 15, 4, 1. *Cor.* 9, 9 † 10, 11 † 15, 3, 2. *Timot.* 3, 15, 2. *Pet.* 1, 20 † 3, 1. *Apoc.* 1, 19

Scriptura, difficilis intellectu, 2. *Petr.* 3, 16. *nec omnia scripsit Apostolis mandarunt, Io.* 20, 30 † 21 25, 1. *Cor.* 11, 34, 2. *Thess.* 3, 15. *Io. epist.* 2, 12 † *epist.* 3, 18

Scriptura nec lex est iudex, sed Sacerdos, Deut. 17, 18. *Ezech.* 44, 24. * *Malac.* 2, 7. *quære Sacerdotum officium.*

Seb, & Oreb interficiuntur, Iudic. 7, 25

Seba, quia regnum affectarat, caput praciditur, 2. *Reg.* 20, 22

Securitas perfecta de peccatorum remissione, aut salute consequenda non habetur in hac vita, Eccles. 9, 1, 2. *vide Certi.*

Sedecias pseudopropheta, 3. *Reg.* 22, 11, 2. *Paral.* 18, 10. *comburitur, Ierem.* 29, 22

Sedecias: vide Zedecias.

Seditiosi puniuntur, Num. 16, 31. * *vide Murmuratores.*

Seleucus Asiæ rex, 2. *Machab.* 3, 3

Semaia mittitur ad Roboam, 3. *Reg.* 12, 22, 2. *Par.* 11, 2 † 12, 5, 7

Semei maledicit Dauidi, 2. *Reg.* 16, 5, 13. *veniam impetrat à Dauid,* 2. *Regum* 19, 23. *occiditur ex præcepto Dauid,* 3. *Reg.* 2, 9, 42, 46

Sennacherib oppugnat vniuersas ciuitates Iuda munitas, 4. *Reg.* 18, 13, 2. *Paral.* 32, 1. *blasphemat Deum, Isa.* 36. * *interimitur à filijs,* 4. *Reg.* 19, 37. *Isa.* 37, 37. *secundum verba Isa.* 10, 33 † 31, 8 † 33, 1

Sepelire mortuos, opus misericordiæ, Gen. 23, 19 † 25, 9 † 35, 19, 29 † 50, 5, 13, 25. *Num.* 20, 1. *Deut.* 10, 6 † 21, 23. *Iosue* 24, 30. *Iud.* 12, 7, 1. *Reg.* 25, 1 † 31, 13, 2. *Regum* 2, 32 † 3, 32, 3. *Reg.* 2, 10, 31, 34 † 11, 43 † 13, 29 † 14, 31, 4. *Reg.* 13, 20, 2. *Paral.* 16, 14 † 24, 16 † 35, 24. *Tob.* 1, 20 † 2, 3, 7 † 4, 3, 18 † 8, 14 † 12, 12 † 14, 13, 16, 4. *Esd.* 2, 23. *Eccli.* 7, 37 † 38, 16. *Matt.* 14, 12 † 27, 58. *Ioan.* 19, 39. *Act.* 13, 29, 1. *Corint.* 15, 4

Sephora: vide Ziphora.

Sermo Christianorum: vide Loquenda.

Serpens æneus erigitur, Numer. 21, 8. *tollitur, & appellatur Nehustan,* 4. *Reg.* 18, 4. *cuius typum gesserit, Io.* 3, 14

Siba, vide Ziba:

Siceleg: vide Ziceleg.

Sichem filius Hemor Dinam rapit, & concumbit cum illa, Gen. 34, 2. *necatur,* 34, 26

Signa futurorum, Genes. 9, 12. *Exod.* 31, 13. *Ios.* 2, 18, 1. *Reg.* 2, 34 † 10, 2, 2. *Regum,* 5, 24, 4. *Reg.* 19, 29. *Isa.* 38, 7. *Tob.* 5, 3. *Luc.* 2, 12

Signa in memoriam præteritorum, Exod. 12, 3, 8. *Num.* 15, 38 † 16, 38, 40 † 17, 10. *Iosue* 4, 6. *

Signa, & miracula fiunt, vt per ea omnipotentia, veritas, iustitia, & bonitas Dei innotescat, Exod. 4, 2, 6 † 7, 17 † 16, 12. *Ios.* 3, 10, 14, 3. *Reg.* 13, 4 † 17, 14 † 18, 38 † 20, 13, 28, 4. *Regum* 5, 14 † 20, 9. *Matth.* 8, 26 † 9, 2 † 14, 28

Sihon rex Amorrhæorum concedere noluit, vt Israel transiret per fines suos, Num. 21, 23. *Deut.* 2, 30. *percussus est in ore gladij, Num.* 21, 24

Silas cum Paulo mittitur Antiochiam, Act. 15, 27. *profectus est cum Paulo,* 15, 40. *remansit Beroeæ,* 17, 14

Silere est vtile, Prou. 17, 20. *Eccl.* 3, 7. *Eccli.* 20, 6 † 32, 12

Silo locus in quo fuit domus Dei, Ios. 18, 1. *Iudicum* 18, 31 † 20, 18, 1. *Reg.* 1, 3. *conuenerunt omnes in Silo propter Rubenitas, Ios.* 22, 12. *de Silo affertur arca,* 1. *Reg.* 4, 4. *Ieremiæ* 7, 12 † 26, 6

Simeon nascitur, Genes. 29, 33. *interficit cum Leui Sichemitas,* 34, 25. *eam ob rem arguuntur à patre,* 49, 5. *in vinculis tenetur in Ægypto,* 42, 25

Simon in Bethania excipit Dominum, Matt. 26 6. *Marc.* 14, 3. *Ioan.* 12, 1

Simonia: vide Vendi dona Dei.

Simplicibus, & humilibus reuelat subinde Deus, quod abscondit ijs qui sibi videntur sapientes, Isaiæ, 29, 18, 24 † 32, 4. *Eccl.* 9, 15. *Matt.* 11, 25. *Luc.* 2, 9, 5 † 5, 8 † 10, 21. *Act.* 4, 13, 1. *Corinth.* 1, 24 † 2, 1

Simplex, & rectus, Gen. 20, 6. *Iob* 1, 8. *Matt.* 10, 16. *Act.* 2, 46. *Rom.* 16, 18. *Ephes.* 6, 5. *Coloss.* 3, 22

Simulatio, & hypocriſis cauenda, Eccli. 1, 36. *Iſaiæ* 32, 6. *Ier.* 9, 6. *Iob* 15, 34, 2. *Machab.* 6, 24. *Matt.* 23. *

Sobrietas: vide Temperantia.

Societas bonorum quærenda, malorum vitanda, Geneſ. 19, 15. *Leuit.* 7, 19. *Numer.* 16, 25 † 25, 4. *Ioſ.* 23, 12, 2. *Par.* 19, 2. *Iob* 31, 1. *Pſal.* 25, 4, 8 † 36, 1. *Prou.* 1, 10 † 4, 14 † 6, 25 † 13, 20 † 20, 19 † 22, 10, 24 † 23, 6, 17 † 24, 1, 21 † 29, 27. *Ier.* 16, 8. *Eccli.* 6, 35 † 8, 1, 18 † 9, 21 † 12, 10 † 13, 1, 20. *Tob.* 1, 5. *Matt.* 7, 15. *Act.* 19, 9, 2. *Cor.* 6, 14. *Epheſ.* 5, 11, 2. *Tim.* 4, 14. *Apoc.* 18, 4

Sodoma, & Gomorrha amœniſſimo loco ſita, Geneſ. 13, 10. *ſpoliantur Geneſ.* 14. 11. *ſubuertuntur à Domino Geneſ.* 19, 25. *Deut.* 29, 23. *Sap.* 10, 6, 7. *ſecundum verba Domini,* 18, 20. *cauſa, Ezec.* 16, 49

Sol, & Luna creantur, Gen. 1, 16. *ſteterunt ad imperium Ioſue, Ioſ.* 10, 12. *retroceſſit Sol decem gradibus ad petitionem Ezechiæ, & preces Iſaiæ,* 4. *Regum* 20, 11. *amittet lumen, Mat.* 27, 44. *Mar.* 15, 33. *Luc.* 23, 44

Sollicitudo nimia, Exod. 34, 21. *Leuit.* 25, 20. *Deut.* 8, 3. *Iob* 7, 8. *Pſalm.* 54, 23 † 144, 15, 16. *Prou.* 10, 3 † 13, 25. *Matth.* 6, 25 † 10, 9, 23 † 13, 22 † 16, 7. *Lucæ* 8, 14 † 12, 22 † 14, 18 † 21, 31, 1. *Cor.* 7, 32. *Philip.* 4, 6. *Heb.* 13, 5, 1. *Pet.* 5, 7

Somnia, & viſiones in quibus olim Deus ſuam voluntatem aperiebat, Gen. 20, 3 † 28, 12 † 31, 24 † 37, 5, 9 † 40, 8 † 41, 1 † 46, 2. *Num.* 12, 6. *Iudic.* 7, 13, 15, 1. *Regum* 3, 4, 8, 11 † 28, 6, 2. *Reg.* 7, 4, 3. *Reg.* 3, 5, 15. *Iob* 7, 13 † 33, 15. *Dan.* 2, 1 † 7, 1, 2. *Machab.* 15, 11, 14. *Mat.* 1, 20 † 2, 12, 13. *Act.* 16, 9 † 18, 9 † 23, 11 † 27, 23

Somnia, & viſiones, quæ non conueniunt cum doctrina Chriſti, & Eccleſiæ ſunt contemnenda, Deut. 13, 1. *Eccle.* 5, 2. *Eccli.* 34, 1. * *Ierem.* 23, 16, 25 † 27, 9 † 29, 8

Sorobabel filius Salathiel, 2. *Eſd.* 12, 1. *Matt.* 1, 13. *Luc.* 3, 27. *inſtaurat templum Domini Ieroſolymis,* 1. *Eſd.* 3, 3, 3. *Eſdr.* 5, 70. *Eccli.* 49, 13. *genuit Abiud, Matth.* 1, 13

Sorores Chriſti: vide Fratres.

Sors, Leu. 16, 8. *Num.* 17. * † 26, 55 † 33, 34. *Ioſue* 7, 14 † 18, 10, 1. *Reg.* 10, 20 † 14, 17, 42, 1. *Paralip.* 25, 5, 2. *Eſd.* 11, 1. *Prou.* 16, 33 † 18, 18. *Ezec.* 21, 19. *Ionæ* 1, 7. *Act.* 1, 17

Soſipater comes Pauli, Act. 20, 4

Soſthenes princeps Synagogæ percutitur, Act. 18, 17

Spes iuſtorum non in temporalibus rebus, ſed in Deo eiuſque promiſſionibus fundatur, Geneſ. 26, 5. *Iudic.* 7, 2, 4, 1. *Reg.* 4, 3 † 17, 45 † 22, 1, 3. *Reg.* 20, 28, 1. *Par.* 19, 13, 2. *Par.* 25, 7 † 32, 7 † 16, 7 † 20, 15, 20. *Iudith* 9, 13. *Pſalm.* 9, 11 † 13, 6 † 21, 5, 10 † 4, 2 † 30, 2 † 39, 5 † 61. * † 70, 1 † 90, 2 † 11, 3, 9, 10, 11 † 141, 6 † 145 5. *Prou.* 3, 5 † 22, 19 † 28, 25 † 30, 5. *Sap.* 3, 4, 9. *Eccli.* 2, 6, 12 † 13, 9 † 33, 9 † 34, 14. *Iſaiæ* 26, 4 † 29, 19 † 30, 1, 15 † 31, 1 † 36, 7 † 40, 30. *Ierem.* 2, 33 † 7, 4 † 9, 22 † 17, 7 † 39, 18. *Thren.* 3, 24. *Ezech.* 29, 6. *Oſee* 12, 6, *Mich.* 7, 7, 5, 7. *Nahum* 1, 7, 1. *Machab.* 3, 18. *Mat.* 10, 37 † 12, 21. *Rom.* 5, 2 † 8, 24, 2. *Corint.* 5, 2. *Col.* 1, 27, 1. *Theſſ.* 1, 3, 1. *Timot.* 1, 1 † 6, 17. *Hebr.* 3, 6, 1. *Pet.* 1, 13

Spes non facit nos ſecuros, nec excludit timorem, vide Timor.

Spes impiorum euanéſcet, & in quibus confidunt, vana ſunt omnia, 4. *Reg.* 18, 21. *Iob* 8, 13 † 11, 20 † 14, 19 † 20, 4. *Prou.* 10, 28 † 11, 7, 23 † 25, 19. *Sap.* 5, 15. *Eccli.* 5, 1, 10. *Iſa.* 28, 15, 18 † 30, 2, 12 † 57, 11. *Ier.* 9, 12 † 17, 7. *Machab.* 2, 62

Spinæ appellantur ſolicitudines huius mundi, diuitiæ, & voluptates vitæ, Matt. 13, 7, 22 † 19, 22. *Mar.* 4, 7, 18 † 10, 22. *Luc.* 8, 7, 14 † 18, 22

Spiritus ſanctus promittitur, Iſa. 44, 3. *Ezech.* 11, 19 † 36, 26 † 39, 29. *Ioel* 2, 28. *Mach.* 3, 11 *Ioan.* 7, 39 † 14, 16, 26 † 15, 26 † 16, 7. *mittitur, Act.* 2, 1

Spiritus Dei edocet mentes, Exod. 4, 12. *Pſalm.* 31, 8. *Iſa.* 54, 13. *Mat.* 10, 20. *Marc.* 13, 11. *Lucæ* 12, 11 † 21, 14. *Ioan.* 6, 45 † 24, 16, 26 † 15, 26 † 16, 13. *Rom.* 8, 16, 26, 2. *Cor.* 1, 22 † 5, 5. *Epheſ.* 1, 13 † 4, 20, 21, 1. *Ioan.* 2, 27

Spiritus probandi ſunt virum à Deo ſint, Iudith 8, 28, 1. *Cor.* 14, 29, 1. *Theſſ.* 5, 21, 1. *Ioan.* 4, 1

Sponſus ſpiritualis eſt Chriſtus, Iſa. 54, 5 † 62, 4. *Ier.* 31, 22. *Ezech.* 16, 8. *Matt.* 9, 15 † 25, 1. *Marc.* 2, 19. *Luc.* 5, 34. *Ioan.* 3, 29, 2. *Cor.* 11, 2. *Eph.* 5, 24. *Apoc.* 19, 7 † 21, 2

Sponſa Chriſti, vide Eccleſia.

Stephanus eligitur, Act. 6, 5. *accuſatur,* 6, 11. *reſpondet ad accuſationem,* 7. * *Lapidatur,* 7, 57

Stultitia, Prouer. 14, 29 † 20, 3 † 26, 1 † 27, 22. *Baruch* 3, 23. *Eccl.* 10, 2. *Eccli.* 33, 5. *Matth.* 7, 26 † 25, 2. *Marc.* 7, 22. *Epheſ.* 5, 4

Stultitia eſt apud Deum ſapientia huius mundi, 1. *Cor.* 1, 18 * † 3, 19

Stultorum corda in eorum ſunt ore, & contra ſapientum os in corde eſt, Eccli. 21, 23

Subditorum officium, Exod. 10, 28 † 22, 28. *Num.* 16. * *Ioſue* 1, 16, 2. *Eſd.* 5, 16. *Baruch* 1, 11. *Prou.* 13, 13 † 20, 2 † 24, 21 † 25, 6. *Eccle.* 8, 2 † 10, 16. *Ierem.* 29, 7. *Matt.* 17, 24 † 22, 16, 21. *Luc.* 20, 22. *Roman.* 13, 1, 7, 1. *Theſſ.* 5, 12, 1. *Timot.* 2, 1. *Heb.* 13, 17. *Tit.* 3, 1, 1. *Pet.* 2, 13

Superiorum, iudicium, & rectorum officium, & poteſtas in ſubditos, Gen. 9, 6. *Exod.* 1, 8. * † 5. * † 18, 13, 17 † 22, 8. *Leuit.* 24, 10, 23. *Numer.* 11, 16, 24 † 25, 4 † 27, 15, 18. *Deut.* 1, 13, 17 † 17, 1 † 19, 17. *Ioſ.* 1, 10. *Iudic.* 2, 7, 16, 1. *Reg.* 10, 24, 3. *Reg.* 3, 7, 2. *Par.* 19, 5, 8. *Iob* 29. * † 34, 30. *Pſal.* 81. * *Prouerb.* 8, 15 † 11, 14 † 12, 24 † 16, 10 † 20, 8 † 28, 15 † 29, 4, 14 † 31, 4. *Eccleſ.* 10, 1, 12. *Sapien.* 1, 1 † 6. * *Eccli.* 7, 4 † 10, 1, 24 † 17, 18. *Iſaiæ* 1, 23, 26 † 3, 2 † 10, 1 † 32, 1. *Ierem.* 5, 26 † 22, 2 † 27. *

Ezec. 22, 6, 12 † 45, 9. Dan. 2, 21. Ose. 13, 10. Mich. 3, 1, 9. Matt. 22, 17, 21 † 26, 51. Luc. 20, 22. Ioan. 3, 31 † 19, 11, 1. Corint. 15, 24. Rom. 12, 8 † 13, 1, 2. Timoth. 2, 1. Tit. 3, 1. Hebr. 13, 17, 1. Petr. 2, 13. vide Rex, Iudex.

Superbia prohibetur, committitur, & punitur, Geneſ. 3, 17 † 11, 5, 7. Exod. 5, 2 † 14, 26, 1. Reg. 17. * 4. Reg. 18, 19. * † 19, 35. Tob. 4, 14. Iudith 9, 16 † 13. * Prou. 6, 17 † 11, 2 † 13, 10 † 15, 25 † 16, 5, 18 † 18, 12 † 25, 6 † 29, 23. Eccli. 10, 9, 11, 16 † 25, 4. Iſa. 3, 15, 17 † 9, 8 † 10, 8 † 14, 9 † 36. * † 37, 10, 24 † 39, 2, 5 † 47, 8. Ier. 48, 29 † 49, 16. Ezec. 16, 49 † 28, 2 † 31, 10. Dan. 4, 19, 27 † 5, 22. Abdiæ 1, 3. Malac. 2, 11, 2. Machab. 9, 4, 6. Luc. 1, 47 † 10, 15 † 14, 7, 11 † 18, 11 † 22, 24. Act. 12, 21. Rom. 1, 30 † 11, 20, 2. Timot. 3, 2, 1. Pet. 5, 5, 2. Petr. 2, 18. Iudæ 16. Apoc. 18. *

Suſannæ hiſtoria, Dan. capit. 13. *

Syri imperant Iſraeli, Iudic. 3, 8. *opprimuntur ab Othoniel,* 3, 10. *cæduntur à Dauide, eique ſunt tributarij,* 2. Reg. 8, 5. *iuuant filios Ammon contra Dauid,* 10, 6. *fugientes à facie Iſrael, occiduntur à Dauid,* 10, 13, 18. *Samariam obſidentes, cæduntur,* 3. Reg. 20, 29. *pugnant contra Iſrael,* 4. Reg. 6, 8. *mentis ſtupore immiſſo, quaſi cæci ducuntur in Samariam,* 6, 18, 19

Obſident Samariam, 6, 24. *territi à Deo ſoluunt obſidionem,* 7, 6, 7. *vaſtantur à rege Aſſyriorum, & transferuntur Cyrenen,* 4. Reg. 16, 9. *deſolatio eorum prænuntiatur,* Iſa. 17, 1. Ierem. 49, 23. Amos 1, 3

T

Tabitha ſuſcitatur à mortuis, Act. 9, 36, 40

Temperantia in cibo, potu, & concubitu, Tob. 6, 15. Eccleſ 3, 6. Eccli. 31, 18 † 32, 7. Dan. 1, 8, 11. Rom. 13, 13 † 14, 17, 1. Cor. 7. * Gal. 5, 23, 1. Tim. 3, 2, 2. Tim. 1, 7. Tit. 1, 8 † 2, 6, 12, 1. Pet. 1, 13 † 5, 8, 2. Pet. 1, 6

Templum Salomonis quando, quanto tempore, & qua forma ſit extructum, 3. Reg. 6. * † 7. * 2. Par. 3. * 4. * *promiſſio eius,* 2. Reg. 7, 13. *extruitur ope Gentilium* 3. Reg. 5. * *conſecratur,* 8. * 2. Par. 7, 7. *profanatur per Achaz,* 2. Paralip. 28, 21. *iterum conſecratur per Ezechiam,* 2. Paral. 29. * *prophanatur, & denuo conſecratur per Manaſſe,* 2. Par. 33, 7, 15. *exuritur,* 4. Reg. 25, 9. *prout prædictum erat,* 2. Par. 7, 20. *iterum extruitur,* 1. Eſd. 1. * 3. * 4. * 5. * † 6, 3, 7. *ſpoliatur, & accenditur,* 1. Machab. 1, 23, 33. *profanatur,* 1, 49, 57. *mundatur, & conſecratur,* 4, 36, 2. Mach. 10, 1. *eius deuaſtatio,* Dan. 9, 26. Matth. 24, 2. Marc. 13, 2. Luc. 19, 41

Contra Templum propugnatur, Leuit. 26, 31, 3. Reg. 9, 7, 4. Reg. 21, 12, 2. Par. 7, 20. Pſal. 73, 6. Iſaiæ 66, 1. Ierem. 7, 3, 17 † 26, 6, 12. Amos 9, 1. Mich. 3, 12. Zachar. 11, 2

Templum ſpirituale, & domus Dei, 2. Reg. 7, 13. Prou. 9, 1. Agg. 2, 8. Matth. 7, 24 † 16, 18. Ioan. 2, 19, 1. Corinth. 3, 16, † 6, 19, 2. Corint. 6, 16. Epheſ. 2, 20, 1. Timot. 1, 15. Hebr. 3, 6, 1. Pet. 2, 5. *vide Eccleſia.*

Templa idolorum, 1. Reg. 5, 2 † 31, 9, 3. Reg. 11, 7, 4. Reg. 10, 21 † 17, 32 † 19, 37, 1. Paral. 11, 10. Baruch 6, 16, 30, 54. Iſa. 37, 38. Ierem. 43, 12. Dan. 14. * 1. Machab. 1, 50 † 6, 2 † 10, 83, 1. Machab. 6, 2. Act. 19, 27

Templum domus Dei, & domus orationis vocatur, Iſa. 56, 7. Matth. 21, 13. *Chriſtus ipſe & omnes fideles frequenter in templo verſabantur,* Matth. 24, 1. Marc. 11, 11 † 12, 35. Luc. 2, 30 † 19, 45. Act. 2, 46 † 3, 1 † 5, 20, 21 † 21, 26 † 22, 17

In Templo oratur Deus, & exaudit, 3. Reg. 9, 3 † 8, 29, 2. Paralip. 6, 19. Matt. 21, 13

Templa manufacta non inhabitat Deus, quaſi iis concludi poſſit, vel illis indigeat, vt homo ædibus 3. Reg. 8, 27, 2. Par. 6, 18. Iſa. 66, 1. Ierem. 23, 24. Act. 7, 48 † 17, 3

Alioqui Deus in Templis materialibus habitare dicitur, 3. Reg. 6, 13 † 8, 12, 1. Par. 23, 25. Pſal. 77, 60 † 131, 13. Ier. 7, 3, 7. Matth. 23, 21. Act. 7, 46

Templum dicitur locus ſanctus, Geneſ. 28, 17. Exod. 3, 5

Templum magnis muneribus dotatum, 2. Paralip. 1. * 2. * 3. * 4. * 5. * 2. Mach. 3, 2

Templi profanatores à Deo puniuntur, Iſaiæ 56, 5. * 2. Machab. 3, 25, 26. * Mat. 21, 12. Ioan. 2, 15

Temporis opportunitas in omnibus rebus, obſeruanda Eccleſ. 3, 1 † 8, 5. Eccli. 20, 6 † 32, 20. Rom. 12, 11

Tenebræ trium dierum in Ægypto, Exod. 10, 22. Pſal. 104, 28. Sapien. 17, 2 † 19, 16

In Tenebris verſatur mundus, & amat eas, 4. Eſdr. 14, 20. Iſa. 9, 1 † 59, 9 † 60, 2. Ioan. 1, 5 † 3, 19 † 8, 12 † 12, 35. Act. 26, 17, 1. Theſſ. 5, 7, 1. Ioan. 2, 11

Tentare Deum non licet, Exod. 14, 11 † 17, 2. Deut. 6, 16. Iudith 8, 11. Mat. 4, 7, 1. Cor. 10, 9

Tentat, ſeu verius probat Deus ſuos varijs modis Gen. 22, 1. * Exo. 15, 25 † 16, 4 † 20, 20. Deuter. 8, 2 † 13, 3. Iudic. 2, 22 † 3, 1, 2. Par. 32, 21. Tob. 2, 8. Iob 1, 12. * Sap. 3, 5. Eccli. 2, 4 † 27, 18. Zach. 13, 9. Rom. 5, 4, 2. Pet. 2, 9. Iac. 1, 2

Tentari non patitur Deus ſuos ſupra id quod poſſunt, 1. Cor. 10, 13, 2. Pet. 2, 9. Apoc. 2, 10

Tertullus Orator accuſat Paulum, Act. 24, 2

Teſtamentum, Galat. 4, 24. Heb. 9, 1. † 13, 20. *vide Nouum Teſtamentum.*

Teſtimonium tum verum, tum falſum, Exod. 20, 16 † 23, 1. Numer. 35, 30. Deut. 5, 20 † 17, 11 † 19, 15, 18, 3. Reg. 21, 10. Pſalm. 26, 12 † 34, 11. Prou. 6, 19 † 14, 5 † 19, 5, 9 † 21, 28 † 24, 28 † 25, 18. Daniel 13, 34. * Matth. 18, 16 † 19, 18 † 26, 59 † 28, 13. Marc. 10, 19. Io. 8, 17. Act. 6, 11. Rom. 13, 9, 2. Cor. 13, 1, 1. Tim. 5, 19. Heb. 10, 28. *vide Mendacium.*

Thaddæus, vide Lebbæus.

Thamar concumbit cum Iuda ſuo ſocero, Gen. 38, 15.

38, 15. *gignit geminos Phares, & zara*, 38, 27 †46, 12

Thamar violatur ab Ammon fratre suo, 2. *Reg.* 13, 14

Thamar filia Absalonis, 2. *Regum* 14, 27

Thare pater Abraham, Gen. 11, 26

Thebes obsidetur, Iud. 9, 50

Thebni rex Israel, 3. *Reg.* 16, 21

Thecuitis mittitur ad regem Dauid, vt impetret reductionem Absalon, 2. *Regum* 14, 2. *

Teglath Phalasar deuictam magnam partem Israelitarum transtulit in Assyrios, 4. *Reg.* 15, 29

Theodas occisus est, Act. 5, 37

Thesaurus minus diligendus magis diligitur, Osee 9, 1. *Matth.* 6, 19 †19, 22, *Mar.* 10, 22. *Luc.* 12, 22, 33 †18, 23. *Ioan.* 6, 26, 2. *Cor.* 4, 18

Thola dux in Israel, Iud. 10, 1

Tholomai rex Gessur, 2. *Reg.* 13, 37

Thomas Didymus paratum se offert cum Christo ire in mortem, Ioan. 11, 16. *erat incredulus*, 20, 25, 27

Timendus est Deus, & ante oculos habendus, Genes. 22, 12 †31, 49. *Exo.* 1, 17 †20, 20. *Deut.* 4, 9 †6, 2, 13, 24 †10, 12, 20 †13, 4. *Ios.* 24, 14. *Iud.* 6, 10, 4. *Regum* 17, 36, 2. *Par.* 20, 15. *Iob* 1, 8 † 28, 28. *Ps.* 26, 1 † 32, 8 † 33, 8, 10 † 110, 5 † 111, 1 † 127, 1. *Prouer.* 1, 7 † 3, 7 † 9, 10 † 14, 2, 27 † 15, 16 † 16, 6 † 22, 4 † 24, 21. *Eccl.* 12, 11. *Eccli.* 1, 11. * † 2, 7, 12, 18 † 7, 31 † 10, 23 † 15, 1 † 25, 16 † 33, 1 † 84, 16 † 41, 16. *Isa.* 8, 5 † 41, 10 † 43, 1 † 51, 12. *Ierem.* 10, 7 † 32, 39. *Baruch* 3, 7, 4. *Esd.* 16, 68. *Matth.* 10, 28. *Luc.* 12, 5, 1. *Petr.* 2, 17 † 3, 15. *Apoc.* 14, 7

Timoris Dei fructus, vtilitas, & laus, Genes. 20, 9. *Psal.* 102, 17 † 124, 1 † 117. * *Prou.* 10, 27 † 14, 27 † 19, 23 † 22, 4. *eius defectus, causa peccandi, Genes.* 20, 11

Timore punit Deus, & terrore, Genes. 35, 5. *Exod.* 23, 27. *Leuit.* 26, 36. *Deut.* 2, 24 † 11, 25 † 28, 10, 65. *Ios.* 2, 9 † 10, 10. *Iud.* 4, 5 † 7, 21, 1. *Reg.* 7, 10, 4. *Reg.* 7, 6, 1. *Par.* 15, 17, 2. *Par.* 14, 14 † 17, 10 † 20, 29. *Psal.* 9, 20. *Ier.* 49, 37. *Iud.* 14, 14 † 15, 1, 2. *Mach.* 3, 24

Timoris Dei exempla, Exo. 1, 17 † 14, 31, 3. *Reg.* 18, 3, 2. *Par.* 19, 7. *Tob.* 1. * † 2, 9, 13 † 3, 18 † 9, 12. *Iudith* 8, 8. *Iob* 31, 23. *Ionæ* 1, 16 *Prouerb.* 31, 30, 2. *Machab.* 6, 30. *Luc.* 2, 25. *Act.* 8, 2 † 9, 31 † 10, 2, 35

Timor & solicitudo non repugnat fidei, aut spei, Psal. 2, 11. *Eccle.* 9, 1, 2. *Eccli.* 5, 5. *Rom.* 11, 20. * 1. *Cor.* 9, 27 † 10, 12. *Philip.* 2, 12. * † 3, 11, 13. *Hebr.* 3, 14 † 4, 1. * 2. *Petr.* 3, 17

Timent, & reuerentur bonos etiam mali, Genes. 20, 8. *Exod.* 14, 25, 1. *Regum* 18, 12, 4. *Reg.* 1, 14, 2. *Esdr.* 6, 16, 1. *Machab.* 3, 25 † 12, 28. *Marc.* 6, 20. *Act.* 5, 13 † 16, 29

Timotheus circumciditur, & proficiscitur cum Paulo, Act. 16, 3. *mittitur cum Paulo in Macedoniam*, 19, 22. *accepit gratiam per impositionem manuum*, 1. *Timot.* 4, 14, 2. *Timot.* 1, 6

Titum Gentilem noluit Paulus circumcidi, Gal. 2, 3. *Titus à Paulo constitutus episcopus Cretensis, Tit.* 1, 5

Tobias vir pius, & in pietate constans, Tob. 1, 1. * *fit cæcus*, 2. *visum recipit*, 11, 14

Traditiones etiam sine scripto ab Apostolis acceptæ, seruandæ nobis sunt, 2. *Thess.* 2, 15

Tradiderunt Apostoli quædam vitæ tantum voce 1. *Cor.* 11, 34. *epist. Ioan.* 2. *vers.* 12, & 3. *vers.* 13

Tribulatio, vide Crux.

Tributum, vide Exactio.

Trinitas figurata, & declarata, Gen. 1, 26 † 18 2. *Exod.* 3, 6, 15, 16 † 4, 5. *Psal.* 32, 6. *Isaiæ* 6, 3 † 34, 16 † 48, 16 † 61, 1. *Matth.* 3, 16 † 10, 20 † 17, 5 † 28, 19. *Lucæ* 4, 18. *Ioan.* 3, 35 † 14, 16, 26 * 15, 26 † 16, 3, 1. *Ioan.* 5, 7

Tripudiare, vide Choreas ducere.

Tristari immoderatè propter temporalia, minimè laudandum, Prou. 12, 25 † 15, 13 † 17, 22. *Eccli.* 30, 22 † 38, 19, 1. *Mach.* 6, 8, 2. *Cor.* 7, 10

Tryphon partium Alexandri transit ad Emalchuel Arabem, 1. *Machab.* 11, 39. *cupiens regnum Antiochi occupare, & fingens se amicum apud Ptolemaida, dolo capit Ionathan* 12, 39, 49. *à Simone accepta pecunia Ionathan occidit cum filijs*, 12, 19, 23 *interimit Antiochum filium Alexandri*, 13, 31

Tuba clangent Angeli in consummatione sæculi, Matt. 24, 31, 1. *Cor.* 15, 52, 1. *Thess.* 4, 16

V

Væ væ, quibus & quas ob causas interminetur Scriptura, Numer. 21, 29. *Eccles.* 4, 10 † 10, 16. *Isa.* 1, 4, 24 † 3, 9, 11 † 5, 8, 18 † 6, 5 † 10, 1 † 17, 12 † 18, 1 † 24, 16 † 28, 1 † 29, 1 † 30, 1 † 31, 1 † 33, 1 † 45, 9. *Ier.* 4, 31 † 13, 27 † 22, 13 † 23, 1 † 45, 3 † 48, 1. *Ezech.* 6, 11 † 13, 3, 18 † 16, 23 † 30, 2 † 34, 2. *Osee* 7, 13. *Ioel* 1, 15. *Amos* 5, 18 † 6, 1. *Mich.* 2, 1. *Nahum* 3, 1. *Abac.* 2, 6, 12. *Sophon.* 2, 5 † 3, 1. *Iudith* 16, 20. *Eccli.* 2, 14 † 41, 11. *Matt.* 11, 21 † 18, 7 † 23, 13. * *Luc.* 6, 24 † 10, 13 † 11, 42 † 17, 1, 1. *Cor.* 9, 16. *Iudæ* 11. *Apoc.* 8, 13 † 9, 22 † 11, 14 † 12, 12 † 18, 10, 16

Vasthi spernit regis imperium, & ab eo repudiatur, Esther 1, 9, 19

Vendi non debent dona Dei, 4. *Reg.* 5, 22, 26. * *Dan.* 5, 17. *Matth.* 10, 8. *Act.* 8, 20 † 20, 35, 1. *Cor.* 9, 15, 2. *Cor.* 11, 9 † 12, 13. *quære Emere.*

Venter pro Deo eligitur, Rom. 16, 18. *Phil.* 3, 19

Verbum Dei semper ob oculos ponendum, Deut. 4, 1 † 6, 6, 17 † 11, 18. *Numer.* 15, 39. *Psal.* 1, 2. *Prou.* 3, 1 † 4, 1, 20 † 6, 20 † 7, 1

à Verbo Dei non recedendum, Deut. 4, 2 † 5, 32 † 28, 14. *Ios.* 1, 7 † 23, 6. *Prou.* 4, 27. *Isa.* 30, 21

Verbum Dei vniuersum non est scriptis traditum

Io. 14, 26 † 20, 21 † 21, 25, 1. *Cor.* 11, 34, 2. *Theſſ.* 2, 15, 2. *Ioan.* 12, 3. *Ioan.* 18

Verbum Dei, non audiendum ſolum & loquendum, ſed & corde credendum, & factis præſtandum, Deut. 5, 1, 27 † 6, 1 † 31, 12. *Iſa.* 29, 13. *Ezech.* 33, 31. *Mat.* 5, 22 † 7, 24 † 15, 8 † 28, 20. *Lucæ* 6, 47 † 11, 28 † 12, 47. *Ioan.* 13, 17. *Hebr.* 4, 2. *Iacob.* 1, 22

Verbi Dei contemptus, & punitio eius, 3. *Reg.* 13, 4, 4. *Reg.* 17, 14, 19, 2. *Paral.* 30, 6, 10 † 36, 15. *Prou.* 1, 24, 28 † 28, 9. *Iſa.* 28, 14 † 30, 9, 14 † 65, 10 † 66, 4. *Ier.* 2, 5 † 5, 12, 20 † 7, 13 † 16, 9 † 19. * † 25, 4. *Ezech.* 33, 30. *Matt.* 10, 14 † 11, 20. *Luc.* 10, 10. *Act.* 13, 45 † 18, 6. *Rom.* 1, 21, 30, 2. *Theſſal.* 2, 10. *Hebr.* 2, 3. *vide Inobedientia.*

Verbum Dei manet in æternum, Numer. 23, 19. *Tob.* 14, 6. *Pſ.* 32, 11 † 116, 2 † 118, 89. *Iſa.* 40, 8 † 51, 6 † 54, 10. *Matt.* 5, 18 † 24, 35. *Marc.* 13, 31. *Luc.* 16, 7 † 21, 31, 1. *Pet.* 1, 25

Verbum Dei quanta ſit virtutis, & efficacitatis, Geneſ. 1. * *Pſalm.* 32, 9. *Iob* 38, 11. *Iſa* 46, 10 † 55, 11. *Mat.* 8, 13, 26. *Mar.* 1, 27. *Luc.* 5, 13, 24 † 8, 24 † 18, 42

Verbum Dei eſt cibus animæ, Deut. 8, 3. *Sap.* 16, 26. *Ier.* 15, 16. *Ezech.* 3, 3. *Matt.* 4, 4. *Luc.* 4, 4

Verba ſunt ponderanda, & non leuiter effutienda, Pſal. 111, 5. *Prouer.* 15, 2, 23 † 13, 3 † 20, 15 † 17, 27 † 21, 23, 25, 11. *Eccle.* 5, 2 † 12, 10. *Eccli.* 5, 12 † 20, 7 † 23, 7 † 28, 29 † 32, 18. *Matt.* 12, 36. *Coloſſ.* 4, 6. *Iac.* 1, 19

Veritas, Iſaiæ 59, 15, 3. *Eſdr.* 3, 12 † 4, 33, 4. *Eſd.* 1, 17. *Zachar.* 8, 16. *Eph.* 4, 25

Veſtiendi ſunt nudi, Iſa. 58, 7. *Tob.* 1, 17. *Ezec.* 18, 7. *Matth.* 25, 36. *vide Eleemoſyna.*

Veſtium abuſus: vide Abuſus.

Veſtes ſcindere, Geneſ. 44, 13. *Ioſ.* 7, 6. *Iud.* 11, 35, 1. *Reg.* 4, 12, 2. *Reg.* 13, 31, 3. *Reg.* 21, 27, 4. *Reg.* 5, 7 † 6, 30 † 11, 14 † 18, 37 † 19, 1 † 22, 11, 19. *Eſther* 4, 1. *Ierem.* 36, 24. *Ioel.* 2, 13, 1. *Machab.* 2, 14 † 3, 47 † 4, 31 † 11, 71. *Matt.* 26, 65. *Act.* 14, 13 † 16, 22

Via per quam iuſti ambulant quæ & qualis ſit, Pſal. 118, 5. *Prou.* 3, 6, 17 † 16, 5, 17. *Eccli.* 5, 12. *Iſa.* 26, 7 † 30, 31 † 35, 8 † 40, 3. *Ier.* 31, 21. *Oſee* 14, 10, 1. *Theſſ.* 4, 1. *Heb.* 12, 13

Via iuſtorum à Domino dirigitur, Tob. 4, 20. *Pſ.* 16, 5 † 24, 4 † 118, 35. *Prou.* 4, 12, 18 † 13 6 † 16, 9 † 20, 24. *Iſa.* 48, 17. *Ier.* 10, 23. *Mich.* 4, 2.

Via iuſtorum remunerationem à Deo expectat, Pſal. 24, 12. *Prou.* 12, 28. *Ier.* 6, 16 † 7, 3

Via impiorum qualis, Pſ. 118, 3. *Prouer.* 4, 19, 26, 27 † 12, 15 † 21, 2 † 22, 5. *Iſa.* 57, 10

Via impiorum exitus, & finis, Iob 6, 18. *Prou.* 14, 12 † 28, 18. *Eccl.* 2, 16 † 21, 11. *Ier.* 2, 36 † 4, 18

Victoria à Deo expectanda eſt, Geneſ. 14, 14. *Exod.* 17, 9. *Deut.* 7, 18. *Ioſue* 11, 6. *Iudic.* 7, 7, 1. *Reg.* 14, 6 † 17, 45, 2. *Par.* 14, 11 † 16, 8 † 24, 24 † 25, 8. *Pſ.* 117, 16. *Prou.* 21, 31. *Iud.* 9, 15

Victoria potiuntur pauci contra multos, Gen. 14, 14. *Iudic.* 7, 2, 4. *Ioſ.* 11, 1, 7, 1. *Reg.* 14, 6, 14, 2. *Paral.* 13, 14 † 14, 11, 12 † 24, 24, 1. *Machab.* 3, 16, 22. *poſt partam victoriam triumphus inſtituitur, Num.* 31, 13. *Iudic.* 11, 34, 1. *Reg.* 18, 6, 2. *Machab.* 3, 7

Viduis benefaciendum eſt, Exod 22, 22. *Deut.* 16, 14 † 24, 17, 19 † 26, 12 † 27, 19. *Iud.* 16, 28. *Iob* 24, 3 † 31, 16. *Eccli.* 4, 10. *Iſa.* 1, 23. *Ier.* 22, 3. *Zach.* 7, 10. *Malach.* 3, 5. *Mat.* 23, 14, 1. *Tim.* 5, 3, 16. *Iac.* 1, 27

Viduas pias quid deceat, Iudith 8, 4. *Lucæ* 2, 37, 1. *Tim.* 5, 3, 5. *Tit.* 2, 3

Vigilare vide Aduentus Domini.

Vindicta ſoli Deo eiuſque miniſtris, ac magiſtratui commiſſa, vnde & aliis eſt prohibita, Geneſ. 15, 14. *Leuit.* 19, 18. *Deut.* 32, 35. *Iudith* 8, 20 † 16, 20. *Pſal.* 7, 7 † 9, 13 † 93, 1. *Prouer.* 17, 11 † 20, 22 † 24, 29 † 28, 22. *Eccli.* 28, 1. *Ezech.* 25, 12, 14. *Nahum* 1, 2. *Matt.* 5, 39. *Luc.* 9, 54 † 18, 6, 7, 8. *Roman.* 12, 19. *Galat.* 5, 10, 1. *Theſſ* 5, 15, 2. *Timot.* 4, 14. *Hebr.* 10, 30, 1. *Pet.* 3, 9. *Iac.* 5, 4. *Apoc.* 6, 10. *vide remiſſio.*

Vinea, Gen. 9, 20. *Deut.* 23, 24. *Iſa.* 5, 1. *Cant.* 8, 11. *Mat.* 20, 1 † 21, 33

Virginitas commendatur, Matth. 19, 12, 1. *Cor.* 7, 25. * *Apoc.* 14, 4

Virginitas præfertur coniugio, 1. *Cor.* 7, 38, 40

Virgines ſeruantur, Numer. 31, 18 † 21, 11

Virgines olim vt nunc concluſæ, 2. *Machab.* 3, 19

Viſitare, & conſolari infirmos, ſeu ægrotos, opus miſericordiæ, Geneſ. 48, 1, 4. *Reg.* 8, 29 † 13, 14. *Iob* 2, 11. *Pſ.* 40, 4. *Eccleſ.* 7, 3. *Eccli.* 7, 28 † 38, 13. *Mat.* 25, 37, 40. *Ioan.* 11, 3 † 12, 9, 2. *Cor.* 1, 4

Viſere Sanctos deſiderat Paulus Roman. 1, 11 † 15, 23, 32. *Gal.* 4, 20, 1. *Theſſal.* 2, 17

Vita fidelium ad quam regulam ſit inſtituenda, Gen. 17, 1. *Exo.* 20, 11. * *Leuit.* 11, 44 † 19, 2 † 20, 7, 29 † 21, 8. *Matth.* 5, 48 † 11, 29. *Luc.* 6, 36. *Io.* 12, 26 † 13, 13 † 15, 12 † 21, 15. *Rom.* 6, 4 † 8, 29 † 13, 14 † 15, 2. *Epheſ.* 2, 9 † 4, 1, 23 † 5, 1, 9. *Phil.* 1, 27 † 2, 5, 14. *Coloſſ.* 2, 6 † 3, 9, 12. * 1. *Theſ.* 4, 3. *Tit.* 2, 11 † 3, 8. *Hebr.* 12, 2, 1. *Petr.* 1, 15 † 2. * † 3, 17 † 4, 1, 1. *Io.* 1, 7 † 2, 6

Vitæ humanæ breuitas, & vanitas, Geneſ. 3, 19 2. *Reg.* 14, 14, 1. *Par.* 29, 15. *Iob* 3, 20 † 7, 6 † 8, 9 † 9, 21, 25 † 13, 28 † 14, 1. *Pſal.* 38, 6 † 89, 5, 9 † 101, 4, 12 † 102, 15 † 108, 23 † 143 4. *Eccleſ.* 2, 23 † 3, 10 † 7, 1. *Sap.* 2, 5 † 5, 9. *Eccli.* 14, 18 † 17, 31 † 18, 8 † 40, 6 † 41, 1. *Tob.* 4, 23. *Iſa.* 40, 6. *Luc.* 12, 18. *Epheſ.* 5, 16. *Hebr.* 13, 14, 1. *Petr.* 1, 14. *Iac.* 1, 10 † 4, 14

Vitam pro fratribus ponere, Eſther 4, 15. *Iudith* 13, 3, 25. *Ioan.* 15, 13, 1. *Io.* 3, 16

Vitis, Geneſ. 49, 11. *Iud.* 9, 12. *Zach.* 3, 10, 1. *Mach.* 14, 12. *Ioan.* 15, 1

Vitis palmes appellatur populus Iſraeliticus, Oſee 10, 1. *Io.* 15, 5

Vitulus erigitur in idolum, Exo. 32, 4. Deuter. 9, 16, 3. Reg. 12, 28, 4. Reg. 10, 29 † 17, 16. Psal. 105, 19. Osee 8, 5 Act. 7, 40

Viuendum Deo, non sibi, Rom. 14, 7, 2. Cor. 5, 15. Gal. 2, 20, 2. Thess. 5, 10, 1. Petr. 4, 2

Vnctionis extremæ sacramentum, Iacob. 5, 14.

Voluntas nostra accommodanda voluntati diuinæ, 1. Reg. 3, 18, 2. Reg. 10, 12 † 15, 20, 1. Mach. 3, 60. Matth. 6, 10 † 26, 39. Mar. 14, 36. Luc. 22, 42. Act. 21, 14, 1. Cor. 4, 19. Hebr. 6, 3. Iac. 4, 15. vide Abnegatio.

Voluntas Dei, Matth. 7, 21 † 12, 50. Mar. 3, 35. Io. 6, 39. Rom. 12, 2. Ephes. 5, 17. Colos. 1, 9, 1. Thess. 4, 3, 1. Tim. 2, 4, 1. Ioan. 2, 17

Voluntas Dei non est, vt aliquis pereat, Ezec. 18, 23. Io. 6, 39, 1. Tim. 2, 4, 2. Petr. 3, 9

Voluntatem pro opere acceptat Deus, Gen. 20, 3, 6 † 22, 9, 2. Reg. 11, 14 † 12, 9, 3. Reg. 21, 19. vide Cor.

Voluptas carnis, vide Concupiscentia.

*Votum, Genes. 28, 20. Leuit. 27, 1. Numer. 6. *† 21, 2 † 30. * Deut. 23, 21. Iud. 11, 30, 1. Reg. 1, 11, 2. Reg. 15, 8. Psal. 75, 12. Eccles. 5, 3. Baruch. 6, 34. Matt. 14, 7. Act. 18, 18 † 21, 23 † 23, 12*

Votum castitatis seruandæ, seu non cognoscendi virum, Luc. 1, 34

Non sine damnatione violatur, 1. Timot. 5, 12

Vrias defert litteras Dauidis ad Ioab, 2. Reg. 11, 14

Vrias propheta contra Ierusalem, ideoque eductus de Ægypto, occiditur à Ioacim, Ier. 26, 20, 23

Vrias sacerdos iuxta præceptum regis Achaz extruit altare, 4. Reg. 16, 11

Vriel angelus Dei, 4. Esd. 4, 1 † 5, 20

Vsia rex Iuda pugnat aduersus Philisthæos, sumit sibi officium Sacerdotum, adolere volens incensum, lepra punitur, moritur, 2. Par. 26, 17, 20, 23. appellatur Azarias, 4. Reg. 15, 1. appellatur Ozias, Matth. 1, 9

Vsura, Exod. 22, 25. Leuitic. 25, 35. Deuteronom. 23, 19, 2. Esd. 5, 7. Psalm. 14, 5. Prouerb. 22, 16 † 28, 8. Ierem. 15, 10. Ezech. 18, 8, 13 † 21, 12. Luc. 6, 34 † 19, 8

*Vxoris officium, Gen. 2, 22 † 3, 16. Num. 30, 7, 13. Deut. 22, 5. Esther 1, 10. * Tob. 10, 12. Prou. 11, 16 † 12, 4. Isa. 3, 15, 17, 1. Cor. 7. * † 11, 5, 9 † 14, 34. Eph. 5, 22. Col. 3, 18, 1. Tim. 2, 11 † 3, 11 † 5, 2, 10. Tit. 2, 4, 1. Pet. 3, 1. vide Mariti officium.*

Z

Zachæus excipit Christum suis ædibus Luc. 19, 6

Zacharias filius Ioiadæ, siue Barachiæ sacerdotis lapidatur, 2. Par. 24, 20. Matt. 23, 35

Zacharias propheta tempore Dary, zachar. 1, 1

Zacharias pater Ioannis Baptistæ, Lucæ 1, 5

Zadoch filius Abiathar fit summus Sacerdos, 3. Reg. 2, 35

Zalphaad filiæ postulant hæreditatem, Num. 27, 1, 7 † 36, 2. Ios. 17, 3

Zaruia filia Isai soror Dauidis genuit Abisai, Ioab, & Asael, 2. Regum 2, 18, 1. Paral. 2, 16

zebedæus pater Iacobi, & Ioannis, Matth. 4, 21. vxor eius Salome intercedit pro filijs apud Christum Matth. 20, 20

*zebee, & Salmana reges Madianitarum capiuntur, Iudic. 8. **

*zedecias, qui & Mathanias, patruus Ioachin substituitur pro eo in regno Iuda, 4. Regum 24, 18. Ierem. 37, 1. obsessa à Nabuchodonosor Ierusalem, zedecias effosis oculis, ac vinctis, necatisque coram se filijs, in Babylonem ducitur, 4. Reg. 25, 1, 6, 7. Ierem. 39, 4, 7 † 52, 3. quemadmodum ei prædictum erat, Ierem. 27, 12 † 37, 16. Ezech. 12, 3 † 17, 16 † 21. **

*zelus, & zelotypia, Genes. 34, 2, 25, 27. Exod. 32, 19, 27. Num. 25, 7. Iud. 20, 1, 8, 1. Reg. 11, 6 † 15, 11, 32, 3. Reg. 18, 40 † 19, 10, 14, 4. Reg. 10. * 1. Machab. 2, 24. Mat. 21, 12. Io. 2, 17. Act. 9, 1. Phil. 3, 2.*

ziba seruus Saulis constituitur procurator Miphiboseth, 2. Reg. 9, 9. donantur ipsi omnia bona Miphiboseth, 16, 2. procedit obuiam regi Dauid, 19, 17

zicelez donatur regi Dauid, 1. Regum 27, 5. exuritur ab Amalechitis, 30, 1

ziphora vxor Moysi, Exod. 2, 21. circumcidit filium suum, 4, 25

zorobabel, vide Sorobabel.

FINIS.